

DE
PRÆSTANTIA
SACRI REGII CONSILII
NEAPOLITANI

TRACTATUS ABSOLUTISSIMUS IN DUOS TOMOS DIVISUS.

In secundo tomo agitur de omnibus eius membris, seu Officialibus maioribus, & minoribus, eorumque potestate, scilicet de Præsidente Senatus, de Regijs Consiliarijs, Secretario, Aduocatis, Magistris actorum, Scribis, Esaminatoribus, Tabularijs, Porterijs, Commissarijs, alijsq; qui Sacrum Regium Neapolitanum Consilium componunt.

AVTHORE

NEAPOLITANO, SED ORIGINARIO PATRITIO MAMERTINO, IN REGIIS TRIBUNALIBUS ADVOCATO.



Apud Carolum Porsile Reg. Typographum

EXCELLENTISSIMO DOMINO.

D. IOANNI EMANVELI FERNANDEZ PACECO

ACVÑA, GIRON, ET PORTOCARRERO,

Octauo Marchioni de Villena, Duci de Ascalona, nono Comiti de Sancto Stephano, de Gomarz, & de Xiquera, Decimo Marchioni de Moya, Domino Status Belmontis, Alarcon, Castri de Garzi, Muñoz, & Iorquera, Villarum de Iumera, & Alcala del Rio, cum eius Portusicco, & de Garganta la Olla, Status de Seron, & Toila Tolox, & Monda, Scribe Maiori priuilegiorum, & confirmationum in Regno Castellæ, Equiti insignis Ordinis Aurei velleris, Capitaneo Generali Equitatus in Principatu Cathalauniæ, Viceregi, atque Capitaneo Generali in Regno Nauarræ, Aragoniæ, Principatu Cathalauniæ, Regno Siciliæ vlterioris, in præsentiarum eximio Regni Neapolis Proregi, Hispaniarum primæ Classis Magnati.

D. Antonius Romanus Columna felicitatem præcatur.



OS fuit apud antiquos Romanos, primas fruges alicui Numini tutelari offerre, nec illas gustabant, priusquam Summus Sacerdos primitias libasset, & aliquando eas simulacris Deorum offerebant, vt fælici auspicio primordia inchoarent, hunc morem sequutus nostrorũ Romanorum, (à quorum glorioso sanguine originem traxi) diu cogitaui, librum istum primum mei ingenij partum, genuinum animi filium cui dicare possem, qui sua authoritate protegere valeret, suoque præsidio, & ope ab incursantium cauillatorum iaculis defensaret, quo in dubio animum non breuiter detinui pendulus, cui meas preces dirigerem, sed cum audissem à meis coniunctis, qui Mamertinam Ciuitatem, & Panormi morantur, excellentes tui animi dotes, atque beneuolentiam, quam erga eos vti eorum Pater exhibuisti, non minus ac nostrum Regnum, & hanc Neapolitanam Ciuitatem mirabiliter regis, & qua pietate, & æquitate omnes audis, & paterno quodam amore suscipis, merito tot laudes ab vniuersis Populis diffusæ, quæ te Patrem Patriæ, & angustiarum subleuatorem prædicant, meum pectus impulerunt, mentem allexerunt, & voluntatem blanda quadam vi coegerunt, vt te patronum tutelarem præsentis operis eligerem, tum etiam ob tuam raram eru-

 ditio-

ditionem, iudiciumque omnium disciplinarum excultum, cęterasque tui animi dotes, quibus te præditum demostras, hæc enim adeo me exiulerunt,vt ad tuum obsequium ardenter meum animum impulerint.

Cui verò melius dicari debebat præsens opus de regia Supremi Consilij potestate, quam illi, qui vti Summus Præfectus omnium Curiarum nostri Regis,in hoc Regno Neapolitano vicem sustines, atque iuris Cæsarei, & Pontificij profunditatem cæteris ignotam Proregibus,tibi vero benè notam omnes admirantur,tua enim sapientia attraxisti tibi Principes,& Nobiles;atque omnium animos, oculos,linguas, & ora in tui extimationem, amorem, imo in admirationem, in signum omnigenæ virtutis, & probitatis quibus splendes,vidimus certè ex Hispanico Cœlo Proceres virtutibus ornatos in hoc nostro Regno, vicem Regis gerentes, sed tu Excellentissime Princeps omnes superasti, proindè inter alios Magnates, non minus ac firmamentum inter cęlestes orbes effulges, innumeris stellarũ immaginibus micans, ortu, & cursu clarissimus,itaut tuæ Proregiæ dignitati plus specimen addidisse comproberis,quam ab ea reportare valeas ornamenti. Istæ enim virtutum cumulus, eo magis te reddit gloriosum, & conspicuum, ac maiorem te prædicat, quo magis est copulatus cum tua Auorum Nobilitate,à clarissimis deducta Maioribus, quam dum animo reputo ad tuam Maiorum progeniem intuendam, illorumque natalium splendorem contemplandum, meam mentem impulit.

Sed quis maiorum tuorum Nobilitatem, atque familiæ tuæ Paciecæ glorias memoret, à cuius prosapia magnis illustrata natalibus,multi Heroes sago clari exierunt,qui Hispanicum cœlum illustrarunt, quorum omni tempore refulsit generosa prosapia,alij armis illustres, alij in eadem tecum palestra,in regendis scilicet populis,tibi gloriam augurantur; quis enim referre poterit, quot Duces omni virtute, & gloria præditos, Duces militares per Italiæ, & Hispaniarum Regna, quorum præclara facinora contexunt historiæ, quin & magna volumina requirerent, mihi sat erit memorasse duos Principes Sanctæ Romanæ Ecclesiæ tuæ Familiæ Paciecæ, qui gloria coruscant æterna,scilicet D. Petrum Paciecum ex tuis Marchionibus de Villena, qui Præsbiter Cardinalis creatus fuit (postulante Carolo V. Cæsare) à Iulio Tertio titulo S. Balbinæ Episcopus Pampilonensis, postea Episcopus Albanus,& Prorex nostri Regni Neapolitani. Alterum D.Frãciscum Pacecum Presbiterum Cardinalem titulo S. Susannæ sub Pio IV. de quibus loquitur *Ciaconius de vitis Pontificum, & Cardinalium*. Sed hęc omnia gloriosè gesta tua non sunt,sed tuorum maiorum,sed de te ipso certè gloriari tibi licebit, de tua sapientia, & prudentia,literarumque peritia, quibus tuos maiores longè antecellis, adeout te omni laude dignum, & ad culmen honoris euectum omnes te prædicent.

Quid enim dicam de tuis generosè gestis in bellicis pugnis, vbi pro nostra fide,& pro nostro Rege acerrimè pugnasti, qua de causa honores maximos suscepisti, dignitates amplissimas, & gradus eminentissimos occupasti [illegible] qui adhuc adolescens pro Catholica Fide, vti voluntarius

rius miles contra barbarum Tracem Auguſtám Viennæ Ciuitatem ab obſidione liberaſti: Tu etiam pro noſtro Rege Carolo Secundo fælicis memoriæ proprio marte pugnaſti, Barcinonam defendiſti, & in omnibus aduerſæ fortunæ caſibus ſi fractus, animum non deſpondiſti, ſi merſus robuſtior ſurrexiſti, altior creuiſti, fortior euaſiſti, atque glorioſior extitiſti; adeo autem tua merita te extulerant, vt à Regibus noſtris electus fuiſti Gubernator Generalis Æquitatus Principatus Cathalauniæ, Vicerex, & Capitaneus Generalis prius in Regno Nauarræ, deinde in Regno Aragoneo, poſtmodum in Regno Siciliæ Citerioris, demum hoc noſtrum Regnum Neapolitanum, vti Prorex fæliciter regis; hæc enim munia tam placidè, & iuſtè obijſti, tanto pietatis ſtudio, & religionis amore, nõ ad laudes metendas, ſed diuino quodam ductus inſtintu, ad bene populos regẽdos, ſed hec duo Siciliæ Regna, tam rectè gubernaſti, & præcipuè, cum Regni noſtri Neapolitani claues ſuſcepiſti, vix credi poteſt, quod proprijs oculis aſpeximus, quam mirabiliter illa recto tractaſti regimine, qua prudentia gubernaſti, & admirabili grauitate omnia terminaſti, ac ſingulari humanitate inquietos homines ſedaſti, demum morum integritate hanc noſtram Ciuitatem innouaſti, & quaſi alteram reddidiſti, iuſtitia, & pace, omniumque rerum abundantia florere feciſti, ita vt iure optimo omnes Status, Principatus, & Dominatus lingua, & calamo tua encomia cohibere non deſinant, & tibi neſtoreos annos Deum impartire deprecantur. Imo perennis memoria eſtabit in hac Neapolitana Ciuitate omnium à te glorioſe geſtorum, quibus Hiſpaniam fama perenni condecoraſti, atque tuæ Excellentiſſimæ familiæ ſplendorem addidiſti. Iuſtè igitur tot honoribus, & dignitatibus fuiſti condecoratus, etenim illum reliquis præeſſe condecet, qui virtutibus ad vitæ integritatem cæteris allicit, maximaque ſapientia dirigit, & gubernat, illum inquam, quæm tanquam ſimulacrum virtutibus effigiatum cæteri conſpiciunt, & emulantur, quæ omnia in tuam perſonam iniiciuntur. Te enim probati mores ſpecioſiſſimum reddunt, Tu vitæ caſtimonia integerrimus, tu frugaliſſimus, in te denique cœleſtes animi dotes affatim cumulatæ aſpiciuntur.

Accipe igitur ornatiſſimę Princeps meum munus operę paruum, voluntate tamen eximium, ſed quodcumque ſit tibi conſecro, ſpe certa ſuffultus, quod illud tua benignitate, & humanitate non ſis aſpernaturus, ſed benignè ſuſcepturus, ſuſceptumque tuo patrocinio tueri, Deum deprecans omnium rerum largitorem, vt qui tot ac tantis animi dotibus te dotauit, largiatur etiam firmam corporis valetudinem, qua facilius, quod agis facere poſſis, feliciuſque laboribus inſiſtes, vt ſemper de tuis probis, & eruditis optimè merearis, vtque eximia tibi collata merita perpetuo adaugeat, duratura proſperet, diuque te faciat viuere in terris, & feliciſſime ſemper in cœleſti patria. Valæ Heſperiæ decus, & ornamentum.

Illustriss. Domino

D. ALPHONSO PEREZ ARACÆLI

Regenti Regiam Cancellariam, & Præsidenti S.R.C. Neapolitani.

Authoris Epistola Commendatoria.



IVre debito Præses Illustrissime hunc primum tomum Præstantiarum nostri Sacri Consilij Neapolitani, primũ mei ingenij fætum tibi vindicas, tuoque nomini auspicatissimo meo Numini Tutelari offerro, non vt tutamen, & patrocinium sub tuo nomine recipiat, aduersus flantes inuidiæ ventos, aduersusque perfida Scyllæ pericula, vtq; longissime ableges noctuas malidicentiæ, cum hæc nullum respectum habeant, nec quacumque potentia euitari valeant, sed quia nostrum Senatum vti Supremus Magistratus regis, & dirigis; Cui enim melius, quam tibi de Regis Consilij potestate opus offerri debebat, qui eiusdem Regis Senatus tenes præfecturam, debito enim iure à me tibi offertur, qui Regis vices in nostro Senatu sustines, offero igitur tibi præsens opus vti Vigilantissimo Senatus directori, & Tutelari, non dico, nam quod tuum est amplius tuum fieri non potest.

Verebar prȩsentem librum, vti incultum simplicique stylo elaboratum indignum fortasse existimari, vt in conspectum tanti viri veniat, nam pretiosissimum Hispanici generis decus cum sis, neque probitate aut doctrina, neque omnium rerum cognitione, & experientia, neque innocentia, aut alio laudis genere es vlli secundus, ex illustri Perez Araceli familia, quæ Hesperium Cœlum veluti sydus exornat, & sapientia illuminat. Verum quo maiorem te scio, eo libentius munusculum hoc meum te susceptu-rum spero, cum etiam magnorum Principum sit paruis quandoque delectari muneribus, inter ganeatas enim dapes, vilis quandoque iuuat, & appetitur oliua, animaduertas Deum ipsum non tam accuratis adorantium prȩcibus, quam innocentia, & sanctitate letari, si igitur deterret hȩc summi officij tui celsitudo, dabit humanitas tua conatum, vt aliqua de te succintè dicam, de his scilicet quæ ita tua sunt, vt non sint alterius, siquidem nil iuuat nobilitas generis, nisi cum morum virtute copuletur; Tua est igitur vir Præclarissimæ Pietas, tua Iustitia, quarum magnitudine iam pridem ex nunc maiori cum authoritate suffulta, incomparabiliter laudaris, tuæ sunt prudentia, fortitudo, Clementia, & aliæ innumeræ virtu-

tes.

tes,quæ Dei munere tuoque studio,& labore adeptæ, vera & inestinguibili gloria te ornant,& decorant, sunt hæc tui animi dotes non à maioribus communicatæ. Tu enim summo diuinoque beneficio simulacrum iustitię nomine, & factis circumscripsisti,nomine dixi, quia ARA CÆLI nuncuparis, propterea omnes perfectiones debent in tua persona cumulari,etenim videmus inter homines esse virtutem distractam,& comminutam,ita & taliter,vt de omnibus virtutibus simul conglatunatis, rarissimè aliquis laudari valeat. Istis enim animi dotibus affulgens,post multa in Hispaniarum Regnis peracta officia ad nos venisti Locumtenens Regię Camerę Summarię, quod est maximum Tribunal Regij Patrimonij, ac Regens Regiam Cancellariam, tandem post obitum nostri vltimi Vigilantissimi Pręsidis D. Fęlicis Lazinę Vlloa,ad eius locum successisti, ingressus Senatum,quo gaudio exceptus fuisti,plenè loquutę fuerunt inscriptiones, encomia,& laudes tuum nomen amplificantes, quibus nostra Neapolitana Ciuitas ore pleno in tuas laudes diffusa,te sapientissimum Præsidem proclamauit, & ita ex generali acclamatione omnibus tui muneris partibus egregiè fungeris, vt erga Deum religione,erga Regem fide,erga populos charitate,& in tuos Magistratus affabilitate,cunctosque benignitate mirificè commendaris; Ita certè tuis Consiliarijs pręses in sollicitudine, quod vix unquam,vel raro tibi quieti,vel somno securè vacas, vt alijs inuigiles, & vt tuum munus adimpleas, quasi incorporeus, & nullas terrenas affectiones sustinens, totus integer, & solidus tuis curis applicaris. Laudent igitur solum tua ipsius virtus,prudentia, sagacitas, & integritas quibus ad Supremi Consilij Magistratum fuisti euectus, atque titulis honestatus, vt nostri Senatus dignitatē amplifices. Restrinxi paucis verbis tua ornamēta, plura dicturus si angusti margines id permitterēt, imo incōlsulta foret audacia, vel tentare maiora,vel eorum magnitudinem decurtare, laudent te nostri Proceres,& Magnates,quam placidè, & iustè regis, laudent te Nobiles, quam iocundè, & honorabiliter eos excipis, laudet te Ministrorum turba,quam benè illos disponis, ad tramites iustitię ministrandos, laudet te tandem Vniuersa Curialium turba, quomodo tam benè omnia dirigis, omnes cogis ad iustum, allicis ad pietatem, abstrahis à vitijs, te innocentię Templum, Aram iustitię, & virtutum ornamentum cognoscimus, cum te ARAM CÆLI appellamus: Si enim es ARA CÆLI exerce eandē regendi formam, eandemque rectitudinis regulam, quam Deus in cœlis disponit,& sicut Deus in empirea rationis arce perpetuus excubitor adstat, vt nil sit rectum nisi iustum, ita tua est cura, ne quis oberret,aut exorbitet à recto,sub tuo Ducis vexillo; quęcumque enim virtus,qua bene imperatur, à summo cœlo styrps deriuatur, vti cœlica proles, admiranda quidem sanctitatis,rationis,& virtutis genitura, vniusperennis diuinitatis soboles,& sicut nulla in Cœlo nox,sic nullus in tua pręfectura criminis neuus,nulla vmbra erroris, in tuis Officialibus aspiciatur, restat tandem, vt ego tibi à superis fasta omnia pręcar, vt ad nostri Senatus nitorem, ad totius nostri Regni incrementum,sospites annos, sicut opto, in æternum producas. Vale.

EPISTOLA
AD
LECTOREM
D. Ioannis Baptistæ Romani Columnæ Patritij Messanensis V. I. D. Authoris Consanguinei.



Cipio ille Romanus deuicta Aphrica Aphricanus appellatus Corinthijs polliceotibus, se illi statuam posituros ao loco, quo aliorum Imperatorum statuæ erant repositæ, respondit, sibi displicere turmales, putabat enim ille gloriosus Dux, quod occultari potius, quam poblicari ea debent, quæ commonia cum alijs coniunguntur, hoc exemplo motus Author præsentis operis meus dilectus consanguineus, multa pulcherrima opera legalia composoit, de illis materijs, quas alij non degustarunt, & inter tot priscorum, & recentiorum Iurisconsultorum scita, nouas formas ab alijs non excogitatas ex intimis legalis Philosophiæ penetralibus depromptas conposoit, & sunt videlicet *De Præstantia Sacri Consilij Neapolitani tomi duo*. *De pœnis mendacij lib. vnus*. *De priuilegijs Neapolitanorum liber vnus*. *De pœnitentia iuris tom. duo*. *Consilia pro nostra Familia Romana tomus vnus*, & tandem *Consilia pro Clientibus tom. vnus*. Sed excellentius hoc opus selegit Typis mandandum, scilicet de Præstantia Sacri Senatus Neapolitani, sperans se reliqua in lucem editorum, si summus Opifex suæ vitæ spatium protraheret: opus quidem meo iudicio excellentius, & eruditum, vtpotè Principum, & Regum potestates exornans, quas suis Senatibus illi concesserunt. Opus verè vnicum in quo nedum celeberrimas prærogatiuas Sac. Cons. Neapolit. aut ignoratas, aut paruipensas ab omniū obliuione vindicauit, sed etiam insigniores, abstructioresque aliorum Senatuum ex veterum monumentis deprōptas, sui ingenij acie, peregrinaque eruditione vestigatas, inter magnam struem librorum dispersas, suo studio ex alijs melioris notæ Doctoribus selectas coordinauit, atque ad instar Apis à multis viridiarijs flores vberiores decerpsit, atque in vnum alueum construxit, faciliqua methodo disposuit: hos enim labores vtiles semper existimaui communi bono, quos alij non tetigerunt, etenim in hoc latissimo prato nostræ Iurisprudentiæ Bos herbam, Canis leporem, Ciconia lacertam faciliter inuenire poterunt, dixit *Cenall. in præfat. quæst. com. contra com. num.* 98.

At huius operis commendator ego potissimum fidem forte laudibus adimam, vtpotè, qui cognatione, cum Auctore coniunctus, laudem vti propriam assumere videar, sed quia leue donum Sapienti pro multis laboribus tribuere laudes, saltem mihi dicere licebit, quod illud vno ore laudibus extollitur plenum omni doctrina, vti partus celeberrimus ex authoris insigni bibliotheca, omnium scientiarum ornatissimo Musæo, sed precipuè legalis Philosophiæ præstantissimo, quod ad nutrienda, fouendaque facillimè studia mirificè confert. Præterquā quod opus sua sa luce prodit, etenim quis melius Senatuū prærogatiuas, & immunitates magis extulit, quam hic meus consanguineus laconicè præstitit, inseruit quoque perpaucis

b tamen

tamen in locis aliquas eruditiones, quæ ad animum alliciendum maximè conferunt, apud modernos Authores visitatũ, sic enim opus amplificauit, & miranda cupiditate gloriæ æternitati mandauit, vt decus nostræ familiæ adderet, quam certè ab inclyto antiquorum Romanorũ sanguine cõparatã, ad instar illorũ eximiorum virorũ, ardenti studio conatus est cũ gloria ad posteros transferre, & si maiores nostri dimicarunt corporis robore, & bellicis instromentis, noster Author cum armis pacis in suo Museo collectis ad gloriæ culmen se extulit, istos enim huiuscemodi viros omni ex parte felicissimos iudico, quos & gloria maiorum, & amabilis, spectabilisque nexus doctrinæ virtutisq; nobilitas ornat, & sicut indigna posteritas, teste *Cassiodoro* laudes antiqui generis abnegat, ita præclara de patribus egregiè dicta confirmat. Certè enim considero, cur tantæ gloriæ cupido sit, vt neminem sanè iis stolidum natura effinxerit, qui licet in ima rerum ratione constitutus, vel ardua petere, vel maximas difficilesque dignitates, saltem voluntate attingere non conetur, neque etiam aliod quinis sexus, ordo, genus, natio, ætas, omni tempore gloriosum putauit, quam famæ æternati studere; omnes quidem gloriæ studio trahimur, & ad illam propensio nostris visceribus penitus insita radicitus inhæret, quæ nec ætate deficit, nec temporis progressu senescit, vt ait *Simonid. apud Plutarch. in lib. an senes debent Republicæ prodesse*, Immortalis autem noster animus ad immortalia fertur, & quædam in illo virtus insidet, qua per noctes, diesque ad gloriam, quibusdam quasi stimulis excitatur, atque monet, non cum vitæ, tempore esse dimittendam commemorationem nominis, sed cum omni posteritate adæquandam. Multum, imò adeo apud Etnicos hic gloriæ stimulus valuit, vt interitum etiam, & cruciatum ad gloriam adipiscendam subirent, Celebris est memoranda illius audacia, qui ad incendendum Dianæ Ephesinæ templum, hoc solum animo se contulit, vt memoria viueret apud posteros facinoris immortalis illustris, nec timor pænæ alios terruit, vt potius horribiles cruciatus sustinere voluerint, vel vitam cum morte libenter commutare, dummodo execrandi facinoris nomen omnis ætas apud posteros admiraretur, sed gloria virtutis omni tempore laudabiliter reuiuiscit, etenim mortaliũ opes, honores, & potentia instabilia sunt, & caduca, sed virtute, & literis immortalitas nominis comparatur. Imò est admiratione dignum, quod licet cupiditate gloriæ homines spontè ducantur, miraque propensione incendantur ad studia gloriæ, attamen aliquid diuersum cognoscimus apud viros sapientes esse, isti enim bene sciunt non sibi dumtaxat, sed cæteris esse natos, vt alijs prosint, meritò Sapientum, & excellentium virorum conditio hoc proprium peculiare habet, vt non ijsdem finibus vitæ istorum, atque gloriæ cursus terminetur, sicut cæteri homines mortalitatem exuunt, istis enim licet natura longissimum vitæ spatium concesserit, attamen omnes animi dotes cum corpore pereunt, sapientibus vero, qui literis clarescunt, post breuis huius vitæ metam præscriptam, tempus aperitur immensum ad gloriam, neque isti vnquam cum corpore nominis sui commemorationem deponunt. Benè igitur Claudius Marcellus animi magnitudine clarissimus, Sedes virtuti, & honori erectas, illas coniunxit, vt nullo interposito spatio diuisæ subsisterent, nouerat vir prudentissimus alteram ab altero seiungi nunquam posse, nec nisi vna virtutis via ad veram solidamque honoris gloriam perueniri, nec quempiam virtute præditum reperiri, cui debitum honoris præmium non soluatur; Eijcienda est igitur è forti pectore mollities, excutienda secordia, procul omnis repellendus metus, in magnis rebus magnæ occurrent difficultates, sed quo quidque præstantius, eò laboriosius ac difficillius, quo loco posita gloria est, eum maximis difficultatibus natura muniuit, vt aditum pauci, nec nisi fortissimi consequantur, de quibus præclarè *Claudianus*.

Armat Spina Rosas, mella tegunt Apes.


sic labore fortiores efficimur, nullus poterit Athletes fortior dici, nullus sine victoria poterit coronari, nemo sine prælio hostem subiecit, nemo sine bello imperium promeruit.

Sed bone Deus, quomodo hos libros perficere potuit meus prædictus consanguineus, in hoc exiguo, & tam breui vitæ curriculo, cum vno prope dixerim passu funera distent à cunis, neque amplius illos nestoreos annos, & matusalemia secla, quis viuat, sed vix quinquaginta, & sexaginta annos hac nostra ætate paucissimi attingant, itaut vix prima scientiarum, atque artiũ rudimenta delibare valeamus, & verè cum Themistocle experimur, quod tunc è vita discedimus, cum aliquid sapere incipimus, miranda igitur res est, quod meus consanguineus tot domesticis curis grauatus, fortunæ bonis iniectus, opulenti patrimonio præditus, laboriosis litigijs amicorum, & consanguineorum addictus, perennique fori sollicitudine publicè defatigatus, hunc aureum tractatum sic ingeniosè excultum perfecerit, aliosque libros proximè edendos compleuerit; sed nullus erit admirationi locus, si teste me, tibi persuadeas, amice Lector, hunc Auctorem ita fuisse scientiarum amore, & legendi, & scribendi cupiditate accensum, vt nec aliquam leuissimam temporis partem labi incassum permiserit; omnesque sibi vitæ oblectationes interdixerit, asserens se maiorem iucunditatem non optare, nisi

in cen-

in centro fuæ Bibliotecæ detineri, imitatus suum Celeberrimum Auunculum D. Iulium Caponi Comitem Palatinum, quem verè appellare possum Magistrum scientiarum, & stuporem præteriti sæculi, qui togæ honores refutans placidam, & sanctam vitam duxit, & in eadē Biblioteca legalia opera mirabilitet edidit, nempe *Commentaria in quatuor libros institutionum canonicarum*, Tractatum *de dote*, alium *de pactis, & stipulationibus*, *Controuersias forenses*, & tandem prope tumulum *quinque libros disceptationum forensium* Lugduni impressos, & in secunda editione Venetijs excusos, præter alia imperfecta quæ reliquit, scilicet *Cursum legalem vespertinum in quatuor tomos diuisum*.

Tandem amice lector, ne tibi vlla de hac commendatione oboriatur suscipio, eò quod laudes mei consanguinei retuli, nam non blandiens ista dixi, non enim est laus veritatis narratio, nec iudiciarium testem me prebeo in contentioso foro, doctrinam præsentis operis commēdando, sed potius veritatis testimonium exhibeo ijs, qui in longiquis regionibus morantur, cæterum in patria eius gesta satis comperta omnibus sunt, nec indigent præsenti epistolari comprobatione, exteris autem sat est; vt eum laudet suæ familiæ præconiū, quæ à mea Messana Ciuitate suam originem cognouit, in qua communem stipitem, habuimus Thomam Romanum Regium Consiliarium in Siciliæ Regno Alphonsi Regis de Aragonia, qui suos quatuor filios, quatuor Barones constituit, sed secundum filium Philippum Baronem Montis Albani elegit, eumque nostrum sextum communem Auum, cum authore præsentis operis confitemur, laudent etiam dictū meum consanguineum sua celeberrimā coniugia inita à suis filiabus, scilicet D. Victoria Romana nuptui tradita D. Staphano Romano Patritio Surrentino sedilis Porti, ex illustri, & antiquissima familia, etiam (vt creditur) descendente ex illustri sanguine Romanorum, quæ circiter quatrincentum annos Nobilis legitur seu patritia in dicta Ciuitate Surrentina, secunda matre illustrium familiarum, quæ Neapolitana sedilia cohonestarunt, ex qua etiam Romana familia volunt nostri historici descendisse Ademarum illum Romanum Magnum Neapolitani Regni Admiratum sub Rege Roberto, vt notauit author præsentis operis *fol. 59. num.* 213 laudet etiam illum secundum coniugium contractum à D. Vincentia Romana altera authoris filia cum D. Matteo Valua Barone Terræ Valuæ ex Marchionibus eiusdem Terræ, è primaria, & vetustissima nobilitate Regni Neapolis ex sanguine Normannorum, quæ nulli familiæ cedit in vetustate, ob antiquissimam feudorum possessionem à Rogerio primo Normanno, qui istam familiam ad nostrum Regnū secum transtolit, cui fuerunt in coniugium copulatè Illustrissimæ Neapolitanæ Familiæ, nempe Iesualda, Scaglione, della Castelle, Rugeria, Cartapha de Aragonia, da Diano, & demum Caracciola ex Comitibus Sancti Angeli, aliæque Illustrissimæ familiæ. Laudent etiam nostrum authorem duo spiritualia matrimonia, celebrata, vnum scilic. à D. Francisca Romana eius filia, nunc Soror Maria Raphael nuncupata: Alterum à D. Iulia eius Nepote ex fratre, hodie Soror Maria Casimira appellata, ambæ in Sacro Gynæceo seu Templo S. Mariæ Sapientiæ suæ Ciuitatis Neapolis, ad vitæ santimoniam professæ, vbi puellæ Procerum, & Magnatum Neapolitanorum, monasticam Diui Dominici regulam profitentur, non omitto sui filij primogeniti D. Francisci matrimonium cum D. Saluia Romano Colonna mea nepte contractum, quo renouauit antiquam nostram agnationem, post cētum quinquaginta circiter annos, per sextum gradum disfusam, atque ita denuo deuinctam, Nec tādem omitto insignem Bibliotecā eiusdem Authoris, illi relictam à dicto quondam D. Iulio Caponi suo Auunculo, qui instituto ex Asse hærede dicto suo Nepote, illam pereuni fideicommisso supposuit, no vtreque Familiæ Romanæ, conseruandam, in amplo suo palatio commendauit. Sed cohibenda est oratio, ne lectio epistolaris in panegerim abeat. Vale Romæ 1704.



EIVSDEM AD LECTOREM

EPIGRAMMA.

IVS benè Romulam Prudens fulcire Columnam
Ne mireris adhuc Lector,atque ſcias.
Ciuica Romulides iura addiſcenda dediſſe
Externis Populis,Ciuibus atque ſuis.
Dicitur Alcides geminis poſuiſſe Columnis
Metam, quæ forti non adeunda foret.
Sic geminis Pallas Iuriſconſulta Columnis
præſcripſit metam, Lector Amice vale.

IOANNIS FRANCISCI LONGOBARDI

I. C. & Aduocati Neapolitani,In eximij viri V. I. D. Domini

D. ANTONII ROMANO.

LAVDES.

EPIGRAMMA.

QVAS valeat, Romanæ, doces præſcribere leges
Quæue Sacer, monſtras, Iura Senatus habet.
Græcorum poſt hac cedat venerabilis aula
Romulei cedat gloria ſumma fori.
Namque in Conſilio longe maiora videmus;
Tanta vrbs, at ſoli debuit iſta viro.

D. CAROLI SALZANI DE LVNA I. C. AC ADVOCATI NEAPOL.

Ad præſtantiſſimum Dominum D. Antonium Romano

EPIGRAMMA.

QVantum Romanæ o tollis decora alta Senatus
Per te noſtrà vetus ſuſtinet aula iubar.
Sic ego iam Graios videor vidiſſe Lycurgos
Fulgida tam noſtri eſt aula verenda fori.
Ergo Syrenes meritos inneſtite Lauros
Debita, & edoctus lingite Secta Comis.
Haud magis inuideat noſtra hæc Solonibus aula
Præſtat enim maius Parthenopæa decus.

AD

A D V. I. D.

D. ANTONIVM ROMANVM

Dum librum, de Præſtantia S. R. C. Neapolitani, eiuſque priuilegijs, & prærogatiuis, Typis mandat.

C A R M E N.

V. I. D. D. STEPHANI DE STEPHANO ADVOCATI NEAPOLITANI.

TAM benè cum ſcribas, Antoni, facta Quiritum,
ROMANI nomen ſumere iure potes.
At cum defendis docto ſermone clientes
Patronus Cauſas Tullius alter agis;
Et Romana tuo facundia manat ab ore,
ROMANVS verè es nomine, & eloquio.
Tu Cultor Themidos Conſtans, & Criminis oſor,
Romanæ es meritò dignus honore Togæ.
Sed benè cum ſcribas patrij decora alta Senatus,
Iſteque quantum alijs præſtet in orbe Foris,
Cognomen potius debebat Patria Siren,
Nec dare dumtaxat Roma ſuperba tibi;
Scribis enim, vt præſtet noſter quencunque Senatum,
Quo nullus toto clarior Orbe micat.
Nunquam adeo vt ſtricti vincatur imagine Iuris,
Vt prorſum huic æqui prætereatur amor.
Iudicet atque omni prorſuſque ambage remota,
Vt ſolet ætherea ſummus ab Arce Deus.
Vt ſolùm Vero figat ſua lumina, & omnes
Hæc alias Regni Curia prima regat.
Vt quod decernat ſit iuſti regula Regno
Quod ſeruet, Cuncti Iuraque vt inde petant.
Nec iam terreſtres Aſtræa reliquerit oras,
Et ſtet ſyderei parte locata Poli.
Nam noſtro reſidens hic inuiolata Senatu;
Æquo ius tribuit pondere cuique ſuum.
Hæc bene cum ſcribas, & roſtra Neapolis ornes,
Dicendus meritò Parthenopæus eras,
Quantaque ſit legum, Antoni, tibi Copia, quanto
Ingenio excellas, ſat liber iſte probat.

Per-

Perpetuis ROMANA domus celebranda trophæis,
Ex qua vir tantus natus in Orbe fuit.
Sed tu, Patritia clarus de gente creatus,
Messana à prisca nobile stemma trahis.
Patria Roma tibi, Messana, Neapolis esse
Posset, & Antoni, Ciuis vbique nites,
Et de te hæ possent Vrbes contendere Ciue,
Vt septem Argolicæ dè sene Mæonio.
Tu tamen effulgens Cunctis notissimus oris,
Præclarum duces nomen ad astra tuum:
Vtque Canit Vates, si est Mamertina senecta
Nobilitas, quoduis nomen habere potes.

Al medesimo Signore

D. ANTONIO ROMANO

SONETTO.

Dell'istesso

DOTTOR STEFANO DI STEFANO.

PResso al gran Zio seguendo il bel sentiero
Della virtù, che à vera gloria mena,
Giungi sì franco, e con sì ferma lena,
Ch'appena ormai ti scorge vman pensiero;

Onde tosto vedrem tuo nome altero
Girne felice in quella piaggia amena,
La've eterna si gode aura serena,
Carco d'immortal laude, ed onor vero.

E ben fien prèmio al tuo sublime stile
D'eterna gloria i lampi, onde te'n fregi,
Rendendo à Roma il prisco onor latino.

Anzi al tuo Patrio nido almo gentile,
Del gran Foro d'Astrea spiegando i pregi,
Dai quell'onor, che à colei diede Arpino.

LAV-

LAVRENTIVS DE LEO
D. ANTONIO ROMANO
Patritio Mamertino Salutem.

QVanta mihi fuerit iucunditati liber de Praestantia S. R. C., cuius mihi legendi copiã fecisti, quãq; propterea te, amẽ ANTONI ROMANO Carissime, verbis explicare nõ est opus; Tu illud ex meo erga te animo tibi spectatissimo, facilè conijcere poteris. Iamdudum auidissimè expectabam (saepe enim antea mihi indicasti) postea verò quàm publici iuris est factus, illum non modo legi, verum etiam incredibili quodam studio voraui. Quid quaeris? In eo tum eruditionem, tum vere iudicium, lucrubationesque, quae verè oleum sapiunt, mirari satis non queo: Omnia summa, nihil non sua laude dignissimum. Splendorem mihi crede Regio Consilio addidisti, & immortalem tuo nomini gloriam comparasti; Id quod mihi, pro nostra familiaritate, quam gratum accidat, tute ipse vel me tacente intelligis, ac ne putes, me tuis haec auribus dare; Narro tibi: Cum tuus commodum liber esset in manibus, conuenit me quidam mihi cum familiaritate, tum etiam studiorum genere coniunctissimus; qui vt legentem vidit, quidnam libri esset? percunctatus est Cui ego cum de re tota respondissem. Cedo, inquit, si non est graue; Ibi cum consedisset, legimus vna; isque cum erat Ingeniosus, iudicioque pollebat, si quisque alius, subinde consistens, opus miris laudibus extollebat; Videri enim sibi perfectum, & expletum omnibus suis numeris, atque partibus: Vbi vero legi desitum est, curiosius ille à me perquirere, ecquid nossem ne operis authorem? Et verò, inquã, noui; habeoque charissimum; Idque gloriae non exiguae esse duco; vt qui me viro adiunxerim non modo omnigenae literaturae laude florenti, sed etiam nobilitatis splendore clarissimo. Hic multa tum de tua in Philosophicis, ac Theologicis disciplinis praestantia, tum de generis nobilitate verba feci: Haec sanè dicenti oratio deesse poterat: Quantam enim materiam suppeditabat Nicolaus Romanus Nobilis Mamertinus tuus proauus, qui primis Messanae muneribus praefuit, cura, solertia, ac prudentia res publicas tantae Vrbis oculatissimè curauit. Quantam Columnensium familia, ex qua domus tua traxit originem, cum Federicus Columna ea de causa, quã decantant historici, Romanũ voluit cognominari. Quantam tua indoles ad omnem virtutum, bonarumque artium studia nata. Quid multa? Sic mihi credas, velim, non prius hominem à me discessisse, quam tibi amicissimus esset factus, teque vel absentem diligeret. Ex quo planè cognosces, me neque vllam occasionem praetermittere tuae dignitatis amplificandae, & quas tibi laudes attribuo, in ijs non tam amico, imò Domino gratificari, quam obsequi veritati. Vale.

Huo

Huc tubas, Fama; huc præconia.
D. Antonio Romano celebrando tantisper adsis.
Vnum laudabis, & multos.
Hoc est in vno multiplicem Virum.
Non vnum de multis; quia Egregium:
Parem pluribus virtute, quia, singulari.
Materiam quæris? Cane quod lubet.
Nihil non verè dices; Nunquam non dignè laudabis.
Num Philosophis, hunc Theologis
Libens adnecte:
In vtrisque nomen profitetur suum.
Scribendi copia, eruditione, elegantia quid possit
Vel eo tacente præsens opus ostendet.
Nobilitatem vt prædices, Columnensium Familiam prædica.
Fonte indicato, riuum commostras.
Arboris honor, exornat, & Ramos.
Nosti Fidericum Columnam.
Qui reflante Fortuna
Patria concessit, vt cederet Vaticano.
Auitum nomen abiecit, Romano sibi cognomen apposuit.
Futurus sine metu, si sine nomine.
Sed latuit nomen, nominis claritas non delituit.
En gentilitium stemma
Columnam præferens Coronatam.
Cuius ad basim
Laurentius de Leo
Grato animo
Posuit.

Eiusdem ad Auctorem.

DVM tu, consilij, quæ sit præstantia, scribis,
Consilio appares magnus, & ingenio.
Parthenope se nostra tuo debere labori
Asserit, ipsa etiam hoc efferit alma Themis.
Materies tanto digna hæc scriptore; nec alter
Vel potuit melior, Vel potuit melius.

Emi-

EMINENTISSIMO SIGNORE.

IL Dott. Antonio Romano supplicando espone à V. E. come desidera dare alle Stampe diuerse sue Opere Legali, e per hora vn libro intitolato *De Præstantia Sacri Consilij Neapolitani*, Vn altro de *Priuilegijs Neapolitanorum*, & vn altro de *Panis Mendacij*, supplica però l'Emin. Sua commettere la reuisione di quelli à chi meglio restarà seruita, e l'hauerà à gratia, ut Deus.

Reuerendus Dom. D. Angelus Barone Pauperum Patronus Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ uideat, & in scriptis referat die 26. Aprilis 1698.

IO: ANDREAS SILIQVINVS VICARIVS GENERALIS.

D. Iannarius de Auria Canonicus Deputatus.

EMINENTISSIME DOMINE.

LEgi iussu Eminentiæ Vestræ Opus legale, & eruditum eleganti stylo compositum *De Præstantia S. Consilij Neapolitani* ab V. I. D. Antonio Romano Patritio Mamertino, in quo cumulantur omnes Præeminentiæ, & Præstantiæ Supremi Consilij Neapolitani, Opus quidem commendatione non indiget, dum fuit fundata doctrina, facundia, & eruditione compositum, vbi nil inueni scriptum, quod bonis moribus dissonet, vel Sacræ doctrinæ, & iurisdictioni absonet, ideo lucem publicam aspicera dignum censeo si Emin. Vestræ videbitur, cui semper humiliter me submitto. Neapol. die 13. Maij 1698.

Addictiss. & Humillimus Seruus.
Angelus Barone Pauperum Patronus.

Attenta suprascripta relatione Reuer. Dom. Reuisoris, quod potest imprimi. Imprimatur die 2. Iunij 1698.

IO: ANDREAS SILIQVINVS VICARIVS GENERALIS.

D. Iannarius de Auria Canonicus Deputatus.

ECCELLENTISS. SIGNORE.

IL Dottor Antonio Romano Capone supplicando espone à V. E. qualmente desidera dare alle Stampa per hora alcune Opere Legali dal supplicante composte, cioè *De Præstantia Sacri Consilij Neapolitani. De Priuilegijs Neapolitanorum. De Panis Mendacij. De Pœnitentia Iuris, e due tomi de Consegli*, supplica però V. E. di commeter la reuisione di detti libri à persona Dotta, e lo riceuerà à gratia vt Deus.

Regius Consil. D. Blasius Altimare videat, & in scriptis S. E referat.

GASCON R. ANDREAS R. ANDREASSI R.

Prouisum per S. E. Neapoli die 19. Aprilis 1697.

Mangus.

EXCELLENTISS. DOMINE.

VIdi iussu Excellentiæ Vestræ opus satis celebre *De Præstantia S. R. C. Neapolitani*, compositũ ab V. I. D. Antonio Romano Neapolitano Patritio Mamertino, opus certè summo studio, & eruditè elaboratum in sua Insigni Bibliotheca, quam detinet, ad ornarum, & splendorem nostræ Ciuitatis, & Regni, & suæ familiæ decorem. Est certè opus magno labore digestum, & summa rerum forensium doctrina collectum, vbi illæ speciales prærogatiuæ, præeminentiæ, quas nostrum Sacrum Consilium detinet, tam in corpore iuris clausas, quam ex nostro iure municipali concessas, eleganti doctrina facundia, & eruditione enucleauit. Imo admiratus fui, cur vsque ad nostram ætatem tot excelsa ingenia Neapolitana, huic operæ non insudarũt; & quia nil aduersatur legali iurisdictioni, proindè iudico, vt quam citius in publicum euulgetur, si ita videbitur Excellentiæ Vestræ, quam incolumem ad nestoreos annos expto. Idibus Maij M. DCXC. VIII.

Excellentiæ Vestræ.

Humillimus Seruus
D. Blasius Altimarus.

Visa suprascripta relatione Imprimatur, Verum in publicatione seruetur Reg. Pragm.

GASCON R. ANDREASSI R. GVERRERO R. MERCADO R.
Prouisum per S. E. Neap. die 12. Iunij 1698.

Mangus.

INDEX

INDEX RVBRICARVM

In præsenti opere contentarum.

CAPVT I.

Præ-

CAP.

C A P V T II.

De Præstantijs Sacri Consilij Neapolitani erga alias Curias inferiores, & alia Prætoria nostri Regni. 403.

Præstantia 1.

PRÆSTANTIA Sacri Consilij Neapolitani est, vt sit Supremus Senatus omnium appellationum Curiarum inferiorum nostri Regni 403.

Præstantia 2.

Præst. S. Consilij Neapolitani est, vt ad illud appelletur à decretis Magnæ Curiæ Vicariæ 410.

Præstantia 3.

Præst. S. C. est, vt sit Suprema Curia appellationum multarum aliarum Regiarum Curiarum nostræ Ciuitatis Neapolis. 418.

Præstantia 4

Præst. S. Consil. Neapolitani est, vt in causis ciuilibus omisso Iudice medio appelletur ad idem S. Consilium 426.

Præstantia 5.

Præst. S. C. Neap. est, vt in vno die cuiuslibet hebdomadæ causas grauaminũ decretorum interlocutoriorum M. C. Vic. audiat 429.

Præstantia 6.

Præst. S. C. Principis est, & Senatus Neapolitani, vt possit auocare causas pendentes in Curijs inferioribus, & quando 434.

Præstantia 7.

Præst. Supremi Consilij Principis est, vt causæ coram eo introductæ, non sic de facili ad suas Curias remittantur. 446.

Præstantia 8.

Præst. Sac. Consil. Neapolitani est, quod supplicatur non hortatur, quando ab eo petũtur causarum remissiones 453.

Præstantia 9.

Præst. S. Consil. Neapolitani est, vt valeat inhibire M. C. Vicariæ, & quando. 455.

Præstantia 10.

Præstantia S. C. est, vt causa falsitatis testium examinatorum in lite vertente in d. Sacro Consilio, non cognoscatur à M. C. Vicariæ absque licentia dicti Senatus. 462.

Præstantia 11.

Præst. S. C. Principis est, & præsertim Neapolitani, vt eius decisiones faciant ius in Regno & quando. 467.

Præstantia 12.

Præst. Supremi Senatus est, non parere mandatis iniustis, & iniquis ipsius Principis, & quando 472.

Præstantia 13.

Præst. S. C. Neapolitani est, vt si fuerit requisitum pro imploratione brachij, possit cognoscere de iniustitia sententiæ, vel decreti. 480.

Præstantia 14.

Præst. S. Cons. Neapolitani est, quod in causis iustitiæ non subicitur Collaterali Consilio nostri Regni 487.

Præstantia 15.

Præst. S. C. Neapolitani est, vt Fisci causas per viam recursus cognoscat. 495.

Præstantia 16.

Præst. S. Cons. Neapolitani est, vt assistant duo Consiliarij ad Magn. Curiam Vicariæ criminalis 499.

Præstantia 17.

Præst. S. C. Neapolitani est, vt Decanus Consiliarius eiusdem Senatus recipiat iuramentum de fideliter exercendo à Regente Magnæ Cur. Vicariæ, quando de tali officio prouidetur 503.

Præstantia 18.

Præst. S. C. est, vt eius Consiliarij non possint conueniri nisi coram eodem Sac. Consilio. 506.

Præstantia 19.

Præst. S. C Neapolitani est, vt vnus Consiliarius d. Senatus sit Consultor Cappellani Maioris. 513.


Præstantia 20.

Præst. S. C. Neapolitani est, vt duo Consiliarij d. Senatus sint Iudices causarum Tribunalis Reuerendæ Fabricæ S. Petri de Vrbe 520.

Præstantia 21.

Præstantia S. Consilij Neapolitani est, vt præcedat Tribunali Regiæ Cameræ 526.

DE



DE PRÆSTANTIA SACRI R. CONSILII NEAPOLITANI.

Eiusque Prærogatiuis, & Priuilegijs.

Et de Poteſtate omnium Officialium Maiorum, & Minorum, qui illud componunt, eorumq; Dignitatibus, & Immunitatibus.

LIBER PRIMVS.

AVTHORE

D. ANTONIO ROMANO

NEAPOLITANO, SED ORIGINARIO PATRITIO MAMERTINO IN TRIBVNALIBVS NEAPOLITANIS ADVOCATO.

PRÆFATIO PROOEMIALIS.

De Conſilio Regum, & Principum.

SVMMARIVM.

1 *Conſilij Publici definitio.*
2 *Conſilium eſt requirendum de rebus eligendis, vel faciendis.*
3 *Conſilij Ætymologia.*
4 *Concilium differt à Conſilio.*
5 *Neceſſitas Cõſilij in Principe ex ſacr. literis cõſtat.*
6 *Primi Sapientes ſemper Conſilio vſi fuerunt.*
7 *Aſtra Cœli etiam neceſſitatē Conſilij patefaciunt.*
8 *Conſilio vtentes tot Oculos, Aures, Manus, & Pedes habent quot Conſultores.*
9 *Victoria ſine conſilio Merces eſt ſortis, non operantis.*
10 *Rex Hiſpaniarum plura Conſilia tenet pro regimine ſuæ Monarchiæ.*
11 *Vtilitas ob Cõſiliũ apud Principes ſēper reſultat.*
12 *Roboam perdidit Imperium, quia noluit audire ſuos Conſiliarios.*
13 *Principes eouſque fœlices fuerunt, cum apud eos præualuerunt Sapientum Conſilia.*
14 *Iuſtinianus Imperator ignarus fuit literarum, ſed cum Sapientum Conſilio leges Imperiales compoſuit.*
15 *Tiberius Cæſar Principatum reſoluit, & cuncta ad Senatorum Conſilia reduxit.*
16 *Requiſita Conſilij ſunt libertas, & maturitas.*
17 *Conſilia bellica potius ſtrategematibus componuntur, quam cum iuſtitia.*



Rincipium præsentis operis agrediens ,subdiuini nominis inuocatione opere pterium existima. ui de consilio Principis generaliter aliqua verba tractare, cum uostrum S.C. Principis magnum Consilium sit, id circo eius Æthymologiam Necessitatem,& Vtilitatem perscrutabor,Quod autem attiuet ad eius Quidditatem, definitur Consilium publicum, vt sit legitima. Congregatio selectorum Virorum,siue Cetus,qui Principi suo,quomodo Respublica belli,seù pacis tempore ad ministranda sit, consulunt , *Bodinus lib.3.de Republica cap.1. Coninck.in theatr. politic. par.2.cap.26.* Priuatum definitur, vt sit inquisitio eius,quod in rebus proprijs sit vtile ad optatum finem consequendum *Cicero lib. 1. ethicorum Diuus Th.a.2.quæst.52. artic.2. Selsedus de l.Politica lib.1.cap.* 13. alij autem dicunt, vt Consilium sit aliquid faciendi,vel nou faciendi vera excogitata ratio. *Tullius 1.ethicorum , & de inuentio.til.1.lib.1.fol.*64. vel est persuasio, vel instructio ad aliquid faciendum *l.furti 5, recte ff.de furtis* , vel dici potest suasio, quædam ad aliquid bene regendum *l. is qui §. diuus ff. de Tutoribus , & Curatoribus* , & in Iure idem est, ac scientia, siue opinio, de quo habetur in *§.responsa, Prudentum, & ibi glosa , & Angelus Aretenus instit.de iure nat.gen.ciuil.*& habetur *in l.1.§.Casum ff.de postulando* ibi ; *Appius deniqueClaudius Cecus consilijs publicis intererat, & in senatu seuerissimum dixit sententiam*, vt tradit *Lucas de Penna in rub.de sent.aduersus fiscum lib.*10 *Boerius de authoritate magni Con-*
2 *silij num.* 162. igitur , vt Consilium sit verè Consilium debet esse rerum eligendarum indagatio, uàm de his ferri nou debet Consilium illarum rerum, quæ à nostra voluntate non dependent, puta de his, quæ semper eadem constanti natura mouentur,quis enim putat Consilium sibi esse ineundum, aut de quotidiana circumuectione solis , aut demestrua vicissitudine crescentis; aut senescentis lunæ, nec item est de rerum fortuitarum euentu cousulendo n, cum nec à libera animi optione nascantur, nec possint humanarum operum effectione mutari.

Æthymologiam Consilij dicas deuenire à consu-
3 lendo, vel quia in vnam sententiam plurium mentes consiliat , vt legitur in *Lessicon iuris in verbo consilium fol.*408. *num.*30. *Festus de verborum significatione fol.*40.*Nicolaus Perottus in Cornucopia lingua latina fol.*685.*num.*5.alijque selati à *Topio de origine Tribunalium par. 2 lib. 1. cap.3. num* 1. vel dicas , quod vocetur Consilinm, quasi considuum à consedeudo quià simul sedendo res tractantur *Andreas de Iseru.iu c ap.1.col.*3.hic finitur lex , *& in cap.6. §.fin.de Cap.qui Cur.vendidit Io. Vinc.de Anne in singulari* 106.*fol.*222.

Consilium differre à Consilio dixit *Boer.in d.tract.*
4 *in prima par. cap.* 1. quia concilium dicitur congregatio virorum Prudentium ad Consilium exquirendum . Consilium vero accipitur pro ipsa sententia lata , seù responso præbito à Consiliarijs vuitis , quod approbat *Reg. Tappia in rub.de offic.Sac.Consil. num.*11. *lib.*1. *iuris Regni* .

Necessitatem Consilij non opus est ostendere
5 Is enim qui adReipublicæ Clauum, sedet , suo met ingenio nou potest cuncta complecti,nec se suosque regere,quantumuis alacris fortisq; corpore simul, atque animo fuerit , ideo opus habet exquirere aliena iudicia , apertè enim constat multos plura scire , quam vnum , & magna negotia magnis adiutoribus egere *Velleius lib.*2.vnde eleganter inquit*Cassiodorus lib.* 9. *Variar. epist.* 3. *Quid robustius agitur officium, quando duorum fuerit societate completum,nec reprehensibile quid agitur, quado cuncta Consilio alterius ordinantur* , etenim Pauci cum Prudentia honesta à deterioribus , & vtilia à noxijs discernunt *Tacit lib. 4. annal.* salus enim semper indicatur , vbi plura sunt consilia *Cassan.in consuetud.Burgund.fol.*5.*in procemio colum.*3.*num.*2.& ex locis sacris hoc probatur, nam legimus ista præcepta ; *Consilium custodiat te. Multitudo sapientum sanitas est orbi terrarum . Post factum non pe-*
6 *nitebit , qui ante factum consuluit* , & similia. Eo etiam primi sapientes vsi fuerunt,&eorum Iudicia Consilio dissertissimorum virorum supposuerunt, nam legimus Salamonem sapientissimum,& cælesti lumine fultum, vt *lib. regum* 3.3. etiam prudentes Consiliarios sibi assistentes voluisse in regimine sui Regni, vt post alios aduertit *Pineda de rebus Salomonis lib.* 3. *cap.* 9. *pagina* 111. & Assuerus non minus Solamone in *lib. esther. cap.* 1. semper interrogabat sapientes , & illorum consilio cuncta cōponebat Hoc enim quod exemplis comprobaui , voluit Deus ipse à die Creationis hominis demonstrare , ipse enim licet sapientissimus sit,tamen, quando formare voluit nostrum primum Parentem , in plurali numero dixit , *Genesi l.* 16 *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram* ; quod explicans *Rupertus lib.*1.*in Genesi cap.*1.ibi ait: *Quasi alios ad tanti operis excellentiam consultans , atque deliberans* ; Ipse etiam Dominus Noster Iesus Christus hoc etiam voluit denotare, quando Apostolos rogauit. *Vnde ememus panes* ; etenim cum sibi omnia erant benè nota, indicauit esse amplectendum Consilium; ista, & alia exempla tradunt *Coninck. in Theatro politico p.*2.*cap.*26.*pag.*185. *Sanedra in idea*
5 *politica pag.* 402.hanc autem necessitatemCōsilij in Principe,Cœlestes probationes etiā patefaciunt,Nam & ipsa astraCœli mutuo regūtur

tur auxilio, & fatetur Astronomi Solē, & Mercuriū præcæteris planetis se propinquos assiduè in Cælesti circuitu aspici, & comites esse, hac scilicet ratione, vt quicumque Solem Syderum Dominum viderint, à sapiente Mercurio in Cœlo nūquam incidere, sicq; intelligant, hanc nostram sublunarem potentiam, & Principum dominationem, nusquam absque sapientia seiungi debere, vel sic diuisam diù posse regnare, vt benè aduertit *Chassaneus in Catal. Glor. mund. part.* 11. *consid.* 8. & Palladem Ioni assidere finxerunt Poetæ, innuentes Principi adesse debere Consiliarios *Osuald. Hillinger. ad Donellum enucleatum lib.* 18 *cap.* 2. *in not. lit. B. Philipp. Brorde in supplem. Collecti histor. forens. lib.* 5. *cap.* 5. *pag.* 44. Nam & si ipsi per se sapiant, tamen confirmantur eorum consilia, quando sensiunt prudentibus, idem videri *Hilling. loc. cit. lit. D.* Et quæ maior probatio, quam ipsa rerum euidentia ad probandam necessitatem Supremi Consilij, apud Principes, isti enim debent necessitatibus, & grauaminibus subditorum prouidere, quod non aliter occurri poterit, nisi per sapientes Consiliarios, qui institiæ præsident, etenim exemplum dedit ipse primus Legislator, & Dux Populi Hebræi Moyses, vt habetur in *Exodo*. Is enim ex Ægypto in desertum cum Populum Hebræum ducebat, à mane vsque ad vesperas assistebat ad Populum illum iudicandum, cumque aspexisset eum satis defatigatum Ietro Sacerdos, & Madia eius cognatus, venerunt ad eum cum Sephora Moysis vxore, & dixerunt ei. *Vltra vires tuas est negotium istud, & solus non poteris sustinere, prouide de omni plebe viros potentes, & Deum timentes, in quibus sit veritas, & qui auaritiam oderint, & eos constitue tribunos, & Centuriones, ac quinquagenarios, vt iudicent populum omni tempore, quidquid autem maius fuerit, ad te referant, ipsi quæ tantum minora iudicent, leuiusque erit tibi partito in alios onere*; quibus auditis Moyses fecit omnia, quæ illis sugererunt, vt refert *Hieron. de Monte de finibus cap.* 2. *nu.* 2. Meritò hanc necessitatem Consilij in Principe considerans *Ramires de leg. Regia* §. 10. *num.* 1. dixit consilium supremum Nasui comparari, quia sicut per Nasum species odorum omnium ad Cerebrum feruntur; sic etiam per Consiliarios ad Rectorem Reipublicæ, odores boni, vel mali referri debent, & nedum boni odores ex rectis Consiliarijs assurgunt, sed omnes alij sensus Principis in bonis Consiliarijs cognoscuntur, nam vt dixit *Aristol. lib.* 3. *polit. cap.* 12. loquens de istis Officialibus, *Princi-*
8 *pes*, ait, *ac Reges multos sibi oculos, multa aures, multas manus, ac pedes faciunt, eos ad Magistratus conuocando*; quod etiam aduertit *Senoph. de instit. Ciri lib.* 8. cum aspicimus, vt quot quis possidet amicos, tot oculis ea, quæ vult videt, tot auribus audit quæ oportet, tot cogitationes cogitat de ijs, quæ conducunt, ita, & taliter; ac si Deus vnum corpus habenti, multos animos dedisset, qui omnes ipsi prouiderēt, *Dio. orat.* 1. *de Regno pag.* 7. Imo quod debeat Princeps vti suis Consiliarijs, sicut vtitur suis oculis, & auribus demonstrat *Tympius in spec. boni Magistr. par.* 1 *fig.* 38. adeout si res prospero euentu sortiebantur, sed prauo consilio, antiqua ætas grauiter duces puniebat, apud Carthaginenses, teste *Titolivio lib.* 38 sed non illos, qui adhibito consilio victi erant, dicebant enim, quod vincere sine consilio merces erat fortis, quæ ab humana mente non reggitur,
9 sed non petere consilium culpa est operantis, vt etiam aduertit *Ramires de Prado in tract. de Consilio, & Consiliarijs pag.* 6. Hæc omnia vere esse prudenter demonstrat noster potentissimus Monarcha, qui in suo Oppido Madrid, ubi moratur pro gubernio suæ Monarchiæ, & regimine suorum subditorum, tenet semper prom-
10 pta quindecim consilia, cum suis Presidentibus, & Consiliarijs, in vnoquoque consilio deputatis, quorum principaliora sunt Consilium officij Santissimæ inquisitionis, vbi semper præsidet Archiepiscopus Toletanus Hispaniarum Primas cum sex Consiliarijs, Secundum Consilium Supremum Regale, vbi assidene sexdecim Consiliarii, Tertium consilium Status, vbi præsidet ipsa Catholica Maiestas cum sex Senatoribus, Quartum est consilium Bellicum, vbi etiam residet ipsa Catholica Maiestas cum sex Consiliarijs Militaribus, Quintum est consilium Cameræ, vbi etiam residet ipsa Maiestas cum quatuor Consiliarijs, & in hoc tractantur tantum gratiosa rescripta, quæ à Rege largiuntur, Sextum est consilium Italiæ, vbi resident septem Consiliarij, Septimum est consilium Camerale, vulgò *de Hazienda*, scilicet Patrimonij Regalis, vbi sunt deputati duodecim Senatores, Octauum est Consilium ordinum Militarum, cum quatuor Senatoribus, Nonum est Consilium Aragoniæ cum assistentia quinq; Consiliariorum, & etiam Consilium Lusitaniæ, quando illa Corona famulabatur nostro Monarchæ. Consilium Indiarum, & Consilium Belgicum, & alia, præter illa specialia Consilia, quæ in vnoquoque Regno singulariter designauit extra suam Curiam, videlicet in Ciuitate Valladolid, in Ciuitate Granatæ, in Regno Nauarræ, in Compostella, seu Galitia, & in alijs suis Regnis, quæ omnia numerat *Borrel. de præst. Regis Cathol. cap.* 66. *à n.* 17. Si enim nō essent necessaria tot Consilia, cur noster Potentissimus Monarcha, tot ingentes sumptos assiduè facit pro stipendio tot Consiliariorum, & Præsidentium ipsorum. Conclude igitur cum *Innocentio in cap.* 4. *de iur. iurand. Paris de Puteo de Syndic. cap.* 1. *num.* 18. & *Surgent. de Neap. Illust. cap.* 17. *num.* 5. quod Princeps, qui suo arbitratu, vel paucorum consilio vsus, negotia expedit, ex-

cessum incurrit, imo & periurij notam, ob contemptū iuramenti, quod præstabāt singulis Calendis Januarij Imperatores, negotia non expedire sine sapiētum Consilio, teste *Alex. ab Alex. dier. genial. lib. 1. cap* 20.

Vtilitas Supremi Consilij apud Principes ex se ipsa notescit, cum apud politicos certò certiùs sit, fœlicissima tunc esse imperia, quando habent Principes Consilio vtentes, *Ramirez de lege Regia §. 4. num. 11. Aluar. Pegas ad ordinationes Regni Portug. ad proœm. Glos.* 101. *nu. 5. tom. 1.* ita ut dixit *Andreas de Isernia in c. 1. qui succedten.* quod Principi cum Consilio suo creditur, alias secus: multa enim, quæ impedita à natura sunt, Consilio expediuntur *Tit. Liuius lib.* 21. & plura consilio, quam vi perficiuntur *Corn. Tacit. lib. 2. annal.* Multæ profectò Prouinciæ, & Principatus in irritum caderent, nisi Senatus Consilio tuerentur, & quando aliquæ sine cōsilio regebantur, nō multum eas durare vidimus caeterorum more progredientes, at si Respublicæ eo vtuntur, ardua quæque, & inaccessa perrumperunt. Et vt exemplis prædicta comprobentur, legimus, quod Roboan perdidit Regnum
12 suum, quia noluit audire suos Consiliarios sapientes, qui consulebant, vt minueret ingens, & tributa imposita excessiuè à Salamone eius patre, sed contra Senioꝝ Consilia Populo supplicanti respondit: *Minimus digitus meus grossior est dorso Patris mei, & dum Pater meus posuit super vos iugum graue, ego addam super iugum vestrum. Pater meus cecidit vos flagellis, ego autem cedam vos scorpionibus.* Ex quibus verbis quanta mala euenerint *legas lib. 3. Reg. c.* 12. & refert *Ripoll. de regalijs cap.* 45. *nu.* 25. & etiam tradunt *Speculat. ineil. de Aduocat. §. 3. ver. habito, & in til. de requisit.* Nec Alexander Imperator eo potentiæ vnquam deueniffet, si vixisset
13 absque Clito, Parmenione, Peteolomeo, Lysimacho, alijsq; suis Consiliarijs, nec alter ille Alex. nempè Seuerus Imperator eam cōsequutus esset gloriam, si absq; istis præsidijs imperasset; Iste enim Alexander vllum decretum ordinauit sine voluntate viginti Iurisconsultorum rerum gerendarum, vsu peritorum, teste Lampridio, Neque etiam Respublica Attica, id fastigium adepta esset, nisi habuisset Miltiadem Temistoclem, Aristiadem, Timonem, Periclē, aliosque, & Romana Respublica, ideo beatam se prædicat præcæteris omnibus, & se in tantas creuisse vires gloriatur, quia scilicet apud eam bonorum, & fortium virorum consilia valuere, vt Scipionū Fabiorum Marcellorū, &c. Ideo Tiberius Cæsar hoc præcepto instructus, euectus ad Imperium vim Principatus resoluit, & de minimis quibusque rebus referebat ad Senatum, cum eoque omnia communicabat, *Tacit. lib. 1. annal.* vt Augustus quoque consueuerat; Eundem morē tenebat Antoninus Pius Imperator, qui nil solebat agere in ciuilibus, & bellicis negotijs, nisi prius conferebat grauibus viris dicendo: *Equius est vt ego tot talium que amicorum consilium sequar, quam vt tot, talesque amici meam vnius sequantur voluntatem, vt testatur Iul. Capilolin. & Sabl. 1. enn. 7.* His artibus edocti Romani Imperatores prudenter, & fœliciter omnia gerebant, & optimè Romanum Imperium tam amplum, & liberrimum tenuerunt, ad summi fastiggij culmen illud q; perduxerunt, teste *Grotio lib. 1. de iur. belli cap. 3. §.* 10.

His ergo cognitis, fateodum erit indubitanter, quod omnia Regna Ciuitates, & Nationes, vsque eo prosperum Imperium tenuerunt, dum apud eos vera Consilia sapientum habuerunt, at vbicumque Gratiæ, Timor, Voluptas, & Odium ea corrumperunt, paulo post imminute opes, deinde ademptum Imperium, postremo seruitus imposita fuit, affirmat *Salustius ad Cæsarem*, & tandem quam maxima sit publico commodo vtilitas Consilij, poterit co-
14 gnosci à gestis per Iustinianum Imperatorem, hic enim licet Imperator fuerit, attamen erat vir Idiota, & ita ignarus, vt nec etiam Alphabeti literas didicerit, vt scripserunt *Laurentius Valla, Budeus, & Alciatus relati ab Aymario de vita Iustiniani, & à Bouadilla in politica lib. 2. cap. 6. nu.* 15. (licet contrarium scripserunt *Hieron. Cagnol. in repet. 1. nb. proem. digest. num. 5. & Redin. de Maiest. Princip. in verb. sed etiam legibus num. 3. fol.* 44. quod scilicet fuerit vir literatus) Nihilominus suorum sapientum cōsilio, antiqua volumina Iurisconsultorum, quæ confusa, & satis obscura erant in nouos, & breuiores libros reduxit, & leges Imperiales bene composuit, vt solo suorum Sapientum auxilio Imperator magni nominis, & sapiens fuerit reputatus, vt bene aduertit *Bouadilla loc. cit.*

His ergo cognitis remanent consideranda requisita Consilij, vt optima, & salutaria Princi-
16 pibus sortientur, & primo debent Principes concedere suis Consiliarijs plenam libertatē in iudicando, vt liberè moneant *cap fundamenta de electio. in 6.* tradunt *Isocrates de Regno lib. 1. Bal. in tract. suo scisma, quam posuit post til. quis aliquem test. proib. Boer. de author. Mag. Consil. n.* 153. nam queadmodum Absynthium nomen omne amittit, si amaritudinem tollas, sic oratio si libertatem loquendi patiatur, *Stob. sermone* 11. Timor enim, est vnus de quatuor, quibus humanum peruertitur iudicium, vt in *cap. quatuor modis* 11. *quæst. 3. Azeued. lib. 8. til. 22. leg. 1. nu. 5.* nam quid rectum deduci poterit ab eo, qui linguam frenat ad nutum sui Principis, fera enim animalia si clausa teneas virtutis obliuiscuntur, *Tacitus histor.* 15. propterea detestandos iudicat *Seneca lib. 6. de benef.* 30. illos Consiliarios in quos estinta fuit gloriosa libertas, & fides in obsequium seruile submissa, isti enim, inquit *Tacitus primo historiarum*, cum fortuna potius Principis loquuntur,

quuntur, quam cum ipso. Fateor quod apud Principes tirannos ista libertas in Consilijs præstādis, nonnullis Consiliarijs peperit extremum exitium, nam legimus grauia pericula espertos fuere Cabarem, apud Besſū, refert *Curtius lib.7.cap.4.* Callistenū, apud Alexandrum Magnum, tradit *Iustinus lib. 15.* Cræsum, & Præsaspem apud Cambysem Regē, testatur *Herod.lib.3.* Sotadē, Consiliariū, apud Philadelfum Regē Ægipti, & ipsummet Papinianū I.C. apud Bassianum Caracallam, & tandem obsimilem liberam pronunciandi sententiam Thomas Morus ille dignissimus Angliæ Cancellarius, securi percussus fuit, quia noluit comprobare illius Impij Henrici Octaui diuortiū, sed apud Christianos, & Catholicos Principes summa libertas conceditur Consiliarijs sententiā pronunciandi, quod etiam Gentiles Imperatores permittebant, etenim legimus apud *Suetonium in Octau. cap. 54.* Labeonem I.C. in Senatus electione, M. Lepidum hostem Augusti legisse, cum omnimoda libertate, sicut decebat, hoc etiam expressit Imperator in §. *præcipue auth. de mandat. Princip.* cuius aureas literas in Adamāte mereri scribendas, fatetur *Reg. Rouit. in prag. 2. de offic. S.R. Consil. n. 9.* concludens non debere Consiliarios in ferendis sententijs dependere à voluntate Principis. Ita Augustus cum suam sententiam, dicebat nō modo dabat potestatem omnibus, vt contra se dicerent, sed etiam factis sæpe numero decretis in contrarium, æquo animo ferebat, ne libertatem eis eripuisse videretur, vt late per *Dionem*.

Requiritur etiam, vt Consilium maturè, & non præcipitanter pronuncietur, nam velox Consilium sequitur pœnitentia secundum *Gregorium in Regimine lib. 2. c. 6.* Consilia enim mora vilescunt *Tacit. lib. 1. histor. fol. 561.* satis enim celeriter fit, quid quid maturè consulitur, tempore enim egemus, vt aliquid maturius agamus dixit *Gratian. in cap. ponderet 50. distinct.* Scelera enim impetu committuntur, & bona consilia mora perficiuntur *Tacit. lib. 1. annal. cap. 33.* Hinc adagia resultarunt, *Lente festinandum, Festinatio improuida, & ceca,* Et similia Fateor, quod aliquando rerum, & temporū casus efficiunt, vt tarditas in consiliis deliberandis noceat, vt legimus de Troianis, qui post acceptas clades, vix post decimum annum de restituenda Helena consulere ceperunt, quam si statim initio, reposcenti Menelao reddidissent, & Antenori id suadenti paruissent, à suis calamitatibus se subduxissent, adeout ab eis prouerbium deuenit *Sero, sapiunt Phriges* simile exemplum legimus apud *Plutarchium in Fabium.* Nam victis ad Cannes Romanis ab Hannibale, eius Præfectus monuit, vt nulla quiete militibus data, ex Castris Romam contenderet, quod noluit peragere Hannibal, sed tempus optabat ad id deliberandum, ob quam moram opportunitas defecit, ideo Præfectus in hæc verba prorupit: *Non omnia eidem Dij dedere, vincere scis Hannibal, sed victoria uti nescis.* Etenim qui moratur cum respoſcit, iam festinat, & qui festinat cum oportet, satis diu moratur. Qui moratur vbi festinādum erat, currentem fortunam tarditate sua sistit, qui festinat vbi morandum, est in exitium tendit, vt aduertit *Zuerius Boxhorn. emblem. 14 pag. 104. apud Solorzan. emblem. 46. n. 24.* Quod etiam his carminibus expressit *Ioachim. Camerar.* sub symbolo Mori Arboris, quæ nimis tardè suos fructus emittit, & cunctando solet perficere:

Festinare nocet, nocet & cunctatio sæpe
Tempore quæque suo, qui facit, ille sapit.

Et vt alia prætermittam concludo cum *Iacobo de Beluiso in sua practica in rub. quantum plices sunt Causæ n. 170.* vbi inuestigat quale debeat esse Supremum Consilium, seu Senatus, & sic loquitur. *Debet esse Arbor fructifera, & robusta, quæ non debet ad flatum cuiuslibet venti agitari, non ad flatum venti orientalis, ratione affectionis, & parentelæ, nec ad flatū venti Occidentalis ratione præmiorum, & pecuniæ, nec ad flatum venti meridionalis ratione timoris, & potentiæ, nec ad flatū venti septemtrionalis, ratione rancoris, & inimicitiæ, fortis ergo, & firma debet esse, & æqua, vt libra, non declinans, nec claudicans ad dexteram, nec ad sinistram, sed equa lance debet esse media inter partes, iuxta textum in leg. nullus C. de Iudicijs cap. 1. de re iud in 6.* quem refert, & sequitur *Rebuffus in concordata in ipso proœmio,* quibus addit, quod ista Arbor debeat habere Trūcum fortitudinis, Corticem veritatis, & Medullam æquitatis ante oculos, iusta *l. quod si Ephesi ff. de eo quod certo loco, l. rem non nouam C. de Iudicijs.*

Hec pauca adnotaui circa qualitates Consilij in materia Iustitiæ, sed circa bellica negotia, qoale debeat esse Consilium, non est meum munus hoc inuestigare, nam licet consilio potius, quam viribus gerantur, funt veræ astutiæ militares, seu egregia facinora, quæ in opprimendo, vel in caueodo hoste, magis strategematibus, singolariq. solertia excogitantur, quā iustitiæ dictamine perficiuntur, ideò scriptum habemus apud *Plutarch. in Lacones*, quod si Callido consilio Lacones superabant hostes Marti Bouem immolabant, sin aperto prælio Gallum, hoc signo consulentes Belli Duces, vt non solum fortes essent ad prælium, verum etiam callidis Consilijs aduersus hostem instructi, præclarius enim extimabant, hostem ingenio citra sanguinem deicere, quam illū pugna plerumque incerta, & vtrinque cruenta prosternere.

CA-

CAPVT I.

De Sacro Regio Consilio Neapolitano.

SVMMARIVM.

1 *Reges constituti fuerunt non ad eorum cōmodum & voluptatem, sed ad seruitium populorum.*

2 *Lege Regia Populus Romanus in Augustum Cæsarem omnem potestatem transtulit, pro iustitia administranda.*

3 *Impera ores, & Reges antiquitus ipsimet iustitiam administrabant.*

4 *Israelite à Samuele Regem petierunt, vt eos iudicaret.*

5 *Augustus Cæsar Imperator quotidiè iurgia Populis audiebat, & omni tempore.*

6 *Legibus promulgatis, & pænis præscriptis, necessitas cessauit terminandi iurgia ex ore Principum.*

7 *Magistratum creatio necessaria fuit ad commodum subditorum.*

8 *Magistratum creatio, est de maioribus Regaliis Regis.*

1 REges constituti fuernnt non ad eorum commodum, & voluptatem, sed vt publicam quietem populorum custodiant, nec ipsius Principatus erectio, fuit Populorum principalis finis, & intentio, sed eorum directio, & Tutela, quando enim lege regia lata, Populus Romanus in Augustum Cæsarem omnem potestatem concessit, *ad text. in l. 1. §. cum vrbem ff. de offic. Præfect. Prætor. l. 1. ff. de constit. Princip l. 1. ff. de ambitu l. 1. C. de veter. iur. enuc.* cum alijs concordan. adductis per *Mastrill. de magistr. lib. 1. Chassan. in catalog. par. 5. consid. 24. casu 15. Bouadill. in polit. lib. 1. cap. 2. num. 14. & lib. 3. cap. 8. n. 152.* non perspexit ad speciosum nomen, & decus Reipublicæ, sed ad eius tranquillitatem, vt scilicet vllum damnum recepisset, non modo ab alienis, sed, & neque à suæ gentis hominibus. Sic vetustati Romanæ placuit, à cuius fonte omnia dominia eius placita receperunt, Regiam scilicet potestatem, non nisi ex iustitiæ fonte, non ex lusu, aut alia scaturigine fluxisse, vt communi Sanctorum Doctorum, Legumlatorum Politicorum, & Philosophorum consensu, & applausu testantur *Iust. Lipsius 2. Monit. polit. 7. Franc. Hotoman. in Franc. Gall. cap. 19. Ferdinand. Vasquius in illustr. controu. lib. 1. cap. 1. num. 10 & seq. Christoph. Besold. de appellat. in uam. cap. 1. n. 2.* Vt igitur, & Imperatores, & Principes eorum muneri satisfacerent, & beneuolos apud Populos se redderent,
3 ipsimet iustitiam administrabant, iura in Senatu partibus dicendo, hac etiam rationabili causa dictante, conueniebat eos iudicijs assistere, quia, vel nullis adhuc legibus, vel paucis populi alligabantur, dum tunc temporis legis nomen erat incognitum, idcirco Regia lingua, ex arbitraria potestate, ad dictamen rationis adaptata, legum vices supplebat, *vt in l. 2. §. 1. ff. de orig. iur.* & memorant *Alb. Bolognett. de leg. iur. & equit. cap. 10. num 13. Iustin. lib. 1. histor. in princ. & Besold. loc. cit.* quod ex sacris literis comprobatur, dum legimus Populum Israeliticum petiisse à Samuele Regem, Samuel Propheta respondit. *Rex erit super nos, & erimus nos quoque sicut omnes gentes, & iudicabit Rex noster, & pugnabit bella nostra, vt lib. 1. Samuel. 8. num. 20.* & ideo Augustus Imperator commendatur apud historicos, quia ipse ius dicebat assidue tam de die in Senatu, quam in nocte domi cubans, nonunquam etiam de ambulando, lecticam in Tribunal conuettebat, ac tandem non raro in Porticibus Herculis, vt testatur *Dio. in vita illius*, ideo laudatur à *Virgilio lib 4. Georg.*

Cæsar dum magnus ad altum.
Fulminat Euphratem, bello victosque, volentes.
Per populos dat iura.

Quod etiam Alexandrum Magnum legimus obseruasse, huic enim Mammea eius Mater persuasit, vt longissimo tempore Populis ius diceret, vt hac occupatione distractus tempus non teneret ad peccandum, tradit *Suidas*, aliosque Imperatores, & Reges, domi Iudices, foris Belli Duces gessisse, refert ad saturitatem *Tiraquell. de nobilitat. cap. 28. a n. 17.* & dixit etiam *Mastrill. de Magistr. in prælud. lib. 1. n. 29.*

Promulgatis postmodum publicorum, & pri-
6 uatorum iudiciorum legibus, ac pænis præscriptis, quæ merentibus profliguntur, necessitas iudicandi cessauit, terminandi iurgia ex ore Principis, imo infra Imperiale & Regale culmen fuit reputatum, post cōstitutas leges, tam excelsum Dignitatis gradum ad minutias priuatarum litiū, iudiciorumque crepitus, & clamores detinere, vt ostendunt *Bodin. lib. 4. de Republica cap. 6. per tot. Frider. Tileman. par. 1. disp. ff. 20. in corollar.* quod etiam commodius, atque vtilius fuit subditis existimatum, vt Reges à iudicandi munere abstinerent, Vnus enim Princeps nequibat tot Populorum necessitatibus prouidere, nec per tam breue tempus omnia rimare, hac de causa necessitas poposcit, vt cum Iudices, & Magistratus crearent atque

Sena-

Senatus. Dicaſteria, ſeù Curias erigeret, vt demoſtrat *Lipſius monit. polit. lib. 2. cap. 9. quæſt. penult.* hoc enim modo, priſcum illud munus iudicandi, quod per Reges in peruetuſta ætate exercebatur, hodie per Magiſtratus adimplecur, apud ipſos vero Dominantes reman-
8 ſit vniuerſale regimen, & poteſtas creandi Magiſtratus, quę inter principaliora iura Regalia numeratur, ab *Afflict. in cap. 1. Quæ ſint regal.* vbi etiam *Andreas num. 64. Maſtrill. d. lib. 1. cap. 1. num. 1. Ripoll. de Regalijs cap. 35. à num. 1. Monsan. de regal pag. 132. num. 2.* his rationibus iſtructus Alphonſus Primus Rex Aragoniæ huius Regni Dominus, ad ſeruitiũ Populorum, & tranquillicatem huius Regni, pro recta iuſticia adminiſtranda inſtituit Sacrum Conſilium, Supremum Senatum huius Regni, vt in ſequentibus dicam.

PRÆSTANTIA I.

Præſtantia Sacri Regij Conſilij Neapolitani cognoſcitur ex eius origine.

SVMMARIVM.

1 *Ieſus Chriſtus fuit Caput Magni Conſilij.*
2 *Tribunalia duo M.C. Vicariæ erant in Ciuitate, ante tempus Alphonſi Primi Regis.*
3 *Sacrum Conſilium Neapolitanum fundauit Rex Alphonſus Primus Aragoniæ.*
4 *Rex Ferdinandus Primus Tribunal. Sacr. Conſil. ad meliorem ſtatum reduxit.*
5 *Sacro Conſilio inſtituto, duo Tribunalia M.C. Vicariæ fuerunt vnita.*
6 *Magiſtratus Athenienſes ſortione publica eligebantur.*
7 *Magiſtratus Romani à Populo creabantur.*
8 *Electus ab Imperatore dignior reputatur Electo à Rege.*
9 *Senatus Athenienſis Areopagum appellabatur.*
10 *Senatus Athenienſis primus fuit in toto Orbe terrarum, qui in culpoſum mortis ſententiam intulit.*
11 *Senatus Romanus à Romulo inſtitutus.*
12 *Romani Senatus poteſtas non eadem fuit, ſub Conſulibus, ac ſub Imperatoribus.*
13 *Senatus Romanus quando cæpit iudiciorum cauſas cognoſcere.*
14 *Appellatio à Romano Senatu ad Principem non concedebatur.*
15 *Camera Imperialis Spirenſis, totius Imperij Magnum Conſilium eſt.*
16 *Cameræ Imperialis Adſeſſores, ex omnibus Statibus Imperij aſſumuntur, & Rotæ Romanæ Auditoribus æquiparantur.*
17 *Cameræ Imperialis Supremum Conciſtorium varias ſedes habuit.*
18 *Camera Imperialis Conſilium Tyrannos opprimit, & Anarchos dimittitur.*
19 *Imperator non poteſt Membra Cameræ Imperialis laxare.*
20 *Præuentio an competat in cauſis Cameræ Imperialis inter Imperatorem, & ipſam Cameram.*
21 *Imperator nequit curſum cauſæ vertentis in Camera Imperiali impedire, non mandantibus alijs Ordinibus Imperij.*
22 *Camera Imperialis non ſolum Imperatorem, ſed totum Imperium repræſentat.*
23 *Imperatoris Poteſtas, an ſit hodie eadem, quæ fuit floreſcente Romana Republica, vel tempore Caroli Magni.*
24 *Lex Regia in Romano Imperio hodie non viget.*
25 *Germani ſemper conantur diminuere authoritatem Sacri R. Imperij, non ſic nos Itali.*
26 *In Hiſpania multi ſunt conſtituti Senatus pro iuſtitia adminiſtranda.*
27 *Conſilium Gallicum Pariſienſe, Magnum appellatur.*
28 *In Gallia plura ſunt Conſilia.*
29 *Conſilium Aquenſe in Gallia primum Præſidẽ habuit Michaelem Riccium Neapolitanum.*
30 *Conſilio Pariſienſi Fridericus Secundus Imperator, controuerſias cum Innocentio Quarto Pontifice ſubiecit.*
31 *Conſilium Delphinatus Hambertus inſtituit.*
32 *Angliæ Regnum tria habet ſuprema Conſilia.*
33 *Flandria, & Belgium ſuprema habent Conciſtoria.*
34 *Status Imperij ius habent erigendi Dicaſteria.*
35 *Status Imperij in decem Circulos ſunt diuiſi.*
36 *Circuli Imperij qui nam ſint.*
37 *Status Imperij habent ſimilem Iuriſdictionem, quam habet Imperator.*
38 *Senatus Lipſienſis in Saxonia fuit priuilegijs decoratus.*
39 *Marchiones, & Comites Imperij inter Pagorũ Incolas iuriſdictionem exercent.*
40 *Maiorem poteſtatem ſemper præſumitur ſe reſeruaſſe Imperatorem in conceſſione.*

ORiginem Sacri Conſilij fatetur *Nicolaus Boer. de anth. magn. Conſilij num. 127.* ſum-
1 pſiſſe à Domino Ieſu Chriſto Saluatore noſtro, quoniam ipſe fuit Princeps, & Caput Magni Conſilij, vt legitur *Iſaiæ cap. 9. Et erit magni Conſilij Angelus,* & etiam in miſſa natalis Domini legitur, *Puer natus eſt nobis, & vocabitur nomen eius magni Conſilij Angelus cap. nos ſi incompetenter 5. his ita 2. quæſt. 7.* & ibi *Gloſa* aliosq; locos ſcripturæ, refert *Boerius loco citato.* Ac ad originem noſtri S.C. Neapolitani deueniendo dico, quod vſque ad tempus Alphõ-
2 ſi I. Regis vtriuſq; Siciliæ, duo erant Tribunalia maiora huius Regni, vnum ſcilicet, quod M.C. dicebatur, hoc prius ſupremũ erat in quo quatuor Iudices aſtabant, & omnia Regna negotia agitabantur, cui & ipſi Reges Collaterales conſedebant; Alterum vero erat Tribunal, quod nuncupabatur Curiæ Vicariæ, quorum conditores, refert *Topius de ori-*

origin.Tribunalium par.1.lib.3. cap.6. Sed in
anno 1442. Alphonſus Primus Rex noſter
3 vtrioſqoe Siciliæ, erexit hoc Tribunal S.C.for-
matum ex numero Doctorum, ad qood inſſit,
vt omnes appellationes noſtri Regni propo-
nerentur, & primum Præſidem inſtituit Ar-
chiepiſcopom Valentiæ, qui poſtea ad Sum-
mum Pootificatum fuit allectus, & Caliſtus
noncupatos, vt dixeruut *Freccia de ſub feudis
lib.1 til.de antiquo Statu Regni num.38.fol.67.
prope finem*, *Reg.Tappia in rub.de officio S.C.nu.
6.lib.2.iuris Regni,Regens Capicius latro dec. 68.
num 8.lib.1.* Non nego tamen, quod aliqui-
bus noſtris Regniculis placnit aſſerere, fuiſſe
illud erectom per Sereniſſimum Regem Ferdi-
nandom primum filiom dicti Regis Alphoo-
ſi, vt ſcripſit *Surgente de Neapoli illuſtr.cap.17.
num. 45.*, qui hoc dicit probari per *Pragma-
ticam ſecundam de officio S.R.C.* in qua ibi
aſſerit d.Rex Ferdinandus, fuiſſe illnd à ſe or-
dioatūm per illa verba: *Igitur Sacrum eodem
in Regno, Supremumque Conſilium ordinauimus,
cui Sedem locumque in Vrbe Neapolis, & Regni
Vrbium omnium Suprema, ac Metropoli conſti-
tuimus*, ſed re vera res aliter ſe habet, nam
ex commuoi ſententia noſtrorum hiſtorico-
rum, & DD. primum Conditorem deſcribunt
prædictum Regem Alphonſum, vt etiam te-
ſtatur *Michael Riccius in lib 4. de regibus Nea-
polis, & Sicilia fol.184.* hic enim vixit tem-
pore Regis Ferdinandi filij Regis Alphonſi,
ac Vice Protonotarius io eodem S.C. foit, hoc
etiam comprobat *Matthæus de Afflicto*, qoi
etiam fuit eiuſdem Regis Ferdinandi Conſi-
liarios in *dec.291.num.3.& 4.* ibi *fuit ſenten-
tiatum in S.C. tempore immortalis memoriæ
Regis Alphonſi Primi*, quod etiam pro certo
dicit *Taſſon ſuper pragm.de Antefato verſ.3. ob-
ſer.3.n.62.*& prius dixerunt *Reg.Tapia in lib.1.
iuris Regni in rub til.de offic. S.R. Conſil. num.6.
Dom. Conſil. Petra Dux Vaſti Girardi*, nu-
per Regens electus, ob ſuam excellentem do-
ctrinam, & pleclaram oobilitatem, in *ritu pri-
mo num.* 12. & latè diſcurreodo, ita concludit
*Nicolaus Topius de origine Tribunalium par. 2.
lib.1.cap.1.& 2.* vbi etiam in *num.7.* teſtatur
ſe vidiſſe in magoo Archiuio noſtri Regoi, vbi
talis Author vſquequo vixit oobile Archiua-
rij officium exercuit, literas dicti Regis Al-
phonſi datas Gaietæ die 20. Septembris 1440.,
quas ad Valentiæ Epiſcopum, Sacri Coosilij
Præſidem ſcripſit; & ad *Pragmaticam Secun-
dam de officio S. C.* ſupra adductam reſpondet
dictus *Topius d. par.2. lib.1. cap. 2. à num. 10.*
illam Pragmaticam non fuiſſe ordioatam à
Rege Ferdinando, ſed à Rege Alphonſo eius
Patre, & ex errore fuiſſe impreſſam, ſub nomi-
ne Regis Ferdinandi, ſed melius dixit *Reg.Ta-
pia in d.rub.til.de offic. S. C. num.7.* Regem Al-
phonſum illod inſtituiſſe, Conſiliarioſque vo-
caſſe, ſed Regem Ferdinaodum Primum in
formam Coosilij, maiori adhibito numero cū
Præſide, reſtauraſſe, & ſic dicit vtrumque con-
ciliari. Sacro igitur Conſilio inſtituto, idem
Rex Alphonius ioſſit duo illa Tribunalia
M.C.& Curiæ Vicariæ ſimul vniri, & ambo
ordinauit ſub nomine M.C. noncupari, vt af-
firmant *Caranita in Comment. ad Pragm quæ
incipit per Eccellentem § 1 .num.31. de Senatus
Conſulto Macedoniano, & in Comment. ad ritus
M C. ad ritum primum num.35. Surgente de
Neap. illuſtrata lib.1.cap.7.num 55. Grammati-
cus dec. 34. num. 9. Regens Tappia de iure Regni
tom.1 lib.2 fol* 249.

Ex qoa noſtri Sacri Conſilij inſtitutione per Re-
gem noſtrom Alphonſum facta aliquam præ-
6 ſtantiam cognoſco, ſi antiquitates perſcruta-
mur, legimus enim, quod apud Atheoienſes
nulli erant Magiſtratus, niſi ſortione publi-
ca, & ſuffragijs Populi creati erant, vt fate-
tur *Alex.ab Alexand.in dies genial. lib. 4. cap.6.
in fin.* Idem habemus de Populo Romaoo in
initio naſcentis Reipublicæ, cui tres princi-
7 pales poteſtates, his verbis conceſſæ erant *Ma-
giſtratus creanto. leges ſciscunto. Bella decernun-
to*, traduot *Pompon.letus de Magiſtr.Rom.cap.de
poteſtate Senatus. & Plebis, Paul.Manutius de
legib. Rom Pandulphus Prateius in iuriſprud.Ro-
mul.leg.5.* Comqoe hodie hæc poteſtas radica-
ta ſit, apud Reges, ex lege Regia, vt dixi *ſup.
in cap.1.num.2.* ad aliorum Principum exem-
pla Rex ooſter Alphoofus noſtrum Senatom
ioſtirueodo, eius excelleotiam voluit demo-
ſtrare, qoia eo magis opus iudicatur præſtan-
tius, quo magis ab excellenti Artifice fuit cō-
poſitum, aut confectum, hac de cauſa dixe-
8 runt DD. quod electus ab Imperatore dignior
reputatur electo à Rege, vel inferiore Princi-
pe, per *l.fin.ff.de albo ſcrib.Martin. laudenſ. de
dignit.§.32.Bart.in l.2.vbi Alex.in addit.ff. eod.*
late *Vaſquius in præfat.contro. illuſtr. nu.136.
Natta conſil.638. num.21. vol. 3.* vbi dicit Du-
cem Ferrariæ præcedere Ducem Florentiæ,
quia ille inſtitutus fuit à Papa, & iſte ab Im-
peratore.

Ob quā Regiā Inſtitutionē noſtri Senatus mul-
tis prerogatiuis illuſtrati, reſultauit eius de-
cus, & extimatio, etiam apud exteras natio-
nes, ita & taliter, quod volentes Germanī
laudibus extollere illud Auguſtum Conciſto-
rium Cameræ Imperialis, quod excellentius
in toto Orbe inueniri nequit, cum totum Im-
perium repræſentet, dixerunt, talem Imperia-
lem Cameram certare poſſe eum Nobiliſſimis
Galliæ, Hiſpaniæ, Neapoliſque Parlameotis,
vt poſt *Bodin.* & alios citatos, affirmat *Valenti-
nus in Parthenio litigioſo lib.1.cap.16.num.4.*

Quam rationobiliter noſter Rex Alphonſus in-
ſtitnit hoc Supremum Tribuoal Sacri Conſi-
lij, patet alijs exemplis aliorum Imperatorū
Regum, & Rerumpublicarum, quæ ſibi Se-
oatum conſtruxerunt, vbi ardua oegotia tra-
ctari

ſtati debeant, & iuſtitia Populis adminiſtrari;
9 legimus enim in Ciuitate Athenæ Senatum
conſtitutum fuiſſe, & Areopagum appellatum,
vbi Sapientes illius Reipublicæ ius reddebãt,
Hic Senatus in toto Orbe Terrarum primus
10 fuit, qui mortis ſententiam in culpoſum intulit, ſi credimus *Plinio hiſtor. lib. 5. cap. 56.* quẽ
ſequuntur *Pinedus in Monarchia Eccleſiaſt. lib.
2. cap. 28. §. 3. fol. 141. Bouadilla in politic. lib. 2.
cap. 6. num. 5.*, & forſan fuit illa, quam intulit
in Policetem. Legibus enim Athenienſibus
conſtitutum erat, vt qui Ciuium Athenienſium Megaram ſe ad Exules contuliſſent, capitali pœna punirentur, ne forſan perniciosũ
Conſilium aduerſus Rempublicam cum Exulibus caperent, at cum Policetus faſſus fuerit ſe ibi profectum, vt ſuum Nurum viſeret,
à præd. Senatu Areopagitico capitaliter fuit
iudicatus, ſed Populi ſuffragijs, ac miſeratione liberatus, refert *Christophor. Beſold. de appell.
suuamin. cap. 2. num. 22 pag. 91.*
11 Senatum Romanum primum omnium Romulum inſtituiſſe, conſtat ex traditis per antiquos ſcriptores illius Imperij, nam *Dionyſius* ait *lib. 11. Romulus autem his conſtientis ſtatuit, continuò ſibi Conſiliarios cooptare, viros
centum ex patritijs legit, quibus eam Rempublicam adminiſtraret*, Titi Liuij, & Feſti verba
refert *Io: Sarius Zamoſcius de Senat. Rom. lib. 1.
pag. 11.* Ea enim amplitudo, & poteſtas Romani Senatus, nõ eadem ſub Imperatoribus fuit,
12 quæ fuit antea ſub Conſulibus, nam antea
cuncta diſponebat, etiam ea quæ ad Maieſtatem pertinebant, at quando præualuit Imperium, præcipuè ſub Tiberio, & Nerone, tunc
cœpit poteſtas Populi, & Senatus attenuari, ac
ſumum Imperij ius ab Imperatoribus, ſibi
vnicè vindicari *Thomas Michael de iuriſd. theſi
112.*, tunc etiam paulatim, illius authoritate
13 ſeneſcente lites cognouit, & tunc primum
iudicia, & legum actiones ſub Nerone, Senatorij muneris factæ ſunt, tunc etiam primum
cautum fuit, vt omnes appellationes ad Senatum deooluerentur, teſtantur *Gregor. Tholoſan.
lib. 47. Syntagm. cap. 25. n. 20. Obrecht. de iuriſd.
cap. 11. n. 83. Beſold. de appellat. iunam. cap. 2. nu.
21. in fin. Arumeus de iure publico diſcurſ. 13.
pag. 208. tom. 1.* ſed non ideo eius poteſtas diminuta, nam à Romano Senatu, nec ad Prin-
14 cipem appellari licebat, vt oratione D. Hadriani effectum fuit in *l. 1. §. 2. ff. à quib. appellar. non lic. Heigius quaſt. 10. n. 13. par. 1. Tholoſan. lib. 47. ſyntagm. iur. ciuil. cap. 45. n. 3.*
Ad huius propemodum exemplum in Germanico Romano Imperio viget ſublime Conſiliũ
15 Cameræ Imperialis, à *Zaſio in l. cognitionem
ff. quibus ex cauſ. in poſſeſſ. eat.* communis patria Camera prædicta appellata, non minus,
ac Roma, communeque Conciſtorium totius
Imperij commendatum, quia totum rapræſentat Imperium, dum omniũ Imperij membrorum nomine, Adſeſſores, ſeu Conſiliarij
præſentantur, *Gaſpar Guliel. Scip. dec. Rotæ Spi-
16 ræ 101. lib. 2.* ad inſtar Sacræ Rotæ Romanæ Auditorium, ad quod eliguntur Auditores diuerſarum Regionum Orbis Chriſtiani, &
hac ratione motos fuiſſe credo *Rurand. tract.
de Commiſſ. par. 2. lib. 2. cap. 5. num. 14.
& Valentin. in Parthen. litigioſ. lib. 2. cap.
14. numer. 1.* qui dixerunt huius Cameræ
Adſeſſores, Rotæ Romanæ Auditoribus æquiparari. Per retroſecula fixã ſedem non habuit,
17 ſed mobilem, & ambulatoriam, dicunt enim
fuiſſe inſtitutam à Maximiliano Cæſare
in Comitijs Vuormarienſibus, & primò celebratam Francofurti ad Menum anno 1495,
poſtmodum ſedem habuit in Vrbe Nurenbergenſi, ſed poſt varias mutationes, Spiram tandem translata fuit, ibique quaſi patrius locus aſſignatos, tradunt *Guil. Roding. in pandec.
iuris Cameral. lib. 1. til. 2. Heigius par. 1. qu. 9.
num. 5. & 6. Arumeus de iur. publ. diſcurſu 10.
tom. 1. pag. 181. Valentin. in parthen. litig. lib. 1.
cap. 16. num. 3.* alijque: Ex hoc Imperiali celeberrimo Conciſtorio, omnibus Imperij membris conſtructo, ſperant Germani eorum pa-
18 cem, & tranquillitatem conſeruare, vt Tyramnidis opprimatur, & Regulorum Anarchia dimetiatur, idcircò pro eius dignitate
conſeruanda opportunum exiſtimant, debere
omnes Patriæ amatores laborare, dixit *Heigius quæſt. 9. n. 18. par. 1.*
De vnotaotum conqueruntur Germani, quod
vnum licet Auguſtum Conciſtorium, non
ſufficiat ad dirimendas tot lites illius Magni
Dominij, vt dicit *Valent. in Parthen. litigioſ.
lib. 1. cap. 16. num. 5. & ſeq.* inuident enim tot
Parlamenta, ſeu Conſilia Galliæ, quæ licet
nec dimidiam partem Germaniæ componat, attamen octo ſunt inſtituta ad quietem
illius ampli Regni, vt infra dicam, & Germania quæ maior eſt, Francia tribus vicibus, vnica ſola Cameræ regitur Auditorio, ideo dicunt
legem properandum C. de iudicijs, obſeruari nõ
poſſe in dicta Camera, cum *Gaillo lib. 1. obſer.
141. nu. 7. Schiuuanman. lib. 2. proc. Camer. cap.
4. num. 6. Valent. d. cap. 6. num. 5.* Et ex hoc timent Germani, ne quid funeſtum eueniat, nè
forſan aliquæ Prouinciæ ab illo Auguſtiſſimo
corpore ſe euellant, ſicut auulſæ ſunt Boruſſia,
& Liuonia à Polonis, vt fatentur *Valentin. loc.
cit. num. 31.*
Adeo autem ſublime Conciſtorium eſt, &
ſingulari poteſtate decoratum, amplitudini Romani Imperij correſpondens, vt eius
19 membra laxari nequeant ab Imperatore
dixit *Arnold. Clampmar. 6. de Arcanis Rerum
public. cap. 19.* Imo poteſtas tam Excelſi Senatus, ſi quo ad Cæſarem priuatiua non ſit,
vt malè ſcripſit *Thomas Michael. de iuriſdict.
concl. 35.* attamen cum ipſomet Imperatore
in Iuſtitiæ cauſis ciuilibus, ordinariam iuriſ-

20 dictionem exigentibus, præuentionem ha-
bere opinantur *Gall.lib.1. obſeru 41.præiudi-
cia Cameralia.tom.2. Symphor. ſupplic. appenſa
til. Cæſaris cum Camera concurſus*, *& in til.
Cæſaris reſeruata, relati à Beſol.de app c.2.n.21.
p.85.* & etiam dixit *Gaſpar Guliel Scip.dec..Rot.
Spira 111.lib. 3.* Imo quod admiratione di-
gnum inuenio, nec ipſe Imperator impedire
valet, Supremi illius Cameræ Iudicij curſum,
21 vel ei inhibere, nè in cauſa procedat, vt per
ordinationes illius Imperij, *par.2 til.35.* refert
ſancitum *Beſol.d.cap.2.pag.84.in fin., & in pag.
85.in fine* ſubdit, quod ſi aliquando illis Con-
ſiliarijs mandaret Imperator, vt de cauſæ me-
ritis eum certiorem faciant, ſolent reſponde-
re, fuiſſe in cauſa concluſum, vt ſignificarent
nequaquam ſe adſtrictos exiſtimari, nun ſimul
mandantibus alijs Ordinibus Imperij, ſecus
tamen id eiſdem poſtulantibus inſimul cum
Imperatore, prout fuiſſe obſeruatum refert
Schuuaum.in obj.pract.Cam.Imper.obſeru.3.&
& etiam tradit *Gaſpar Guliel Scip.dec.Rot.Spir.
128.lib.3.* hoc ideo, quia prædicta Camera, nõ
ſolum Imperatorem, verum etiam Imperium
22 repræſentat, vt per receſſum Imperij anni
1495. dicunt *Arumeus loc.cit.diſcur.10. in fine*,
& *Gaſpar Gubel.Scip.dec.201.Camer.Spir.lib.2.*
Sed alij dicunt hoc ideo euenire, quia abſolu-
ta poteſtas Imperatoris, non eadem ſit hodiè,
23 quæ fuit tẽpore floreſcẽtis Reipub. Romanæ,
vel tempore Caroli Magni, tunc enim magis
Regia videbatur, qua Ariſtocratica, ſed poſt
mutatã Imperij ſedẽ, & poſt ſublatã Carolinã
ſtirpem, fuit illa Monarchia cum Ariſtocratia
temperata, itaut mixtum quemdam ſtatum
componat, adeo vt non apud ſolum Impera-
torem, ſed inſimul penes Imperij Status, po-
teſtatem Imperialem reſidere, certis limiti-
bus circumſcriptam, aſſeruntGermani Iuris-
conſulti, nempè *Bodin.in methodo hiſtor. cap.6.
& de repub.lib.2.cap.6.& lib.4.cap.1. Arniſeus
in doctr. polit.cap.8 fol.180. & ſeq. Arnold.Cla-
pmar.5.de arcan.Rerumpubl.ca.20* & poſt alios
Beſol.de app.iuu.c.2.n.21 p.86.& 87. vbi dicit
24 legem Regiam in Germanico Imperio, ho-
diè non vigere, quam ſuſcepic Auguſtus Cæ-
ſar à Populo Romano per *l 1.ff.de conſt. Princ.*
vt dixi ſup. *c.1.n.2.* At contrarium perbelle
oſtẽdunt *Sixtin.de regal.cap.4.n.8 & Arumeus
de iur.publ.dict.diſcur.10 per tot.* nempè Cæſa-
rem ſupremam poteſtatem in toto Imperio
tenere, & in ipſam Cameram Imperialem
non transfundiſſe omnem iuriſdictionem, in
illis Comitijs ſuæ erectionis, nec ex ea ſupe-
rioritatem ſe abdicaſſe, & tam ancipitẽ hanc
controuerſiam, & intricatam iudicat *Valent.
in d.Parthen. litigio. lib.1. cap.16. à nu. 23.*, vt
iſtam indeciſam relinquit; ſed quia non eſt
præſentis materiæ hoc inueſtigare, ideo quæ-
ſtionem ego etiam indeciſam cõmitto, iudi-
cio Germanorum, qui ſuas conſtitutiones Im-
periales, ſemper in deteriorem partem, ad di-
25 minutionem Imperij ſciunt interpretari, è
cõtra nos Itali, iſtam Imperialem dignitatem
noſtris ſudoribus partam, & auctam, totis no-
ſtris viribus amplificamus, licet à noſtris Re-
gionibus ſe ablõgauerit, & vt veri filij noſtri
Auguſti Imperij, ne authoritas Imperialis vio-
letur, pro ea potius pugnare, quam dubitare
parantus, vt dicunt *Decian. conſ.19.num. 124.
vol.3.& Matb Stephanus lib.2.de iuriſd.part.1.
cap.1.memb.2.num.219.*

In Hiſpania etiam multi ſunt cõſtructi Senatus,
ſupremam poteſtatem habẽtes, & priuilegijs,
26 multiſque prærogatiuis decorati, qui Regia
Auditoria, ſeu Audientiæ Regales appellan-
tur, ſed principaliores duo deſcribuntur in
Regno Caſtellæ, vnus ſcilicet Pintiæ, vulgò
Valladolid; Granatæ alter, Ad quæ Regia
Prætoria, omnes apppellationum cauſæ, quæ
ad Regiã Curiam proponuntur, iure quodam
ordinario deferuntur, quibuſdam negotijs ex-
ceptis, quę Regio Supremo Senatui, eiuſque
Supremis Conſiliarijs reſeruantur, dixit *Co-
uarr.pract.quæſt.cap.4.nu.10.* & per eiuſdem
Couarr. verba comprobat *Chriſtoph.Beſold.de
app.iuuam. cap.2.nu.21.pag.83.Valen.in Parth.
litig. lib.1.cap 16. num.7. in fin. Borrellus de
præſt.Regis Cath.cap.66.num.36. & ſeq.* præter
iſta duo Auditoria, alia duo numerãtur, ſcilicet
vnum in Regno Nauarræ, & alterum in Com-
poſtella, ſeù Galitia, vltrà multa alia Con-
ſilia, quæ Rex noſter Potentiſſimus erexit in
Oppido Madrid, vbi moratur, quæ longa ſe-
rie deſcribit idem *Borrel.loc.cit.*

In Regno Galliarum Conſilium vti Supremum
Tribunal antiqui Reges illius floridi Regni ſi-
bi conſtruxerunt, quod appellatur apud illos
cum nomine Magni, vel ex magnitudine pri-
27 uilegiorum ei conceſſorum, vel ad differen-
tiam aliurum Conſiliorum Prouinciarum il-
lius Regni, quæ non dicuntur magna, vt re-
fert *Nicol.Boer. de auth. Magni Conſil. num.24.*
Etenim in Gallia ante tempus Philippi Quar-
ti nuncupati Pulchri, ad Senatum duodecim
virorum omnes illius Regni cauſæ deuolue-
bantur, tanquam ad publicum Conſilium,
28 deinde Curia ipſa Pariſienſis cum iam lon-
gè propagatis finibus, cauſis iudicandis haud
ſufficeret, addita fuerunt ſeptẽ alia Parlamen-
ta, ſcilicet Tholoſanum, Grationopolita-
num, Aquenſe, Burdigalenſe, Diuionenſe,
Rothomagenſe, & Rodononſe, vt tradũt *Petr
Gregor Tholoſan.ſyntag.47. cap.27.num.9. Iſac
Pontan.in itiner.Gall. Narbonenſ.fol.143.Beſol.
de appel.iuuam.cap.2.nu.21.in fin.pag.90.* quo-
rum erectio ſub diuerſis Regibus ſortita fuit,
nam idem Rex Philippus in anno 1304. Lu-
tetiæ ſedentarium Parlamentum creauit, &
àliud Populis Oxitanis Tholoſe cõſtituit, Caro-
lus verò Septimus illius Regni etiam Rex, anno
1445. vnum Conſilium Burdigalenſe anno

1453.

1453. in Aquitania, aliud Diuodunense in
Borgundia erexit; successerunt ad Regnum
Ludouicus Vndecimus, qui Grationopolitanum Senatum confecit, & Ludouicus Duodecimus in Normania Rotomategenze, & Aquēze Consilia creauit, & nota quod in ipso
29 Aquensi Consilio primus Præses constitutus
fuit à Rege illo, Michael Riccius noster Neapolitanus, vt testatur *Dionysius Gothofredus in prax.ciuil.lib.1.til.9.de Senator.to.1.* Ista enim Galliæ Consilia in maxima veneratione habentur, sed inter alia excellit Parisiense, quod est Parlamentum sine loci adiectione, vt dixit *Bodin.lib.3.de Republ. c.1.* quod Augustissimū totius Regni Senatū, Refugium Innocentiæ, Robustissimum Repagulum inter potentiam Magnatum, Fontem cæterarum Curiarum, & alijs epiteris appellat *Mattei lib.3.histor.Henrici IV narrat.1.num.5.* relatus à *Valentin.in Parthen.litigios.lib.1. cap.16. pag.325.* Proinde iudicio Parlamenti Parisiensis Fridericus Secundus Imperator, graues cum Innocentio Quarto Pontifice controuersias subiecit, anno 1544. Sic etiam Reges Castellæ, & Lusitaniæ ad Parlamentum Galliæ instrumenta pacis per suos legatos miserunt, sollemni ritu sacranda, & promulganda, vt tanquam in Æs incisa, sanctius à Regibus illis seruarentur, & colerentur, fatetur *Renatus Chopinus lib.2.de dominio Franciæ c.vlt.* & etiam testatur *Gothofred.in cit. lib.1. til.9.* Alijque Principes suas lites dirimendas remisere ad illius arbitriū, ac ad illud honorandom, accesserunt multi Imperatores, Reges, & Principes, aliique magni in Gallis hospites, dixerunt *Papon. lib. 4. til.6.arrest.14 in fin.Mattei loc.cit.lib.3. narr.1. fol.453.Besold de appell.iuuam cap.2.pag.89.*
Ita etiam Hombertus Delphin.in anno 1340.cū
esset Dominus Delphinatus Prouinciæ, & an-
31 tequam Delphinatus ad Coronam Franciæ
suisset translatus, instituit Consilium suum, quod iussit nuncupari Consilium Delphinatus, statuitque illud residere debuisse perpetuò in Ciuitate Grationopolitana, cui Cōsilio concessit merum, & mistum imperium, & omnimodam iurisdictionem in toto Delphinatu, & quod sit maius super omnes Iudices, ad quod vt superius Tribunal recursus habeatur, atque alias prerogatiuas concessit, vt testatur *Guid.Pap.dec.Grationopolit.554.*
Sic etiā Regnum Angliæ non adeo magnū, tria
32 habet suprema Consilia, *Thom.Smith.lib.2.de*
republ.Angliæ cap.12.Valentin. in parthen.litig. lib.1.cap.16. Legimus etiam Supremum Tribunal nuuiter erectum in Vismaria Regni Sueciæ, ob potestatem concessam Regi illius Regni à Cesarea Maiestate, in pacificatione facta in anno 1648., & in Comitijs Rarisbonensibus inserta, & publicata anno 1654. consensu Ordinum Imperij cum d.Rege, vt in omnibus, & singulis feudis tunc restitutis Sueciæ Coronæ, potestatem haberet ille Rex Summum Tribunal constituere, cum priuilegio de non appellando ad Cameram Imperialem, vbi prius appellabatur, vt testatur *Meuius dec.17. dicti Tribunalis Vismariæ*, cuius decisiones illius recentis Tribunalis, statim collexit d. *David Meuius in anno* 1664., & in principio libri, *Podromum* pro iurisdictione illius Tribunalis scripsit. Aliæ etiam sunt in Flandria, & Belgio Supremæ Came-
33 ræ, & Concistoria, & quo tempore erecta,
& in quibus locis instituta, cum prærogatiuis ad inferiores Curias, tradit curiosè *Dambouder in praxi cap.5.& 6.* adeo vt in toto Orbe, vix vllus Rex, vel Princeps inueniri poterit, qui in suo Regno, seu Ducatu, Curias non cōstituerit, principales aut subalternas, maiori, vel simplici iurisdictione munitas, sicut eorum dominationibus, & potestatibus correspondent.
Et ne dum omnes Principes, sed etiam Status
Imperij in eorum territorijs, vigore superiori-
34 tatis concessæ, ius habent erigendi Dicaste-
ria Scabinatus, & Collegia Iuridica, vt totius Prouinciæ appellationes ad ea deuoluantur, tradunt communiter Germani, apud *Nicol. Myler de Princip.& statibus Imper.cap.42.nu.1,*
35 Istos enim Status in decē Circulos hodie di-
uisos legimus, quorum Primus est Francicus, qui complectitur Bambergam Marchionatū
36 Brandeburgensem, aliasque Ciuitates Comi-
tum, & Baronum. Secundus est Bauaricus, vbi Ciuitates Salisburgensis, Frisingensis, Ratisbonensis, Ducatus Bauariæ, & alij connumerantur. Tertius est Suecius, qui continet sub se Constantiam, Augustam Vindelicorum, Ducatum Vuirtebergensem, Marchionatum Bandensem aliaque membra. Quartus, & Quintus sunt Circuli Rheni, Superior, & Inferior, qui comprehendunt Vuormaciam, Spiram, Argentinam, Basileam, Lotharingiam Comitatus Palatinos, & alia dominia. Sextus est Vuesphalicus, vbi Ciuitates Leodij, Paderborne Verduni, Ducatus Iuliæ, Cliuensis, Geldrensis, aliæque regiones vsque ad Mosam describuntur. Septimus, & Octauus includunt Ducatum Saxoniæ, Bransuig, Thurigiæ, Pomeraniæ, & multas alias Ciuitates, scilicet Francofurt, Lubecam, & alias. Nonus est Austriacus, & Decimus, & Vltimus Burgundicus, quos describunt *Obrecht.disput.2. de Iudic. cap.3.thesi 147. & seq.Petrus Denais in iure cameral.til.72.nu 7.Paurmeist.lib.2. de iurisd. Imper.Rom.cap.2.num.58.Valentin. in parthen.litigios.lib.2.cap.14.num.5.Dominic.Arumeus de iure publico discurs 2.tom.5.pag.194.àterg.*, qui omnes Episcopos, & Archiepiscopos prædictorum Circulorum designat. Isti enim status Imperij, quo ad subditos suorum territoriorum similem iurisdictionem tenent, quam Imperator in suos Imperii ciues exercet *Thom.*

Mich.de iuriſdict.theſ.45.Modeſtin.Piſtor. conſ. 28.nu.1.vol 2. Knich.de iure territ.cap.1.num. 359. & ſeq Goden conſ.1.num.21.Arumeus de iur.pub. diſc.13.qu.9. tom.1. & quia eadem eſt proportio Imperatoris, & Cameræ ad totius Imperij ſingulas Prouincias, ac prædictorum Statuum Imperij ad eorum dominia, vt affirmat *Vultei.in l.fin.in fin.C.vbi in rem actio;* id circo omnes Electores Imperij, eorumque Duces Marchiones, & Comites, qui ſuperioritatem acquiſiuerunt, vel ex conceſſione, aut legitima cauſa ab Imperiali Dominio ſe ſubtraxerunt, poſſunt Dicaſteria, Scabinatus, & Maio-
38 ra Conſilia creare, vt de Electoribus cautum habemus in *Aurea Bulla artic.* 11. Iſtorum omnium antiquior cognoſcitur in Saxonia Senatus Lipſienſis, qui fuit erectus in anno 1420. à quo tempore vſque ad annum 1574. inordinatus apparuit, attamen Auguſtus Elector Saxoniæ in dicto anno, ad formam Senatus priuilegijs, & ſtatutis decorauit, ſex Adſeſſores ſub vno Præſide, ſeù Directore conſtituẽdo, ad quem extera Regna, & Prouinciæ, ac ſi ad Oraculum aliquod Delphicum ad conſulendum confluebant, refert *Frider.Brumer.de Scabin.cap.vlt.*§ 8. *& ſeq.* ob quorum concorrentiam, ſub Io.Caſimiro, & Io.Ernesto Ducibus Saxoniæ, numerus Scabinorum vſque ad octo fuit auctus, *Brumer. loc.cit.* §.12. Et licet Imperator multas alias Imperij Ciuitates in feodũ cõcedere ſoleat ſingulis Pagis, ſeu Pro-
39 uincijs Comites, vel Principes proponendo, vt ſub Henrico III. & IV. Imperatoribus deplomata demonſtrari tradit *Brumer. loc.cit. cap.3.in fin.* attamen hæc iuriſdictio Maior ſupremi dominij, quando non fuit tributa, ad hanc poteſtatem erigendi Scabinatus, & Dicaſteria nõ extẽditur, ſed tantũ inter ſingulorum Pagorũ Incolas conceſſa præſumitur, quæ ſolet impartiri, vt minores curas deponet Imperator, & maioribus, & vrgentioribus aduerſus hoſtes incumbet, proinde quæ maioris momenti ſunt ad Cameram Aulicam ſunt referenda, vel Cæſar conſulendus, dixit *Brum. loc.cit.* nam unquam tantam concedere pote-
40 ſtatem cenſetur Imperator, quin ſimilem, vel maiorem non detineat, atque reſeruet, *Knichen.dict.cap.1.num.316. Arumeus de iur. publ.diſcurſ.13.pag.211.tom.1.* ad inſtar Maris quod unquam augetur, neque minuitur per continuum curſum, vel decurſum aquarum *Paurmeiſt.de iuriſdict.lib.2.cap.4.nu* 23.

PRÆSTANTIA II.

Præſtantia Sacri Conſilij Neapolitani cognoſcitur ex nomine Sacri

SVMMARIVM.

1 *Conſilium Neapolitanum Sacrum appellatur, & num.23.*
2 *Romani in loco profano non conueniebant ad conſulendum, ſed in loco Auguſto, & Sacro.*
3 *Senatus Romanus habebatur in Templo Caſtoris, & Pollucis, vel in Templo Martis, aut in Templo Bellonæ, vel Apollinis.*
4 *Senatus Athenæ in Templo Martis erectus fuit.*
5 *Conſilium de per ſe ſumptum res ſacra eſt.*
6 *Iudicia appellationum ſacra dicuntur.*
7 *Romanorum Principum reſcripta, & reſponſa Oracula appellantur.*
8 *Reges Sacri appellantur, ob ſacram vnctionem qua vnguntur.*
9 *Saul Rex vnctus fuit Sacro Oleo à Samuele, ſicut & David.*
10 *Romani conſecrabant Imperatores, & Diuos appellabant.*
11 *Reges noſtræ Siciliæ coronantur, & vnguntur.*
12 *Reges vnguntur Oleo Sancto in Brachio dextero, ſed Summus Pontifex vngitur Oleo Chriſmatis in capite.*
13 *Reges quatuor ſunt, qui vnguntur, & coronantur, ſcilicet Rex Hieroſolimitanus, & Reges Galliæ, Siciliæ, & Angliæ.*
14 *Reges Galliæ ex peculiari Dei Munificentia poteſtatem habent curandi ſtrummas.*
15 *Reges Angliæ hanc eandem facultatem habuerunt.*
16 *Reges Hiſpaniarum habent priuilegium ſanandi ſcrophulas, & expellendi dæmones.*
17 *Reges, & Principes Ethnici habuerunt hanc virtutem ſanandi morbos, & cur*
18 *Reges, & præcipuè huius Regni non ſunt merè Laici.*
19 *Reges dicuntur Sacri ob iuſtitiam, quam adminiſtrant.*
20 *Locus, vbi ius redditur ſacer appellatur.*
21 *Palatia vbi iuſtitia adminiſtratur, ſacra ſunt.*
22 *Angeli aſſiſtunt Iudicibus, quando adminiſtrãt Iuſtitiam.*
23 *Leges Sacratiſſimæ ſunt.*
24 *Iudices Sacerdotes erant.*
25 *Tribunal Regiæ Cameræ Sacrum dicitur.*
26 *Regia Audientia Hydruntina noſtri Regni Sacra denominatur.*
37 *Conciſtorium appellatur Conſilium Principis.*

COgnoſcitur noſtri Sacri Conſilij Neapolitani PRÆSTANTIA ex nomine Sacri, nam nũcupatur Sacrum Conſilium, vt vulgariter in

dies

dies illud appellamus, ſic iubente noſtra *pragmat* 1. *de offic. S.R.C.* quod etiam aduertit *Borrel.de præſt. Regis Catholici cap.*60.*n.*9 non quia locus ſacer eſt,forſan cõſtructus ad exem-
1 plum noſtrorum antiquorum Romanorum, qui in locn profano non conueniebant ad cõſulendum, ſed in loco Auguſto,& Sacro,& vbi
2 Deorum templa eſſent, ſatetur *Alex. ab Alex. in dies geniales lib.*4.*cap.*11.*fol.*368.vbi *Tiraq, lit. Q.* authoritatibus comprobat, & ſcripſit etiam *Aulus Gelius noct. actic. lib.*14. *cap.*7.*&* *Feneſtrel.de Magiſt.Rom.cap.*1.Ideo quandoque
3 Senatus habebatur in Templo Caſtoris,& Pollucis, vel in Templo Martis,vt ſatetur *Sueton. Tranquil.in Callignla, Cicero in Verrem actio* 7. Aliquando in Templo Bellone, vel Apollinis
4 *Titus Liuius lib.*38.*&* 39.*& Celius apud Cicer. epiſt. lib.*8. Sicut etiam Athenienſes Æropagitum Senatum in Templo Martis erexerunt, in quo indicia diſceptabant, & ſentẽtias emanabant, idcircò Iudicas illius Senatus Æreopagitæ appellabantur, poſt alios dixit *Borrell. loc.cit.dic.cap.*60.*nu.*11. Sed dicitur Sacrum
5 quia Conſilium de per ſe ſumptum res ſacra eſt, *ſap.*6.26.*prou.*1.11.*&* 12.*Eccleſ.*32. & dixit *Plato relatus à Giorgio Schonborner polit.lib.*3.*cap.*23. & ſub nomine Sacri Auditorij Conſilia Principum appellantur *l. vnic in princip. C.de noua C.fac.l.præcipimus l.penul.& l.fin.§.in refutat. C. de appell.* & etiam appellatur ſacer Comitatus *d.l.præcipimus,& l.vlt. C.de dignit. lib.*12.ibi: *Sacratiſſimum Comitatum, l. litibus C.de agris,& cenſit.lib.*11.*Boer.de author.Magni Conſil. num.*25.*&* 35. *in med.* ideò Conſilium quod res quædam ſacra ſit, concludit *Dominicus Arumeut dec. Ienenſi* 1. *n.*51.*lib.* 2. qui ex hoc deducit,quod fraudulentèr conſulens,tanquam ſacrorum contemptor, & violator, in pœnam infamiæ, & alias pœnas incurrat.

Sic etiam Iudicia, appellationum, quæ in Con-
6 ciſtorio ab ipſo Principe diſceptabantur,adhibitis Proceribus Palatij, ſacra appellantur, *l.* 2.*C. de legib.* & ſacra iudicia nominantur in *Nouella* 20.Sacraq; Oracula dicebantur Principum Romanorum reſcripta, & reſponſa, *l. fin.Cod.de diuerſ. reſcrip. l.iubemus C. de ſacroſ. Eccleſ.*quia nil eſt diuinius ipſo Conſilio dixit *Ianus Nicius in dialog.*8.*pag.* 194.

Hanc etiam Sacri denominationem accipit noſtrum Sacrum Conſilium à noſtris Regibus, à quibus fuit inſtitutum, dum Regis Nomine iuſtitiam adminiſtrat, & ſententias pronunciat, cuius Corporis pars eſſe gloriatur. Reges enim Sacri appellantur,& præcipuè noſter Rex Catholicus, vti Rex Siciliæ, non quia eſt Rex Hieruſalem, quæ olim fuit Ciui-
8 tas Sancta, electa à Chriſto Domino Noſtro, vbi nouæ legis Sacerdotium inſtituit. Nec etiam quia vti Rex Siciliæ hoc Regnum à Papa tenet, & in hoc Regno Pontificem repreſentat, à quo vti Summo Sacerdote omnia ſacra dentur, vt dixit *Borrell.de præſt.Reg. Cathol.d.cap.*60 *n.*4.*&* 8. ſed non concludenter, quia ſunt denominationes extrinſecè, quæ non tangunt ſubſtantiam rei; Sed dico, quod Reges Sacri appellantur ob ſacram vnctionem, qua vnguntur, ſicut etiam Imperatores *cap.Venerabilem de elect.clem.*1.*de iur.iurand.cap.*1.*de ſac.vnct. Hallier. in tract. de ſac. electionis.til.de ſac vnct.art.*5.§ 4 *num.*17. *Mich. Frances de Vrrutigoyti de Eccleſ. Cathedral. cap.* 5. *num.* 90. *Taſſon. in pragmatica de antefato veul.*3.*obſer.*3.*num.*66. *Bonadilla in polit. tom.*1.*lib.*2.*cap.*6.*num.*2.*fol.*373.*& num.*10. *in fin.fo* 378.& primus ſacro oleo vnctus fuit Saul
9 in 1.*Regum cap.*9.*&* 10. vbi legimus,quod iuſſit Deus per Samuelẽ Prophetã vngi Saulẽ in Regẽ, qui iuxta verbũ Domini tulit Lẽticulã Olei, & effudit ſuper caput eius, & deoſculatus eum dixit: *Ecce vnxit te Dominus ſuper hæreditatem tuam in Principem.* Item de Dauid in 1.*Regum cap.*16. vbi ait ad Samuelem Dominus: *Surge, & vnge illum ipſe eſt.* Tulit is ergo cornu Olei,& vnxit eum in medio fratrum eius,& directus eſt ſpiritus Domini in die illa in Dauid Fuit hæc antiqua obſeruãtia etiã cognita ab antiquis noſtris Romanis, qui cõſecrabant Imperatores,ex qua cõſecratione
10 inter Diuos referebãtur, vti ex ea Deificati, vt poſt *Herod.Cornel. Tacitum,* & alios ſatetur *Surgente de Neap.illuſtr lib.*1. *cap.*19.*num.*15. Idcircò leges noſtræ Diuos appellabant, vt in *l Diuus Traianus ff. de militar. teſtam l. Diuus Conſtantinus C.de natural.liber,* & in alijs legibus, quas ad ſaturitatem collexit *Surgente d. cap.*19.*num.*13.

Ideo noſtri Reges Siciliæ coronãtur,& vngũtur, tradunt *Alber.de Roſate in conſt. Cod. in rub. & in* 1.*Gloſſ fol.*3.*num.*2. quem refert *Sigiſmund. Loffred.in paraphreſi ſ.ud.cap.*1. *de duobus fratribus, Capyc.in inn.ſt f.ud. til.f.ud. offic. verſ.* Coronatur, & vngitur Rex Apuleæ, Rex Siciliæ.*fol.*278 *& citat.cap. veritatis de iur.iurãd. Surgente loc.cit, dic.cap.*19.*num.*15 *& cap.*22. *num.*2.*fol.*210.& vnguntur Reges Oleo Sancto in brachio dextero, ad differentiam Summi Pontificis, qui vngitur oleo Chriſmatis in capite, dixit *Surgente*, vbi ſup.*fol.*211. Quatuor enim ſunt Reges, qui vnguntur, & coro-
13 nantur, ſcilicet Rex Hieroſolitanus, Rex Galliarum, Rex noſter Siciliæ, ſeu Neapolitanus, & Rex Angliæ, dixerunt *Alberic.de Roſat. in* 1.*part. Cod.num.*2 *fol.*3. *Chaſſan. in Catalog. glor.mund.par.*5.*conſid.*31.*Surgente de Neapol. illuſtr.lib.*1.*cap* 31 *fol.*210.*num.*2. *Franc. de Petrit conſil.*42.*fol.*165.*nu.*4. *& in hiſtor. Neap. lib.*5.*cap.*5.*fol.*50.*in fine, Topius de orig.Tribun. par.*2.*lib.*1.*cap.*4.*num.*3. Et ex modernioribus *Michael Frances de Vrrutigoyti d. cap.*5.*nu.* 98. poſt *Hallier.& Dianam*, ab eo citatos, qui dicit, quod alij Reges vnguntur ex priuilegio. Proinde dixerunt noſtri Regnicolæ,quod Reges,

ges, & præſertim huius Regni, non ſint merè
17 laici, vt fuetnnt, *Androas de Iſern. in proœmio*
conſtit. Freccia lib. 1. de ſubfeud. fol. 47. Paris de
Puteo de Syndic. in verb. Rex. Sed *Frances loc. cit.*
num. 92. eruditè aduertit poſt *Dianam, & Hal-*
ler. loc. cit. vnctione Reges Eccleſiaſtici ordinis
minimè efficiantut, nec Eccleſiaſticam ali-
quam tecipiant poteſtatem, ſed laicorum ou-
mero cenſentur, & quod iſta ſacra vnctio tan-
tum tendat ad perſonæ ſanctificationem, &
venerationem, nec non ad Eccleſiaſticam
protectionem, vt tanqoam ioiuocti ardentiùs
exurgant, & deterſent pro Domino.
Non ideo mirandum ſi Principibos bonis, quos
Dens ad Regium culmen euexit priuilegium
conceſſit ſanandi vaiios populotum morbos,
14 & ægritudines, & adhuc hodiè audimus,
Chriſtianiſſimos Reges Galliæ, ex peculiari
Dei monificentia, ſpecialem poteſtatem ha-
bere eorum tacto curaodi ſtrummas, ſeu ſcro-
15 phulas, ſicut & Reges Aogliæ eandem vir-
tutem haboerunt, oon minus ac Religioſiſſi-
mi oostri Reges Hiſpaoiarum eaodem virtu-
26 tem eis diuinitus tributam tenent, inſimul
cum Chariſmata dæmones eiciciendi, vt præ-
ter hodiernam obſeruationem, etiam teſtan-
tur *Theodor. Hoping. de iur. inſig. cap. 18. ſ. 7. per*
tot. à pag. 904. Solorzan. in emblem. polit. 21. n. 9.
alijque. Et licet Reges, & Priocipes Ethoici
hanc similē facoltatem tenuerint, vt de Ale-
17 xandro Magno, Octauio Auguſto, Pyrrho
Hadriano, & alijs, ſcripſetunt *Forcat. de gallic.*
Imper. lib. 1. pag. 125. Valdes de dignit. Reg. Hiſp.
cap. 16. Laurent. in tract. de curat. ſtrum. Camer.
3. ſubceſſin. cap. 42. attamen ſi illorum fidem
atteodere velimus, hoc iudico eueniſſe, ob
eorom iuſtum Populorum regimen, vt ſcilicèt
ipſorū iuſtis actionibus aliquod coodigoum
meritum à Deo recipiſſent.
Vel tandem dicas, quod dicantur Sacri ob iuſti-
19 tiam quam Reges adminiſtrant, locus eoim
vbi ius redditur ſacer appellatur *Sigiſmun. De-*
20 *ſpuiol. in præfat ad 2. par. dec. Peguer. num. 4.*
& ideo dixit *Plat. lib. 6. de legib.* relatus à *Borrel.*
de præſt. Reg. Cathol. cap. 23. num. 12. quod Pala-
21 tia Principum, vbi iuſtitia adminiſtratur
ſacratiſſima ſint, hinc dixit *Bodin. in ſua De-*
monomonia lib. 3. ca. 4. quod interſint Angeli in
22 Iudicijs, mentes Iudicum ad iuſtitiam diri-
gentes. Quod demonſtrabant etiam Ægiptij,
qui ſolebant in loco Iudiciorum ſedes aliquas
vacuas relinquere, in quibus Angeli Iudicijs
aſſiſtentes, iooiſibiliter reſiderent, vt refert
Theſaur. in præfat. ſuar. deciſ. num. 7. & ſeq. Xa-
mar. de off. Iud p. 1. q. 2. n. 23. Vel ob leges, quas
23 com ratione promulgant, quæ ſacratiſſimæ
ſunt *l. Leges ff. de leg.* & dixit *Virgil. lib. 2. Æneid.*
qoando de Græcornm legibus conquerebatur.
Fas mihi Graiorum ſacrata reſoluere iura.
Sacratæ leges.
Hac de cauſa Reges, & Sacerdotes appellaban-
tur, vt in *c. 11. 21. diſtin. Surgen. loc. cit. c. 17. n.*
43. Borrel. in eod. tract. cap. 60. nu. 2. Imo Iudi-
24 ces Sacerdotes eraot, ſcripſerunt *Elianus lib.*
14. de var. hiſtor. cap. 34. & Petr. Gregor. in
ſyntag. iur. par. 2. lib. 16. cap. 8 nu. 18. ſicut apud
Geotiles, & Ægyptios, ijdem erant Iudices, &
Sacerdotes, qui ſacra tractabant, & Antiſtitum
nomine decorabantur, *l. 1. C. de Decur. lib. 10.*
ſed Athenienſes iu omnibus publicis Conſi-
lijs Sacerdotes adhibebant, quos Dioinos ap-
pellabant, ſcripſit *Cic. lib. 1. de diuin.* & tefert
etiam *Alex. in dies Genial lib. 4. cap. 1. pag. 368.*
qoia Conſilia ſacra erant.
Ex his rationibus concludunt Doctores noſtri
Regni, noſtrum Conſilium Sacrum appellari
Surgent. d. cap. 22. fol. 210. num. 3. Tap. in ius Re-
gni lib. 1. in rub. de offic. S. C. nu. 21. & 30. Borrel.
d. cap. 60. num. 9. Sicut etiam Tribunal Regiæ
Cameræ Sacrum dicitur *Io: Vincent. de Anna*
25 *in cap. 1. de Vaſſal. decrep. ætat num. 217.* & ſe-
quitur *Conſil. Pratus practic. obſeru. cap. 50. n. 22.*
Et in noſtro Regno, Regia Audientia Hydrun-
26 tina gaudet titulo Sacræ Regiæ Audientiæ,
quia in ea præfuit Rex Alphonſus Secundus
Aragoneus, dixit *Reg. Tapia in lib. 1. iur. Reg. in*
rubr. de offic. S. C. num. 40. Et hodiè Rota Roma-
na appellatut Sacrum Auditorium *Dom. Pe-*
tra in ritu 250. num. 8.
Imo & Magnum Conſilium Principis, dicitur
27 etiam ipſius Conciſtorium, *auth. ſed & lis C.*
de tempor. appellat., & in auth. de appellat. ſ. ad
hæc, & ibi Gloſ. in verb. Conciſtorium l. litibus in
fine C. de agricol. & cenſit. lib. 11. ibi recitata 7.
intimo Conciſtorio Palatij Iuſtiniani l. penul. ſ.
fin. & ſ. refutatorijs C. de appellat. l. vnica ſ. ideo-
que in fine C. de nouo Cod. faciend. vbi Conci-
ſtorium Priocipis illud appellatur, in quo ſe-
det ipſe Prioceps, vel ipſe Præſes caoſas au-
diendo iudicans, quod vetificatur in noſtro
S.C. *Carolus Degraſſal. de regal. franc. lib. 1. pag.*
165. qui dicit male dixiſſe *Archidiacon. in cap.*
Romana de appellat. in 6. qui dixit Principis ſe-
cularis Conſilium nuncupari Auditorium, ſo-
lius veto Papæ eſſe Conciſtorium, quem etiā
impugoat *Boer. de author. Mag. Conſil. num. 25.*
dum in cap. Romana in prin. de appellat. in 6. ha-
betur, quod Epiſcopi dicuntur habere Aodi-
torium, & Cooiciſtorium, & in *Eſther. 5.* dici-
tur, *At ille ſedebat ſuper ſolium ſuum in Conci-*
ſtorio Palatij, & ita *Lucas de Penna in l. 1. C. de*
Comitib Conciſ. & in l. 2. C. vt dignit. ordo ſerue-
tur, & etiam appellari poſſe Sacrum Conciſto-
riū, affirmant *Petrus Gregor. Tholoſan. ſyntagm.*
iuris vniuerſi lib. 15. cap. fin. num. 5. Tobias Pa-
nermeiſter de iuriſd. imp. Rom. lib. 2. cap. 6. nu. 5.
& 9. per tex. in l. fin. C. de offic. diuerſ. Iudic., &
per alia iuta fuodant etiam *Staiban. in reſolut.*
134. num 10. tom. 2 & reſol. 50. num. 9. tom. 1.
Gramatic. dec. 62. num. 29. verſi. cum ſimus, &
num. 30. Molfeſ. conſl. 47. num. 9. in 2. tom. con-
ſuetud. Grinell. dec. dolm. 72. à num. 10. qui di-
cit

cit ſuum Senatum Dolanum dici Principis Cõciſtoriũ, Sed aliter videtur ſentire, *Surgente de Neapol.illuſtr.cap.26. num.27.* vbi dicit differre Conſilium à Conciſtorio, nam Conciſtorium ad illum tantum Conſeſſum refertur, vbi Princeps aſſidet, vel ad illos Magiſtratus, qui iuris dicendi poteſtatem habent, *cap. Romana de appellat. in 6.* aut ad eos qui Principis nutu congregantur *l. quiſquis ſ. 1. C.ad l.Iul Maieſtat.*, At vero Conſilium refertur ad Ordinarios Magiſtratus, ſed parum iuuat morari in quæſtione vocabulorum, ideo ad vlteriora procedo.

PRÆSTANTIA III.

Præſtantia S. Conſilij Neapolitani cognoſcitur, quia Regius Senatus appellatur.

SVMMARIVM.

1 *Regium Nomen Romanis intolerabile fuit.*

2 *Octauius Auguſtus Cæſar non Monarchicum à Populo Romano recepit Imperium, ſed communicatiue.*

3 *Senatus nomine, Auguſtus omnia quæ gerebat promulgabat.*

4 *Senatus Conſulta, quæ fuerunt appellata.*

5 *Senatum Romanum centum Viri conſtituebãt.*

6 *Senatus definitio traditur, & eius æthymologia.*

7 *Senatores dicuntur, qui habent ius dicendi ſententiam in Senatu.*

8 *Princeps inter Senatores enumeratur.*

9 *Senatus ille dicitur cui Summum Conſilium Reipublicæ commendatur & n.15.*

10 *Senatus nuncupatur noſtrum Sacr.Conſil.Neapolitanum.*

11 *Conſiliarij Conſilij Neapolitani ſunt Senatores.*

12 *Senatus Romanus totam curam Reipublicæ habebat.*

13 *Senator vnus hodie Romæ reſidet in locum illorum centum, qui prius adſtabant.*

14 *Curijs ſupremis Iuſtitiæ Reges, & Principes diuerſa nomina impoſuerunt, nam vocantur Cameræ in Germania, Dicaſteria, & Scabinatus in Statib.Imperij, Parlamenta in Gallijs, Conſilia, & Prætoria in Hiſpanijs, Rotæ, & Senatus in Italia.*

15 *Rota Romana quandoque rotat.*

16 *Senatus nomine venit Suprema Curia Regis.*

17 *Magna Curia Vicariæ, & Regiæ Audientiæ Regni, Senatus non appellantur.*

18 *Licurgus Spartanis plenipotentem conſtituit Senatum.*

REgium nomen alibi magnum, Romæ vero
intolerabile fuit, teſtantur *Tit.Liu.lib.27.*
1 *& Arnmeus diſp.feudal.theſ.12.* Populus enim
ille, exoſus erat Regiæ poteſtatis, timebat ne
eius iugo, iterum Colla ſubmittere cogeretur,
quod poſt exactos Reges excuſſerat, ideo licet
2 in Octauium Auguſtum Cæſarem ex lege
Regia omnem poteſtatem tranſtulit, Imperium tamen Auguſtus non protinus Monarchicum, atque abſolutum recepit, priuatiue ſcilicet quo ad Populum, & Senatum, ſed cõmunicatiue, inſimul cum Senatu circa omnes actus exercebat, tam Magiſtratus creando, quam alia munera obeundo, communicatis nempe conſilijs, & cum Senatus concurſu feliciter Rempublicam adminiſtrabat. Sic primùm, Dictatores, & Conſules nil magnum moliebantur, abſque Senatus ſuffragijs, imo legimus Auguſtum, tam prudenter omnia
3 geſſiſſe, vt ſub nomine Senatus illa promulgabat, tanquam à principaliori nomine, ideo
non Conſtitutiones Principum, ſed Senatus
4 Conſulta appellabantur, vt in *l 9. ff de legib. & in l.1 ff.de reb.eor. qui ſub tutel.*, ac ſi ſolus Senatus iuſſiſſet, atque conſtituiſſet *ſ.5.inſtit. de iur.nat gent. & ciu.Duaren.ad til. de conſtit. Princip.cap.3.Conarr.tom.2.pract. quæſ.un.3. Thom.Michel.de iuriſd.theſ.III. Panrmeiſter de iuriſd.lib.1.cap.24.num.5.Arnmeus de iur.public.diſcur.13.quæſ.1.pag.207.to.1.* cum enim Romani Imperatures Senatum, tam excelſa poteſtate magnificabant, ad eius ſimilitudinem Omnes Reges, & Principes Senatus ſibi conſtruxerunt, ſicut etiam noſtri Reges noſtrum Neapolitanum Conſilium inſtituerunt, vt dixi ſup.*in cap.1.n.*

An autem noſtrum S. Conſilium ſit Senatus, & eius Conſiliarij Senatores appellari poſſint, videtur dicendum quod non; Quia noſtrum S.Conſilium ex numero viginti duorum Cõſiliariorum præter Præſidentem componitur. At vero Senatus dicitur ille vbi centum Vi-
5 ri concurrunt ad Regimen Reipublicæ, vt habetur in *l.fin.C.de petit. hæred.* ibi *Magnitudo eſt enim, & authoritas centum viralis iudicij*, vbi *Gloſ.* & Cynus exponunt centum virale Iudicium, hoc eſt Senatorum, qui erant centum numero, idem habetur in *l.qui repudiantis ff.de inoffic.teſtam.* ibi *authoritate centum viri, & ibi Gloſ.& DD.& in l.maximum vitiũ* ibi *cum etiam centum viri, & ibi Gloſ. C.de liber.præter*, quod confirmat *Bal.poſt Gloſ.* quam ſequntur *DD.in rub ff de ſenator. Cardin.Alexandr.& Archidiac.in cap. ſenatus conſultũ 2. diſtin.tex.cum Gloſ.in l.petito* ibi *centum virale iudicium exerceat ff. de libert. leg. Cynus in l. unic.C.de caduc.toll.*

Sed veritas eſt, quod noſtrum S.Conſilium ſit Se-
6 natus, & ratio eſt, quia Senatus dicitur Collegium Virorum Prudentum, & integerrimorum ſelectorum, quibus cura, & adminiſtratio Reipublicæ commendatur *Althuſ. cap. 5. politic.num.54.*, & dicitur à ſenio, vel à ſenectute, ſolis enim ſenibus cura Reipublicæ deman-

mandebatur *l.ſemper ff. de iur. immun.* hinc
7 Senatores dicti, & ſunt illi qui habent ius di-
cendi ſententiam in Senatu, *l.fin. ff. de ſena-
tor Arumeus de iure public.tom.5.pag.53.àterg.*
8 & ipſe Princeps inter Senatores numeratur in
l.8.C.de dignit. vbi Imperator dicit, *Ius Sena-
torum, & authoritatem eius ordinis, in quo nos
quoque numeramus, neceſſe eſt ab omni iniuria
defendere. Cenſal.in l.vnic.C.ſi quis Imp.maled.
ſ.6. num.13.* Non minus ac Imperator mili-
tum, Commilito dicitur in *l.5.§.1.ff. de milit.
teſt.* cum ergo noſtrum Conſilium, habeat hoc
Collegium ſelectorum virorum ad iuſtitiam
adminiſtrandam deputatorum, competit ei
hoc Senatus nomen, quia Summum Conſiliū
Principis eſt, vt annuit *Cicero in Caton. maio-*
9 *rem, ſiue de ſenectut.cap.6.* his verbis, *Quæ niſi
eſſent in ſenibus non ſummum Conſilium maio-
res noſtri appellaſſent Senatum. Solorzan. in em-
blem.polit.48.n.39.*

Et ita noſtri DD. Regnicolæ concludunt, ſcilicet
10 noſtrum S. Conſilium eſſe Senatum, *Capyc. in
inueſtit.feudal.in verb.Conſilium: Affl.in proœm.
deciſ.* in ſua oratione ibi recitata in *p.7.verſ.
Magnifice* Senatum appellat, ibi: *Cum mecum
ipſe cogitarem hunc Senatum*; & in *dec.120.n.6.*
dixit, *S. Conſilium poſſe ſententiam M. C. refor-
mare, quia repreſentat perſonam Regis*; proinde
deducunt, quod Senatus Regis ſit, noſtrum S.C.
dum eius perſonam repreſentat, & videtur aſ-
ſentire *Surgente de Neap. illuſtr. lib.1.cap.17.
num.42.* quod etiam aſſerit *Reg. Ron ſup. prag.
in rub.de Offic.S.R.C.num.7.* qui affirmat, quod
11 apud nos, Conſiliarij nomen, & Senatoris,
vnum, & eidem ſonet per *tex. in l.& qui non
ſunt*, vbi *Gloſ.ff. de tutor. & curat.* & ſequitur
Staib.in obſeru.ad reſol.60.num.55 tom.1. & de
Cōſilio Franciæ idem concludit *Boer. de auth.
Mag.Conſ.num.177.* circa fin.

Ad rationem in contrarium adductam reſpon-
deo, quod licet Senatus ille Romanus compo-
12 nebatur ex centum viris, tamen hoc fuit, quia
penes ipſum tota cura, & ſollecitudo Reipu-
blicæ reſidebat, cum enim apud eos libertas
Imperij erat, Populus Romanus centum Vi-
tale Conſilium ſtatuit, ad omnimodam liber-
tatem conſeruandam, & iuſtitiam admini-
ſtrandam, non tamen per hoc repugnat, quin
alij Principes, & Reges non poſſint minorem
numerum Senatorum præfigere ad conſtituē-
dum Senatum, eorum dominijs congruentem,
illumque priuilegijs, & prærogatiuis decora-
re, quibus fruebatur Senatus ille Romanus,
nam ob rerum varietatem, & viciſſitudines,
ſunt res determinandæ, ſicut neceſſitas poſtu-
lat, & publica Commoditas exigit, propterea
videmus, quod dum prius Romæ adſtabant
13 centum Senatores, hodiè non reſidet, niſi
vnus Senator, qui à ſummo Pontifice eligitur
*cap.fundamenta de elect. in 6. Martin. Laudenſ.
de Conſil.Princip.quæſt.16. Cynus in l.fin.ff.de
petit.hæred.* vbi dicit, quod ipſe vnus Senator
habeat tantam authoritatem, quantam ha-
hebāt olim centum illi Senatores, quia ſucceſ-
ſit in locum, & poteſtatem omnium, argum.
*l.ſicut, & l.planè ff. quod quiſq; iur. cap.gratam
de poſtul.prælat. Io: Andr. in addit.ad Specul.til.
de appell. §. videndum*, vbi dicit, quod hodiè
nec etiam à ſententia ipſius vni Senatoris ap-
pelletur, ſicut olim ab illis centum viris non
appellabatur, licet de hoc dubitarunt *Cynus in
d.l.fin. & Card. Alex. in d.cap. Senatusconſultum
2.diſtinct.*

Nec officit, quod noſtrum Sacrum Conſilium
vulgaritèr non appelletur Senatus, ſicut nun-
cupabatur Senatus ille Romanus, ſed Conſi-
lium communiter vocatur, Quia reſpondeo,
14 quod Supremis Curijs Iuſtitiæ, Reges, &
Principes diuerſa nomina impoſuerunt, nam
in Germania Camera Imperialis appellatur,
in qua cauſæ appellationum proponuntur
*Gaill.obſeru.pract.cap.1. Andr.Knich. in Encly-
cloped.cap.7.num.4* In Statibus Imperij Dica-
ſteria, forſan dicta à nomine Dica, quod iudi-
cium denotat, vt exponit *Calepin.in verb.Dica.*
Similiter & Scabinatus dicuntur, & Conſilia-
rij Scabini nuncupantur, ſic dicti quia ſedes
Scabinalis reſidet in loco editiore, quam in
quatuor ſcamnis Scabini circumſedent *Fri-
deric. Brummerus de Scabinis cap. 4. num.12.*
& adhuc hoc nomen in Curijs Hollandiæ vi-
get, vt apparet, apud *Neoſtad.dec.32.Supr.Cur.
Holland.pag.153.* & in Curijs Friſiæ *Domini-
cus Arumeus dec.4.nu.47.lib.2.* In Gallijs Par-
lamenta *Bodin.de Republ.lib.1. cap.10.nu.161.
Beſold.de appell.iuuam. cap.2. num.21. Valent.
in parthen.litigioſ.lib.1.cap.16.pag.325.* In Hi-
ſpanijs Conſilia, & Prætoria *Couar.cap.2 n.10.
Valent. loc.cit.pag.325. in fin.* In Italia nomi-
nantur Rotæ, & Senatus, propterea in Alma
Vrbe, Rota Romana appellatur, illud Sacrum
Auditorium *Dom.Petr.in rit.u 250. nu.8.* ideò
15 prouerbialiter dicimus, quod Rota, quando-
que rotat *Theſau. in præfat. dec.num.33. Aru-
rumeus dec. Friſ.1.n.65.lib.2.* & Senatus Peda-
montanus dicitur, illud Supremum Subaudiæ
Conſilium *Theſau.in præfat.deciſ.Pedam.n.10.
& 31. Galeot.reſponſ.fiſcal.1.num.26.* prout in
Friſia *Io: à Sande in præfat. ſuarum deciſionum
Friſicæ*, illam Supremam Curiam, Senatum
appellat.

Collige ex omnibus prędictis PRÆSTANTIAM
noſtri Supremi Conſilij, quia iſtud appellatur
Senatus, cuius nomine appellari non poſſunt
aliæ Curiæ noſtræ Ciuitatis, & Regni, puta
Tribunal M. C. Vicariæ, & noſtræ Audientiæ
Prouinciales Regni Neapolis, dum conſtat ex
16 prędictis, quod ſub nomine Senatus, veniat il-
la Suprema Curia, & Senatorum poteſtas, quæ
ſimilis apud Reges inuenitur, quorum con-
ſortio non dedignatur ipſe Princeps adnu-
merari in *l. 8. C. de dignit.* Hæc enim eſt Sena-
tus

tus natura, vt primam fedem poteftatis Principis occupet, fic à primo Legislatore Lycurgo conftituta, qui Spartanis Senatum, tam plenipotentem ordinauit, vt dixit *Alex. lib. 4. cap. 11. Is ordo velut Arbiter fuit inter Regiam poteftatem, & vim multitudinis, ne aut hæc contumacia feuiret, aut Imperio illi obftarent*; quod etiam fcripfit *Cicero loc. fup. cit. de fenect. cap. 6.* vbi *Summum Confilium* appellat. At cum Magna Curia Vicariæ, & aliæ Curiæ Regiæ inferiores, cenfuris appellationum fubiaceant, vti fubordinatæ noftro Supremo Confilio, cuius mandatis obtemperare debent, ideo huius excelfi nominis pompa non poffunt cohoneftari.

PRÆSTANTIA IV.

De Præftantia S. Confilij Neapolitani ratione loci.

SVMMARIVM.

1 *Locus non fantificat hominem, fed homo locum.*
2 *Senatus excellentia fulget, fi ei honorificus locus affignatur.*
3 *Senatui locus ab auguribus antiquitus conftituebatur.*
4 *Sacro Confilio Neapolitano, locus fuit defignatus in noftra Neapolitana Ciuitate.*
5 *Senatus Præftantia eft, fi fit conftitutus in Metropolitana Ciuitate.*
6 *Præcedit Officialis, qui adminiftrat in Metropolitana Ciuitate Officiali exiftenti in Vico.*
7 *Præfentia Principis dignitatem Officialis extollit.*
8 *Principis præfentia multos bonos effectus producit.*
9 *Statui politico conuenit, vt Confilium Supremum in Metropolitana Ciuitate refideat, & cur.*
10 *Confilium Neapolitanum per varios locos Ciuitatis antiquitus vagabatur.*
11 *Confilium Neapolitanum in Caftro Capuano fixit pedes ab anno 1540.*
12 *Palatium Caftri Capuani multa Tribunalia recipit.*
13 *Confilio Neapolitano amplior locus, & latius Atrium fuit conceffum in Caftro Capuano.*
14 *Palatium Caftri Capuani capax eft trigiuta millia hominum.*
15 *Palatium Iuftitiæ honorificum habere, decet Principem.*
16 *D. Petrus de Toleto huius Regni Prorex laudatur.*
17 *Palatia Principis funt de regalibus, & non veniunt in generali conceffione.*
18 *Domus Prætorias debent Vniuerfitates conftituere Officialibus.*
19 *Palatium conftituere debet Vniuerfitas Epifcopo, quando Oppidum in Ciuitatem erigitur.*
20 *Terremotus magnus anni 1688. defcribitur.*
21 *Ciuitas Beneuenti folo equata fuit ob prædictum Terremotum cum excidio quatuor millie habitantium.*
22 *Cerritum Oppidum cum alijs conuicinis concuffum fuit ob Terremotum.*
23 *Neapolitana Ciuitas magna damna fubftinuit ob dictum Terremotum.*
24 *Sacrum Confilium Neapolitanum locum mutauit ob Terremotum anni 1688.*
25 *Miffa dicitur quolibet die, quo regitur Sacrum Confilium.*
26 *Confiliorum gubernacula Deus dirigere debet.*
27 *Senatus Romanus antequam inchoabatur, debebat hoftias immolari apud Aram illius Dei, in cuius Templo congregabatur.*
28 *Senatus vbi congregabatur, prius Thure facrificabatur.*
29 *Gentiles à Dei deprecatione Tribunal incipiebant.*
30 *Sapientia in malam animam non intrabit.*
31 *Miffæ Sacrificium dicitur in multis Tribunalibus, antequam negotia tractantur.*
32 *Senatorum vnus diuinam affiftentiam omnium nomine deprecatur, in multis Confilijs.*
33 *Miffæ Elemofyna foluitur Sacerdoti Cappellæ S. Confilij, à pecunijs obuentis à pœnis litigantium.*
34 *Confiliariorum mentes aliquando allucinantur ob peccata Populorum.*
35 *Confiliarij fedent in Cappella S. C. cum ordine temporis.*

Licet alias locus non fantificet hominem, fed homo locum, vt in *cap. 1. & in cap. non loca*
1 *& cap multi 40. diftin. Ital. de immun. Ecclef. lib. 1. cap. 4. 5. 9. num. 10.* tamen excellentia Supremi Senatus fulget, quando ei debitus lo-
2 cus, & honorificus fuit affignatus, vbi cum quadam Maieftate refidere fubditis poffit, Olim apud antiquos locus Senatui ab auguribus conftituebatur, ficut etiam, & conftructio alicuius nouæ Vrbis, vt fatetur *Titus Liuius*,
3 nihilominus apud nos Chriftianos auguria deteftantur, vel floccipenduntur, ideo non debent Principes alium locum tribuere Supremo Senatui, nifi illum, qui aptior, & commodior fubditis reputari poffit, propterea Græco Senatui iuftus locus in Vrbe Conftantinopolitana fuit Hyppodromus conceffus, habetur, in *Nouella 62. de Senatu.*

Hanc PRÆSTANTIAM ratione loci, duplicem cognofces in noftro S. C. vnam nempè refpectu loci generalis, fcilicet illius Ciuitatis, vbi
4 fuit erectum, & ex hoc video, noftro S. Confilio fedem fuiffe defignatam, in hac noftra pulcherrima Ciuitate Neapolis Metropoli totius noftri nobiliffimi, & fœcundiffimi Regni, fic ordinante *Pragm. 2. de Offic. S. C.* & fuit

statutum per Cap. Nostri Regis Philippi II. in anno 1558. *in priuil. & cap. Neapolis fol.* 159. *Tasson. de ant. f. versl. 3. obser. 3. num.* 68 ex qua constitutione facta in hac inclita Ciuitate
5 Neapolis, Metropoli totius Regni, eius excellentia cognoscitur secundum *Ioan. de Platea in l. 2. C. de oper. liber.* vbi dicit, quod si vnus administrat Romæ, alius in Prouincia, præfer-
6 tur administrans Romæ propter excellentiam Ciuitatis, & ideò Præfectus Vrbis dicitur constitutus in maiori dignitate, quia in illustriori loco residet, vt notatur in *rub. ff. de offic. Præfecti Vrbis l fin.* & ibi *Io. de Platea C. de Decur. l. 1. C. de silentiar. l. vnic. C. de præpos. labor. lib. 12. & l. ius Senat. C. de dign. l municip. ff. ad Munic.* ita per d. iura; cōcludit *Boer. de auth. M. C. n.* 149. hinc dicitur, quod Officialis in Ciuitate præfertur Officiali in Vico existenti *Card. Alex. in c. Epis.* Augetur etiam nostri Cōsilij PRÆSTANTIA, quia est ordinatum in hac Metropolitana Ciuitate, vbi residet Prin-
7 ceps, scilicet Vicarius Generalis nostri Potentissimi Monarchæ, cuius præsentia, & authoritas eius dignitatem extollit, argum. *l. omnium C. de testam.* & etiam multos effectus producit, quos scribit *Boer. de author. Mag. Consilij nu.* 149. mutat enim Principis præsentia substantialia, vt videatur loqui, qui non loqui-
8 tur, & stipulationem intercessisse, quæ non intercessit *l. his verbis in fin. ff. de adopt.* Conuenit etiam statui politico, vt in Metropolitana Ciuitate Consilium Supremum instituatur, quia in ea resident Magnates, Principes, Du-
9 ces, Marchiones, Comites, & alij Barones Regni, qui ex iustitia administrata, bonum exemplum, tanquam riuuli à flumine suscipiunt, ad rectè gubernandos eorum subditos in Ciuitatibus, & Terris sibi subiectis, dixit *Reg. Tapia in lib. 1. iuris Regni in annot. ad Pragm. 2. de offic. S. C. num. 7.*

PRÆSTANTIA verò specialis loci, vbi hodiè regitur Sacrum Consilium, vt cognoscatur est sciendum, quod varijs in locis huius Ciuita-
10 tis eius sedes fuit constituta, primò enim tempore suæ fundationis factæ à Rege Alphōso I., in hospitio S. Mariæ Coronatæ permansit, & sic appellatur dicta Ecclesia, quia nostri Reges in ea coronari solebant, deinde fuit ad Palatiū Castri Capuani translatū, vt habetur in *Prag. 3. sub tit. de poss. non turb.* fuit postea mutatum ad Cœnobium Capituli S. Dominici, tēpore *Matthæi de Afflicto*, vt hic testatur in *decis. 304. in princ.* Sed in anno 1456. & 1467. regebatur in Palatio Curiæ Archiepiscopalis nostræ Ciuitatis, corā Oliuerio Carrapha Archiepiscopo Neapolitano eius Præside. Post alios annos in Monasterio Montis Virginis. At ab anno 1474. fuit rectum in Monasterio S. Claræ, & hac de causa fuerunt eius Consiliarij denominati Consiliarij S. Claræ, & Consilium S. Claræ appellabatur, vt notatur in fine *Pragm. 6. de offic. S. R. C.* & notat *Grammat. in cons. Aduocatos num. 7.* alios etiam locos mutabiles decurrit in hac nostra Ciuitate, quos longa serie collexit *Franc. de Magistr. in Statu Eccles. Neap. lib. 1. §. 6. à nu. 12.* At quia humanarum rerum conditio sic se habet, vt post varios motus, aut fluxus, tandem ad suum locum quietis, secundum subiectam materiam naturis, & rebus proportionatum res de-
11 ueniant, ideo in anno 1540. ad Castrum Capuanum, vulgò appellatum, fixit pedes, vt testatur *Tassonus de ant. f. versl. 3. obser. 3. n. 62. de Magistris loc. cit. num. 16. Dom. Reg. Petra in ritu 1. num. 12.* & ibi mirifico modo fuit accomodatum, vbi hodiè residet, distributum in quatuor aulas, in quo cum quadam Maiestatis specie, sedet eius Supremus Præsidens in illa aula, quam qualibet die, & hora ad sui libitum mutat, quando causarum necessitas, vel zelus bonæ administrandæ iustitiæ, sibi suadet, à quo loci nomine traxit suam denominationem nostrum Supremum Consilium, dum postea fuit denominatum, sicut etiam ad præsens appellatur, Castri Capuani, & eius Consiliarij Castri Capuani dicuntur, extincto nomine Sanctæ Claræ.

Ex qua loci designatione facta in hoc Palatio Castri Capuani plures PRÆSTANTIÆ aspi-
12 ciuntur, quarum prima est, quia licet in dicto Palatio fuerint translata plura alia Tribunalia huius Regni, & nostræ Ciuitatis ad publicam litigātium commoditatem, scilicet Tribunal Regiæ Cameræ Summariæ, Magnæ Curiæ Vicariæ Ciuilis, & Criminalis, Regiæ Siclæ, & Curiæ Baiuli, attamen amplior lo-
13 cus fuit concessus Sacro Consilio, latiùs Atrium, cum Porticibus, & Conclauibus cōstitutum, & Cameræ, seu Aulæ ampliores, sicut conueniebat Excellentiæ Supremi Senatus, adeout capax sit omni die ibi detinere tri-
14 ginta hominum millia, qui quotidiè concurrunt ad sua iurgia pertractanda, vt etiam considerauit *Surgente de Neap. illustr. cap. 27. num. 49.* quod Principi politico an expediat, non est opportunum hoc considerare, forsan alibi dicam; Sic enim decuit Principi, & decori nostræ Ciuitatis, & Regni. Palatium Iustitiæ sic honorificum, amplum, & omni cel-
15 situdine ornatum habere, iuxta prouerb. c. 9. *Sapientia ædificauit sibi domum, excidit columnas septem*; concordat tex. *in l. 1. C. de vet. iur. enucl.* ibi: *Oportet enim pulcherrimo opere instruere, & quasi proprium, & Sanctissimum Templum Iustitiæ consecrare*; vt benè *Bonad. in sua politic. lib. 2. c. 2. n 14. & 27. & lib. 3. cap. 14. num. 1. & seq.* cuius amplitudinem, & magnificentiam explicare se impotētem declarauit *Surgente loc. cit. num 49.* dicens, quod si multa dixisset, semper pauca viderentur illis, qui eius celsitudinem agnoscunt.

Alia etiam PRÆSTANTIA exurgit ex sua locali

cali conſtructione, quæ fuit aſſignata in Pa-
16 latio Caſtri Capuani, quæ fuit antiqua ſedes
Regum huius Regni, vt præter noſtros Hiſto-
ricos confirmat *Reg Conſt.in.in l.vnic.C.de Pa-
lat.& dom.domin.n.*29.ad talẽ vſum accomo-
datum à D.Petro de Toleto, tunc huius Regni
Prorege, cuius Memoriæ hæc noſtra Ciuitas
ſe multum debere profitetur, cum ergo in Pa-
latio Regio, hodiè reſideat, excellentia ma-
gna dicitùr decorari, quia Palatia Regis ad
17 iuſtitiam deputata, ſunt de regalibus *cap.1.
verſ Palatia, Quæ ſint regalia*; vbi *Bald.*& ibi
etiam *Affl.*alijq;relati à *Borre.de præſ.Reg.Cath.
c.23.n.1.Capyc.in inueſt.feud.in verb.hoſpitijs,
Menoch.conſ.*302.*n.*30.*lib.*4.ideo nemini li-
cet habitare in eis, *l.nulli Iudicum C.de Offic.
Rector. Prou.*præter ipſum Principem haben-
tem regalia, *Menoc.d.n.*30.& ſicut Regalia nõ
veniunt in generali conceſſione, vt in *Conſt.
Regni Ea quæ ad decus*, eodem modo nõ venit
Palatiũ Regiũ, niſi dicatur, *Capyc. loc.cit.* Ad-
de quia non debẽt Principes deſtinare domus
18 prætorias Officialibus, vbi ius dicere de-
bent, ſed hoc ſpectat ad Vniuerſitates, vt in
*l.vnic.C.de Palat.& domib.lib.*11.vbi DD.con-
cordat tex.*in l prætoria. C.de oper.publ.* Sicut
etiam ad Vniuerſitatẽ ſpectat onos conſtituẽ-
di Palatium Epiſcopo, quando petit à Sum-
mo Pontifice, vt Caſtrum, vel Oppidum ali-
19 quod in Ciuitatẽ erigatur, nam ſipromittat
omnes redditus Epiſcopo pro noui Epiſcopa-
tus erectione, & nil expreſſit de Palatio, atta-
men tenetur etiam Palatium Epiſcopo con-
ſtruere, *Borrel. consl.* 2. Non autem ſunt
obligatæ d. Vniuerſitates date domos Officia-
libus pro eorum habitatione, ſed ſolum lo-
cum, vbi regitur Iuſtitia, niſi eſſet contraria
conſuetudo *Capiblanc.ſing.*45.*& in addit.*

Quam ſedem noſtri Supremi Conſilij, proximis
tẽporibus, etiam vidimus per aliquos mẽſes
mutatam, nempè in anno 1688.quo tempore
in die quinta Iunij, hora vigeſima prima,
20 maxima pars noſtri Regni horrendo terræ-
motu concuſſa fuit, qui multos Populos op-
preſſit, & Ciuitates euerſit in Prouincijs
Principatus vltrà. & Comitatus Moliſij, &
præcipuè Ciuitatem Beneuenti cum multis
Oppidis ſolotenus proſtrauit, cum excidio
21 quatuor mille habitantium. Ciuitas enim
prædicta taliter exterminata fuit ſtrage ſuo-
rum Populorum, vt fuerit in Agrum lapi-
deum conuerſa, qui Tumulus fuit oppreſſo-
rum, contritisque habitatoribus vicem
22 præſtauit Sepulchri. Cerritum etiam Oppi-
dum cum alijs viciniòribus, concuſſum infrà
inſtantaneum tempus fuit, & omnes habita-
tiones deiectæ. Subſtinuit eandem cladem
noſtra Neapolitana Ciuitas, ob tot grauiſſi-
mas trepidationes, vt parum abfuerit, quin
23 tota Terræmotu corrueret; Noſtræ Neapo-
lis Ædificia multa proruerunt cum aliquibus
ruinis Eccleſiarum, ſcilicet Domus Profeſſæ
Societatis Ieſus, D.Pauli Maioris, quæ aliqua
damna paſſæ fuerunt, & ſpecialiter ante Ia-
nuam d.Eccleſiæ D.Pauli, aſtabat mirabile
Templum lapideum Caſtoris, & Pollucis, mi-
rabili ſtructura, & ingenti ſumptu erectum,
ex multis ſæculis ante Chriſtum natum à Ti-
berio Tarſi, hoc enim antiquiſſimum Tem-
plum in d. hora cecidit, & inter ſuas ruinas
procubuit, ſub cuius mole homines decem
ſeptem interierunt, quatuor tãtum columnis
exceptis, quæ adhuc ſtantes aſpiciuntur ad
memoriam tam venerandæ antiquitatis. Ci-
uitas noſtra per duos circiter menſes, pluries
in qualibet die magno cum terrore tremuit,
adeout fugerent Ciues mente coſternata ha-
bitationem Vrbis, domiciliorumque ruinas
formidantes, ſub aperto Cœlo requiem reci-
piebant, timore enim concuſſi omnes habita-
bant Planitiem, vbi in Caſulis ex tabulis cõ-
fectis, & conſtructis pernoctabant; ſicut & ego-
met per plures dies in viridario meæ Villæ
obſeruaui, hac de cauſa Regia Tribunalia
per multos dies ſilerunt. Certè non fuit ædi-
ficium, in quo rima aliqua non apparuerit,
& parietum hiatu non laceratum videretur.
Cuniculos qui per Montes, & longa itinera
à Ciuitate S.Agatæ aquas in Vrbem noſtram
euehunt, maximis laboribus, & impenſis con-
ſtructos, Terræmotus aliquantulum concuſſit,
ſicut & alios riuulos, qui ad Molendina Acer-
rani Agri deueniunt. Miranda res fuit,
cur maiora damna non intulit, cum ſuis hor-
ribilibus trepidationibus, & piè creditur ob
protectionem D. Iannarij, & aliorum Sancto-
rum Protectorum, à maiori diuina vultione
nos fuiſſe liberatos.

Secundus ſucceſſit Terræmotus in hac noſtra Ci-
uitate, & aliquibus Prouincijs noſtri Regni,
nempè in die 8. Settembris 1694. qui præci-
puè aſſlixit Prouinciam Principatus Vltra, &
alia loca conuicina, iſte enim proſternit Ter-
ras Calitri, S.Mennæ, Guardiæ, & alia multa
Oppida, & Caſtra d. Prouinciæ, & præcipuè
ſolo æquauit Magnificum illud Palatium
Marchionale dictæ Terræ Calitri, quæ hodiè
poſſidetur cum alijs Terris ab Illuſtri Mar-
chione D.Carolo Mirella, Fiſci Patrono com-
putorum Regiæ Cameræ, cum cæde Patris,
Vxoris D. Angelæ Cattaphæ, & filiorum
D.Marchionis, quod Palatium fuit antiqua
Sedes Procerum Familiæ Ieſualdæ, & Cardi-
nalis Ieſualdi, tunc Dominorum Principatus
Venuſij, & Comitatus Compſani. Ac etiam
tota cecidit Eccleſia Archiepiſcopalis, cum
Palatio vnito S. Mennæ, vbi Archiepiſcopus
Compſanus, hodie D. Gaetanus Caracciolus
Epiſcopalia exercet, quæ poſt breue tempus
ingenti ſumptu, & pietate, illius Archiepi-
ſcopi redificata fuit, ſub quorom Caſtrorum,
& Terrarum ruinis circiter ſexcentum homi-

nes diem clauſerunt extremom, noſtra
Ciuitas hac ſecunda vice plus terrore cõmota,
qnam damnis concuſſa fuit, ob Feſtum B. Ma-
riæ Virginis noſtræ Protrectricis, quod illo die
celebrabatur.
Ob primũ inquam Terræmotum, noſtrnm Pa-
latium S. Conſilij multis in locis rimatum
fnit, ita, & talitèr, vt impotens, ob damna re-
24 cepta, à Peritis exiſtimaretur, ad detinen-
dam tam ingentem copiam litigantium,
& Officialium, qui quotidie ibi vniuntur ad
cauſas pertractandas, ideo ad omnem damni
ſuſpicionem euitandam, Domini Conſiliarij
cum eorum Præſidente acceſſerunt ad Stu-
dia publica, vbi locos ſatis amplus, & ma-
gnificus exiſtit, aptus ad Tribnnalia detinen-
da, pro iuſtitia adminiſtranda; ibique
Sacrom noſtrum Conſilium moram fecit per
multos menſes, inſimul cum Tribunali Ca-
meræ Summariæ, M.C. Vicariæ, & omnibus
ſnis Officialibus pro negotijs terminandis,
quouſque Palatium Caſtri Capuani cnm ma-
gnis ſumptibus fuit aptè accommodatum,
& ſuæ primæ perfectioni reſtitutum.
Ob eius etiam Præſtantiam, & Excellentiam
noſtrum S. Conſilium propè Ianuam ſui Ma-
gni Atrij detinet Cappellam, vbi qoolibet
die, priuſquam incipiat Conſilinm dicitur
Miſſa, ad quam audiendam Conſiliarij valde
25 mane accedunt, qnæ non inchoatur, niſi
prius venerit eius Præſidens cnm tribus
ſaltem Conſiliarijs, vt affirmat *Reg. Ron. in
Prag. 6. de Commiſs num. 7.* & optima cum ra-
tione, quia non ſufficiunt ſcientia, & pruden-
tia humanæ ad definienda negotia ſine diui-
no auxiliu. Deus enim ille eſt, qui actiones
dirigit, mentem illuminat, veritatem ſcruta-
tur, & corda Iudicantium ad rectitudinem,
& ad iuſtitiam dirigit, proinde Tobias ſuo
filio præcepit, Eccleſ. *cap. 4. Conſil a tua in ipſo
Deo permaneant; Bottad lla in polit. lib. 2. cap. 6.
nu. 3. Pegas ad ordinationes Portug. lib. 1. til. 1.
Gloſ. 43.* Et cum Sacrum quoddam ſit conſul-
26 tatio, vt dixi ſup. *in praſ. 2. nu. 5.* ideo Con-
ſiliorum: Gobernacula lex Diuina dirige-
re debet, dixit *Cyprianus in epiſtolis*, ſiue qua
nil ritè, aut prudenter homines quidquam
gerunt; Omnis enim poteſtas à Deo eſt, vt in
authent: de non alienandis, verſ. quad enim, Et
Imperinm à Deo venit, ſine quo ſactum eſt
nihil *Gloſ. 2. in auth. Quomodo oporteat Epiſc.
Bart. in l. 1. ff. de requir. reis, Baldus in l. 1.* &
ibi DD. *Cod. de Summa Trinit. Aluar. in cap. 1.
verſ. quæro an Imperium, Quis dicatur Dux;
Baldus de pace Conſtant. S. quid nos verſ. conceſ-
ſerimus*; & ideo optimè in Sacrificiũ offertur
Chriſtus Saluator, qui fuit, & eſt verus, & na-
turalis Dominus Rex noſter, *Bellug. in opera
Curiali til. de propoſ. gran.* relatus à *Nicolao
Boerio de auth. Magn. Conſ. nu. 127.*
Sic Senatus Romanus antequam negotia tra-
ctaret, ab ingreſſu debebat hoſtias immolari
27 apud aram illius Dei, in cuius templo
congregabatur, *Gelius ex Varone lib. 14. c. 7.*
quod cõfirmat *Alex. ab Alexandro in dies ge-
niales lib. 4. cap. 11 fol. mihi 368. lit. T.* propterea
28 Auguſtus Imperator ſtatuit, vt in loco vbi
Senatus congregabatur, prios Thure ſacri-
ficaretur, teſtatur *Sueton. in vita illius c. 125.*
& ſi Gentiles eorum operas à Deorũ depre-
29 catione incipiebant, vt teſtatur *Lipſius ad
Tacit. lib. 4. annal.* ibi: *Auſpicandi gratia Tri-
bunal ingreßum*, & ſequitur *Vicecomes de
antiq. Baptiſm. ritib. lib. 5. & 33.* maiori cum
ratione Chriſtiani Principes debent à Miſ-
ſæ ſacrificio Tribunalia inchoare, *Couar. lib.
4 variar. cap. 22.* nam ſine diuina gratia nul-
lum bonum opus perficitur, & Deus eſt au-
thor omnium bonarum actionum, *Narbona
de legitimo horarum interuallo hora 1. num. 1.
& 4.* propterea debent Conſiliarij in ſacrifi-
30 cio Deũ orare, vt aſſiſtat in omnibus actio-
nibus ſuis, quoniam in malam animam non
intrabit ſapientia, nec habitabit in corpore
ſubiecto peccatis, *D. Aguſt. de Ciuit. Dei lib. 8.
c. 3. D. Ambroſius in Pſalm. 118. act. 1. in princ.
Chriſologus ſerm. 167. in princ.* dicant igitur
cum *S. Io: Climaco gr. 18. Da tu Domine primi-
tias diei, erit enim tota eius, qui prius illam
occupauerit*; & ſeqnantur documẽtum *B. Lau-
rentij Iuſtiniani de diſcipl. Monaſt. cap. 10. Pri-
ma vox, prima cogitatio, primus affectus Diui-
nam reſonet laudem.*
Et in Gallia ita etiam obſeruari fatetur *Tympius
in Specul. Boni Magiſtrat. par. 1. ſign. 92. num. 6.*
31 & etiam in Luſitania teſtatur *Pegas de ord.
Portug. lib. 1. til. 1. Gloſ. 45* per tot. & in cæteris
Tribunalibus hunc ſanctiſſimum vſum debe-
re obſeruari, concludit *Kochier. in Theſaur.
politic. aphoriſm. lib. 2. cap. 22.* quod quantum
proficiat Deum inuocare in principio nego-
tiorum, latè oſtendit *Tympius in d. Specul. p. 1.
ſign. 84 & par. 2. ſign. 23.* demonſtrat, quid pro-
ſit quotidie audire ſacroſanctum Miſſæ Sacri-
ficium; Cnm enim ante propoſitiones cau-
ſarum Miſſæ Sacroſanctnm Sacrificinm cele-
bratur; Deus ipſe inuocatur, vt illuminet
Corda Iudicantiom ad veritatem eruendam,
& iuſtitiam firmandam.
Alij autem Senatus, ne dum Miſſam audiunt
in Cappella eiuſdem Tribunalis, ſed etiam
32 vnus ex Senatoribus deuota oratione diuinã
aſſiſtentiam implorat, & nomine omnium
deprecatur, vt eorum iudiciis mentem ape-
riat, atque illuminet ad rectè omnia ſerutan-
da, vt in Senato Cathaloniæ refert *Fontanella
de pact. nuptial. par. 1. clauſ. 2. in fin.* idemque
ſeruari in Prouincia Marchiæ fatetur *Gratia.
dec. 1. num. 22.* quod fore ſeruandum in hoc
noſtro Senatu Neapolitano, ex Corde ſuſpirat
Taſſon. in Prag. de anteſ. verſ. 3. obſer. 3. nu. 74.
At Sacerdoti, qui quotidiè Miſſam celebrat
in

33 in Cappella noſtri S. Conſilij,ſoluitur ælæmoſyna ex pecunijs obuētis à ſtatutis pœnis, quæ exiguntur à litigantibus, in quas incurrerūt ob eorum verſutias,& temeritates, lites malitiosè dilatantes, vt diſponit *prag. 5. verſ. Carolus de Offic. S.R.C.* ſicut etiam in alijs Regnis idem obſeruatur, ſed in Regno Luſitaniæ ſoluitur ſtipendium Sacerdoti ex Regni redditibus, fatetur *Pegas ad ordin. illius Regni lib.1.tit.35.gloſ.14.in fin.* Et licet Dom. Conſi-
34 liarij cum diuina gratia, atque cœleſtibus deprecationibus iudiciorum cauſas incipiāt tractare, cum accedunt ad Senatum, tamen multoties euenit, vt Deo permittente, ob peccata Subditorum, eorum mentes allucinētur, & ob ſecreta ſua indicia Iudices amittant iudicandi acumen, vt eorum Conſilia confundantur, vel ſi velimus cum *Seneca* aſſerere, relato à *Bouadilla in ſua pol tic. lib.2. c.6.nu.3.in fin.* quod ſit Fati præordinatio, vel Sortis ineuitabilis vis, quæ Fortunam mutando conſilia corrumpit.

In d. Cappella Sacri Conſilij,in qua celebratur Miſſa adeſt Scabellum in quodam ſuperiori
35 loco, ad manum dexteram, in quo genufle-ctitur Præſes Sacri Conſilij, & in inferiori loco circum circa adſunt ſcamna, vbi ſedent, & genuflectuntur Conſiliarij cum Sacrum audiunt, abſque ordine prioritatis, vel antiquitatis officij, ſed confuſim, teſtatur ſuo tempore obſeruatum *Surgen. de Neap. illuſt. ca.27. num.47.* qui aſſignat rationem dicens, quod in domo Dei non excipiuntur perſonæ, ſicut etiam eodem modo obſeruatur in Cappella Regiæ Cameræ, & M. C. V., ſed hodiernis temporibus Conſiliarij ſedent cum ordine temporis in d. Cappella, nam ſemper Iuniores in vltimo loco aſſiſtunt, & antiquiores in meliori loco prope Præſidem eiuſdem Tribunalis, & ſecundum eundem ordinem completa Miſſa exeunt à d. Cappella, & vadunt ad ſuas Aulas, vbi iurgia, & lites dirimuntur.

Hanc autem prærogatiuam inchoandi Miſſam, & conuocandi Conſilium ad ſonum Campa-
36 næ, non tenent noſtra Tribunalia Regiæ Cameræ, & M. C. Vicariæ, quæ etiam quolibet mane congregantur in Caſtro Capuano, licet enim in vnuquoque Tribunali Miſſæ ſacrificium immoletur quolibet die, aduentu Locuntenentis in Tribunali Regiæ Cameræ, & Regentis in ipſa M. Curia, attamen ſine huius ſonitus Magnificentia, vel cum alia ſimili ſollemnitate, vt omnibus palam eſt, de qua obſeruantia nulla alia ratio aſſignari poterit, niſi ob maiorem dignitatem, qua fulget noſter Supremus Senatus, qui vti alijs dignior, & excellentior, rationabiliter debet iſta prærogatiua decorari.

PRÆSTANTIA V.

Præſtantia S. Conſilij Neapolitani eſt, quia habet Cappellam cum Campana.

SVMMARIVM.

1 *Campana pulſatur, quando regitur Sacrum Regium Conſilium Neapolitanum, & Sacrificium Miſſæ celebratur.*
2 *Campanæ ſonitus vocationis eſt ſignum.*
3 *Campana non vtebantur fideles in primitiua Eccleſia.*
4 *Templa Chriſtianorum ceperunt introduci in anno 324., tempore Conſtantini Imperatoris, cum Campanis.*
5 *Campana Hæbrei non vtebantur ſed Tuba.*
6 *Præſtantia S. C. Neapolitani eſt, illud congregari ad ſonum Campanæ, & cur, & n.19.*
7 *Campanam laici poſſidere, nec pulſare poſſunt.*
8 *Campanæ ſi ad prophanos vſus pulſentur, ſonitum aliquando amiſerunt.*
9 *Campanæ ne ad prophanum vſum pulſentur, Epiſcopus prohibere poteſt.*
10 *Campanæ benedicuntur, & oleo ſancto conſecrantur.*
11 *Campanile Eccleſiæ gaudet priuilegio immunitatis.*
12 *Campanæ deſeruire debent ad vſus pios, vel ſaltem ad vſus publicos, qui pietatis naturam ſapiunt.*
13 *Abſentes conuocantur ad ſonum Campanæ.*
14 *Campanæ vſus ad multos effectus deſeruit.*
15 *Procellæ,Turbines,aut tempeſtates,malignorum ſpirituum opera excitari ſolent.*
16 *Campanæ, & Tubæ deſeruiunt ad armandos homines ad bellum.*
17 *Campanæ quando pulſari debent, regulatur ad arbitrium Rectoris.*
18 *Campanæ tempore interdicti, potius Epiſcopo interdicenti parere voluerunt, quam ſonitum emittere.*
19 *Conſilium Neapolitanum regitur cum ſonitu Campanæ.*
20 *Campana fuit introducta in Conſilio Neapolitano à Cardinale Zapata Prorege.*
21 *Senatus Luſitaniæ conuocatur ad ſonum Campanæ.*
22 *Senatus Gandauenſis in Flandria regebatur ad ſonum Campanæ, ſed fuit prohibita à Carolo V. Cæſare.*
23 *Meſſanenſibus Rex noſter Carolus II. pœnam ſeditionis, quo ad perſonas, clementer remiſit in anno 1679.*
24 *Senatus Meſſanenſis authoritatem abrogauit Rex noſter, eiuſque domum deſtruxit.*
25 *Campana Senatus Meſſanenſis in pœnam ſeditioſi ſonitus fuit fracta, & liquefacta, & eius mate-*

materia in statuam Regis Thrimphantis conuersa.

26 *Oratorij definitio, & eius diuisio in priuatum, & publicum.*

77 *Oratoria priuata abstulit Bulla Pij V.*

28 *Episcopi ante Concilium Tridentinum poterant dare licentiam in priuatis Oratorijs Missam celebrari.*

29 *Cappella Carcerum non venit sub prohibitione Concilij Tridentini, de Missa dicenda, sed sufficit licentia Ordinarij.*

30 *Cappella, seu Oratorium S. C. Neapolitani, vbi Missa celebratur, non gaudet Ecclesiastica immunitate.*

31 *Oratorium priuatum non venit appellatione Ecclesia.*

32 *Cappella Regia existens in nouo Palatio Regio huius Ciuitatis, gaudet Ecclesiastica immunitate.*

33 *Cappella Regia fuit concessa Regibus nostri Regni à Leone X., & Pio V. ad nostrorũ Regum petionem.*

34 *Cappellano Maiori multa priuilegia, & prerogatiua concessa sunt, ex prædicta Bulla Leonis X., qua narrantur.*

35 *Cappella, quando non omnibus, & indifferenter ad diuina audienda exponitur, est Oratorium priuatum.*

36 *Cappella Sacri Consilij non habet priuilegium Cappella Regia, neque Cappella Castri, & cur.*

37 *Cappella Castrorum, seu Propugnaculorum gaudent immunitate Ecclesiastica.*

38 *Cappella Palatiorum Iustitia, qua Populis administratur, regulantur ad instar Oratoriorum priuatorum.*

EST sciendum, quod singulis diebus non feriatis, quando accedunt Consiliarij S. Con-
silij Neapolitani in Castro Capuano ad Con-
1 silium regendum ingrediuntur Cappellam,
vbi quolibet mane missa coram eis celebra-
tur aduento Præsidentis, eodemque tempore
pulsatur Campana, quæ nedum deseruit ad
vocandos Consiliarios, & litigantes, vt acce-
dant ad Senatum, sed etiam ad denotandum
Sacrificium Missæ, quod tunc inchoatur, quia
2 sonitus Campanæ vocationis est signum, *cap.
vnicuique, & cap. solent 50. de consecratione
distinct. 1. vbi Archidiaconus*, & notatur *in
cap. nemo de consecr. distinct. 1. Narbon. de legit.
hor. internal. antelogia num. 142.* Ipsarum vsus
3 non fuit in primitiua Ecclesia, ob multitudi-
nem Gentilium, eorumque persecutiones ad-
uersus Christianos, nec erant Templa publi-
ca vbi fideles cõgregarentur, ideo non ad so-
num aliquem, sed annunciationibus, & mo-
nitis conueniebant, vt ex *Epistolis Ignatij 11.
& 13.* tradijt *Baron. anno 58. num. 102*; at cir-
4 ca annum 324. Natiuitatis Domini, quando
Templa ex licentia Constantini Magni Im-
peratoris erigi cæperunt, Campanarum vsus
fuit introductus, vt aduertit *Suarez in defens.
fidei lib. 2. cap. 1. num. 7.* & testatur idem *Baron.*
in anno 616., quo tempore ostendit, fuisse fre-
quẽtes in Ecclesijs occidẽtalibus, quod notat
etiam *Barbos. in voto 102. num. 10.* earum vsus
ex veteri testamento originem sumpsit, non
5 sub nomine Campanæ, sed sub nomine Tubæ,
quia Tuba in lege Moysis idem significat, ac
Campana in lege Christi *Abbas in cap. inter
dilectos de donation. Oldrel. cons. 228. quod fra-
tres num. 3. Tusch. pract. tom. 1. concl. 18. lit. C.*
& demonstrant *Petr. Apaolaza in 1. tom. mensa
Eucharist. excursu 6. sect. 3. Michael Frances de
Vrrutigoyti de Eccles. Cathed. c. 24. num. 16. 53.
& 155.* Hæbrei inquã ad sonum Tubarũ con-
ueniebant, & constat ex *leuit c. 23.* & erant
vsitatæ in communibus iubilationibus, com-
mune gaudiũ prouocãtes, vt *Ioel. 2.* vbi præci-
piebatur Hæbreis: *Canite Tuba in Sion*; & in
eadem lege veteri *Numer. c. 11.* dixit: Domi-
nus ad Moysen: *Fac tibi duas Tubas argenteas
ductiles, quibus conuocari possis multitudinem,
quando mouenda sunt Castra, Frances loc. cit. n.
52.* ipsarum Tubarum formam exprimit *Io-
seph Hæbreus lib. 3. antiquar. c. 11.*
PRÆSTANTIAM nostri S.C. cognoscas ex tali
6 Campanæ vsu, quam detinet, & pulsat in qua-
libet die, quando illud regitur, vt dixi, &
hoc non est mediocris prerogatiuæ, quia lai-
7 ci Campanas possidere nequeunt, nec habere
in Oratorijs *tex.* ad literam *in c. Patentib. 10.
de priuil.* vbi Summus Pontifex Cœlestinus
III mandat, quod sint per censuram Eccle-
siasticam Laici coercendi, ne illas deti-
neant, appellatione remota, & *Barbos. d. c. nu. 6.*
dicit nõ esse licitum, nec etiam Religiosis eas
habere in priuatis Oratorijs, quem singula-
rem textum appellat *Aluar. in suo specul. c. 13.
fol. 37. Rot. in Liciensi Cappellania die 5. Decem-
bris* 1588. coram *Mantica* relata à *Riccio in
Praxi Oratoriorum tom. 4. resol. 425. nu. 2. Tho-
mas del bene de Immunit. Eccles. c. 2. dub. 2. se-
ction. 7. num. 40. tom. 1. Italia de Immun. Eccles.
lib. 1. c. 4. § 8. nu. 3. Fuscus de visitat. lib. 1. c. 14.
num 5. & lib. 2. c. 12. n. 4.* & tandem *Rodriquez
Fermosin. in tract. de Offic. Sacris Eccles. in til.
de offic. Custod. quæst. 1. n. 25. pag. 548.* adeo vt
si ad vsum prophanum laici eis vti voluerint,
8 sonum amiserunt, vt de stupendo miraculo
tradit *Baronius in anno 615. nu. 14.* ideo Epi-
scopus prohibere poterit, non solum in Turri
prophana collocari, verum etiam ne ad vsus
prophanos pulsẽtur, licet in ista apposite sint,
quia ad tales vsus deseruire non debent, vt
Sacra Congregatio declaranit apud *Barbos.
in sum. apostolic. decis. in verb. Campana num. 1.*
9 quod obseruauit S. Carolus Borromeus in suis
decretis Synod. Mediolani in *lib. 4. til. de Cã-
panile*, & confirmat *Piscara in praxi cerimon.*

lib.

lib.1.ſect.3.cap.9.nu.23. Frances loc.cit.n.168.
& ſequitur idem *Fermoſiu.loc.cit. dict.quæſt.1.*
num.26.
Ideo Campanæ benedicuntur, & cum Oleo San-
10 cto conſacrantur, vt dixit *Fermoſiu.d.quæſ.1.*
num.18. pag 54. & ſequitur *Thomas del bene*
loc.cit.cap.16. dub.9.ſect.6.num.14. tom.2. qui
etiam dicit, quod Turris Sacra Cãpanile vo-
cetur, ob Cãpanam benedictã, itaut dixerint
11 DD. quod Campanile cuiuslibet Eccleſiæ,
gaudeat priuilegio immunitatis, ſicut ipſa Ec-
cleſia *Diana to.4.reſol.moral.trac.1.reſ.108.&*
par.6.tract.1.reſol.1.verſ.ſed is, Barboſ.de iur.
Eccleſ.lib.2. cap 3. nu.66. Frances de competen.
Iuriſd.qu.76.num.14.& 29 §.7 Alter *Frances*
de Eccleſ.Catredal.d.cap.24.à num.204.
Et ratio eſt, quia Campanæ deſeruire debent
12 ad vſus pios, vel ſaltem ad vſus publicos, qui
pietatis naturã ſapiãt, ſcilicet ad cõgregan-
dum Populum abſentem, nam in actibus Vni-
13 uerſitatis abſentes, non alio modo citantur,
niſi ad ſonum Campanæ, *Gloſ. in cap.præſen-*
tium de teſtib.in 6. Bald.in l.1.num.42 ff. de
14 *procurat.* Sic etiam deſeruiunt ad uocan-
dum Populum, vt veniat ad verbum Dei au-
diendum, quia Dei Tuba eſt, & militantis
Eccleſiæ *cap. Ioannes de homicidio Feder. de*
ſenis conſ.152.num.4. Frances d.cap.24.n.46.
47.& 50. vel ad honorandos dies feſtiuos, vel
ad inſligendam excommunicationem; Sic
etiam deſeruiunt, vt omnes inſidiæ Demo
num propellantur ad grandines, procellas,
15 turbines, & impetus tempeſtatum expellen-
dũ, quæ malignorum ſpirituum opera exci-
tari ſolent, *Toudut.Sanl.ng.in quæſt.& reſolut.*
benefic.cap 38.nu.8 Steph.Duran.d.cap.23.n.6.
quod attribuitur virtuti benedictionis præ-
dictæ, non vero naturali cauſæ, dicit *Frances*
d.cap.24.num.87. & dixit etiam *Fermoſin.dict.*
quæſt.1.num.19. Sic etiam ad arma capeſſen-
da contra hoſtes publicos, ſicut legimus in
Sacris literis, quod hoc inſtrumento vſus fue-
16 rit Deus contra Ierichum, ad inimicos ſui
Populi debellandos, vt in *Ieſue cap. 6. Statuit*
enim, dicit Sacer textus, *vt cuncti Bellatores*
circuirent Vrbem ſemel per diem, ſic facietis
ſex diebus, ſeptimo autem die Sacerdotes tollant
ſeptem buccinas, & præcedant Arcam fœderis,
cumque intonuerit vox Tubæ, & in auribus
veſtris increpuerit, clamabit omnis Populus vo-
ciferatione maxima, & muri corruent; vt re-
fert idem *Frances loc.cit.n.156.* ex hoc euenit,
quod quando noſtræ Vniuerſitates Regni vo-
lunt armare homines ad bellum, ad Banni-
torum perſecutionem, ſonitu Campanæ il-
los cõgregant *Surge.d.c.11.n.32.de Neap Illuſ.*
Et tandem poſt alios ad lugubrẽ vlulatum,
& mœſtitiam plorandam pro animabus de-
functorũ, cõmunem interitum recordantes,
iſtos, & alios effectus deſcribit *Duran. in ra-*
tional.lib.1.cap.4.& Quaran.in bullar. in verb.
Campana, vbi additio *Eliſeus Danza de pugna*
Doctor.num.7. quos etiam tradiderunt *Campa-*
gna in cap.Regni.Item Boues num 8.Molfeſ.in
summ.moral.tract.31.cap.7. num.218.Fuſc.de
viſitat. cap.14.nu.2.& ſeq. Surgente d. cap.11.
à num.30.Ripa de noctur.temp.cap.5.nu 4.Fer-
moſiu.in cap.1 de offic.Cuſtod.quæſt 1. ſed me-
lius oſtendit *Gloſ in extrauag. unic. de offic.Cu-*
ſtod. his carminibus:

Laudo Deum verum, Plebem voco, congrego
Clerum,
Defunctos ploro, Peſtem fugo, & Feſta decoro.

quæ carmina etiam referunt *Reg Rou.in Prag.*
1.de perſeq.malefact. num.28. & Frances de
Vrrutigoyti loc cit num.49.
Ideo quando illæ pulſari debent, regulantur ad
nutum Rectoris Eccleſiæ, in horis Canoni-
17 cis, *cap.1.& 2.de offic. Cuſtod.cap.in cauſis de*
elect. qui debet conſiderare, quod ſi ceſſet vſus
ipſarum ob interdictum, non debet permit-
tere earum vſum, *cap. alma mater de ſentent.*
excommun. in 6. Frances d. cap.24. num.193.
Geminian.in d.cap.alma mater, §.adijcimus de
ſentent.excom.Henriquez in ſumm.Theolog.mo-
ral.c.46.in princ Fuſc.loc.cit.n. 12. Additio ad
Quarantam in ſumm. bullar.in verb. Campana
Fermoſin.d.qu.1.ad til de offic.Cuſtod.nu.7. & ſi
18 tempore interdicti noluerint ſubditi pare-
re Eccleſiaſticis mandatis, forſan Campanas
pulſando, iſtæ ac ſi rationis participes fuerint,
aliquando potius Epiſcopo obtemperauerunt
quam ſonum emiſerint, vt legitur de Inter-
dicto lato à S. Eligio Nouiomenſi Epiſcopo
apud *Surium tom.6.* quod etiam tradit *Nouſ-*
rinus in Schediaſmate Sacro prophanis lib. 1.
cap.27.num.133. aliud ſimile exemplum tra-
dit *Suarez loc.cit.* & memorat idem *Frances*
loc.cit.num.84.
Sed hac ratione non obſtante, regitur noſtrum
19 S.Conſilium cum ſonitu Campanæ, quam
ad talem effectum detinet, cum licentia Sum-
mi Pontificis, forſan permiſſa, ad congregan-
dum Conſilium, iuxta *tex.in cap. in cauſis de*
electio.Abbas in cap.1.num.2. de Offic. Cuſtod.,
quia Sacrum eſt, ideo illam habere poterit,
cum locus ſacer, dignus ſit publica pulſatione
Sargente de Neapol.illuſtr.cap.11. num.31., &
talis vſus pulſationis introductus fuit in no-
ſtro Sacro Conſilio, in die 1. Maij 1622. à Car-
dinale Zapata huius Regni Prorege, vt fate-
tur *Taſſon.in d.pragm.de ant fut.verſ.3.obſeru.*
3.num.74, qui cum Princeps Eccleſiaſticus
20 fuerit, ſibi ſacra placebant, ad inſtar Sena-
tus Luſitaniæ, qui eodem ſigno inchoatur, fa-
tetur *Pegas ad ordin.Portugal.lib.1 til 1.gloſ 50.*
21 non minus ac Senatus Ciuitatis Gandauen-
ſis in Flandria, qui conuocabatur ad ſonum
Campanæ, quam ad hunc finem Ciues habe-
22 bant, & *Rolandi* nomine illam appellabant,
ſed quia eius vſum in malam partem conuer-
terunt, nempe ad ſeditionem excitandam
Car-

Carolus V.Romanorum Imperator, illam in
futurum prohibuit, imò illius Campanæ exi-
tium prefixit, ſed tantum illius Magnæ Molis
reliquiam aliquam detineri iuſſit, quæ rauco
ſonitu in memoriam ſupplicij ad poſteros re-
dundaret, hac tamen lege, vt deinceps pen-
ſilis maneret, ſed horarum dumtaxat indicu-
lo deſeruiret, vt teſtatur *Laurentius Bayer-
linck in theatro vit.hum in verb Campana verſ.
earum abuſus*. Et noſtra ætate ſimile exem-
plum tradidit Carolos Secundus noſter Inui-
ctiſſimus Monarcha, eiuſdem Caroli Quinti
Cæſaris ſui Tritaui morem ſeqoendo, poſt cō-
preſſam ſeditionem illius inobedientis Popu-
li Meſſanenſis in anno 1679., Gallis expulſis,
& poſt pacatam Vrbem illam, Caſtriſque Re-
giæ obedientiæ reſtitutis, ciues illi regiam
clementiam deſperabant, cladem eſpectan-
tes, vel ſaltem omnes diſſipari formidabant,
ſed Rex noſter Clementiſſimus, aliquid ſuæ
23 ſeueritati detraxit, & potius monendo, quā
minando, generalem culpam, quo ad perſo-
nas remiſit, tunc in Ciuitate exiſtentes, eoſq;
à pena ſeditionis liberauit, flagitij pęnam abo-
lendo. Conſiderans etiam Rex noſter, hac po-
tiſſimum cauſa, Populos illos à debito obſe-
qoio ſe alienaſſe, conſeruandi cauſa ſublime
24 illius Senatus faſtigium, quod quaſi indepen-
denter geſtabāt, idcirco ne in eoſdem errores
denuo inciderent, Senatus nomen, & poteſta-
tem abrogauit, atque dumum vbi regebatur
deiecit. At tandem plene iſtructus, quod in-
gens illa Campana, quæ ad illum Senatum
congregandum pacis tempore deſeruiebat,
25 tunc in illo ſeditioſo bello, ſubditorum ani-
mos laceſſiuit, ad pugnam eius ſonitu ciues
animoſiores reddendo, vt illius ſeditioſi ſoni-
tus Campana pænam lueret, illam frangi iuſ-
ſit, & liquefieri, at ſubditi illi Mamertini,
tunc apertis oculis, regieque deuotioni reſti-
tuti, retribuere volentes gratitudinem Cle-
mentiæ, tam Pijſſimi Monarchæ, materiam
illam, Aere Argento, aliiſque metallis confe-
ctam, quæ Campanam componebat, in pul-
cherrimam Statuam eiuſdem noſtri Regis
Triumphantis conuerterunt, quæ hodie rapræ-
ſētat noſtrum Glorioſum Principē, Regali ve-
ſte lacinia ornatum, ſuper equum phaleratum
equitantem, argenteis ſquamoſis bracteis de-
coratum, quæ figura affixa extat ſuper Fulci-
mento, ſeu Baſi, eodem in loco conſtructa, vbi
extabat Campana, & domus Superbi Senatus,
hoc enim modo, & Regis Gloriam demoſtra-
runt, & Clementiæ donum, eis liberaliter im-
partitum, glorificarunt.

An autem tale Oratorium, in quo miſſa ſupremi
noſtri Conſilij celebratur, in diebus non fe-
26 riatis gaudeat Eccleſiaſtica immunitate, cu-
rioſa erit inueſtigatio, & vt hoc punctum re-
ſoluam, ſupponendum eſt, quod Oratorium de-
finitur, vt ſit locus conſtitutus ad orandum,
& ad preces Deo offerendas, *cap.fin.de eccleſ.
edifican.cap.Oratorium 6.diſtin.42.* & diuiditur
in priuatum, & publicum. Priuatum eſt ille
27 locus quem quis in domo ſua inſtruxit ad
orandum, ſine Epiſcopi authoritate *cap. vni-
cuique de conſacrat.diſtin.1.* quod priuatum
Oratorium poteſt ſine dote conſtitui, & non
debet habere formam Eccleſiæ *Barboſ. de iure
28 Eccleſiaſt.lib.2. cap 3.num.3.* Iſta enim Orato-
ria domorum priuatorū abſtulit Bulla Pij V.
vt dicunt *Portell.in reſponſ.regular.tom.1.par.
3.caſu 20. num.4. Marchin. de ſacram.ordin.
tract.3 par.3.cap.9. nu.11. Beia par.4.caſu 33.
Leaana in ſumma tom.1.cap.21. n.14. Garcia
in ſum.Theolog. moral. tract.3.difficul.8. dub.2.
punct.2.num.19 Dian.reſol. moral.par.9. tit.de
Orat.priuat.reſol.35.* Nam ante Concilium Tri-
dentinum Epiſcopi poterant dare licentiam
in priuatis domibus miſſas celebrari *cap. Cle-
ricos cap.miſſarum, & cap.hic ergo de conſacrat.
diſtin.1.* ſicut enim conſacrabant Sacerdotes,
ſic Altaria vbi ſacrificium immolatur, At per
*Concil.Trident.ſeſſ.22.til.de Decreto obſeru.in
Sacrific. Miſſa* hæc licentia debet tantum im-
partiri à S.Pontifice, imo dixit *Valer.de diffe-
rent. vtriuſque for. in verb. Miſſa differ. 2.§.2.*
facultatem habendi oratoria, non ſolum fuiſſe
ſublatam quoad priuatas perſonas, ſed etiam
ad quoſcumque Principes *Barboſ.d.Concil.Tri-
den.ſeſſ.22. cap.8. num. 17.pag. 166. Guttierez
canon. quaſt lib.1. cap.30. n. 14. Aror.inſtit.
moral.par.1.lib.10.cap.26.verſ. tertio queritur,*
29 ſed ſub hac prohibitione non venit Cappella
carcerum publicorum, ſed ſufficit licentia
ordinarij ſi huiuſmodi Cappella ſit in loco de-
centi ornata, quo caſu non requiritur licen-
tia à Sede Apoſtolica, cenſuit Sacra Congre-
gatio, quam refert *Diana d.reſol.35.verſ.nota
etiam*.

Oratorium vero publicum illud eſt, quod habet
oſtium ad viam publicam conſtructum in pū-
blico loco, ad inſtar Eccleſiæ, vt vnicuique
audienti aditus pateat *Remigius de Gonni de
immun.amplia 1.regul.n.5. Sanfelic. deciſ.219.
num 4.tom.2. Faguan.in cap. authoritate de
cenſib.num.24.* vbi refert declarationes Sacræ
Congregationis, quæ cenſuit illa eſſe publica
Oratoria, quæ habent oſtia immediatè reſpon-
dentia ad viam publicam, *Iacob Pignatell.con-
ſult.canon.91.num.12.24.& 27.* & in eius ere-
ctione debent concurrere omnia requiſita,
quæ concurront in erectione Eccleſiæ, quæ re-
fert *Pignatell.d.conſult.91 per tot.* & præcipuè,
vt non poſſit erigi ſine Epiſcopi authoritate
*Fuſc.de viſit.lib.2. cap.12.in princ. Mandoſ. ad
regul.33.Cancell.quaſt.17. n.8.in fin. Barboſ.de
iur.Eccleſ.lib.2.cap.8.num.11.& ſeq.* proinde
debet conſacrari, & dotari *Ital.de Immunit.
Eccleſ.lib.1.cap.4.num 2 & 3.* hoc enim modo
Oratorium erectum gaudet omnibus illis pri-
uilegijs conceſſis Eccleſijs, requiſitis in alie-
natio-

natione bonorum Ecclesiæ *Rebuffus in compen. alien. num.57.* & præcipuè priuilegio immunitatis *Barbos.d.lib.2.cap.8.num.13. & 14.Reci. in prax.par.4.resol.427.per tot.*

Ad resolutionem prædicti quæsiti, dico quod
30. Oratorium nostri Sacri Consilij, vbi Missa celebratur, non possit dici Oratorium publicum, quia tale Oratoriū non habet Ostium ad publicam viam correspondens, vt cuicumque audienti aditus pateat, sed est situatum in Arrio Magno, vulgo *Sala*, eiusdem Palatij, prope Ianuam ipsius, ideo non est publicum, sed vti priuatum non dicitur locus sacer, quāvis Missa Episcopi, aut Pontificis licentia celebretur, *argum.cap.fin.de censib. & cap.1.§. deinde liceat eod.tit.in 6.* hac de causa non po-
31 terit gaudere immunitate Ecclesiastica, *cap. inter dilectos de donatio.vbi Innoc. num.2. Panorm.in cap.fin.num.4. de censib. Summa Syluestrin.in verb.immunitas 1.quæst.1.& in verb.loca religios.quæst.2.& in verb interdictum 6. qu.5.Passarin.de homin.statibus quæst. 187. artic.4. num.55.Mantic.dec.38.Nouar.in sum bull.tit. de immun.Ecclesi.num.84.Barbos.de iure Ecclesi. lib.2.tit de immun.Ecclesi.cap.3.num.68 & cap. 8.num.28.Pignatell.d.consult.91.num.2.Fuscus de visitat.lib.2.cap.12.num 5.Thom. del Bene de immun Ecclesi.cap.2.dub.2.sectio.7 nu.16.to.1. Ital.de immun.Ecclesi.lib.1.cap.2.dub.2.sectio.6. num.15.& cap.4.§.4.num.2.tom.1. & cap.16. dub.1.sectio.12.tom.2.Frances de compet.iurisd. quæst.76.num. 28. & in tract.de for. conscient. par.3.vot.7 nu.41.Alter Frances de Ecclesi. Catredal.tit.de cimit. num.252.*, & ita declaranit Sacra Congregatio Immun.in Petulin. 9. Decembris 1631. quam refert *Sellius in select.canon.cap.5.num.57.*, ac etiam *Barbos.in summ. apostolic.decis.in verb.Oratorium in fin.*

Et ratio est, quia loca semel effecta sacra commutari nequeūt ad vsus prophanos, sed Oratoria priuata ad nutum Domini domus extingui possunt, & ad alia ministeria designari, igitur non sunt loca sacra,& ideo ad effectum copulæ, & pollutionis, non venit tale Oratoriū priuatum appellatione Ecclesiæ, vnde copula in eo habita non est qualitas exprimenda in Confessione, quia non est circumstantia alterans, dixerunt DD. apud *Pegas in ordin. Portugal.lib.1.tit.1.glos.44. num.12.* proinde Sacrilegium commissum in Oratorio priuato non punitur pœna sacrilegij, *Franc. dec.402. vbi Luca,* latè *Milazzo assertio.15. à num. 13.* qui dicit, tale Oratorium, licet in villis Patrum Cistercensium, vel Iesuitarum fuerit constitutum, qui ex bullis Pontificum possunt Oratoria in suis Villis, vel Grangiis construere, non gaudere Ecclesiastica immunitate.

Neque replicari poterit dicendo, quod conclusio prædicta locum habere possit in Oratorijs priuatarum personarum, non verò in Cappellis Regijs, vbi Missæ sacrificium omnibus publicum est, ideo debet hac speciali prerogatiua ornari, vt appellatione Ecclesiæ veniat. Imo istud Oratoriū S. Consilii, Cappella regia dici potest, quia in dicto Castro Capuano residebant Reges huius Regni, & præcipuè Angioini, qui elapsis seculis hoc Regno potiti fuerunt, proinde Regia Domus erat, vt dixit *Reg.Costantius in l vnica C. de Palat. & domib. Dominic num. 29.* & ad prædictorum Regum vsum, erat constructa dicta Cappella, quæ etiā videtur, quod præsens nomen detinere possit, dum hodie deseruit ad commoditatem Regiorum Officialium, qui Regis nomine iustitiam administrant, eo fortius, quia ibi Castrum Capuanum extabat, cum militibus, qui Castro seruiebant, proinde vti Cappella Castri gaudeat immunitate.

Sed his non obstantibus nequit dubitari, quod hodie Cappella dicti Sacri Consilij Oratorium priuatum sit, & antequā ad contraria respondeam fateor, quod post reuolutionem multorum librorum, qui de Ecclesiastica immunitate scripserunt, nullum Doctorem adhuc inueni, qui punctualiter præsentē punctū degustauerit, an scilicet d. Cappella Palarii Iustitię, vbi Missa celebratur gaudeat Immunitate. & miror cur *Farinacius, Diana, Italia, Cutellus, Thomasius, Thomas del Bene,* Author modernus, aliique, qui de Ecclesiastica Immunitate scripserunt, & *Barbosa Fagnanus,* & cæteri repetentes Canonici, præsens dubium non tetigerunt, nec *Turtoreta*, qui aliam operam de *Cappella Reali* composuit, verbum aliquod de præsenti quæstione discurrit. Ad obicem respondeo, quod non possit dubitari, quod Reges soleant tenere Cappellam exemptam à Iurisdictione Ordinarij, iuxta tradita in *cap. cum Cappella de priuil.& per Conc.Trident.in sessio.24.de reform.cap.11.* prout de multis Regibus, quibus speciale priuilegium à Summis Pontificibus fuit concessum, demostrat *Barbosa in d.cap.cum Cappella num.3.* Nec etiam possum dubitare, quin Cappella Regia ad seruitium Regis, eiusque Vicarii Generalis, scilicet Proregis deteota, & in hac nostra Ciui-
32 tate in Regio Palario nouo constructa, non debeat gaudere Ecclesiastica Immunitate, ; fuit enim dicta Cappella nostris Regibus concessa per Summos Pontifices, & præcipuè per Bullam specialem Leonis Decimi ad postula-
33 tionem Caroli V. Cæsaris, sub die 2. Nouembris 1519. quam confirmauit Paulus V. ad Petitionem Regis Philippi Tertij, sub die 20. Maij 1624. vt tradit *Barbosa in capitulo cū Cappella 16 de priuileg.num.3.tom.3.* quam Bullam Pauli V. refert, & inseruit *Vincen-*
34 *tius Turtoretus in fine sui libri de Cappella Reali,* vbi conceditur potestas nostris Regibus detinendi Cappellā, sub Iurisdictione Cappellani Maioris, exemptā à iurisdictione Ordinarii, in quibusuis Ciuitatibus, oppidis, & lo-

cis, in quibus Regia Curia illius Maiestatis
pro tempore residere contingerit, cum plenaria
potestate tributa dicto Sacellano Maiori,
exercendi omnia Sacerdotalia munera, quæ
Populi, & animarum curam, quoque modo
concernere videantur, nempè nominare Confessores
ad Confessiones audiendas, examinare
Clericos ad verbum Dei prædicandum,
absoluere ab excommunicatione incursa, vel
irregularitate, baptizare filios Regis, & omnes
alios infantes natos ab hominibus in Palatio
seruientibus; etiam Turcas, & Saracenos, sicut
etiam de iure Canonico disponitur in
*clem. 1. de baptismo Reg. Constant. in l. vnic. n. 20.
C. de Palat. & domib. dominic.* Penitentiæ, &
Eucharistiæ Sacramenta ministrare, Matrimonia
contrahere, reponere Eucharistiæ Sacramentum
in Cappella, & Extremæ Vnctionis,
vt ad infirmos commodiùs deferatur, ac etiam
in Festo Corporis Christi Venerabile Sacramentum
detinere, nec non celebrationem
Missæ Feriæ V. in Cœna Domini, ac
idem Sacramentum in Sacrario, seu Vrna
reponere, cum ampla iurisdictione prædicti
Cappellani Maioris in omnes Clericos, &
Cantores, & alios Palatio seruientes. Si ergo
tot exemptiones, priuilegia, prærogatiuas,
aliasque gratias speciales, Pontifices concesserint
nostræ Regiæ Cappellæ, eiusque Sacellano;
quis ergo dubitare poterit, talem Cappellam
gaudere Immunitate Ecclesiastica?
iuxta tradita per *Sarpum de iure Asylorum,
cap. 4. fol. 39. Couarr. lib. 2. var. cap. 20. Ambros.
de immun. cap. 10. num. 2. versl. quod præcipuè,
Decian. lib. 2. cap. 74. num. 24.* vbi dicunt, quod
illæ Cappellæ, quæ detinent Sanctissimum
Sacramentum, vel vbi Diuina celebrantur,
gaudeant immunitate, & licet Ianuam ad
viam publicam non teneant, sufficit quod illam
habeant ad ambitum, seù porticos Regij
Palatij, quod publicum est, & nulli accessus
omni tempore interdicitur.

Sed hæc omnia non militant in Cappella nostri
Sacri Consilij, vbi vna simplex Missa in die
non feriato celebratur, in alijs vero diebus
clauditur Ianua, nec ibi alia Sacrificia in
diebus festiuis, & ferialibus solemnizantur,
& quando non omnibus, & indifferenter ad
35 Diuina audienda exponitur, non dicitur publicum,
sed priuatum Oratorium, *Archidiaconus
in cap. Nemo ad Medium de consecratione
distint. 1. Abbas in cap. Patentibus de priuilegijs
num. 1. & in cap. inter dilectos num. 8. de
donat. Sanchez de matrim. lib. 9. disp. 15. nu. 34.
in fin. Trullench. in præcep. decalogi lib. 11. c. 11.
dub. 1. num. 9. vers. item in dub.* Nec vna Cappella
est pro omnibus Tribunalibus in dicto
Castro vnitis, sed vnumquodq; Tribunal suã
separatam tenet in suo proprio Atrio, vulgò
Sala, pro solo sacrificio Missæ in illo die, quo
reguntur Curiæ, nec Ianuam habet ad porticum
publicum dicti Palatij, sed intus proprium
atrium vniuscuiusque Tribunalis, ex
quibus apertè demonstratur, quod vnum
quodque Tribunal sibi Oratorium parauit,
& dum non vna pro omnibus Corijs est destinata
Cappella, sequitur quod nostra non
sit illa, quam forsan antiqui Reges sibi constituerunt,
& concludo; quod simplex
Oratorium sit dicta Cappella Sacri Consilij,
dum ibi celebratur missa ad libitum eius
superioris, qui est Præsidens S.C. sicut obseruatur
in omnibus alijs Oratorijs priuatis, ad
libitum Domini Domus.

Nec officit obiectio supra allegata, scilicet quod
dicta Cappella antiquitus deseruiebat pro
seruitio Regum huius Regni, qui in dicto Palatio
residebant. Nam respondetur, quod vna
36 Cappella fuit concessa à Summis Pontificibus,
Regibus huius Regni, ipsaque sub missa
iurisdictioni Cappellani maioris, in eo loco
vbi Rex residet, vt legitur in Bulla d. Pauli V.
ibi *tanquam Cappella tua, in quibusuis Ciuitatibus,
oppidis, & locis, in quibus regiam tuam
Curiam pro tempore residere contingerit*, & sic
apparet quod vna Cappella fuit concessa
illo Palatio, seù loco vbi Rex moratur, si ergo
fuit Regis, vel Proregis residentia translata
ad nouum Palatium, ibique nouiter constructa
Cappella, ista est, quæ gaudet Ecclesiastica
immunitate. Et ad id quod dicitur, quod fuit
Cappella Castri Capuani, dici quod cer-
37 tum est de iure, quod Cappellæ, seu Oratoria
in Castris, seu Propugnaculis, vulgo
Fortilitijs constructæ, veniant sub appellatione
loci sacri, ad finem obtinendi immunitatem,
quià missæ multæ celebrantur,
& omnia alia sacramenta de consensu Ordinarij
administrantur dixit, *Farinacius
de Immunitate Eccles. cap. 17. n. 252. in fine*, sed
in hoc Regno Ordinarius omnium Castrorũ
est Sacellanus maior. At vero Palatium vbi
residet nostrum Sacrum Consilium licet appelletur
Castrum Capuanum, tamen hodiè
non est Castrum, dum non habitant milites,
nec aliæ personæ pro seruitio militari, ad dictum
Castrum deseruientes, vt sunt reliqua
Castra nostræ Ciuitatis, sed est simplex Palatium
à Rege nostro deputatũ pro administrãda
iustitia, ideo eius Cappella non debet gau-
38 dere Immunitate, & punctualiter, quod Cappellæ
Palatiorum Iustitiæ, quæ Populis administratur,
nullam specialitatem habeant,
sed regulentur ad instar aliorum Oratoriorum
priuatorum dixit *Fagnan. in cap. authoritate
de censib. n. 18. & 19.* vbi dicit, quod ista
Oratoria comprehendantur sub appellatione
Oratoriorũ priuatorum, & sub decreto Concilij
Tridentini, prohibẽte missam celebrari sine
licentia S. Sedis, & idem dixit *Diana resol.
moral. par. 9. de Orat priuat. resol. 35.* vbi adducit
declarationem Sac. Congregationis fa-

ctam

ctam die 14.Nouembris 1648. ad inſtantiam Epiſcopi Calaritani,quod ſub prohibitione Decreti Paul.V.ſuperOratorijs priuatis,comprehendatur Cappella exiſtens in aula publica Palatij Ciuitatis, itaut teneatur Magiſtratus à Sede Apoſtolica licentiam impetrare. Nec expedit Reipublicæ Chriſtianæ, & Politicæ dictas Cappellas, Palatij iuſtitiæ pro locis ſacris reputari, quia ſunt loci,vbi crimina vindicātur, non vbi miſericordia Dei,vel pietas deprecatur,hac de cauſa debent Rei ab eis ſe ablongare, & facies Iudicum pertimeſcere,non in laqueos ſe includere,& ex eorum aſpectu Miniſtrorum aculeos irritare.

PRÆSTANTIA VI.

Præſtantia S. C. Neapolitani eſt, quia habet ſignum,& inſcriptionem Pacis publicæ.

SVMMARIVM.

1 *Hominem in tempeſtatibus placidum, difficile eſt inuenire.*
2 *Litigantes conqueruntur de dilationibus cauſidicorum.*
3 *Crimina aliquando ex litibus eueniunt.*
4 *Lites vbi plures ſunt in Republica, ibi mores improbi.*
5 *Litigantes vt plurimum iracundia accenduntur.*
6 *Arma ſunt repellenda à loco iudicij, vt litigantes cum pace iurgia tractent, & n.11.*
7 *Armorum geſtatio cauſam, & occaſionē præſtat ad percuſſiones, & homicidia.*
8 *Arma deponi debent à litigantibus, quando ingrediuntur noſtrum Sacrum Conſilium, ſub grauibus pœnis à noſtris pragmaticis ſtatutis.*
9 *Pacis publicæ ſignum, habet Sacrum Conſilium Neapolitanum.*
10 *Palatia iuſtitiæ habent inſcriptionem pacis publicæ, & ſunt loci ſecuri, & cauſant protectionem.*
11 *Armorum delatio in loco iuſtitiæ permittenda non eſt.*
12 *Arma tenere, & portare non licet de iure Digeſtorum,niſi itinerantibus,ſicut etiam de iure feudorum.*
13 *Armorum vſus de iure Codicis, & Authenticorum non conceditur, ſine licentia Principis.*
14 *Nobilibus non licet portare arma de iure communi,ſecus de communi vſu, & conſuetudine.*
15 *Equites quando cingebantur cingulo militari iuramentum præſtabant defendendi innocenter oppreſſos.*
16 *Doctores ſicut, & Profeſſores, & Aduocati poſſunt deferre arma, etiam ex conſuetudine, quæ vim legis habet.*
17 *Armorum delatio in loco Iuſtitiæ, nec Nobilibus licet.*
18 *Caro vir Romanus, ne legem prohibentem delationem armorum ad Senatum Romanum violaret, ſuo proprio gladio ſibi mortem intulit.*
19 *Iudex debet ſecurum locum aſſignare partibus ad litigandum.*
20 *Palatia Principum, & Statuum Imperij gaudent ſecuritatis priuilegio.*
21 *Confugientes ad Palatia Principum, non poſſunt ab illis extrahi, ſine licentia Regis, vel Præfecti domus.*
22 *Palatia Nobilium Regni Aragoniæ, gaudent priuilegio immunitatis.*
23 *Legatorum à latere Palatia in Hiſpanijs, fruūtur priuilegio immunitatis.*
24 *Palatia Cardinalium gaudent priuilegio immunitatis.*
25 *Carcerari non poſſunt debitores,vel delinquentes intus Palatium Sacri Conſilij Neapolitani, ſine licentia Præſidentis.*
26 *Pœna acriori punitur,qui aliquem læſerit in Palatijs Principum, vel Tribunalibus Iuſtitiæ, vti violator pacis publicæ.*
27 *Loci ratione, delicti pœna agrauatur, vel minoratur.*
28 *Carceribus mulieres detruſas, ſi quis carnaliter cognouerit, acriter punitur, licet illæ impudicæ erant.*
29 *Delicta grauiter puniuntur,ſi vtraque circumſtantia concurrit, loci ſcilicet, & perſonæ.*
30 *Delicta commiſſa ad defenſionem in domo Principis,eiuſque carceribus,puniebantur pœna mortis,ſed hodie pœna extraordinaria.*
31 *Pœna violatæ pacis punitur, delinquens in Cortili, Porticu, vel atrio ipſius Palatij Principis.*
32 *Offendens aliquem in Cortili Caſtri Capuani, punitur pœna graui, ſcilicet quatuor ictuum funis.*
33 *Palatia Principum, & ſupremorum Tribunalium, non ſunt edificiis priuatorum coarctanda.*

CVm quis hominem, noſtra ætate viderit intrepidum,& inexpugnabilem periculis, intactum cupiditatibus, inter aduerſa con-
1 ſtantem, in medijs tempeſtatibus placidum, Angelum an hominem eſſe dubitabit, vel ſaltem in eum, virtutem diuinitus miſſam deſcendiſſe crediderit?In hac enim noſtra ferrea ætate, vnuſquiſque cupiditatibus, vel bonis fortunæ allucinatur, vel eorum iactura contriſtatur, & hi potiſſimum, qui ad iudicia vocati,diſpendia ſubſtinent, Iſti enim granati contentionibus ingemiſcunt, dum iuſtitiam, quam iura omnia liberaliter, & in procinctu reddi voluerūt, hijs apud eos in āguſtis

D 2 eſſe,

eſſe, vt neque gratis, neque ſumptibus, neque labore eam parare poſſint, nec ſine ratione conqueruntur, quia reperiuntur aliquando
2 Cauſidici canibus, quam hominibus propriores, qui per ſas, & neſas lucellum parant, & cauſas protrahendo, cum ſummo incommodo litigaotium eos euiſcerant. Quibus adde dilationes procuratorum, qui in eis ita docti ſunt, vt alium titulum Digeſtorum eorum mentibus non impreſſerint, niſi iſtum de dilationibus, quibus artibus litigantes ad ruinam, & diſcordiam inſtigant, ac illis poſtea in iudicio contendentibus inſident, dum mutuis expenſis, diſſidijs, odio, & rancore inter ſe decertant, his igitur verſutijs homines illaqueati, in iſtorum prædam cadunt & ſubſtantiæ iacturam patiuntur.

Hinc contingit aliquando in controuerſijs cauſarum, vt inimicitiæ oriantur, quia ob iactu-
3 ram triſtitia reſultat, labor animi exercetur, corpus quotidiè latigatur, & non raro crimina conſequntur, adeo vt dixerit *Imperator l. properandum C. de Iudicijs*, quod ſepe lites materiam criminibus creare noſcuntur, & etiam habetur *in l. 4. ff. de alien. iud c. mut. cauſ. fat. & in cap. 2. de verbor. ſignific. cum concordant.* vbi enim plures lites iudiciales ſunt,
4 ibi mores improbi, & concordiam inter ciues vnquam ſeruari poſſe, voluit *Plato lib. 5. de legibus.* Ex his multi ſunt qui iram magno animo comprimunt, & ſui animi motus, vel fluctus compeſcunt, ſed alij imprudentiores litigantes iracundia accenſi, & præter morem furore correpti, vel ex iſto inebriati, imo maiuri ebrietate commoti, ferueſcente ſanguine, non poſſunt iuſtos aliquando dolores
5 cohibere, vt non facienda faciant, non aperienda detegant, amaraque, & contumelioſa verba in alios effundere non ſinant, quæ primum ipſum à quo dicuntur inquinant.

Vt enim primus eorum feruor relangueſcat, &
6 caligo, quæ præmit mentem, aut reſideat, aut minus denſa ſit, vel euaneſcat, vtque candida pace iurgia tractēt. nō parū prodeſt, imo nullum maius remediū excogitari poterit, quam arma repellere à loco iudicij, nam armorum
7 geſtatio cauſam, & occaſionem pręſtat ad violentias percuſſiones, & homicidia, *l. ſi ſeruus C. de his qui ad Eccleſ. confug. leg. ſi quis in hoc genus Cod. eodem, Afflict. in conſtitutione Reg. rub. de illic. port. armor.* vt enim litigantes in noſtro Palatio Iuſtitiæ temperatiores, & ſedatiores exiſtant, rapidoſque motus compeſcant, per noſtras pragmaticas ſancitum fuit, vt cum ingrediantur noſtrum Supremum Senatum, deponant arma ſub pæna perditionis ipſorum, & alia arbitrio noſtri Sac. Conſilij reſeruata, *pragm. 19. de offic. S. R. C.* maiorem pænam impoſuit *prag. 5. de Armis* ſcilicet mille ducatorum nobilibus, & ignobilibus quatuor ictuum funis, vtque omnibus
8 noteſcat prohibitio delationis armorum, in frontiſpitio Ianuæ d. magni noſtri Auditorij, ordo fuit affixus in Tabella, maioribus literis deſcriptus huius tenoris videlicet. *QVI NON VI ENTRANO ARME*, & ab antiquis tē poribus hoc apud nos obſeruatum tradit *Taſſon. de antefato verſ. 3. obſer. 3. n. 79.*

PRÆSTANTIA ex iſta prohibitione delationis
9 armorum cognoſcitur, quia talis ordo ex iure municipali præfixus habet ſignum, & inſcriptionem pacis publicæ, & poſſunt Principes in Palatijs alijſue locis publicis affigere iſta ſigna, & inſcriptiones pacis publicæ, vt loca iſta ab omni iniuria, & ſcelere immunia fiant, dixerunt *Harprect. ad §. ſancte 10. n. 22. inſtit. de rerum diuiſio Mager. de aduoc.*
10 *armat. cap. 15. n 86 & 93. Nicol. Myler. de de Princip. & ſtatib. Imper. cap. 52. n. 1.* Palatia enim vbi ſedent Supremi Senatores, loci ſecuri ſunt, & inducunt protectionem *Bald. in l. 1. C. de his qui per met. Iudic. non appellat. Carolus de Graſſal. de regalijs franc. lib. 1. verſ. item palatia pag. 179.* qui teſtatur in Gallia per multa atreſta ita fuiſſe ordinatum, & idem dixit *Bald. in cap. 1. §. ſi quis ruſticus, & §. ſi quis alium de Pace tenend.* quod in Palatio communi Ciuitatis Florentiæ, quod eſt magnæ excellentiæ, & in Palatijs Regni Fran-
11 ciæ nemo poſſit portare Arma, confirmat *Alex. in l. 1. ff. ad l. Iul. de vi public.* ideo delatio armorum in loco Iudicij permittenda non eſt *Creſpi de Valdaura obſeru. 13. n. 65. Giurb. conſ. 63. n. 22. & 23. Harprect. in lib. 4. inſtit. §. item lex iulia 8. de public. Iudic. n. 7. & 11.* late *Beſold. & Lindenſpur in comment. ad ordin. politic. duc. Vuirtemberg. fol. 20. n. 2. cum ſeq. pag. 52.* & in Collegijs ſcholarium affirmat, *Chaſſan. in catalog. par. 5. conſid. 24. n. 125.*

Augetur noſtri S. Cōſilij PRÆSTANTIA, ſi iuris præcepta, ſingillatim conſideras, quæ prohibent geſtationem armorum, & primo de iure Digeſtorum, ſi quis illa tenere, vel deferre,
12 præſumpſerit, vim publicam committere dicebatur, *vt in leg. 1. ff. ad leg. Iuliam de vi publ. vbi Bart. Harprect. loc. cit. in d. §. item lex Iulia num. 6. Arniſeus lib. 2. de iure maieſt. cap. 5. pag. 340 num. 7. Farinac. qu. crim. 108. ampliat. 8. n. 6.* niſi itinerando ſalutis ſuæ vitaodæ cauſa peregrè proficiſcatur *l. 1. & l. qui dolo 10 ff. ad l. Iul. de vi public. leg. vltima vbi Gloſ. in verb. cingulo, & Lucas de Penna, & Io: de Platea C. de propoſit. Sac. cubicul. Tiraquell. de nobilit. cap. 20. n. 69. Decian. tract. crim. lib. 8. cap. 3. n 33.* quamuis *Io: Otto Tabor. in ſuo armentar. cap. 3. de poſſeſ. armor. nu. 16.* dixerit *per d. l. Iuliam, aut Valentiani*, & Iuſtiniani conſtitutiones, armorum poſſeſſionem ſubditis nō fuiſſe ademptam, De iure vero Codicis non ſine licentia Principis alicui permittitur vſus armorum, *vt in l. vnica C vt armorum vſus inſcio Principe interdictus ſit*

lib.

lib.11 vbi *Ioan.de Platea n.2.Arnold.Reyger.in*
Theſaur.iur.in verb.Arma n.13. De iure vero
authenticorum non licet etiam deenſibilia
13 vt in *authentico de armis cap.1. Nouell.* 85.
Harpreſt. loc.cit. De iure vero nouiſſimo feu-
dorum, tantum eſt permiſſum itinerantibus
portare arma, debito modo, ad ſe defenden-
dum à prædonibus, non autem ad nocendum
vt in §.ſi quis ruſticus, & §.ſeqn. de pace tenen-
da in vſibus feudorum, & ſic tale ius feudo-
rum concordat iuri digeſtorum, de quo *in di-*
cta l.1.ff. ad l.Iuliam de vi publica, vt aduertit,
Aluarot.de feudis in d.§.ſi quis ruſticus, & ſeq.
n.3.Bertachin.in verb.Arma verſ.32.incip.Ar-
ma qualiter, qui in vno errauit vbi aſſerit,
de iure digeſtorum eſſe permiſſum por-
tare arma, & eodem errore lapſus fuit *Tuſch.*
practic concl.514.n.4.in verb. Arma, qui in-
conſideratè illum ſequtus fuit, quod ita non
eſt, vt ſupra dixi, ex quarum legum laqueis,
nobiles etiam alligatos eſſe voluerunt *Fari-*
14 *nac.d.qu.108.ampl.7.n.25.Caucer.lib.1.var.*
reſol.cap.3.n.56.& Tiraquell. de nobil. cap.20.
n.68. ex generalitate *text.in d.l.vnica C. vt*
armorum vſus, vbi dicitur *nulli prorſus*, quæ
dictio generalitatem denotat, & excludit om-
nia, & ſingula, quæ in contrarium excogita-
ri poſsunt *cap.ſtatutum §. proviſurus de reſcri-*
pt.in 6. ibi *nihil prorſus exigat*, & denotat
idem quod *penitus* ſecundum *Stephan.Gratian.*
dec.Marchiæ 188 n 8. Barboſ.in tract. vir.dict.
294.n.1. & ſeq. ſed in modernis temporibus
idem *Otto Tabor.in d.armentar.cap.4. de exar-*
mat.n 8 aduertit, quod in d. generalitate le-
gis, incluſæ ſint generales limitationes, & de-
clarationes, in illis verbis *Nobis inſcijs, &*
inconſultis, ex quibus deduxit, & optimè
idem *Tabor*, quod cum Principes ſequenti-
bus temporibus, multis Nobilibus conceſſe-
rint Cingula militaria, & alijs ipſis non
inſcijs, ſed videntibus, & annuentibus arma
cingere permiſerint, vel ob acquiſitũ cingu-
lũ militare ab eorũ maioribus, vel ob eorum
dignitatem, alijsq; vero feuda conceſſerint,
quæ operantur, vt obligatione Vaſſallatica
milites ſint, dum fidelitatem promittunt, &
ſe paratos offerunt, obſequium in omni ne-
ceſſitate Regi præſtare, deducitur, quod No-
biles, maxime feudatarij, vti militer arma
gerere poſſint. Et his addo, quod quando Re-
ges noſtri cõcedebant Cingula militaria, illos,
15 vulgo *Canalieri* creando, iuramentum prius
exigebant ab eis, defendendi cum armis
miſerabiles perſonas, innocenter oppreſſas à
potentioribus, vt noſtri hiſtorici ſcripſerunt,
quod etiam tradit *Pomponius Torellus in opuſ-*
colo del debito del Canaliero par.1. circa fin. vbi
dicit, hoc eſſe proprium munus prædictorum
Equitum, ſi ergo innocenter oppreſſos Nobi-
les, defendere debent, non alio modo hoc
adimplere poſſunt, ſine vſu armorum, & ex
his concludo, cum *Tabore loc.cit.* quod no-
ſtra ætate Nobiles poſſint deferre arma. Quod
16 etiam ampliarunt ad Doctores, cum militer
etiam cenſeantur, *Paris de Puteo de ſyndic in*
verb.Turis ver.mandauit Rex n.2.in fin.Pacian.
lib.2.de probat.cap.41.n.158.Dauid.Marguart.
diſcurſ.18.theſ.26.lit.B apud *Arumeum de iu-*
re publ.vol.3. pag.799. Et licet aliquibus pla-
cuit, tale priuilegium concedi tantum Pro-
feſſoribus in publicis Gymnaſijs, ſecus alijs
ſimplicibus Doctoribus *Alex.ad Bart.in l.Me-*
dicos 6.in fin.C.de profeſſor. & Medic.Galliaula
in repet l.centurio 15.n.24.ff. de vulgar. & pu-
pill.Siluan.conſl.88.n.7.vol.1. Plaza in epitome
delictor.cap.8.n.20. Nihilominus communiter
affirmant Doctores, ſua iura ſe defendentes,
tale ius competere omnibus alijs Doctoribus,
licet non profitentibus, maxime Aduocatis,
qui etiam militare dicuntur, *per l.Aduocati*
14.C.de aduocat.diuerſ.Iudic. Natta conſl.1.in
princ.vol.1.Pacian. loc.cit. cap.41.n.158. De-
cian.in tract.crim.lib 8.cap.3.n.53.Clar.quæſt.
82.n.77. Muta in Pragm.Reg.Sicil.de arm.pro-
hib.til.41.n.53. Harpreſt.in lib.1. inſtit.§. in-
ſeruorum vltimo, de iure perſonar.n.46. & con-
firmat in *lib.4.inſt.§.item l.ex Iulia n.9.de Pu-*
blicis iudic. qui dicit, quod hanc ſententiam
vſus, & conſuetudo comprobauit, prout nos
in hac Ciuitate vidimus communiter practi-
ci, vt nedum Aduocatorum famuli, ſed om-
nium ſimplicium Doctorum, Enſibus abſque
aliqua licentia vtantur, quæ conſuetudo eſt
in futurum ſeruanda per *Nouell.* 89. *cap.* 15.
ibi *quoniam, & non vtendo perempta eſt*, alios
citat *Harpreſt. in d. §. item ex Iulia n.9.* Et
ratio eſt quia ſi armorum vſus conceditur E-
quitibus hac principali ratione, quia mi-
ſerabiles perſonas innocenter oppreſſas de-
fendere debent, vt ſupra dixi; etiam Do-
ctores iuramentum præſtant, quando Docto-
ratus lauream aſſequntur, pauperes inſtè liti-
gãtes gratis defendere, igitur concurrit in am-
bobus eadem ratio, proinde eadem debet eſ-
ſe diſpoſitio. Sed ſecluſa omni prærogatiua,
& reiecto omni priuilegio, in noſtro Pala-
tio Sacri Conſilij arma deferri nequeunt,
17 nec à Nobilibus, nec à Titulatis, & Ba-
ronibus noſtri Regni, vt præcipitur in
noſtris ſupradictis pragmaticis, quod etiam
affirmant *Anna in repet.conſtit. Reg. ſi quis ali-*
quem n.32. vbi *Anna filius, Taſſon. in d pragm.*
verſ.3.obſeru.3.n.69.Conſil.Rocc. de offic.rubr.
17.§.4.n.81. & ex hoc cognoſcitur eius PRÆ-
STANTIA, dum ex nullo priuilegio eximũ-
tur Nobiles, ab obſeruatione Ordinis, prohi-
bentis delationem armorum.

Hæc enim Ordinatio pœnalis, prohibens in lo-
co Iuſtitię aſportari arma, conſonat iuri com-
muni, de quo iure nemini licet, nec etiam
Nobilibus in Aula Iuſtitiæ, Cameris, & eius
atrio ducere arma *cap. 1. §. ſi quis ruſticus, &*
§.ſi

s. si quis alium, *& s. ad Palatium De pace tenenda*, vbi *Glos. & Bald. Aluarot. in d. §. ad Palatium n. 2. in tract. de feudis pag.* 191. (qui ex fide Valer. Maximi refert curiosam historiam Carontis venientis de Villa ense cincti, & ita
18 armatus cum accesserit ad Senatum Romanum, fuit ei denunciatum, quod fecerat contra legem, arma ad Consilium portando, quæ pænam mortis statuebat, sed ne legem violaret, suo proprio ense euaginato mortem sibi intulit) & facit *tex. in l. qui dolo s. qui ludos*, *& s. item qui autem ff. ad l. Iul. de vi public.* vbi *Bald. & Angel. Bonadill. lib. 3. cap. 7. n. 63. & c. 1. n. 51. & cap. 14. n. 25. Tiraquell. de nobil. cap. 20. n. 23. & 76. Reg. Constant. in l. vnica n. 10. C. de Palat. & dom. domin. Menoch. casu 394. nu. 44.* Imo si quis habet licentiam portandi arma, non potest ingredi in Palatium Principis *Bald. in cap. 1. §. si quis rusticus de pace tenenda Hippolit. in praxi s. pro complemento n. 27* & ita de iure nostri Regni est dispositum per *prag. 9. de armis*, sub illa pæna asportationis armorum, ac si licentiam non habuisset. Debet
19 enim Iudex tutum locum assignare partibus ad litigandum *cap. penult. 3. quæst. 9. cap. cum olim de testib. cap. accedens il 2. Vt lite non contest. cap. ex parte de appell.* vbi S. Pontifex mandat Iudicibus, vt tutum locum partibus assignent ad comparendum, si igitur vnus Iudex securum locum partibus concedere debet ad litigandum, quanto magis erit hoc dicendum in ipso Prætorio, vbi omnes Iudices insimul congregantur.

Hac ratione videmus, quod Palatia Principum, vel Statuum Imperij, gandeat securitatis pri-
20 uilegio, vbi enim Princeps, ibi securitas, dummodo Princeps ibi resideat, ac ibidem Aulam teneat *l. 1. C. de his qui per met. Iudic. l. vl. ff. quod metus causa, Petrus Sarp. de iur. Asylor. cap. 5. Hering. de iur. Burg. cap. 1. n. 727. Martin. Mager. de aduocat. armata cap. 15. numer. 93. Myler. de Princip. & statib. Imper. cap. 52. nu. 4.* assignans rationem, quia Palatia inter Regalia posuit *Imperator Frideric. Primus in Cod. vn. a feud. 56. l. vnica C. de domibus lib. 11. l. 17. C. de Oper. public.*, & Palatia Principis tali beneficio gaudent, licet pro signo securitas ascripta sit, *arg. l. 1. C. de his, qui per met. Iudic. l. vlt. ff. quod metus causa. Riccius decis. Curiæ Archiepiscop. Neapol. 245. num. 5.* vide *Bonadill. lib. 3. cap. 5. num. 16. & lib. 5. cap. 8. nu. 4. Auiles ad cap. 8 prætor. glos. diueros num. 3. Azeued. in l. 15. tit. 6. lib. 3.* vbi late, *& lib. 7. tit. 1. l. 1. recompil.*

Ideo ad d. Palatia Principum confugientes, non
21 possunt ab illis extrahi, sine licentia Regis, vel Præfecti domus, *Bonadill. in politica lib. 2. cap. 16. fallen. 90. Borrell. de præst. Reg. Cathol. cap. 23. n. 21. D. Altim. in addit. ad consl. 58. Ronit. num 16. tom. 1.* nisi sint Proditores, *Tasson. in pragm. de antefat. versl. 3. obseru. 3. num. 367. & obser. 4. num. 210. Remigius de Gonni de Immunit. amplia. 15. Villaloblos 2. par. tract. 39. differ. 4. num. 10. Trullench. in præcept. Decalog. lib. 1. cap. 11. dub. 1. num 8. Constant. in l. vnica C. de Palat. & dom. domin. n 41.* Et nota quod
22 tale priuilegium immunitatis habeant, etiam Palatia Nobilium Regni Aragoniæ, vt per legges illius Regni dixerunt. *Remig. Gonn. de immun. Eccle. ampl. 22. Constant. loc. cit. nu. 44.* prout in Hispania, etiam eodem priuilegio
23 fruuntur domus legatorum, *Bonadill. in politic. lib. 2. cap. 14. num. 11 Reg. de Marin. resol. lib. 1. cap. 179 num 13.* Et etiam domus Cardina-
24 lium *Reg. de Marin loc cit. num. 9.* aliique adducti à *D. Altim. loc. cit. num. 18. & 19.* Et in specie de Palatio nostro S. Consilij Neapolitani,
25 in illo delinquentes, vel debitores non possunt carcerari sine licentia Præsidis dicti Sacri Consilij, alias Satellites puniuntur, *de Marin. d. cap. 179. num. 9. lib. 1. Altimar. loc cit. nu. 20.* qui hoc etiam ampliat ad domos Episcoporum, siue distent, siue cohæreant Ecclesiæ, nisi domus Episcopi sita esset extra diocesim, *Reg. de Marin loc. cit.* Vel nisi Episcopus esset simplex Titularis, *Ciarlinus contron. 198.* alia priuilegia Palatiorum Regiorum, refert *Costantius in d. l. vnica C. de Palatijs, & dominbus domin. lib. 11.*

Ob quam reuerentiam ratione loci videmus in dies practicari, quod si quis in Palatijs aliquẽ
26 leserit, tanquam violator pacis publicæ acrioribus pænis affligitur, vel manus amputatione, vel alijs circumstantijs concurrentibus, capitali pæna punitur, per *tex. in l. sacra §. propria ff. de rer. diuis. l. prætor dixit 7. s. fin. cum l. seq. ff de iniur. Carol. Degrassalius de regalijs Franciæ lib. 1. versl. item Palatia pag. 178. Riccius d. dec. 245 par. 3. David Menius ad ius lubec. lib. 4. tit. 15. art 2.* Ratione enim loci, deli-
27 ctorum pænæ agrauantur, vel minorantur, vt fuit practicatum in Palatio Summi Pontificis, dum erat Bononiæ, vbi quidam Gallus fuit condemnatus ad patibulum, quia percussit cum alapa in Palatio Summi Pontificis, sed passus non fuit pænam, quia obtinuit gratiam ab eodem, refert *Chassaneus in catalog. par. 5. consid. 24. num. 125.* relatus à *Degrassal. de Regalijs Franc. d. lib. 1. versl. item palatia pag. 178.* Ita propter alapam datam in Palatio Proregis, dum Prorex erat Cardinalis Columna hic Neapolim, fuit illi manus amputata, testatur *Freccia in 1. lib. tit. Magn. Senescalc. num. 6.*, & comprobat *Reg. de Ponte de potest. proreg. tit. de promis. fisr. solit. s. 2. nu. 17.*, *& Merlin. lib 1. controu. 66. num. 7.* refert quosdam condemnatos ad mortem, qui in Palatio Magnæ Curiæ Vicariæ, in rixa occiderant aliquem, alios casus referunt *Chassan. in catalog. glor. mund. par. 5. consid. 24. num. 125. Reg. Tapia in constit. Vt participa io num. 3. Reg. Costant. in l. vnica num. 16. C. de palat. & domib. domin. lib. 11.*

11. *Freccia de sub feudis in cap. de Officio Magni Seneschalci lib.1.* Ob istam etiam loci circumstantiam, fuit quidam punitus ad mortem, quia de mandato alterius vulnus intulerat in faciem pueri, prope Ianuam Ecclesiæ Societatis Iesus, fatetor idem *Reg. de Ponte loc. sup. cit.§.2. num.15.* Et patet exemplo mulierum
28 carceribus detrusarum, quæ si fuerint cognitæ carnaliter à carcerum Præfecto, vel eorum custodibus, acrius puniuntur, licet illę impudicæ essent, quia delictum nascitur à loco, quo semoto non erat delictum, puntualiter *Clar. in §.fornicatio lib.5. num. 24. vbi Baiard.post Menoch.de arbitrar.casu 292.& Farinac.quæst. 31. num.112.& seq.* & in Regno Franciæ est imposita pæna vltimi supplicij, fatetur *Io. Faber in §.item lex Iulia nu.6. instit. de public. Iudic.* eadem pæna est etiam statuta in Regno Portugalliæ, fatetur *Pegas ad ordin.illius Regni lib.1.til.33.glos.6.num.4 to.3.*

Et nota quod si ratione loci iniuria, vel delictũ grauiter punitor, eo magis grauius puniri
29 debet, si vtraque circumstantia simul concurreret, scilicet loci, & personæ Consiliarii, vel Sacri Consilij, coram quo fuerit delictum, vel iniuria commissa, & cum annis elapsis casus accidisset, vt quidam Aduocatus nobilis generis, aduersus alterum Aduocatum quamdam iniuriam intulerit, proiciendo pileom in eum, iracundia accensus in aula S.C.& coram Dominis Consiliarijs de Aula, quando causa tractabatur, fuit statim carceribus mancipatus ordine Sacri Consilij, & vnitis Consiliarijs quatuor aularum, multi ex eis fuerunt voti per viam notorij procedere, & post breues horas termini dati ad se defendendum illum capitaliter punire, sed melius perpensi, aduertentes etiam ad qualitatem personæ, quia ille erat filius alterius Consiliarij licet defuncti, sed tamen benemeriti, causa cum ordinario tramite fuit agitata, nam datis defensionibus, accessit S. Consilium iunctis quatuor aulis ad votandum in Collaterali Consilio, coram Illustri Prorege de eius ordine, & multa vota fuerunt pænæ capitalis, maior vero pars ipsorum ad pænam extraordinariam, scilicet relegationis condemnauit, & ita fuit exequutum; Nam licet circumstantia personæ coram qua delinquitur delictum maximopere grauet, ad *tex.in l.nullum C.de testib.*, & faciunt adducta per *Cartar. dec.75.* qui ait laicum alium laicum offendẽtem coram Iudice Ecclesiastico fieri eius fori, & iurisdictionis, idem *Cartar. dec.80.*, refert decisum posse Iudicem Ecclesiasticum punire laicos rumpentes carceres Ecclesiasticos, attamen quando nec vulnus, aut homicidiũ fuerit sequutum, tunc simplex iniuria punitur pæna extraordinaria.

Declarat etiam antecedentem conclusionem, *Myler.loc.cit.d.c.52.n.3.* vt procedat, quando
30 quis dolose deliquerit, & aliquem iniustè agressus fuerit, in Palatio Principis, vt tunc puniri debeat pæna mortis, quando vero fuit iniustè insultatus, putat posse agressorem offendere, absque metu pænæ, assignat rationem, quia iniuriæ propulsatio terminum, & limitem non agnoscit *l.scientiam 46. §.qui cũ 4.ff.ad l.Aquil.Riccius d.decis.245. pag.3. Hering de iur.Burg.cap.1.num.730.* sed tantum puniri debet de excessu, quando inculpatæ tutelæ moderamen insultatus excesserit in loco securitatis *l.adulterium 38.§.Imperator, ff.ad l.Iul.de Adulter.Scheneiden. in §. instit.de iur.naturali gentium, & ciuil.num.18. Riccius loc.cit.num.5. Myler.loc.cit. num.3.* & tradit etiam *Merlin.controu.for. cap.66.*, qui refert vsque ad sua tempora fuisse practicatũ, quod delicta commissa, etiam ad defensionem in domo Principis, eiusque carceribus punirentur pæna mortis, sed postea, quod contrarius vsus inoleuit, vt pæna extrardinaria puniantur, & refert casum cuiusdam Satellitis, qui iniuriatus, à quodam carcerato, eum in cancellis occidit, fuisse ad pænam extraordinariam triremium condemnatum, & ita etiam sentiunt, *Muta dec.36.Riccius d. decis. 245.Nouar.in pragm.3.de carceribus.*

Limitant etiam aliqui prædictam conclusionem quando offensa non successit in Aula, vel intus Palatiũ Principis, sed in Cortili, vel Atrio ipsius Palatij, aut eius confinibus, tunc enim dicit *Myler.in d.tract.de Princip.& statib.Imperij cap.52.num.5.* non incidere in pœnam violatæ pacis, argum. *l.interpretatione 42.ff.de pænis*; quia Porticus propriè non est domus *l.solum cum glos ff. de rei vendic.* legas *Franchum dec. 402. num. 8. Cepol. de seruit. cap. 44. in til. de claustro*; quia sumus in constitutione legis odiosę, quæ debet strictè intelligi, vt appellatione Palatij non veniat Cortile, Atrium, vel Confine, *l. is qui nauem ff. de exercit. action. Riccius part.3. decis.250* vbi *Nouar.Ambrosin.de immunit.Eccles.cap.5.nu.4.*
31 Sed contrarium puto verius, cum constitutio non sit odiosa, sed fauorabilis ob publicum commodum quietis, vt pacificè iustitia administretur, & sic debet comprehendere, nedum Palatium, Atrium, & Cortile, sed etiam confinia ipsius; nam priuilegia concessa Palatio Regio, competunt etiam ipsis Confinijs, ex *Alberic.in l.præsenti, C.de his, qui ad Eccles. confug.Franch dec.402.num.3.Altim.in addit. ad cons.58 Rouit.nu 12.Reg Consł in. in d.l vnica C.de Palat & dom.domin.num.17.* quia appellatione Palatij venit etiam Area, *l. testatrix ff. si serui.vindic.* nam prohibitio loquens de domo, extenditur ad porticum, *l.cæterum §.hoc Senatus ff.de leg.1.l.qui ædes ff. de incend. ruina, & naufragio*, & facit *tex. in cap. si quis contumax 17. quæst.4. & in l.si quando C.de oper.publ.* & idem procedere in porticu anne-

xo

xo scripsit *Costant.in trib. lib. Cod. in d.l.vnica C.de Palat. & domib. dominic.D.Altim.loc.cit. num.* 13. qui testatur fuisse condemnatum ad mortem quemdam Hispanum, qui in area Palatij Regij duos occidit, sed quia homicidium fuit casualiter commissum, fuit a Prorege ei vita condonata. Non idē euenit hoc die 15. Iulij 1698., quo fuit more Germanico morti traditus Iuuenis quidam Romagniolæ Prouinciæ, famulus Domini Proregis, qui alium famulum eiusdem Proregis, in quodā loco Cortilis Regii Palatii proditoriè occidit, furandi causa, & eius cadauer in multas partes abscissum, pro aliurum exemplo, ad Auium, & volatilium cibum fuit expositum, Sic videmus in dies practicari, vt si vnus ex famulis alium offenderit, vulnerauerit, aut
32 graui iniuria affecerit in Cortili, vel ante Atrium Palatij S.C. statim punitur, absq; vlla dilatione, pœna 4. vel pluriū ictuum funis, ex brachis retro alligatis suspensus, quod est tormentum ita graue, vt quamplures vel remanent læsi, vel aliquando diem claudunt extremum, & hoc ob solam irreuerentiam loci, præter pænam delicti, quod committerēt quibus pæna condigna traditur.

Alia deducunt DD. ex tali reuerentia loci, quæ debetur Supremo Senatui; Nam ex prædicta
33 ratione non sunt Palatia Principum, vel Supremorū Tribunalium ædificiis priuatorum coharctanda *l.quicunque, l.ædificia in princip. C.de oper.publ.cap.nulla,* & ibi *Glos.* 12.*quæst.* 1. *Reg.Constant.in l.vnica C.de Palat. & dom.dominic.num.* 12. Hac ratione motus Comes de Onnatte, tunc huius Regni Prorex, omnes domus, quæ alligatæ erant Regio Palatio veteri nostræ Ciuitatis, deiecit, atque funditus dirupere curauit.

Eadē ratione concludunt DD., quod licet gesta per falsum procuratorem possint ratificari per dominum *l. licet de procurat. cum simil b.* non tamen gesta per falsum procuratorem in parlamento, seu Suprema Audientia Principis, secundum *Bald.in l.falsus col.1.C.de furtis,* qui allegat *Innoc.in cap.ex parte Decani de rescriptis*, & hoc non alia ratione, nisi ob reuerentiam loci, & authoritatem Supremorum Senatorum.

PRÆSTANTIA VII.

Præstantia S.C.Neapolitani est, quia in illo Reges nostri sederunt.

SVMMARIVM.

1 *Reges debent audientiam præbere subditis, & illorum necessitates audire.*
2 *Absalon gratam Audientiam subditis Dauid Patris pollicebatur, si Rex eorum factus esset.*
Salus Populorum ex Regis audientia resultat.
3 *Reges debent etiam per Regna, & Prouincias vagare, vt audiant, & videant oppressiones Populorum.*
4 *Sacros vultus ostendunt Principes, quando eorum præsentiam demonstrant.*
Dij non semper in eodem loco permanere debent.
5 *Reges multi non fixam Curiam habere solebant, sed per Regnum ferebantur.*
6 *Traianus Imperator laudatur, quia velocissicissimi Syderis more, omnia vidit.*
7 *Augustus Cæsar Orbem vagando, præsentia sua bona omnia secum ferebat.*
8 *Sacro Consilio Neapolitano præfuerunt Reges Alphonsus, & Ferdinandus Aragoniæ, causas audiendo.*
Elisabeth Regina, Vxor Regis Catholici plures Hispali lites decidit.
9 *Imperatores, & Reges multi astiterunt in Consilijs, & in Senatibus Orationes recitarunt.*
Maximilianus, Carolus Magnus, Ludouicus Pius, & Lotharius Imperatores, sedere in iudicijs voluerunt.
10 *Orationes plures Principum in Senatu recitatæ, in legibus reperiuntur.*
Consilium Cæsareum in Palatio Imperiali fuit ædificatum.
11 *Reges nostri nunquam sederunt in Tribunalibus Regiæ Cameræ, & Magnæ Curiæ Vicariæ.*
Præstantia S. C. Neapolitani demonstratur, quia Reges in illo sederunt.
12 *Officiales digniores reputantur illi, qui sedent propè Principem.*
Princeps in Senatu, quando assidere desiderat, in altiori loco sedere debet, scilicet in Solio.
13 *Præsidentia in Senatu Superioritatem denotat.*
14 *Imperatores præsiderunt in Camera Aulica Spiræ.*
Litium finiendarum remedium erit, si Reges in iudicijs præsiderent.
15 *Præsidentes Tribunalium creati fuerunt ob multitudinem negotiorum, vt nomine Regum præsideant.*
Consilium Neapolitanum more Regio omnia tractat.
16 *Proregibus titulum Illustris tribuit Sacrum Consilium Neapolitanum, more Regio.*
17 *Sacrum Consilium in forma Tribunalis nemini obuiam vadit, nisi Regi, Proregi, & Consanguineis Regum.*
18 *Principes Italiæ ad nostram Ciuitatem appulsi, nō salutati fuerunt in forma publica à Sacro Consilio Neapolitano.*
19 *Reges non debent semper in Iudicijs assistere, sed aliquando in maioribus, & arduis causis.*
20 *Senatus Parisiensis in causis grauibus ad Carolum VIII. rescribebat, vt ad Senatum venisset.*

Licèt

Licet Officiales ſua negotia expediant, hoc
tam en non efficit, vt deſerant Principes
1 gubernacula Populorum, & commiſſos ſibi
ſubditos audire, aliquando non debeant, pro-
ut res popoſcerit, ideo Salomon cum ſe Re-
gem conſtitui viderit, non dies multos, vel
diuitias à Deo poſtulauit, ſed cor docile hoc
eſt audiens, vt 3.*Reg.* 3. 9.& ſapiens, quaſi pars
ſapientiæ in audiendo conſiſtat *Eccleſiaſtic.* 3.
34., & habemus in *Deuter.cap.*1.16.vbi Moy-
ſes poſtquam Iudices populo conſtituit, eis
præcepit dicens *Audite illis, & quod iuſtum
eſt iudicate, ſiue ciuis ſit ille, ſiue peregrinus.
Nulla erit diſtintio perſonarum, ita paruum
audietis vt magnum, nec excipietis cuiuſquam
perſonam, quia Dei iudicium eſt*, & dum Da-
2 uid Rex non ſic de facili audiebat Populos,
Abſalon eius filius, quia ſeditionem parare
volebat contra Patrem, vt populorum ani-
mos ad ſe attraheret, facilem, & gratam au-
dientiam, cum Rex factus eſſet, pollicebatur,
vt *Regum* 2. *&* 15. quam audientiam
Populis præbuiſſe, legimus omnes Reges, &
Principes, vt de Philippo Auguſto, duobus
Carolis Septimo, & Octauo, Ludouico XII.
& alijs refert *Antinach.lib.*3. *comm. theor.*35.
& de Roberto Tertio Scotorum Rege, qui cau-
ſas populorum æquiſſimè audiebat *Hect. Boe-
thius lib.*16.*Zuuinger.vol.*18.*Theatr. huma.lib.*
1. & aſſiduè obſeruarunt noſtri Religioſiſſi-
mi Reges Hiſpaniarũ in illis Regnis, vbi mo-
rati fuerũt, vel eius Proreges. Salus enim Sub-
ditorum, ex iſta Principis attentione reſul-
tat, nam cum viderint Miniſtri, Principes
aures omnibus præbere, etiam illi attentè
inuigilant, ſin vero dominantes habeant au-
res ad querelas ſubditorum clauſas, oppreſſio-
nes etiam iſti, tanquam de re aliena parũ cu-
rabunt, vt etiam aduertit *Antonius Perez fol.*
206.*aphor.*270.

Imo conſulunt Politici, valde vtile, & neceſſa-
3 rium eſſe Regibus, vt etiam per ſui Regni
Prouincias vltro diuagentur pro populis au-
diendis, ad Solis inſtar, qui Orbem circum-
dat, vt proprijs oculis oppreſſiones, & neceſ-
ſitates ſubditorum videant, & audiant, di-
xerunt *Bouad.ll.in politic.lib.*2. *cap.*16. *nu.* 14.
Velaſquez de optimo Principe pag. 356. *& ſeq.
Petrinus lib* 4.*cap.*8. *&* 57.*Marquez del Gouer-
nador Christian.lib.*2. *pag.* 151. *Contzen lib.*7.
*politic.cap.*9.*per tot.* debent igitur nedum per
Tribunalia vltra diuagare proprijſque oculis
illa luſtrare, & illuſtrare, ſed etiam Regna,
& Prouincias circuire, vt Maieſtatis ſuæ ra-
dijs foueant ſimul, & faueant, ſacroſ enim
4 vultus tribuere dicuntur Reges, quando eo-
rum præſentiam illis demoſtrant, vt dicitur
*in l.vnica C.de public.lætit. lib.*12., & ad pro-
poſitum voluit Apollonius Thyaneus, apud
Philoſtratum lib 4. *cap.*13. *in fin.*, quod Dij
non ſemper in eodem loco permanerent, ſed
nunc ad Æthiopos, nunc ad Olympum, nunc
ad Athum proficiſcerentur, vt vniuerſas gen-
tes perambulando tranſirent, atque luſtrarẽt,
propterea legimus antiquos Reges ſuas Pro-
uincias viſitaſſe, vt de Ferdinando III. Rege
Caſtellæ, qui laudatur à *Mariann. lib.* 13.*cap.*
3., quia præcipuas legiones, & Caſtellæ Vr-
bes circumduxit, proindè non fixam in ali-
5 qua Vrbe Curiam, & habitationem habere
ſolebant, ſed per Regnum vt res popoſceret
ferebantur, interdum cum exiguo Comita-
tu in vindictam aliquorum criminum perſo-
naliter proſilibant, vt de Alphonſo VII., &
Ferdinando Catholico, aliiſque tradunt *Sa-
uedra in Idea politica emblem.*21.*pag.*142., *&*
6 *emblem.*22.*pag.*146.*& Solorzan.emblem.*62. *n.*
24., idem ſcribit de Leſco Albo Duce Polo-
niæ, qui obibat cunctas regiones ditioni ſuæ
ſubiectas, cauſaſque, & controuerſias hominũ
omnibus in locis ipſe per ſe cognoſcebat, &
iudicabat *Crom. lib.* 2. *rerum Polon.* meritò
Plinius Iunior ſuum Traianum commenda-
uit in eius *panegir.* Quod velociſſimi Syderis
more, omnia inuiſerit, omnia audiuerit, idem
de Auguſto Cæſare traditur, quod in multis
expeditionibus perſonaliter intererat de ini-
micis victoriam reportando, ideo ſcripſit *Pa-
tercul in hiſtor. Auguſti tom.*1. *pag.*30. Quod
7 Orbi Terrarum præſentia ſua bona circum-
ferebat, nam illa habent indubitatã fidem,
quæ hominum oculis contuentur, non quæ
auribus percipiuntur, ſic legimus præteritum
Sæculum laudaſſe Maieſtatem Caroli Quinti
Cæſaris, qui multa ſua Regna, & aliorum
etiam inuiſit, in multis ſuis expeditionibus,
quas retulit *Velaſquez in pag.*357., & multum
hoc conuenire Regibus demoſtrat *Sauedra
loc.cit.emblem.*86.*pag.*643.

Quo documento bene inſtructi noſtri Sapientiſ-
8 ſimi Reges, quando noſtrum Supremum Se-
natum conſtituerunt, in eo ipſimet Alphonſus
Primus, noſter Rex, & Ferdinandus eius fi-
lius præerant, vbi non ſolum cauſas audie-
bant, ſed illas etiam committebant ſuis Con-
ſiliarijs, earum relationibus, & deciſionibus
aſſiſtebant, vt fatentur noſtri Regnicolæ, ſci-
licet *Iulius Cæſar Capaccius in lib. intitulatò il
Foraſtiero nel giorno 7 fol.*586. *Reg.Tapia in lib.*
1.*iur.Reg.in rub.de offic.S.R.C.num.*6.*Freccia
in lib.*1.*de ſubfeud.in til.de antiq ſtat. Regn.nu.*
38.*Surgente de Neapol.illuſtr.cap.*17. *num.*45.
*Capyc.latro dec.*68.*num.*8. *tom.*1. *& Dom. Reg.
Petra in ritu* 1.*num.*21., idem legimus obſer-
uaſſe Salomonem qui iudicio præſedit *lib.*
1. *Regum* 3. & Eliſabetham Reginam
vxorem Regis Catholici, plures Hiſpali li-
tes deciſiſſe, quas multis retro annis Magi-
ſtratus ab ea poſiti, dirimere non curarunt, fa-
tentur *Sauedra loc.cit. pag.*146 *&* 147. *Solor-
zan.d.emblem.*62. *num.*24. Regum enim offi-
cium eſt facere iudicium, & iuſtitiam, *cap.*

Regum 23.quæst.5. Ideò eorum proprium munus erit iudicare, & non sine causa gladium portant, inquit *Paul.ad Rom.in cap.13.cap.non solum 23.quæst.5.Thesaur.in præfat.ad dec. Pedam.num.12.* hac de causa Serenissimus Dux Sabaudiæ multoties in suo Senatu assidet, testatur *Thesaur.loc.sup.cit.* Imo & ipsimet Imperatores assistebant in Consilio, vt apparet
9 ex *epistol.D.Ambrosii lib.5.epistol.133.* relata à *Tobia Pauermeister.de iurisdict. Imper.Roma. lib.2.cap.6. num.5.*, inter quos numerantur Traianus, Adrianus, Antoninus, Alexander, & alii, qui in foris lites terminabant, vt dixerunt *Autimach.lib.3.commen. theor.35. Gothofred.in auth.habita C. ne filius pro patr., vbi Gipham & Pac.de priuileg.studios. cap.vlt nu.3.* prout de Imperatore Antonino habemus in *l.Emilius largianus ff.de minor.& l.penul ff de his qui in testa.delent.*sic legimus Maximilianum Primum, bis iudicio Cameræ interfuisse, & supplices libellos subscripsisse, & Carolum Magnum attentè audire non recusasse, imo iura eorum proponi ordinasse, atque patienter eos audiuisse, & si poterat placidè ex bono,& æquo componebat, sin minos sententiam pronunciabat *Antimach. d.theorem. 35.ex annalib.anni 809.& 814.*Sic Ludouicus Pius, & Lotharius in vno die vniuscuiusque hebdomadæ sedere in iudicijs voluerunt ad lites iudicandas, non minus Hugo Primus Elector Brandeburgensis certas designauit horas ad lites finiendas,& noster Rex Catholicus bis in qualibet hebdomada assidebat in Consilio Regali per leges legum Castellæ, vt in *l.2.til.2.lib.4.recopil.* & testatur *Dom. Consil.D.Petrus Antonius Chanarri* Eques Calatrauæ, Vir certe Doctissimus,& Splédor Iuriscósultorum Hispanorũ *in sua Didascalia par. 3. til.de orig.Consiliar. num 15.* Hinc tot oratio-
10 nes Principum in Senatu recitatæ reperiuntur,in *l 1.& 2 ff de feriis l. cum hic status ff de donat.inter.vir.l.cum hi ff de transactio. l.oratio 16 ff.de sponsalib.l.1. ff. de Tutor. & Curat. dat.Brissonius in lib.antiqu. cap.16 Arumeus de iure publico tom.1. discurs.13. quæst.1.pag. 207.*, & cum ratione quia ipse Princeps est caput Senatus, & de numero suorum Consiliariorum *laus Senatorum C.de dignit. lib.12.* vbi ipse Iulianus Imperator in Senatorum numerum se retulit, vbi *Io: de Platea Boer. de auth.Mag.Consil. num. 130.* sicutè contra Senatus pars Principis dicitur *l.quisquis C.ad l. Iul.Maiest.*

Imo iudicarunt salubeerimum hoc remedium esse breuiandarum litium, si ipsi met Reges ius dicant *Bodin.lib.4.de Republic.cap.6. Henric.Stephan.in musa Princip. carm. 19. & 20. In ga Valentin.in parthen.litigios. lib.2. cap.10. num 5.*, nam si iuuat præsentia Ducis in bello, vt demostrat *Obrecht. de iure belli disp. 2. theatr.118.* magis prodest præsentia Principis in foris, vbi bellum ciuile agitatur *Bocer. de iure pugna, Heresbach. de administr. Reipublicæ Christian.cap.6.Valentin.in parthen. litigios.cap.3.lib.1. num.30.* Principes enim si in Prætorijs præsint, vana, & tediosa colloqoia Aduocatorum possunt restringere, vr suntias Causidicorũ reicere, rigorosas leges ad æquitatem temperare, & si viderint pauperes litigantes à potentioribus conculcari,eorũ benignitates in rigorem conuertere, & tandem Magistratus ob rectam administratam iustitiam,maioribus præmijs, & largitionibus remunerare, & si secus punire. Hac de causa cognoscitur ratio, cur antiquitus lites statim dirimebantur,quia scilicet Reges inPrætoriis præerant, & subditi acquiescebanr eorum iudiciis, ingenti enim gaudio, & alacritate Populi, & Tribunalia afficiebantur, vbi suorum se Principum aspectu resoneri cognoscebant,maiora enim gaudia de conspectu Principis Popoli sentiunt, quam de largitate, si beneficia consequerentur.

Proinde locus vbi noster Senatus, prios congregabatur erat propria domus nostrorum Regũ, quæ hodie deseruit pro Consilio Collaterali, quod illo tempore non erat fundatum, non minus ac Consilium Imperatoris, quod ab initio in Palatio Imperiali fuit edificatum, & Prætorium Principum appellabarur, idem *Peuremeister.d.cap.6.num.5.*, in quo Imperator solus præsidebat in Sella Curuli, quam circumstabant Consiliarij.

Ex ista enim Assistentia,quam Reges habuerunt in nostro Senatu cognoscitur eius PRÆ-
11 STANTIA, erga alia Tribunalia nostræ Ciuitatis, & Regni, nunquam enim legimus nostros Reges personaliter præsuisse in Tribunalibus Regiæ Cameræ, & M.Curiæ Vicariæ iustitiam administrantes, sed tantum in nostro Sacro Consilio consederunt, idcirco excellentia eius manifestatur, nam Officiales, qui hac prærogatiua decorati fuerunt sedendi insimul cum Principe, vel prope ipsum,
12 reputantur digniores illis, qui talem honorem non receperunt, & sicut in Cælo, qui Deo proximior est dicitur altius sedere, iuxta *Glos.in §.aliam til.de bonor.possess.* ita in Terra is magis dicitur honorari, qui prope Principem sedet, *Glos.in dict.§.aliam, & ibi DD.& Bald.*, magis namque illustratus dicitur qui ad latus Principis assidet *Io: de Montaygon de auth.mag.Consil.num.4. Dom.Reg.Preta in ritu 1.num.10.circa fin.Bald.consil.387.in princ.lib. 1.*, quem sequitur *Tusch.tom.2. practic. concl. 340.verb.dignitatum maioritas n.2.*

Et nota quod quando Principi placet in Senatu assistere in altiori loco sedere debet, *Glos. in § aliam vero instit.de bonor. possess. Bald. consil. 387.in princ.Archidiaconus lib.1.*, scilicet in Culmine, quod appellatur ille locus altus, super omnes gentes ad Curiam preparatus, *l. bene*

bene à Zenone C. de quadrien. præscript. cap. Principes sæculi 23.quæs.5, Chassan. in catalog. glor.mund.par.5.consid. 32., & hodie Solium appellatur *cap. quorumdam in princ. & ibi Archidiacon.de electio.*, à Græcis vero Thronus dicitur illa sedes superemioens, ad quã per aliquos gradus ascenditur, quæ alta, & excelsa sedes nuncupatur à *Glos.in cap dudum de Sepultur.*, sicut est illa excelsa Sedes Romani Pontificis expræssa *in cap fundamenta §.ue autem de electio.in 6. Glos.in d.clem. dudum*, vbi facit differentiam inter Solium, Cathredam, & Tribuoal his versibus.

Rex Solium, Doctor Cathredam, Iudexque Tribunal
Possidet, ac Sedem Præsul, prætorque curule.

Ex qua Præsidentia in Senatu superioritas denotatur, in illis casibus, in quibus poterit
13 forsan dubitari, an sua sit iurisdictio, *Arumeus de iure publico discurs.*10.*pag.*182.*tom.*1.
vbi ad probandum Cæsaream Maiestatem non se abdicasse supremum potestatem, in erectione Cameræ Imperialis Spiræ, adducit
14 præsidentiam bis factam Imperatorum in illa Suprema Aulica Camera, aliter enim dicit *Arumeus* in culpam incidissent, si iurisdictioni ad se non pertineoti, à qua se abdicauerant, se immiscuissent, sed quia supremam iurisdictionem illius supremi Concistorij reseruauerant, ideo potuerunt Imperatores ibi residere tanquam Capita, & footes omniũ Iurisdictionum.

Intellige tamen omnia supradicta de personali assistentia, cum aliquo moderamioe, nõ enim
15 censeo semper debere Principes in iudiciis assistere, sed aliquádo, in causis .s. grauioribus, obseruando illud Moysis preceptum *Exodi* 18.*versl.*19.*à me sup.traditũ in præfat.n* 7.*pag.* 3., qui ordinauit Iudicibus ab eo deputatis, *Vt minora iudicent, maiora autem ad me referant*. Hac de causa in causis arduis, Senatus
16 Parisiensis ad Carolum Octauum rescribebat vt ad Senatum venisset iuris dicendi causa, tradit *Choppin. de dom.Gall.lib.*3.*til.*7.*nu.*16. Vel si forsan reperiretur Princeps in Prouincijs, poterit Populos audire, qui ad se accedere non valebant, vt legimus de Friderico I. Imperatore io Campestribus Roncaliæ tanta dexteritate de iore respondisse, vt ex infinita quærulorum multitudine, vix vllus superfuerit, qui aut plenam de lite victoriam, aut cõpetentem cum aduersario transactiooem, cũ gaudio noo reportauerit, vt post *Rodeuu.lib.*2. *cap.*5. dixit *Valent.in parth.lit.lib.*1.*c.*2.*nu* 24. In ordinarijs vero causis, Regis personam tam excelsam detineri, politica ratio non suadet, nec etiam vtile existimaront Principi, per se ius dicere, & tempus ad clamores Populorum cousumare, vt demostrant *Bodin.lib.* 4.*de Republic.cap.*6. *Henric.Stephau.iu musa Princip.carm.*19.*&* 20.*Huen. disp. politic.* 5. *thes.*60.*Kirchu.disp.*11.*thes.*2. *Facius in politic. liuiana par.*3.*error.*12.*Bullinger.de imper.Rom. lib.*3.*cap.*24.*Besold.lib.*2 *politic. cap.*3. Ideo ex multitudine causarum, & aliis Regni negotiis ipsi Reges impediti, vt fatetur *Imperator in l.præcipimus* 32 *C.de appellat. Besold.de appell.iuuan.cap.*2.*num.* 21., creauerunt Præsidentem, qui loco eorum præesset, & causas Consiliarijs committeret, *Thesaur. in præfat. ad dec.pedam num.* 22., *Reg.Capyc.latro decis.* 68.*num.*8.*& seq.lib.*1. vbi dicit, quod Regis nomine Præsidens noster omnia gestat, & hac de causa supplicationes, quæ Præsidenti nostri Consilii porriguntur, describuntur cum titulo S.Regiæ Maiestatis, qui dabator ipsimet Regi quando ei præsentabantur, *Staiban. resol.*134.*n* 16.*tom.*2., & infra late dicemus. Ex hoc etiam resultat, quod sentẽtiæ, quæ in nostro Supremo Consilio promulgantur, sub nomine Regiæ Maiestatis publicaotur, vt etiam testantur *Afflict.dec.*120.*num.*6.*& Staiban.resol.*50.*num.*11.*tom.*1., *& resol.* 134. *num.*21. *tom.*2. post alios ab eis citatis, vt iosra etiam late dicemus.

Ex hoc tandem resultat, quod Sacrum nostrum Consilium regio more omnia gerit, propterea non alium Titulum tribuit Domiois Proregibus huius Regni, nisi titulum Illustris,
16 illum eundem titulum, quem largitur ipse Rex suis Proregibus, vt aduertit *Tasson. in pragm.de antefato versl.*3.*obseru.*3.*nu.*66., hac etiam de causa nostrum Sacrum Consilium in forma Tribunalis nemini obuiam va-
17 dit, nisi Regi, Proregi, & Consanguineis Regom, vt fatetur idem *Tassonus loc.cit.n.*72. vbi obseruauit, quod cum in hac Ciuitate se contulerit Serenissimus Princeps Philibertus filius Ducis Sabaudiæ, consanguineus nostri Regis tunc regnantis, illum in forma Tribunalis vnitum, Sacrum Consilium salutauit, idemque vidit practicatum in anno 1630. quando Serenissima Infans D. Maria de Austria Soror nostri Regis Philippi Tertij, ad Regem Vngbariæ suum virum proficiscebatur, quam etiam io forma Tribunalis noster Senatus salutauit, sed non idem agit cum aliis Proceribus, & Magnatibus Hispaniarum, qui per nostrum Regnum pertranseunt, & nostram Cinitatem petunt, nam cum filius Ducis Aluæ Orator ad Pontificem Vrbanum Octauum fuerit expeditus, & ad nostram Ciuitatem se contulerit, noluit oostrum Consilium eum in forma Tribunalis visitare, sicut fecerunt Tribunal Regiæ Cameræ, & M.Curiæ Vicariæ, sed omnes Consiliarij diuisim ad congratulandum accesserunt, vt fatetur idem *Tasson.loc.cit. num.* 72. Sic etiam meis temporibus cum circa anoum 1685., vel 1686. Serenissimi Duces Mantuæ, & Mutinæ per Italiam vagarentur, nostram Ciuitatem appulsi, nec etiam fuerunt à Sacro Coosilio io forma publica salutati.

PRÆSTANTIA VIII.

Præstantia S. Consilij Neapolitani cognoscitur ex numero Consiliarorum.

SVMMARIVM.

1 *Reipublicæ expedit, vt plures Iudices adhibeātur in administratione Iustitiæ.*

2 *Iudices plures congregare, vt Iustitiam tribuāt iuuat politico regimini.*

3 *Senatus Romanus ex numero centum Senatorum constituebatur, postea ad triginta redactus fuit.*

4 *Senatus Romanus in locum Populi Romani successit.*

5 *Alexandri Seueri Consilium ex viginti Senatoribus componebatur.*

6 *Senatus Mediolanensis ex duodecim Senatoribus conflatur.*

Senatus Sabaudiæ ex quindecim Senatoribus formatur sub vno Præside.

7 *Leges Longobardorum septem Scabinor statuerunt.*

8 *Senatus Saxonicus ex tribus Senatoribus formatur.*

Aquisgranensis Senatus ex octo Senatoribus cōponitur.

9 *Poloniæ Senatus fuit constructus à Stephano Rege, cum octo Senatoribus.*

10 *Consilium Neapolitanum fuit prius formatum cum numero sex Consiliariorum, postea septimus fuit additus, deinde modo auctum, modo diminutum sub Regibus Aragoneis.*

11 *Consilio Neapolitano alij Consiliarij fuerunt adiuncti à Carolo Quinto Cæsare, vsque ad numerum duodenarium.*

12 *Consilium Neapolitanum Reges Austriaci auxerunt, vsque ad numerum viginti trium Consiliariorum, sed viginti tantum accedunt ad Sacrum Consilium.*

13 *Præstantia Sacri Consilij Neapolitani cognoscitur ex numero viginti Consiliariorum, quibus continue regitur.*

14 *Consilium Regis Franciæ constituitur ex viginti Consiliarijs.*

15 *Camera Aulica Imperialis, quæ Spiræ residet, vsque ad annum 1570. ex sexdecim Consiliarijs constituebatur, postea in anno 1628. residebant triginta octo, sub tribus Præsidibus.*

16 *Rota Romana Sacrum, & Supremum Tribunal est totius Orbis Christiani, & Splendor Vrbis, & Orbis.*

17 *Rota Romana regitur ex duodecim Auditoribus, qui sunt duodecim Salomones quatuor linguarum.*

Ducatus ille est præferendus, qui subditos habet illustriores.

18 *Collegium, vel Religio excellentior est alia religione, si vna habet plures Religiosos, quam alia.*

Rex Hispaniarum omnibus alijs Regnis præfertur, quia habet plura Regna sub se.

19 *Regina potest esse de Consilio Regis, & à dextris Regis sedere debet.*

Lacedemonij, mulieres ad Consilium vocabant.

20 *Regina gaudet omnibus priuilegijs fiscalibus, & priuilegio leg bene à Zenone.*

21 *Regina Franciæ potest facere gratias in suo iucundo aduentu.*

22 *Regina non potest facere leges, nisi sit Regni hæres, & domina.*

23 *Reginæ nuptæ spectant iura Regni, non ad maritum.*

24 *Fœminæ ab omnibus officijs ciuilibus, & publicis repelluntur.*

Heliogabolus matrem suam in Senatu interuenire iussit.

25 *Archiepiscopus Neapolitanus potest esse de Cōsilio Neapolitano.*

26 *Archiepiscopus Neapolitanus, antequam fuisse Cardinalis fuit Præsidens S.C.*

27 *Episcopi sunt de Consilio Principis.*

28 *Episcopi antiquitus iudiciariam potestatem habebant super omnibus causis fidelium, ad reformandas sententias à Laicis Iudicibus latas.*

29 *Causæ omnes antiquius, tam Clericorum, quā Laicorum deferebantur ad Ecclesiam.*

30 *Episcopis, multa Imperatores nostri commiserunt, scilicet referre homines probiores pro magistratibus prouidendis, vt ab Officialibus iuramentū de fideliter administrādo recipiāt, & si deliquerint crimina denuncient, & alia.*

31 *Archiepiscopus poterit cognoscere causam suspicionis Iudicis Laici.*

32 *Episcopus poterit cognoscere læsionem datam à Iudice Laico.*

Episcopi possunt cum Defensoribus Ciuitatis causas Laicorum cognoscere, si in Ciuitatibus non adsint Iudices.

33 *Syndicatus Officialium causas, possunt examinare Episcopi.*

Scholares possunt conueniri coram Episcopis.

34 *Episcopi per leges Gothorum habebant potestatem, ne dum discutiendi litigia, sed etiam distringendi Iudices male iudicantes, & oppressiones cognoscere.*

35 *Iudex Ecclesiasticus poterit adiri, si Iudex Laicus negligens fuerit, non sic è contra.*

Iudex sæcularis etiam rogatus suum officium non potest in Ecclesiasticos impartiri.

36 *Iudex Ecclesiasticus adiri poterit à Pupillis, & Viduis per viam electionis fori, sed hodie non obseruatur in Regnis Hispaniarum, Galliarum, & Italiæ.*

Proceres duo assistebant tempore Regis Ferdinandi in Sacro Consilio cum Conciliarijs, & cur.

37 *Rex Hiſpaniarum in Regio Conſilio Caſtri Capuani, aliquando eligit Conſiliarios extraordinarios, ſed raro.*

38 *Officiales honorarij, ſeu ſupernumerarij non gaudent priuilegijs Ordinariorum.*

39 *Proreges noſtri antiquitus eligebant Proconſiliarios, qui accedebant ad Conſilium.*

Baldaxar Gobnus fuit Proconſiliarius Sacri Conſilij Neapolitani.

40 *Conſiliarius Ordinarius præfertur extraordinario, etiam antiquiori.*

41 *Conſiliariorum noſtrorum numero, aſcribebantur Oratores Principum, qui ad noſtros Reges Neapolitanos ab exteris Principibus mittebantur.*

42 *Regentes Regiam Cancellariam noſtri Regni rogati in cauſis arduis accedebant ad Conſilium, & ad Tribunal Regiæ Cameræ pro cauſis decidendis, ſed hodie non obſeruatur.*

43 *Regens Daueſe Caſata laudatur, qui fuit Viſitator noſtri Regni in anno 1680. & aliquoties ſe contulit ad Sacrum Conſilium, & Tribunal Regiæ Cameræ, pro cauſis arduis decidendis.*

44 *Iudices inſimul in eadem Curia non poſſunt eſſe Pater, & filius, duo fratres, vel Socer, & Gener, ſecus in diuerſis Curijs.*

45 *Iudicis putatiui acta, an & quando valeant.*

46 *Lites in hoc Regno Neapolitano non retardantur ob pigritiam Conſiliariorum, ſed ob malitias procuratorum.*

47 *Lites Sacri Conſilij Neapolitani, ideo cito non terminantur, quia aliquando non bene merita cauſarum diſcutiuntur à Conſiliarijs.*

Conſiliarij debent eſſe velocis non tardioris ingenij.

48 *Lites multæ in Regno Neapolitano ob paupertatem Populorum, & luxum Nobilium.*

49 *Romani, & Hiſpani laudantur, quia parcè domeſtica prandia tractant.*

50 *Veneti ſunt Reliquiæ Romanorum, in priuatis domibus ſunt moderati, ſed in publicis demonſtrationibus Magnanimi.*

51 *Galli, & Germani immoderatè viuunt, & veſtiuntur.*

52 *Neapolitani notantur nimio luxu, quo viuunt, tam mares, quam fœminæ.*

53 *Marchio Carpij Prorex Regni Neapolis, purgauit Prouincias Regni à latronibus, caſtigando Barones protectores, ut etiam prohibuit per ſuam pragmaticam ſanctionem luxum veſtiũ, & famulorum, ſed poſt ſui obitum in deſuetudinem abijt.*

54 *Marchio Carpij Prorex obijt Neapoli in die 16. Nouembris 1687.*

55 *Neapolitani Populi potius æſtatem pati exoptant, quam pompoſam vitam moderare.*

56 *Lites multæ in Regno, quando augentur, adiuuant Ærarium Principis.*

Scientia iuris ciuilis Nobiliſſima, inter artes mechanicas hodie numerari poteſt.

Cauſidici in Regno Neapolitano proteguntur à Curijs Regijs.

57 *Officia Magiſtrorum actorum iuſtitiæ in Regno Neapolitano venduntur caro pretio, cum lucro Fiſci, ob tot lites, quæ vigent.*

SApienter quidem I.C. Pomponius ſcripſit in
l. 2. §. poſt originem ff. de origine Iuris, parum
eſſe ius in Ciuitate adeſſe, niſi ſint, qui Iura
1 regere poſſint; *Sturcius de reg. Iuris leg. 70. n.*
1., ideo expedit Reipublicæ, vt plures Iudi-
ces, & magiſtratus adhibeantur, ad admini-
ſtrationem Iuſtitiæ, nam melius Cauſæ tra-
ctantur coram pluribus Iudicibus, quam co-
ram vno, dixit *Ariſto. polit. lib. 3. cap. 11. Coſta*
in dom. ſupplic. annot 2. num. 14., quia veritas
per plurium oculos facilius aſpicitur, ac ſecu-
rius manifeſtatur, cum non poſſit locus inſi-
dijs relinqui his, quæ multis ſunt oculis ſpe-
ctata, vel multis ſenſibus inſinuata, *cap. pru-*
dentiam 21. de offic. deleg. l. fin. C. de fideicom-
miſſis, Solorzanus de Iur. Indian. tom. 2. lib. 2.
cap. 28. num. 12. Aucheran. in præfatione dec. Pe-
damentana cap. 7., & vt inquit *Bodinus lib. 4.*
de republica cap. 4., habent ſinguli quaſdam
prudentiæ particulas, quæ ſimul collatæ vnã
2 excellentem conficiunt; Et hoc etiam publi-
cæ vtilitati intereſt, ac politico regimini iu-
uat, plures Iudices adhiberi, vt negotia ex-
pediant, & iuſtitiam tribuant, nam ſi vnus
Corruptus fuerit, vel negligens alter poterit
eius defectum ſupplere, cum multitudo mi-
nus ſubiaceat corruptioni, quemadmodum
aquæ magna congeries cum difficultate per-
turbatur, & corruptionem non patitur *Pa-*
normit. in cap. ſancimus de maleficijs, Couarru-
uias lib. 2. variarum cap. 10. num. 6. Bouadilla
lib. 2. polit. cap. 17. num. 94., Larrea allegat. 70.
num. 13. Auendanus de eſequ. mand. cap. 6. nu.
12. verſ. Iudices, Salgadus de regia protectione
parte 2. cap. 17., & præcipue num. 32., & par-
te 3. & par. 13. num. 67., Ideo conuenit plu-
res Conſiliarios ad Supremum Conſilium
conuocare, cum per plures homines veritas
perfectiſſimè denudetur, *l. fin. C. de fideicom-*
miſſ. cap. de quibus 20. diſtin. Gregorius Lopez
lib. 5. til. 16. par. 3. Gloſ. 1., Coſta d. annotatione
2. n. 14. Afflict. in conſt. cum Iuſtitiæ n. 1.
Hac de cauſa Reipublicæ Romanæ Senatus. qui
fuit à Romulo Vrbis Conditore Inſtitutus, vt
3 fatetur *Titus Liuius lib. 1. dec. 1.* componeba-
tur ex numero centum Senatorum *l. 2. §. de-*
inde ff. de orig. iur. l. fin. C. de petit. hæred. Coſta
in domo ſupplic. annot. 1. num. 8., qui ſubdit
quod honorabilis Cetus appellabatur, *ex lege*
fin. Cod. de legibus, Alexa. ab Alex. in dies genial.
lib. 4. cap. 11. in principio, iſti enim centum
viri, in locum Populi Romani ſucceſſerunt,
nam cum prius Populus interueniebat, &
interrogabatur, quando Conſul legem fere-
bat, cum cuius Conſenſu lex promulgabatur,

l. lex

l.lex est commune, *& ibi Albe.*, *& in leg. non ambigitur ff. de legibus*, cum postea ita auctus fuisset, vt in vnum conuenire non potuisset, causa legis faciendæ, visum fuit Senatum vice Populi constitui, cuius consilium adhibe-
4 ri debebat, vt in *d. §. Senatus instit. de Iure naturali*, *Archidia. in cap. Senatus Consultum 2. distintione*, *Lucas de Penna in l. omnes C. de decurio. lib.* 10. *Martin. Laudens. de consil. Princip. quæst.* 31. qui alios allegat, & quamuis *Budæus in annot ad l. fin. ff. de Senator.* repræhenderit Acursium, & DD. supracitatos, fundans aliud esse centum virale Iudicium, & aliud Iudiciū Senatorū, aliudq; Æropagitarū, nihilominus impugnatur à suo conciue *Boerio de anth. magn. consil. n.* 180., & licet etiam videatur asserere, *Thesaur. in præfat. ad decis. pedament. num.* 22. *circa fin.*, quod ille erat numerus centum Senatorum, qui ad totale Reipublicæ regimen, seu statum erat præfixus, non ad Senatum iudiciarium regendum, attamen *Bodinus* antiquitatum perscrutator in *lib. de Republica lib.* 3. *cap.* 1. *col.* 8. dixit quod isti Centum viri causas omnes ciuiles, & criminales dirimebant, & sic Senatum iudicialem, non Status componebant, prout idem concludit *d. Thesaur. loc. cit. n.* 23., deinde fuit diminutus numerus Consiliariorum Principis, & definitus, vt essent triginta, *leg. decurionibus §. ijs addicimus*, *& ibi Ioannes de Platea*, *& Lucas de Penna C. de silentiarijs lib.* 12. *Carol. de Grassalijs de regal. Franciæ lib.* 1. *§. Insuper pag.* 164., præter istum numerum Senatorum illius Reipublicæ, licitum erat Principi, seù Imperatori alios ad Consilium vocare, fatetur *Ælius Spartianus in vita Adriani.* ibi: *erat enim tunc mos, vt cum Princeps causam cognosceret, & Senatores, & æquites Romanos in Consilium vocaret, & sententiam ex omnium deliberatione proferre*, vt tradit *Menoch. de arbitr. lib.* 2. *Centu.* 6. *casu* 518. At
5 Alexandri Seueri Consilium, quod omnia alia aliorum Principum superauit, ob eminentes viros, quos in eo præesse voluit, scilicet Domitium, Vulpianum, ac Iulium Paulum, legum Vertices nuncupatos, Pomponium legum doctissimum, Calistratum, Martianum, aliosque quamplures, non pauciores viginti adiungi iussit, teste *Lampridio* relato à *Tobia*, *Panremeister de Iurisd. Imper. Rom. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 7., & Cartaginenses formarunt Senatum triginta Consiliariorum, teste *Tito Liuio lib.* 30.

Moderni oribus temporibus diuersa Regna in Europa, diuersum numerum Senatorum sibi constituerunt, auctum, vel diminutum sicut necessitas poposcit, nam legimus in Senatu Mediolanensi, duodecim Senatores re-
6 sidere, cum eorum Præside, quamuis alias sub antiquis Ducibus, Senatus ille vigintiseptem Senatoribus constaret, scilicet duodecim Iurisperitis, quinque Prælatis, & nouem militibus, refert *Caluinus de æquitate lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 4., & tempore quo scripsit *Thesaurus in præf. ad dec. pedam. n.* 23. refert viginti quatuor extitisse. Sic Senatus Sabaudiæ formatur ex quindecim Senatoribus, in duabus Classibus diuisis sub vno Præside in Augusta Taurinorum, tradit *Thesaur. in præfat. ad dec. pedam. num.* 36. *in fin.*, & prius in *ead. præfat.*, dixit fuisse duodenarios.

Per leges Longobardorum numerus septena-
7 rius erat præfissus, vt *in lib.* 2. *til.* 52. *l.* 23., & in capitulis Caroli Magni *lib.* 3. *cap.* 40. Scabini septem designati fuerunt ad omnia pla-
8 cita. De Iure Sassonico sancitur, vt pauciores tribus esse non debeant, *Fredericus Brummer. de Scabinis cap.* 6., Aquisgranensis vero Senatus octo viribus fuit formatus. Nō sic Ste-
9 phanus Rex Poloniæ, qui contentus extitit, sex scabinos tantum eligere, vt curiosè tradit idem *Brummer. loc. cit.*, ex his, & similibus vide, quod non vbique apud omnes Principatus numerus fuit idem Constitutus, sed sicut necessitas, & copia subditorum exigebat, vel placitum Imperantium pro lege constituit.

Nostrum vero Neapolitanum Consilium in pri-
10 ma ætate suæ constitutionis sex tantum Consiliarios Iurisconsultos detinebat, sub nostris Regibus Aragonensibus, qui congregabantur in vna Aula cum prouisione annuorum ducatorum quincentum, cuilibet Consiliario assignata, vt in anno 1449. dicit apparere ex Regijs literis existentibus in nostro magno archiuio *Topius de orig. Trib. par.* 2. *lib.* 1. *cap.* 5., deinde dicit, septimum fuisse additum, vt legimus apud *Afflict. dec.* 190. *n.* 6. vbi asseritur fuisse septem Consiliarios, cum Prothonotario. Sed ex nostra *pragm.* 2. *num.* 4. *de Offic. S R. C.* constat tempore Regis Ferdinādi Primi nouem fuisse constitutos Consiliarios, & *Afflict. in dec.* 36.38. *in fine* dicit in illa decisione intersuisse decem Doctores, & in *decis.* 299. *n.* 3. dicit etiam in illa sententia adfuisse vndecim Doctores, & in alijs decisionibus varium numerum enunciat, & tamen verum est quod ipse *Afflict.* fuit electus Consiliarius nostri S.C. in anno 1496. tempore quo regnabat in hoc Regno Rex Federic. de Aragonia, vt scripsit *Topius d. par.* 2. *lib.* 4. *cap.* 1. *fol.* 243., ex his colligitur, quod in illis temporibus modo fuit auctus modo diminutus numerus nostrorum Consiliariorum.

At quia Populorum multitudo nostræ Ciuitatis, & Regni multum creuit, sub felici gubernio
11 nostrorum Regum Austriacorum, & augumentum magnum suscepit nostrum Regnum, hac de causa multiplicatis litigijs, & malitijs litigantium, in anno 1533. numerus Consiliariorum ad octo fuit ampliatus, in duas Aulas distributi, vt in *pragm.* 41. *de Offic. S R. C.* At in anno 1534. ab eodem Carolo Quinto Cæsare duodenus numerus ipsorum fuit consti-

sti-

ſtitutus, quorum duo aſsiſterent ad Tribunal M.C.V.& reliqui decem regerent S.Conſiliũ, vt in *d.pragm.2.n.5.eod til.*, *& in cap.4. in priuileg.Neapol. fol.159.* Poſtmodum in anno 1568.tres alii fuerunt additi, qui quindecim Conſiliariorum numerum complebant, in tres Aulas diuiſi,fatetur, *Reg.Tapia tom.1.ſuper annot.ad pragm.2. in fin. verſl. nouem de Offic. S.R.C.* At quia per quindecim Conſiliarios cauſarum expeditio etiam retardabatur, ideo ad petitionem noſtræ Ciuitatis,contenta extitit Maieſtas Philippi Secũdi in anno 1597.
12 alios quinque Conſiliarios creare, in quarta Aula, quam tunc inſtituit, vt in *pragm.73.de Offic.S.R.C.* ita vt hodie viginti Conſiliarij aſſiſtant ad Sacrum noſtrum Conſilium, vltra Præſidem in quatuor Aulas deſignati, quini ſcilicet pro vnaquaque Aula, & alij duo reſident ad Tribunal M C.V. iuxta formam traditam in *d.pragm.2. verſl.nunc vero*, & notat *Franc.dec.148.in fin.* Et Tertius qui complet numerum viginti trium, deputatur ad gubernium Antiquiſsimæ, & Nobiliſsimæ Ciuitatis Capuæ, ex priuilegio ſibi conceſso, qui quolibet biennio mutatur *Taſſon.in pragm. de anteſato verſl.3.obſeru.3. num. 68.*, & meminit etiam *Rouit.in d.pragm.2.num.6.de Offic.S.R.C.*
Ex tali enim numero viginti Conſiliariorum, quibus regitur noſtrum Neapolitanum Conſi-
13 lium eius PRÆSTANTIA demoſtratur, ſi conſideremus alia Prætoria, & Conſilia aliorum Potentiſsimorum Regum, qui potiuntur ampliſsimis Regionibus, & tamen minori numero Senatorum formantur, vt de Conſilio Regis Franciæ, qui conſtituitur ex viginti duobus Conſiliarijs, computatis Magno Cancellario, Referendario, & Procuratore Regio, præter octo Magiſtros Requeſtarum
14 teſte *Boerio de auth. Magn.Conſilij num.136.*,& & etiam teſtatur *Theſaur.in præfat. ad dec. pedam.num.23.*, & tamen Regnum Galliarum, longe ſuperat in amplitudine Regnum Neapolitanum. Simile exemplum habemus in Conſilio Supremo Regni Caſtellæ, quod per Antonomaſiam ConſiliumRegale appellatur, quod regitur in Curia noſtri Regis in Oppido Madrid. In initio ſuæ fundationis, quæ euenit in anno 1255.in Curijs Ciuitatis Burgos, à Rege Henrico Secundo fuerunt ibi deputati duodecim Miniſtri Iuriſperiti, bini, cuiuſcumque Prouinciæ, vt in *l.1. til.4. lib. 2.recomp.* Sed aucta Monarchia Hiſpaniarum Rex Philippus Secundus ſtatuit, vt ſederent ſexdecim Conſiliarij Iuriſperiti, ſub vno Præſide, vt ex *l.1.til.4.lib.2. recompil.* exiſtimabam, quod in iſto Supremo Conſilio, tantum cauſæ Regiminis politici, ſeù Status agitarentur, id indicans nomen Conſilij Regalis, quo nuncupatur, ſed *Dom. Chauarri in didaſc.til.de orig.Conſilior.n.13.* me certiorem reddidit, quod in d.Conſilio Supremo cauſæ iuſtitiæ definiuntur, & appellationes cauſarum omnium Iudicum, & Audientiarum Hiſpaniæ terminantur. Similiter Auguſta Camera Aulica, ex omnibus Imperij membris conflata, quæ hodiè Spiræ præſidet, & totius ampliſſimi Imperii Conſilium eſt, atque inter omnia Orbis Tribunalia Monarchiam glorioſe obtinet, vt aliquando in authoritate cum ipſo Imperatore contendat, vt dixi *ſup.præſt.1. num. 19.* hæc enim
15 vſque ad annum 1570.ex ſexdecim Conſiliarijs componebatur, poſtmodum vſque ad annum 1628., quo ſcripſit *Iurga Valentinus in ſuo parthen.litigioſ.lib.1.cap.16. num.6.*, fuit aucta ad numerum triginta octo Aſſeſſorum, ſub tribus Præſidibus, ſed melius declarat numerum prædictorum Conſillariorũ, *Girardus Mercator in tabul.geographic.in rub.de Germania*, dicit enim, quod in d.Camera Imperiali præſideat Index Princeps, vel ſaltem Comes, vel Baro, cum ſex Aſſeſſoribus electis ab Imperatoria Maieſtate, bini ſcilicet ex Comitibus,aut Baronibus,bini ex Iuriſperitis, & reliqui bini ex æqueſtri ordine. Item à ſingulis Electoribus eligitur vnus, qui cum ſeptem tunc erant, ſeptem Aſſeſſores ab eis eligebantur. Tandem abs vnoquoque Circulo Imperij alij bini deputantur, qui cum decem ſint, viginti Aſſeſſores tranſmittunt, quorum dimidia pars ex æqueſtri ordine, altera ex Iuriſperitis ſeligitur, ex iſtius authoris fide, triginti quatuor circiter Aſſeſſores sũt iſti, qui componunt hanc Auguſtam Cameram Imperialem, præter tres Præſides relatos à d. *Valentino*, & hoc modo *Mercatoris* relatio concordat aſſertioni d.*Valentini.* Sed non mirũ, ſi tot Conſiliarij ibi ſedeant, nam regit, tam Auguſtum Imperium, quod ſi in decem partes partitetur, decem diuiſa Regna formaret.
Sed cur omittimus Rotam Romanam, quæ Sacrum, & Supremum Tribunal eſt totius Or-
16 bis Chriſtiani, teſte *Ottobono*, poſtea Summo Pontifice electo, ſub nomine Alexandri VIII. *in dec.108. nu.4. quã à Rubeo in diſcurſ. par.7.deciſ.Rot.Rom. n.215.* appellatur Splendor Vrbis, & Orbis, quia emicat ad inſtar lucis ſupra Montem poſita, per quam Mons Montium clarior redditur. Tanta enim eſt Maieſtas, & authoritas Rotæ Romanæ, vt omnia Regna Chriſtiana ad eam concurrant, pro litibus Spiritualibus, & Eccleſiaſticis, vel miſti fori dirimendis, non minus ac Gentiles confluebant ad Oraculum Delphicum, quo loquente cætera obmuteſcebant, vt dixit *Quintilian.Mandoſ.de monitor. quaeſ.27. nu. 6.* quem ſequitur *Rubeus loc.cit. num. 237.* Iſtud
17 enim ſublime Conciſtorium componitur ex duodecim Auditoribus, imo potius duodecim Salomonibus, quaternarum linguarum, vt fatetur *Rubeus loc.cit.num.15.*, quia vnus eſt Germanus, alter Gallus, bini Hiſpani, & octo Itali, ex quibus Italis terni ſunt Romani, &
ex

ex reliquis quinis, vnus eſt Bononienſis, alter
Ferrarienſis, tertiùs Venetus, quartus He-
truſcus, poſtremus vero Mediolanenſis, qui
ſecundum tempus accepti officij præcedunt,
vt refert *Hieronymus Lunador. in relatione Cu-
riæ Romanæ* itala lingua compoſita *in til. de
Rota Romana pag* 62.

Dum enim fulget maiori numero Senatorum,
noſter Senatus excelſior reputari poterit a'ijs
18 Prætorijs, quæ minori numero reguntur,
Decian. respons. 19. *num.* 190. *vol.* 3. vbi dicit,
quod ille Ducatus ſit præferendus, qui ſubdi-
tos plures habet illuſtriores, & ideo ampliſſi-
mus ordo, Senatus vocatur à Cicerone relatus
à *Theſaur. in præfat. ad dec. pedamon. num.* 22.
*poſt Budæum in pandectis ſuper l. vltima ff. de
Senator.* Qui enim pluribus præeſt dicitur
maior *Auth. Conſtitutio, quæ de dignitat. §. ge-
neraliter, vbi Gloſ. & habetur in prouerb. cap.
14. in fin. In multitudine Populi dignitas Regis,
& in paucitate Plebis ignominia Principis, Chaſ-
ſan. in catalog. glor. mundi par. 5. conſid. 37. in
fin.*, qui dicit, quod Rex noſter Hiſpaniarum
ſit omnibus alijs Regibus præferendus, quia
habet plura Regna ſub ſe, eademque ratione
cognoſcitur Excellentia, & præeminentia
vnius Religionis ad aliam, ſi vna habeat plu-
res Religioſos, quam alia *Chaſſan. loc. cit. par.
4. conſid. 5 a. verſ. octauo conſideratur.*

Præter conſuetum numerum à Regibus in quo-
19 libet Senatu præfixum, poteſt etiam eſſe de
Conſilio Principis Regina, vt habetur in
*auth. vt Iudices ſine quoque ſuffragio verſ. hæc
autem* ibi. *Et hic quoque participem Conſilij ſu-
mentes eam, quæ à Deo certa eſt, nobis Reueren-
diſſimam coniugem.* ſicut Lacedemonij mulie-
res ad Conſilium vocabant, *Maſtrill. de ma-
giſtrat. lib. 2. cap 4 num. 6.*, & licet vxor ſede-
re debeat à ſiniſtris, vt *in pſal. 127. Vxor tua
ſicut vitis abundans in lateribus domus tuæ*, at-
tamen Regina priuilegium habet ſedendi à
dexteris, vt habetur in *Pſalm. 44. Aſtitit Re-
gina à dexteris tuis in veſtitu deaurato*, quia
Auguſtæ conceduntur omnes prærogatiuæ, &
immunitates, quibus vtitur Imperator, vt
dicitur in *l. fiſcus 6. in fine ff. de iure fiſci*, vbi
quodcunque priuilegiū fiſco competens, Au-
20 guſtæ conceditur, ſic in præſtandis vectigali-
bus, ab eis eſt exempta *l. licitatio §. fiſcus ff. de
public.*, habet etiam priuilegium *l. bene à Ze-
none C. de quadrien. præſcript.* Sic omnes gra-
tiæ, quæ conceduntur per Reginam in Re-
gno, in quolibet ſuo iucundo aduentu ſunt
validæ, vt de conſuetudine in Francia obſer-
21 uari, teſtatur *Chaſſan. in catalog. par. 5. conſid.
39 circa fin.*, & idem dixit in *conſuetud. Bur-
gund. til. Des iuſtices §. 5. in gloſ du Prince.* So-
lum enim non tribuitur poteſtas leges condē-
22 di *Bart. in l 1 ff. de legib. Azeued. ad l. 1. num. 1.
til. 1. lib. 2. recompil. Chaſſan. d. conſid. 39. verſ. &
licet*, dummodo tamen non fuerit Regina Re-
gni hæres, & domina, ſiue nupta, ſiue non,
23 nam ad eam ſpectant iura Regni, & non ad
maritum, & ipſa dabit leges Regno, & ſubdi-
tis, *Bald. in cap. ſignificaui 36. de reſcriptis num.
3. Tiraquell. de nobilit. cap. 18. num. 39. Suarez
de legib. lib. 3. cap. 9. num. 8. Poſſidon in tract. de
emptio. lib. 3. dub. 14. num. 35. Pegas ad ordin.
Portugal. ad proem. gloſ. 101. num.* 9. Sic admi-
rata fuit in ſeculo præterito, Eliſabetta Regi-
na Angliæ, quia prudentiſſimè Regni ſceptra
per annus viginti nouem, & feliciſſimè tenuit,
vt memorat etiam *Sturcius de regul. iur. leg. 2.
nu.* 38. Nec obſtat quod *Vulpianus in l. feminæ
24 ff. de regul. iuris* feminas ab omnibus officijs
ciuilibus, & publicis repellit, itaut nec Iudi-
ces eſſe poſſint, nec magiſtratum gerere, ob
eorum pudicitiam conſeruandam, nam vbi
mulieres viris cohabitant, antiqui hoſtis non
deſunt inſidiæ, *cap. oportet diſtint.* 8., & ratio
principalis eſt ſexus fragilitas, & Conſilij in-
firmitas, *cap. foros verſ. penul. & ibi Gloſ. de
verb. ſignific.* latè *Sturcius d. leg. 2. per totam.* At-
tamen quando Principi placet, poteſt quos
velit ad ſuum Conſilium congregare, prout
legimus de Heliogabulo, cuius mater in tan-
ta veneratione apud ſe fuit, vt vix credi poſ-
ſit, dixit *Philipp. Berg. lib. 8. in verb. Marcus Au-
relius, & in verb. Semiamira*, quem ſequitur,
Chaſſan. in d. par. 5. conſid. 40. in fin., ideo Ma-
trem ſuam in ſuo Senatu interuenire iuſſit, te-
ſte *Lampridio*, ſed poſtmodum cautum fuit,
ne vnquam mulier Senatum ingrederetur,
teſtatur *Sturcius loc. cit. n.* 33. Sed ſi Princeps
ita ordinaret, nemo reſiſtere debet, at hoc
ſi eueniret, potius honoris cauſa Conſilium in-
grederetur Regina, vt ibi aſſideret ad grati-
ficandum Senatum, non tamen vt in cauſis
iuridicis vota præberet.

Similiter poteſt etiam eſſe de Conſilio filius pri-
mogenitus Regis, qui debet ſedere à dextris
Regis, ſecundum *Gloſ. in cap. quam ſit quæſ. 1.
& in l. decernimus C. de Sacroſ. Eccleſ. vbi Bald.*
prout dicimus de Chriſto Saluatore noſtro, Fi-
lio Dei in ſymbulo, qui ſedet ad dexteram
Patris; *Lucas de Penna in l. tyrones C. de Tyro-
nib. lib.* 12. Imo primogenitus filius Regis, etiā
viuente Patre, poteſt dici Rex, per *tex. in cap.
fin. vbi Gloſ. 24. quæſ. 1. & in cap. Adrianus 63.
diſtint.* & habetur in *proemio til. De pace Coſtā-
tiæ, Oldradus conſl. 94. incip. eleganter. Chaſſan.
in catalog. par. 5. conſid. 41.*, proinde poterit
etiam interuenire in Conſilio, vt habetur
*Lucæ cap. 2. in fine. Neſcitis quia in his, quæ Pa-
tris mei ſunt, oportet me eſſe? Chaſſan. loc. cit.*, &
in noſtro Neapolitano Conſilio Filij Regum
Aragoniæ Dominorum huius Regni interue-
nerunt, & præſiderunt, demoſtrat *Top. de
orig. Tribunal. par. 2. lib. 1. cap.* 13., quos enu-
merat, & ſequitur *Franciſcus de Magiſtr. de
Statu Eccleſ. Neapol. lib. 1. §. 6. num. 21. in fin.,
&* 22.

Et

Et nota quod etiam Archiepifcopus Neapolita-
nus poteft effe de Confilio prædicto, quando
25 in Curia Regis inuenitur, conftat ex
littera Regis Alphonfi Primi, vbi inftituit
S.Confilium, quam edidit *Topius de orig. Tri-
bunal.par.2.lib.5.cap.4. num.4 fol.440.* vbi le-
guntur ifta verba: *Salua tamen in omnibus.&
per omnia prærogatiua, & præeminentia officij
logothetæ, & Prothonotarij huius citra Pharum
Siciliæ Regni, vel Reuerendi Archiepifcopi Nea-
politani, cum in Curia præfentes fuerint.* Imo
legimus, quod in Anno 1456. fuerit electus
Præfes S.C. Oliuerius Carrapha Archiepifco-
pus Neapolitanus, qui deinde fuit S.R E Car-
dinalis, & per duos annos S. C. in fuo Palatio
Archiepifcopali regebatur, vt teftatur *Topius
d.par.2.lib.1.cap.6* & prius dixit *Affli&. in
conft.Vniuerfos fub til.de caufis in indic. cito de-
cid. num 13.*, vbi fcribit hæc verba. *Et ego
26 vidi tempore Regis Ferdinandi Primi, quando
Reuerendiffimus Dom. Archiepifcopus Neapol.
antequam fuiffet Cardinalis S.R.E. fuit Præfi-
dens S.Confilij.* Et non immerito Rex Alphon-
fus Primus in fuis literis referuauit iura Ar-
chiepifcopi Neapolitani, cum inftituit Sacrũ
Confilium, nam voluit fe conformare difpo-
fitioni iuris communis, fcilicet *in auth. habita
27 C. Ne filius pro patre*, vbi colligitur, quod
Epifcopi funt de Confilio Principis, & nofter
Potentiffimus Monarcha Hifpaniarum in
hoc Regno habet electionem, feu nominatio-
nem multorum Epifcoporum, & Archiepi-
fcoporum, quos Regios appellamus, eofque
conuocat aliquando, vel eius Prorex, circa
negotia Regni gerenda, quando ei placuerit,
non vero circa adminiftrationem iuftitiæ,
quæ folum in noftro Regno iftis viginti duo-
bus Confiliarijs eft commendata, imo dixe-
runt *Cardinalis Baronius to.1. annalium anno
falutis 57.fol.454.num.27. & feq & Ioannes
Molanus de Sacris Immaginib in fine*, quod an-
tiquitus Epifcopi, ex Diui Pauli præcepto iu-
diciariam habebant poteftatem fuper omni-
28 bus caufis fidelium, non tantum ad eas deci-
dendas, fed etiam ad fententias reformandas,
à Laicis Iudicibus latas, & ita tradunt alij
Hiftorici, & Doctores, quos citat *Topius de
origine Tribunalium par.2.lib.1. cap. 11. nu.6.*
Sed ad quid hiftorici, fi habemus iura clara, in
29 *cap.venerabilem, qui filij fint legitimi, cap. re-
latum 11.quæf.1.cap.fi quis presbyter 2. quæf.
5.*, vbi dicitur quod olim omnes caufæ Cle-
ricorum, & Laicorum deferebantur ad Eccle-
fiam, *Marta de iurifdictio. par 4. cent.2.cafu
146.num.11.* multa enim Imperatores noftri
30 Epifcopis commiferunt, & primo in *Nouella
149.Vt de Amantiff.Epifcop.cap.1.* Conftanti-
nus Imperator commifit Epifcopis fui Impe-
rij, vt fibi referrent principaliores viros, quos
idoneos ad Prouinciæ gubernia exiftimarent,
quia gratis Magiftratus infignia eis conferre
promiferat, pro iuftitia adminiftranda. *Et in
Nouell.8.cap.14. Auth. Vt Iudices fine quoque
fuffrag.* præcepit Iuftinianus, vt Magiftratus
in Prouinciis degentes, iuramentum de rectè
adminiftrando darent in manibus Epifcopi
loci, vbi exercere debebant, & in eadem *No-
uell.cap.8.§.1.* etiam ftatuitur, quod fi Admi-
niftratores in officio deliquerint, poffint fub-
diti illius Prouinciæ crimina denunciare
Epifcopis, vt ifti certiorem reddant Impera-
torem de furtis, vel de datis, & acceptis oc-
cafione adminiftratæ iuftitiæ, vt pœnas pof-
fint recipere delictorum, & idem habetur in
auth.Vt differentes Iudices §.1.*Nouell.*86., fed
folum additum, vt Epifcopi accedant ad Iudi-
ces, eofque moneant iuftitiam prouincialibus
impartiri, *& in cap.2. eiufdem* Nouellæ etiam
31 mandatur, vt fi fufpectus Iudex reputetur, po-
terit Archiepifcopus infimul cum Iudice co-
gnofcere caufam, fi vero contingerit, vt quis
à Iudice lædatur, poterit læfus adire Sanctiffi-
32 mum Epifcopum, vt poffit cognofcere læfio-
nem à Iudice factam; Si vero Iudex non pa-
ruerit iudicio Epifcopi, nouiffima fupplicia
ei comminantur, vt in *cap.4. eiufdem Nouellæ*
86. Et tandem in *cap.7. prædictæ Nouellæ. Vt
differentes Iudices* fancitur, quod in Ciuitati-
bus fi nõ adfint Iudices, interpelletur pro Iu-
ftitia defenfor Ciuitatis, fed fi litem habentes
voluerint à defenfore, & non Epifcopo iudi-
cari, permittitur. Imo in Syndicatu Officia-
lium eius cognitio committitur Epifcopo, ita
33 vt adminiftrator debeat parere fyndicatui
per quinquaginta dies, & reperto culpofo po-
terit detineri in Prouincia, præfente Epifco-
po caufam efaminante, donec reddat omne,
& quidquid furatus fuerit, vt in *auth Vt Iudi-
ces fine quoque fuffragio cap. 19. Nouella 8* Et
refpectu Scholarium, iurifdictionem concef-
fit Imperator Fredericus Epifcopis loci, vt
poffint coram eis conueniri, *in auth. habita
C.Ne filius pro patre.*
Quibus addo mirabilem fanctionem Gothorum
latam ab Enrico, feù Theodorico eorum Re-
ge, hic enim cum Goticas leges in vnum Co-
dicem redigerit, quæ prius moribus, & con-
fuetudine tenebantur, inter alias hanc vnam
34 tulit, vt fcilicet Epifcopi habeant potefta-
tem, ne dum difcutiendi litigia, fed etiam
diftringendi Iudices nequiter Iudicantes, ad-
dita pœna, quod fi Comes iudicium Epifcopi
fuerit contemptus implere, tantum Epifcopo
pro folo contemptu dare cogatur, quantum
valet quinta pars rei litigiofe, vt legitur in
*cap.29.til.1.lib.2.legum Vuifigotorum in Codice
legum antiquarum tom.1.Et in leg.feq. cap.30.*
Rex ille conceffit Epifcopis poteftatem ad-
monendi Iudices nequiter iudicantes, qui fi
noluerint fententiã iniuftam in melius refor-
mare, licentiam tribuit Epifcopo de oppreffi
caufa iudicium emittere, ex quibus fanctio-

nibus admiratus fui illius Regis Religionem. Et etiam Sacri Canones in alijs casibus concesserunt Episcopis cognitionem causarum
35 Laicorum, puta propter negligentiam Iudicis secularis, vt possit aditi Iudex Ecclesiasticus *cap. ex parte cap. licet, & cap. ex transmissa de foro competent. Marta de iurisditio. d. par. 4. casu 146. num. 7. Couarru. pract. quæst. 6. cap. 6. Pignatell. consult. 24. num. 1. tom. 3*, quod secus erit è contra, quia de iure canonico Iudex secularis suum officium etiam rogatus non poterit in Ecclesiasticis impartire, etiamsi Ecclesiasticus Iudex Clerico iustitiam denegauerit, vel administrare neglexerit, *cap. qualiter, & quando de Iudicijs, Marta loc. cit. nu. 7.* quidquid aliter alii senserint, relati, & reprobati à *Marta loc. cit. n. 8. & seq.* Similiter possunt Pupilli, Viduæ, & miserabiles personæ recurrere ad Iudicem Ecclesiasticum,
36 contra Laicos per viam electionis fori, etiã nulla concurrente negligentia Iudicum secularium, *cap. ex parte de foro competent. cap. super quibusdam §. vlt. de verb. signific.* cum concordantibus adductis per *Aluarez de priuileg. Pauper. quæst 52. num. 13. Palacios Rubeos in repet. cap. per vestras §. 1. num. 5. de donat. inter vir. & vxor. Aufrer de pot. Ecclesi. in laicos til. 2. num. 29* alique adducti à *Pignatell. d. consult. 24. tom. 3. vbi n. 3.* adducit declarationem Sacræ Congregationis Immunitatis in anno 1636. & assignari poterit ratio, quia causæ miserabilium personarum sunt mixti fori, *Aufrer. loc. cit. nu 29. Fermosin. in c. ex tenore quæst. 1. de for. compet. n. 1.* Sed hodie hoc non video practicatum in nostro Regno, ptout de contraria obseruantia, etiam testatur, *Anto. Gabriel com opin tom. 1. in til. Quando Imperator inter pupill. & vid.* & de iure Regio Hispaniarum, nec etiam practicari tradit *Fermosin. in d. cap. ex tenore quæst 1. n. 3. de foro copet. & in cap. ex parte quæst. 4. n. 7. eod. til.*, vbi dicit, quod in Regnis Hispaniæ, Galliæ & Italiæ non mutatur proprius forus, nisi concurrat simul cum oppressione, & spolio negligentia Iudicis, & ideo *tex. in d. cap. ex parte* non poterit obseruari, nisi in partibus remotis puta in Indiis, vbi non sunt Iudices superiores laicorum, & periculum esset in mora, idem *Fermosin. post Gregorium Lopez* ab eo citatum, *in cap. qualiter, & quando quæst. 10. de Iudicijs.*

Sed septa transiliisse video meum discursum, ideo ad materiam rediens, dico quod in primeuis temporibus institutionis nostri Sacri Consilii, scilicet tẽpore Alphonsi Primi Aragoniæ, duo ex Proceribus, seu Titulatis nostri Regni, aut Baronibus primi ordinis, qui sapientia nobilitate, & diuitiis alios superabãt, de ordine Regis assistebant ad nostrum S. Cõsilium, & Consiliarii Militares appellabantur, & simul vniti cum Præsidente, & Consiliariis, causas audiebant, & definitionibus ipsarum assistebant, cum salario aureorũ mille singulis annis, & omnes Consiliarios togatos præcedebant, quod fuisse obseruatũ etiam tempore Regis Ferdinandi Primi Aragoniæ, testatur *De Magistris d. §. 6. n. 24.*, quorum nomina ibi refert, primarum familiarum nostri Regni, alia ratio assignari nequit nisi ista, quia cum ampla potestas concessa fuerit nostro S. Consilio, necesse fuit eius potestatem anthoritate Procerum conseruare, vt eius scita, & decreta, munita tutamine illustrium virorum, ne dum venerarentur, sed etiam exequerentur, at cum sub Potentissimo Rege nostro Hispaniarum Regnum deuenit, non opus fuit hoc cautelam adhibere, dum eius placita, licet à longinquo emanata, venerantur, & exequuntur, ideo assistentia Procerum, vti inutilis cessauit.

Aduerte tamen, quod præter istos Consiliarios viginti duo, qui nostrum Sacrum Consilium
37 componunt, Rex noster aliquando, sed raro creat Consiliarios extraordinarios, vt legimus fuisse practicatum in anno 1612. per Dominum nostrum Regem Philippum Tertium, fuerant enim creati quatuor Consiliarii extraordinarii, seu supernumerarii, cum facultate succedendi in locum ordinariorum, cum loca vacare contingerent, scripsit *Topius de orig. Trib. par. 2. lib. 1. c. 5. n 7.* & sequitur *De Magistris d. §. 6. n. 19.* quorum nomina non expresserunt, sed illa tradit, *Rouit. in pragm. 4 in fin. de liquid. instrum.*, & dicit illos quatuor Electos fuisse Io: Baptistã Meliorem, ipsũmet Scipionem Rouitum, Ferdinandum Branciam, & Camillum Villanum, & etiam dicit, quod numerus Consiliariorum erat vndique plenus, adeout nec vnus deficiebat, & tamen isti extraordinarii fuerunt electi, omnes certe viri insignes, quorum tres vltimi ad supremum gradum Regentis Regiam Cancellariam ascenderunt. Sic etiam in anno 1684. vidimus electum V.I.D. Don Dominicum Gatosano, vti Consiliarium Extraordinarium, hodie digoissimum Præsidentem Regiæ Cameræ, cum facultate occupandi primum locum tunc vacaturum, & cum ante sui aduentum ad hanc Ciuitatem, vacauerit locus Consiliarii Canalis, eius locum statim assumpsit. Idem etiam circa annum 1685. vidi obseruatum in personam Regii Consiliarii D. Io: Braui Sacerdotis Hispani, qui etiam locum extraordinarium occupauit, donec vacatio loci ordinarii succedit. Itemque fuit obseruatum in personam Regii Consiliarii D. Io: Baptistæ Carauitæ, Equitis Calatrauæ, omni doctrina, Nobilitate, & morum suauitate insigniti, qui etiam ad locum extraordinarium fuit promotus, donec vacatio ordinarii euenit. Et tandem in anno 1695. fuit Regius Consiliarius electus Doctor D. Io: Baptista

ptiſta Piſacane Neapolitanus, qui licet adhuc Iuuenis viginti duorum annorum eſſet, attamen eius doctrina ſuperauit ætatem, dum in ſui perſonam omnia intempeſtinè fuerunt adimpleta, quia doctorali laurea fuit inſignitus annorum quindecim, & cum non adhuc compleuerit annum decimum ſeptimum, fuit Auditor, & Iudex Ordinarius Caſtri Noui electus, cum vero attingerit annum vigeſimum, Iuris elementa à Iuſtiniano Imperatore ſoluta oratione præſcripta, ipſe in carminum armoniam ligauit, & ne dum ſignante lanugine decantauit, atq; ad poſteros typis demandauit. Iuuenis certe eruditus, dum in linguarum peritia ita callet, vt ne dum noſtram patriam latinam, ſed etiam Græcam, Hiſpanam, Gallam, Teutonicam, aliaſque plures pronunciet, adeout cogitabundus putares, quam plurimas nationum Animas hoc hominis corculum inſidere, proindè ad ſupremum Regii Conſiliarii munus fuit adſcitus, adhuc adoleſcens viginti duorum annorum, cuius muneris poſſeſſionem recepit die 4.Octobris 1695. hac tamen conditione, quod cum attingerit vigeſimum octauum ſuæ ætatis annum, ideoque ſexennium à die collati muneris percurrerit, ſui officii exercitio vti poſſit, retenta tamen dicti muneris proprietate, & antiquitate à poſſeſſionis die, adeout adueniente ſexennii tẽpore ad præfati muneris exercitium ſtatim admittetur, proximum vacantem locum ordinarium ingreſſurus, & quia ſimilis caſus non adhuc occurrit, nec in notis regiſtratus inuenitur, ideo ad Iuuenum ſtudioſorum exemplum, & poſterorum memoriam illum adnotare non piguit.

Antiquis etiam temporibus noſtri Proreges eligebant Pro Conſiliarios, qui etiam vniti cum
39 cæteris Conſiliarijs accedebant ad Senatum, & in cauſis, quę eis committebantur procedebant, quorum vnus fuit V. I. D. Baldaxar Golinus electus à Prorege Duce Oſſunæ, ex cuius Agnatorum familia, ſcilicet ex ſtipite V.I.D.Emilii Golini, vxorem cariſſimam ſuſcepi Dominam Luciam Golinã, quæ cæleſti patria digna ab immatura morte præuẽta, vitam hanc caducam depoſuit in anno 1679. Ex qua etiam Collaterali nobili familia, hodie vitam agunt Domini V.I.D. D. Antonius Golinus, & D. Gaetanus Golinus fratres Amatiſſimi, quorum primus, vir eſt magnæ authoritatis in agibilibus, & verſatiſſimus ne dum in legali peritia, ſed etiam eruditionibus copioſè inſtructus. At ſecundus ſcilicet D.Gaetanus à ſua iuuanili ætate, militiæ amore accenſus, gradus militares multos geſſit pro ſeruitio noſtri Regis, contra Regem Gallorum in Statu Mediolani, & præcipuè in Bello Pedamontano, pro Sereniſſimo Duce Sabaudiæ, Collegato Domino noſtro Regi, primũ vti Dux Copię centum viralis pedeſtris militiæ præliauit; deinde in Claſſi Don Dominici Dentice noſtri Patritii, Cohortis Miliariæ Præfecti, Stator maior electus, vbi multa ſeua bella geſſit, & pręcipuè in duro Agone prope Auguſtam Taurinorum, vbi è vita exceſſit Comes Soleræ, filius Dom. Comitis S.Eſtaphan huius Regni Proregis, nec non in cruenti conflictu in Vallæ Staffardæ, contra Gallos etiam ſauciatus ſtrennè belligerauit, hodie vero pace cum Gallis inhita, idem officium Statoris Maioris, ſub Præfecto alterius Cohortis Milliariæ, ſcilicet D. Antonio de Francia, cum maxima laude detinet, cuius Golinæ familiæ antiquitatem, & coniugia habita, cum familiis patritiis noſtræ Ciuitatis demoſtrat *Iulius Cæſar Capaccius in ſuo lib. nuncupato il Foraſtiero gior. 8. pag. 791.* quibus addo ſententiam latam per noſtrum Sacrum Conſilium, ad relationem Regii Conſiliarii Gizzarelli, in die 16.Nouẽbris 1592. in beneficium prædicti Doctoris Emilii Golini, Aui paterni dictorum Magnificorum D. Antonij, & D Gaetani, in Banca de Felice, ex qua fuit declaratus Nobilis extra ſedile dictus Doctor Emilius, deinde per aliud decretum latum per idem S.C. in die vltimo Maij 1593. pro eſequtione prædictæ ſententiæ fuit prouiſum, dictũ Magnificũ D.Emilium Golinum e iuſque deſcendentes, vti Nobiles huius Fideliſſimæ Ciuitatis extra Sedilia, non teneri ad exercenda officia popularia, nec adſtringi ad ſubeundum onera dictæ Fedeliſsimæ Plateæ, vt in d.Banca de Felice, cuius authenticum exemplar, apud me detineo à Secretarii S.C. Archiuio deſumptum.

Et dum loqutus fuit de Officialibus eſtraordinariis, nota quod iſti non gaudent priuilegiis ordinariorum, *l.decurionibus C.de Silentiariis lib.12.Menoch.consl.1179.Maſtrill.dec.155 n. 31.Nouar.in praxi electio.ſectio.3.quæſ.35 n.4. Barboſ. in voto deciſiu.126.nu.250.*, & Officialium noua creatio non derogat veteri, nec eius iuriſdictioni vniuerſali, *l.1. C. de Offic. Præfect.Vrb.Valenzuola consl.61.n.10.& consl. 73.n.33.Giurb.consl.79.n.8.& consl.95.nu.7.,& 18.*& explicat *obſer.100.nu 2.& 3. Cabed. par. 2. dec. 13. num. 5.* Ideo Conſiliarius Ordinarius eſtraordinario etiam antiquiori præfertur *l.4.C de princ.agen.in reb. l.1.ſ.2.C. de primic. & eſt Nouell. 62.* habens enim dignitatem cum adminiſtratione, præfertur habenti dignitatem ſine adminiſtratione *l.2. C. de primic.lib.12.l.1. C.vt dignit. ordo ſeru.lib. 12.Martiu.de Cazar.de dignit. n.3. Barl.in l.1. C.de dignit.* Attamen Conſiliarii eſtraordinarii, quando ſeruiunt in officio iiſdem prærogatiuis gaudent, ſicut Ordinarii, cum etiam iſti honorarii partes Senatus ſint, vt in *Nouell.*

70.tit.Vt ordin.Præfect.Vrb., vel quando Prin-
ceps ita mandauerit, vt infra in *rub. de Præ-
cedentia Consiliariorum* dicemus.

Solebant etiam nostri antiqui Reges Aragonen-
ses, Oratores ad eos à diuersis Regibus, ac
Principibus, vel Ciuitatibus liberis Missos,ad
44 honorem huius dignitatis Consiliarii ascri-
bere, cum annua prouisione secundum eo-
rum qualitatem condigna, ita fuerunt ascri-
pti Laurentius Lantes Orator Senensis, mis-
sus ad Ferdinandum Primum Regem, vtrius-
que Siciliæ anno 1478. à quo fuit Regius Cõ-
siliarius electus, & in nostro Senatu post Præ-
sidem primum locum obtinuit. Sic etiam
Nicolaus Ladoletus Orator Ducis Ferra-
riæ, apud dictum Regem Ferdinandum
missus anno 1480., ad hanc dignitatem
fuit à dicto Rege assumptus. Hanc etiam
dignitatem obtinuit Ormandus de Albicis
Florentinus, & suæ Ciuitatis Orator, apud
Alphonsum Primum anno 1455. de quibus,
& aliis mentionem fecit noster antiquarius
*Topius de origine Tribunalium par.2. lib.1.cap.
9 per totum.*

Est etiam scitu dignum, quod tẽpore Ferdinan-
di Regis Catholici, & huius Regni Domini,
42 erat solitum proponi supplices libellos Pro-
regi huius Regni, in quibus partes litigantes
eum rogabant, vt in quibusdam arduis Cau-
sis in S.Cons. vertentibus ordinaret, quod tẽ-
pore earum expeditionis interuenisset vnus
ex Regentibus Regiã Cancellariã, & ita præ-
cipiebatur per dictum Dominum Proregem,
vel per vnum ex dictis Regentibus, qui post-
modum accedebat ad S.Consilium, tempore
quo sententia ferebatur, aut de meritis Cau-
sæ disputabatur, vt testatur idem *Topius d.c.
par.2.lib.1.cap.14 n.2.* Sic etiam in Tribunali
Regiæ Cameræ, ita aliquando practicabatur,
& solebat ad instantiam partium litigantiũ
interuenire vnus ex Regentibus, vt testatur
Thomas Grammaticus consil.25., quod tamen
in desuetudinem abiit,& mea ætate vnquam
vidi obseruatum, quod etiam elapsis annis,
nec etiam vidisse practicatum, dicit *Topius
loc.cit.n.3.*, vnum tamen vidi obseruatum
meis temporibus, & præcipuè in anno 1680.
43 tẽpore Generalis Visitationis factæ per Do-
minum Regentem Danesem Casate Status
Mediolani in Supremo Consilio Italiæ, hic
enim probus, & Sanctus Minister, cum acces-
serit ad nostrum Regnum,& ad hanc nostram
Ciuitatem Neapolis, cum amplissima pote-
state Generalis Visitatoris, fuit supplicatus in
quibusdam arduis Causis, vt accederet ad Cõ-
siliũ,vel ad Reg. Cam. vt causæ corã eo expe-
direntur,qui annuit litigantium præcibus, &
se contulit ad dicta Tribunalia, tempore quo
Causæ agitabantur, & partium aduocatos, at-
que merita Causarũ voluit audire,sedendo ad
manum dexteram Præsidis nostri S. Consilij,
qui tunc temporis erat, sicut ad præsens est
probatissimus vir, & omni virtute, integri-
tate, & nobilitate prædictus D.Fælix Lanzi-
na Vlloa, qui sedebat ad sinistrum locum in
æquali sede, sicut erat illa Visitatoris, ambæ
sedes altiores sedibus Cõsiliariorum, aduoca-
ti vero alloquebantur, cum ambobus, scili-
cet cum dicto Visitatore, & Domino Præside,
titulum Illustrissimi tribuentes dicto Visita-
tori, Tintinnabulum vero stabat in medio
vtriusque, Visitatoris scilicet, & Præsidentis
quo neuter voluit ob modestiam vti.

Sed in hoc numero Consiliariorum, an Pater,&
filius insimul in eodem Tribunali possint iu-
44 dicare,si ambo Consiliarii,vel Iudices essent,
& dicas quod non *Sanfelic. dec.77.* idem dicas
de duobus fratribus. quia præsumuntur ire
ad eandem sententiam, ideoque non datur
plena libertas, *Tacit.lib.3.annal.Aristot.5.po-
litic.cap.6. Petrus Gregor. de Republica lib. 24.
cap.7.*, quod etiam ampliatur ad Socerum,
& Generum, vt ambo insimul in eodem Tri-
bunali non possint iudicare, quia verisimile
est Generum à Socero diuersam sententiam
non prolaturum, sicut de filio ergo Patrem
late *Auendan.lib.2.de metu cap.15.num.51.* li-
mita tamen,quando Senatus in plures Curias
distribuitur,prout in hoc nostro Regno, scil.
in hac Ciuitate obseruatur; nam tunc possunt
prædicti insimul esse Iudices, & Consiliarii,
quia poterit Pater in vna sedere, & in alia fi-
lius, sicut in vna Socer, in alia Gener, & duo
fratres in duabus diuersis Aulis collocari, vt
aduertit *Auendan.vbi sup. à n.51.*, proinde
vidimus D.Ianuarium de Andrea, omni lau-
de dignissimum, & meritissimum Regentem
in Supremo Italiæ Consilio, apud Catholicã
Maiestatem, & Dom.D.Franciscum de An-
drea, olim Aduocatorum Principem, postea
famigeratissimum Consiliarium eius fratrem
in Sacro Consilio sedere. Sed si præter istorum
numerum,aliquis putatiuus Consiliarius ex-
45 erceat, an habilis reddatur ex communi er-
rore, vel opinione, & quando valeant acta
facta ab eo, ad *tex.in l.Philippus Barbatius ff.
de offic.Prætor.*, tradit *Sperell.dec.30.per tot.*,
vbi multos casus refert, & explicat *Fontanell.
dec.498.n.9.& 599.n.2.*

Et quamuis omnes isti Consiliarii totis viribus,
& conatu defatigentur in causarum expedi-
46 tionibus, attamen non potest eo deueniri,vt
assiduè quærimoniæ non audiantur, ob retar-
datam causarum expeditionem, existimant
forsan aliqui, quod hæc multiplicatio Consi-
liariorum à nostro Rege Philippo Tertio facta,
sit causa longarum, & frequentium litium,
iuxta illud Horatii

Segnius expediunt commissa negotia plures,

prout conatur fundare *Valentin.in parthen. li-
tigios.lib.1.cap.12.n.4.*, & videtur approbare
Mastrill.de magistrat.lib.5.cap.2.nu.2. tom.2.

Sed

Sed non poſſum hanc ſentẽtiam contra com-
munem opinionem Doctorum . & politico-
rum comprobare , pro certò enim teneo, ad
promptam litium expeditionem, plures ſta-
tuendos eſſe Iudices, quia ob plurium cogni-
tionem veritas propalatur , nam quod à plu-
ribus quæritur facile inuenitur, *cap. de quibus
distin. 20. cap. prudentum de offic. Deleg. l. vltim.
C. de fideicom. Heig. par. 1. quæſ. 10 num. 8. & 9.
Theſaur. dec. 245. nu 4. Sola ad conſtit. ant. rub.
de concluſ. in cauſ. gloſ. 1. num. 7. fol. 1516.* , vbi
enim plures ibi plenior veritas *Knich. in com.
iur. Saxon in verb ius cap. 3. pag* 258. A paucis
enim pauca fiant , & pauci facilius corrum-
pantur . Nec inducitur confuſio allegata à
Maſtrill. loc. ſup. cit. , quia poſſet hoc dici, quã-
do omnes ſimul conuenirent , ideo noſtra Ci-
uitas ſapientiſſimè ſupplicauit Regem noſtrũ,
vt augeret numerum Conſiliariorum , vſque
ad viginti tres , ſed inſimul quartam aulam
de nouo inſtitueret , vt in diuerſis claſſibus
diſtributi negotia omnia citius explerent. Et
etiam vtilitas reſultat , quia maior numerus
Magiſtratuum plus pollet, ad iuris legumque
grauitatem , & authoritatem tuendam , ita
concludunt *Machiauell.* , alias ſcriptor ini-
quus , ſed hic æquus *lib. 1. com. cap. 7. Salgad.*
aliique à me relati *ſup. in hac præſt.* 8 *num.* 2.
ideo traditur Iacobum I. Magnæ Brittaniæ
Regem ſolitum fuiſſe dicere. *Caue ne vnus om-
nia adminiſtret , ne & ipſe intumeſcat , & ca-
teri hoc illi inuideant.*

Nec tarditas litium in noſtro Senatu attribui
poterit Conſiliariorum pigritiæ , quia vide-
mus , quod quotidiè inſudant , vt expedi-
tionibus vacent, ſed totum hoc euenit ob ma-
litiam Doctorum, qui non veritati, ſed cauil-
lationibus ſtudent, lites ad tempus æuum pro-
trahendo cum litigantium iactura , & defa-
tigationibus , ideo non raro euenit , vt lites
non in aliquos annos, ſed ad integram fere
hominum ætatem protrahantur, & interdum
etiam fatigent primam , atque alteram ſobo-
47 lem , vt conqueritur *Valentin. in d. parthen.
cap. 16. num. 9. lib. 1.* Aliqui Aduocati noſtra-
rum Curiarum aliam rationem aſſignant, cur
hodiè in noſtro Regno lites non expediantur,
licet numerus Conſiliariorum auctus fuerit,
dicendo , quia hodiè cauſæ non ſicut priſcis
temporibus per aliquos Conſiliarios attentè
diſcutiuntur , nec merita ipſarum ſtudiosè
perpenduntur , idcirco partes litigantes con-
ſiderantes ſententiam latam fuiſſe , potius ex
fortunæ euentu , quam ex cognita veritate ,
ab ea reclamant , illamque nullam audent
pronunciare, expectantes commodius tem-
pus, ad illam denuo præſcrutandam à ſucceſ-
ſoribus Conſiliariis ſapientioribus , & labo-
rioſioribus ; priſcis enim temporibus cauſæ
magis attentè conſiderabantur per viros emi-
nentis doctrinæ , & velocioris ingenii , & li-
tigantes aſpicientes ſententiam plenè dige-
ſtam, & omni ex parte eſaminatam, tanquam
iuſte latam nequaquam ab ea reclamabant ,
ſed ei parebant , & hoc modo lites termina-
bantur , adeo quod ſenes noſtri Doctores at-
teſtantur, quod nec etiam expediebatur man-
datum de parendo, & ſi ad cautelam reclama-
bant, reclamationes non proſequebantur. Ad
euitandos hos conquæſtus attendãt Principes
eligere Doctos viros ad regimen Supremi Se-
natus, non tardioris ingenii plumbeos. & pan-
noſos , ſed perſpicacioris doctrinæ . & ſollici-
tos (vt ſunt ad præſens omnes noſtri Conſi-
liarii) , ſi velint lites citò expediri , & Rei-
publicæ pacem concedere , vt etiam conſulit
Valentin. loc. cit. n. 17. & etiam iſti docti viri
procurent totis viribus merita cauſarum præ-
ſcrutari , & partibus ſatisfacere , vt Populi
quietè viuant , & Reſpublica tot litibus non
inuoluatur.

Cauſa etiam æquè potens eſt, tot litium in hoc
noſtro Regno , quibus etiam aſſiduè vexan-
48 tur noſtra Tribunalia, paupertas ſcilicet Po-
pulorum, iſti enim propter ſuperfluum luxũ,
ſubſtantiam propriam dilapidant, fraudolen-
ter negotiantur, immobilia doloſe vendunt,
quæ erant creditoribus oppignorata , vt ad-
uertit *Tholoſan. lib. 4 de Republica cap. 11. nu. 6.*,
& dum continuis ſumptibos exhauriuntur
opes , non mirum , ſi poſtea oberatos aſpici-
mus, nedum plebeos, ſed etiam Nobiles, imo
Proceres non raro, qua propter poſſumus cum
ingenioſo illu bene dicere.

Quo ſit , quod Principes , & Comites
Tenentes Vrbes Caſtra , territoria,
Vicos Palatia agros, & tentoria
Eorum bona vadant ad Prætoria.

Dum enim quam plures familiæ ad ſtatum
miſeriæ, ob immoderatos ſumptus , & extra-
ordinarium luxum, impotentes efficiuntur
ad onera ſatisfacienda , vt aduertunt *Nicol.
Berſ. de pactis famil. pag* 199. *Scipio Ammiratus
lib. 3. diſſert polit. cap. 8. Kloch. de Erar. lib. 2. cap.
43. num. 4 fol* 389. hinc inſurguntur æſtuoſæ
lites & querimoniæ , creditorum concurſus ,
venditiones Iudiciales, lites inter creditores ,
qui de præferentia decertant, & alii confli-
ctus , & improbitates , quibus Miniſtri conti-
nuè vexantur , propterea inter principales
cauſas litium , ægeſtatem numerauit , *Iurga
Valentin. in Parthen. litigioſ. lib. 1. cap. 11. n. 30.* ,
& cap. 13. n. 23. & 24.

Præterierunt tempora , quæ ſcripſit *Varr. de Ro-
manis*, qui cum Alium, & Cepas ederent, tam
bene geſtabant priuata , & publica negotia
atque ita validè , & prudenter, vt vniuerſum
Orbẽ ſubiugauerint , fecerunt enim illos ma-
gnos , domi induſtria , & parcitas , foris vero
iuſtum Imperium , eadem ex cauſa laudantur
Hiſpani, qui aquam bibere , & parciſſime ce-
nari ſolent , ſcripſit idem *Valentin. d. cap. 13.
num.*

num.23., sed sumptuosius occurrunt, cum
50 necessitas postulat, eandem temperatam formam
viuendi exercent Veneti, qui cum
sint nostrorum Romanorum reliquiæ, sciunt
tam decenter sua bona administrare, vt in
patria tenaces illos iudicares, si vbi res largitatem
poscit, maximos sumptus eos iactare
51 non aspiceres. E contra Galli reprænhenduntur,
dum immoderatè viuunt, vestes enim
non solum in dies, sed etiam in horas mutãt,
& quas mane gestare cæperunt, vespere pro
absoletis habent, testantur. *Henric. Stephan. in
apol. pro hared p. 44. Schonbor. lib. 3. polit. cap. 17.
Tiraquell. ad l. 3. connub. num. 57.* Eadem nota
reprænhenduntur Germani quos æquè perdet
Gallorum luxuria, sicut Romanos læsit Græcorum
blandities dixit *Valer. lib. 9. cap. 1. in
princ* Conuiuiorum enim luxuria, & vestiũ,
ægræ Ciuitatis indicium est, dixit *Seneca epistol. 115.*

Talis immoderatus vsus vestium longè excreuit
in hac nostra Ciuitate Neapolis, adeo autem
52 tem ciues nostri ineptiunt, vt credant nobiliores
existimari, si prætiosis, & auratis vestibus
exornentur, proinde exteri vix distinguere
possunt Nobiles à priuatis ciuibus. Maior
abusus aspicitur in plebeis mulieribus,
quæ aureas, & ornatissimas vestes gestare non
erubescunt, illo vel maiori modulatu confectas,
quam frequentant Nobilissimæ Puellæ,
intumescunt enim cum suis intortis crinibus
Torquibus, & Armillis, auro, & gemmis colligatis,
quorum sumptus non solum dilacerant
maritorum marsupia, sed etiam eorumdem
honorẽ deturpant, dum ob eorum vanitatem
leuitas arguitur, quæ pellicatus signa
demostrat, vel saltem Psaltrias quilibet illas
indicabit, quæ publica forsan spectacula, vel
scenica tractarent. Nuptiarum temporibus,
vt liceat auratis vestibus sponsas ornari, vtpotè
in tempore lætitiæ, & Iubilationis, communis
vsus omnium nationum permisit, sed
quod hac tempestate expensæ taliter creuerint
in nostra Ciuitate, & Regno, vt excedant
dotem traditam, vel promissam, & dedecori
reputetur, si Mariti immensos sumptus
non diffundant, vtq; nil magnificũ censeatur,
nisi superfluum, atque nil honori, &
gloriæ tribuatur, nisi vltra eorum statum
se extendant, hanc summam inscitiam iudico,
& morum corruptelam censura dignam
censeo, vt etiam conqueritur *Dom. Preta in
d. ritu 272. num. 59. versl. ignoro tom. 3.*, & in
admirationem promouit *Thom. Costo* nostrũ
conciuẽ *in giorn. vlt. det in fuggi l'otio, fol. 555.*
vbi de nostris Nobilibus Neapolitanis satis
admiratur, ob immoderatas expensas, quas
diffundunt vltra vires patrimonii, adeout
apud *Besoldum* Germanum scriptorem inueni,
Neapolitanorum luxus reprænhensos in
*discur. polit. tit. del. de Ærario publico cap. 2. num.
2. tom. 2.*, qui ex nostrorum Neapolitanorum
incuriis præceptum politicum desumpsit, vt
Principes frugalitatem, parsimoniam, atque
regulam redditũum conseruent, vt suo pede,
etiam parua metiantur, vt dicebat Magnus
ille Cosmus Mediceæ Familiæ, qui minima
existimabat, vt maiora perficeret, refert
Boter. in dict. memorab. lib. 1. fol. 31. relatus
à *Besold loc. cit.*

Hunc enim abusum procurauit euellere prudẽ-
53 tissimus D. Gaspar de Haro Marchio Carpij
huius Regni Prorex, qui tanquam Angelus
missus à Deo, prius purgauit nostri Regni
prouincias à scelestibus latronibus, vulgo
Bannitis, qui illas continuè infestabant, cum
eorum rapinis quas committebant, hoc vnico
remedio castigando Barones eorum fautores,
postmodum voluit cohibere prædictos
immoderatos sumptus vestium, & famulorũ
prohibendo cum sua speciali sanctione vestiũ
vsum, auro, & argento contestarum, atque
famulorum numerum designauit, prout personarum
conditioni congruebat, cum rigorosis
pænis minando contrauenientes. Sed
proh dolor post obitum d. Proregis, qui diem
suum clausit extremum in hac Ciuitate die
16. Nouembris 1687. pragmatica non fuit
amplius obseruata ob tot conquestus Mercatorum,
& Textorum, qui tali vsu vitam ducebant,
adeout defatigatus tot clamoribus,
seu conquestibus Comes de S. Stephano Prorex
successor, tacitè eius abusum permisit, &
licet moderatio resultabat in vtilitatem nostri
Regni, multoties considerata per alias antiquas
sanctiones in *prag. 1. & 2. de vestium, &
famul prohib.*, & licet etiã de iure talis immoderatus
ornatus, reprobetur, vt notat *Lucas
de Penna in l. 1. C. Nulli licere in fren. eques. lib.
11.* atque etiam per diuersa Ciuitatum statuta
interdictus *Barl. in d. l. vnic. num. 1. C. Nulli
licere*, *Menoch. de arbitrar. Iudic. lib. 2. cas. 80.
num. 114. Dom. Preta in Ritu 272. nu. 59. versl.
ignoro circa fin. tom. 3.* attamen Populi isti, potius
ægestatem pati exoptant, quam pomposam
vitam moderare, sapit enim naturam
talis luxus illius mali, quod facilius est accusare,
quam vitare, ideo dicamus cum Poeta.

Laudamus veteres, sed nostris vtimur annis.

Si vero velimus politicorum sententiæ adherere,
dicimus quod litigantium cauillationes,
& dilationes si creuerint, adiuuant Ærarium
Principis, dum lites non ita celeriter terminantur,
etenim multæ familiæ, multaque
hominum milliaria hoc quæstu viuunt, & in
Ciuitate cohabitant, vbi Tribunalia sedent,
prout etiam in Galliis decem mille homines
numerantur, quæ officia iudicaturæ administrant,
testatur *Matag. de Matagon. ad Italogall.
pag. 249.* relatus ad *Valentinan d. parten. lib. 1.*

cap.

cap.12.num.3.in fin., ita & taliter, quod Princeps quæstum sumat, ex tam ingenti numero personarum, ex tributis, & gabellis quas ex eis exigit, & nunc intelligo rationem, cur Basilius Costantinopolitanus Imperator sumptus litium partibus subministrabat, vt referunt *M.Iacquet Faije la 5.remon.pag.214.*, & *Valentin.in panthen.litigios.lib.1.cap.2. nu. 17.* Imo videmus, quod nostræ leges privilegia fori concesserint nostris Curialibus, vt trahant ad nostra Tribunalia cum eis litigantes, & non trahantur ab exteris, vt in nostro *ritu* 232., quod aliud noluerint denotare, nisi Curialiũ protectionem, ne à Tribunalibus alienentur, in signum eorum beneuolentiæ, & dilectionis, ita & taliter, quod iuris ciuilis nobilissima scientia inter artes mechanicas possit hodie numerari, bene igitur Stratocles, & Democlides Tribunal, seu Curiam, Messem auream vocarent, ad quam vti Nundinas litigatores proficiscuntur, *Muret.vol.2. in orat. adhib.ante Pontificis electionem pag.240. Herm. lather.lib.2.de censu cap.5.num 51.& seq.*, Ex istis etiam dilationibus Regius Fiscus lucrũ capit non ordinarium, dum vendit Officia Magistrorum actorum Sacri Consilii notabili pretio, ad vitam tantum emptoris, & hodiernis temporibus, quodlibet illorum venditur pro ducatis septem mille, pro vna vita. Officium vnius Magistri actorum Regiæ Cameræ vendi solet pro ducatis octo mille, & annis retro elapsis fuit venditum à Regia Curia pro duc. decem mille Mag. Felici Golino, qui post duos menses obiit, & Regia Curia lucrata fuit prædictã summã. Officia Magistrorum actorum M. Curiæ plura sunt, & quodlibet ipsorum pro vna vita venditur, circa duc. bis mille, & vnum ex officiis actuariatus eiusdẽ M.C. pro duc. circiter sexcentum. Officium vnius Porterii Sacri Consilii venditur pro eius vita pro duc. mille, quæ officia cum plura sint in qualibet eorũ specie, Regius Fiscus, quolibet anno illorum venditiones circulariter perficit, ob deuolutiones, quæ sæpè accidunt, & si tot dilationibus locus non daretur, ipseque lites in tempus longeuum non protraherentur, officia supra expressa pro enunciatis pretiis non venderentur, & tam ingens hominum turba vitam ducere non posset, afferendum propterea est cum *Apollonio Thianæo*, referente *Philostrato lib 4. cap. 2.*, quod tales hominum contentiones Ciuitatibus plurimum conferant, cum & ipsa Mundi machina ex discordibus constet; non vides, inquit *Seneca lib.7. natur. quæst. cap. 27.* quam contraria inter se elementa sint, grauia, & læuia, frigida & sicca, calida & humida, & tamen in vno corpore conquiescunt, id etiam status politicus poposcit, vt suis inueteratis contentionibus mundus ipse regatur, & gubernetur, cum euentus varios res noua semper habeat.

PRÆSTANTIA IX.

Præstantia S. C. Neapolitani est, quia est diuisum in quatuor Aulas.

SVMMARIVM.

1 *Consiliarii quini assistunt in qualibet ex quatuor Aulis Sac.Cons.Neapolitani.*

2 *Votorum paritas euitatur ob imparitatem Consiliariorum.*

Curia Lusitania tenet imparem numerum Senatorum.

3 *Aulæ dicuntur illæ Senatorum Classes, in quas Senatus diuiditur, & cur.*

4 *Aulæ nomen antiquissimum est, nec ab Hispanis inuentum.*

5 *Aula Regia appellatur Palatium Principis.*

6 *Sacrum Consilium Neapolitanum tempore eius institutionis vnam Aulam tenebat, postea in anno 1533. in duas Aulas fuit diuisum.*

7 *Regnum Neapolitanum mirificè creuit, sub felici gubernio Regum Austriacorum.*

8 *Consilii Neapolitani Tertia Aula fuit erecta in anno 1568., & quarta Aula in anno 1597.*

9 *Præstantia S.Consilij Neapolitani cognoscitur ex residentia, quam facit in quatuor Aulas.*

10 *Dignitas maior resultat ex maiori administratione.*

11 *Consiliarij quatuor antiquiores regunt quatuor Aulas Consilij Neapolitani.*

12 *Nomen Iudicis in quolibet Auditorio inscribi debet.*

13 *Consiliarij Consilii Neapolitani singulo bimestri mutant Aulas locales, & cur.*

14 *Aula vna Consilij Neapolitani dicitur durare, licet vnus Consiliarius superfit.*

15 *Consiliarij sedent in Consilio simul cum Presidente.*

16 *Sedere debent Iudices cum proferũt sententiã. Sententia super equo lata non valet.*

17 *Sententiam cum proferebant Senatores Romani assurgebant, & stantes dicebant.*

18 *Seniores Consiliarii in superiori loco sedent.*

19 *Præsidens S C potest sedere in qualibet Aula, illasque ad sui libitum mutare.*

20 *Titulati nostri Regni, scilicet Principes, Duces, Marchiones, & Comites sedent, quando eorum litigia agitantur, sed non quando causæ votantur.*

21 *Sellam tenere in Prætorio Principis maxima est Dignitas.*

22 *Titulati nostri Regni in causis criminalibus capite tecto, & sedentes examinantur, secus simplices Nobiles.*

Quando alloquuntur cum Proregibus sedent, & caput cooperiunt.

Sunt Consiliarij Regis à latere.

Præcedunt in omnibus functionibus omnes Officiales etiam Collateralis Consilij.

23 *Se-*

23 *Sedent in nostro Consilio Proceres exercentes septem Officia nostri Regni, Regentes Collateralis Consilii, Indices M. C. Vicariæ, Thesaurarius Generalis, Præsidentes Regiæ Cameræ, Auditores Exercitus, & Generalis, Milites Hierosolomitani Magnæ Crucis, Episcopi, & Archiepiscopi.*

24 *Illustrium titulo decorantur à nostro S. Consilio, Titulati Regni.*

25 *Aduocati causarum cum causas tractant in nostro S. Consilio nudato capite, & stantes orant, sed si non alloquuntur, possunt capite cooperto assistere.*

DEmostraui in anrecedenti Præstantia numerum Consiliariorum, quibus nostrum
S.Consilium Neapolitanum regitur, restat
considerare diuisionem Aularum, in quibus
resident, quando causas tractant. Et omnibus
notom est, quod isti viginti Consiliarii, qui
1 continui assident in nostro Sacro Consilio in
quatuor Aulas sunt distributi, quini pro vnaquaque Aula in loco excelso sedent, quando
iustitiam administrant, & nota quod sunt numeri imparis, ad tollẽdas paritates votorum,
in casu dissonantium opinionum, sic suaden-
2 te *Vlpian. in l. item si vnus §. principaliter ff. de receptis arbitris*, ibi: *in impari numero ideirco compromissum admittitur, non quoniam consentire omnes facile est, sed quia, & si dissentiant inuenitur pars maior, cuius arbitrio stabitur. Escobar de ratiocinijs cap. 33. num. 1.*, quem
imparem numerum Senatorum plures Curiæ obseruant, vt in Regno Lusitaniæ, refert
Pegas ad ordin. Portugal. lib. 1. til. 1. glos. 61. per tot.

Et nota quod Aulæ dicuntur istæ nostræ quatuor
3 Cameræ amplæ, vbi Senatores in quatuor
Classes sunt distributi ad causas tractandas, &
dirimendas, cuius nominis originem ab Hispanis deuenisse, dixerunt *Fontanella dec. Cathalon. 486. num. 25. tom. 2. Thesaur. in præfat. suar. decis. num. 36. in fin.*, *& Dom. Reg. Preta in ritu 250. num. 3. tom. 2.* Sed ad quid nominantur Hispani à *d. Thesaur.* qui hac occasione
dixit, quod soleant proicere Ampullas, &
sexquipedalia verba, tale enim Aulæ Vox notissima est apud eos, qui in cultu Regum consenuerant, & à tempore Senecæ cognitam,
qui refert responsum illius Aulici, qui inter-
4 rogatus. Quomodo hanc rarissimam rem in
Aula, scilicet senectutem consequtos fuisset
Iniurias ferendo, & gratias agendo respondit, ideo dico quod non quia ita denominantur ab Hispanis, ideo ab eis tale nomen fuit
impositum, sed dicuntur Aulæ, quia nostrum
S.C. sua incunabula recepit in domo Regia,
scilicet Regis Alphonsi, ibique per aliquos
annos regebatur vt sup. dixi, & quia Principes
solent habere ædificia altiora, quæ ventis fa-
5 cile perflantur, ideo eius Cameræ Aulæ Regiæ
dicuntur, quasi ab Aura quæ ibi viget, vt ex
Atheneo dixit Calepin, & ex *Homero*, *& Suetonio* demostrat *Laurentius Beyerlinck in theatr. vit. hum. tom. 1. in verb. Aula.* ideo illud nomen
Regiæ domus, seu Regiæ Aulæ, quod semel
assumpsit Neapolitanum Consilium, semper
apud se detinuit, & cum in quatuor classes
hodie diuisum fuit, omnes iste quatuor Cameræ, seu Classes Audientiarum publicarum,
merito Aulæ appellantur.

Antiquitus tempore institutionis Sacri Consilii
6 per Alphonsum Aragonenm factæ, Aula S. C.
vna erat, vbi nouem Consiliarii tantum insimul assistebant pro decisionibus causarum,
qui cum Præsidente numerum denarium
componebant, vt asseritur in *pragm. 2. de Officio S. R. C.* postmodum aucta malitia litigantium, & multiplicatis litigiis in vna Aula retardabantur causarum expeditiones,
ideo D. Petrus de Toleto huius Regni Prorex
in anno 1533. illam in duas Aulas diuisit, ordinauitque, vt in vnaquaque Aula quatuor
Consiliarii assisterent, & quidquid Alterutra
dictarum Aularum decreuerit, firmum esse
voluit, vt in *pragm. 41 de Offic. S.C.*, & in seq.
anno 1534. Carolus V. Cæsar duos alios Consiliarios addidit, qui omnes numerum duodenarium complerent, quorum decem in eisdem duabus Aulis diuisim residerent, reliqui
vero duo, vti Iudices M. C. Vicariæ elexit,
ibique semper altèrnatim per bienninm duraturos, assistere voluit pro causis criminalibus tractandis, vt sancitur in *pragm. 2. §. 5. de Offic. S.R.C.* At cum Ciuitas nostra aucta fue-
7 rit in duplum, à tempore regiminis nostrorũ
Regum Austriacorum, ideo oportuit tertiam
Aulam Consiliariorum instituere ad sedandas innumeras lites, quæ in hoc Regno vigẽt,
vt testatur *Reg. Tapia in ius Regni tom. 1. super annot. ad pragm. 2. in fin. versi. nouem de Offic. S.R.C*, de qua tertia Aula fit mentio, in *prag. 68. de Offic. Procur. Cæs.* ædita in anno 1597.
vbi asseritur nostros Consiliarios prius in
duas Aulas, postmodum in tres, demum in
quatuor Aulas fuisse diuisos. At cum per tres
Aulas, & per 15. Consiliarios ibi assistentes,
negotiorum, & causarum expeditio etiam
retardabatur, ad petitionem nostræ Ciuitatis
contenta extit Maiestas Philippi Secundi in
anno 1597. quartam Aulam instituere in
prag. 73. de Offic. S.R.C., & ex hoc cognoscitur
error *Topii in d. tract. de orig. Trib. par. 2. lib. 4. cap. 5. nu. 6.* vbi dixit non constare ex Regiis
pragmaticis, quo tempore, & quo anno fuisse
erectas tertiam, & quartam Aulas, sed de
8 eis tantum fieri mentionem in *d. pragm. 68. de offic. proc. Cæsar.*, & omisit *d. pragm. 73. de Offic. S. R. C.* vbi ad petitionem nostræ Ciuitatis
quarta Aula fuit instituta in d. anno 1597., &
tertia Aula fuerat prius ordinata in anno
1568., vt dixit *Reg. Tapia in tom. 1. inr. Regni*

in

in annot. ad d.pragm.2.num.13.de Offic.S.R.C. & pertranseunter etiam memorat *Dom. Pretz in ritu 53. num.6. in fin. tom.1. sup.ritib. M.C.V.*

Ex quibus quatuor Aulis lites citius Deo adiuuante expediuntur, vbi enim multitudo eft, multaque negotia confluunt, ibi recte discernere difficile eft, legemque quamdam Deorum Immortalium depofcit, dixit *Piudar.od. 8.Olymp.*relatus à *Seurcio de reg. iur.pag.7.num. 11.*Ex qua defignatione quatuor Aularum
9 PRÆSTANTIA S.C.Neapolitani refultat, refpectu aliorum Senatuum, qui in minores Aulas diuiduntur, quia ob multitudinem Magiftratuum, & Senatorum non poteft negari, quin non inducatur maior adminiftratio, dum maiores Officiales vacant publico regimini, & hoc cafu, maior adminiftratio in-
10 ducit maiorem dignitatem, & præcedentiam *Collegium, Bon.in consl.1.post Consil. Zabarell. num 13.& 26.Tusch.practic. conclus. in verb. Præcedere concl.477.num.1.tom.6.*

Omnes quatuor Aulæ commendantur dirigendæ quatuor Antiquioribus Confiliarijs, qui
11 alios præcedunt fecundum datam temporis affumptionis ad Officia, & appellantur Capita Aularum, vulgo *Capi di Rota*, & Aula denominatur illius Confiliarii, cui vti Caput Aulæ præfidet, ideo fupra Ianuam vnius cuiufque Aulæ infcripta eft Tabella, cum nomine illius Confiliarij antiquioris, qui illam regit. Ifte enim mus femper viguit, vt in
12 auditoriu nomen Iudicis apponatur, qui audientiam faciebat, ad inftar nominis Confulis, quod in fcripturis apponebatur, *Glos. 1.in l.generaliter C. de Tabular. lib. 10.*, ficut in literis præcatoriis etiam practicatur *Pegas resol.for.cap.11.num.2. & seq.* Huius Capitis Aulæ poteftas in fua Aula, maior eft refpectu aliorum Confiliariorum, qui in eadem Aula affiftunt, quia cum ipfo Cõfiliario antiquiore alloquntur Aduocati caufarum, ipfe diftribuit dies inter Collegas caufarum decidendarum, præcipit Oftiariis conuocari Aduocatos ad patrocinia præftanda, eifque mandat, vt exponant merita caufarum, & fi male alloqnntur, vel non concludenter, aut inutiles rationes proponunt, præcipit vt obmutefcant, vel recedant ab Aula, imo per noftram *pragm.8.de Offic. S.R.C.* fuit prohibitu m aliis Confiliariis in caufa alloqui, fed tantum vt refpondere debeãt ad interrogata per Præfidentem, vel per Caput Aulæ.

Et nota quod noftri Confiliarii fingulis duobus menfibus mutant Aulas locales, vt ftatuit
13 Rex Ferdinandus huius Regni tunc Moderator in *pragm.2 num.5. de Offic. S.R.C.* quæ mutatio fit hoc modo, nam cum totum Sacrum Confilium fit in quatuor Aulas diuifum, Confiliarii primæ Aulæ ibi refident per bimeftre tempus, fcilicet à prima die Ianuarii, vfq; ad vltimũ Februarii, eodẽ modo per alias Aulas, poft quodlibet bimeftre vagantur, & reliqui Confiliarii aliarum Aularum fubfequuntur, cuius mutationis per noftram fanctionem ftatutam, aliam non valeo rationem affignare nifi iftam, quia cum fecunda Aula fit amplior, & excelfiori afpectu perfulgeat, ita vt capax fit detinendi omnes viginti tres Confiliarios cum eorum Præfidente, ideo vt omnes alii Confiliarii fruantur tali ampliori, feù Nobiliori loco, ordinata fuit prædictorum locorum bimeftrate viciffitudo.

Hæc enim diuifio Aularum viget, licet ma-
14 ior pars Confiliariorum illius Aulæ deficiat, vel per mortem, aut per infirmitatem, vel abfentiam, nam Aula rapræfentatur, etfi vnus Confiliarius fuperfit, *Consil. Roccus de Offic.rubric.17.num.15.* Sed hoc intellige refpectu illarum caufarum expediendarum in duabus Aulis, fed refpectu illarum caufarum, quæ in vna Aula definiri debent, Aula redacta ad vnum Confiliarium, inutilis remanet ad terminanda prædicta negotia, quæ in vna Aula expleri poffunt, in qua faltem tres interuenire debent Confiliarii, vulgo enim nos dicimus, quod duo Iudices rapræfentant M.C.& tres Confiliarii Sacrum Confilium, nam Collegium, in quo fimul collecti Iudicant, non minus tribus effe debet, *l.Neratius 85.ff.de verb.signific.Thesaur. in præfat ad dec. Pedam.num.11.versl.Collegium.*

Sedent etiam coram Præfidente Confiliarii, &
15 cum quadam Maieftate, & dignitate debent infimul federe, dixit *Pegas ad ordin. Portugal. lib.1.til.1.glos.47.*, quia animus fedendo fit magis attentus, & prudentior *Aristotil.lib. 2.de anima Glos. in cap. vltimo de sentent. & re iudic. in 6. Fragos. de regimin. Reipubl. lib.1. par.1. disp.1. numer. 23.*, ideo fuit praxis introducta, vt fententia debeat
16 ferri pro Tribunali fedente, alias fit nulla, *s.sancimus auth.Vt ab illustribus col.5.*, & habetur etiam in *s.sedebnut autem, auth.de Iudicibus dict.. cap. vlt. de sentent.*, *& re iudic. in 6.*, nam pluribus intentus minor eft ad fingula fenfus, & præfumitur, quod Iudex fi non fedeat, non fit ita ad caufam attentus, *Fragos.vbi sup.Rolandus à Valle consl.41. num. 14.vol.1.Xamar.de offic.Iudic.par.1. quæst.15. num.39.* hac de caufa fi fuper equos fedendo proferatur fententia, non valet *Barl.in l. 1. C.de senten.ex peric.recit.Speculat.de sentent.§. iusta num.10.*, fed *Glos.in d.l.1.* ait quod fi ad-
17 fit neceffitas valet. Imo fedent Confiliarii in Aulis, licet fententiam proferant, cum fcilicet votum emittunt, ex quo etiam PRÆSTANTIA, & eorum dignitas relucet; nam antiqui Senatores Romani, dum in Senatu vota recitabant, affurgebant, ftantefque dicebant, non folum de fententia, fed de quacumque re interrugabantur, poft vero fen-

 ten-

tentiam assidebant, fatentur *Rosin.lib.7.antiq.*
Roman cap.7.Aul.Gellius lib.4.cap.10.Alex.ab
Alex.in diei genial.lib.4.cap.11.fol.371., vbi
Tiraquell. alios refert *in annotat.lit.O. Arumę.*
de iur.public.discurs.2.cap.3.pag.54.vol.5.

Et in sedendo etiam ordinem seruant nostri
Consiliarii, nam sedent in superiori loco an-
tiquiores creati, & gradatim alii Iuniores,
secundum ordinem temporis promoti; Imo
deficiciente aliquo, vel absente, Collega qui
post eum proximè sedebat, illius sedendi lo-
18 cum recipit, & ita alii gradatim, ita vt nu-
uissimè creatus, in nouissimo loco eū recipi,
statuit nostra *pragm. 3. de Officio Sacri Re-*
gis Consilii, & ità de Iure disponitur, vt
seniores primo loco sedere debeant per *legem*
2.C.de præf.P.præto.lib.10., & per alia Iura,
dixit *Tiraquellus de primoge.in præfat.n.115.*,
vbi à *nu.79* de senioribus præferendis plura
dixit, & hoc procedit licet seniores sint mi-
noris scientiæ, quam Iuniores, adhuc etiam
præferendi sunt, propter maiorem practicā,
& esperientiam, *Rebuff.in to.3.Constit.Franc.*
til.de mater.possess.art.13.Glos.3. nu.12., *Aze-*
ved.in leg.nou.recompil.lib.2. til.16. ad leg.25.
num.2. Præsidens vero nostri S. Consilii po-
test sedere, & interuenire in qualibet Aula,
19 illasque ad libitum mutare, in quibuscum-
que diebus, & horis, & in quibusuis causis,
prout conueniens, & expediens reputabit,
vel necessitas postulauerit, vt est dispositum
in *pragm.4. de Offic. S.R.C.*, nisi forsan fuisset
suspectus, *Tasson.de Antefato versl. 3. obseru.*
3.num.112.

Sedent vero in Nostro Sacro Consilio Titulati
nostri Regni, scilicet Principes, Duces, Mar-
20 chiones, & Comites, siue actores sint, siue
Rei, quando eorum litigia agitantur, sed in
vltimo loco post Consiliarios, non vero quā-
do causa votatur, ità per *tex.in l.1. vbi Glos.*
C.de Consul.lib.12.l.fin.§ sedendi C.vbi Sena to-
res, vel Clarissimi, & ex §.sancimus auth., *vt*
ab Illustrib. concludunt, *Surgente de Neapol.*
Illustr.cap.21.num.16., *& capite 23 num. 7.*
in vers. in primis, & num. 21. Mastrill. de
magistrat.lib.4.cap.13.num.133., & 138., &
tandem *Rocc.de offic.rub.17. §. 4. num 31.*,
quod hodiernis temporibus quotidie aspici-
mus, & hoc obseruatur ab eorum excelsam
dignitatem, nam sellam tenere in Prætorio
21 Principis, maxima est dignitas *§.2.auth. vt*
ab Illustrib.Glos.in §.aliam versl.altiori instit.
de bonor possess. Cassan. in Catalog. Glor. Mun-
di par.1.consid.11. Surgente d cap.23.num.28.
Quod ne dum in causa Ciuili procedit, sed
in causa Criminali, per *tex.in l.fin. §.sedendi*
C.vbi Senatores, vel Clarissimi, Freccia de
subfeud. lib.3. til. de differ. inter feud. regal.
differ.48. Tasson.de antefato versl.3. obseru 4.
num 9. versl.est verum, imò affirmat *Rocc. d.*
§.4.num.36., quod capite tecto, & sedentes
in ius vocati esaminantur, quod secus est in
22 simplicibus Nubilibus, qui detecto capite
coram Iudicibus esaminantur, quod etiam
dixerunt *Surgente d.cap.23.num.21.*, *& Ma-*
strill. d.lib.4.til.13.num.236. Isti enim titula-
ti, quando alloquntur, vel tractant cum Do-
mino Prorege, possunt caput pileo cooperi-
re, & sellam habent, dixit *Chassan.in catalog.*
glor.Mundi par.1.consid.10., & sequitur *Rocc.*
d.§.4. nu.33., *& 71. Tasson. de antefato versl.*
7.obser.8.num.37., quia Titulati sunt Consi-
liarii Regis à latere, est *tex.in cap.Imperialem*
de prohib.feud.alien. per Federic. Lanar. consl.
72.num.5.Fabius de Anna consl.122.num.39.
Freccia de subfeudis til. Quis dicatur Comes
num.44.Bouadilla in politic lib.2 cap.16.nu.7.
illorumque priuilegia multa tradit *Rocc. d.§.*
4. à num. 28. Proinde in cunctis functioni-
bus, quæ per Dom. Proreges sollemnizantur,
precedūt isti titulati omnes Officiales, etiam
Collateralis Consilii, fatetur *Rocc. in d.§.4.*
num.61., qui ponit casum, quando accedit
Dom. Prorex in M.C. Vicariæ ad faciendum
gratias Carceratis, nam in d.M.C. sedere pos-
sunt Titulati in scamno, ad manum sinistram
Proregis, & citat *Minad.in const.Regni in ali-*
quib.num.44.Surgent.d.cap.23. num. 32. Ma-
strill.de magistr.lib 4 cap.13.num.158., sed si
Officiales sibi assistant insimul com Prorege
in forma Tribunalis, tunc postponuntur Ti-
tulati, *Franc.dec.138 num 6.Bouadill. in po-*
litic.lib.3.cap.8. num.5. Gratian. discept. for.
cap.111.Mastrill.de Magistrat.cap.13.n.52.

Eundem honorem sedendi in hoc Supremo Cō-
23 silio Principis, habent preter istos Titulatos
septem Proceres Regni, qui septem officia
nostri Regni exercent, scilicet Magnus Ca-
merarius, Magnus Cancellarius, Magnus Iu-
stitiarius, Magnus Admiratus, Magnus Si-
niscalcus, & Magnus Protonotarius, & tan-
dem Mag. Conestabilis, Locumtenens Re-
giæ Cameræ, Regentes Collateralis Consilii,
& Iudices M. C. Vic., Thesaurarius Genera-
lis, Præsidentes Reg. Cameræ, Auditor exer-
citus, & Auditor generalis, & Milites Hiero-
solimitani Magnæ Crucis, idē etiam dicerem
de Episcopis, & Archiepiscopis; quos Titu-
latos Ecclesiasticos, appello, De Cardinalibus
inanis est alloqutio, quia isti dedignantur
pro eorum negotiis accedere ad d.Senatum,
sed mictunt eorum procuratores, cum isti Re-
gibus assimilentur, & aliquando si interue-
nerunt, vti Præsides nostrum Senatum dire-
xerunt, præter istos nemini datur locus sedē-
di in nostro Supremo Consilio, & omnes nu-
dato capite, & stantes alloquntur.

Quando Titulatorum Causæ vociferantur per
porterios Sacri Consilii, ad hoc vt definian-
24 tur, non alius titulus tribuitur dictis Ti-
tulatis, nisi Illustris, cumquo eodem titulo
denominantur à nostro Potentissimo Rege
in

in Epistolis, & alijs scripturis, vel priuilegijs ipsis directis, *Tasson. de antefato vers. 30. obseru. 3. num. 66* eodem mox titulo decorantur in sententijs, quę promulgantur à Supremis nostris Tribunalibus, vt notauit *Surg. de Neapol. Illustr. cap. 23. num 43.* & etiam testatur *Consil. Rocc. de offic. d. rub. 17. s. 4 n. 56.*

Non tamen sedet in S.C. quando Collegialiter
25 sunt Consiliarij congregati, aduocati causarum, dum illas tractant, nam orant stantes, & erecti in pedibus, imo capite denudato, quod obseruatur ob authoritatem, & præstātiam nostri supremi Senatus, sunt iura, quæ hoc mandant in *l. 1. Cod. de offic. ciuil. iudic.* & in *l. quoties Cod. vbi Senatores, vel clarissimi*, ibi: (*ita, & huiusmodi viri sedendi quidem in cognitionibus dicendis, minimè sibi vendicent facultatem*) & poterit allegari *tex. in l. 2. Cod. de proxim. Sacro. Scrin.* ibi: *aut si reuerentia non fuerit in salutatione delata, aut sedendi cū iudice societas denegata*, & facit, *l. peculiari in fine eodem tit. & ibi DD.* & ita de stylo Curiarum Francię obseruatur, quod non debeant sedere, quandiù causa agitatur, fatetur *Boer. de author. Magn. Consil. n. 41.* & ità de stylo Nostri Tribunalis testatur *Surgente de Neapol. Illust. cap. 21. nu. 16.* qui citat *pragm. 2.* emanatam à D. Petro de Toledo, quando vero Aduocati non alloquuntur, sed in Aula reperiuntur audientes alios orare, vel expectant, vt aduersæ partis, aduocatus merita causæ proponat, interim possunt capite cooperto assistare, & ita vidi multoties obseruatum ab Aduocatis primi ordinis in hoc nostro Senatu à D. Aluaro della Quadra, postea Consiliario creato, à D. Hyeronimo Lanfranco, alijsque Primarijs Aduocatis.

Hoc currenti anno 1704. quo primum tomum Præstantiarum Sacri Consilij Neapolitani compleo, regit vti Præses Nostrum Supremum Senatum *D. Alphonsus Perez Araceli* electus ad hanc supremam dignitatem in mense Augusti anni 1703. post obitū D. Felicis Lāzina Vlloa, qui diem suum clausit extremū in mense Martij eiusdem anni 1703. postquā per triginta circiter annos tale munus administrauit, Præses vigilātissimus, & indefessus, qui licet ānos nonaginta expleuisset, & alijs præfecturis fuisset occupatus, nihilominus omnia attentè ita disposuit, tantaque humanitate, & iustitiæ zelo tale munus administrauit, vt memoria indelebilis ad posteros redundauerit, in eius locum successit prædictus D. Alphonsus Perez de Araceli Hispanus Regens nostram Regiam Cancellariam, qui locum Magni Camerarij in hoc Regno tenebat, ad hanc supremam dignitatem promotus ob eius doctrinam, & immēsas animi dotes, ideo sollemni pōpa à nobis fuit exceptus, vti omni virtutum cumolo fletés, & quā perfecti magistratus personam, vti locumtenens expleuit in illis fiscalibus negotijs verè mirabilis, meliora speramus nobis pro futura, nec isto eruditissimo viro laudes texere volo, sed illum fecundiores calami exornabunt, laudabit eum posteritas, sat nobis est eius virtutes delibasse, vt à preclaris initijs certissimè coniectemus futura.

Cum d. *Præside* Senatum nostrum componebant viginti tres Consiliarij teste *Tassono de Antefato vers. 3. obseru. 3. num. 68.* sed hodie aspicitur auctus numerus ad vigintiquatuor, & vt à maioribus audiui, fuit vnus Consiliarius auctus in locum vnius Auditoris Rotæ Romanæ, qui antiquitus nominabatur pro hoc nostro Regno Neapolitano, sicut vnus Auditor eligitur pro Ducato Mediolani, & consentiente nostro Regno Neapolitano fuit permutatus talis locus Auditoris Rotæ Romanæ, in vnum Consiliarium Regnicolam, & remansit ad nominationem nostri Regis prouisio Auditoris Rotæ Romanæ, hac de causa hodie bini Auditoris Rotæ Romanæ Hispani eliguntur, & vnus Gallus, quia ex istis duobus Auditoribus Hispanis, vnus eligitur in locum Auditoris pro hoc Regno Neapolitano, quod resultauit in graua præiudicium nostri Regni, sed sperauit in alijs Comitijs generalibus tale præiudicium fore reuocandum à Clementia nostri Regis.

Isti vigintiquatuor Consiliarij pro duabus partibus eliguntur Regnicolæ, & pro tertia parte reseruantur arbitrio Catholicæ Maiestatis per *pragm. 1. de offic. prouis.* Vnus istorum assistit ad Gubernium Ciuitatis Capuæ ex priuilegio d. Ciuitati concesso, duo assistunt ad Tribunal M.C. Vicariæ, vti Iudices delictorum, & pęnarum eiusdem Tribunalis, ad temperandum eiusdem M.C.V. rigorem, vt dixit infra *præst. 16. c. 2.* reliqui vero vnus, & viginti sunt in quatuor classes distributi sub quatuor *Præfectis*, qui sunt Consiliarij antiquiores eiusdem Senatus, & Capita Rotarum nuncupantur, qui prædictas aulas absante *Præside* regunt, & administrant, circa tempora introductionum, expeditionum, & decisionum causarum, & si istæ sint benè ab Aduocatis exploratæ, & à Consiliarijs rectè perpensę, Rectores aularū explodunt ab Aulis Aduocatos, & partes, vt causæ secretè definiantur, Opportunum igitur extimaui omnes nostros Consiliarios per nomina, & cognomina referre, qui ad præsens nostrum Sacrum Senatum componunt, vt cognoscatur quot egregijs viris Nobilibus, & sapiētibus Iurisconsultis, noster Senatus ornetur, eorumq; officia, quæ prius administrarunt recensere, ex his enim excelsis personis, excellentia nostri Senatus maior fulgebit.

Prima Aula decana regitur ab antiquiori Cōſiliario, qui ad præſens eſt *D. Petrus Antonius Chiauarri* Hiſpanus Eques Ordinis Calatrauæ ex Dominis Caſtri Chiauarri à quo cognomen ſuſcepit, ſuos dies natales habuit in Villa de los Arcos de Nauarta, Infans ob merita ſuorum maiorum recepit à munificentia noſtri Regis Philippi Quarti recolendæ memoriæ mercedem annuorum duc. tercētum ſuper penſione Archiepiſcopatus Pamplonæ Adoleſcens Collegialis fuit Electus in Collegio Salmaticanſi condito à Cardinali de Toleto, vbi ita bene ſuos ſodales ſuperauit, vt meruerit prius Cattedas d. Vniuerſitatis regere, poſtmodū dignitate Regij Cōſiliarij noſtri Sacri Conſilij inſigniri, ita peritus, vt Iuriſprudētiæ duos tomos Typis impreſſerit ſub nomine, Didiſcalia, vbi abſtruſiores leges explicauit, & quia hic aſſiſtit ad gubernium Ciuitatis Capuæ, proinde eius locum Capitis Aulæ regit Senior Cōſiliarius eiuſdē Aulę, qui eſt *D. Blaſius Altomare* ex Baronibus Vallis Ogliaſtri, & Cameli Cilenti, (ſed Originariū Patritiū Florentinū eſſe fertur) ex ſenatoria familia ortus, ex qua Thomas Altomare gentilis ſuus, ante centum quinquaginta annos, eadem dignitate fuit inſignitus ſub Carolo Quinto Cæſare, ac etiam Propreſidens noſtri Sacri Conſilij, cuius virtutes imitatus d. D. Blaſius, nedum in legali facultate, ob plura opera legalia Typis excuſa, cū omniū plauſu glorioſū ſe reddidit, ſed etiā in hiſtorijs laborioſus, dum nobilium familiarū originem, & præclara geſta deſcripſit, aliaque ſui ingenij monumanta poſteris relinquit, ita vt ob tot merita, quibus cumulatur, fuerit ad dignitatem Conſiliarij promotus, poſtea ad tuenda regij patrimonij iura euocatus, tādem doctrina, & virtute ſua ita prometentibus pro Regis ſeruitio, iterum Cōſiliarij gradum ſibi creditum in priſtinum candorem reaſſumpſit, & ita benè ſe gerit, vt apud omnes incorrupti, & perſpicaciſſimi Iudicis laudes reportauerit.

Tertium locum occupat *D. Petrus Meſſones, & la Torre* Hiſpanus olim Auditor, & Fiſci Patronus diuerſarum Audientiarum noſtri Regni, poſtmodum Regius Auditor Generalis Præſidiorum Hetruriæ, deinde Regius Auditor Tertij Hiſpanorum, demum Regius Auditor Generalis Exercitus huius Regni fuit pronūciatus, tandem vero Iudex per ſuam Cattholicam Maieſtatem noſtræ Magnæ Curiæ Vicariæ in criminalibus fuit creatus, vbi vindex integerrimus delictorum extitit, ob cuius integritatem, morum probitatem aliaſque animi dotes ad dignitatem Regij Conſiliarij fuit aſſumptus, & Fiſci Patronus cauſarum Nobilium Deputatus, & quia in regimine politico probus cognitus fuerat, idcirco vti Preſes noſtræ Prouinciæ Aprutij Citerioris, deinde alterius Prouinciæ Hydruntinæ noſtri Regni regimen ſuſtinuit, quæ munera ita prudenter, iuxtè, & diſcretè ſuo purgato iudicio, cum omnium plauſu exercuit, vt inter optimos ſenatores connumeretur.

Quarto loco ſedet *D. Ambroſius Bernal* Hiſpanus, qui in Collegio celebertimo veteri Diui Bartolomæi Vniuerſitatis Salmantinæ in humanis litteris, & in legali Philoſophia adeo profecit, vt gradus licentiati, & Doctoris fuit adeptus, ibidem Catredas Veſpartinas canonicas Decretaliū, Clamentinarū, Sexti, & Decreti ſapienter rexit, Adeo antem ſua doctrina, & ſagacitate præcalluit, vt regiam gratiā prumeruerit, vnū ex Regijs Cōſiliarius noſtri Senatus pronunciari, poſtmodum vero ad Officium Regij Gubernatoris Ciuitatis Capuæ fuit traslatus, tandèm Prouinciā Calabriæ citerioris, ac alteram Prouinciam Hydruntinam vti Præſes laudabiliter rexit, talia iſta munera optimè adminiſtrauit, vt ob ſuam probitatem, doctrinam, & dexteritatem, maioribus honoribus eum fore decorandum communiter ſperetur.

Quintum locū habet *D. Gabriel Sangez de Luna* ex Marchionibus Grypoularū, & ex Ducibus Sācti Arpini Patritius Neapolitanus, ſed originatius ex inclita, & vetuſta Nobilitate Aragonenſi, cuius anteceſſores Neapolim progreſſi fuerūt cū Carolo Quinto Cæſare, & ad Sadile Montaneæ fuerunt recepti, ſed ipſe D. Gabriel ſuæ Nobilitati virtutes proprias cumulauit, proinde fuit electos Regius Auditor, nedum in Prouincia Citerioris Aprutij, ſed etiam ſucceſſiuè in Prouincijs vtriuſque Calabriæ, poſtmodū Iudex Magnæ Curiæ Vicariæ in criminalibus fuit aſsūptus, vbi maxima dexteritate iuſtitiā adminiſtrauit, tandē vero ſuis, & maiorum meritis ſuadentibus ad Cōſiliarij apicē fuit ſubuectus à Philippo Quinto Rege, & licet iuuenis ſit, tamen cum omnium admiratione præclarè, & prudenter omnia tractat.

Vltimum locum occupat *D. Philippus Carauita* olim Præſes extraordinarius Regiæ Cameræ, ſed quia omnes Officiales extraordinarij fuerunt à noſtro Rege ſuppreſſi, ideo ex eiuſdem Regis munificentia, ob ſuam cognitam doctrinam ad hanc Conſiliarij dignitatem fuit aſſumptus, licet iuuenis ætatis, ſed ſenex prudantia, & doctrina aſpicitur, eius anteceſſores, qui litteris, & honoribus claruerunt Carauitam Familiam in hoc Regno non parum illuſtrarunt, quibus non impar cognoſcitur noſter D. Philippus vir nitiſſimi ingenij, & magnæ aſpectationis, qui ſuæ nobili familiæ ſplandoram, litterarum cultura, & morū honeſtate quotidie auget, in ſimul, cum D. Nicolao Carauita eius genitore, prius famigerato,

& Do-

& Doctissimo Aduocato, nunc meritissimo Præsidente Regiæ Cameræ.

Secunde aula regitur à D. *Francisco Gascon* Hispano Patritio Oscensi Regni Aragoniæ, Equite Ordinis S. Iacobi, Fratre Spectabilis *D. Nicolai Gascen* Equite Ordinis Alcantare Regantis Regiam Cancellariam nostri Regni, & Marchionis Acernis Nobilie *Gascon* Familia ast originaria Regni Nauarræ inferioris, vulgo eppellata *Guascugna*. Hispaniam transmigrauit tempore Regis D.Petri Secondi da Aragonia, ad debellandos Saracenos, incolatumque elexit in Metropolitana Siracusana Ciuitata eiusdem Regni Aragonei, & intar alios nobiles illius Ciuitatis hebemus D.Ramon Gascon interfuisse vti Iuratum in capite illius Ciuitatis ad iurgia dirimenda inter Regam Iacobum, vulgo *il Conquistator*, cum Infante D: Ferdinando Aragoneo eius patruo, & Nobilibus eiusdam Ciuitatis, vt rafert *Hyeronimus Zurita lib.* e. *Annalium cap.*84.*fol.*120. postmodum eius successores in diuersis Hispanierum Ciuitatibus diramati, ad plures militiæ gradus fuerunt euecti, legimus anim apud, *Mariannam lib.* 23.*cap.*8. Bernardum Gascon eiusdam Regni Nauarræ, Regem Fardinandum Catholicum bellum proficiscentem saqutum fuisse, alios vero petijsse Hoscensem Ciuitatem, à quibus dascendunt d.D. Nicolaus Marchio Acerni, & D.Franciscus Gascon fratres, qui eorum familiem militaribus cingulis decoratam Neapolim transuexerunt; Ipsa enim D:Franciscus est inter Consiliarios optimà meritus, suis virtutibus praclerus, indafessus, in laboribus sui magisterij, & dexteritate agandi mirabilis, adeout ob eius sagacitatam multis honoribus fuit insignitus, & publicis curis applicetus, etenim Gubernium Ciuitatis Capuæ, quæ est propugnaculum nostri Regni, fuit ei commissum, Iudicatus primarum causarum nostræ Curiæ Reuarendæ Fabricæ fuit traditus; Præsidatus Prouinciæ Calabriæ vltra per triennium fuit collatus, & tandem Suprema Præfactura Propræsidentis nostri Sac. Consilij fuit commendata, pendenta electiona noui Præsidis ob mortam D. Fælicis Vlloa, quibus onaribus adeo sedulè se epplicauit, vt intra omnam virtutis lineam, morum probitatem, cum litteris, & iustitia copuleuit.

Secundum locum occupat *D. Carolus Brancaccius* ex patritia nobilitate Neapo itana genitus, cuius familia multos Proceres, Duces exarcitus, Principes, Eminetissimos Purpuratos Sacræ Romanæ Ecclesiæ, & innumerabiles Præsules enumerat, hic enim vix adolescens Iudicatum nostræ Magnæ Curiæ gessit, cum grauitate, & beneuolentia mistum, deinda Secretarij nostri Regni munus per aliquos annos exercuit, cum totali attentione, & rectitudine, vt communem beneuolantiam raportauerit: Demum Supremi Consiliarij officium cum totali rectitudine, & doctrina adimplet, reliqueque dextaritata, vt collapsam Sacram Domum Sanctissimæ Annunciatæ sua prudentia vti eius Dalagatus reparauerit, da quo si multa dicere adhuc superesset debitas laudes texera, & lena donum est sapienti premultis leboribus dicere laudas.

Tertio loco essidet *D. Io: Baptista Carauita* Eques Ordinis Alcenteræ ex nobili Senetorum prosapia progenitus, filius quondam D. Thomæ etiam Regij Consiliarij, Equitis Ordinis S.Iacobi de Sparta, intar bonos Cõsiliarios sui temporis optimi, ac Nepos, & pronepos Ragiorum Consiliariorum D.Patri Antonij, & D.Augustini Carauita, sed iste ob sui animi dotes, omniumque virtutum peritiam præclarus, Patris excellentiam superauit, dũ adhuc iuuanis hanc dignitatam meruit, & absq; alio regio exercitio ad Consilierij officium fuit promotus, quod vti præstantissimus Senator aximia sua sapientia, zeloque iustitiæ omnibus egregiè impertitur, & vti virtutum omnium cumulatissimus, Consenatorũ animos ed se ellicit, ad suum rectum iudicium confirmandum.

Quartum locum tenet *D. Flauius Gurga* Andriæ Ciuitatis nostri Ragni in Pucetijs ortus, sed originariũ esse fartur Patritiũ Vicẽtinũ, hic ex megno Doctore, maior Aduocatus, maximus vero Senator euasit, Iudicatum Megnæ Curiæ à nostris Proragibus in sua iuuenili ætate plurias oblatum constantissimè recusauit, vni tamen mandato Excellantissimi Ducis Medinæ Cæli obsistere nequiuit, vt scilicet recusatum Iudicatum susciperet, promittendo sibi ad maiora promoturũ: Ad d.laboriosũ munus subuectus, tante litigentium turba confluebat, vt ipse solus Magnam Curiam regere vidaretur, verè profundus Gurges epud quem omnium litigantium congaries tanquam ad proprium locum vertebatur, quapropter nouus Papinianus conclamabatur, Nè autem tanto curarum oneri succumberet, Incompleto etiam anno ad munus Regij Consiliarij fuit promotus, quod tanta iustitia doctrinà, & prudantia exarcet, & à fenore, & odio alienus, vt in proprijs litigijs Iudex ab omnibus desideretur, ranta demum celaritate, vt non tam ipse litibus, quam lites ipsi deesse videantus. Vir certè senatoriæ grauitatis custos diligentissimus, publicæ vtilitatis, & iustitiæ acerrimus propugnator.

Quinto loco sedet *D. Io: Baptista Pisacanus* Marchio Sancti Leucæ valde iuuenis ad hanc dignitatem subuectus fuit, ob eius eximias virtutes quibus in litterarum studijs, linguarum peritia, fortunæ bonis, vitæ innocentia

omniumque amore claret, de quo latè dixi in *ſeq. præſtan.* 8. *nume.* 38. *cap.* 1.

Sexto loco ſedet *D. Aloyſius Ambroſius de Alarcon* Hiſpalenſis, olim Collegij Maioris Dini Clementis Hiſpanorum Bononiæ, conditi à Cardinale Albornoz Alumnus, vbi Adoleſcēs litteris optimè imbutus ſua induſtria, & labora ſpem æqualium ſuperauit, inde Cattedaticus Inſtitutionū Imperialium fuit aleɛtus in dicta Vniuerſitate Hiſpalis, ad Italiā translatus, diuerſas Audientias noſtri Regni rexit vti Regius Auditor, poſtmodum Iudex Magnæ Curiæ Vicariæ pronunciatus, tandē ad hanc ſupremam dignitatem Conſiliarij noſtri Sac. Conſilij proclamatus, vbi ita prudenter in hoc munere exercendo ſe gerit, vt Miniſter integerrimus, & doctus communiter conclametur.

Tertiæ Aulæ præeſt vti Caput Aulæ Regius Cōſiliarius *D. Carolus Antonius de Roſa Marchia Villa Roſa* Patritius Aquilanus, & Causidis, vir doctus, & prudens, frater alterius Conſiliarij D. Ioſephi da Roſa, Miniſtri tam docti, quam integræ vitæ, vt meliorem ſua ætate noſter Senatus non aſpexerit, vtrique fratres opera legalia compoſuerunt ſublimi doctrina, & eruditionis ſplendore condecorata, ille ſtatim ab Aduocati munere ad Cōſiliarij dignitatem fuit adſcriptus, ſed iſte per multa quæ exercuit officia benemeritus, tam vti Auditor Prouinciarū noſtri Regni, quam Fiſcalis Regiæ Reuiſionis, atque noſtræ Magnæ Curiæ Vicariæ, adeoquod meruit ad gradum Regij Conſiliarij noſtri Senatus promoueri, & ob iuſtitiam rectè omnibus impartitam, inter integerrimos, & optimos Conſiliarios connumeratur.

Secundus in ordine ſedet *D. Carolus Cito* Neapolitanus, ſed originarius Patritius Roſſanenſis, ex venuſtiſſima, & Nobili Citorum familia, hic Neapolim transmigrata biſcentum circiter annis à deſcendentibus quondam Ioi Andreæ Citu Nobilis Roſſanenſis, ita declaratum Sententia Sacri Conſilij in Banca Figliolæ, Vir quidem morum candore clarus, iuriſprudentia omnibusque virtutibus eximiè excultus, in Neapolitanis Curijs diū cū lande verſatus, Aduocatus primi ordinis euaſit, & ob ſui animi ingenuitatem Doctor veritatis nuncupabatur, ſuis igitur virtutibus potius merentibus, quam iure ſanguinis etiā ſibi debitis (vti Nepoti ex filia quondam Regij Conſiliarij *Philippi Paſchalis* patritij Coſentini ſui Aui materni, & in noſtra iuriſprudentia Iuriſconſulti inſignis, ob ſuum opus compoſitum *de patria poteſtate*) ad Conſiliarij dignitatem fuit adſcitus, taliter enim noſter D. Carolus ſuas laudes ſublimi loco collocauit, vt rerum egregiarū encomia perennis fama obloquetur, exornant etiam ſuam familiam D. Io: Cito Epiſcopus litterēſis eius frater, qui gregem ſibi à Domino cōmiſsū, ſua pietate, & doctrina optimis inſtitutis munit, atque præclara coniugia habita cū Familia Correale Patritia Surrentina ex Comitibus Terræ nouæ, & cum Familia de Maio, ex qua vxorem duxit d.D. Carolus D. Annā de Maio patritiam Neapolitanam Sedilis Montaneæ, fecundam matrem multorū filiorum, qui ſenatoriam dignitatem ad exemplum ſuorum maiorum continuabunt.

Tertio loco ſedet *D. Iulius Capycius Galeota* Anorum nobilitate Illuſtris, Patritius Neapolitanus, ex Ducibus Sancti Angeli, & Reginæ, poſt libarales diſciplinas acquiſitas in legum peritia mirificè profecit, vt virtutes magni illius Iacobi ſui Patris Regentis Regiam Cācellariam imitari valuiſſat, valdè iuuenis Iudex Magnæ Curiæ Vicariæ fuit electus, quod munus cum per multos annos prudenter, & placidè exercuerit, fuit à Regis Caroli Secundi munificentia inter Regios Conſiliarios adſcriptus, in quo adminiſtrando non grauitate maior, non animi coſtantia firmior, nec Religione, & officioſitate plauior cognoſci poterit.

Quarto loco aſſidet *D. Ioannes Baptiſta Raraſcherius*, ex Comitibus Roccæ Pimontis, ac ex nobili, & Illuſtri Ianuenſi Familia Raraſcheriorum, deſcendentium è Comitibus Lauaniæ, qui per multa annorum ſtudia legum peritus euaſit, adeò doctrina, & prudentia calluit, vt adhuc iuuenis à noſtris Proregibus Regius Auditor in diuerſis Audientijs noſtri Regni, imò in Hydruntina præfuit, vti Caput Aulæ, & Magnæ Curiæ Vicariæ Iudex; & poſtmodum ob quamplurima magni momenti ſeruitia, & ob ſedulitatem, animique conſtantiam, qua contagioſo morbo craſſante anno 1691. in Prouincia Barenſi, ſe geſſit, pro reprimenda labe (Eccellentiſſimi Comitis Sancti Stefani tunc Regni Proregis mandato) commorans in Ciuitate Monopolis, vbi peſtilentis plus inualuit, ab initio, vſque ad finem morbi prædicti, Ciuitatem ipſam priſtinæ ſalubritati reſtituendo, ad perpetuum Regij Fiſci Patroni munus Prouinciarum Capitanatæ, & Comitatus Moliſij, per ſuam Catholicam Maieſtatem euectus fuit; At quia tam rectè in prædictis, & grauioribus ſe geſſit, vt vir doctiſſimus, & maxima prudētia præditus fuerit reputatus; Proindè à noſtro Rege Carolo Secundo recolendæ memoriæ, ad Regij Conſiliarij ſedem fuit inauguratus, ſiquidem tanto pietatis ardore, tantaue vigilantia, aſſiduoque labore, bonorumque morum candore ſuum munus adminiſtrat, vt non ſolum inter optimos Conſiliarios mæretur connumerari, ſed maioribus dignitatibus eſſe decorandum ſperatur.

Quin-

Quintam ſedem occupat *D. Dominicus Eſcalqra* Neapolitanus,ſad originarius Hiſpanus, filius quondam D. Emmanuelis Præſidentis Regiæ Cameræ,iſte D. Domioicus fuit priùs promotus IndexMagnæCuriæVicariæ,coius officium per aliquos annos cum Curialium plauſu optimè,& vrbaniſſimè adminiſtranit, deinde cognitus à noſtroRege Philippo V.cũ in anno 1702.hoc noſtrumRegnum viſitauie, perſpicaciſſimæ indolis, ad Officium Regij Conſiliarij eum prouexit,non alia dico in hoc braui temporis ſpatio, quo tali dignitateinſignitus, ſed pro certo affirmo quod per iſtas ſui animi dotes, qoas ad præſans demoſtrat ab omnibus vir doctus cordatus, & integerrimus reputatur.

Vltimam aulam tegit *D. Franciſcus Raitanus* Neapolitanus ex ſenatoria progenie, dum fuit filius eximij illius IuriſconſultiD.Aſcanij Raitani, olim primarij Aduocati noſtrorum Tribunalium, qui poſtmodum fuit electus Regius Conſiliarius, deinde Præſes Regiæ Camaræ, Pater etiam qui fuit alterius Conſiliarij D. Vincentij Raitani Iuriſconſulti ſubtiliſſimi, qui ob ſuam abuodantem doctrinam, fuit priùs electus Iudax noſtræ MagnæCuriæVicariæ,deinde RegiusConſiliarius,tandem Regens Ragiam Cancellariã Senatus Italiæ apud noſtrumRegemCatholicum, ſed morte preuentus nequiuit ad aulam Regis ſe conſerre, at vero Maiorum meritia ſua propria noſter D.Franciſcus cumulauit, atenim ſuit in diuerſis Pronincijs noſtri Ragni Auditor, & Fiſci Patronus,acerrimus perſequutor criminum,deinde Fiſcalis noſtræMag.Curiæ,tãdem ad dignitatẽ Conſiliarij promotus, quam cum omniũ laude, & perfectiſſima iotegritate,& ęquitate axarcet.

Secundum locum taoet *D.Cæſar de Natale* Regnicola Patritius Lucerinus, natalium ſplãdore illuſtris,ſed virtutibus,probiſque moribus longè nobilior, Adoocatus primi ordinis,& lepidus Orator in omnibus cauſisProcerum, & Magnatum noſtri Regni quas ſuſtinuit,idcirco ob ſuam doctrinam,& publicarum rerum experientiam meruit à oostro Rege Præſes Regiæ Camaræ ioaugurari, & poſt aliqnos annos Regij Conſiliarij gradu inſigniri, in cuius exercitio tam placidè, & prudenter iuſtitiam omnibus impartitur,vt Partes victæ eius, decrata quæ ex eius ore delibantur,ſtatim acceptant, & ſatisfactas ſe eſſe ex iudicio tam celebris Iuriſcõſulti cõfiteotur, ſua igitur virtuta, & ſagacitata ita præclarus euaſit,vt Nobilitati pariterPopulo, & Plabi acceptus, communem beneuolentiam reportauerit.

Tertium locum occupat *D. Emanuel Loſſada* Hiſpanus, doctiſſimus Iuriſconſultus, poſt humaniores literas lagum ſtudio, & iuris canonici paritiæ vacauit, Neapolim profectus in varijs Prouincijs noſtri Regni pro iuſtitia adminiſtranda Regius Auditor fuit daſignatus,vbi rectè ſe geſſit, adaoquod cum inſigoi doctrina virtuteque axcultus raputaretur, Iudicis Magnæ Curiæ Vicariæ dignitatem fuit conſequutus, poſtmodùm hanc Conſiliarij ſedam ex Regis gratia promeruit,cum varo in rebus agendis ſumma ſagacitate ornatus aſpicaretur,&in regendis populis aptus iudicaratur, ad regimen Ciuitatis Capuæ euectus fuit, vbi cum zelo Iuſtitiæ, prudentiæ, & doctrina famam perſe ctiſſimi Gubernatoris fuit adeptus,& ad præſans perfectiſſimi Conſiliarij munus adimplat.

Panultimo loco ſedet *D. Franciſcus Nicodemus* Regnicola Patritius de Sancto Seuerino, hic enim anno pubertatis egreſſus,vtriuſque iurisomnium cum laude adſtantium theſes legales ſuſtinuit contra celebres oppoſitores, ioter quos fuit D. Iulius Capooa Comes Palatinus meos Auũculus,lecturis,& ſuis operibus in lucem editis notiſſimus,poſtmodum adepta doctoratus laurea,ſerio operam dedit, non taotum humanioribus litteris, adeout in Neapolitanis Accademijs elagans Poata celebrabatur, Illuſtris Fraocisci Petrarchæ imitator,ſed etiam vera non vmbrateli Philoſophia,acMathamaticis diſciplinis imbutus,atq;variarum linguarum ſtudio verſatus, præſertim latinę, & grecæ linguę, ita, & taliter,vt omnigena eruditione ornatus conclamabatur.Varùm nedum virtutis amator,ſed atiam cuiuſcumque laudis, & inanis gloriæ contemptor fuit,adeoquod cum librum Additionum ad Neapolitanam Bibliotacam mira erudition conſcripſerit,ſub oomine Leonardi Nicodemi ſui germani fratris,adere permiſit, ſed cogitans quàm lucroſum ſit Aduocatorum munus,in hac noſtra Neapolitana Ciuitate, ad forum ſe contulit, euaſitque celabris Iuriſconſultus, & Aduocatus eximius cum Illuſtri Magnatum ſequela; At cum vir doctus, & probus, atque in negotijs agendis præclara prudentia inclaruiſſet, & varijs honoribus cohoneſtatus,noſtri Sanatus Conſiliarij digoitate proprio motu Philippi Quinti Regis fuit decoratus,in cuius exercitio tanta dexteritate præcallat,vt ad lites dirimendas natus inſpiciatur, ita, & taliter,vt Miltiades humanitatem, & Eppaminondæ charitatem in ciues ſuperauerit,eadẽq;animi facilitate ſuũ purgatiſſimũ iudicium in iudicandis cauſis exercet, qua priùs ſua facundia,& integritate in Clientũ fauorẽ adhibuit.

Poſtremum denique locum occupat *D. Hyacintus Falleti* Patritius Rhegienſis ex Comitibus Roccæ Imperialis, Marchio Boſſiæ, & Eques Magnæ Crucis SS. Mauritij, & Lazari, ſed originarius ex vetuſta illa, & præclara Fallettorum Familia Comitum Villæ Fallattorum,iam diù in Italia ſub Rega;Teodorico,anoo Chriſti 400, Potẽtiſſima, ac Reipublicę Aſtenſis clipeũ, vt eius Chroniſtæ *Thomas Auricola*, *Raimundus Turco*,

Paga-

liariis, ſi iſtis Cauſæ criminales delegaren-
tur, qnia etiam vti Iudices de eis cognoſcũt,
quæ fuit mens Regis ſtatuentis. Diſponitur
etiam de iure noſtri Regni, quod ſi ſententia,
7 ſeu decretum latum ſit per noſtram Mag. Cu-
riam Vicariæ, communi voto omnium Iudi-
cũm, inter quos ſunt etiam duo Conſiliarii,
ſi poſtmodum ſuper moderatione, ſeù appel-
latione facienda in Sacro Conſilio, non con-
currant quatnor vota conſormia ad dictam
renocationem, vel appellationem propoſitã,
non poterit reuocari, vel moderari dicta
ſententia, niſi prios conſulto Domino Pro-
rege, vt fuit ſancitum in noſtra *pragm.44.n.
4.de Offic. S.R.C.*, ſed ſi in d. decreto lato per
M.C.V. vnus tantum Conſiliarius interue-
nerit, & non duo, hoc caſu licet interuene-
rint omnes alii Iudices, duo tantum Conſi-
liarii poterunt illud reuocare, & ita ſeruari in
noſtro S.C. teſtatur *Ronit.in d. pragm. 44. n.2.*
& ad probandum internentum dictorũ duo-
rum Conſiliariorum, requiritur vt hoc con-
ſtet ex libro votorum, & non ſufficit copia
ſubſcriptionis in decreto, qoia Iudices qui
votum non præſtiterunt, etiam tenentur il-
lud ſubſcribere, vt bene *Ronit.loc.cit.num.8.*,
& licet in canſa à ſe propoſita, S. Conſilium
iudicauit com copia ſobſcriptionis decreti,
hoc euenit, quia exiſtimata fuit d. copia ve-
ra non falſa, quæ ſi falſa reperta eſſet non
emanatum fuiſſet illnd decretum, quod ſu-
perſederetur in forindicatione, latom à
tribus, non quatuor Conſiliariis.
Iſtæ enim petitiones pro conceſſione duarum
Aolarum, debent porrigi Spectabili Præſiden-
8 ti S. Conſilii, infra dies qnindecim à die cita-
tionis ad dicendnm, factæ poſt couclusionem
in cauſa, vt diſponit noſtra *pragm.65.eod.til.
Ronit.in d. prngm.41. uum. 4. Luca ad Frauc.
dec.500. nu.1.* at poſt dictnm tempns poterit
diſpenſari à Prorege, Imo d. ſupplicationes
non poſſunt decretari à noſtro Præſide, ſine
citatione partis; ordinat *prag.79.cap.11. de
Offic. S. R. C.*, & eius petitio ſacta à parte liti-
gante, coram Domino Prorege, vel Preſiden-
te non impedit curſum Cauſæ, nec illins ex-
peditionem, licet fuerit ordinatum, quod in-
timetur parti, vel quod aliquis Regens, vel
Commiſſarius cauſæ relationem faceret, ſta-
tuit *prag.4. §. 6. de dilatio.* Poſtquam vero ſue-
rit vnio dictarum Aularum conceſſa, in deſi-
gnatis diebus in noſtro Senatu, cniuſcum-
que hebdomadæ adimpletur, per noſtros Con-
ſiliarios; antiquitus enim duæ Aulæ congre-
gabantur in diebus Mercurii, & Sabati, vel
in aliis diebus, ſicut melius videbator no-
ſtro Præſidenti, vt ſtatuit *d. pragm.41.* poſt-
9 modum vero fuerũt commotati dies Mar-
tis, & Veneris ad duas Aulas audiendas in
qualibet hebdomada, per *d.pragm.41.num.8.*
& ita hodie obſeruatur, cum regulato ordi-
ne, nam in die deſignato vna Aula refert
canſam alteri Aulæ, in alio ſequenti die præ-
fixo, illa Aula quæ retulit, audit relationem
ſequentis Anlæ, & ſic ſucceſſiuè ordo ſemper
ſubſequitur, ita vt infra tempus quindecim
dierum, omnes quatoor Aulæ inſimul allo-
quntur, vna alteram, & altera aliam audien-
do, vt in praxi videmus receptum, de qua
etiam meminit, *Thor.in compend.deciſ.par.3.
ſectio.3.in verb.Vnio Aularum circa med.*, *&
Dom.Reg Preta in ritu 53.num.8.tom.1.*
Snnt vero quædam cauſæ, quæ graoes exiſtimã-
tur, vt non poſſint per noſtras leges mnnici-
10 pales definiri, niſi iunctis Conſiliariis dna-
rum Aularnm, prout ſunt cauſæ, in qnibus
agitur de reuocandis conditionibus, vel vin-
culis appoſitis, in diſpoſitionibus factis in vl-
timis voluntatibus, vel contractibus, per qnas
prohibetur alienatio, commutatio, vel ſub-
rogatio, aut diſmembratio in totum, vel in
partẽ, iſtæ enim debent tractari ſolumodo per
M.C. Vicariæ, Sacrum Conſilium, & Regiam
Cameram Snmmariæ, & non per alias Cu-
rias Regni, & ſi propononeur in M. C. Vica-
riæ, agendæ ſnnt iunctis duabus Aulis, & cõ-
pilato proceſſu, & poſt latam ſententiam
per d. M.C., debet eadem M.C. de decreto
prædicto relationẽ facere in S.C., etiam vni-
tis duabus Aulis d. Sacri Conſilii, cum inter-
nentu Pręſidis, ita diſponitur in *pragm.vnic.
ſub til.de Vincnlis, ſeu conditio. Afflict.contron.
for.2.lib.1. Nouar.ſup.dict.pragm.vnic. num.6.
Dom.Conſ.Altimar.in obſeru. ad conſl. 15. Ro-
uit.num.29.lib.1.* Intereſt enim Reipublicæ
11 voluntatem teſtatoris adimpleri, quæ tan-
qnam Regina dominatnr *l. in conditionibus,
& l.Publius in fin ff de condit. & demoſtr. l.cũ
virum C.de fideicom. Brunor. à Sole in compend.
propoſit.verb.Teſtatoris voluntas*, imo Teſtato-
ris, & ſtatuti diſpoſitio æquiparantur, *l. ſi
quis in princ.ff.de leg.3. l.lucius in fin. ff. de fi-
deicom.libert.§ diſponat auth. de nupt. Brunor.
loc.cit. in verb. Teſtatoris, & ſtatuti diſpoſitio
pap.193.*, imo & legis diſpoſitioni æquipollet
Reyger in theſaur.iur.verb.Teſtator. num. 111.
Ideo prædicta *pragm.* has ſollemitates intro-
duxit, vt diſpoſitiones morientium firmæ
omni tempore ſubſiſtant, adeo ut decretum
interpoſitum ſuper dicta declaratione, vel
alienatione, ſeu diſſolutione vinculornm,
d. ſollemnitatibus non adhibitis non ſubſi-
ſtit, & nullitatis vitio afficitur, ſtatuit dict.
*pragm.vnic.num.6. Afflict.loc.cit.n.16. Altim.
loc.cit.num.29.in fin.*, qni hoc intelligit pro-
cedere, quando ageretur de diſſolutione, ſeu
ablatione vinculorum aſcriptorum in d. di-
ſpoſitionibus, & actibus prohibentibus alie-
nationes, quando vero non agitur de auſe-
rendis vincolis, ſed de interpretando volun-
12 tates diſponentium, in àliquo caſu à lege
permiſſo, ex qua interpretatione non con-

trouenitetur voluntatibus disponeotium, tunc talem sollenmitatem duarum Aularum non iudicat necessariam *d. Dom. Altimare loc. cit. num. 31.*, & sine labe comminatæ nullitatis, decreta declaratiua, vel interpretatiua subsistere iudicat. Si vero numerus Iudi-
13 cum sit ita auctus, vt in vna Aula non possint insimul consedere, tunc poterit expleri causa in vna Aula, vbi possunt interuenire illi Iudices, qui solebant duas Aulas componere, vt accidit in hoc Regno tempore gubernii Ducis Medinæ Proregis, qui sexdecim Iudices M.C. in ciuilibus creauit, dum prius tantum sex in duabus Aulis solebant deputari, (sicut, & hodie), & cnm erat causa cuiusdam censuationis bonorum fideicōmissi, propooenda iunctis duabus Aulis, fernata forma *prædicta Regiæ Pragmaticæ primæ de Vinculis*, non poterant omnes Iudices insimul vniri ob excessiuum numerum, dū sexdecim erant, ideo ad partium supplicationem ordinauit Prorex, vt causa expediretur in vna Aola, vbi solebant octo Indices quolibet die congregari, qui oon solum componebant solitum numerum Senarium, ex mente pragmaticæ requisitum, sed illum excedebant, vt testatur *Thor. in supplem. decis. in verb. Vnio Aularum pag. 656.*, & tradit etiam *Altim. loc. cit. n. 37.*

Causæ etiam reintegrationum ad Sedilia Ciuitatis Neapolis graues reputantur, ideo hodiè tractantur iunctis Consiliariis duarum Aularum. Antiquitus enim erat deputata
14 Regia Iunta quinque Ministrorum Hispanorum, vt definiret istas reintegrationum causas *Sanfelic. dec. 376. num. 6. in fin. Reg. Rouit. consl. 83. in fin. lib. 1.*, vbi *Dom. Altimar. in obseru. num 6.* deinde superuenit litera Maiestatis Nostri Regis in anno 1646. mandantis dictas causas tractari in vua Aula Sacri Consilii, cnm interuentu, & votis Regentium, Regiam Cancellariam, & deputatione Fiscalis, & aotequam inchoentur certioretur sua Maiestas, *Sanf. lic. in praxi sectio. 14. nu. 3. & dec. 376. num. 1.* hodie vero de communi obseruantia tractantur iunctis Aulis, & determinantur in Collaterali Consilio, cum interuentu Fiscalis, vt tradunt *Cizzius in obser. ad Reg. Capic. latro. in dec. 100. in fin. Reg. de Marin. ad Reuert. dec. 428. Altomar. in d. obseru. ad consl. 31. Rouit. num. 9.* Ratio autem huius praxis, non alia assignari poterit, quia si per nostram *pragm 41. de Offic. S.C.* supra allegatam fuit statutum, vt in causis grauibus alicuius importantiæ circa qualitatem, & quantitatem, possit Præsidens S.C. ordinare, vt expediantur vnitis duabus Aulis, istæ causæ Nobilitatis graues circa summam iudicantur, quia vt dicatur causa grauis, vel magna inter ciues sufficit summa biscentum florenorum
15 *Iason in l. admonendi nu. 272 ff. de iur. iurand. Additio ad Abbat in cap. de appellationib.*, vel ad plus biscentum aureorū, *Decius in d. cap. de appellationib. Franc. de Curte in d. l. admonendi num. 202.*, sed inter Nobiles, vel diuites dicitur magna causa tercentum aureorū, per *tex. in l. 2 C. de pedan. Iudic. vbi Bart.*, qui etiam hanc causam arduam appellat, *Baptista de S. Blasio in tract. contradic. iur. ciuil. & canon. versl. 168.* Vel si credimus, *Alberic. in l. in bonæ fidei col. fin. C. de iur. iuran.* debet causa cootinere summam quincentum aureorum, vel ad summnm, secundum *Soccin. in consl. 155.*, dicitur magna causa mille florenorum, cuius floreni valor scuto æquipollet, dixit *Thesaur. dec. pedam. 61. num. 3.* quanto magis iudicari debent causæ magnæ, & graues istæ causæ Nobilitatum, scilicet agregationum ad nostra sedilia huius Ciuitatis Neapolis,
16 quæ existimantur, ac si quælibet ipsarum ascenderet ad summam quadraginta mille ducatorum, & pro tali quantitate calculatur diritus Sportularum, debitus nostris Consiliariis, qui causas prædictas iudicaruot, qui soluitur ad rationem vnius ducati cum dimidio pro quolibet centenario, pro valore rei iudicatæ, vigore literæ nostri Regis, in omnibus causis definitis per S.C., quod salarium auctum appellant, vt infra in *rub. de Salario Consiliariorum* dicemus, proinde non solum causæ graues alicuius importantiæ, sed grauissimæ extimari debent, imo causæ arduæ appellari possunt, quia sunt causæ Status, quæ
17 arduę dicuntur *Iason. in l. 2. S. si quis iudicio n. 13. ff. si quis cautio. Thesaur. d. dec. 61. num. 3.* sunt ehim causæ honorariæ, & quia magis existimatur honor, quam bonorum substantia, ideo sunt causæ maximæ considerationis, etiam respectu interesse Regis, ita & taliter, vt per literas Cattholicę Maiestatis nostri Re-
18 gis, expeditas in die 26. Augusti 1581., non solum fuit prohibitum Nobilibus nostrorum sedilium, ne faciant ad ea allectionem aliarum familiarum, quam prius, soli Nobiles congregati concludebant, sed quod non possint liti prædictæ renunciare, ob malam causam, quam Nobiles Sedilis existimarent, sub pæna nullitatis, nec partes illam inchoare, absque ordine Regis, quas literas registrauit *d. Sanfelic. in d. prax. sectio. 15. n. 3.*

Imo non solum causæ reintegrationis ad Sedilia Neapolitana tractantur, & definiuntur
19 voitis duabus Aulis, sed etiam reintegrationum ad Nobilitatem aliarum principalium Ciuitatum nostri Regni, quæ Sedilia Clausa tenent, ordine Regis, cum prohibitione, ne alias familias possint agregare, vt sunt Sedilia Ciuitatis Surrenti, Salerni, & similium illustrium Ciuitatum, vt vidi practicatum mea ætate, in causa reintegrationis ad Sedile Portus d. Ciuitatis Surrenti, ad instantiam Marchionis Piscopiæ de Nobili Fa-

mi-

milia della Porta, quæ in duabus Aulis Sacri Consilii fuit agitata, & post citciter octuaginta annos definita in Collaterali Consilio, ad fauorem dicti Marchionis oppugnante d.Sedili.

Non enim moltum dispares se credunt Patritij
20 Surrentini Nobilibus Neapolitanis (semota illa maioritate, qua præualet Metropolitana Ciuitas respectu aliarum Ciuitatum Regni)Illi enimNobiles sempet curarunt gentilitiæ Nobilitatis decus, & splendorem, ne dum conseroare,sed augere, vt testatur *Marchesius de nobilit.Neapol. in discurs.de Faccipecoris pag.83.*, ideodoo sedilia antiquitus cōstituerunt, & hodie clausa detinent,ad instar Sedilium nostræ Ciuitatis, vbi sunt ascriptæ Antiquissimæ Familiæ, quæ longo feudorum dominatu, & Regum munificentia bene meritæ, Clarissimæ fuetunt, vt Familia *Curiale* ex Comitibus Terræ Nouæ, Familia *Orefice* ex Principibus Sanzi, Familia *Mastrogiudice* ex Marchionibus S. Manghi, & Marchionibus Montorii, Familia *Brancia* ex Ducibus Beluederij, Familia *Serisalis* ex Principibus Castri Franci, Familia *Rota* ex PrincipibusCapitis Sileris,Familia *dellaPorta* ex Marchionibus Episcopiæ,aliæque quas omitto; Imo ex eis multæ sunt,quæ communibus honoribus Sedilium Surrenti, & Nea-
21 polis fruuntur, vt sunt Familia *Capiciorum*, qui vocantur Surrentini Sessionis Nidi, descendeotes ex Antonio illo Celebri Iuriscōsulto, qui fuit Consiliarius Regis Ferdinandi Cattholici. Familia *Serisalis* quond.D.Horatii, & aliorum Dominorum reiotegratorum ad Sedile Nidi. Familia *Vulcana* quond. D. Caroli.Omnes enim istæ familiæ communibus honoribus fruuntur Platearum Nidi huius Ciuitati, & Domi Noui in Ciuitate Surreoti, præter alias extinctas, quæ etiam vtroque Sedili cohonestabantur, vt fuerunt Familia *Mastrogiudice*, ex Marchionibus S. Manghi, nuper extincta (eiusdem Familiæ Illustris Marchionis Montorii, quæ in Surrento gaudet)ac Familia *Caracciola* quam refert*Tutin.in descrip fam. Sedil.Capu.in.p.97.* ac præter alias, quæ de reintegratione hodie decertant,vt sunt aliæ Familiæ *Serisalis*, quæ quia ex vno stipite descendunt, à quo aliæ reintegratæ successionem agnoscunt, merito reintegrationem ad Sedile Nidi cootendunt.

Sicut in Sedili Capoano multæ aliæ Familiæ ascriptæ erant, quæ etiam in Sedili Portus Surrenti eraotadscitæ, vt fuit Familia *Acciapaccia*, quæ antiquo tempore vnum Sedile ipsa sola in hac Ciuitate coostituebat, & erat Nobilis Surrentina, vt refert *Camill.Tutin.in lib.dell'Origine de' Seggi fol.55.*,quam in principio cadentis sæculi, scilicet in anno 1618. nostri Patres illam extinctum a pexe-ruot in personam Fabritii Acciapaccia,vt habemus in marmoreo sacello constructo intus Ecclesiam S.Mariæ Pacis nostræ Ciuitatis B. Io: Dei,relato à *Carolo de Lellis in 2.tom. Neapol.Sac pag.81.* Familia *Brancia* qu.D. Ferdinandi Branciæ Calatrauæ Militiæ, Regentis Regiam Cancellariam, Ducis Beluedetii, qui fuit ad honores Sedilis Capuani reintegratus, vt etiam tradit *Toppius de orig. Tribunal.pag.2.pag.378*, à quo descendunt ex latere materno Dux Montis Comini Pignatellus, & Eminentissimus S.R.E.Cardinalis D. Iacobus Cantelmus noster Archiepiscopus Neapolitanus,ex Proceribus nostri Regni.Sic etiam Familia *Carbone* ex Marchionibus Padulæ,quæ etiam amborum Sedilium honore pollebat. Omitto alias nempe Familiam *Donnurso*, vulgo Domini Vrsonis, Familiam *Rotam*, & Familiam *Romanam*, aliasque Familias, quæ inter extinctas enomerantur in nostris Sedilibus Capuani, & Nidi, sed gaudeot in Ciuitate Surrenti. Antiquitus enim Patritii Neapolitani, & alii Nobiles exteri ob Surrentinæ regionis clementiam,loci fertilitatem Aeris amenitatem,& salubritatem, atq;fructuū suauitatem,nec non illorum Nobilium beneuolentiam, & affabilitatem Surrentum frequentarunt, istis igitur ex causis allecti,vel alia ratione impediti actus possessiuos nostrorū Sedilium intermiserunt, & in Surrento monicipium constituerunt.Hac de causa faciliter causas reintegrationum ad nostra Sedilia expergiscuntur,& non difficiliter ex optatu obtingunt, sicut obtinuerunt multi Nobiles ex familia Serisaliū,quia cum iustis iuribus vindicias proponunt, & hodie sperant admitti ad Sedile Nidi alii Domini Serisales, & Domini Vrsonis vulgo *Donnursi*, qui vltimi ab hac Ciuitate profecti, Surrentum migrarunt, ex qua Familia multi Illustres viri prodiere, vt Sergius Regoi Protonotarius, sub Regibus Andegauensibus,Paulus dominus Triremis tempore Manfredi Regis, eodemque tempore Martuccius feudorum dominus, & alii plures Purpura, Sago, & Toga clari, vt ex registris Regiæ Siclæ, & nostri Archiuii demostrat *Campanil. in notit.Nobil.not.12.pag.350.*

Et quia retuli *Romanam* Familiam dictæ Ciuitatis, affinitate mihi coniunctā, dum D.Stephanus Romanus Sidilis Portus d. Ciuitatis matrimonio est copulatus, cum D.Victoria Romana mea filia, ideo liceat de ea aliqua pauca dicere. Credunt enim nonulli istam Familiam descendisse ex illo streouo Milite Ademaro Romano Ciuitatis Scalex in superiori Lucania, qui à Rege Roberto huius Regni Domino, post moltos militiæ gradus in anno 1317. Magnus Regni Admiratus fuit creatus,de quo loquitur *Petrus Vincenti in Theatr.Mag.Admirat. pag.74.* Sed res

H 2 ali-

aliter se habet, quia ante d annum 1317. legimus istam Familiam Surrentum incolasse, vt in registro Regis Caroli Primi anni 1268. quod conseruatur in Archioio Siclæ *lit. A. fol.* 113. vbi describitur ista Familia in Surrento cum titulo militari, & in seq. anno 1269., cum multi Surrentini mutauerint eidem Regi CaroloPrimo centum vncias auri, inter eos enumeratur Marinus Romanus, qui vnciam vnam tradidit, vt in eodem Registro eiusdem Regis Caroli anni 1269. *lit. S. fol.* 189. *àterg* sic etiam in anno 1248. in quodam instrumento describitur vti testis quidam Vsso filius Domini Landulphi Romani in eod. *fol.* 189. qui Domini Titulus non concedebatur nisi Nobilibus. In anno etiam 1315. tempore Regis Roberti, homines istius Familiæ Milites nuncupabantur, vt in Registro d. anni 1315. *lit. A. fol.* 225., & refert, licet non tam distinctè, *Dom. Consil. Aldimari in Memor. histor. in relat. famil. Roman. pag.* 712., Sed quia aliquæ scripturæ prædicti Ademari Magni Regni Admirati, penes dict. D. Stephanum aspexi, & præcipuè Mandatum ab eodem Ademare subscriptum, & suo sigillo munitum, quo mandauit Io: de Nonnmo, & Io: de Duro Conseruatoribus Armorum Regiæ Coriæ, vt consignent Nobili Bartholomeo de Caporo, iuxta ordinationem Regiam, lanceas, Bu..stas, Hastas, & alia nomina armorum, quæ non clarè intelliguntur, ideo faciliter credo prædictam familiam non Geminam, sed ob eius Vetustatem Stipitem fuisse, tam illorum, qui ad Scaleam Vrbem
22 transmigrarunt, à quo Ademarus descendit, quam Fontem, & Originem aliorum, qui Neapolim migrarunt, & in Sedili Capuano fuerunt recepti, à quo multi Illustres viri prodiere, vt fuerunt Gaudius, & Rogerius Laini Baro, militari titulo insigniti, relati à d. *Petro Vincentio loc. cit.*, & hoc mihi suadet, quia in d. Capuana Platea, multæ aliæ Familiæ eiusdem Sedilis Portus Surrenti enumerantur vt sup. demostraui, & etiam indicant multa clara coniugia, quæ celebrarunt, qui Surrentum remanserunt præteritis sæculis, cum nostris Patritiis Neapolitanis familiis, scilicet cum Carmignana Alanea, De Ianuario Guindacio, & ad præsens cum Capicia Zurulo, & Serra, vt omnibus notescit, & refert *Carolus de Lellis in familia Ianuaria, & Guindacia*, & constat ex scripturis, quas detinet D. Stephanus, vbi Hieronyma Carmignano vxor quond. Io: Romani, petiit suarū dotium restitutionem in M. C. & obtinuit mandatum à D. Didaco de Mendoza Comite Mileti, & nostri Regni Magno Iustitiario in anno 1574., à quo Io: descēdit recta linea d. D. Stephanus, & etiam constat ex Marmoreo Tumulo, existenti in Cappella Crucifixi S. Dominici Maioris huius Ciuitatis, vbi Portia Romana ex Surrentina Nobilitate vxor quæ fuit Cæsaris Alanei Patritii Neapolitani ex Comitibus Buccianici, deplorat obitum Io: Hieronymi Alanei sui filii in anno 1477. vt describit *Cæsar Engenius in Neapol. Sacra pag.* 275. *tom.* 1., erat enim tam Illustris ista Alaneorum Familia (nunc estincta) in hac Ciuitate, vt ex solo coniugio, quod celebrauit Auxias Mila seu Milanus, cum Nicolai Alanei filia, inter Nidi Nobiles adscitus fuit, teste *Marchesio de Nobilit. Neapol. in discurs. de Familia Mila pag.* 161. & ideo faciliter persuaderi poterit, vnam identificam familiam fuisse cum illis, qui Neapolim se contulerunt, & ad Capuanæ sessionis nobilitatem fuerunt assumpti.

Imo traditur, prædicta duo sedilia Portus, & Domini Noui Ciuitatis Surrenti fuisse constru-
23 cta à Nobilibus nostrorum Sedilium Capuanæ, & Nidi sessionum, cum ibi incolatus, vel recreationis causa se contulerant, & credi poterit, quia circa eorum regimen regulantur eadem forma, qua nostra Neapolitana reguntur, Sedile enim Portus Surrenti correspondet formę gubernii Sedilis Capuani, & Sedile Domi Nouæ regimini Sedilis Nidi, hac etiam de causa familiæ Portus Surrenti aspiciuntur descriptæ in Sessione Capuana, & non Nidi, vt sunt suprad ictæ *Aciapaccia*, *Carbone*, *Brancia*, *Romana* alieque, & familiæ Sedilis Domini Noui tantum correspondent Sedili Nidi, vt *Capicii Vulcani Serisalis DonVrso*, *Mastrogiudice*, *Dentice*, & aliæ, nec aliquam commistionem habent istæ vltimæ, cum Sedili Capuano, nec illæ primæ cum Sedili Nidi, quod indicium est Vnionis, vel saltem alicuius dependentiæ, vt ita dicam, quod mihi retulit qn. D. Antoninus Fuligola Patritius Surrentinus Vir authoritatis, & veridicus, & maxima familiaritate mihi coniunctus. Et non solum circa honores Sedilium, sed etiam circa eorum leges, & statuta, quibus reguntur, aliqua vnio cognoscitur, nam Surrentinæ leges locales correspondent nostris Neapolitanis Consuetudinibus, quæ etiam vigent in Ciuitate Surrenti dixit *Franc. dec.* 295.

Sed hæc intellige quando agitur de causis reintegrationū ad Sedilia, non de causa manu-
24 tentionis, quæ cum sit causa summaria, & non altioris indaginis non debet expediri iunctis aulis, nec decidi in Collaterali Consilio, sed in vnā Aula S. C. poterit determinari, vt ex nouissimis literis eiusdem Catholicæ Maiestatis fuit ordinatum, datis in die 11. Aprilis 1690. ad instantiam Deputatorū Sedilium nostræ Ciuitatis, in causa vertente manutentionis possessionis ad Sedile Nidi ad instantiam D. Dominici, D. Antonii, & D. Fabritii Carraphæ, tenoris sequentis v3.

Al

Al Signor Prefidente del Sac.Conf D.Felix de Lanzina Vlloa &c.

SV Mageftad (Dios le guarde) con sù Regal defpacho de 11. de Abril de efte anno, en vifta dell' Informe, que S.E.hà hecho fobre la inftancia, que los Depudatos de los Pleijtos de efta Fidelifsima Ciudad hicieran, paraque ordenafe, que todas las Caufas, afsi de reintegracion, como de manutencion en los Secios fe deuan expedir à dos Ruodas, con interuencion de vn Fifcal, & todos los autos como parte formal; Hà refuelto, que en orden ala reintegracion, fe mantengan los ordenes dados de dos Ruodas, y el Fifcal, y que fe tratte en Colateral, con interuencion de los Señores Regentes. Peroque quando fe tratta de manutencion a las familias que eftan pofeiendofu nobleza, aunque incida articulo de filiacion legitima, y que fe quifiere difputar de la perfona que fuccede, por effer vn Iu cio muy breue, y facil determinar, nò fe neceffita de tantas circunftancias. De que me manda S. E. auifar V.S. para que fe halle en efta intelligentia, en los cafos que occorriereu. Dios guarde à V.S. Palacio de 5. de Iunio 1690.

D.Lucas de Iacca, y Niño.

Verum mordicus opponentibus Deputatis Sedilis Nidi, effe prædictam caufam manutentionis agitandam iunctis Confiliariis duarũ Aularum, & quod literæ prædictæ Catholicæ Maieftatis fupra relatæ, intelligi debeant, quando non opponitur exceptio Illegitimi matrimonii, quæ in dicta caufa opponebatur, proinde habita matura confultatione noftri Reg. Coll. Conf.S.Maieftas declarauit, quod femper ac opponitur exceptio Illegitimæ prolis, in perfonas petentium admitti ad honores noftrorum Sedilium, debeat caufa cum folita formalitate duarum. Aularum agitari, feruata forma antiqui ordinis emanati in die 26. Augufti 1581. fupra relati. Verum hæc declaratio vt in futurum porrigatur, refpectu vero actuum iam expletorum, nil noui ftatuit, circa ipforum validitatem, vtpote bona fide facta, & præuio regio diplomate fupra expreffo. Quarum litterarum tenor fequens eft v3.

ILluftre Conde de Santiftenan Pariente, Virey, Lugartenient, y Capitan General en mi Reyno de Napoles. Hafte vifto V ueftra Carta de 12. de Agofto pafsado, y la Confulta que remittis del Colateral, toccante ala dependencia de los Carafas, à cerca de la conferuacion de los honores de la Plaza de Nido, y confiderandofe que an la intelligencia, que le hauia dado al orden del Senor Rey Philippe Segundo mi bifabuelo, de 26. d'Agofto de 1581. le ha dudado fi comprehendia el cafo de hauerfe hecho inftancia, para continuacion de Poffefsion de Padres à hijos, quando la Plaza donde le pretende gozar, oppone exception de illegitimidad, y que fobre efte fupuefto, nò fe haya hecho reparo de la licencia que debe procidar, à qualquiera que pufiera pleito, pretendiendo por Iufticia entrar en las Plazas, y hauiendofe Covenfado, y continuado efta Caufa en tal fuppoficion, Ha parefido ordenaros fe profiga in ella, en el eftado en que fe halle, con las dos Ruodas del Confeio de Santa Clara, el Voto del Colateral, y afsiftencia del Fifcal, en la forma que tengo ordenado, en defpacho de 24. de Marzo de 1693. y àhora renouando el difpacho citado de 26. Agofto 1581. he refuelto, que quales Caufas de los que pretendieren entrar en eftas Plazas por Iufticia, aunque feau inftancias de continouacion de poffefsion de Padres à Hijos, fiempre que en eftos fe opponga formalmente exception de illegitimidad, deba proceder licencia mia, para feguir en Iufticia eftas inftancias, y que no hauiendola el Confeio de Santa Clara non admita neguna; Con declaracion de que todo lo que en Contrario fe hoiera ha defer nullo, y de ningun valor, y eff tto Para enio complimiento os ordeno, y Mando deis los ordines combenientes, y tambien para que efta mi refolucion, y lo referido orden del anno 1581. deuefe os embiar Copia rubricada de mi enfrafcritta Secretaria, y fe regiftre en los Confeios del Colateral, y Santa Clara, que afsi es mi Voluntad. De Madrid à 3. de Ottobre 1695.

YO EL REY.

Ifta enim Regis ordinatio inri communi confonat, nam poffeffionis manutentio, licet in filios defcendat, iufta tradita per *Poftium de manutenenda poffeff.obferu.10. num. 60. Mafcard.de probat.concl.790.num.34.* attamen debent effe ex legitimo matrimonio nati, quando vero naturales funt, fummarium poffefforium in ipfos non continuatur *Benedictus in cap.Raynutius in verb. Vxorem decif.1. num.204. Mafcard.de probat.d.conclu.790.nu. 43.*, fed eft legitima filiatio probanda per filios, *Natta confil.* 421. Sed quia talis exceptio illegitimitatis matrimonii, non fuit per Deputatos Sedilis Nidi probata aduerfos dictos Dominus de Carrapha, ideo per follemne decretum Sacri Confilii fuerunt d. fratres admiffi ad honores Sedilis Nidi, quod poftea fuperuenientibus literis Catholicæ Maieftatis fupra traditis fuit prædictum decretum S.C binis aulis vnitis confirmatum, tam in gradu reftitutionis in integrum, quam Nullitatum.

Aduerte vero, quod vnio Aularum non retardatur in illis cafibus, in quibus concedi de-
25 bet per noftras pragmaticas, forfan quia Prorex in caufa conceffiffet Adiunctos, quia de iure noftri Regni adiuncti dantur, quando effet fortita paritas votorum per *pragm. 1. §.7. de cauf.decid.ubi Reg.Rouit.* & notat *Franc. decif.*

decis.252.num.6.Molfesius in consuetud. Neapol.tom.2 par.10 quæst.22.num.8.& 9. Tasson. in pragm.de antefato versl.3.obseru.3.num.14. & fuisse decisum refert *Thor. in compend.decis.tom.3.sectio.3.verb.Vnio Aularum fol.*422. Sed quia in causis reclamationum debet concedi vnio Aularum, per nostra capitula Regni, & in aliis casibus sup.expressis, ideo ad hanc vnionem euitandam non sufficit datio Adiunctorum, *Thor.loc.cit.d.pag.*422.

Aduerte etiam, quod duæ Aulæ dicuntur interuenire, quando sunt quinque Consiliarii
26 duarum Aularum simul vniti, v. g. tres ex vna Aula, & bini ex alia, sed si fuerint minoris numeri quinque Consiliariorum, non dicitur adimpleri Vnionem duarum Aularum, statuit nostra *pragm.2.circa fin. de caus. decid.*, sed quid si essent quatuor Consiliarii vnius Aulæ, & vnus alterius Aulæ, forsan quia cæteri essent Infirmi absentes, vel suspecti, aut loca vacarent, an diceretur numerus completus ex mente d.*pragm.*Dicerem quod sic, quia talis pragmatica requirit quinarium numerum Consiliariorum duarum Aularum, absque expræssione numeri Consiliariorum singularum Aularum, sed solum præfixit numerum quinque Consiliariorum pro omnibos Aulis, ideo quotiescumque habetur numerus quinarius, dicitur satisfieri menti d.pragmaticæ, & parum interest an sint ex vna, vel altera Aula, & post à me scripta, inueni authoritatem *D.Reg.Petræ sup.ritu 53.num* 8.M.C.V., vbi aduertit, ita vidisse obseruatum, allegat exemplum Vniuersitatis, quæ in vna persona remanente, etiam dicitur Vniuersitas representari per *tex.in l sicut municipum 7. §.in decurionib. vbi Glos. & DD.ff.quod cuiusque Vniuers.nom.* & ego addo *tex.in l.22.vbi Barl.ff.de leg.1. & ibi Glos. in verb.desiisset,* ideo in consideranda vnione Aularum dicuntur duæ Aulæ repræsentari, licet superstit vnus Consiliarius in vna Aula, *Roct. de offic.rub.17.num.15. qui n. 16.* dicit quod vnus Consiliarius de vna Aula, & duo de altera constituunt duas Aulas, sed non loquitur in terminis dictæ *pragm. 2. de causis decidendis*, vbi statuitur numerus, quinque Consiliariorum in vtraque Aula, ad hoc vt vnio duarum Aularum congregetur. Verom si aliqua Aula diminuta fuerit ob d. absentias, vel Infirmitates Consiliariorum, & altera Aula plena reperitur debito numero, poterit Præsidens S.C. transferre aliquos Cōsiliarios ad Aulam diminutam, dixit *Tasson. d.versl.3.obseru.3.* §.10. qui allegat *tex. in auth. Vt Clerici ex vna Ecclesia ad aliam transferantur ad supplendum numerum deficientiū*, quod in dies videmus obseruari.

Circa vero incidentia, & emergentia causatum, scias quud debeant eodem modo terminari,
28 sicut causæ principales iunctis aulis definiuntur *Franc dec.252.num.7.* vbi DD. allegat, quem sequitur *Ronit.in pragm.41.nu.3. de Offic.S.R.C.& in pragm.1.de caus.decid.*, & ita decisum fatetur *Anna in constit. Constitutionem Diuæ Memor.num.*286. *Thor. in comp. decis.tom.1.in verb. incidentia pag.* 267., sed vidi rescriptum emanatum à Dom. Prorege Cardinali de Aragonia, quibus ordinatum fuit, vt causa principalis agitaretur iunctis Aulis, incidentia vero in vna Aula, vt in processu hæreditatis quond. Magnifici Fælicis Golini in Banca Litti in anno 1665.

PRÆSTANTIA X.

Præstantia S. Consilij Neapolitani est, vt in quatuor Aulas vnitum possit facere leges.

SVMMARIVM.

1 *Leges non minus ac Arma, sunt in Republica necessaria.*
2 *Legum laqueis multa negotia non fuerunt definita.*
3 *Senatus determinatio an habeat vim legis, vsque ad num.*
4 *Præfectum Prætorio rapresentat Consilium Neapolitanum.*
5 *Præfectus Prætorio potest facere leges, & quādo.*
6 *Sententia S.Consilii Neapolitani pro lege obseruare debet.*
7 *Leges solus Imperator condere potest.*
8 *Legis condendæ potestas, in dubio concessa non præsumitur.*
9 *Leges quas Populus Romanus constituebat Senatus Romanus debebat confirmare.*
10 *Senatus Consulta multa lata fuerunt, sub Aristocratico regimine Imperij Romani, & sub Monarchico.*
11 *Principis sententia cum causa cognitione facit ius in futurum, quo ad omnes.*
12 *Decisio S.Consilii lata per totum S.C., congregatum in quatuor Aulas, pro lege in toto Regno reputatur, & num 15.*
13 *Reclamatio stat loco appellationis.*
14 *Magistratus Maiores, qui leges dabant non indicabant.*
15 *Sententia lata pro interpratando iuris articulo pro lege habetur.*
16 *Præsidenses S.C. possunt totum S.C. congregare pro interpratando iuris articulo, & n.20.*
17 *Deportati si aufugiant à loco, pæna mortis puniuntur.*
18 *Hæres semper intelligitur obligatus nomine hæreditario, licet proprio nomino se obligat.*
19 *Duces Sabandiæ solent cōgregare omnes classes Consilii, pro definiendo dubio articulo.*

Fi-

Filij duorum fratrum ſuccedunt Patruo in ſtirpes de iure Ducatus Sabandiæ.

20 *Conſiliũ quando totum cõgregari debet pro articulo definiendo, licentia Principis requiritur, ſed in Regno ſufficit licentia Præſidis.*

21 *Præſtantia S.Conſilij Neapolitani eſt, quia ſolet ambiguos iuris articulos definire, quod non committitur Tribunali Regiæ Cameræ, & alijs Curijs inferioribus.*

22 *Legis vim non habent deciſiones, aliorum Senatuum Europæ.*

23 *Senatus Neapolitanus non poſſet leges condere in quatuor Aulas vnitum, niſi Rex poteſtatem conceſſiſſet.*

24 *Conſtitutio legis, quam S.C.Neapolitanum facit, attenditur tantum intra fines noſtri Regni.*

Præfecti Prætorio lex, eſtenditur tantum per ſuam Dioceſim.

25 *Leges interpretare non ſolum poteſt Conſilium Neapolitanum, ſed quodlibet Supremum Prætorium.*

26 *Principi tunc eſt recurrendum pro interpratatione legis, quando alia interpretatio congrua haberi non poteſt.*

27 *Iudex quilibet poteſt legem interpretare.*

28 *Conſilium Neapolitanum, & alij Magiſtratus ſuperiores poſſunt facere interpretationem extenſiuam circa leges non ſic in Principatu Cathaloniæ, qui poſſunt ſolum declaratiuam interpretationem facere.*

Interpretatio prohibita, intelligitur de eſtenſiua non de comprehenſiua.

29 *Prætoria omnia poſſunt facere edicta, intra diſtrictum eorum iuriſdictionis.*

30 *Textus in l. non ambigitur ff. de legibus, cum l.fin.C.eod.conciliatio.*

31 *Decreta multa, ordinata per S.Conſilium Neapolitanum, Reges noſtri confirmarunt, & pro legibus mandarunt obſeruari, & multa referuntur.*

32 *Leges debent Principes ſtatuere cum Conſilio ſuorum Conſiliariorum.*

33 *Pragmaticæ plures fuerunt ordinatæ in noſtro Regno, cum aſſiſtentia S.C. Neapolitani, quæ referuntur.*

LEges neceſſarias in Republica eſſe non minus, ac Iudices nemo dubitat, nam ſicut non ſufficit habere iura in Ciuitate, niſi ſint qui ea reddant *l.2.§. poſt originem ff. de orig.*
1 *iur.*, ita parum confert Reipublicæ ſi ſint Iudices, & leges deficiant. Nullum enim Imperiũ, nulla Reſpublica ſine legibus poſſunt eſſe diuturna, Arma enim Imperia parant, leges parta conſeruant, & ſicut ſine armis Regna acquiri non poſſunt, ita nequeunt ſine legibus cuſtodiri, hac de cauſa Plato agens annum octuageſimum ſextum iuris ciuilis peritiam ſibi acquiſiuit, *Valer. lib. 8. & 7. Tympius in ſpecul.boni Magiſtr. ſigno 31. nu. 2. par. 1.*

Leges ante Iuſtiniani tempora innumerabiles fuerunt, itaut in bis mille libros diffuſæ legebantur, *Duaren. lib. 2. diſput. anni cap.6. Contius lib.1. lectio. cap. 8.*, ex quibus idem Iuſtinianus ſelegit 9198. in Digeſtis, diſtributas in quinquaginta libros, & 440. titulos. In Codice vero collexit alias leges, 4544. diuiſas in duodecim libros, & 804. titulos, ita vt ſumma legum Iuſtiniani aſcendat ad numerum 13752. præter Nouellas Conſtitutiones, vt tradit *Iurg. Valentin. in partheu. litigioſ. lib.1. cap.3. num.23.*, & cum tot, & numeroſæ fuerint ab Imperatoribus leges promulgatæ, adhuc continuò emergunt negotia, quæ adhuc legum laqueis non ſunt
2 innodata, vt conqueritur idem *Iuſtinian. in l.2.§. ſed quia diuinæ 19. C. de veter. iur. enucle.* pro quibus determinandis eſt neceſſe, vel ad Principem recurrere, vt diſponit *d.l.2.§ ſed quia diuinæ*, ibi *Auguſtum imploretur auxilium*, vel Senatum adire, vt ibi per rationes, & exempla cauſa definiatur, hac de cauſa quærunt Doctores, an determinatio facta in ambigua cauſa à ſupremo Senatu, vim legis habeat, ita vt ad ſimiles caſus poſſit adaptari, vt omnino eodem modo, & ſecundum eandem formam, cauſa de nouo emergens definiatur.

In qua quæſtione Doctores varia dixerunt, & multi affirmarunt, quod talis dubii iuris reſolutio à Senatu facta, vim legis habeat, quia Senatus poteſt facere leges, per *tex. in l. non ambigitur ff. de legibus* per illa verba. *Non ambigitur Supremum Senatum poſſe leges facere, l.2.§. eodem tempore ff. de origin. iur. Gloſ. in l. vnica verſ. comitatus C. quando Imper. inter pupill. Platea in l. nemo C. de dignit. lib.12. Bart. in l. omnes populi quæſ.4. Bouadilla in politica lib.3. cap.8. num.155. Caluin. de æquit. lib.1. cap.1. num.23.*, vbi fatetur, quod Senatus Mediolanenſis diuino quodam afflatu, ſuas ſanctiones ſancire ſolet, quod etiam dixit *Polidor. Ripa ſingular. obſeru. 252. in fin.*, & confirmat *Iul. Clar. in praxi crim. § fin. quæſ.38. col. 3.*, & Magiſtri Parlamentorum in Gallia poſſunt facere leges, dixit *Gloſ. in pragm. ſanctio. til. de concluſ. Eccleſ. Galliæ. verb. Parlamenta.* Nec talem *tex. in l. non ambigitur* fuiſſe correctum, *per l. fin C. de legib.* dixit *Gloſ. fin. in d.l. fin. in verb. ſolus Imperator*, vbi dicit quod ex vi *d.l. fin.*, etiam hodie Senatus habeat poteſtatem leges condendi, per *dict. l. non ambigitur*, & verba illa *ſolum Imperatorem* appoſita *in d.l. fin.* intelliguntur, vt *ly ſolus* excludat ſingula generum, non genera ſingulorum, ſicut dicimus, quod ſolus Scipio Ciuitatem ſeruauit, ideſt nullus alius eiuſdem generis, ſed potius Populus re vera ſeruauit, & voluit dicere *Gloſ. ad propoſitum*, quod nulla alia perſona eiuſdem generis, & authoritatis poſſit leges facere, ſed non exclu-

ε Indit genera ſingulorum, ideſt illos eiuſdem
generis authoritatis, prout eſt illa Supremi
Senatus.

Præter iura allegata aſſignant rationem DD. di-
cendo, quod S. Conſilium noſtrum Neapoli-
4 tanum rapræſentet Supremum Præfectum
Prætorio *Fabius Optinell. in l. imperium n. 335. Franc. dec. 148. num. 3. in fin. & dec. 645. Capycelatro dec. 100. num. 15. & ſeq. & conſult. 159. num. 7. Galeota contro. 39. num. 37. & contra. 43. num. 2. lib. 2* poſt alios *Consl. Altimar. de nullit. rub. 1. quæſ. 5.*, & late dicam infra in *rub. de Præfecto Prætorio*, qui poteſt facere legem *l. 2. & 4. C. de Offic. Præfect. prat. Orien.*
5 *vbi DD. Gloſ. in l. vltima C. de legib.*, cum omnia facere intelligebatur authoritate Principis *l. formam C. de offic. Præfect. Prætor.*, & hoc caſu cum iura condit, cenſetur Imperator, vel Rex ipſæ leges facere, *§. qua igitur in fin. auth. de priuileg. dot. non præſt. col. 8. Caſſan. in catalog. glor. mund. par. 7. conſid. 7. Surgent. de Neapol. illuſtr. cap. 19. in fin.*, ſed cum duabus cautelis ſeu conditionibus dicitur *in d. l. 2.* primo .s. dummodo talis conſtitutio Præfecti Prætor. non ſit iuri contraria. 2. donec nõ fuerit ab Imperat. abdicata, ſeu reuocata, *Duar. in til. de Offic. Præfect. Præt. cap. 3. Roman. consl. 37. Pariſ. de Put. de ſyndic. lib. 1. cap. 1. verb. dignitates*, & ex his, & ſimilibus concludũt DD. quod vnica Supremi Senatus ſententia, etiam inter alios lata, pro lege obſeruari debeat, in caſu omnino ſimili, puntualiter *Gama decis. 228. & dec. 33. num. 2. Ruginell. practic. quæſ. cap. 29. num. 3. Cabed. par. 1. dec. 212. n. 1. Barboſ. ad ordin. til 64. in princ. num. 6. Souſa dec. 9. num 23.*, & deciſiones noſtri S. C. vim legis habere, dixerunt *Afflict. dec. 96. num. 11. & dec. 113. & dec. 190. num. 3. in fin. & deciſ. 169. nu. 9. Marani. in ſpecul. par. 6. verſ. quandoque appellatur num. 251. & ſeq. Optinell. in d. l. imperium num. 336. de iuriſd. omn. Iudic. Franc. in proem. deciſ. Io: Bolognin. in l. 1. ff. ſi cert. pet. Carauita in ritu 1. num. 22. Franc. dec. 238. in fin.* Imò ſententiam Regiæ Audientiæ Barcinonæ, quæ eſt Conſilium Supremum, vim legis habere dixit *Ripoll. de Regalijs cap. 5. num. 49.*

Alii autem negant Senatum habere poteſtatẽ leges condendi, adducunt *tex. in l. fin. C. de legibus*, vbi *Soli Imperatori leges condere eſt*
7 *conceſſum* per hanc enim dictionem (*Soli*) alii omnes dicuntur excloſi, imo in fine dictæ legis, ſubdit Imperator Iuſtinianus, quod ſi alii fuerint legum conditores, id Maieſtas Imperialis permiſit, per illa verba. *Tam Conditor, quam Interpres legum, ſolus Imperator iuſtè extimabitur, nil hac lege derogante veteris iuris conditoribus, quia eis hoc Maieſtas Imperialis permiſit*, inter quos fuerunt illi Iuriſconſulti, qui fuerunt poſt Octauianum Imperatorem, qui condebant leges, vt aduertunt *Io: Faber, & DD. in l. humanum, & in l. fin. C. de legib. Paul. de Caſtro in d. l. non ambigitur, Rebuffus in proem. conſtit. Franc. nu. 12. Themudo in dec. Portugal. in præfat. ad par. 1. num. 35.*, & ideo dixit *Nicol. Boer. in addit. ad Io: Montan. de author. Magn. Conſil. verſ. hoc præſumpto, & in tract. de offic., & poteſt. leg. par. 2. quæſ. 1.*, quod tunc Senatus poterit leges condere quando hoc agit de mandato, & conſenſu Principis, alias quod non poſſit facere leges, ſequitur *Io: Faber in d. l. fin.*, & ſi ſine Principis conſenſu illas condiderit, poteſt Princeps illas tollere, *Aufrer in addit. ad Capell. Tholoſ. quæſ. 405*, & *latius Io: Faber, & Aretin. in §. ſed & quod Principi inſtit. de iur. natur. gent. & ciuil. Boer. de author. Magn. conſil. num. 178. Theſaur. in præfat. ad dec. Sabaud. num. 32. Dom. Preta in ritu 1 num. 14. & 17., Io: Franc. de Leonardis in opuſculo de magiſtr. Regn. cap. 4. n. 8.* Ideo in dubio legis condendæ poteſtas data non præſumitur, niſi probetur
8 *l. prohibitum C. de iur. fiſci lib. 10.*, & eſt Nouella conſtitutio Imperatoris Leonis 78., & inter regalia maiora connumeratur, quia eſt ius Maieſtatis, quod ſolo Principi competit, *Chriſtin. dec. 80. num. 1. vol. 2. Brunneman. in l. 2. C. de Offic. Præfect. Prætor. Orien* Ad tex. in *d. l. non ambigitur*, reſpondet *Velaſcb. d. conſult. 148. nu. 28.* dicens quod dicta lex intelligatur de ſententia Senatus Romani, cuius authoritas tanta erat in ipſa Romana Republica, vt apud eum, quaſi omnis poteſtas reſidebat, Populus autem licet poterat Magiſtratus creare, leges ſancire, atque decerne-
9 re, an in hoſtes arma fuerant mouenda, vel fœdera ineunda, attamen leges à Populo Romano latæ, ritè promulgatæ non iudicabantur, niſi Patrum Senatus confirmabat, fatetur *Alex. ab Alex. in dies genial. lib. 4. cap. 11 pag. 365.*, & ideò ſub illius Ariſtocratico regimine multa Senatus conſulta promulga-
10 ta fuerunt, vt *Macedonianum, Velleianum, Tertullianum, Flauianum, Æmilianum, vt in §. Senatus conſulta iuncto §. lex eſt inſtit. de iure natur. gent. & ciu.*, & alia in Pandectis, & Codice inſerta enumerat *Borrell. de præſt. Reg. Catholic. cap. 31. n. 3.*, Imo & ſub Monarchico illo Imperio eſtare quamplura Senatus conſulta, temporibus Imperatorum facta fatetur *Dominic. Arumeus de iur. publico diſcurſ. 14. volum. 3. num. 153. poſt Tobiam Paurmeiſt. de iuriſdict. Imper. Rom. lib. 1. cap. 19. nu. 7. Eguinar. Baro. ad l. Princeps ff. de leg. & ad l. 1. ff. de conſtit. Princip. Anton. Vatca in expoſit. locor. obſcur. ad l. 1. ff. de conſtit. Princ.*

Has autem diſcordantes ſententias conatur cõciliare *Pegas in ordin. Portugal. lib. 1. titul. 1. gloſ. 142.*, diſtinguendo quatuor caſus, quorum Primum ponit, quando ſententia Senatus eſt declaratoria alicuius ordinationis, ſeu legis municipalis, & hoc caſu pro lege in ſimi-

milibus obſeruatur. Secundum refert caſum
quando in aliquo caſu dubio multæ ſenten-
tiæ prolatæ ſint, vt ex eis inductus ſit ſtylus,
& conſuetudo iudicandi, tunc tales deciſio-
nes pro lege obſeruabuntur, citat *Cabed.*
Pinell. & alios. Tertium caſum ponit quan-
do Senatus ſimpliciter in aliqua cauſa ſemel
iudicauit, & tunc ſententia pro lege non
obſeruatur. Vltimum caſum ſcribit, quan-
do Princeps ſententiam tulit cum cauſæ co-
11 gnitione, ſeu cum ſuo Conſilio, & iſte caſus
nil ad nos, nam non dubitatur, quod ius fa-
ciat vniuerſale in Regno, vt in *l. fin. C. de le-*
gib. vbi *Bald.*, ad hoc allegata ab *Afflict. in*
dec. 96. in fin. & dec. 190. in fin., & ſequitur
Azened. in leg. noua recompil. lib. 2. til. 4. nu. 2.
tom. 1., licet cum Senatu iudicat *Theſaur. in*
præfat. ad dec. nu. 32. lit. AA., vbi dicit, quod
legem faciat, quo ad omnes in futurum; &
eſt *tex. in §. ſed & quod Principi inſtit. de iur.*
natur. gent. & ciuil., ibi *vel cognoſcendo decre-*
uit.
Sed quidquid ſit de alienis Prætoriis Superio-
rum Magiſtratuum, noſtrum Neapolitanum
Conſilium hanc ſpecialem prærogatiuam
tenet, vt vnitum in quatuor Aulas, quando
12 .s. ordine Principis, vel Supremi eius Præ-
ſidis in vnum Corpus totum congregatur,
pro definitione alicuius nodoſi articuli, facit
legem vniuerſalem eius deciſio in toto no-
ſtro Regno, ad quod probandum adduco
pragm. 47. in fin. de Offic. S.R.C., quæ apparet
principium ſequentis *pragm. 48.*, vbi iſta
verba leguntur. *Et ſi decreta ſtatutaque ab*
eodem Supremo Tribunali S. Conſilii rationabi-
liter promulgata, pro lege ſeruari oporteat, regia
tamen ſi fuerint authoritate comprobata, & pu-
blicata, notitiæ obſeruantiæ, & exequtionis
recipiant incrementum, proinde mandat di-
cta pragmatica confirmari omnia decreta
ab eodem S. Conſilio ordinata, atque illo-
rum obſeruantiam ſtatuit, Credebam à me
prius hanc prag. fuiſſe ponderatã ad propoſitã
concluſionẽ, ſed poſtea inueni conſideratam
à *Thor. in compend. deciſ. in præfat. par. 1. col. 3.*
Capic. latro conſult. 6. num. 2. tom. 1., & tandem
à *Dom. Preta in ritu 1. num. 16.*, qui ex ea col-
ligunt concluſionem dicentes, quod decreta
S.C. habeant vim legis Sed non eſt vera iſta
propoſitio ſic generaliter ſumpta, vt quodli-
bet decretum S. Conſilii, vel eius Sententia
vim legis habeat, quando enim determinat
aliquam litem particularem, & articulum
controuerſum inter partes reſoluit, non po-
terit tale decretum definitiuum vim legis
habere, quia ab eo reclamari poteſt, vt di-
ſponit noſtra *pragm. 41. num. 2. de Offic. S.R.C.*,
quæ fuit emanata à Carolo Quinto Cæſare,
Afflict. dec. 231. Franc. deciſ. 135., & 528, &
dicam late infra in *rub. de reclamatione*, quæ
reclamatio licet appellatio non ſit, tamen
13 ſtat loco appellationis, *Gloſ. in l. 1. C. de ſent.*
Præfect. Prætor. Andreas in cap. 1. col. 4. til. Si
de fide inueſtit. inter dom. & Vaſ. Afflict. in
prælud. conſtit. Reg. quæſ. 10. num. 4., At illæ
ſentẽtiæ licet Regum, & Principum, quæ reui-
ſioni ſubiciuntur, non habent legis authori-
tatem, *Angel. in l. 1. nu. 2. ff. de Ferijs*, & ibid.
Alex. num. 4., & conſl. 97. n. 5. lib. 3. Iaſon in
l. Ciuitas n. 7., & ibi *Decius nu. 5. ff. ſi cert. pet.*
Felin. in rub. de reſcript., & licet reclamatio
eidem noſtro Conſilio proponi debeat, & non
alienis cenſuris ſubiciatur, nihilominus eius
ſententiæ poſſunt redargui de nullitate, &
reuideri, & aduerſus eas poſtulari reſtitutio,
& non videtur legis vigorem habere illam
determinationem, quæ tot cenſuris affici po-
teſt, vt colligitur ex notabili *tex. in l. 2. §. po-*
ſtea verſ. neque prouocatio ff. de orig. iur., vbi
prouocatio denegata fuit à ſententiis illorũ
decem virorum, qui conſtituti fuerunt ad pe-
tendas leges Solonis, quia eis data fuit am-
pla poteſtas leges condendi, iura recipendi,
& ad Romanorum vſum adaptate, vt con-
cludit *Io: Franciſc. de Leonardis de magiſtr.*
Reg. cap. 4 à num. 8. Illi enim Supremi Magi-
14 ſtratus, qui leges dabant, Magiſtratus maio-
res appellabantur, veluti Prætor, Proconſ. *l. 8.*
ff. de offic. proconſ. l. 6. §. 8. ff. de offic. Præſid. ſimi-
liter Preſes *l. 4. ff. de offic. Præfect.*, & Præfectus
Vrbis *l. 1. §. cum patronus ff. de offic. Præfect.*
Vrb., iſti enim non iudicabant, ſed ius dice-
bant, ſecundum quod controuerſiæ deciderẽ-
tur, vt expreſſit *Vlpian. in l. ait prætor ff. de re*
iudic. Chriſtoph. Sturc. de reg. iur. leg. 70. n. 9., &
quia non iudicabant ab eis appellari non
poterat, dum ergo Conſiliarii iudicant ſecun-
dum leges, non poſſunt facere leges.
Quãdo vero Sacrum Conſilium iunctis omni-
bus quatuor Aulis ordine Principis, vel Præ-
ſidentis congregatum, generaliter aliquod de-
terminat, definiendo aliquam ambiguita-
tem intricati articuli, vt repugnantiam le-
gum, aut deciſionum hinc indè latarum
tollat, quia hæc definitio non decidit inte-
reſſe litigantium, ſed tantum controuerſum
ius reſoluit, vel interpretationem iuris emit-
tit, propterea dũ non poſſunt aduerſus talem
deciſionem quatuor Aularum proponi nulli-
tates, reuiſio, reclamatio, aut aliud reme-
dium, in hoc caſu talis deciſio pro lege ſer-
uanda eſt, & in iſto caſu debet intelligi e itata
pragm. 47. ſup. cit., ita affirmant noſtri Regni-
15 colæ, nempe *Afflict. in conſtit. Comitibus nu.*
5. de Adiutor. pro mil. lib. 3., vbi dicit, quod
quando fuerunt prolatæ ſententiæ S.C. ad in-
terpretandum aliquod dubium articulum
erunt pro lege ſeruandæ, ſequitur *Conſ. Stai-*
ban. in obſeru. ad reſol. for. 50. num. 77. tom. 1.,
vbi dicit, quod hoc caſu præſumitur ipſum
Regem præſediſſe, ex *tex. in l. vnica C. de*
Offic. Præfect. Prætor., vbi quidquid agit Su-

premus Senatus, nomine Principis statuit, & confirmat *Dom. Reg. Prata in ritu 1. num. 16.* Et multoties ita fuit practicatum, cum rexerint
16 nostrum Consilium nostri antiqui Præsides, qui suam potestatem bene cognoscebant, vt fuit Præses Thomas Salernitanus, nam cum consideraverit dubium illum articulũ, an deportati in Insulis si aufugiant debeant
17 puniri pæna mortis, vel mitiori pæna, congregauit quatuor Aulas nostri Consilii, à quo fuit promulgatum decretum per modum legis condendæ, vt pæna mortis puniantur, & ita exequutum tradit *Franc. dec. 140. n. 7.*, Idem fuit practicatum in die 16. Martii 1623 quando fuit ordine Proregis congregatum Sacrum nostrum Consilium ad definiendam illam controuersam quæstionem, an Hæres, qui se obligauit proprio nomine, pro soluendo debito hęreditario, possit gaudere beneficio inuentarii, & super dicto articulo nostrũ S.C. in quatuor Aulas vnitum pro hærede sẽtentiauit, vt semper hæres intelligatur obli-
18 gatus nomine hæreditario, tradunt *Reg. Sanfel. c. decis. 212. lib. 2. Capic. latro dec. 115. lib. 1. & consult. 31. lib. 1. Thor. par. 2. comp. dec. in verb excipt. di, cessio. Inu. ut. Moccia in sylua casuum for. cap. 47. num. 1.*, adeout inoleuit praxis, vt in contractibus Hæres renunciet d. decisioni quatuor Aularũ, latæ per nostrũ S.C. ad hoc vt de proprio teneatur. Et clarius constat ex *pragm. 2. de remiss. causarum*, vbi habetur, quod quia variæ decisiones factæ erant in S.C. super illo articulo, an quando petitur remissio à conuento vigore apocæ banci, debeat facere depositum, aut se constituere in vinculis, vel debeat ante omnia prouideri super remissione, congregato Consilio ordine Dom. Præsidentis Marci Antonii de Ponte, pro decisione dicti articuli, in die 28. Septembris 1616., fuit decisum, non esse admittendam exceptionem fori declinatoriam, siue opponatur à parte, siue à Barone, aut quauis alia curia, nisi post apocas recognitas, aut legitimè verificatas, fuerit factum depositum per debitorem conuentum, aut se in vinculis constituerit, ex quo decreto fuit ordinata *d. pragm. 2.*, quæ pro lege in nostro Regno obseruatur. Simile exemplum habemus in *pragm. 51. de Offic. Mag. Iustitiarij*, vbi ad instantiam Fisci Patroni causarum criminalium, fuit decisus articulus in nostro S.C. ordine Præsidentis Marci Antonii de Ponte, tunc latè contra uersus, quod s. compariciones nuncupatæ de fero in nostro Regno, quæ porriguntur à citatis in vltima contumacia in illis casibus, in quibus tenentur personaliter comparere, qui in vltima contumacia non comparuerunt, Curia pro Tribunali sedente, sed per nostrum Ritum admictuntur ad purgandam contumaciam eadem die, vsque ad primum somnum, non possint d. compariciones recipi per Iudices M.C.V., nisi personaliter cõpareant ipsi principales, contra quos fuit incusata vltima contumacia, & quod non sufficiat comparitio per procuratorem, neque sub prætextu infirmitatis excusentur, quod decretũ S C. in formam legis fuit promulgatum in *d. pragm. 51.* Prout idem practicari in Senatu Sabaudiæ, quando congregatis Classibus de ordine Principis Senatus iudicat, vt pro lege illud iudicium habeatur, dixit *Thesaur. in præf ad decis pedam. n. 32. circa med.*, & ita gessit Carolus Emanuel Dux illius Principatus, quando voluit definire illum ambiguum iuris articulum. An Filii duorum fratrum succedant Pattuo in stirpes, vel in Capita, qui tam
19 longo tempore inquietauit Doctorum ingenia, sub duobus Ducibus, altercantes opiniones defendentibus, qui fuerunt *Azo, & Acursius*, de quo *Thesaur. in dec. 162. Senat. Pedam.*, voluit enim ille Princeps in Senatu sedere, & late discusso articulo, præualuit Azonis sententia, vt filii succedant in capita, statuitque ille Prudentissimus Princeps pro sedandis litibus, vt noua fieret constitutio, & ita in illa regione publicata, adeout nequeat ibi amplius de hoc articulo dubitari. Idem etiam mandauit, idem Sabaudiæ Princeps, vt Senatus ille definiret alium intricatum iuris articulum. Quæ sit portio Filiorum in bonis proscriptorum, in contumaciam Patris delinquentis absentis, sed vsque ad tempora Thesauri non fuerunt Classes vnitæ, ideo articulus non fuit resolutus, vt illæ fatetur in *præfat. ad suas decis nu. 32. in med.*, rem certè salubrem perficerent nostri Præsides, si saltem semel in anno duos spinosos articulos terminarent iunctis quatuor Aulis ad formã legis condendæ, hoc enim modo, tot lites non torquerent nostra Tribunalia, facerent enim istæ decisiones ius in nostro Regno, & ab omnibus aliis inferioribus Tribunalibus seruarentur.

Hanc autem potestatem congregandi totum nostrum Consilium pro definiendis abstrusis controuersiis, habet ne dum Princeps,
20 sed etiam Præses Consilii, ex dispositione *pragm. 41. num. 1. in fine, & 8. de Offic. S.R.C.* dicunt *Franc. dec. 140. nu. 1. Tasson. in pragm. de antefato versl. 3. obseru. 3. num. 116. §. 2. Rouit. in d. pragm. 41. num. 2.*, qui testantur, ita practicasse Præsidentem Salernitanum, apud *Franc. d. dec. 140. num. 1.*, & idem inuenio obseruasse Præsidentem Marcum Antonium de Ponte, vt legitur in *pragm. 2. de remiss. caus.*, & *in pragm. 51. de Offic. Mag. Iustit.*, & in aliis nostris pragm., tam vnitis quatuor Aulis, quam in vna, vel duabus Aulis, dummodo pro solo articulo decidẽdo Aulæ vniãtur, vel in vna Aula simplex articulus iuris definiendus proponatur, vt in *dicta*

pragm.

pragm.2.de remiſſione cauſarum, *&* *in d.prag.*
51. obſeruauit idem Præſes de Ponte, ſed ſi
fuerit decretum latum per Conſiliarios qua-
tuor Aularum, per modum legis publicatur,
vt dicit *Franc. d.dec.140. num.7.*

Non idem legimos de aliis Senatibus aliorum
Regnorum, quorum Claſses quando congre-
gari debent, ad articulum dubium deter-
minandum, licentia Principis requiritur, vt
Senatum Sabaudiæ legimus practicaſse, apud
Theſaur. dict. deciſ.162. in fin., Ex quo PRÆ-
21 STANTIA reſultat. & eo maior aſpicitur ſi
conſideremus alia noſtra prætoria, ſcilicet
Tribunal Regiæ Cameræ, & M.C. Vicariæ,
quibus iſta poteſtas non fuit à noſtris Regi-
bus conceſſa, nec vnquam Regia Camera
dubiam iuris controuerſiam de Regis man-
dato definiuit, vt etiam conſiderauit *Conſil.*
Staiban. in obſeru. ad d. reſol. 50. num. 82., quia
vti Tribunalia inferiora fuerunt ſemper te-
putata, & talis cognitio Supremis Curiis cō-
mitti debet. PRÆSTANTIA etiam cogno-
ſcitur reſpectu Curiarum aliorum Regnorū,
22 nam deciſiones Rotæ, Cappellæ, Scabina-
tus, & ſimilium Prætoriorū non habeot vim
legis, nec aliam poteſtatē tenent eorum Iu-
dices, niſi reddendi ius partibus, *Felin. in cap.*
1. col.6. verſ. ſcias de re iudic., *&* *in cap.2.*
col. penul. de reſcript., *&* *in cap paſtoralis. col.*
fin. de instrum. Iaſon. in l.1. ff ſi cert. pet. Caſſa-
dor. in dec.7. circa fin. de præb. Vantius de nul-
lit. ex defect. proc. num.121. Philipp Franc. in
cap. dudum de reſcript. in 6., *Euerard. in loco ab*
author. num.10. Caguol. in rub. de reg. iur. n.28.
De Graſſal. de regal. Franc. lib.1. pag.167. The-
ſaur. in præfat. ad d. dec. num.32., Sic etiam
Regulæ Cancellariæ Papæ, vel Regis, non
ſunt leges generales, tradunt *Ancheran. conſil.*
298. Caguol. in rub. de reg. iur. num. 26. Afflict.
in conſtit. apud Iuſtitiarios num.2. in rub. Vt
Iuſtitiarius, at noſtrum Conſilium Neapoli-
tanum, quando in quatuor claſſes vnitur eius
decreta vim legis obtinent.

Si autem noſtro Senatui Princeps poteſtatem
prædictam nō conceſſiſſet, non poterit illam
23 exercere, fundat *Velaſc. conſult. 148. num.*
26., quia Principi tantum licet condere
legem, *§. ſed & quod Princip. inſtit. de iur. na-*
tur. gent. & ciu. ibi: *Quodcumque Imperator*
per epiſtolam conſtituit, vel cognoſcens decre-
uit, vel edicto præcepit, legem eſſe conſtat l. vni-
ca C. de legib. l. fin. §. penul. & l. Princeps ff. de
legib. Gloſ. in l.1. verb. qui magiſtratum ff. quod
quiſq. iur. Gama deciſ.354. num.1. Maranta
de ordin. iudic. quæſt.3. art.2. concl.1. Anguian.
de legib. lib.2. controuerſ.12. num.3. Maſtrill.
de magiſtr. lib.3. cap.3. num.30. Suarez de leg.
lib.3 cap.9. Salas de legib. diſp.7. ſectio.8. & 11.
Bart. in l.1. §. de quare n.3. ff. de poſtul. Poſſedon.
de empt. & vendit. lib.3. dub.14. n.24. Caſſan. in
catal. glor. mun. par.5. conſid.24. n.27. Bene-
rum eſt, quod quoties S.C. Neapolitanum to-
tum vnitum legem facit, eius noua conſtitu-
24 tio tantum attenditur intra fines noſtri Re-
gni iuxta *l.2. C. de offic. Præfect. Prætor. Orien.*,
vbi poteſtas conceſſa Supremo Præfecto Præ-
torio faciendi legem, intelligitur per ſuam
Diœceſim, non per totum Imperium, vel ſta-
tum Regis, vt explicat *Surgente de Neapol.*
illuſtr. d. cap.19. in fin.

Amplia primo, vt poſſit S. Conſilium Neapoli-
tanum, vel quodlibet Supremum Prætorium
25 leges etiam municipales interpretari *Gi-*
zarell. dec.23., vbi Conſilium noſtrum inter-
pretauit exulatū à ſua patria, intelligi etiam
exulatum ab eius territorio, & ſequitur *Taſ-*
ſon. in pragm. de antefato verſ.12. obſer.2. nu.
21., qui refert etiam aliam deciſionem, *Gi-*
zarell. dec.25. vbi declarauit, quod percutiens
aliquem cum ictu ſcoppittæ, ſi mors non
ſequatur, pœna mortis non ſit puniendus.
Similiter noſtrum Conſilium Neapolitanum
definiuit Fatalia ſtatuta in cauſis appellatio-
num, currere etiam in cauſis reclamationū,
à ſententiis latis per noſtrum S.C., à quibus
fuerit reclamatum, vt refert *Gramatic. deciſ.*
13. in fin., ex qua deciſione publicata fuit pra-
gmatica in noſtro Regno, quæ eſt 53. *de*
Offic. S.R.C., quæ in futurum ita mandauit
obſeruari. Et quod quilibet Senatus poſſit in-
terpretari ambiguam legis ſententiam, dixe-
runt *Lancellottus Conradus de iure public. lib.*
1. cap. de Imperatore num.12 fol.298. Peguera
dec.51., aliique relati à *Caluino de æquitate*
lib.1. cap.5. num.3. poſt Connan. lib.1. comment.
iuris ciuil. til. de æquit. num. 7., Et tunc erit
ad Principem recurrendum pro interpreta-
tione legum, (*iuxta tex. in l.2. C. de veter. iur.*
enucl. ibi. *Si quid vero ambiguum viſum fue-*
rit, hoc ad Imperiale Culmen per Iudices defe-
ratur, *Phib. par.1. dec.14. num.7. & dec. 73.*
num. 15.) quando aliter interpretatio con-
26 grua haberi non poteſt, ſed ſi aliter haberi
poterit per Senatum, ad ipſum non recurri-
tur, *Bart. in l. omnes populi num.56 ff de iuſt.*
& iur. & ibi addent. *Decius in l in ambiguis*
num.1 ad fin. ff de reg. iur., Sicut nec etiam
recurritur, quando periculum eſt in mora
ſi recurreretur ad Principem, *Cagnol. in rub.*
num.6 ff. de orig. iur., imo & quilibet Iudex
poteſt interpretare legem, ſecundūm quam
27 iudicare debet, procedendo de ſimilibus ad
ſimilia, *l ſi vero §. de viro ff ſol. matr.*, ita af-
firmant *DD. in l. non poſſunt ff de legib. Gloſ. in*
l.1. C de legib. Panormit. in cap.1. num.2. de
poſtul.

Amplia ſecundo, vt poſſit S. Conſilium extende-
re leges, vel ordinationes Principis genera-
28 les, & illa extenſio erit ſicut lex, *Rebuff. in*
conſtit. Reg. in 11. quæſ proem. tract. de reſcript.
quem ſequitur *Dionyſius Gothofred. in prax.*
ciuil. lib.1. til.9. de ſenator. rub. de priuileg. cu-

ri.ar.veril.tig fimo fecun lo fol. 511., quod aliter eſt in Iudicibus inferioribus, qui poſſunt tantum declarare leges, non vero extendere, prout de Iudicibus Principatus Cathaluniæ, licet ſupremis, & faculrate Regia inſignitis, loquuntur *Cancer. lib. 3. var. t. l. de privileg. n. 62 & ſeq. Mieres in conſtit. Cathol par. 2. collat. 8. c. 2. n. 19. & Ferrer. in conſt. los Impuberes, gl. 6. n. 33.* qui dicunt, quod quia Iudices illi licet ſupremi non poſſint facere leges, cum illis ſit prohibitum, non minus, ac Principi illius Dominii, abſque forma tradita per conſtitutionem illius Principatus *De celebrar Corts*, idcircò nec illi Iudices ſupremi poſſunt facere interpretationem extenſiuam, ſed ſolum declaratiuam, quia ſi extenſiua permitteretur, noua reſultaret lex ad caſum non expreſſum, contra ordinationes illius Dominii, declarativa verò interpretatio cuilibet Iudici permittitur, quia reſultat per viam comprehenſionis nõ extenſionis, ideò prohibita interpretatione, intelligitur de extẽſiua non de comprehenſiua, *Menoch. de adipiſcend. poſſ remed. 4. n. 226. Gabriel com. conclu. tit. de ſecund. nupt. concl. 5. n. 5.* aliique relati à *Ferrer. loc cit. n. 35.*

Amplius 3. vt alia Prætoria ſuprema, licet non habeant iſtam poteſtatem faciendi leges,
29 quia forsàn talis authoritas non fuerit conceſſa, attamen poſſunt facere edicta infra fines eorum iuriſdictionum, *Hillinger. ad Donell. ennc. l. l. 28 cap. 6. lit. V.* qui ſic explicat *tex. in l. 2. C. de Offic. Præf. P. Prætor. Orien.* qui tribuit facultatem Præfecto Prætor. condendi leges, & dicit, quod talis tex. non loquatur de lege, ſed de forma, ibi: *formam à Præfect. Prætor. datam*, quod nomen formæ explicat, ibi: *Hillinger de ædicto*, quem ſequitur *Io. Bo̅nemann. in d. l. 2.*, & etiam dixerunt *Decius in rub. C. qui admitti n. 21. in vlt. lectur. Rubeus conſl. 50. n. 11.*, & poſt alios latè *Optinell. in d. l. Imperium n. 64. Io. Franc. de Leonard. in d. tract. de magiſtr. Reg. cap. 4. num. 20.* & notauit etiam *Chriſtin. dec. 81. Cur. Belgicæ n. 1. tom. 2.*, qui hoc modo conciliant *DD. tex. in l. non ambigitur, cum l. fin. C. de legib.* quod poſſit
30 ſcilicet Senatus, vel Supremum Conſilium Regni facere leges in loco ſuæ iuriſdictionis, ſeu reſortu, generaliter vero ſolus Princeps iuxtà *iuxta d. l. fin. & Gloſ. ibid. Io. Faber in §. ſed & quod Principi placuit inſtit. de iur. natur.*, & ita intelligitur opinio *Boer. in tract. de author. mag. Conſil fol. 10. artl. 50. & Purpurat. in l. 1. n. 52. ff. de offic. eius, cui mand. eſt iuriſd.*, qui aſſerunt illam *l. non ambigitur* eſſe correctam per *d. l. fin.* ad faciendam ſcilicet legem generalem, ſed non ſpecialem, quam poteſt etiam Princeps tollere, quando cauſa legitima appareat. Ne autem in poſterum tollatur, ſolet noſtrum S. C. conſulere Principem, quando vult aliquid de nouo inducere, vt egit quando voluit per modum legis ordinare, quod appellationũ tempora currant, etiam in cauſis reclamationum, apud *Gramatic. dec. 13. in fin.*, quæ omnia ſolet Rex cõfirmare, prout confirmãt noſtri Reges omnia decreta lata per Sacrum Conſilium Neapolitanum, quia cognoſcunt illa ſumma cum iuſtitia ſemper ordinari, imo uti leges mandarunt exequi, atque inter pragmaticas, ſeu
31 ſanctiones ſpeciales noſtri Regni obſeruari, & iſtorum multa habemus, inſerta in dictis noſtris pragmaticis, nam legimus Sacrum Cõſilium noſtrum Neapolitanum ſuo decreto ordinaſſe in anno 1522. (quando in vna Aula totum regebatur, vt demoſtraui *ſup. in præſt. 9. n. 6.*) quod ſupplicationes expeditæ, pro grauaminibus decretorum interloqutoriorum, latorum per Curias inferiores noſtri Regni, debeant in eadem die, qua decretatæ fuerunt, vel in die ſequenti præſentari, alias nullius ſint efficaciæ; in dicto decreto interuenerunt ſex Conſiliarii, & tres Regentes Collateralis Conſilii, quod deindè per modum legis mandatum fuit obſeruari in *prag. 49. de offic. S. R. C.* Sic etiam, vt non poſſint in qualibet cauſa examinari teſtes ultra numerum quadraginta, & ex Iudicis arbitrio, vſque ad quinquaginta, ſed in cauſis ſummariis ſolum quindecim, habemus id diſpoſitum in decreto S. C. lato per Præſidentem, & ſeptem Conſiliarios in anno 1524. quo tempore etiam in vna Aula congregabatur, vt dixi in *d. præſt. 9. cit.* & poſtmodum prædictum decretum inter pragmaticas fuit compilatũ, ſcilicet in *pragm. 50. eod. tit.* Vt etiam poſt liſtam cauſarum expediendarum appoſitam in Valuis S. C. non liceat amplius ſcripturas præſentari, ſtatuit totum Sacrum Conſ. in anno 1535. quod tunc ex decem Conſiliariis componebatur, ut ſupra dixi. *d. præſt. 9. n. 6.* & in eo ſeptem Conſiliarii interuenerũt præter Præſidentem Loffredum, vt habemus in *pragm. 52. eod. tit.* & vti lex ſpecialis in ordine pragmaticarum fuit recepta. Sicut quod appellationum tempora, currant etiam in cauſis reclamationum à ſententiis S. Conſilii ordinauit decretum S. Conſl. apud *Grammatic. dec. 13. in fin.*, & inter pragmaticas, ſeu noſtras leges impreſſum in *pragm. 51. eod. tit.* Similiter, vt non recipiantur ſupplicationes, abſque ſubſcriptione Aduocati, & Procuratoris illius cauſæ, & ſi illas ſubſcripſerint, vbi veritatem ſubrepſerunt, vel obrepſerunt, quod ſoluant pœnam ducat. duodecim, hoc fuit ordinatum à toto noſtro S. C. cum interuentu Præſidentis, & decem Conſiliariorum, in anno 1589., quo tempore per tres Aulas regebatur, & tale decretum fuit in formam legis receptum, & ex eo Regia pragmatica promulgata, quæ & 66. *eod. tit. de Off. S. R. C.* Et tandem aliis omiſſis, vt proceſſus omnes ori-

ginales

ginales ſtare debeant penès Magiſtros actorum, & tantum copiæ authenticæ tradi debeant partibus percuntandæ, ſub pœna vnciarum auri decem, impoſita prædictis Magiſtris actorum contrauenientibus, habemus diſpoſitum in *pragm.76.eod.til.*, ſed non fuit conſtitutio à Regis placito deprompta, ſed hocordinauit Sac. Conſilium vnitis quatuor Aulis in anno 1607. ſedentibus, & decretum ſubſcribētibus ſexdecim Conſiliariis deſcriptis in fine d.pragmaticæ, ſeu decreti ibi inſerti, & ex his cognoſcitur, quod ſi ipſi Reges decreta S.Conſilii circa ordinatoria iudiciorum, ſemper pro legibus mandarunt obſeruari, conſonum erit etiam, vt litigantes illa obſeruent, maiori attentione, & promptitūdine, qua ipſi Principes venerantur.

Tandem non omitto affirmare, quod licet multi Senatus non habeant poteſtatem leges cōdendi, tamen omnes admittunt, quod Prin-
32 cipes debeant leges ſtatuere cum Conſilio ſuorum Conſiliariorum, vt habetur in *l. humanum C.de legibus ibi: de fratrum noſtrorum conſilio, Aules in proœm.ad cap.prætorum verb. Ordin.suas nu.1. & 2. Garcia de nobilit.gloſ. 24.num.1.Caßan.in proœm.conſuetud verb.intuiſſemus*, & cum Aſtronomis curioſè aduertit *in catalog.par.11.conſi.1 8.*, quod Sol, & Mercurius prè cæteris planetis proquinqui, aſſiduè in cæleſti globo, & comites aſpiciuntur, ad denotandum, vt quicunque Solem Syderum Dominū aſpicerit, intelligat quod cum ſapientia Mercurii, ceteris planetis ipſe Sol præſit, vt aduertant Principes, & Gubernantes, quod Poteſtas à Sapientum Conſilio non debeat eſſe longiqua, vt diù poſſit regnare, & benè etiam aduertit *Pegas in ord. Reg. Portugal.ad proœm.gloſ.*100.*n.*2.*tom.*1., quam concluſionem etiam firmarunt *Rebuff. in tract.concord.de approbat.conuent. gloſ. de eorū conſilio, Azor.inſtit.moral.par.2. lib.4. cap.3, verſl. decimo; Vaſquez Menchac.illuſtr.queſ. lib.1.cap.15.*, & inter communes contra communes *Cenal.queſ.645.*, Multi vero dicunt, quod hoc potius fit de decentia, quam de neceſſitate maximè in materia non ardua, *Felin.in rub de conſtit.Boer.de auth. magni Conſilii num.*180., Sed in arduis tenetur Rex conſilium petere, & cum ſuorum Conſiliariorum beneplacito, omnia gerere, dixit *Alfar. de offic. Fiſcal. gloſ.*47., & eruditè diſcurrit *Solorzan.emblem.45.46.47.&* 48., qui omnia tangit circa neceſſitatem conſiliorum, vt poſſit Princeps rectè regnare, ad exemplum noſtrorum Romanorum, in quorum Republica leges à Populo Romano latæ, ritè promulgatæ non dicebantur, niſi Patrum Senatus confirmabat demoſtrat *Alex.ab Alex.in dies genial.lib.4.cap.11.pag* 365.

Et in noſtro Regnu aſpiciuntur multæ pragm.,
33 & legas particulares ordinatæ cum Conſilio noſtri Supremi Senatus, & Conſiliariorum, vt in *pragm.2. de Iuriſd. inuicem non turb.*, quæ fuit lata cum aſſiſtentia Sacri Conſilii, & pro declaratione rei dubiæ ad cognoſcendas cauſas criminales, & ciuiles, vt notauit *Conſil. Marcian.diſp.64.num.2.tom.2.*, idem habemus in *pragm. 1. de cenſibus*, quæ fuit ſubſcripta non ſolum à Rege, ſed etiam à tribus Conſiliariis huius S.C., ſcilicet *Valentino Clauer., Roderico Falco, & Michaele Riccio*, & aſſeritur promulgata præcedentē eius Cōſilii deliberatione, vt bene aduertit *Nicol. Topius de orig.Tribunal.par.2.lib.1.cap.4. nu.* 20., & etiam in voluminibus noſtrarum pragmaticarū, legimus omnes noſtras pragmaticas latas cum Conſilio Collateralis Conſilii, & quia omnes Conſiliarii ſunt, ſiue in Cancellaria ſedent, ſiue in Caſtro Capuano, ideo cum illorum beneplacito leges nonæ hodie promulgantur, ſicut melius Principi videbitur.

PRÆSTANTIA XI.

Præſtantia S.C. Neapolitani cognoſcitur ex breuitate temporis trium horarum, perquas cauſas debet audire.

SVMMARIVM.

1 *Conſilium Neapolitanum per noſtras pragmaticas, in tribus diebus cuiuslibet hebdomadæ regebatur, hodie vero de obſeruantia in quolibet mane dies non feriati.*
2 *Iudices debent ius reddere de mane, meridie, & veſperi, non autem de nocte.*
3 *Iudices Aeropagitæ non de die, ſed de nocte iudicabant, vt perſonas non viderent.*
4 *Romani SenatusConſulta ante lucem, vel poſt occaſum Solis facta, irritabant.*
5 *Iudices de mane, & ieiuni ſententiam proferre debent.*
6 *Iudices Longobardorum per eorum leges inpranſi iudicare debebant.*
7 *Diei primæ horæ, promptiores ſunt ad negotia.*
8 *Tempus matutinum, omnibus actionibus humanis eſt accomodatiſſimum.*
9 *PRÆSTANTIA S.C.Neapolitani eſt, quia per tempus trium horarum regitur, & non vltra moratur.*
10 *Conſilia Regni Caſtellæ, Luſitaniæ, & Germaniæ per tempus quatuor horarum durant.*
11 *Tempus trium horarum noſtris Conſiliariis præfixum ad aſſiſtendum in Senatu, fuit ob iſtorum commoditatem præfixum, ideo poſſunt vltra morari ſi velint.*
12 *Conſiliarii poſt prandium, debent ſaltem per duas horas de iure noſtri Regni audientiam præſtare litigantibus.*

13 *Ho-*

13 *Horarum spatia per horologia designantur.*
14 *Iudices in tempore importuno non tenentur audientiam præstare.*
15 *Tēpora ne in cassum defluāt. curare debemus.*
16 *Distributio causarum inter Consiliarios fit per dies, sed antiquitus partiebatur per horas.*
17 *Causæ Criminales debent statim expediri, absque temporis distributione.*
18 *Causæ prius conclusæ debent primò expediri, nisi essent summariæ, vel Ecclesiarū, Viduarum, pupillorum, & aliarum miserabilium personarum.*
19 *Causæ præiudiciales, vel priuilegiatæ debent prius expediri, licet vltimo tempore conclusæ.*
20 *Causæ expediendæ prius describebantur in Valuis Aularum in quolibet Sabato, & etiam Actuarii S. Consilii denunciabant Secretario causas conclusas, ac in quinterno describebant, sed hodiè non obseruatur.*
21 *Causæ relatæ debent statim definiri.*
22 *Consiliarii vnius Aulæ, si tantum duo remanserint, possunt causas decidere, dummodo non attingant summam ducatorum ducentorū.*
23 *Causæ captæ votari, & hora tertia, seù vltima pulset, non possunt recedere Consiliarii à Senatu, nisi omnium vota terminentur.*
24 *Causa in vna Aula decisa in eadem Aula reuideri debet.*
25 *Consiliarius Delegatus ad aliam Aulam translatus, debet causam referre in illa, vbi residet, non in illa prima Aula, vbi retulit.*
26 *Causæ M.C. Vicariæ, si deuoluantur per viam appellationis, ad S.C. debēt committi vni Cōsiliario illius Aulæ, vbi aliquādo fuerūt relatæ.*

COngregatur nostrum Sacrum Consilium
in quibuslibet diebus non feriatis, de ma-
1 ne in Castro Capuano, & ibi tribus conti-
nuis horis morari pro causis decidendis, sta-
tuit nostra *prag. 14. de offic. S.R.C.* vbi etiam
statuitur, quod si ibi accedere neglexerint
Cōsiliarii, de mane ad S.C., ratam gagiorum,
& stipendii debeant amittere, ne iustitiæ ad-
ministratio retardetur. In sua prima institu-
tione, non regebatur quolibet mane, sed tan-
tum tribus diebus cuiuslibet hebdomadæ, sci-
licet in die Martis, Iouis, & Sabbati, vt dis-
ponit *pragm. 6. eod. til.*, nec fuit hæc designa-
tio temporis innouata per *d. pragm. 14.*, nam
non fuit in hac vltima pragmatica ordina-
tum, vt quolibet mane sedeat, sed tantum
præcipitur, venire de mane statuta hora, quæ
hora non fuit per antecedentem *pragm. 6.* sta-
tuta, ideo intelligi debet de statuto tempore
illorum trium dierum ad audientiam desi-
gnatorum, quia hora est pars temporis, vt in
§. hinc vobis in princ., & ibi *Glossa in verb. Cura
auth. de hæred. & falcid.*. proindè non benè
. . . imauit prædictā *prag 6. Rouit.* dicendo: Quod
S.C. quibuslibet diebus nō feriatis mane se-
. . . . . dem per *d. pragm.* tres tantum dies fue-
runt præfixi; Concludo igitur quod ex obser-
uantia dictarum nostrarum legum munici-
palium non tenerentur Consiliarii accedere
ad Senatum. nisi tribus prædictis diebus cu-
iuslibet hebdomadæ, sed ex antiqua obseruā-
tia, quæ ad præsens viget, in omnibus diebus
non feriatis accedit Sacrum Consilium ad
Castrum Capuanum de mane, ibique per
tres horas continuè moratur pro causis defi-
niendis.

Ex dispositionibus dictarum nostrarum prag-
maticarum duæ PRÆSTANTIÆ nostri Sacri
2 Neapolitani Consilii colliguntur. Prima est,
quia Iudices debent ius reddere, mane meri-
die, & vesperi, non autem de nocte, nisi de
partium voluntate, *§. sedebunt autem*, & ibi
*Glos. & DD. in cap. consuluit de offic. Deleg. Ro-
uit. in prag. 6. n. 3 & pragm. 14. eod. til. n. 1. Bru-
mer. de scabin. cap. 8. §. 6:* de quo conqueritur
*Thesaur. in præfatio. ad dec. Pedam. pag. 2. in
princip.* Aeropagitæ enim non de die, sed de
nocte iudicabant, vt essent alieni ab omni
affectu, & tantummodo facta cognoscerent,
3 sed personas non viderent, vt testantur *Ma-
crob. lib. 7. cap. 1. Lucian. in Hermosimo, Alex. ab
Alex. dier. genial. lib. 3. cap. 5. Surgente de Nea-
pol. illustr. cap. 11. n. 30.* At nostri antiqui Ro-
mani Senatus Consulta ante lucem, vel post
occasum diei facta, irrita esse volebant, vt
4 authoritate *Gelii, & Varr.* scripserunt *Alex.
dierum genial. lib. 4. cap. 11.* vbi *Tiraquell. Sur-
gente loc. cit. n. 29. Rosin. lib. 7. antiq. Roman. cap.
6. Domin. Arumeus de iure public. discurs. 2.
cap. 3. tom. 5 pag. 53. iter. in fin.* Imo per leges
12. *tabul.* dispositum erat, vt Solis occasus
summa tempestas esset.

Dicit etiam dicta nostra *pragm. 6.* quod S. Cōsi-
lium de mane sedeat, vt scilicet ieiuni sen-
5 tentiam proferāt, forsan sequendo leges Lon-
gobardorum, quæ in Regno nostro per mul-
tos annos viguerunt, quibus ordinatum erat,
6 vt ieiuno stomacho, & inpransi sententiam
pronūcient, vt in *l. 2. til. 52.* & per alias relatas
à *Frideric. Brumer. de Scabin. c. 7. p 19 & c. 8. §.
6.* Sed ratio est, quia primæ horæ diei melio-
rem eius partem efficiunt, vt habetur in *l. 2. ff.
de verbor. signific. Valenzuola consil. 119 nu. 61.
tom. 2.* in illis enim primis horis diei maior
aptitudo, & promptitudo in negotiis inne-
nitur, quam vesperi, vt colligitur ex *l. 2. §. &
7 quia magistratus,* ibi: *Vespasianus ff. de orig. iur.*
vbi *Glos.* alia *Glos. in l. vnica in verb. indefesso, C.
de Iustinian Cod. confirm. Cabed. dec. 2. n. 5.* qui
affirmat ita obseruari in suo Senatu, ex spe-
ciali lege illius Regni, quia de mane per se-
ptem horas, homo est melioris intellectus, di-
8 xit, *Afflict. in constit. vt Vniuersis n. 65. Rouit. in
pragm. 6. de Offic. S. R. C.*, & matutinum tem-
pus est omnibus humanis actionibus com-
modissimum, *D. Anselmus in lib. de immagin.
mund. 2. cap. 3.* quia mens est magis quieta,
& in-

& ingenium subtilius, quam vesperi, eruditè demostrat, *Pegas ad ordin. Portugal. lib 1. til. 1. glos. 39. per tot.* & ita rectè obseruari ostendit *Narbona de legitim. horar. internallo hora 7. n. 31.* & elegantèr in *uniteologia n.43. & seq.* Alia ratio deducitur ex *tex. in l. medicos, ff. de operib. liber.*, quia scilicet in meridie no tempore acquiescere debemus ab operibus, alia vide ad propositum apud *Alciat. in l.2. s. vlt. ff. de verbor signific.*

Secunda PRÆSTANTIA etiam resultat, quia debent assistere Consiliarii in nostro Senatu
9 per tempus trium horarum per *d pragm.14.*, & præter hodiernam obseruantiam notat etiam *Surgent e Neapol. illustr cap.24 n.49.* ex quo breui spatio temporis excellētia cognoscitur, quia quantò seruitium breuius est, tantò amplius distat à seruitute, & naturali libertati approximatur, *argum. tex. in l.3. ff. de liber. hom. exhib. l. Titio centum, s.2. ff. de condit. & demonstrat.*, vbi liber homo ad tempus tantum non in perpetuum operas suas locare poterit, & quia Consiliarii Regni Galliarum per solum semestre anni seruire debent, per leges illius Regni, ex hoc arguit excellentiam illius Senatus, *Nicol. Boer. de author. mag. Consil. n.31. & 32.* Et eo excellsius apparet nostri Senatus PRÆSTANTIA si consideremus alia Consilia Europæ, nam Consiliarii Tribunalium Hispaniarum manere debent in Prætoriis per tempus quatuor hora-
10 rum, vt per leges Regni Castellæ, est statutum in *l.3. til.4. lib.2. noua recollect.*, & fatentur *Bouadilla in politica lib.9. cap.7. n.6. Norbona de legit. horar. internall. hor.7. n. 31.* Et in Regno Portugalliæ idem tempus fuit præfixum, testatur *Pegas lib. 1. til. 1. glos. 40. per tot.*, qui alios refert, & Senatus Lipsiæ per quatuor horas etiam durat, scilicet ab hora octaua, vsque ad duodecimam, & post meridiem à tertia ad sextam, refert *Frideric. Brumer. de Scabin. cap. vl. s. 13.* Et de frequenti residentia in Senatu Sabaudiæ, vt vix corporali recreationi sit locus quærulus dolet *Thesaur. in præfat. ad dec. Pedam n 4. circa fin.*

Sed aduerte cum *Reg. Rouit. in d. prag.14.* non ita de forma has horas in Senatu præscribi, vt si
11 post earum lapsum causæ decidantur, sententiæ nullitatis vitio laborare possint, etenim designatio illa trium horarum fuit solùmodo præfixa ad commodum Consiliariorū, ideoque si eorum quietem parum curāt, sed potius publicæ vtilitatis vigiles esse velint, & tēpus illud ad aliam horam protraherent, magis Deo, suo Regi, atque Populis seruirent, & suas sententias ritè promulgabunt, cum eorum summa laude, prout obseruari à multis aliis Consiliariis diuersorum Regnorū demonstrat *Norbono loc. cit. hor. 3. n. 21. versi. quo,* & sequitur *Pegas lib. 5. til. 3. glos. 34. n. 5. ta 2. fol. 142.*, & à nostris Consiliariis, ita multoties practicari in causis arduis fatetur, *Reg. Rouit. in d. pragm. 15. n. 3. de offic. S.R.C.* & constat ex *d. pragm. 6. eod. til.* vbi statuitur, quod vltra illos tres dies cuiuslibet hebdomadæ, in quibus congregabatur nostrum Consilium, Consiliarii possint iterum accedere post prandium, vel in alio die ad eorum libitum, vel alium diem præterire, aut commutare, igitur apparet, quod tempus non fuit limitatum, sed commoditatis causa præfixum.

Post vero prandium debent in statutis temporibus, scilicet in diebus non feriatis audientiā
12 præstare litigantibus per tempus duarum horarum, vt præcipit *d. pragm.14.* vbi aduertit idem *Rouit. n.3.* quod *pragm.* loquitur ad minus per duas horas, per quas non debent cessare ab audientia negotiorum, sed si vellent audire vltra dictas duas horas benè poterunt hoc agere, & laudarētur, prout omnes obseruant. Ista vero horarum spatia, cum ho-
13 rologio in S. Consilio mensurātur, quod quælibet ex nostris Aulis detinet, vt apud omnia Tribunalia obseruatur, prout in Regno Lusitaniæ dixit *Pegas loc cit. glos.41.* vbi plura de horologiis scripsit. Sunt tamen certa tempo-
14 ra, in quibus non tenentur Consiliarii audire negotia, scilicet cum equitant, vel cum deambulant, aut de nocte, vel si essent in prandio, vel in Missa, *Glos. in cap. ab eo in verb. loco de appellat. in 6. Bouadill. lib. 3. cap. 14 n.97. & cap.91. Rouit. in d. pragm. 14 n.4. de offic. S.R.C.*

Curent autem Consiliarii negotia expedire, ne tempora, vt supra præfixa trium horarum in S. Consilio, & duarum in eorum priuatis domibus incassum labantur, neque illa consumant in priuatis colloquiis, *l. 1. s. quorum, & s. fin. C. de ass. ssor. Afflict. in const. Reg. rub. 45. n. 61. lib. 1.* & in nostro Regno est dispositum in *pragm. 8 de offic. S.R.C.* vbi statuitur, quod Cōsiliarii non debeant loqui, sedentes in Audientia S. Consilii, sed tantum debeant respondere ad ea, quæ à Præside ore fuerint interrogata, & latius dicam in *rub. de Præsiden-*
15 *te S.C.* Debemus enim esse semper solliciti ne aliqua temporis particula, veluti à manibus elabatur, parcitæ sunt temporum vices, dies hominibus cōceduntur, vt opera lucis exerceant; Debent igitur in hoc breui spatio temporis laborare, negotia expediendo, Samson enim fauum mellis, non nisi in ore leonis, quem pugnando discerpsit, inuentum comedit. Ne autem prædictum tempus, quo stare debent in Senatu, infructuosè defluat, multæ salutares municipales sanctiones fuerunt in nostro Regno ordinatæ. Et primo, vt distributio causarum referendarū inter ipsos Consiliarios fiat per dies, vt scilicet vno die proponat suas causas vnus Consiliarius, & in cæteris subsecutiuis diebus, quilibet ex aliis suas

suas causas referat, sed ab antiquiori sumatur distributionis initium, statuit *pragm. 9. de offic.*
16 *S R.C.*, & licet ibi statuatur, vt in vnaquaque die per horas fiat inter Consiliarios distributio, attamen quia tantùm excreuerunt malitiæ Aduocatorum, imo potius eorum ingeniosa motiua, vt pro vna causa non sufficiant, ne dum vnus dies, sed plures, ideò per dies, non per horas fit causarum distributio. Poterunt tamen Consiliarii has temporum distributiones, quas nostra *pragm.* dietas appellat, ad inuicem permutare, *Reg. Rouit. in d. prag. 9. n. 2.* Causas vero appellationum causarum criminalium, quæ committuntur in S.C., à sententia definitiua M. C. V., debet
17 Consiliarius statim expedire, & illas referre in S. C. non obstante prædicta distributione, atque pro istarum causarum criminalium expeditione, debet omittere, & suspendere alias causas ciuiles, illasque semper præferre, ita *pragm. 84. n. 7. de offic. S.R.C.* similiter fuit sancitum, vt causæ, prius conclusæ prius decidantur, proindè vt quilibet Consiliarius
18 singulo primo die cuiuslibet mensis, faciat schedulam omnium causarum expediendarum in illo mense prius conclusarum, quam postquam coràm omnibus Collegis legerit, in Valua cuiuslibet Aulæ affigere debeat, vt faciliter litigantibus notescat, sic statuit *prag. 10. de offic. S.R.C.*, & hoc etiam fuit sancitum ob commodum Aduocatorum, vt isti reperiãtur instructi de meritis causarum, & non se excusare valeant de non meditata expeditione, in damnum litigantium, ista pragmatica fuit confirmata per Carolum Quintum in anno 1540., vt in *pragm. 15. de ordin. Iudic.*, ac etiam per Ducem Ossuni tunc Proregem in anno 1584., vt in *cap. 13. de gratiis concessis Neapolitanis inter Capitula, & priuileg. Neapol fol. 124.* idem etiam fuit confirmatum per *pragm. 71. eod. tit. de offic. S. R. C.*, imo aduertit *Rouit. in cit. pragm. 10.* talem nostram localem dispositionem se conformare iuri cõmuni, scilicet *l. penult. C. si pendent. appellat.* Sed declara, quod tunc causæ prius conclusæ, prius decidi debeãt, quando partes sunt præsentes, & inuigilant causæ determinationi, vel saltèm quando altera pars illius expeditionem sollicitat, vt dicit eadem *pragm. 10. num. 5.* Sic etiam non comprehenduntur sub
19 prædicta regula causæ summariæ, & aliæ causæ priuilegiatæ, puta causæ fiscales Carceratorum, Ecclesiarum, Viduarum, Pupillorum, & aliorum miserabilium personarum, quæ licet sint vltimo loco cunclusæ, possunt prius expediri, vel quando Reges, vel eius Proreges contrarium iusserint, ob iustas causas ipsis cognitas, vt scilicet aliqua causa prius determinetur, vt disponit *d. pragm. 10. n. 5.* Vel quando causa præiudicialis esset demum cõclusa, vel deber definiri ante causam principalem prius conclusam, dicit *Reg. Rouit. in d. pragm. 10. n. 2.* Alia etiam ordinantur in eadem *pragm. 10. n. 6. 8. & 9.* quæ hodie non ob-
20 seruantur, nempè vt in quolibet die Sabati notentur causæ, quæ debent votari in sequẽti hebdomada, & de prædictis causis determinatis definiri, fiat memoriale, seu notula affigenda in valuis cuiuslibet Aulæ, & in *in seq. n. 8. & 9.* iussit *d. pragm.* vt Actuarii S.C. denuncient Secretario eiusdem Senatus conclusiones causarum, & illas describere faciãt in quodam quinterno, postquã intimatæ fuerint dictæ conclusiones, infra dies duos sub certis pœnis, & dictus liber conseruetur per Secretarium S.C., hæc enim omnia rationabiliter fuerunt sancita, vt Consiliarii disponantur ad definitiones causarum, & Aduocati promptiores assistant ad merita causarum proponenda, ne sub prætextu obliuionis, causæ retardentur, sed ob multitudinem causarum, vel ob negligentiam Officialium, istæ sanctissimæ Regulæ, & sanctiones recesserunt ab vsu.

Fuit etiam iustè sancitum per *pragm. 12. de offic. S. R. C.* vt causæ relatæ in Sacro Consilio per
21 aliquem Consiliarium pro illis decidendis, non possit expeditio interrumpi, aut turbari per alterum Consiliarium, vel alia ex causa, donec prorsus expeditæ sint, seu definitæ; Nam aliquando accidebat, quod quidam Cõsiliarius alicui parti propensus, causam in Aula proponebat, non vt eam æquo iudicio definiret, sed quomodo aliorum iudicia explorare posset, & qua via, & quo modo solerter peruertere ius alterius valeret, deinde ex aliqua colorata excusatione, Cõsiliariorum votis exploratis, sine Religione, & Fide, in aptiora tempora in litigantis perniciem expeditionem accomodabat, & hoc modo omnia suspensa infectaque relinquebat: si vero non dubiam spem victoriæ aspiciebat, in illam partem, ad quam inclinabat, statim omnem disceptationem terminabat, & decidebat, ideo ne istæ versutiæ nostrum Senatum deturparent, fuit maturo consilio dicta pragmatica ordinata.

Et quia contingit non raro, vt in aliqua Aula remaneant tantum duo Consiliarii, ob alio-
22 rum absentiam, vel infirmitatem, hoc casu est dispositum de nostro iure municipali, vt isti duo, qui supersunt possint causas determinare, dummodo causæ non attingant summam ducatorum ducentorum, vt in *pragm. 41. n. 4. de offic. S.R.C.* ibi: *Se biennat. m congregare*, vbi *Reg. Rouit. n. 6.*

Habemus etiam determinatum, vt si causa cæpta sit votari, & hora tertia, scilicet vltima
23 pulset, nõ recedant à Senatu Consiliarii, nisi vota omniũ terminentur, statuit nostra *prag. 13. n. 5. de offic. S.R.C.*

Disponitur etiam in *prag. 21. n. 9. de offic. S R C.*

q iod

quod causa in vna Aula decisa, in eadem Au-
24 la reuideri debeat, nisi aliter Proregi visum
fuerit, quæ *pragm.* confirmat capitulum super
hoc concessū in parlamento generali nostræ
Ciuitati, & Regno, expeditū sub die 22. Martii 1536.

Casus, vt plurimum occurrit, vt vnus Consilia-
rius vti Delegatus procedat in aliqua causa,
25 & in sua aula, vbi residet illam refert, post-
modum, vel iussu Præsidentis S. Consilii, vel
ratione antiquitatis ad aliam aulam debet
transire, dubitatur an causam debeat referre
in illa prima aula, vbi fuit prius introducta,
vel in secunda aula vbi residet. Rationes du-
bitādi, quod debeat causam referre in prima
aula, illę sunt, vt ex *reg. l. vbi captum, ff. de Iu-
dic.* vbi *DD.* & alii relati per *Alphan. collect.*
585. Sic etiam, quia partes videntur consen-
sum præstitisse in illa prima aula, vbi fuit
causa relata, & ideo prorogata videtur eius
iurisdictio, *l. 2. ff. de Iudic. Anton. de Matthæis
in tract. de prorog. fori compet. n.* 9. Tandem al-
legāt exemplum M.C.V., quæ si aliquod in-
cidens grauamen causæ vertentis in Magna
Curia referat in S.C., & postmodum causa, ob
definitiuum decretum iam latum à M.C., per
26 viam appellationis committitur alicui Con-
siliario Sacri Consilii, debet causa prædicta
committi vni Consiliario illius Aulæ, vbi
fuit primo causa relata, *Ronit. in pragm.* 10. *n.*
2. *de offic. Magistr. Iustit.* Sed his non obstanti-
bus fuit decisum per S.C. ad relationem *Cons.
Tapia* in anno 1625. quod isti tales Consilia-
rii Delegati, relationem faciant de causis de-
legatis in illa aula, vbi resident, licet in alia
aula fuerit causa relata, vt tradit *Thorus in
comp. decis. tom. 2. in verb. Delegatus pag.* 139.,
qui ad contraria respondet, quod *tex. in l. vbi
captum* non procedit, quando in eodem Tri-
bunali lis agitatur, nam licet S.C. in quatuor
aulas sit diuisum, tamen facta fuit diuisio
ob celerem causarum expeditionem, ideo
omne totum, quod in vna aula determinatur,
dicitur à S. Consilio determinatum, ac si om-
nes aliæ aulæ Consiliariorum interuenissent;
dicit *prag. 41. de offic. S.C.* Ad exemplum M.C.
respondetur, quod isti sunt Iudices subordi-
nati Sacro Consilio, & quia parum curatur,
an debeat fieri relatio in alia aula, vbi non
fuit causa relata, vel in illa aula, vbi fuit pri-
mo introducta? & è contra indecens appare-
bit si Delegatus relicta propria sede vellet
causam referre in alia aula, vbi fuit prima
causa relata, ideò de vno exemplo ad aliud
non licet arguere, præterquamquod fuit pro-
batus stylus Sac. Conf. circa prædicta, quod
semper ita obseruabat, vt scilicet Delegatus
causam referat in sua propria aula, ideo fuit
emanata talis decisio suprapofita in præsenti
materia.

PRÆSTANTIA XII.

Præstantiæ S. Consilii Neapolitani demostrantur ex ordine, & modo votandi.

SVMMARIVM.

1 *Votandi forma in causis S. Consilii Neapolitani refertur.*

2 *Consiliarius Commissarius est primus in ordine votandi.*

3 *Consiliarius de recenti factus primus est in votando, & ita multi Senatus obseruant.*

4 *Votandæ si sint causæ consultiuæ, antiquior debet esse primus in votando.*

5 *Votant antiquiores Senatores prius, & postea iuniores in multis Auditoriis, & Consiliis, quæ referuntur.*

6 *Votandi ordo, vt incipiat à iunioribus rationabilior est, & demostratur.*

7 *Vota non emittebant Senatores Romani noniter electi, sed tantum seniores.*

8 *Vota non emittunt multi Senatores, nisi mandante Præside, non sic agunt Consiliarii nostri S. Consilii.*

9 *Iudices, qui non interuenerunt tempore relationis causæ, non possunt vota emittere in decisione illius.*

10 *Consilium, vel Tribunal idem est, licet Iudices mutentur.*

11 *Obseruantia Regni Aragoniæ, vt Iudices possint interuenire in decisione causæ, licet non interuenerint in eius relatione irrationabilis est, at illa contraria, quæ obseruatur in Regno Castellæ, & in Regno Neapolis rationabilis est.*

12 *Vota in Regno nostro proferuntur patrio eloquio, sicut Romani obseruabant.*

Iudices non debent præcipitanter causas desinire.

Pœnitentia sequitur post repentinos actus.

13 *Vota breuiter sunt dicenda.*

Vota possunt aliis rationibus comprobari, non adductis per Collegas.

Romani Senatores facundè sententiam tuebantur.

14 *Iudices non debent cum Aduocatis disputare iuris articulos.*

Iudices non debent esse pertinaces, si eorum vota non applauduntur.

15 *Sententiam Iudices clarè, & non obscurè pronunciare debent, absque appendicibus, & ambiguitatibus.*

16 *Sententia scribitur in nostro S. C. per Consiliarium relatorem, non per Secretarium, & quando.*

17 *Votorum maior pars vbi conuenit, ibi promulgatur sententia in Consilio Neapolitano.*

Opinio communis non inducitur ex numero Doctorum, ſed ex eorum maiori authoritate.

18 *Votorum maiorem partem, non debere attendi, ſed ſaniorem, multi DD. voluerunt, ſed impugnantur.*

19 *Votorum pluralitas apud omnes nationes ſuperat minorem, quæ numerantur, & rationibus fundatur.*

20 *Votorum maior pars ſumi debet à maiori parte concurrentium, non totius Collegii ſecus in electionibus.*

21 *Maior pars votorum aliquando non attenditur, ſed requiruntur tria, & aliquando quatuor vota conformia.*

22 *Conſiliarius non benè inſtructus, vel informatus de meritis cauſæ, poteſt tempus petere ad deliberandum, & interim cauſæ deciſio ſuſpenditur.*

23 *Senatus Romanus non definiebat negotia, quãdo vnus ex Patribus deliberandi tempus petebat.*

Conſilium plurium quãdo requiritur poteſt vnus petere tempus ad deliberandum.

24 *Informati niſi ſint Iudices per iurium allegationes, poſſunt vota denegare.*

25 *Allegationes iurium ſunt ad inuicem inter partes communicandæ.*

26 *Conſiliarii in proferenda ſententia, non debent repetere dicta, & allegata per alios.*

27 *Vota cum Conſiliarii proferunt, non debent perturbari a conſenatoribus.*

28 *Cauſa diſputata non poteſt alia referri, & ſtatim votari debet, & quando.*

Cauſa capta votari debet eodem die compleri, & in incontinenti ſcribi in actis.

29 *Vota non debent tacitè, vel expreſsè propalari antequam cauſa votetur.*

30 *Senatori non licet ſententiam pronunciare in Senatu, reliquis Collegis inconſultis.*

PEt illud tempus trium horarum, quo debent
Conſilierii reſidere in Senetu, nil aliud
1 agant, niſi attendere expeditionibus cauſarum, Aduocatos audiendo, qui merita cauſerum pro ſois Clientibus exponunt, & eorum iuſtitiam demonſtrant, atque dubia oppoſita explanant, poſtquam verò merita cenſarum fuerint latè diſcuſſe in Supremo Senatu, & meturè percepta à dict. Conſiliariis, Præſidẽs Sacri Conſilii ſi repetitur in illa aula, vel ipſo abſente ſenior Conſiliatius, qui vti Caput Aulę cęteros Cõſiliarios illius claſſis moderatur, cum ſuo tintinnabulo, det ſignum Partibus, vt diſcedant ab aula & Porteriis, ſeù Oſtiatiis, vt tam Aduocetos, quem Partes litigãtes, & omnes aſtantes ab illa repellãt, vt deciſioni illius cauſæ diſcuſſæ vacent, nam tempore votorum, & concluſionis cauſarum, nullus, & ſi Conſiliarius fuerit alterius aulæ, præſens eſſe debet, ſtetuit noſtra *prag. 41. n. 6. de offic. S R C.*, quibus receſſis, clauſa ianua, iterum inter ſe Conſiliatii cauſas diſcurrunt, quoniam id quod non diſcutitur iuſtum non iudicatur, *Paul. de Caſtrs consl. 15. lib. 2. Caſſiodor. lib. 7. verſ. 8.*
Poſt cognitam veritatem à Conſiliariis, & omnia benè concepta, cauſa vocatur, & primus,
2 qui votum emittit eſt Conſiliarius Commiſſerius cauſæ, quia magis inſtructus præſumitur *Auiles in cap. prætor 43. verb. practicare pag. 209. Cabed. par. 1. dec. 6. Mend. in praxi par. 1. lib. 3. cap. 19. n. 17.* per alia iura comprobet *Surgent. de Neapol. illuſtr. lib. 1. cap. 1. n. 11. & ſeq. Sigiſmund. Loffred. in paraphraſi feudal. cap. 1. ſi de feud. defunct. milit. fuerit contro.* de iure noſtri Regni, ita diſponit *prag. 13. de off. S. R. C.* & hoc procedit licet Iudex Commiſſarius antiquior ſit aliis Senatoribus, qui alias non primò debetet votare, *Cabed. d. dec. 6.* de qua obſeruantia noſtri Regni, ſeù noſtri Sacri Cõſilii, teſtantur etiam *Afflict. dec. 1. in fin. Surgent. de Neapol. Illuſtr. cap. 1. n. 11. Maſtrill. de*
3 *Magiſt. lib. 5. cap. 4. n. 49.* Poſt emiſſum votum à Commiſſario, votat vltimus Conſiliarius, qui ſcilicet nouiter ſuit electus ad talem dignitatem, & poſtmodum gradatim alii ſequuntur, ſecundum ordinem temporis officii, non ætetis, itaut ſemper recentiores electi, primi ſint in ferendis ſententiis poſt Commiſſariũ, vt antiqua Conſuetudo noſtri Senatus obſeruat, quæ viget in multis Conſiliis, & Prætoriis Europæ, nem ita ſuit ſancitum per leges Regni Caſtellæ in *l. 6. til. 4. lib. 2. til. 5. nuea recompil.* quidquid in contrarium dixit *Hermoſilla in addit. ad Gregor. Lopez gloſ. 2. n. 90. pag. 10.* qui citat *Azeued. in d. leg. 6. til. 4. lib. 2.* vbi nil tale dicit. Et in Senatu Luſitanię idem ſtylus viget, vt teſtantur *Gama dec. 1. n. 13. Cabed. dec. 6. n. 8. Pegas ad ordin. Portugal. lib. 1. til. 1. gloſ. 66.* Sic in Vniuerſitate Pariſiẽſi incipiunt vota ab illis, qui ſunt iuniores in magiſterio, dicit *Nicol. de Lira ſup. exod. cap. 23. verſ. nec iudicio, Additio ad Alex. consl. 202 n. 7. Theſaur. in addit. ad Patrem dec. 1.*, & de Senetu Pedemontano teſtatut *Cacheran. dec. 1 n. 8.* idem obſeruari *Theſaur. d. dec. 1.* Et nedum in noſtro S. C., ſed etiam in Collateceli Conſilio idem practicatut, quando votãtur cauſæ deciſione iuſtitiæ, nam vltimus in dignitete primum votum dabit, *Taſſon. in pragm. de antefato verſ. 7. obſeru. 3. n. 63.* idem approbat *Sargente de Neapol. illuſtr. lib. 1. cap. 1. n. 12. circa fin.*, quando vero agitur de votis
4 conſultiuis præſtandis Dom. Proregi, vel Regi, primus in ordine, primus votum præſtat, iuxta monitum Eccleſiaſt. 32. *Loquere maior natu, te autem decet primum verbum*, *Taſſon. loc. cit.* Vel quando egitur de aliis materiis forenſibus, concernentibus ſtylum Senatus, ſeù ſuper explicatione alicuius legis municipalis, poteſt Præſes S C. conſulere cum ſenioribus, vel iunioribus, ſicut ſibi melius videbitur, eiſque iubere, ut vota præſtent, abſque præ-

prærogatiua antiquitatis, vt aduertit *Afflict. in dec.1.n.7.verſ. fuit dictum Cabed.dec.6. nu. 11.*, & 12., qui ait, quod rarò hoc accidit, & ita obſeruabat Cæſar Auguſtus Imperator, qui in legibus condendis, eiſque explicandis à ſuis Conſiliariis, & Senatoribus iudicium petebat, nam modo vnum, modo alterum ſuo arbitrio, abſque ordine interpellabat, refert *Sueton. Tranquill. in vita eiuſdem Augusti cap.* 35.

Fateor, quod in aliquibus Regnis hæc noſtra cõſuetudo non obſeruetur, ſed eodem modo,
5 quo ſedent dant votum, & qui antiquior fuit receptus in Senatu, primum votum, & ſententiam proferre debet, vt in *Rota Roman.* teſtatur *Azened. in Curia Piſana lib.2.cap.4. n.10.*, obſeruando antiquum morem illius Senatus Romani, vbi ſeniores primum votum emittebant, vt clarè dicit *tex.in l.1.ff.de albo ſcribend.* ibi: *antiquiſſimus quiſq, prior is*, & in fine ſubdit *tex. In ſententiis quoque dicendis idem ordo ſpectandus eſt*, & tradit *Dionyſius Halicarnaſſeus lib.1.* & 4. & confirmat *Alex. ab Alex. in dies genial. lib. 4. cap.11. fol.*368. vbi *Tiraquell.* alios adducit. Sicut in Regno Siciliæ ſeniores primum votum præſtant, & ſubſequuntur iuniores, teſtatur *Maſtrill.de magiſtrat.lib.5. cap.4. par.2.* exiſtimant enim primo loco alloqui, magnam eſſe prærogatiuam, iuxta tradita per *Præpoſit.in cap.Epiſcopus 17. diſtin.Bald.in cap.1.in til. de controu.feud. Romanu.ſingul.*81. facit *tex. in l.fin. C.de Tiron.lib.* 12. latè *Chaſſan. in catalog. par.1. conſid.* 19., quam formam iudicandi conſulit eſſe obſeruandam ab omnibus Tribunalibus, in promulgandis ſententiis *Aymon. Riualius in hiſtor iur.ciuil.lib* 3. cum multoties eueniat, vt imperitiores expectent peritorum iudicium, vt illud in ſuffragiis ſequantur, *Cabed. dec.6. n.10.Maſtrill.dict.cap.4.n.54. Surgente loc.cit. num.* 13.

Sed noſtra conſuetudo, ſicut & aliorum Regnorum, rationabilior eſt contrariæ conſuetudi-
6 nis, ob multas euidentes rationes, & prima eſt ne iuniores Conſiliarii formident declinare à ſententia maiorum, ſeu ſeniorum dixit *Nicol. de Lira loc. cit. cap.23. in gloſ. verſ. nec indico*, & reuera non poterit negari, quod ſi inciperent ſeniores ad votandum, podori iunioribus eſſet ſenioribus contradicere, aut iiſdem prudentiores videri velle, vt notat *Langleus lib. 7. ſemeſtr.*, & de facili Senatores facerent reuocare votum, quod intenderent dare iuniores, & hoc tribueretur eorum magnæ doctrinæ, cum magnæ ſapientiæ ſit reuocare hominem, qui malè loquutus eſt, dicit *tex. in cap. magnæ* 22. *qu.* 4. Secunda eſt ratio ne ſeniores à iunioribus corrigi videantur, quod valdè diſſonum aſpiceretur, & ideo iuniores primi proferunt ſententiam in S.C. Neapolitano, dixit *Surgens d. cap. 1.n* 12. Vltima eſt ratio, quia ſi paria vota Senatores emitterent, & vltimus Senator iunior votare deberet, ſuo eſſet arbitrio paritatem dirimere, cum ſuo voto maioris numeri, & hoc modo deciſio penderet à voluntate, ſeu voto iunioris, & melius Reipublicæ expedit, vt deciſio reſultet à voto ſenioris, vti ſapientioris, qui vltimo in votando concludit, quam à voto iunioris, quod obſeruat *Maſtrill. de Magiſtrat.d.cap.4.n.51.*

His cognitis PRÆSTANTIA S.Conſilii Neapolitani, & aliorum Parlamentorum, quæ hunc
7 ſupradictum ſtylum obſeruant, cognoſcitur ex hac votorum emiſſione, quam proferunt Conſiliarii iuniores, ſeu recentiores inſimul cum ſenioribus, quod conſideratione dignũ eſt, quia in Republica Romana illi Senatores, qui non ſtatim in Senatu electi erant, ius ſuffragii habebant, qui enim in poſtremis ſcripti fuerant, neque ſuffragari, neque per ſe cenſere aliquid poterant, ſed in ſententiam, quam Princeps in Senatu dicebat, eo ſire oportebat, teſtatur *Gelius lib.3. cap.18. & ſeq.* admittebantur enim iuniores in Senatu, non vt aliquid dicerent, quia indecorum apud Romanos erat, hos iuuenes ſapientiores ſenibus exiſtimari, ſed ſat erat, vt in Conſulariũ, & ſeniorum ſententias accederent, fatetur *Dionyſius d.lib.6. & 7.* & notauit *Alex. d.cap. 11 fol.*368. vbi *Tiraquell.* alios cumulat, at in noſtro S.Conſilio, æqualia vota emittunt tam ſeniores, quam iuniores electi, proindè iſta prærogatiua decorati dicuntur, qua illi non fruebantur.

Imo altera PRÆSTANTIA conſiderari poterit ex ſuffragiis, quæ præſtant recentiores Con-
8 ſiliarii electi, in noſtro Conſilio, quia in aliis Regnis hoc à voluntate Præſidis, ſeu Rectoris iuſtitiæ dependet, ſi velit quod antiquiores, vel iuniores primi ſint in voto proferendo, prout pluries dicit eueniſſe in Supremo Conſilio Regni Siciliæ teſtatur *Maſtrill. de magiſtrat.d.cap.4 n.54.* Sicut apud Germanos Scabini votum non emittunt, niſi mandante Præſide, hic enim præcipit, & illi poſt præceptum iudicant, vt habetur apud *Goldaſtum tom.2.ſcript.rer. Alem.par.1.p.58.* vbi inquit: *Interrogabat ille Comes Scabinos, quid illi de hac cauſa iudicare voluiſſent, & illi dixerũt, ſecundum teſtimonium hominum, veſtramque inquiſitionem iudicamus*, quod aliis authoritatibus comprobat *Brunner. de Scabin.cap.8.ſ.2.* vbi concludit, quod præcipiente Comite, (ideſt Præſide) Scabini iudicant, At in noſtro S.Conſilio, talem poteſtatem non habet noſter Præſidens, ordinandi Conſiliariis, vt iudicent, vel non iudicent, vel vt primi iſti vltimi ſint, aut ſeniores ad iudicia proferenda, nam poſtquam Aduocati cumplerunt merita cauſarum referre, abſque iuſſu Præſidentis deciſiones promulgantur, ordine ſu-

pratradito, nec vnquam talis antiqua, & rationabilis consuetudo fuit innouata, adeout vim legis hodie acquisiuerit, ut dixit *Surgente loc.cit.lib 1. cap.1. n.13.*, & dixit etiam *Dom. Preta in ritu 53. n.12.*, ex his igitur demonstratur, quod excellētiores sint nostri Consiliarii, aliis exterarum Nationum, cum liberi sint à mandatis Rectorum iustitiæ, circa votorum propalationem.

Sed an possint iudicare illi Consiliarii, qui non interfuerunt relationi causæ, & an sufficiat
9 si interuenerint tempore decisionis *Crespi de Valdaura in obseru.10 n.1.* testatur in Supremo Aragonum Consilio, ita obseruari, vt possint suffragia præstare, licet non interuenerint relationi, itaut post causam relatam si mutentur Iudices, & alii in eorum locum subrogentur, isti nouiter recepti possunt vota dare, allegat *tex. in l. proponebatur 76. ff. de iudiciis.* Sed ista Aragonum consuetudo erronea est, seu irrationabilis, nec poterit comprobari ex *d. tex.* vbi nil aliud dicitur, nisi quod mutatio Iudicum post causam auditam, iudicium non
10 mutat, idest quod mutatis Iudicibus non dicatur mutari Tribunal, & certum est, quia idem manet Tribunal, etiam si veniat Iudex successor, *Salgald.de Regia protect. par.1.cap.3. n. 53.*, & licet singuli mutentur, idem tamen Consilium est, *l.si.ut municipium 7.§.fin. ff. quod cuiusque, vniuersi.nom.* dum enim *tex.* dixit non mutari iudicium, appellatione iudicii venit Tribunal, siuè Magistratus, vt obseruat *Reg. Tapia dec.7. Senat.Ital. num.7. per l. properandum 13.§.fin autem, C. de iudiciis,* proindè ratio allegata non concludit, nàm nō benè deducitur, per aduentum Consiliariorum successorum, non mutatur Tribunal, igitur quod possint votare Iudices successores nō
11 audita relatione. Æquior mihi videtur nostra obseruantia, vt si nostri Consiliari non adfuerint relationi causæ, ipsiusque merita non audiuerint non possint vota emittere, nam ex ipsa relatione cognoscuntur merita causæ, nō ex propositis ab Aduocatis, qui aliquando nū vera enunciant, at Iudex in referendo veritatem facti explanat, igitur deficit pars substantialis, cum Iudices non interuenerint relationi, quæ solet fieri ante discursus Aduocatorum, ideò concludo, quod non possint votare, & ita etiam obseruatur in Supremo Castellæ Consilio, & in omnibus Hispaniæ Tribunalibus, vt causas decidant, qui relationibus interfuerunt, quod prius consuetudine fuit introductum, deindè lege obtentum, vt in *l.47. lib.2. recompil. tit.5. Hermosilla in addit. ad Gregor. Lopez glos.2. par.5. n.92. verb. de votis ad prologum,* & idem *Crespi de Valdaura* testatur in *d. obseru.10. n.2.*, vbi dicit istam praxim fuisse à iure desumptam, scilicet à *l. de qua re, ff. de iudic.*

Vota in nostro S.C. Neapolitano proferuntur à nostris Consiliariis patrio eloquio, ad instar
12 Senatorum Romanæ Reipublicæ, qui omnes eorum materna lingua respondere consueuerant, tradit *Alex. ab Alex. d. lib.4. cap.11. circa fin.*, & vti prudentes benè perpendunt merita causarum, & nō præcipitàter illa emittunt, fateor in mea primæua ætate aspexisse aliquos Iudices, qui vel pro animi sui leuitate, vel ambitione, nè scilicet imperitiores ex deliberādi mora viderentur, re non accuratè admodū pensata, præcipitantèr sententiam effudisse, dum vesperi accepto processu, manè litem determinabant, hoc enim modo operantes malè agunt, quia festinatio vti improuida, & inimica, & cæca teste *Liuio dec.3. lib 2.* nouerca est iustitiæ, imò iniustitiæ notam acquirit, vti errores pariens, tria enim sunt, quæ Rempublicam destruunt, non prudens, neque digestum Consilium, priuatum commodum, & latens odium, *Albertc. in l. 1. C d. Iustinian. Cod compon., facit cap 1. de re iudic. in 6. Martin. Garrat. de Consiliar. Princip. qu.10.* ponderet igitur vnusquisque sermones suos, dixit *Calixtus Pontif.x in cap. ponderet 14. 50. distinct.*, & iudicia non tam festinanter resoluat, quia isti repentini actus pœnitentiam secum ducunt, vt monent *Fr. Essel. consil.158. n.6. Pruckman consil.19. n.36. vol.1. Cothm. respons.55. n.87. & respons.82. n.83. Rebe. axiom. politic.141. pag.322.* Et si forsan Iudicantes se excusauerint, dicentes: quod importunis precibus molestentur à litigantibus pro causarū expeditionibus, hoc tamen intelligi debet cougruo, & competenti tempore intermedio, nam cum in iudiciis multa cōsideranda sint, nō possunt omnia tempore sic breui perscrutari, Consulo autem, vt respondeant eorum sollicitudini, sicut respondebant Græci, cum ad sententiam vrgerentur, antequam de causa liquebat, his verbis: *Patres nostros Solem apud Antipodes non vidisse, sed exp. & ess. semper, donec, & ipsis oriretur,* tradit *Io. Sarisber. lib.5. de nug. Curial. cap.12.*

Sed si Consiliariis, vel Iudicibus tempus indolgemus, vt determinationes causarum matu-
13 rius agant, non tamen credant longum tempus requiri in votis proferendis, nam in votando debent breuiter eorum sentētiam exprimere, & pauca loqui, & si iustum reputauerint Relatoris iudicium debent dicere, ita mihi videtur, vt consulit *Rebuff. ad leges Gallic. tit. de supplicat. n.80 pag.308.*, & dixit eruditè *Quintilianus in dialogo de claris oratoribus cap. 40. Quid opus est longis in Senatu sententiis, cum optimi cito consentiant,* sententia enim in vno solo verbo consistit, hoc est condamno, vel absoluo, vt refert *Maranta in eius specul par.6. in 1. actu n.122.* ad quod probandum *Muscatellus prax. S.C. lib.1. p.7. gl. codem-rādo n.59.* allegat *tex. in l.1. ff. de reiudic. l. præses, C. de sent. cap. illa de accusat.* vbi *Glos.* dicit

cit verba prædicta formare, atque ſubſtantiare ſententiam, alias nulla iudicaretur, *Muſcatell.loc.cit.in d gl.condemn. n.*39. proindè non debent repetere dicta per alios Collegas, ſed ſi velint, poterunt illorum vota aliis rationibus comprobare, diſponit noſtra *pragm.*13.*in print. de Offic.S R.C.* Breuitas enim nedùm Senatori, ſed etiam Oratori conuenit, aduertunt *Petr. Gregor. ſyntagm. iur. par.*3. *lib.*47. *cap.*25.*n.*15. *Brart.de Senatu lib.*2. *cap.*17.*Pegas ad ord. Portugal.lib.*1.*tit.*1. *gloſ.*87. *per tot., qui n.*5. hoc limitat, niſi cauſæ grauitas longiorem orationem expoſceret cum *Budeo in annot. ad l.fin. ff.de Senator.* Non tamen talis breuitas debet eſſe ita diminuta, vt deſinant Conſiliarii veris rationibus ſententiam comprobare, atque confirmare, vt obſeruabant noſtri Priſci Romani, inter quos parum exiſtimabatur, in Senatu breuiter cenſere, & rectè ſentire, niſi facundè ſententiam tuerentur, & argumentis firmaſſent, ſcripſit *Alex.ab Alex.in dies genial.lib.*4.*cap.*11.*fol mihi* 371.

Et vt magis attentè breuitati ſtudeant conſulerem, vt prædicti Conſiliarii, & omnes alii

14 Iudices, non diſputent articulos iuris cum Aduocatis in publica audientia, & hoc optima cum ratione, quia præſumitur, quod Aduocati de recenti, iurgii cauſa materias legales peruoluerint, & de eis ſatis inſtructi ſint, non ſic Iudices, qui non tam proximè articulos iuris aſpexerunt, vt fatetur *Taſſon. in pragm.de antefato verſ.*3.*obſer n.*3.*n.*82. Ob eandem breuitatem attendendam, Iudices non debent conqueri, ſi eorum vota non amplectentur alii Collegæ, nec pertinaces ſe oſtendere in ſuis ſententiis, conſuluit *D. Petra in ritu* 98. *num.*9. *poſt Taſſon.d.verſ.*3.*obſeru.*3. *n.*61., redduntur enim odioſi iſti Viſi, qui volunt ſua dicta tantum obſeruari, teſte *Bouadilla in politic.tom.*1.*lib.*2. *cap.*7.*in princ.*

Sententias etiam clarè, & non obſcurè pronuncient, abſque appendicibus, vel reſeruationi-

15 bus, ſicut traditur de Oraculis Delphicis, quæ erant flexiloqua, & ambigua, hominum expectationem fruſtrantia, hoc enim modo promulgata decreta, litem non reſoluunt, ſed litibus lites addunt, ideo ſunt euitanda, vt poſt *Ordelaph.in l.fin n.*128.*de reiuendic.*& *Budeum hortatur Iurga Valentin. in Parthen.litigioſ.lib.*1.*cap.*12.*n.*23. valdè enim peccat Iudex, qui vadit per ambages, *Bald. in cap.*1. §.1.*de nou. forma fidel.*& ſi non poteſt admittere proceſſum, qui ambages habet *Iaſon. in l.fin. C.de edict.D.Adrian.Valentin.loc.cit.lib.*2.*cap.*10.*n.*28. ita nec proferre debet ſententiam dubiam.

Votis emiſſis per ſingulos Conſiliarios, ſententia ad illius beneficium reſultat, cui maiora

16 vota adhæſerunt, & ſententia manu illius Conſiliarii Relatoris, (quem nos Commiſſarium appellamus) in actis notatur, ſe ſcribitur, quæ poſtea Magnifico Secretario S C. traditur regiſtranda, & tandem per d Secretarium extenſa, iuxta ſolitum ſtylum, per eũdem Conſiliarium Relatorem tãcum ſubſcribitur, & hæc eſt hodierna obſeruantia noſtri Senatus diù recepta, exceptis tantum decretis latis per dict. Sacrum Conſilium ſuper grauaminibus propoſitis à decretis M C. Vicariæ, vel aliarum Curiarum inferiorum, puta Admiratiæ Artis Serici, Artis Lanæ, & ſimiliũ, nam d.decreta notantur, & ſcribuntur à nouiſſimis Conſiliariis. Antiquitus non ita obſeruabatur, nam ex *pragm. Regis Ferdinandi I. noſtri Regis*, quæ eſt inſerta in *pragm.*13.*de Offic. S.R.C.* Secretarius S.C. ſcribebat ſententiam, & vota notabat, quod obſeruabatur in anno 1521.vt refert *Franc.dec.*411.*n.*5. *circa fin.*, ſed hoc innouatum fuit tempore Caroli V. in anno 1534., & ordinatum, vt vltimus Conſiliarius de Aula ſcribat ſententiam, vt in *dict.pragm.*13.*n.*9.ſed non ſcribit vota, & nomina Conſiliariorum, qui interfuerunt in ſententia, de quo conquæritur *Franc. d. dec.*411.*n.*6.& confirmat *dec.*524.*n.*4., dicens ſatis vtile eſſe, ſi omnia notaret, prout hodie obſeruatur in Tribunali Regiæ Cameræ Poſtmodum vero fuit introductum de ſtylo, vt ſententiæ S.C. ſcribantur per Conſiliarios Relatores, exceptis cauſis relationum M.C. vt ſup. dixi, de quo ſtylo fit mentio *in pragm.*84.*n.*8. *eod.tit.*, vbi diſponitur, quod & ſi cauſa referretur in Collaterali Conſilio, ſententia ſcribatur à Conſiliario, vel Præſidente Relatore, non à Secretario Regni, qui aſſiſtit in Collaterali Conſilio, ſi enim iſta obſeruantia tunc non viguiſſet, debebat diſponi, vt ſcriberetur à nouiſſimo Conſiliario, ſicut ordinabat *dict. pragm.*13.*ſ.*9. non à cauſæ Relatore, quod nõ animaduertit *D. Petra in ritu* 98. *n.* 11. vbi generaliter dixit, quod nouiſſimus Conſiliarius debeat ſcribere ſententiam, quod hodie non obſeruamus, niſi in dictis decretis M.C. virtute *dict.pragm.*13,*n.*9.

Dixi, quod ſententia in illius partis beneficium reſultat, cui maior pars votorum adhæſit, nam

17 ita in noſtro S.Conſilio Neapolitano obſeruatur, dixit *Afflict.in dec.*1. iuxta diſpoſitum de iure communi per plura iura, vt in *l.ſi quod* 5.*C.de legation.lib.*10.*ibi: In loco autem publico, de communi vtilitate prouincialium ſententia proferatur, atque id quod maioris partis probauerit aſſenſus ſollemnis firmet authoritas, cap.*1., *& per tot. tit. De his, quæ fiunt à maior. part. cap. l. quod maior, ff. ad municipal.* vbi DD. *l. nulli, & l.plane, ff. quod quiſq; vniuerſ.nom., cap. auditis de electìon cap.cum omnes de conſtit.* ita per dicta iura concludunt *Bald. in l.*1. *qu.*4 *ff. quod quiſque vniuer.nom.Theſaur dec. Pedam.*1.*n.*2.*Azeued.in add.ad Curiam Piſan.cap.*17. *Coſta in domo ſupplic.annot.*2.*n.*15.*&* 16.*Creſpi de Valdaura obſeru.*10.*n.*9. *& obſeru.* 113. vbi mul-

multa ad propositum discutrit *Themud.par.2. dec.195.n.81 Solorzan.de politic.Indian. lib.5. cap.8.pag.819.* quia attenditur, quod maior pars determinauit, & ita de iure nostri Regni est dispositum per *pragm.13.de offic.S.R.C.* ibi: *ab opinionum pluralitate excludere teneatur*, & clarius habetur sancitum in *pragm.1.n.6.& pragm.2.de caus.decid.circa fin.* per illa verba: *che giudicarà la maggior parte*; ideò dicimus, quod vota in nostro Sacro Consilio Neapolitano numerantur nō ponderantur, adeoquod si maior pars esset minus peritorum, & minor pars esset sapientiorum, nihilominus stabitur iudicio maioris partis minus peritorum, vt testatur *Afflict.in d.dec.1.* præsumptio enim est pro plurium sententia *cap. prudentiam in princ.* vbi *Glos.* & *DD. de offic. Deleg. Alex. consil.40. vol.2.*, & vbi maior pars est, ibi maior zelus præsumitur *cap. cum Ecclesia de electione.*, & ibi falsus, vbi multa consilia *prouerbiorum, cap.11.13.& 15. Bouadilla in politic.lib.2.cap.6.n.19. Crespi d.obseru.11.n.1.& 47.* & ita obseruari in Regno Lusitaniæ testatur *Cabed.dec.6.n.4 & 5.* secus dicas in aliis actibus extraiudicialibus, & voluntariis, in quibus non numerus, sed authoritas attenditur, vt ad effectum constituendi communem opinionem dixit *Franc. dec.130.*

Aliquibus tamen placuit contrarius vsus, detestantes nostrum morem, & dicunt vota debe-
18 re numerari, primus enim fuit *Plinius*, qui scripsit Traiano Imperatori *lib.7. epist.12.* quod talis modus erat Reipublicæ damnosus, dicens: Numerantur enim sententiæ non ponderantur, nec aliud in publico Consilio potest fieri, in quo nil est tam inæquale, quam æqualitas ista, nam cum sit impar prudentia, omnium ius est. Istā etiam inæqualitatem in Tribunalibus, vti difformem, & cæcam reprehendit *Ramirez de Prado in lib. de consil.pag.13.* sequens Ciceronis præceptum asserentis, quod grauior, & validior sit decem virorum bona sententia, quam totius multitudinis imperitia. Sed errant certè, qui hanc antiquam consuetudinem ab omnibus Nationibus obseruatam violare præsumunt, nam in-
19 cipiens à meis Romanis, qui legem Orbi dabant, apud istos cautum erat, vt quod maior pars iudicauerit, id ius ratumque esset, *Cicero lib.4.epistol.ad famil. 8. Symach. lib. 4. epist. 27. Nicolaus Gruchius lib. 1. de Comitiis Rom. cap.4.fol.133. Sigon.de antiq. iur. Rom. cap.14. Arumeus de Comit. Imper. cap.8. num. 83.* Ita etiam apud Athenienses, quod Senatorum pars maior sciuisset, pro rato erat habitum, *Sigon.lib.2. de Republ. Athen. cap.3., & lib. 3. cap.4.* Apud Lacedemones etiam tale institutum laudabile erat reputatum, refert *Aerod. lib 1.rer. iudic. cap.21.* Apud Ordines Belgii, quod maior pars decreuit, ratum habetur, fatetur *Paul. Merul. de statu Reipublicæ Batau. fol.155.* In Senatu Sabaudico seruatur maior pars votorum, dixit *Thesaur. dec.1.n.2.* In Republica Venetorum etiam vincit pluralitas votorum, testatur *Bodin. de Republic.lib.2.cap.7.fol.362.*, sicut in Coriis Hispaniarum per illas leges obseruari, tradit *Azeued. in l. nouæ recompil.lib.2.tit.4.leg.7.tom.1.fol.133.*, & in Consiliis, & Curiis Aragoniæ, testatur *Christoph. Crespi de Valdaura obseru.10. n.9.*, & notat *Thesaur.d.dec.1.num.1.*, & in Parlamento Supremo Galliarū eundem morem vigere notat *Thesaur. in addit. ad dec.1. sui Patris*, non minus ac in Lusitaniæ Senatu, fatetur *Gama dec.1.*, sicut in Germanorum Comitiis minor pars cedit maiori, testatur *Nicol. Cusan. lib. 3. de concord. Catholicor. cap. 3., & Frideric. Brummer.de Scabin.cap.8.§.7.*, ac tandem in omni statu politico, siuè Optimatum, siuè Populari, maior pars vbique potior est, demonstrant, *Bodin. d.cap.7.fol.362. Bertold. de iurisd. Rom. Imper.*, & latè *Gaspar Klock de contrib.cap.6. n.164., & per tot.*, qui latè probat votorum suffragia non ad pondus, sed ad numerum recipi debere, & ego addo non posse aliud decerni, nam si maiori numero non esset standum, esset forsàn obseruandum votum pauciorum? & si replices, quod placita minoris numeri præualere debeant quando sunt digniora, & saniora, tunc dico, & quis illorum existimabit suum votum non esse sanius? cum circa dignitatem omnes æqualiter fulgeant, & eadem gaudent potestate, necesse igitur erit superius aliud Consilium adhiberi ad perscrutādum, quisnam iustius, & sanius suum votum emiserit, cum nemo possit illorum consilia ponderare, nisi qui imperandi potestatem habet, quæ omnia cum contentiones non leues parere possint, necesse est asserere, vt lites de facili, & quietè terminentur, vt placita, & votorum suffragia, non ad pondus, sed ad numerum reducantur, quod etiam noniter confirmarunt, *Mager.in tract.de aduocat.armat.cap.9. n.978. & Hopingh. in dissert. de iur. protection. concl.22. lit. B.* Non nego tamen posse Principem in negotiis politicis, se alienare à Consiliis maioris partis suorum Consiliariorum, cum ea sequi non cogatur, dixerunt *Petr.Gregor.Tholosan. lib.24. de Republica cap.vlt. tit.4.*, & videtur sequi *Klock d.cap.6.n.164.*

Occurrit sæpè sæpiùs, vt Consiliarii nostri S.C. in diuersas cōcedant sententias, & non dua-
20 lia, sed pluralia vota componant, quæritur in hoc casu, an maior pars sumi debeat ex illa maiori parte concurrentium, vel ex illa maiori parte totius Collegii; & esset casus si essent viginti Consiliarii, seù Iudices, quorum decem in affirmatiuam, septem in negatiuam sententiam inclinent, reliqui vero tres, neutram partem amplectentur, sed quid tertium resoluunt, quæritur an illi decem

ma-

maioris numeri votorum, licet non maioris numeri totius cetus constituant sententiam, hanc quæstionem nodosam appellat *Gaspar Klock de contribut.cap.6.n.162.* vbi concludit, quod non attendatur maior pars Senatorum concurrentium, sed debeat concurrere maior pars omnium illorum, qui in Senatu interueniunt, citat *tex.in cap.vestra 84.de election.*, & ibi latè *Abbas num.1. Decius in cap. licet de election.num.24. Morla in empor.iur. par.1.til.12.quæst.9.in fin. Nicol.Euer.ard.consl.39.n.5. Franc.Marc.dec.919.num.2.,& dec.922.nu.2. par.1.* Sicut de Imperatore eligendo, ad cuius electionem debent concurrere Electores pro maiori parte Collegii Electoralis, non vero sufficit maior pars concurrentium, vt affirmant obseruari *Leopold. de Babenberg. de iure Reg.cap.12 fol.77.Onuphrius Pannin. de Comit. Imper.rub.versl.7. electo pag.403. in princ. Castald.de Imper.quæst.70. num.3. Lancellott. in templo omn. Iudic. cap.1. §.2. quæst.4. num.5.* Sed contrariū apud nos obseruatur fauore litium finiendarum, quæ vt celerius finiantur, talis vsus apud nos viget, vt attendatur maioritas votorum concurrentium, licet non sit maior respectu totius cetus, & in contrarium allegata procedunt in electionibus, vt DD. allegati loquuntur.

Nota tamen, quod in Regno nostro; seù in nostro S.C. sunt aliqui casus excepti, in quibus
21 non sufficit interuenisse maiorem partem votorum, ex Consiliariis existentibus in Aula, sed causa debet decidi per tria vota conformia, & esset casus quando summa in iudicium deducta attingeret valorem ducatorum biscentum, vel vltra transcenderet, nam si forsan in dicta aula assisterent tres, vel quatuor Consiliarii, quorum maior pars, scilicet bini condemnarent, vel absoluerent, reliqui duo alia vota singularia proferrent, sententia absolutoria, vel condemnatoria, non poterit pronunciari ab illis duobus, qui maiorem partem componunt, & si decisio feratur ab illis, nullius esset effectus, sed nulla, & inualida reputaretur, quia nō concurrerunt tria vota conformia, in dicta causa valoris ducatorum biscentum, vel vltra, ita est de iure Regni nostri dispositum per *pragm. 41. n.3.de offic.S.R.C.* vbi *Reg.Rouit.num.6.* subdit, quod tali nullitatis vitio afficiatur dicta sententia, quod nec etiam subsistere poterit pro ea summa, quæ esset citra summam ducatorū biscentum, iusta doctrinam, *Glos.in cap.ea, quæ fiunt circa medium, versl. quæri solet de reg. iur. in 6.* Sic de iure Hispaniarum est etiam sancitum, vt causa, quæ excedit centum mille dispondios, debeat per tria vota conformia terminari dixit *Hermosilla in addit. ad Gregor. Lopez ad glos.2. prol. n.91. pag.10. to.1.* Ad sanandam autem talem nullitatem consulit *Rouit.loc.cit.* quod iterum sententia pronuncietur cum numero votorum sufficientium, imò si contra sententiam fuerit proposita nullitas, dicit eodem contextu posse declarari nullam ex defectu votorum non adhibitorum, & insimul iterum confici, cum numero trium votorum, citat *Seraphin.dec.857. in fin. & dec.878.* Imo aliquando requiruntur quatuor vota conformia Consiliariorum in nostro Senatu, & erit casus, quando per M.C. Vicariæ fuerit lata sententia, seù decretum cōmuni voto omnium Iudicum, inter quos, quia sunt ibi assidentes duo Consiliarii, ideo ad illam validè reuocandam, vel moderandā in gradu appellationis, debent saltem concurrere quatuor vota conformia Consiliariorum Sacri Consilii, ita statuit nostra *prag.44. n.4. de offic.S.R.C.* sed si non interuenerint ambo Consiliarii, sed vnus tantum, licet interfuerint omnes reliqui Iudices M.C., hoc casu duo tantum Consiliarii poterunt illam reuocare in S.C., ita de obseruantia testatur practicari, *Rouit.in d.pragm.44. n.2.*, & quomodo vota omnium Iudicum M.C. probetur interfuisse, dixi *sup.in præstan.9 § vnico n.7.*

Et nota, quod obseruatur in nostro Supremo Consilio, quod si aliquis ex Consiliariis non
22 sit bene instructus, vel informatus de meritis causæ, & causa proponatur in aula à Consiliario relatore, poterit iste Consiliarius non bene informatus petere tempus ad deliberādum, infra quod litigantes illum informent, & interim causæ decisio suspenditur, licet alii in incontinenti vellent votum præstare, quo casu aali dies assignatur pro decisione, vt ex *tex. in l.Pompon.* affirmat *Bouadill. in polit.lib.3. cap.7. n.41.* licet de hoc dubitet Curia P.san. *lib.2 cap. 9.* sed prima sententia verior est, nam non bene instructo omnia certa, & clara
23 non sunt, sic obseruabat Romanus Senatus, qui non definiebat negotium, quando vnus ex Patribus, imò cum quis Tribunorum Plebis deliberandi tempus peteret, *Bodin. lib.7. antiq.Roman.cap.6. Althus.cap.5. politic. n.67. Arumeus de iur.public.discur.2. lib.5.pag.54.* considerabant enim, quod lenta virtus, & cūtatrix non ante iudicat, nisi cum honestum, & decorum inspexerit, ad quod considerandum tempus requiritur, *cap. inter hæc 3. qu. 6.* Quando enim in aliquo actu requiritur cōsilium plurium, solus vnus potest tempus petere ad deliberandum, licet alii in incontinēti vellent respondere, *Abbas in cap.cum in veteri notab. 5. de election.* eruditè comprobat *Pegas ad ordin.Portugal.lib.1.til.1.glos.84. n.1. & 2.* qui aliam præbet rationem, cur debeat supersederi in decisione, quia potest esse, quod iste talis euinceret alios cōsiderato negotio, atque perpensis meritis causæ, & ideò optimum erit Consiliarium non benè instructum expectare, quam praxim obseruat etiā Senatus Cathaloniæ, vt refert *Fontanell. dec. 174.*

174.n.21. in fin. qui dixit, quod si dubii sint
illi Consiliarii, & illis de causa non liqueret,
spatium eis ad pronunciandum conceditur,
quod etiam refert *Crespi d.obseru.10.num.22.*
eadem praxim nos etiam obseruamus in no-
stro S.Consilio, de qua testatur *Reg. Rouit.in*
pragm.13.n.1.de offic. S R.C. qui subdit, quod
licet in vna causa contrarium practicauerit
Prorex nostri Regni, dum cum fuerit assigna-
ta dies pro causæ expeditione coram Dom.
Prorege huius Regni, quidam Consiliarius se
declarauit non accinctum, seù præparatum,
attamen Prorex iussit in incontinenti abire,
& processit ad causæ expeditionem, sed talis
casus non poterit trahi ad exemplum, dixit
idem *Rouit.* quia ex voluntate Principis pro-
cessit, eiusque honori ita congruebat, stante
designatione diei iam præfixæ eius ordine.
Causa etiam æque potens est ad retardandos
Consiliarios, vel Iudices à votis non pronun-
24 ciandis, quando non fuerint informati per
iuris allegationes, si causæ grauitas id requi-
reret, nam licet Iudex teneatur per se causam
discutere, & iudicium ferre, vt dixerunt *DD.*
in l.1 ff.de reb.credit.Menoch.de arbitrar. casu
175.n 8. & 14., attamen quando causa diffi-
cilis est, & valdè dubia, & factum obscurum,
tunc iudicium reputatur periculosum, proin-
dè debent partes plenè Iudices instruere cum
iurium allegationibus, & omnes dubietates
explanare, vt colligitur ex *cap. tum ex literis*
5. de in integrum restitutione, vbi narratur
quædam sententia facta ab Eugenio Papa, in
primo mense sui Pontificatus promulgata,
quando non plenè de meritis ipsius causæ videba-
tur instructus, quod etiam indicauit *Calistus*
Pontifex in cap.ponderet 113. 50.distinct vbi
dixit: *Nos tempore egere, vt aliquid maturius*
agamus, aliter enim veritas non diceretur
cognita, & sententia præcipitantèr lata exi-
stimaretur, vt asseritur in *clemen.pastoralis 2.*
24 *de sent., & re indic.* per illa verba: *Huiusmo-*
di sententia non à discretione matre virtutum,
sed à nouerca Iustitiæ, voluntaria scilicet indi-
cantis præcipitatione processit, proindè conclu-
dit *Crespi de Valdaura in obseru.10.à n.28., &*
seq., & præcipuè *num.54., & 55. post Menoch.*
dict.casu 175.in fin. esse introductum stylum,
vt partes allegationes iuris ad inuicem com-
ponant, atque Iudicibus proponant, vt om-
nia bene dirigant ad veritatem eruendam,
25 imò has iurium allegationes, ab alterutra
parte ad inuicem communicandas esse, mul-
tis authoritatibus probat *Iust.Oldekop. in an-*
nexa quæst. diss. de iureiurando in alterius ani-
mam relatus à *Beseld. in thesauro practic.adau-*
cto lit. B. in verb. Belebrungs. in addit.pag. 90.
vbi subdit allegationes Aduocatorum, etiam
post conclusionem exhiberi posse, quia legum
allegatio nullo tēpore cohartatur, cum *Gail.*
lib.1.obseru.107.n.13. quia non per modum
actorum in processu afferuntur, sed ad Iudi-
cum instructionem proponuntur.
Statuerunt nostræ Pragmaticæ multa salubria
præcepta in prolatione votorum, & pri-
mo, vt Consiliarii in proferenda sententia
non repetant dicta, & allegata per alios Con-
26 siliarios, sed satis esse, vt declarent, in qua
opinione persistant, at si ex nouis rationibus,
& iuribus comprobare eorum vota voluerint,
vel suam sententiam firmare, vel contrariam
confutare, permittitur, vt in *dict.pragm.13.n.*
1. de offic. S.R.C., & etiam libros euoluere, &
inspicere facultas conceditur. Sic etiam ordi-
natur, vt quando Consiliarius suam sententiā
declarat, nō debeat perturbari à suis Collegis,
27 seù Conseruatoribus, nisi aliquod in facto er-
raret, de quo admoueri poterit à cæteris Cō-
siliariis. ita disponit *dict.prag.13.num.1. eod.*
tit.de offic. S.R.C. Et quia votorum discussio,
seù expeditio, post causarum merita narrata
in S.C. non deber retardari, proindè fuit sta-
28 tutum in eadem *pragm. 13. num. 4.*, quod
postquam causa fuerit disputata, non possit
alia referri, seù votari in dicto Sacro Consi-
lio, donec illa fuerit votata, solum excepto
casu si causa esset ardua, & dubia, quæ poterit
differri votari per tres dies tantum, sed post-
modum fuit tempus abbreuiatum vsque ad
sequentem diem, vt debeat causa discussa
votari, vt in *dict. pragm. 13. num. 11. eod. tit.*
Si vero causa fuerit cæpta votari, & Commis-
sarius Relator dederit votum suum, non pote-
rit differri per alios Consiliarios votari, sed
antequam recedatur à loco, votari debet per
omnes, præcipit *cit. pragm. 13. num. 5. de*
offic. S. R. C. Et vt fraudibus locus non detur,
etiam est statutum per *dict.pragm.16.num.6.*,
vt causa votata debeat scribi in incontinenti
eius conclusio communi voto, antequam re-
cedatur ab Aula S.C.
Similiter fuit prouisum in *pragm.1. de causis de-*
cidendis, vt non debeant Consiliarii, & cæte-
29 ri Iudices tacitè, vel expressè eorum vota
propalare, antequam sententia ordinetur, nec
in quam partem inclinent, licet cum altero
Collegi vellet causam disputare, & insimul
conferre, nisi in loco Tribunalis, & illo eo-
dem tempore, quo causa votari debet, sub
pœna suspensionis ab officio pro prima vice,
& pro secunda vice sub pœna priuationis.
Debebat etiam ordinari per nostras pragma-
ticas, vt nulli Consiliario, vel Iudici liceret
inconsultis reliquis sententiam in Tribunali
ferre, hoc nō reperitur dispositum per nostras
municipales leges, sed fuit ordinatum apud
30 Germanos sub pœna remotionis ab officio,
talem audaciam castigante, teste *Frideric.*
Brummero de Scabinis cap.8. 5.7., & licet non
sit hoc apud nos sanctione prouisum, atta-
men ad vnguem talis vsus à nostris Consilia-
riis obseruatur, sed casus euenit annis ela-
psis,

pſis, vt ſententia in actis fuerit notatā, non propoſita cauſa in Senatu, ita atteſtantibus alijs Collegis, vt audiui ab antiquis Aduocatis.

Et pro coronide in hac materia votorum non omittam dicere, quod in primis annis inſtitutionis S. Conſilii, apud nos præteritis annis obſeruabatur, vt nouiſſimus Regius Conſiliarius componeret ſua manu librum votorum omnium Conſiliariorum, qui vota proferebant in ſententiis, & decretis cauſarum, & quando antiquitus congregabatur S. Conſilium in vna Aula, vnus tantum liber votorum conficiebatur, & cum poſtmodum fuerit diuiſum in quatuor aulas, in qualibet aula modernus Conſiliarius ſingularum aularum ſuum conficiebat librum, de qua obſeruantia mentionem fecerunt *Præſes de Franch. in dec. 411. num. 6. & dec. 524. nu. 4.* quem ſequitur *Topius de orig. Tribunal par. 2. lib. 2. cap. 2.* & quod fuerat per vſum introductum, particulari ſanctione fuit ordinatum adimpleri, per *pragm. 3. n. 5. de Offic. S.C.R.* vbi pro lege talis obſeruātia præcipitur, & quia bona præcepta ſemper malitia hominum corrumpit, vel eorum negligentia in deſuetudinem mutat, ideò his noſtris temporibus videmus hoc minimè obſeruari.

§. VNICVS.

Continuatur Materia præſtandi vota in noſtro Sacro Conſilio.

SVMMARIVM.

1 *Præſidens S.C. poſt omnes Conſiliarios de Aula votum præſtat.*

2 *Vota maioris partis an attendantur, quando Præſes Senatus cum minori parte ſuum votum præbet.*

3 *Præſes S.C poteſt cum uno Conſiliario iudicare nomine Regiæ Maieſtatis.*

4 *Præſes S.C. tenetur concludere cum votis maioris partis de iure noſtri Regni, ſed non ſic antiquitus.*

5 *Conſiliarij vota perſonaliter ferre debent in Regno Neapolitano non in ſcriptis, non ſic antiquitus.*

6 *Vota in ſcriptis tranſmitti poſſunt, de iure Regni Caſtellæ per abſentes.*

7 *Vota reperta in domo Iudicis, non habentur in conſideratione de iure Regni Caſtellæ.*

8 *Vota Iudicum mortuorum de iure Regni Sardiniæ ſi in ſcriptis reperiantur, tranſmittuntur tempore deciſionis cauſæ.*

9 *Statuta in dies mutantur.*

10 *Abſentium vota de iure communi tranſmitti non poſſunt, ſed limita in cauſa hæreſis.*

11 *Abſentes de iure Regni Aragonum vota non tranſmittunt.*

12 *Conſiliarius, qui votum præbuit poteſt ſe reuocare, & quando.*

13 *Senatores Romani poſtquam ſententiam pronunciauerunt aliquando illam mutabant.*

14 *Doctiores poterit aliquis ſuperare, licet ſit mediocris ingenii.*

15 *Conſilium mutare non eſt turpe.*

16 *Doctor excuſatur, qui conſuluit contrarium eius, quod aliter conſulerat.*

17 *Sententiam Iudices non poſſunt mutare, poſtquam fuit publicata.*

18 *Principi ſoli conceditur, poſt ſententiam latam illam reuocare.*

19 *Votorum facta concluſione, non poteſt mutari deciſio de iure noſtri Regni inconſulta Regia Maieſtate, ſecus ſi non fuerit publicata.*

20 *Iudices ſi errauerint in proferenda ſententia, poteſt Præſes ordinare, vt iterum cauſa votetur.*

21 *Vota debent Conſiliarii præſtare, licet vltimi eſſent, & cauſa per aliorum vota eſſet deciſa, alias peccarent.*

22 *Aduocati Sacri Conſilii Neapolitani antiquitus inuitabantur ad votandum, ſed hodie non practicatur.*

23 *Aduocati Hiſpani vocantur ad deciſiones cauſarum per leges nouæ recompil.*

PRæſes S.C. poſt omnes alios Conſiliarios votum præſtat, talis enim vſus apud antiquos
1 Romanos etiam obſeruabatur, Auguſtus enim
ſuum Conſiliū præbebat poſt omnes, ne aliorum adulatio ipſius ſententiam comitaretur, ita teſtantur *Seneca lib. 1. de clement. cap. 15. Io. de CoKier. in aphoriſm. politic. lib. 2. cap. 2. exempl. vlt. & cap. 4.* Dignitas enim locum eloquentiæ vſurpat, vt poſt *Cornel. Tacit.* fatetur *Ramirez de Prado in lib. de Conſilio pag. 14. àter.*, antiquitus primum votum dabat Conſul, ſeù Princeps Senatus Romani, & cum cognoſcebatur, quod plus mouebat authoritas, quam ratio, ideo mutato ordine à iunioribus vota primò emittebantur, vt teſtatur *Sueton. Tranquill. in vita Iul. Cæſar. CoKier loc. cit. lib. 2. c. 8. p. 48.*, ob eandem rationem idem nos obſeruamos, vt Præſes Senatus poſt omnes ſuum Conſilium propalet, cum ita æquitas ſuadet, vt ipſe tot, & talium ſapientum Virorum Conſilium ſequatur, quam vt tot, & tales Conſiliarii vnius voluntatem approbent, vt dicebat *M. Antonius* relatos à *Iulio Capitolin in eius vita.*

Sed an ſi Præſes Supremi Senatus ſuum votum emiſerit cum minori parte Conſiliariorū, at-
2 tendatur etiam votum maioris partis ipſorum, vel potius concludi debeat id, quod cenſuit Præſes cum minori parte illorum, cōtrouertitur inter DD., & quod Supremus Præſidens habeat hanc præeminentiam, vt

debeat votari secundum suam opinionem,
nedum in arbitrariis, vt fundat *Menoch. lib. 1.*
de arbitrar. Iudic. quæst. 41., verum quoque in
aliis dixit *Thesaur. dec. Pedam. 1. n. 4.* propte-
reaquod sententia debeat proferri iuxta vota
illorum, cum quibus Præsidens conuenit, vt
obseruari in Senatu Delphinatus, testatur
Franc. Marc. dec. 5. lib. 1., *& dec. 465. lib. 2.*,
& in Senatu Pedam. fatetur *Thesaur. loc. cit. n.*
5., & in nostro S. Consilio Neapolitano, quod
possit noster Præsidens cum vno Consiliario
3 iudicare sub nomine Regiæ Maiestatis, dixit
Afflict. dec. 1. sub n. 2., vbi antiquis tempori-
bus testatur fuisse practicatum, subdens, quod
ipsi dixit *Anton. de Alexandro* Vice-Protho-
notarius, & Neapolitaoi Consilii Præses, se
vidisse Prothonotarium Regni eiusque Locu-
tenentem pluries sententiasse cum duobus
votis egregiorum Doctorum de Cōsilio, omis-
sis votis aliorum de maiori parte, qui non
erant ita Doctissimi Viri, sed quod hoc raro
accidebat, nihilominus si ita censeret Pro-
thonotarius, posset ipse concludere cum pau-
cioribus, ob præeminētiā sui officii, si ei, benè
videbitur absque scrupulo conscientiæ, sed
tandem concludit *Afflict.*, quod vnquam hac
potestate vteretur, sed sententiando cum ma-
iori parte votorum, crederet nō errate, etiam-
si sibi contrarium videretur.
Sed in nostro Regno tali controuersiæ, finem
imposuit *pragm. 1. de offic. S.R.C.*, nam ibi mā-
4 datur, vt Præsidens S.C. in sententiis promul-
gandis teneatur concludere secundum opi-
nionem maioris partis, vt ex *d. pragm.* fate-
tur *Io. Franc. de Leonardis de Magistrat. Reg.*
cap. 4. n. 7. & notat *Franc. dec. 252.* quos sequi-
tur *Tassou. in pragm. de antef. vers. 3. obser. 3. n.*
112. circa fin., de cuius pragmaticæ veritate
videtur dubitare *Topius de orig. Tribun. par. 2.*
lib. 2. cap. 6. n. 2. dicens quod ipsa legitur sine
die, & Consule, imò quod ipsa supponatur sā-
cita per Regem Ferdinandum Primum, quo
tempore vixerunt, *Afflict. & Anton. de Alexād.*
qui etiam fuit Prothonotarius dict. Regis Fer-
dinandi, dum ergo *Afflict.* disputando prædi-
ctum articulum, non meminit prædictam
pragmaticam, concludit propterea *d. Topius*,
quod si verè ipsa fuisset à d. Rege promulgara,
de ea notitiam habuissent, & non firmasset
idem *Afflict.*, quod posset Præses S.C. si vellet
cum votis minoris partis concludere, quan-
do contrarium statuebat *d. pragm.* Sed argu-
mentum satis leue est, & respondeo, quod po-
tuerit esse, vt *dicta pragm.* fuerit publicata à
d. Rege Ferdinando Primo, postquam *Afflict.*
compilauit suam decisionem primam, nam
satis mirabile esset asserere prædictam prag-
maticam impressam in volumine nostrarum
pragmaticarum, ordine superiorum compi-
latarum, vbi continentur omnes nostræ leges
municipales, quibus viuimus, & regimur, ex
quibus iustitia administratur, & ex hac sola
simplici suspicione, quod *Afflict.* de ea men-
tionem non fecerit, ideo de eius fidelitate,
& veritate dubitetur. Adde quod veritas
ipsius comprobatur ex antiqua obseruantia,
quæ vsque ad nostram ætatem deuenit, vt id
quod concluditur à maiori parte Consilia-
riorum exequatur, licet votum Spectabilis
Præsidis, cum minori parte in contrariam
iuerit sententiam. Nec tandem *Topius* obser-
uauit aliam *pragm. 1. n. 6. de causis decidendis*,
vbi refertur antiquus vsus, qui prius vigebat
in Sacro Consilio, quod in paritate votorum
facta coràm Præsidente S.C., sententia fereba-
tur ad favorem illius partis, pro qua votauit
dict. Præses, vt tradit *Rouit. in d. pragm. 1. §. 7.*
sicut etiam affirmarunt *Surgente de Neapol.*
illustr. cap. 25. n. 28. Thesaur. in dec. 1. n. 5. Ric-
cius collect. 316. Mastrill. dec. 18. Crespi de Val-
daur. obseru. 10. n. 44. & obseru. 112. num. 22. vt
latè dicam in sequenti *præl. 13. §. 1. n. 3.* hanc
autem consuetudinem, seù praxim substulit
d. pragm. 1. n. 6. de causis decidendis, & statuit,
vt in hoc casu remaneat causa indecisa, sed
pro definitione ipsius, consuli debeat Prorex
huius Regni, vt possit dare adiunctos, vt di-
cam infra *loc. cit.*, & refert etiam *Franc. dec.*
252. n. 6. quem sequitur *Thor. in compend. de-*
cis. tom. 1. in verb. votorum paritas; vide igitur,
quod in nostro Regno, nec votum Præsiden-
tis cum paritate votorum annexum aliquid
operatur pro decisione, nisi concurrat maior
pars votorum, igitur, vel ex vi *d. prag. 1. de*
officio S.C. vel ex dispositione *d. prag. 1. de cau-*
sis decidendis, & etiam ex stylo nostri Senatus,
dubietas *d. Topii* euanescit, cum sufficeret sty-
lus Tribunalis ad roborandam veritatem *d.*
pragm. vt dixit *Thesaur. dec. 1. n. 5.*
Ex his nota, quod Consiliarii nostri Sacri Con-
silii, sicut etiam, & Præsidentes Regiæ Came-
ræ, & Iudices M.C. Vicariæ, personaliter vo-
5 ta ferre debeant, non in scriptis, per nostram
vltimam *prag. 2. de causis decidendis*, vbi or-
dinatur, quod si aliquis ex prædictis Iudici-
bus esset absens, vel infirmus leui infirmita-
te, debeat expectari, donec redeat, vel conua-
lescat, ista *pragm.* correxit antecedētem prag-
maticam factam ab eodem Prorege Comite
Lemos, vt dicitur in principio *d. pragm.*, vbi
Apostilla notat esse *prag. 76. de offic. S.R.C.*, sed
erroneè citatur à dicta apostilla, cuius errore
lapsi etiam fuerunt *Thor. in compend. decis.*
tom. 1. verb. votum relictum pag. 582., *& Dom.*
Petra in ritu 53. n. 9. qui ambo citant *d. pragm.*
77. de offic. S.R.C. qua asserūt fuisse dispositum,
quod possint vota absentium transmitti in
decisione causæ, sed vt dixi erroneè allegatur,
d. pragm. 77. quæ nil de istis loquitur, sed *prag.*
quæ fuit reuocata à *d. pragm. 2.* fuit *pragm. 4.*
num. 13. de dilation. facta à prædicto Comite
Lemos in anno 1612., qui postmodum in an-
no

no 1615. illam reuocauit, vel reformauit in *d. pragm. 2. de cauſ. decid.* Et vt omnia de moſtrem, quæ prius obſeruabantur circa transmiſſionem votorum in ſcriptis, quam faciebant Conſiliarii, & alii Iudices abſentes, vel infirmi in noſtris Tribunalibus, eſt ſciendum, quod per noſtram *pragm. 8. n. 2. de ſuſpicion. Official.* latam à Dom. Prorege Duce Oſſunæ; permiſſum fuit Officialibus in prædictis caſibus abſentiæ, vel infirmitatis tranſmittere vota in ſcriptis tempore deciſionis cauſæ, quatuor tamen concurrẽtibus, primum, ſcilicet vt fuerit deſtinata dies definitionis cauſæ. Secundum, vt propter abſentes, & impeditos, non remaneret numerus Senatorum ſufficiens. Tertium, vt is qui tranſmittere deberet votum in ſcriptis, interfuiſſet tempore relationis cauſæ in Tribunali. Vltimum requiſitum eſt, vt Officialis abſens, fuiſſet intra fines noſtri Regni, vt ſcilicet retineat iuriſdictionem in Regno, quæ pragmatica fuit confirmata à Comite de Lemos in *pragm. 4. n. 13. de dilation.* proindè vigore dict. pragmaticarum noſtri Proreges ſolebant ordinare Conſiliariis impeditis, qui interueniebãt in colloquiis cauſarum, vt tranſmitterent vota in ſcriptis, vt fuit practicatum in cauſa Comitis Saponariæ cum D. Iulia Vrſina, in qua noſter Prorex ordinauit Propræſidenti D. Io. Sanchez de Luna, & Regiis Conſiliariis Xarava, & Pareſcia, vt ſi quis eorum non potuiſſet perſonaliter intereſſe in votando, tranſmitteret vota in ſcriptis, vt notatum inueni in *allegat. 28. tom. 141. mearum diuerſ. allegat.* quas in mea Biblioteca detineo, quæ ſanctio noſtra municipalis concordabat legibus Re-
6 gni Caſtellæ, vbi quando cauſa decidenda eſt, ſi ſint abſentes, vel ad aliud munus euecti Conſiliarii, votum in ſcriptis mittunt, in quibus non motiua, ſed reſolutionem tantum paociſſimis verbis exponunt, vt in *l. 47. lib. 2. recompil. til. 5.* & in *tract. ordin. Regal. Cancell. Granat. lib. 2. til. 4 epiſt. 5.*, quas citant *Hermoſill. in addit. ad Gregor. Lopez gloſ. 2. prolog. par. 5. n. 91. pag. 10. & Creſpi de Valdaur. obſern. 10. n. 2. Cabed. dec. 10. num 10.* quæ leges Caſtellæ fuot in viridi obſeruãtia, dum legimus apud *dict. Creſpi dict. obſeru. 10. n. 28.* quod in quadam cauſa feudali vertente in Supremo Senatu Italiæ in anno 1644. cum ibi pro hoc noſtro Regno Neapolitano reſideret vti Regens Dom. Fabius Capycius Galeota Neapolitanus, antequam ab eo receſſiſſet dict. Dom. Galeota ad noſtram Patriam reuerſurus, ſuũ votum in dicto Senatu in ſcriptis tranſmiſit, coram quo fuit latè diſcuſſum ſuper validitate dicti voti, tam quia vna parte informante, fuit intempeſtiuè latum, quam etiam ante ſex menſes à die prolationis ſententiæ, adeoque etiam vti ſuſpectum recuſandum dicebant, ſuper quo puncto fuit facta paritas, vt teſtatur *num. 45.*, & datis adinnctis fuit deciſum non eſſe votum admittendum, per alias rationes ibi allegatas, vt fatetur *Creſpi loc. cit. num. 98.* Et de eodem iure Caſtellæ eſt
7 diſpoſitum, quod ſi vota reperiantur in ſtudio, ſeu in domo Auditorum, illa non admittũtur, etiam ſi ſigillata reperta fuiſſent, vt refert *Hermoſilla in addit. ad Gregor. Lopez gloſ. 2. num. 91. in fin. fol. 10.* Imò in Regno Sardiniæ, per leges illius Regni vota Iudicum mortuorum ſi in ſcriptis reperiantur, etiam
8 tranſmittuntur tempore deciſionis cauſæ, quando interuenerunt tempore diſcuſſionis, ſed deceſſerint ante publicationem ſententiæ, vt legitur apud *Vicum lib. 1. cap. 13.* relatus à *Creſpi d. obſeru. 10. n. 25.* qui hoc explicat in *nu. 26.* ſi de recenti mors Iudicis ſequatur, poſt relationem cauſæ, ſecus ſi poſt aliquod tempus.

Sed quia ob tranſmiſſionem prædictam votorũ Officialium abſentium in noſtro Regno, retardabitur curſus cauſarum, & alia præiudicia reſultabant in damnum litigantium, ideò prædictæ *pragm. 8. num. 2. de ſuſpicion. Official. & prag. 4. nu. 13. de dilat.* fuerunt reuocatæ, & fuit nouiter ordinatum, vt abſque dictis votis Cõſiliariorum abſentium, vel alio modo impeditorum cauſæ decidantur, dummodò ſint Iudices in numero opportuno, deſignato à
9 noſtris pragmaticis, vel ſaltem expectetur, donec impediti ad Curiam reſtituãtur, vt in *d. pragm. 2 de cauſ. deciſ.*, nec eſt nouum in iure, vt ſtatuta mutentur, dicit S. Pontifex in *cap. non debet 8. de conſanguin., & affin.* ibi: *Non debet reprehenſibile iudicari ſi ſecundum varietatem temporum, ſtatuta quandoque variantur humana*, & ideo cum Reg. Barionouo in cauſa Comitis Saponariæ ſuum votum in ſcriptis reliquerit ſigillatũ, in deciſione cauſæ apeciendum, fuit in Collaterali Conſilio deciſum, de dicto voto nullam eſſe habendam rationem, & eſſe comburendum, & fuit coram Prorege combuſtum, vt tradunt *Rouit. in d. pragm. 8. num. 9. de ſuſpicion. Official. Thor. in compend. deciſ. tom. 1. verb. votum relictum pag. 582. & Dom. Petra in rien 53. nu. 9.* Hæc enim
10 noſtra *pragm. 2. de cauſis decid.* iuri communi congruit, vt demoſtrat *Creſpi de Valdaura obſer. 10. n. 23.* ſcilicet *teſtui in l penul. S. abſens*, vbi *Gloſ. de electio.*, vno tantum caſu excepto, ſcil. cauſa hæreſis per *cle. 1. ſ. 1. in fin. de hæreſi*, & rationabili cauſa antecedentes pragmaticas abrogauit, & vota abſentium tranſmitti prohibuit, quia in illis Collegiis, vbi maior pars præiudicat minori, vt nos obſeruamus, debent omnes vocari, & ſimultaneè audiri, *l. iuriſgentium 7. ſ. ſin. l. maiorem 8. l. 10. ff de pactis*, & inſimul ad locum conueoire debẽt, quia ſingulorum iudicium ad rem non facit, *l. non diſtinguemus 32. S. cum in plures ff. de arbitris*, per illa verba: *At ſi ea conditione, vt om-*

nes dcant, vel quod maioris partis ſententia
placuerit, non debet ſingulos ſeparatim cogere,
quia ſingulorum ſententia ad pœnam non facit,
tunc enim vniuerſi intelliguntur iudicare,
cum omnes adſunt, dicit tex. in l. tunc autem
37. ff. de re iudic. Adde quia quando votum
palàm, coràm omnibns in communi au-
dientia propalatur, poſſunt alii in eandem
ſenteotiam trahi, tam ob authoritatem perſo-
næ, quam ob pondera rationum, vt indicat
text. in l. item ſi vnus 17. §. fin. ff. de arbitr. ibi:
& potuit præſentia eius trahere eos in eius ſen-
tentiam, vt aduertit Anton Faber in ſuis ratio-
nalib. & hoc modo poterit faciliter veritas in-
ueniri, & iuſtitia adminiſtrari, dixerunt Frãc.
Marc dec. 1028. num. 9. par. 1. & Creſpi de Val-
11 daura obſeru. 10. à num. 8. & ſeq. qui fatetur,
quod in Snpremo Conſilio Aragonum, vota
abſentes Iudices non tranſmittunt ob ſupra-
dictas rationes. Si vero conſideraret Princeps
ob grauitatem cauſæ, & authoritatem Officia-
lium abſentium, qui relationi cauſæ inter-
uenerunt, conuenire, vt abſentes vota ſecre-
tè tranſmitterent in ſcriptis ad Curiam Re-
gis, ad meliorem finem ſibi bene viſum, poſ-
ſet vtiq; hoc ordinare, vt ſeruari in Coria Por-
tugalliæ, ſed raro dixit Cabed. dec. 10. & confir-
mat Creſpi d. obſ. 10. n. 24. aſſerẽs ex iure vici-
no eis cõmunicato, voluit dicere ex iure Ca-
ſtellæ, vt ſupra dixi, hoc enim modo agendo,
diſpenſaret pro illa vice pragmaticæ, ſeù legi
ab eo conditæ.

Non omittas ſcire, quod poteſt vnus ex Domi-
nis Conſiliariis, qui votum præbuit ſe re-
12 uocare quando contrarium iuſtius cogno-
uerit, vel de nouo aliquid conſiderauit,
votum alterius Senatoris eſſe magis rationi,
& iuri conſentaneum, Doctores in l. 1. §. 2.
ff de verb vbi Alex. Vrſillus ad Afflictum dec.
303. num. 4. Quod etiam Senatures illi Ro-
mani obſeruabant, qui poſtquam ſenten-
13 tiam pronunciauerant, ſi probabile quid cõ-
tra afferebatur, poterant illam mutare, vel
interpretari, fatetur Alex. ab Alex. in dies ge-
nial. lib. 4. cap. 11. fol. mihi 371. & legimus de
Syllano, qui poſtquam ſuam ſententiam de-
prompſerat, audita Cæſaris ſententia, ſuam
ipſius ſententiam mutauit, vt legitur apud
Saluſtium in Catiliu. Non enim eſt nouum,
quod vnus mediocris ingenii in aliqua quali-
14 tate, poſſit doctiores ſuperare, dixit I. C. in l. 1.
§. ſed neque, C. de veter. iur. enuclean., & poteſt
vnus aliquid conſiderare, quod multitudo nõ
vidit, Barboſ. in cap. prudentiam 21. num. 28.
de offic., & poteſt. Iudic. Deleg. Creſpi de Val-
daura obſeru. 10. num. 17. Tiraquell. de iur. pri-
mogen. in præfat. num. 203. & ad l. connubial.
l. 11. gloſ. 1. par. 11. num. 4. Pinell. in præfat. C.
de reſcind. vendit. Solorzan. in politic. Indian.
lib. 5. cap. 8. pag. 819 Et quod non ſit turpe mu-
tare conſilium, dixit Seneca 4. de benefic. Fuſius
in verb. Conſilium ſingular. 208. Imo dicitur ſa-
num Conſilium, ſi quis, quod malè fecerit, re-
15 uocauerit, cap. cum ceſſante, vbi Abb. de appell.
& dicitur in cap. qualiter, & quando de accu-
ſat. ibi: Non pudeat vos errorem veſtrum corri-
gere, qui poſiti eſtis, vt aliorum corrigatis erro-
res, ſic etiam monet D. Auguſtinus in cap. ſi
quis habes 101. 24. quæſt. 3. vbi dicit En adſum
Senex à Iuuene Coepiſcopo, & Epiſcopus tot an-
norum, à Collega non dum anniculo, paratus
ſum diſcere, & Gloſ. ibi concludit, reprehen-
ſibilem eſſe Epiſcopum, qui à perito ſubdito
contemnit edoceri. Quod etiam geſſerunt
ipſi Imperatores dicit tex. in auth. de nupt. §.
1. in fin. verſ. non enim erubeſcimus. Imo & ipſe
Dominus ex his, quæ in veteri teſtamento
ſtatuerat, in nouo mutauit, vt refert Bald. in
l. vnica propè princ. C. de caduc. tollen. Sic etiam
excuſatur Doctor, qui conſuluit contrarium
eius, qood alias conſulerat, Bald. in l. de tute-
16 la, C. de in integr. reſtit. l. fin. §. ſed cum in ſecun-
da, C. de furtis, cap. ne innitaris de conſtit. &
maximè ſupradicta procedunt de his, quæ
ſcripta fuerunt in iuuenili ætate, iuxta illud
Paul. 1. Chor. 13. Cum eſſet paruulus loquebar, vt
paruulus, & facit tex. in cap. non debet 8. de con-
ſanguin. & affin.

Alii dicunt Sapientis eſſe, ſemper idem velle, &
idem nolle, ſed hoc intellige cum diſtinctio-
17 ne, in illo ſcilicet caſu, quando ſententia non
fuit publicata, nam ſi fuerit publicata, Iudi-
ces qui votum præſtarunt, non poſſunt illam
reuocare, per l. Iudex poſtea quam 55. ff. de re
iudic. vbi Iudex poſteaquam ſententiam di-
xit, ſcilicet poſtquam lata, & publicata fuit,
illam non puterit corrigere, ſine ſpeciali legis
auxilio, cum in iſto caſu functus fuerit offi-
18 cio ſuo, & ſoli Principi conceditur, vt poſt la-
tam ſententiam poſſit illam mutare per l. 1.
§. ſi quis vltro in fin. ff. de quæſt. & ita per d. l.
Iudex poſteaquam concludunt Reg. Tapia dec.
12. num. 18. Reg. Galeot. in allegat. fiſcal. reſponſ.
29. num. 42. & in noſtro Reguo per ſpecialem
pragmaticam fuit diſpoſitum, vt facta, & ſcri-
19 pta concluſione votorum, non poſſit mutari
ſubſtantia dictæ concluſionis, ſeù deciſionis
inconſulta Regia Maieſtate, vel illius Lo-
cumtenente Generali, ſed ſecundum dictam
concluſionem debeat omnino ferri ſentẽtia,
vt habetur in pragm. 13. num. 6. de Offic. S.R.C.
Quando verò ſententia non fuit publicata,
ſed tantum vota fuerunt emanata, abſque
promulgatione, ſi Conſiliarii, & cæteri Iudi-
ces inter ſe conferentes agnouerint vota
eorum non iuſtè, & rectè lata, poterunt illa
corrigere, vel illis aliquid addere, vel minue-
re, aut in totum reuocare, ita Beſſius in pract.
crim. de carcerib. fideiuſſor. relax. num. 30. Af-
flict. dec. 58. num. 9. & dec. 303. Franc. dec. 75.
Reg. de Ponte conſ. 60. num. 24. Roman. Valeron.
de tranſact. til. 2. quæſt. 4. num 60. Creſpi de Val-
daura

daura obſeru. 10. *num.* 49. *&* 50.

Idem dicas ſi Iudices in Relationibus cauſarum
errauerint, aſſerentes factum aliter, ac reuera
eſt, ſi poſtea accuratius de errore fuerint edo-
cti, poterit Præſes S. C. ordinare antequam
ſententia ſignetur, vt iterum cauſa iudicetur,
20 vt error, in quem inciderint reuocetur, vt
refert *Papon. 4. arreſt. 6. cap. 28.* quem ſequitur
*Dionyſius Gothofredus in praxi ciuil. lib. 1. til. 9.
de Senatorib. pag.* 505. & eſt deciſio *Præſid. de
Franc. dec.*

Aduerte etiam, quod non benè dicunt Con-
ſiliarii, quando vident cauſam iam ab
21 aliis deciſam ſe nolle votum præbere,
quaſi quod eorum votum nil ſit profuturum,
dicunt *Licitiatus de Piſa in Curia Piſana lib. 2.
cap. 13. Paleot. de Sacro Conciſtor. par. 2. cap. 6.
Ronit. in prag. 13. de Offic. S. R. C. n. 2.* aliiq; ratio
eſt, quam aſſignat *tex. in d. l. 1. §. ſed neque, C.
de veter. iur. enucl.* per illa verba: *Cum poſſit
vnius forſitan, & deterioris ſententia, in aliqua
parte ſuperare,* proindè poterit iſtius Conſilia-
rii diſſentientis conſilium, ſeù votum, ita ra-
tionabile cognoſci, vt alios ab eorum propo-
ſito remoueret, & omnes in contrariam par-
tem inducere, hac de cauſa debet ab omnibus
votum emitti, licet vnius contradictio nil eſ-
ſet profutura, quod etiam probat *Bonadilla
lib. 3. politic. cap. 8. num. 64.* aliter enim pecca-
ret, & rei iniuſtæ diceretur conſentire, ſi ſuum
contrarium votum taceret, vt affirmant *Dia-
na par. 1. tract. 3. reſol. 9. Molfeſ. in ſum. tom. 1.
tract. 6. cap. 16. num. 119. Creſpi de Valdaur.
obſer. 10. num. 18.*

Et nota quod antiquis temporibus in S. C. erat
vſitatum, & præcipuè tempore Regis Ferdi-
22 nãdi I. quod in difficillioribus, atque obſtru-
ſis iuris articulis, Aduocati N. S. C. inuitaban-
tur ad votandum, qui ſcilicet non erant Ad-
uocati illius Cauſæ, quæ controuertebatur, vt
teſtatur *Matthæus de Afflicto in Conſtit. Vni-
uerſos til. de cauſis in iudicio ceto decid. nu. 13.*
per iſta verba: nota iſtam *Gloſam*, quod Ad-
uocati debẽt vocari in deliberationibus cau-
ſarum, ſcilicet illi, qui non ſunt Aduocati in
illa cauſa, per *tex. in l. Cuſtodis, ff. de publicis
iudiciis* (& ſubdit) & ego vidi tempore Re-
gis Ferdinandi I. quod Reuerendiſs. Dom. Ar-
chiepiſcopus Neapolitanus, antequam fuiſſet
Cardinalis S. R. E, fuit Præſidens in S. Conſi-
lio, & in deliberationibus cauſarum adhi-
bebat vota Aduocatorum, ſcilicet illorum,
qui non erant Aduocati in illa cauſa, & eis
dabat partem trigeſimæ, idem dicit *Afflict. in
dec. 338 num. 4. & in dec. 310. n. 13.* qui dicit
hęc verba. Fuit in illa cauſa deliberatè reſpõ-
ſum per Dominos de Conſilio, & etiam alios
DD. vt fatetur *Topius de origine Trib. par. 2. lib.
1. cap. 10. n. 3. & 4.* Iſta obſeruantia in noſtro
S. Conſilio receſſit ab Aula, adſunt enim in
noſtro Senatu Conſiliarii excelſæ doctrinæ,
qui ſciunt omnia benè ponderare, & verita-
tem præſcrutari, ſed ſi apud nos talis vſus fuit
23 abolitus, adhuc tamen viget in Hiſpania te-
ſte *Hermoſilla in addit. ad Gregor. Lopez, ad gloſ.
2. prol. num. 91. pag. 10. tom. 1.* vbi dicit, quod
ſi contingeret in tribus Aulis illius Senatus,
tria Senatorum vota conformia non adeſſe in
cauſa, quæ excederet centum mille diſpon-
dios, per leges illius Regni, poterit Præſes illius
Senatus eligere literatos ex Conſilio Regis ſi
in audientia adſint, ſi vero abſint, eligunt
alios Aduocatos, vt litem diſcernant, & ita
ſancitum aſſerit, per *leg. 43. til. 5. lib. 2. recompil.*

PRÆSTANTIA XIII.

S. C. cognoſcitur ex modo dandi Ad-iunctos in paritate votorum.

SVMMARIVM.

1 *Varietas animorum naſcitur ex diſſimili ho-
minum qualitate.*

2 *Animorum diſcordia naturam humanam non
deturpat.*

3 *Diſſentiendi facilitas inter homines natura-
lis eſt.*

4 *Praxis dandi adiunctos in paritate votorum
in Sac. Conſil. Neapolitano refertur.*

5 *Votorum paritate facta in Sacro Conſilio Nea-
politano, dantur tres Conſiliarii adiuncti.*

6 *Adiuncti dantur in Regno Aragoniæ facta pa-
ritate.*

7 *Delegati Iudices ſi faciant paritatem, nil dici-
tur deciſum, ſed dantur adiuncti.*

8 *Arbitri ſi contrarias ferunt ſententias, nulla
ipſarum tenet.*

9 *Paritate votorum facta in Regia Camera Nea-
politana, Reus dicitur abſolutus, & cur.
Iura promptiora ſunt ad abſoluendum, quam
ad condemnandum.*

10 *Tex. in l. inter pares, ff. de re iudic. non proce-
dit concurrente cauſa fauorabili.*

11 *Fiſcus ſuccumbit in paritate votorum.*

12 *Iudices M. C. Vicariæ ſunt Iudices ordinarii.*

13 *Paria vota ſi pronuncient Iudices M. C. Vica-
riæ, ſententia non reſultat pro Reo, ſed dan-
tur adiuncti, & quomodo.*

14 *Tex. in l. d. inter pares non obſeruatur in S. C.
Neapolitano, nec in M. C. V. ſed tantum in
Tribunali Regiæ Cameræ, & cur.*

15 *Tex. in l. non puto, ff. de iure Fiſci non obſerua-
tur in Tribunali Regiæ Cameræ.*

16 *Stylus illius Tribunalis attenditur, vbi lis ver-
titur.*

17 *Præſidentes Regiæ Cameræ ſi dantur adiuncti
Sacro Conſilio, facta paritate cum Conſiliariis,
dantur alii adiuncti.*

18 *Adiunctus recipit naturã eius, cui adiungitur.*

19 *Tex. in d. l. inter pares procedit etiam in illo
Reo, qui per accidens eſt Reus.*

20 P a-

20 *Parilitas in cauſis criminalibus facta, interpretatur pro Reis de iure antiquo Græcorum & Romanorum.*

21 *Tribunalia Europea obſeruant tex. in l. inter pares, & cur non obſeruatur in Tribunalibus Regni Neapolis.*

22 *Conſuetudo illius Tribunalis, vbi iudicium eſt captum an attendatur, vel potius, vbi iudicium deciditur.*

23 *Stylus illius Tribunalis, vbi iudicium eſt captum an attendatur.*

24 *Deciſoria cauſarum regulantur ſecundum illam formam Tribunalis, vbi lis vertitur.*

25 *Adiunctos poſſunt dare in noſtro S.C. tam Prorex huius Regni, quam Præſes S.C. facta paritate, & in quibus caſibus.*

26 *Pragm. 1. num. 6. de cauſ. decid. procedit in cauſis definitiuis circa dationem adiunctorum, non in decretis interloqutoriis.*

Præſes S. C. ſi votum præſtitit, non poteſt dare adiunctos.

27 *Præſes Sacri Conſil. in cauſis tam in vna, quam in duabus Aulis vertentibus in S. C., poteſt dare adiunctos pro dirimenda paritate, ſi in ea ſuum votum non dedit.*

28 *Præſes S.C. olim dabat adiunctos in Tribunali Reg. Siclæ, ſi paritas ibi facta fuerat inter Magiſtros Rationales.*

29 *Secretarius noſtri Regni prius dabat adiunctos nomine Proregis, ſed hodie eſt prohibitum.*

30 *Adiuncti dari debent præuio præcepto faciendo partibus, vt dent liſtam ſuſpectorum.*

PRÆSTANTIA S.C. Neapolitani eſt, vt dentur adiuncti ſine liſta ſuſpectorum.

31 *Regentes Regiam Cancellariam dabantur adiuncti à Prorege, pro dirimenda paritate facta in duabus Aulis S. C.*

32 *Regentes Collateralis Conſilii cur hodie non accedunt ad S. C. pro dirimenda paritate.*

VT plurimum accidit, vt in deciſionibus
cauſarum Cõſiliarii Supremi Senatus in-
1 ter ſe diſcordes ſint, quia in hominibus di-
uerſi ſunt inſiti mores, & ingenia in idem
non coherent, iuxta illud Poetæ:
Pectoribus mores tot inſunt, quot in Orbe figuræ.
quod etiam conſideranit *Cicero 1. de offic.* qui
ex diſſimili corporum qualitate, arguit varie-
tatem animorum, & dixit etiam, *Plinius lib.
1 epiſt. 20.* Varia enim ſunt hominum iudi-
cia, variæ voluntates, proindè dixit *I.C. in l.
2. ff. de orig. iuris Diſſentit hominum turba;* Imò
talis animorum diſſenſio naturam huma-
nam non deturpat, aut vitiat, ſed melius or-
2 nat, ac fulget, dixerunt *Bald. in cap cum in
cauſam de prob. n. Pacianus de probat. lib 1. cap.
14. num. 5. & 6.* Sicut, & Mundus ipſe Cæle-
ſtis, & elementaris variis aſſiduiſque mu-
tationibus, & tẽporum variationibus compo-
nitur, & ſubſtinetur, quod perbelle expreſſit
Seneca in declam. & lib. 7. natur. quæſt. cap. 27.
totam huius Mundi concordiam ex diſcordi-
bus conſtare: *Non vides,* inquit, *quam contra-
ria inter ſe elementa ſint, grauia, & leuia, frigi-
da, & calida, humida, & ſicca, & tamen Mun-
dus ſubſtinetur, quia hoc connaturale eſt,* ita, &
3 connaturalis eſt hominum ad diſſentiendum
facilitas, dixerunt *I.C. in l. item ſi vnus, §. prin-
cipaliter ff. de arbitriis, & in l. quia poterat 4. ff.
ad Trebell.* & in dies eſperimur, quod notauit
Boetius de conſolatione lib. 2. proſa 5. vt vna
eademque perſona apud multos laude, apud
alios vituperio dignior æſtimetur.

Indè euenit, vt Conſiliarii, qui cauſas audiunt
in proferendis ſententiis, non ſimul conue-
4 niant, & quia aliquando accidit, vt pares nu-
meri in aula reſideant, ob infirmitatem,
mortem, vel abſentiam aliorum, ideo ob eo-
rum parem diſcordiam nos dicimus, quod
paritatem componant, quæ in proceſſu non
notatur, ſed ſolum proceſſus mittitur ad Se-
cretarium Sac. Conſilii, qui in regiſtro notat
vota fuiſſe æqualia; qua votorum paritate fa-
cta nil dicitur concluſum, aut definitum, &
5 ſententia eſt in pendenti, niſi dentur tres alii
Conſiliarii adiuncti, coràm quibus cauſa de-
nuò proponitur, & per Aduocatos diſcuritur,
& iterùm coràm omnibus Conſiliariis vota-
tur, prius ſcilicet vota præbent duo Conſilia-
rii iuniores ex illis, qui ſuffragia præſtiterũt,
nomine omnium vota lata in contradictorio
defendentes, poſtremum verò vota emittunt
Conſiliarii adiuncti, quorum maior pars at-
tenditur, & ſecundum iſtam maiorem par-
tem votorum ſentẽtia profertur. Idem etiam
6 obſeruatur in Regno Aragoniæ, vt facta pa-
ritate votorum dentur adiuncti, *Creſpi de Val-
daura obſeru. 10. num. 43.* qui ex hoc conclu-
dit, quod in illo Senatu non obſeruatur diſpo-
ſitio *tex. in l. inter pares 2. ff. de re iudic. & in
cap. fin. eod. til.*

Sed cur dantur Conſiliarii adiuncti in paritate
facta in noſtro S. Conſilio, & non dantur Ad-
7 iuncti in noſtro Tribunali Reg. Cameræ, aſſi-
gnant rationem noſtri Regnicolæ, dicendo:
quòd noſtri Conſiliarii ſint Iudices Delegati,
qui non dicuntur adimpleuiſſe eorum com-
miſſionem in deciſione cauſæ, niſi ſententia
abſolutoria, vel condemnatoria ſequatur, &
ideò niſi actus fuerit completus ſemper dici-
tur, quod non adimpleuerint voluntatem de-
legantis, proindè per paritatem non dicitur
quicquam definitum, niſi conſuletur Dele-
gans, vt quam votorum partem voluerit ap-
probet, *cap. fin. de ſent. & re indic. l. duo 28. ff. de
ſent. & re indic.* ibi: *Duo Iudices dati diuerſas
ſententias dederunt, Mod ſtinus reſpondit vnius
ſententiam in pendenti eſſe, donec competens Iu-
dex vnam earum confirmet. Faria. in addit. ad
Couarr. lib. 1. cap. 2. num. 29. & ſeq. Pegas in or-
8 din. Portugal lib 1 tit. 1 gloſ. 64. num. 9.* Ideò ſi
arbitri contrarias pronunciauerint ſenten-
tias,

tias, nulla ipſarum tenet *d. cap. fin.* vbi *Barboſ.*
l. diem proferre, §. ſi plures. ff. de recept. arb. Fa-
ria. vbi ſup & Pegas loc. cit num. 10. & ob hanc
rationem, ita concludunt de obſeruantia S.C.
Galeot. lib. 2. controu. 58. Conſil. Pratus reſponſ.
crim. 41. Luca ad Franc. dec. 252. nu. 3. Sed hoc
intellige de iure ciuili, ſcilicet in Terris Im-
perii, in quibus ius ciuile ſeruatur, ſecus di-
cas de iure canonico, quod viget in Terris Ec-
cleſiæ, nam de iſto iure dun ex tribus arbitris
poſſunt validè pronunciare, tertio tantum re-
quiſito, & valet ſentētia *ca. fin. de Arbitris in 6.*
Io: de Imol. cons. 130. in caſu præmiſſo in princ.
Card. Tuſch. pract. concl. tom. 4. in verb. Iudices
concl. 419. n. 3. & 4.

At in noſtro Tribunali Regiæ Cameræ, quia
Præſidētes ſunt Iudices ordinarii, dicūt mul-
9 ti Claſſici, quod facta paritate votorum, puta
ſi duo abſoluerent, & duo condemnarent, non
dentur Iudices adiuncti, ſed Reus dicitur ab-
ſolutus, & attenditur illa ſententiæ pars, quæ
Reo fauet, iuxta *tex. in l. inter pares, ff. de re iu-*
dic. vbi *Gloſ. in verb. inter pares cap. fin. de ſen-*
tent. & re iudic. vt eſt arreſtum noſtræ Regiæ
Cameræ 548. collectum à *Reg. de Marin. poſt*
deciſ. Reuerter. & vno ore omnes noſtri Regni-
colæ affirmant, ſcilicet *Gauauerr. dec. 3. num.*
25. & dec. 4 num. 119. Rouit. in pragm. 1. nu. 3.
de cauſ. decid. & in consl. 102. num. 18. lib. 2.
Riccius collect. 512. Faria. ad Couarr. cap. 2. nu.
29. & 40. Souſa dec. 70. in fin. Reg. Tapia dec.
S.C. 46. Franc. dec. 105. dec. 252. & dec. 513.
Amat. consl. 27. Reg. de Ponte dec. 31. num. 7. Reg.
Galeota controu. 58. n. 8 lib. 2. Dom. Petra in ri-
tu M.C.V. 98. num. 5. Thor. par. 3. ſect. 3. in verb.
Sententia Taſſon. in pragm. de anteſat. verſl. 3.
obſeru. 3. num. 112. verſl. 5. ſi in votanda, licet
dict. Tribunal in Collaterali Conſilio ſuffra-
gia daret, *Taſſon. loc. cit. in fin. & Reg. Rouit. in d.*
consl. 102. num. 18. lib. 2. ſicut in æqualibus
probationibus, illæ probationes, quæ Reo fa-
uent attenduntur, *cap. literis de probat. cap. in-*
ter dilectos de fide inſtrum. & ſententia pro Reo
erit danda, fundat *Bagarot. de repet. teſtium n.*
74. inter tract. tom. 4. de teſtib fol. 299. Speculat.
tit. de teſt. lib. 1. par. 4 §. 12. Couar. var. lib. 1. cap.
16. num. 4. Sayrus in claui regia lib. 12. cap. 19.
num. 17. Galgnaet. de iure publico lib. 2. tit. 37.
num. 55. quia promptiores debemus eſſe ad
liberandum, quàm ad obligandum, *l. Arria-*
nus 48. ff. de obligation. & action. vbi *Do-*
ctores, niſi eſſemus in cauſa fauorabili, vel
priuilegiata, puta in cauſa libertatis, matri-
10 monii, dotis, & teſtamenti, nam tunc pro
cauſa fauorabili ſententia ſubſtinetur, ſiue
actor ſit ſiue reus, licet æqualis pars iudican-
tium repugnet *d. l. inter pares,* quæ de liberta-
te loquitur, & *d. cap. fin.* vbi *Felin., & Gloſ. in d.*
cap. fin. in verſ. proferentibus, nonniſi in prædi-
ctis quatuor caſibus diſpoſitionem capituli
prædicti militare contendit, & ſequuntur
Alex. in d. l. inter pares n. 4. vbi *Iaſon n. 2. Spe-*
culat. tit. de teſt. §. poſtquam nu. 7. & ibi *Hercul.*
num. 4. Faria. loc. cit. Solorzan. in politic. Indian.
lib. 5. cap. 8. pag. 820. Pegas ad ordin. Portugal.
lib. 1 tit. 1. gloſ. 64. num. 8. Reg. de Ponte dec. 31.
num. 7. vbi dicit, quod inter dictas perſonas
priuilegiatas non numeratur Fiſcus, nam li-
cet Fiſcus inter perſonas fauorabiles nume-
retur, & in pari cauſa deberet pro Fiſco pro-
nunciari, tamen quia contra Fiſcum adeſt
particularis prouiſio in *l. non puto, ff. de iure*
Fiſci, vbi diſponitur, quod in pari cauſa con-
tra Fiſcum ſit iudicandum, ideò in paritate
11 votorum contra Fiſcum ſententia exequi-
tur, vt aduertunt *DD. in l. inter pares,* & ibi
Alex. num. 4. in fin. Hercul. ibid. num. 4 Felin. in
d. cap. fin. num. 6. Rouit. in dict. pragm. 11 num.
3. Franc. dec. 252. & dixit *Surgente de Neapol.*
illuſtr. cap. 25. ſub num. 28. lib. 1.

Sed ratio ſupra allegata ad probandum, cur in
noſtro Sacro Conſilio in decretis ab eo latis
12 cum paritate votorum dentur adiuncti, & nō
in Tribunali Regiæ Cameræ, quia ſcilicet
Conſiliarii ſunt Iudices delegati, & in Regia
Camera illi Præſidentes ſunt Iudices ordina-
rii mihi non ſatisfacit. Nam quidquid ſit, ſi
noſtri Conſiliarii ſint Iudices delegati, quod
à multis negatur, vt latè demoſtrat *Carne-*
ual. de Iudic. tit. 1. diſp. 2. q. 8. ſect. 4. num. 1153.
poſt multos ab eo citatos, & nos latius infra
dicemus; At reſpectu Tribunalis Regiæ Ca-
meræ, quod ſententia feratur pro Reo in pa-
ritate votorum, quia illi Præſidentes ſunt Iu-
dices ordinarii, hæc ratio non eſt vera, quia
etiam Iudices M. C. Vicariæ ſunt Iudices or-
dinarii, *Franc. dec. 143. num. 8. Rouit. in rub.*
pragm. de Offic. S.R.C. num. 5. Imbrian. de Iudic.
Reg. dialog. 3. num. 54. & habent iuriſdictionem
inſolidum, *l. Imperator ff. ad Municipal. Ma-*
ſtrill. dec. Sicil. 27. nu. 9. Rouit. dec. 13. tom. 20.
& tamen ſi Iudices noſtræ M.C. in ſententiā-
13 do paria vota emittunt, ſententia non reſul-
tat pro Reo, ſed dantur adiuncti per Dom. Re-
gentem eiuſdem Tribunalis in paritatibus
cauſarum ciuilium, in quibus ipſe non inter-
uenit, *Molfeſ. ad conſuetud. Neap. par. 10. quæſ.*
22. num. 12. Nouar. in prag. 5. de offic. Iuſt. n. 5.
in fin. Thor. in verb. ſententia par. 3. comp. deciſ.
Dom. Consl. Altimar. in obſeru. ad conſ. 7. Rouit.
n. 7. lib. 1. ſed in cauſis criminalibus, vbi ſolet
continuo aſſiſtere, dantur Conſiliarii adiuncti
à Dom. Prorege, vt fuit practicatum annis
elapſis in cauſa cuiuſdam inquiſiti in M.C.
Vicariæ, de vulneribus illatis in perſonam
Benedicti Neſcii, cum aſportatione armorum
prohibitorum, in qua cauſa fuit facta pari-
tas votorū inter octo Iudices, quatuor enim
ſententiarunt pro morte, & reliqui quatuor
pro triremibus vita durante, attamen datis
tribus Conſiliariis adiunctis, ſcilicet Domi-
nis Conſiliariis Petra Duce Vaſti Girardi D.

Frau-

Tribunali Regiæ Cameræ, non obſeruetur diſpoſitio *d.tex. in l.inter pares ff. de re iudic.*, nam in S.Conſilio dantur adiuncti, vt ſup.dixi. In M.C.Vicariæ, nec etiam ſententia profertur pro Reo, ſed dantur Adiuncti, vt dixi *ſup.num.13.*, Sic etiam in Supremo Collaterali Conſilio idem vſus obſeruatur, dari adiunctos, ad paritatē ibi forſan emanatam dirimendam, tradunt *Franc.dec.252.in princip.Reg.de Ponte dec.31.num.2., & Reg. Tapia dec.46.S.C.num 1., Molfeſius d.qu.22.n.7. Nouar.in prag.5.de offic.Iuſtit.num.3.*, Sic in Regia Iuncta Officialium, quæ ſolet vniri pro grauibus delictis puniendis in noſtra Ciuitate, nec par ſententia profertur pro Reo, ſed dantur Adiuncti, teſtatur *Dom. Reg. Petra in ritu 265.num.55.pag.40.tom.3.* Imo in eadem Regia Camera practicatur, quod ſi lis ſit inter partes, abſque Fiſci intereſſe, non ſit ſeruanda *d. l.inter pares*, ſed in parilitate dantur Adiuncti; *Surgente de Neap. illuſtr. cap. 25.nu.28.Molfeſ.ad conſuetud. Neapol. par.10. quæſt.22.num 11.*, & refert obſeruatum in illa cauſa *Anell. de Amato conſl. 27.*, vbi in illa paritate fuerunt electi Adiuncti.

Sed aliter res poſceret, cum de iure communi Romanorum, præter *d.l.inter pares*, alia iura diſponunt, in pari cauſa pro Reo fore pronūciandum, excepta cauſa libertatis, vt in *l.Iunia, ff. de manumiſſio.*, & in *l.ſi pars, ff. de inoffic. teſtam.*, & S.Pontifex in illa ſua decretali, ſcilicet in *cap.fin.de ſent. & re iudic.*, exceptuauit etiam cauſas dotis, & matrimonii, in aliis verò, inter pares Iudices pro Reis ſemper paritatem concluſam iudicauit, vt tradunt vno ore *Petrus Faber in l.fauorabiliores ff.de reg iur., Barb.in cap.ex literis num.8. de probat., Pinell.in l.2 par.3 cap.4.num.43.C. de bonis matern., Alciat.in regul.3. præſ.6., & 39.aliiq.* In criminalibus ſcimus antiquos Romanos, in paritate votorum ſententias
30 iudicatas cenſuiſſe pro Reis, & hac lege cautum fuiſſe ſcripſit *Dionyſ.Halicarnaſ.lib.2.*, ex quadam benignitate in Reos adhibita, ex bono, & æquo recepta, quam miſericordiam publicam appellauit, *Quintil.declam.254.* vt teſtantur *Senec.in epiſtol.82.Reus* inquit *iudicis paribus abſoluitur*, & *Plutarch.in Caio Mario*, dixit: *Acerbiores erant in eum Iudices, poſtremò tũ præter opinionem abſolutus eſt, cum ſententiæ pares eſſent*, idemque tradit *Plutarch. de Catone Vticenſi.* Apud Grecos eundem morem viguiſſe, tradunt *Philoſtrat. in Ariſtocle lib.2. ſophiſto.Dio.lib.51.hiſtor.Demoſthen.* & alij apud *Petrum Fabrum lib.2.ſemeſtr.cap.vlt.& in d.l. fauorabiliores, Cuiac.lib.12.obſeru.cap.16.* vbi tradunt ità obſeruatum in Conciſtorio Deorum, nam Mars quia occidit Halirothenm Neptuni filium, qui Alcippę filię vim intulerat, paribus Reorum ſententijs in Areopago fuit abſolutus, quod explicans *D. Auguſtin. de Ciuit. Dei lib.18. cap.10.pag.332.* illius indicij rationem præbuit, dicens: *Quia vbi paris numeri ſententiæ fuiſſent, præponi abſolutio damnationi ſolebat*, & ità obſeruari in quampluribus Regionibus legimus, nam in Re-
21 gnis Hiſpaniarum per leges illius Regni ità fuit diſpoſitum, tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus actionibus, vt in *partit. til.22. l.18.* In Senatu Sabaudię fatetur, *Faber in C. til.de Senator.defin.2.nu.4.* De Senatu Luſitaniæ *Anton. de Souſa dec.70. in fin.* De Senatu Pedamontano *Theſaur.dec.1.n.3.& dec.107.à n.3. Anton.ab Eccleſ. lib.1.obſeru.for.17. à n.8. Franc.Marc.quæſt.5.n.4.part.1.*, & de alijs Auditorijs tradunt *Fontanell. de pactis nuptial. clauſ.4.gloſ.18.par.1.n.181., Alciat.lib.1.parergon cap.14., Caſtil.lib.7.de tertiis deb.cap 7.n.2.* alijque adducti à *Dom. Reg. Petra in ritu 265. n.55.circa fin.tom.3.* Ideò dicendum in omnibus ciuilibus actionibus, ità eſſe obſeruandum, vt demoſtrant *Cuiacius obſeru. lib.12. cap.16.& in commentar. lib.17. Paul.ad edict. l. inter pares, Tiraquell. de priuileg. cauſ.pia cap.147.in princ., Couarr.var.reſol.cap.16.n.3., Barboſ. in cap.fin. de ſent. & re iudic. lib.2. tit. 27.n.8.verſic.1.*, quod enim apud Athenienſes, & Romanos in criminalibus tantum vigebat, tempore Imperatorum, & Pontificum largius in ciuilibus ampliatum fuit, *in d.l.inter pares, & in cap.fin.de re iudic. & cap. ex literis de probat.* cum concordant, & ratione demoſtratur, quia in dubijs pro poſſeſſore eſt iudicandum, *l.3 cum concord. ff.de condit. ob turpem cauſ.*, & cum Reus ſit poſſeſſor, ideò in dubio pro Reo paritas erit amplecteoda.

Sed cur in noſtris Tribunalibus talia iura non obſeruantur? dicunt quidem maledici hoc introdnctum fuiſſe, vt tot populorum lites non ſic de facili terminentur, ſic ſuadente Principum politica, vt ſubditi tot litibus inuoluti, alias Regnantium actiones non ſcrutentur; Sed Statiſta iniquus eſſet, qui tale demoniacū brocardicum aſſerere non vereretur. Veritas enim eſt meo iudicio, cur in noſtro Regno facta parilitate votorū dantur adiuncti, quia ſcilicet cauſa dubia remanet, cum vtraq; pars æqualia ſuffragia reportauerit. Eſt enim Dubitatio, iudicio deficiente acceptio vtriuſque partis cum formidine, & ad neutrā partem determinatio, dixit *Ioſeph Langius in polyanthea in verb. dubitatio*, ideò cauſa anceps ſemper, & ambigua remanet, niſi fuerit determinata, quæ reſolutionem expectat, ne in alterutræ partis electione erretur, iuxtà illud *Tibull.lib.4.At non per dubias errant mea carmina laudes*, cum paria ſint non reſpondere, & obſcurè reſpondere, *l.de ætate, § nihil, ff.de interrog.actio. l.Titia, ff. de leg 1., Mantua ſing.203., Gayll.lib.1.obſeru.82.n.4. Nam quid intelligam, ſi tua peruerſa ſit oratio*, inquit *Scalig.exerc.88.ſectio.2., Io: Petrus Ala de Adnot.*

tas resultauerit, ad Proregem recursus habeatur pro dandis Adiunctis, hoc enim eadem ratione fuit ordinatum, quia quando in duabus Aulis fuit facta paritas, votū Præsidis insimul interuenit, semper enim ac vniuntur Aulæ, assistit noster Præses S.C., qui cum munus Iudicis elexit, non debet postea officium Præsidis in eadem causa exercere in nominatione Adiunctorum, sed ad Proregem recursus haberi debet, non sic in primo casu vnius Aulæ, vbi Præses non debet necessariò interuenire.

Alij vero Classici deducunt ex *d. pragm 41. n. 3. de offic. S. R. C.* nouam regulam, dicentes, quod si paritas fuerit facta inter Consiliarios vnius Aulæ, datio Adiunctorum spectat ad Præsidentem Sacri Consilij, si vero fuerit facta inter Consiliarios duarum Aularum, statuit *prag. n.*, vt ad Proregem spectet eligere Iudices non suspectos, vel aliquem, aut aliquos Regentes Collateralis Consilij deputare ad paritatem dirimendam; Sed hæc noua conclusio, nec etiam est vbique tuta, nam quo ad primam partem, repugnat *pragm. 1. nu. 6. de caus. decid.*, vbi si paritas fuerit lata ex voto Præsidis, etiam recurritur ad Proregem, vt possit de iustitia prouidere, vel dare Adiunctos, & tamen non agitur de paritate lata in duabus Aulis. Quod vero attinet ad secundam partem, vt quando paritas fuerit facta in duabus Aulis, spectet ad Proregem electio Adiunctorum, hoc fuit ordinatum, quia Præses interuenit in dicta vnione Aularum, vt supra dixi, non quia vnio Aularum hoc secum trahat, vt Adiuncti à Prorege dari debeant. Imò in illa vnione Aularū, vbi non interuenit Præses, si fuit facta paritas, nec etiam hodie posset dici, vt datio Adiunctorum ad paritatem dirimendam dari debeat à Prorege, vigore *d. pragm.*, & ratio est, quia *d. prag.* fuit emanata in anno 1533. quando in S. Consilio erant tantum duæ Aulæ, (vt legitur ex principio *d. pragm. 41.*, vbi S. Consilium, quod in vna Aula regebatur in duas diuidi præcipitur) ideò optima cum ratione fuit ordinatum, vt facta paritate inter Consiliarios duarum Aularum, ad Proregem spectet deputatio aliorum Iudicum, quia alij Consiliarij non aderant, quos Præsidens potuisset eligere, & electio aliorum Officialium Præsidenti nō subditorum, Proregi competit, qui est caput omnium aliorum Officialium, at hodiè cum in quatuor Aulas S. Consilium sit ampliatū, & maior numerus Consiliariorum sit auctus, dicerem proculdubiò ex mente eiusdem *prag.*, talem electionem Adiunctorum pertinere in omni casu ad Præsidentem, tàm si paritas fuerit facta in vna, quàm in duabus Aulis, dummodò Præses non interuenit in decisione causæ, suum votum præstando, vt supra dixi.

Nedum Præses S.C. dat Adiunctos Consiliarios vnius Aulæ, ad alteram Aulam, sed etiam

28 dat Adiunctos in Tribunali Regiæ Siclæ, si paritas inter duos Magistros Rationales d. Tribunalis orta fuerit, dixit *Surgente de Neapol. illustr. in addit fol 444. & seq.*, *Tasson. in pragm. de Antefato vers. 3. obseru. 3. num. 116. 5. 14.*, sed iste casus, vt non possit hodiè accidere, quia hodiernis tēporibus tale Tribunal est sublatum, dixit *Tasson. in d. obser. 3. n. 298.*, quia fuerunt vendita iura ponderum, & mensurarū Baronibus nostri Regni, qui nomine Regio iustitiam administrant, & solum in nostra Ciuitate vnus Iudex remansit, vt notauit *Tasson. loc. cit.* Sed non benè dixit *d. Tasson.*, quia licet in Regno non vigeat hoc Tribunal Regiæ Siclæ, sed Baronibus competit talis cognitio, adhuc tamen residet in hac Ciuitate, cum duobus Rationalibus, qui iustitiam administrant, & cognoscunt differentias ponderum, & mensurarum, qui si non sunt Doctores iurisdicti nē exercent cum assistentia Consultoris, sed quando sunt Doctores, ipsi soli absque Consultore iustitiam administrant, & faciliter possunt paritatem proferre, in quo casu cum hodiè possit paritas accidere, ideò datio Adiunctorum à Præsidente S. Consilij deputari debet.

Quando vero Prorex huius Regni erat rogatus

29 de Adiunctis, in illis casibus in quibus ad eum spectat prouisio, solebat Secretarius Regni annis elapsis cum suo peculiari rescripto Consiliarios Adiunctos assignare, sed fuit postea prohibitum per *pragm. 14. nu. 62. de Offic. Secretar. seu à Libell.*, & per Secretarium Iustitiæ solet hodiè expediri ordinatio.

In hac nominatione Adiunctorū, etiam PRÆSTANTIA cognoscitur in nostris Cōsiliarijs, respectu Adiunctorū aliorum Tribunalium, Nam de iure in istorum electione debet fieri

30 præceptum partibus, vt dent listam suspectorum, vt prouideri possit de non suspectis, hoc enim præceptum ordinari debet, quotiescumque agitur de dando Iudice, *Archidiacon. in cap statutum, §. Assessorem de rescript. in 6. post n. 14 vers. quidquid olim*, vbi etiam *Anton. de Butreo n. 3.* expressè *Bald. in l 1. post n. 1. C. de relatio*; imò secundum *text. in cap prudentiam, §. verùm de Offic. Deleg.*, in electione talis Iudicis debet esse consensus vtriusque partis, quod dixit *Cicero in orat. pro Cluentio*, per hæc verba: *Neminem inquit voluerunt maiores nostri, non modo de existimatione cuiusque, sed ne pecuniaria quidem de re minima esse Iudicem, nisi inter Aduersarios conuenisset*, vt referunt *Thesaur. dec. 255. n. 60.*, & *Vrsell. in esam. Apum. concl. 53. nu. 15. lib 1.*, ità vt dixit *Anna in singul. 15.*, quod Adiuncti dati nostro Sacro Consilio, vel Regiæ Cameræ sub iuramento possunt allegari suspecti, & sequitur *Vrsell. d. consl. 53. n. 39.*, maximè de iure Ca-

nonico, cuius vigore potest quilibet Iudex, tàm ordinarius, quàm Delegatus vti suspectus remoueri, & etiam in totum tolli *Gaill. obser.33.lib.1., Osach.dec.15.& dec.18.& dec. 84., Borgognin. in decis.* 28., ideò antiquitus obseruabatur in electione Adiunctorum, dari listam Consiliariorum inconfidentium Præsidenti S.Consilij, vel Proregi, vt asseritur in *pragm.4.§.1. de dilatio.* Sed quia electio Officialium pro administratione Iustitiæ, non debet pendere ab arbitrio Litigantium, & quodam modo indecens videbatur inconfidentiam allegare in personas tam Illustrium virorum, ideò talem abusum substulit d. nostra *pragm.4.§.1.de dilatio.*, & tantùm concessum partibus litigantibus aduertere Dom. Proregem, vel Præsidentem S.C., si aliquis istorum fuerit suspectus declaratus in ipsarũ causis, vt illum non eligant.ac etiam reseruatum fuit eisdem litigantibus eos vti suspectos allegare, si legitimam causam suspicionis proponant, vt in *d.pragm.4.§.1.*

Altera PRÆSTANTIA, qua decoratũ fuit nostrũ
31 S.Consilium à Carolo Quinto Cœsare pee
pragm.41.cap.3.de Offic.S.R.C., illa fuit, vt in dandis Adiunctis pro paritate dirimẽda, facta in causis duarum Aularum, teneatur Prorex huius Regni vnum, vel duos Regentes Regiæ Cancellariæ mittere ad Sacrum Consilium. Imò nedum in negotijs Iustitiæ nostri Consiliarij conueniebant insimul cum Regentibus Cancellariæ, sed etiam in negotijs Status, vt legimus in Capitulis, & Priuilegijs Neapolitanorum *fol.16.a.a terg.cap.*8., fateor, quod hodiernis temporibus hoc aspicimus mutatum, nam non solum Regentes non accedunt ad votandam paritatem in S.Consilio, sed ipsi Consiliarij se conferunt ad votandum in Collaterali Consilio, in quibusdam causis arduis, vt etiam testatur *Tasson. in pragm.de antefat.vers.3. obseru. 3. n.109.*, de quo conqueruntur nostri Consiliarij apud *Tasson.loc.cit.*, qui illos consortatur, dicendo, hoc non fuisse introductum in depressionem authoritatis nostri Supremi Senatus, sed ob solam commoditatem Dom.Proregis, vt coram ipso, & in suo Domo, vbi residet Collaterale Consilium, cũ suis Regentibus Collateralibus causæ decidantur. Mutatio enim loci quodam accidens extrinsecum est, nil aut parum conferens ad augumentum, vel diminutionem dignitatis. Sed rationem meliorem assigno à
32 nemine consideratam, cur hodiè non dentur Regentes Collaterales Adiuncti pro resoluandis paritatibus factis in causis S.Consilij, & dico hoc recessisse ab vsu, non quia dedignãtur ibi se conferre, sed quia cessauit ratio, qua motus fuit noster Monarcha Carolus Quintus, ad id ordinandum, nam in dicto anno 1534., quo fuit emanata *d.pragm.41.*, regebatur Sac. Consilium per octo Consiliarios in duas Aulas diuisos, vt exprimitur in *ead.prag.41.n.1.*, quando ergo parilitas in duabus Aulis resultabat, nõ aderant alij Cõsiliarij, qui poterant nominari Adiuncti, quia omnes interuenerant in d.duabus Aulis, vbi fuit facta paritas, ideò statutum fuit per *d.pragm.*, vt teneatur Prorex pro dissoluenda dict. paritate, vnum, vel duos Regentes ad S.Consilium mittere, dum posteà in sequentibus annis, fuit auctus numerus Consiliariorum, scilicet in anno 1534. bini fuerũt additi, in anno 1568. alij terni, & in anno 1597. alij quini designati, qui omnes numerum viginti hodie componunt, assistentes in S.C., vt demostraui supra in *Præst.8. nu.11.*, cessauit proindè necessitas deputandi istos Supremos Magistratus pro dissoluendis paritatibus, & etiam recessit eiusdem *pragm.* obseruantia, & introductum committi eisdem Consiliarijs aliarum Aularum illarum definitiones.

§. PRIMVS.

Continuatur materia Adiunctorum in paritate votorum.

SVMMARIVM.

1 *Præses S. Consilii potest cum suo voto dirimere paritatem coram eo factam, & quando.*

2 *Prorex huius Regni in pari voto potest concurrere in sententiam sibi melius visam, & dirimere paritatem; & exemplum traditur.*

3 *Votorum paritate facta, sententia proferebatur in nostro S.C. pro ea parte, cui votum præstitit Præses S.C., sed nostra pragm.1. de caus. decid. hoc abstulit.*

4 *Votum Præfecti Prætorio valet pro duobus.*

Papinianus fuit Præfectus Prætorio, ob eius excellentem doctrinam.

5 *Locumtenentis Regiæ Cameræ votum, pro vno voto reputatur.*

6 *Proregis votum pro vno simplici voto numeratur, quando in Collaterali Consilio, vel in Regia Camera Summariæ votare vellet.*

7 *Votum Præsidentis S.C. pro vno reputatur, de iure Regio Hispaniarum.*

8 *Præses S.C. in paritate votorum in causa capitali, debet inclinare in benigniorem partem cum suo voto.*

Regis voto, nemò vltimum supplicium debet substinere.

9 *Adiuncti dati in paritate votorum, possunt vota diuersa pronunciare ab aliis votis datis, & num.13.*

10 *Iudices Regni Galliæ dati Adiuncti pro tollenda paritate, coguntur descendere in alterutram opinionem per Constitutionem illius Regni.*

11 *Iudex non debet cognoscere, si eius Collega bene,* vel

vel malè iudicauit, ſed tantùm pronunciare id, quod ſentit iuſtum coram Deo.

12 *Iudex in cauſa dubia poterit mediam viam eligere, iuxtà morem ruſticorum.*

14 *Iudices Adiuncti debent votare ſuper deductis tantùm in proceſſu.*

15 *Paritas ſecunda ſi reſultauit in eadem cauſa poſt primam paritatem, quid agendum.*

Iudex, ſiuè Ordinarius, ſiuè Delegatus poſtquā iudicauit, functus fuit officio ſuo.

16 *Iudices dati Adiuncti, qui dirimerunt paritatem in cauſa principali, debent nouam paritatem ortam ſuper incidentibus dirimere.*

Iudex datus in cauſa principali poteſt ſuper acceſſoriis ſe intromictere.

17 *Vota debent omninò emictere Iudices Ordinarii, licèt vltimi ſint in votando, & cognoſcant cum eorum votis facere ſententiam.*

18 *Vota non poſſunt mutari facta paritate.*

19 *Paritas fauore litium finiendarum facta in S.Conſ. ſuper concluſione proceſſus, iudicatur ad fauorem actoris, & non dantur Adiuncti.*

SI autem Præſes noſtri Supremi Senatus
reperiatur præſens in illa Aula, vbi Con-
1 ſiliarij pares numeri exiſtentes fecerint
paritatem votorum, & vellet dirimere pari-
tatem cum ſuo voto, poſſet vtique, & præua-
lebit ea pars, cui ipſe adheſit, ſi cum ſuo vo-
to componat maiorem numerum, ità ob-
ſeruari in noſtro Senatu; teſtatur *Franch. de-
ciſ. 252. num. 5.*, proùt etiam idem obſeruari
in Luſitania, per leges Ordinamentorum fa-
tentur *Cabed. deciſ. 6. num. 3.*, *Themud. part. 1.
in præfat. num. 36.*, *Pegas ad Ordin. Portugal.
lib. 1. tit. 1. gloſ. 67. num. 1.*, & vbique ità debe-
re practicari fundant *Theſaur. deciſ. 1. num. 4.*,
Azeued. ad Curiam Piſan. cap. 17. lib. 2., *Curia
Philippica par. 1. §. 1. num. 24. & 28.*, vide *Pheb.
deciſ. 67. num. 7.*, *Maſtrill. deciſ. 18.*, *Creſpi ob-
ſeru. 112. num. 40.*, *Valenzuel. conſil. 184*, *So-
lorzan. in politic. india. lib. 5. cap. 8 pag. 819. &
lib. 4. cap. 14. pag. 622.* Sed intellige, quando
ipſe Præſes fuit præſens in deciſione Cauſæ,
& pro eius deciſione fuit facta paritas coram
ipſo, in hoc enim caſu poterit vltimo loco
ſuum præbere votum, & cauſam determina-
re, atque paritatem dirimere, ſed quando
non fuit præſens in illa Aula, in qua fuit à
Cōſiliarijs facta paritas, in pronunciāda ſen-
tentia, etiam dictus Præſes facultatem habet
decidendi cauſas, ax *l. ſpurii, ſ. priuilegis, ff. de
Decurionibus*. Sic etiam Prorex in pari voto
2 poteſt concurrere in ſententiam ſibi melius
viſam, vt fatetur *Franch. d. deciſ. 252. num. 6.*
Sed hoc nunquam vidi obſeruatum, vt ipſe
ſolus abſtulerit paritatem cum ſuo voto, quod
præbere vellet illi cauſæ, ſed obſeruatur, vt
ipſe Præſes ad petitionem partis, concedat
tres alios Conſiliarios aliarum Aularum vel
Adiunctos, & proindè dixit *Cabed. in d. deciſ. 6.
num. 3.*, quod licet Rector iuſtitiæ poſſit da-
re votum in paritate votorum per leges ipſius
Regni, nunquam tamen fatetur ſe vidiſſe
obſeruari, vt votum dediſſet in paritate illo-
rum, quod voluit dicere in illo caſu, quando
coram eo cauſa non fuit diſcuſſa, nec coram
eo paritas fuit facta, ſicut etiam fatetur idem
Franch. d. deciſ. 252. num. 6., vnquam fuiſſe ob-
ſeruatum ſuo tempore, vt Prorex in pari vo-
to dirimerit paritatem cauſæ, coram eo di-
ſcuſſe, ſed quod ſoleat dare alios Adiunctos,
vel aliud nouum decretum præcipere, vt in
anno 1690. fuit obſeruatum in cauſa Giorgi
Sepe Caſalis Afragolæ, inquiſiti de falſitate
fidium Bancorum, cum ſcientia ab eo eſpen-
ſarum, & alijs delictis, nam per M.C.V. cum
fuerit factum decretum pro tortura acri, ab
iſto decreto Regius Fiſcus petiit recurſum
ad Collaterale Conſilium, dum M.C. proce-
debat vti Delegata, & cauſa diſcuſſa in Colla-
terali Conſilio, ſuper ea fuit facta paritas vo-
torum inter Regentes Collaterales, nam tres
iudicarunt pro tortura, & reliquī tres pro
morte, ſed Comes de S. Stephan, tunc Prorex
huius Regni, cum ſuo nooo voto diremit pa-
ritatem, & ſuo reſcripto eum ad remigan-
dum ad Regias Triremes ſua vita durante
condemnauit.

Si vero Præſidens S. Conſilij fuerit præſens in
diſcuſſione cauſæ, & votum emiſit pro eius
deciſione, ex cuius voto fuerit facta pari-
tas, hoc caſu Præſes Supremi Senatus hanc
præminentiam habebat in noſtro S. Conſilio,
vt in hac paritate votorum proferebatur ſen-
3 tentia pro ea parte, pro qua Præſes ſuffragium
præſtitit, vt fatetur *Franch. dict. deciſ. 252.
num. 5.*, & refert eadem *pragm. 1. num. 6.
de cauſis decid.*, proùt in Senatu Pedamonta-
no dicit etiam obſeruari, *Theſaur. deciſ. 1. n. 4.
& 5.*, *Thor. in comp. deciſ. tom. 1. verb. votorum
paritas pag. 581.*, aſſignat rationem *Pegas ad
Ordin. Portugal. lib. 1. n. 1. Gloſ. 67.*, quod ideò
in æqualibus votis illa pars votorum præua-
let, cui adheſit votum Præſidis Supremi Sena-
tus, quia ſcilicet votum Præfecti Prætorio va-
4 let pro duobus, ob peculiarem prærogatiuam,
quam conceſſit Imperator Papiniano Præfe-
cto Prætorio, vt legitur in *l. 1. C. Theodoſiani
de reſpon.*, *prudentum* per illa verba: *Vel ſi
numerus æqualis ſit, eius parti ſuccedat authori-
tas, in qua excellens vir Papinianus emineat,
qui vt ſingulos vincit, ità cędit duobus*, vt refe-
runt etiam *Surgente de Neapol. illuſtr. cap. 25.
num. 28. verſic. quam prærogatiuam*, *Reg. Rouit.
in d. pragm. 1. de cauſ. decid.*, *Panciról. de Clarit
leg. interpr. in vita Papiniani*, *Theſaurus d. de-
ciſ. 1. num. 5.*, *Ricc. collet. 316.*, *Maſtril. dec. 18.*,
Creſpi obſer. 10. num. 44. & obſer. 112. num. 22.,
& ex noſtris *Nicolaus Topius de origin. Tribu-
nal. part. 2. lib. 2. cap. 2.*, vbi ſatis laborioſè, &
doctè Papiniani laudes recenſet, ac etiam in-

re de ipſo alloquentia, vbi multa epiteta, quibus Imperatores illum honorarunt enumerat; Sed in hoc noſtro Regno contrariam praxim obſeruamus, nam in noſtro Senatu votum Præſidis pro vno voto numeratur, & ſi in paritate votorum illa præualet ſententia, quam Præſes amplectitur, hoc euenit, quia ille ſententia cum voto Præſidis fuit lata cum maiori numero votorum, ideòque obſeruande, etenim ſi votum Præſidis vim, & robur haberet duorum votorum, confuſiones multæ aſpicerentur, atque tota cauſarum victoria à ſuo iudicio penderet, quod æquum viſum non fuit noſtris Regibus, ideò *pragm.* prædictam ſtatuerunt, quæ eſt *prima ſub titulo de cauſis decidendis*, vbi priùs refertur hæc ſumma præeminentia, qua gaudebat noſter Præſes, quod in paritate votorum ſententia proferebatur in fauorem eius partis, pro qua Præſes ſuum votum dixit, ſed hoc Prorex abrogauit, & iuſſit, vt fieret relatio Domino Proregi, vt poſſet dare Adiunctos; Et nec
5 etiam in Regia Camera, ſi fiat paritas, profertur ſententia in fauorem illius partis, in quam inclinauit votum Locumtenentis, qui eſt caput illius Tribunalis, dixit *Reg. Rouit. in d. pragm. 1. num. 3.*, ſed ſententia profertur pro Reo. Proùt Prorex huius Regni in Colle-
6 terali Conſilio, vel in Regia Camera Summariæ, ſi votare vellet, vnum votum tantòm heberet, fatetur *Surgente de Neapol. illuſtrat. cap. 19. num. 8. circa fin.*, & ità in Regnis Hiſpaniarum de iure Regio, votum Præſidentis
7 pro vno voto reputatur, dixit *Hermoſilla in addit. ad Gregor. Lopez ad gloſ. 2. nu. 91. pag. 10. tom. 1.*, ſed aliter obſeruatur in Regno Aragonum, vbi per legem ſpecialem illius Regni fuit ſancitum, vt in paritate votorum præualeat ille pars, in qua ſuum votum Præſes emiſit, fatetur *Creſpi de Valdaura obſeru. 10. num. 43. & 44.*

Aduertant autem Præſides Supremi Senatus, vt in paritate votorum in benegniorem partem inclinent, ipſi enim Regem repreſentant, qui
8 in cauſa capitali, ſi vota ſint æqualiter inter ſe contraria, debet inclinare in illorum ſententiam, quæ Reum abſoluit, vel mitius illum puniuit, dixit *Pegas d. gol. 67. n. 5.*, tradens exempla Iouennis 2. & 3. Luſitanie Regum, qui ſemper affirmabant, ob votum Regis neminem vltimum ſupplicium debere ſubſtinere, & ità pluries in ſuo Senatu fatetur obſeruatum fuiſſe, hanc autem doctrinam, non ſemper vidimus amplexam à Spectabili Præſide noſtri Supremi Senatus D. Felice Lanzina Vlloa, qui ob zelum iuſtitiæ ad publicum regimen conſeruandum, in ſeruitium noſtri Monarchæ, ſolet de facili rigorem in cauſis capitalibus obſeruare, & in dubijs, atque contrarijs paritatibus fiſci partes ſubſtinere, proùt hoc menſe Septembris 1698. euenit, nam dum fuerit ad pœnam mortis condemnatus, quidam Ruſticus nuncupatus Carmine de Martino Caſalis Cardeti à M.C. Vicariæ, ob homicidium commiſſum in perſonam Agnelli Pezzella, appellauit ad S.C., & propoſita cauſa, & latè diſcuſſa coram quatuor Conſiliarijs, nempè Dom. D. Franciſco Raitano Commiſſario, & Dom. D. Petro Antonio Ciauari, D. Petro Meſſones, & D. Federico Caualerio, cum aſſiſtentia eiuſdem Præſidentis S.C., fuerunt vota diuiſa, nam duo iudicarunt pro morte, & reliqui duo pro triremibus vite durante, ſuperuenit votum Præſidentis S.C., & concluſit cum illis duobus votis pro morte, proindè fuit in dicto menſe laqueo ſuſpenſus.

Aduerte tamen, quod iſti Iudices Conſiliarij dati in paritate votorum, poterunt eorum vota, ità liberè pronunciare, vt ſi quodlibet vo-
9 tũ ſit omninò diuerſum ab alijs votis datis, nil officiat, ità determinauit totum S.C. ſub die 2. Iunij 1610. in cauſa tunc agitate inquiſitionis Marci Anelli Starace, condemnati ad mortem per M.C.V., qui cum appellaſſet ad Sac. Conſilium, fuit facta paritas votorum, nam aliqui Conſiliarij votarunt pro confirmatione ſententiæ, reliqui vero ad pœnam remigationis vita durante, at pro dirimenda paritate tres alij Conſiliarij Adiuncti dati fuerunt, quorum vnus ipſorum ſe conformauit cum votò mortis, alter cum voto condemnationis ad Triremes, & vltimus fecit votum totaliter diuerſum, ſcilicet pro torture, & cum apparuerit talis caſus nouus, veteris temporibus non occurſus, fuit dubitatum, an ipſe tertius votum ſic diuerſum emittere potuiſſet, an vero pernecеſſe ſe conformare, ſeù adherere debuiſſet vni ex alijs votis, & fuit deciſum per totum S.C. poſſe prædictos Conſiliarios Adiunctos in cauſis prædictis præbere votum, proùt melius videbitur, abſque obligatione adherendi vni voto iudicum antecedentium, vt refert *Taſſonus in pragm. de anteſato verſic. 3. obſer. 3. num. 116. ſ. 14.*, & refert etiam *Thor. in comp. deciſ. par. 3. tom. 1. in verb. Adiuncti Iudices pagin. 618.*, *Danza de pugna Doctor. tom. 3. tit. de votis cap. 5. num. 9.*, *Conſiliar. Altimar. ad deciſ. 52. ſ Rouit. num. 12.*, & licet contrarium iudicatum referat *Papon. 4. arreſto 6. cap. 30.*,
10 quod ſcilicet illi alij Conſiliarij cogantur deſcendere in alterutrem opinionem, quæ maiori numero vincit, cui ſententie conferunt, quæ dixit *Bald. in l. 1. C. qui teſtam facere poſſ.*, ſed hoc quod dixit *Papon.* procedit in Regno Galliæ, ex particulari Conſtitutione *Ludouici XII. articulo 32.*, & ideò nil officit propoſite concluſioni.

Non enim tenetur Iudex cognoſcere ſi benè, vel
11 malè eius Collega iudicauit, ſed debet dare votum ſecundum id, quod ſentit iuſtum coram

ram

ram Deo, *Muta in pragm. Sicil. tit. 2. pragm. 7. num.* 25., ideò si viderit articulum esse valdè dubium, vt communis opinio perscrutari nõ possit, & rationes sint pro vtraque parte du-
12 biç, poterit mediam viam eligere, *Boer. decis. 149. num. 2.*, & idem priùs dixit in *dec. 42. in fin. num. 30.*, quod Iudex laudatur, quando mediam viam eligit inter opinionum diuersitatem, iuxtà morem rusticorum per mediũ diuidentium, secundum tradita per *Glos. in l. Nesenius, ff. de neg. gest.*, & tradit etiam *Thesaur. decis.* 89., *Molfes. ad Consuet. Neapol. part. 10. quæst. 22. num. 22.*, & ità in præsenti materia obseruatũ, & iudicatũ fuit per Collaterale Consilium, votantibus vigintitribus Officialibus Collateralis, & Sacri Regij Con-
13 silij, Regiæ Cameræ Summariæ, & M.C.V., vt possint Adiuncti pronunciare votum neutrale, non tendens in affirmatiuam, neque negatiuam, refert *Thor. in comp decis. tom. 3. part. 1. verb. Iudices Adiuncti pag.* 618., & hoc casu mitius votum erit exequendum, tradit idem *Thor. in compen. tom. 3. part. 3. verb. vota triplicis pag.* 435. Sed licet Adiuncti possint votum diuersum ab illis priùs pronunciatũ dicere, attamen tantùm debent votare super
14 illis, quæ sunt in processu deducta, tempore quo primi Iudices votauerunt, *Franch. decis. 513.*, *Muta in prag. Sicil. tom. 1. tit. 2. prag. 7. num. 28.*, *Thor. in comp. decis. tom. 1. in verb. Iudices noui pag. 294 & tom. 3. part 1. verb. Iudices Adiuncti in med. Muscatell. in praxi S. Cons. lib. 1. part. 4. glos. & similia in addit. lit. C.*, *Riccius in collect. decis. 620.*, *Consil. Altim. in obseru. ad decis. 52.*, *Ronit. num. 13.*, licèt contrarium dixerit *Danza de pugna Doctor. tom. 3. tit. de votis cap. 1. num. 9.*, sed non benè, quia tale iudicium non est ordinarium, sed summariæ cognitionis, quod debet regulari à deductis tempore prolationis sententiæ, non ex scripturis, quæ forsan de nouo proponerentur, solùm hoc limitant in Fisco, quo casu, si Votantes fuerint in pari voto, sententia nondum lata, potest nouos testes producere, *Sanfelic. decis. 23.*, ità iudicatum refert, & sequitur *Danza d. cap. 1. num. 20.*

Sed quid dicendum, si post primam votorum
15 paritatem, secunda paritas in eadem causa resultauit, *Thor.* refert practicatum, & decisum in Collaterali Consilio in anno 1613. causam esse compromittendam in idem Sac. Consilium, vt in *comp. decis. tom. 1. in verb. votorum paritas pag.* 581, sed quia hodiè per Regias ordinationes prohibitum est compromitti in Sacrum Consilium, ideò videndum, quid de iure sit dicendum. Et certum est, quod Iudex, siuè Ordinarius sit, siuè Delegatus, postquam iudicauit functus fuit suo officio, siuè validam, siuè inualidam sententiam tulerit *Abbas in cap. literis num. 3. de offic. & potest. Iud. Deleg.*, *Franch. decis. 328. num. 2.*, & de Delegato, vt si inutilitèr iudicauit, nequeat iterùm vtiliter iudicare, notatur in *l. Iudex posteaquam, ff. de re iudic.*, latè *Tiraquell. in l. boues, §. hoc sermone lim 1. num. 40.*, *Marant. vbi supr. num. 51.*, & dicitur extincta sua iurisdictio per prolationem sententiæ, proùt idem dicit procedere *Reg. Ronit. in decis. 52.*, si à decreto lato per Adiunctos datos ad dirimendam paritatem fuerit reclamatum, vel dictum de nullitate, vel petita restitutio in integrum, vt nõ debeat talis reuisio fièri cum eisdem Adiunctis, nec valeant ampliùs interuenire in eis, quæ opponuntur aduersus prædictum decretum, proùt semper fuisse obseruatum, testatur *loc. cit. num. 2. versic. Aliqui*, per dictũ vulgatum *text. in l. Iudex, posteaquã*. Sed dicerẽ, quod ista allegata licet vera sint, attamen sententia nõ dicitur prolata per istã nouam paritatem, sed adhuc omnia stant in pendenti, donec conclusio resultet, & illa ratio, quæ præualuit ad dandos Adiunctos, etiam concurrit ad dationem istorum nouorum Adiunctorum in hac noua paritate, vt isti noui Adiuncti præstent sua suffragia, insimul cum omnibus alijs Iudicibus, qui
16 vota dederunt. Sed quid, si sedata paritate super causa principali, vel aliquo incidenti per Consiliarios Adiunctos, denuò super alio incidenti eiusdem causæ noua insurrexerit paritas, an sit resoluenda per eosdẽ Consiliarios Adiũctos, vel per alios nouos Iudices, & dico, quod in hoc casu possint allegari rationes supra expresse, vt predicti primi Cõsiliarij per decisionem paritatis fuerint functi eorum officio, proindè, vt non possint iterùm nouam paritatem dirimere, sed veritas est, quod illimet Iudices, qui primam paritatem dirimerunt in causa principali, debeant istam nouam paritatem super nouo incidenti factam definire, & ratio est, quia ista incidentia sunt accessoria causæ principalis, & Iudex datus super causa principali, potest postea super accessorijs se intromittere, *Abbas in cap. de prudentia num. 8. de donatio. in ter uir.*, ideò delegata causa principali censetur delegata etiam causa accessoria, & connexa, *Maranta in specul. part. 4. distin. 6. n. 31.*, proindè Iudex Delegatus in causa spolij, potest cognoscere de causa restitutionis, quia videtur hoc tacitè sibi commissum, *Abbas in cap. conquestus n. 14. de restit. spolia.*, & de omnibus, quæ veniunt accessoriè ad accessoria, idem *Abbas in cap. prudentia, §. si vero num. 2. & 4. de Offic. Deleg.*, sicut in præparatorijs, Iudex qui iudicauit, debet etiam iudicare in causa principali, per *text. in l. minor a 5. annor. ff. de euictio.*, concludit *Mastrill. decis. 129. num 8.*, & cum hic casus euenerit in anno 1627. in causa Agustini Centurionis, vbi sedata causa paritatis in vno incidenti, alia insurrexit super nouo incidenti, & cum per vnam partem litigantem fue-

fuerit obtentum, vt duo noui Consiliarij Adiuncti interuenissent, altera pars conquesta de istis nouis Adiunctis, obtinuit à Collaterali Consilio, vt illi primi tres Adiuncti in hoc secundo incidenti interuenirent, refert *Thor. in compend. decis. tom. 3. part. 1. verb. Iudices Adiuncti pag. 620.*

Caueas autem à *Surgent. de Neapol. illustr. cap. 27. num. 46.*, vbi dixit posse illum Iudicem, qui
vltimum suum votum præbet post alios, nu-
17 mero æqua lancè pares, recusare suum votum
propalare, quia in quamcumque partem inclinat, facit sententiam, & concludit debere nouos Adiunctos petere, prout testatur fecisse Regentem Reuerterium, tempore gubernij Proregis Ducis de Alcalà, sed hoc apud nos hodiè non obseruatur, nam cum annis elapsis fuerint dati in quadam causa capitali tres Consiliarij Adiuncti, ad dirimendam paritatem latã à Mag. Curia, duo Consiliarij discordes fuerunt, singuli ipsorum approbantes vniuscuiusq; cetus paritatẽ; Tertius vero Consiliarius votum mortis approbauit, & fuit emanata sententia capitalis, absq; vllo scrupolo petiendi nouos Adiunctos, præterquamquod si benè perpendatur, *Surgente loc. cit.*, loquitur de Iudice dato vti Adiuncto, non de Iudice Ordinario, per illa verba: *Nouos Adiũctos petere*, Iudex enim Ordinarius, si cognoscit suum votum facere sententiã, nõ ideò debet petere Adiunctos, sed in nostris Tribunalibus indistinctè Iudices promulgant suum votũ licet vltimi sint, & cognoscant cũ eorũ voto cõplere sentẽtiã; Et sicut nõ debent Iudices recusare sua vota impartiri, ità etiam
dicas non debere esse faciles ad vota mutan-
18 da, facta parilitate votorum, vt de stylo no-
stri Sac. Consilij affirmat *Reg. Tapia in dec. 12. num. 20., Senatus Italiæ*, licèt aliter dicat obseruari in Supremo Castellæ Senatu, & sequitur *Consil. Altimar. in obseru. ad decis. 52., Rouit. num. 10.*, non enim est nouum, vt quælibet prouincia suo proprio dictamine viuat. Nec iuuat obicere, quod vota non habeant vim sententiæ, per tradita per *Afflict. decis. 303., Franch. decis. 185., Reg. de Ponte consil. 60. num. 24., Fabius de Anna consil. 61. num. 68.*, ideò vota posse mutari, dixit *Afflict. decis. 58. num. 9.* Nam respondetur, quod hoc procedit, quando vota fuerunt tantùm prolata absque conclusione facta inter Collegas, & procedunt tradita per me supra in *Praæst. 12. §. vnic. n. 12.*, sed facta paritate inter Iudicãtes, secus dicas, quia dicitur, quo ad eos causa conclusa, licèt quo ad partes exequtio suspensa, talis enim parilitas votorum, licèt non pariat sententiam, attamen facit acquirere ius vtrique parti, vt possit sperare à Principe, ad sui commodum illam fore resoluendã, vel per alios Iudices definiri, ideò dici poterit, quod vtraqua pars sibi ius aliquod acquisiuit, cum de facili possit Princeps alterutram partem confirmare, propterea allegari poterit dispositio nostræ *pragm. 13. §. idem quod causa de Offic. S. R. C.*, qua sancitur, vt facta votorum conclusione, non possit illorum substantia mutari, Principe Inconsulto, & consequentèr erit dicendum, vota prolata non posse innouari arbitrio Iudicantium, donec determinatio sequatur.

Limita in vno casu antecedentem conclusio-
nem, vt facta paritate in S.C. nil dicatur de-
19 finitum, sed debeant dari Adiuncti, vt non
procedat fauore litium finiendarum, & esset casus, si fuisset facta paritas in causa præliminari, super reintegratione Nobilitatis ad aliquod ex nostris Sedilibus huius Ciuitatis Neapolis, quæ solet agitari in Sac. Consilio, ad finem considerandi, si talis Senatus reperiatur accinctus pro decisione causæ, iuxtà solitum definienda in Collaterali Consilio, talis inquam paritas, si fuerit facta inter Consiliarios duarum Aularum, quæ conceduntur in tali causa Nobilitatis, vt supra dixi, dicitur resoluta ad fauorem actoris, qui litem proposuit contra Sedile, putà si quinque Consiliarij ex dictis Aulis pronunciarunt se accinctos, idest litem esse instructam, vt possit proponi in Collaterali Consilio, alij quinque censerent contrarium, scilicet litem non esse instructam, vt possit definiri, sed vlterius esse deliberandum, in hac paritate dicas, ob fauorem litium finiendarum, debere præualere illorum sententiam existimantium litem decidi posse, & cum istorum voto causa determinari poterit, vt tradit *Papon. 4. arrest. 6. cap. 26.*, quod approbauit *Dionisius Gothofredus in praxi ciuil. lib. 1. tit. 9. de Senator pagina 504. in tit. An Iuratus Curia habeat officium de publico.*

§. SECVNDVS.

Continuatur Materia Adiunctorum.

SVMMARIVM.

1 *Adiuncti debent peti infrà tempus quindecim dierum post factam conclusionem in causa.*

2 *Appellari, vel reclamari non potest à prouisionibus super datione Adiunctorum.*

3 *Adiunctorum petitio non impedit cursum causæ.*

4 *Adiuncti dati ad aliam Aulam, vel aliud Tribunal debent in dicto Tribunali accedere vbi adiunguntur.*

5 *Adiuncti Consiliarii si accedant ad aliud Tribunal*

bunal, puta Regiæ Cameræ in ſolito loco ſedent, licèt vltimi ſint ad votandum, & cur.
Adiuncti non poſſunt procedere niſi inſimul interueniant Iudices Ordinarii.
7 *Adiuncti non poſſunt congregari, quando Tribunal non eſt integrum, & quando hoc procedit.*
8 *Adiuncti dati ad ſupplendum numerum votantium, differunt ab illis datis ad dirimendam paritatem, & quomodo.*
Adiuncti dati ad dirimendam paritatem, debent tantùm interuenire in decretis definitiuis non interloquutoriis.
9 *Adiuncti ſi moriantur, an Iudices quibus dati fuerunt poſſint procedere in cauſa.*
10 *Iudicis Delegati abſentia reddit actum nullum, etiam ſi maior pars aliorum interueniat.*
Iudices Adiuncti dati, an cenſeantur Delegati, vel Ordinarii.
11 *Iudices Delegati dati Adiuncti Iudicibus Ordinariis, ſapiunt naturam Iudicum Ordinariorum.*
12 *Delegata cauſa Iudici Ordinario, non dicitur Iudex Ordinarius Delegatus.*
13 *Iudices dati Adiuncti alicui Tribunali, reputantur Ordinarii de iure noſtri Regni.*
14 *Iudices dati ad dirimendam paritatem, ſi vnus deficiat non poterit cauſa decidi.*
15 *Adiuncti non dantur, quando vota ſunt diſſonantia.*
16 *Sententia eſt reducenda ad minorem ſummam, ſi Iudices ad diuerſas ſummas condamnarunt.*
17 *Iudices ſi diſcordes ſint in pœnis infligendis, quæ ſententia ſit exequenda.*
18 *Adiuncti, vel vnio Aularum ſi fuerit in prima inſtantia petita, & denegata, an in ſecunda inſtantia concedi debeat.*
19 *Vnio Aularũ debet concedi in prima inſtantia, quando cauſa excesſerit ſummã duc. biſmille.*
Præſidentis S.C. arbitrio remittitur, concedere Adiunctos, vel Vnionem Aularum in prima inſtantia.
20 *Appellationis cauſa dicitur eſſe eiuſdem naturæ, ſicut cauſa principalis.*
Appellatio ad præſidiũ innocentiæ fuit conceſſa.
21 *Vnio Aularum an concedi poſſit in cauſis reſtitutionum in integrum, vel nullitatum, quando cauſæ principales fuerunt deciſæ in vna Aula.*
22 *Reſtitutio in integrum eſt ſpecies appellationis.*
Reſtitutio in integrum quando petitur, debet noua cauſa allegari.
23 *Nullitatum propoſitio eſt diuerſa à remedio appellationis.*
24 *Paritas votorum ſi fiat in Regiis Audientiis noſtri Regni, non dantur Adiuncti, ſed cauſa cõmittitur alicui Iudici M.C.Vicariæ, eligendo à Dom. Prorege.*
25 *Votorum diſcordia ſi euenit in Rota Romana, non dantur Adiuncti, ſed cauſa reuidetur ab eiſdem Auditoribus.*
Cardinalibus Delegatis poſſunt dari Adiuncti.
26 *Votorum æquali diſcrimen ſi eueniat in ſeſſionibus Electorum, ſeu Decurionum, Gubernatorum Arrendamentorum, vel Eccleſiarum noſtræ Ciuitatis Neapolis, non dantur Adiuncti, ſed recurritur ad Proregem huius Regni, vt illud reſoluat, & exemplum refertur.*

VT plurimum accidit, vt Conſiliarij dentur Adiuncti, non ad dirimendas paritates, ſed ad ſupplendum numerum votantium, pro principali deciſione alicuius cauſæ grauis, vel nodoſæ, articulis iuris ſatis intricatę, ad partium inſtantiam ordine noſtri Proregis, aut Spectabilis Præſidis S.Conſilij, quæ de cauſa ſe conferunt ad aliam Aulam noſtri Senatus, vbi cauſa agitur, vel aliquando dantur Adiuncti ad Tribunal Regiæ Cameræ, pro aliqua cauſa grauiſſima decidenda, ideò placuit aliqua adnotare circa frequentes caſus, qui occurrunt in prædictis deciſionibus cauſarum, cum Adiunctis faciendis.

Et primo aduerte, quod tales Adiuncti non poſſunt peti, niſi infrà tempus quindecim dierum, poſt factam concluſionem in cauſa,
1 ſed ſi defectus Conſiliariorum ſuperuenerit poſt quindecim dies, debent peti Adiuncti infrà alios dies quindecim, numerandos à die defectus Conſiliariorum, ità ſtatuit noſtra *pragm. 4. ſ. 3. de dilatio.* Ab iſtis autem prouiſionibus ſuper datione Adiunctorum, non poteſt appellari nec reclamari, aut de nullitate
2 opponi, etiam ſi ex eiſdem actis appareret grauamen, diſponit *d. prag. 4. ſ. 5.* Imò ob petitionem dictorũ Adiunctorum non impeditur curſus cauſæ, nec eius expeditio, licèt partes
3 reſcriptum porrexerint Regi, vel Proregi, aut Præſidenti S.C., vel obtinuerint decretationem, quod intimetur parti, vel quod relationem faciat aliquis Regens Collateralis Conſilij, dicit *d. pragm. 4. ſ. 6.*

Secundo aduerte, quod Conſiliarij ſi dantur Adiuncti ad aliam Aulam, vel ad aliud Tribu-
4 nal, putà Regiæ Cameræ &c., debent in dicto Tribunali, vel Aula accedere vbi adiunguntur, ratio conſtat ex ſupradictis, quia Adiunctum recipit illius naturam cui adiungitur, per cit. *text. in l. ſed & ſi ad liciatur, ff. pro ſocio, Ganauerr. d. deciſ. 6. num. 6.*, & eſt ità certum, vt ſententia quæ promulgatur, profertur ſub nomine Tribunalis cui adiunguntur, *Gratian. & Ganauerrus d. dec. 7. n. 8.*

Aduerte tertio, quod quando ob paritatem votorum in S.Conſilio, vel Regia Camera, aliiſq;
5 Vicariæ Tribunalibus, aliqui ex Viceregis iuſſu adiunguntur, iſti Adiuncti vltimo loco ſuas ferunt ſententias, nulla habita ratione de eorum antiquitate, aut Tribunalis cuius

Tribunali Regiæ Cameræ, non obſeruetur diſpoſitio *d. tex. in l. inter pares ff. de re iudic.*, nam in S. Conſilio dantur adiuncti, vt ſup. dixi. In M. C. Vicariæ, nec etiam ſententia profertur pro Reo, ſed dantur Adiuncti, vt dixi *ſup. num. 13.*, Sic etiam in Supremo Collaterali Conſilio idem vſus obſeruatur, dari adiunctos, ad paritatẽ ibi forſan emanatam dirimendam, tradunt *Franc. dec. 252. in princip. Reg. de Ponte dec. 31. num. 2.*, & *Reg. Tapia dec. 46. S. C. num 1.*, *Molfeſius d. qu. 22. n. 7. Nonar. in prag. 5. de offic. Iuſtit. num. 3.*, Sic in Regia Iuncta Officialium, quæ ſolet vniri pro grauibus delictis puniendis in noſtra Ciuitate, nec par ſententia profertur pro Reo, ſed dantur Adiuncti, teſtatur *Dom. Reg. Petra in ritu 265. num. 55. pag. 40. tom. 3.* Imo in eadem Regia Camera practicatur, quod ſi lis ſit inter partes, abſque Fiſci intereſſe, non ſit ſeruanda *d. l. inter pares*, ſed in parilitate dantur Adiuncti; *Surgente de Neap. illuſtr. cap. 25. nu. 28. Molfeſ. ad conſuetud. Neapol. par. 10. quæſt. 22. num 11.*, & refert obſeruatum in illa cauſa *Anell. de Amato conſil. 27.*, vbi in illa paritate fuerunt electi Adiuncti.

Sed aliter res poſceret, cum de iure communi Romanorum, præter *d. l. inter pares*, alia iura diſponunt, in pari cauſa pro Reo fore pronũciandum, excepta cauſa libertatis, vt in *l. Iunia, ff. de manumiſſio.*, & in *l. ſi pars, ff. de inoffic. teſtam.*; & S. Pontifex in illa ſua decretali, ſcilicet in *cap. fin. de ſent. & re iudic.*, exceptuauit etiam cauſas dotis, & matrimonii, in aliis verò, inter pares Iudices pro Reis ſemper paritatem concluſam iudicauit, vt tradunt vno ore *Petrus Faber in l. fauorabiliores ff. de reg. iur.*, *Barb. in cap. ex literis num. 8. de probat.*, *Pinell. in l. 2. par. 3. cap. 4. num. 43. C. de bonis matern.*, *Alciat. in regul. 3. preſ. 6.*, & *39. aliiq.* In criminalibus ſcimus antiquos Romanos, in paritate votorum ſententias
30 iudicatas cenſuiſſe pro Reis, & hac lege cautum fuiſſe ſcripſit *Dionyſ. Halicarnaſ. lib. 2.*, ex quadam benignitate in Reos adhibita, ex bono, & æquo recepta, quam miſericordiam publicam appellauit, *Quintil. declam. 254.* vt teſtantur *Senec. in epiſtol. 82. Reus* inquit *iudicibus paribus abſoluitur*, & *Plutarch in Caio Mario*, dixit: *Acerbiores erant in eum Iudices, poſtremò die præter opinionem abſolutus eſt, cum ſententiæ pares eſſent*, idemque tradit *Plutarch. de Catone Vticenſi.* Apud Grecos eundem morem viguiſſe, tradunt *Philoſtrat. in Ariſtocle lib. 2. ſophiſt.*, *Dio. lib. 51. hiſtor. Demoſthen.* & alij apud *Petrum Fabrum lib. 2. ſemeſtr. cap. vlt. & in d. l. fauorabiliores*, *Cuiac. lib. 12. obſeru. cap. 16.* vbi tradunt ità obſeruatum in Conciſtorio Deorum, nam Mars quia occidit Halirotheom Neptuni filium, qui Alcippę filię vim intulerat, paribus Reorum ſententijs in Areopago fuit abſolutus, quod explicans *D. Auguſtin. de Ciuit. Dei lib. 18. cap. 10. pag. 332.* illius iudicij rationem præbuit, dicens: *Quia vbi paris numeri ſententiæ fuiſſent, præponi abſolutio damnationi ſolebat*, & ità obſeruari in quampluribus Regionibus legimus, nam in Re-
21 gnis Hiſpaniarum per leges illius Regni ità fuit diſpoſitum, tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus actionibus, vt in *partit. tit. 22. l. 18.* In Senatu Sabaudię fatetur, *Faber in C. tit. de Senator. defin. 2. nu. 4.* De Senatu Luſitaniæ *Anton. de Souſa dec. 70. in fin.* De Senatu Pedamontano *Theſaur. dec. 1. n. 3. & dec. 107. à n. 3.* *Anton. ab Eccleſ. lib. 1. obſeru. for. 17. à n. 8.* *Franc. Marc. quæſt. 5. n. 4. part. 1.*, & de alijs Auditorijs tradunt *Fontanell. de pactis nuptial. clauſ. 4. gloſ. 18. par. 1. n. 181.*, *Alciat. lib. 1. parergon cap. 14.*, *Caſtil. lib. 7. de tertiis deb. cap. 7. n. 2.* alijque adducti à *Dom. Reg. Petra in ritu 265. n. 55. circa fin. tom. 3.* Ideò dicendum in omnibus ciuilibus actionibus, ità eſſe obſeruandum, vt demonſtrant *Cuiacius obſeru. lib. 12. cap. 16. & in commentar. lib. 17.*, *Paul. ad edict. l. inter pares*, *Tiraquell. de priuileg. cauſ. pia cap. 147. in princ.*, *Couarr. var. reſol. cap. 16. n. 3.*, *Barboſ. in cap. fin. de ſent. & re iudic. lib. 2. tit. 27. n. 8. verſic. 1.*, quod enim apud Athenienſes, & Romanos in criminalibus tantum vigebat, tempore Imperatorum, & Pontificum largius in ciuilibus ampliatum fuit, *in d. l. inter pares, & in cap. fin. de re iudic. & cap. ex literis de probat.* cum concordan.; & ratione demoſtratur, quia in dubijs pro poſſeſſore eſt iudicandum, *l. 3. cum concord. ff. de condit. ob turpem cauſ.*, & cum Reus ſit poſſeſſor, ideò in dubio pro Reo paritas erit amplectenda.

Sed cur in noſtris Tribunalibus talia iura non obſeruantur? dicunt quidem maledici hoc introductum fuiſſe, vt tot populorum lites non ſic de facili terminentur, ſic ſuadente Principum politica, vt ſubditi tot litibus inuoluti, alias Regnantium actiones non ſcrutentur; Sed Statiſta iniquus eſſet, qui tale demoniacũ brocardicum aſſerere non vereretur. Veritas enim eſt meo iudicio, cur in noſtro Regno facta parilitate votorũ dantur adiuncti, quia ſcilicet cauſa dubia remanet, cum vtraq; pars æqualia ſuffragia reportauerit. Eſt enim Dubitatio, iudicio deficiente acceptio vtriuſque partis cum formidine, & ad neutrã partem determinatio, dixit *Ioſeph Langius in polyanthea in verb. dubitatio*, ideò cauſa anceps ſemper, & ambigua remanet, niſi fuerit determinata, quæ reſolutionem expectat, ne in alterutræ partis electione erretur, iuxtà illud *Tibull. lib. 4. At non per dubias errant mea carmina laudes*, cum paria ſint non reſpondere, & obſcurè reſpondere, *l. de ætate, § nihil, ff. de interrog. actio. l. Titia, ff. de leg. 1.*, *Mantua ſing. 203.*, *Gayll. lib. 1. obſeru. 82. n. 4.* *Nam quid intelligam, ſi tua peruerſa ſit oratio*, inquit *Scalig. exerc. 88. ſectio. 2.*, *Io. Petrus Ala de Aduoc.*

cas reſultaoerit, ad Proregem recurſus habea-
tor pro dandis Adiunctis, boc enim eadem
ratione fuit ordinatum, quia quando in doa-
bus Aolis fuit facta paritas, votũ Præſidis in-
ſimul interuenit, ſemper enim ac vniũtur Au-
læ, aſſiſtit noſter Præſes S.C., qui cum munus
Iudicis elexit, non debet poſteà officium Prę-
ſidis in eadem cauſa exercere in nominatio-
ne Adiunctorum, ſed ad Proregem recurſus
haberi debet, non ſic in primo caſu vnius
Aulæ, vbi Præſes noo debet neceſſariò inter-
uenire.

Alij vero Claſſici deducunt ex *d. pragm 41. n. 3.
de offic. S. R. C.* nouam regulam, dicentes, quod
ſi paritas fuerit facta inter Conſiliarios vnius
Aulæ, datio Adiunctorum ſpectat ad Præſi-
dentem Sacri Conſilij, ſi vero fuerit facta in-
ter Conſiliarios duarum Aularom, ſtatuit
pragm., vt ad Proregem ſpectet eligere Iudi-
ces non ſuſpectos, vel aliquem, aut aliquos
Regentes Collateralis Conſilij deputare ad
paritatem dirimendam; Sed hæc noua con-
cluſio, nec etiam eſt vbique tuta, nam quo ad
primam partem, repugnat *pragm. 1. nu. 6. de
cauſ. decid.*, vbi ſi paritas fuerit lata ex voto
Præſidis, etiam recurritur ad Proregem, vt
poſſit de iuſtitia prouidere, vel dare Adiun-
ctos, & tamen non agitur de paritate lata in
duabus Aulis. Quod vero attinet ad ſecun-
dam partem, vt quando paritas fuerit facta
in duabus Aulis, ſpectet ad Proregem electio
Adiunctorum, hoc fuit ordinatom, quia Prę-
ſes ioteruenit in dicta vnione Aularum, vt
ſupra dixi, oon quia vnin Aularum hoc ſe-
cum trahat, vt Adiuncti à Prorege dari de-
beant. Imò in illa vnione Aularũ, vbi non in-
teruenit Præſes, ſi fuit facta paritas, nec etiam
hodiè poſſet dici, vt datio Adiunctorum ad
paritatem dirimendam dari debeat à Prore-
ge, vigore *d. pragm.*, & ratio eſt, quia *d. prag.*
fuit emanata in anno 1533. qoando in S. Con-
ſilio erant tantum duæ Aulæ, (vt legitur ex
principio *d. pragm. 41.*, vbi S. Conſilium
quod in vna Aula regebatur in duas diuidi
præcipitur) ideò uptima cum ratione fuit or-
dinatum, vt facta paritate inter Conſiliarios
duarum Aularum, ad Proregem ſpectet depu-
tatio aliurum Iudicum, quia alij Conſiliarij
non aderant, qous Præſidens potuiſſet eligere,
& electiu aliorum Officialium Præſidenti nũ
ſubditurum, Proregi competit, qui eſt caput
omnium aliorum Officialium, at hodiè cum
in quatuor Aulas S. Conſilium ſit ampliatũ, &
maior numerus Conſiliariorum ſit auctus, di-
cerem proculdubiò ex mente eiuſdem *prag.*,
talem electionem Adiunctorum pertinere
in omni caſu ad Præſidentem, tàm ſi paritas
fuerit facta in vna, quàm in duabus Aulis,
dummodò Præſes noo interuenit in deciſio-
ne cauſæ, ſuum votum præſtando, vt ſupra
dixi.

Nedum Præſes S.C. dat Adiunctos Conſiliarios
vnius Aulæ, ad alteram Aulam, ſed etiam
28 dat Adiunctos in Tribunali Regiæ Siclæ, ſi
paritas inter duos Magiſtros Rationales d.
Tribunalis orta fuerit, dixit *Surgente de Nea-
pol. illuſtr. in addit fol. 444. & ſeq.*, *Taſſon. in
pragm. de Antefato vers. 3. obſeru. 3. num. 116.
5. 14.*, ſed iſte caſus, vt non poſſit hodiè acci-
dere, quia hodiernis tẽporibus tale Tribunal
eſt ſublatom, dixit *Taſſon. in d. obſer. 3. n. 298.*,
quia fuerunt vendita iura ponderum, & men-
ſurarũ Baronibus noſtri Regni, qui nomine
Regio iuſtitiam adminiſtrant, & ſolum in no-
ſtra Ciuitate vnus Iudex remanſit, vt notauit
Taſſon. loc. cit. Sed non benè dixit *d. Taſſon.*,
quia licet in Regno non vigeat hoc Tribunal
Regiæ Siclæ, ſed Baronibus competit talis co-
gnitio, adhuc tameo reſidet in hac Ciuitate,
cum duobus Rationalibus, qui iuſtitiam ad-
miniſtrant, & cognoſcuot differentias pon-
derum, & menſurarum, qui ſi non ſunt Do-
ctores iuriſdictionẽ exercent cum aſſiſtentia
Conſultoris, ſed quando ſunt Doctores, ipſi
ſoli abſque Conſultore iuſtitiam admini-
ſtrant, & faciliter poſſunt paritatem profer-
re, in quo caſu cum hodiè poſſit paritas acci-
dere, ideò datio Adiunctorum à Præſidente
S. Conſilij deputari debet.

Quando vero Prorex huius Regni erat rogatus
29 de Adiunctis, in illis caſibus io quibus ad
eum ſpectat proviſio, ſolebat Secretarius Re-
gni annis elapſis cum ſuo peculiari reſcripto
Conſiliarios Adiunctos aſſignare, ſed fuit po-
ſteà prohibitum per *pragm. 14. nu. 62. de Offic.
Secretar. ſeu à Libell.*, & per Secretarium Iu-
ſtitiæ ſolet hodiè expediri ordinatio.

In hac nomioatione Adiunctorũ, etiam PRÆ-
STANTIA cognoſcitur in noſtris Cõſiliarijs,
reſpectu Adiunctorũ aliorum Tribunalium;
Nam de iure in iſtorom electione debet fieri
30 præceptum partibos, vt dent liſtam ſuſpecto-
rum, vt prouideri poſſit de non ſuſpectis, hoc
enim præceptom ordinari debet, quotieſ-
cumque agitur de dando Iudice, *Archidiacon.
in cap ſtatutum, 5. Aſſeſſorem de reſcript. in 6.
poſt n 14 vers. quidquid olim*, vbi etiam *An-
ton. de Butreo n. 3.* expreſsè *Bald. in l 1. poſt n. 1.
C. de relatio*; imò ſecondum *text. in cap pru-
dentiam, 5. verùm de Offic. Deleg.*, in electione
talis Iudicis debet eſſe conſenſus vtriuſque
partis, quod dixit *Cicero in orat. pro Cluentio*,
per hæc verba: *Neminem* inquit *voluerunt
maiores noſtri, non modo de extimatione cuiuſ-
que, ſed ne pecuniaria quidem de re minima
eſſe Iudicem, niſi inter Aduerſarios conueniſſet*,
vt referunt *Theſaur. dec. 255. n. 60.*, & *Vrſell. in
eſam. Apum. concl. 53. nu. 15. lib 1.*, ità vt dixit
Anna in ſingul. 15., quod Adiuncti dati noſtro
Sacro Conſilio, vel Regiæ Cameræ ſulo iura-
mento poſſunt allegari ſuſpecti, & ſequitur
Vrſell. d. concl. 53. n. 39., maximè de iure Ca-

nonico, cuius vigore poteſt quilibet Iudex, tàm ordinarius, quàm Delegatus vti ſuſpectus remoueri, & etiam in totum tolli *Gaill. obſer. 33. lib. 1., Oſacb. dec. 15. & dec. 18. & dec. 84., Borgognin. in deciſ. 28.*, ideò antiquitus obſeruabatur in electione Adiunctorum, dari liſtam Conſiliariorum inconfidentium Præſidenti S.Conſilij, vel Proregi, vt aſſeritur in *pragm. 4. §. 1. de dilatio.* Sed quia electio Officialium pro adminiſtratione Iuſtitiæ, non debet pendere ab arbitrio Litigantium, & quodam modo indecens videbatur inconfidentiam allegare in perſonas tam Illuſtrium virorum, ideò talem abuſum ſubſtulit d. noſtra *pragm. 4. §. 1. de dilatio.*, & tantùm conceſſum partibus litigantibus aduertere Dom. Proregem, vel Præſidentem S.C., ſi aliquis iſtorum fuerit ſuſpectus declaratus in ipſarũ cauſis, vt illum non eligant, ac etiam reſeruatum fuit eiſdem litigantibus eos vti ſuſpectos allegare, ſi legitimam cauſam ſuſpicionis proponant, vt in *d. pragm. 4. §. 1.*

Altera PRÆSTANTIA, qua decoratũ fuit noſtrũ
31 S. Conſilium à Carolo Quinto Cœſare per *pragm. 41. cap. 3. de Offic. S.R.C.*, illa fuit, vt in dandis Adiunctis pro paritate dirimẽda, facta in cauſis duarum Aularum, teneatur Prorex huius Regni vnum, vel duos Regentes Regiæ Cancellariæ mittere ad Sacrum Conſilium. Imò nedum in negotijs Iuſtitiæ noſtri Conſiliarij conueniebant inſimul cum Regentibus Cancellariæ, ſed etiam in negotijs Status, vt legimus in Capitulis, & Priuilegijs Neapolitanorum *fol. 162. à terg. cap. 8.*, fateor, quod hodiernis temporibus hoc aſpicimus mutatum, nam non ſolum Regentes non accedunt ad votandam paritatem in S.Conſilio, ſed ipſi Conſiliarij ſe conferunt ad votandum in Collaterali Conſilio, in quibuſdam cauſis arduis, vt etiam teſtatur *Taſſon. in pragm. de anteſat. verſ. 3. obſeru. 3. n. 109.*, de quo conqueruntur noſtri Conſiliarij apud *Taſſon. loc. cit.*, qui illos confortatur, dicendo, hoc non fuiſſe introductum in depreſſionem authoritatis noſtri Supremi Senatus, ſed ob ſolam commoditatem Dom. Proregis, vt coram ipſo, & in ſuo Domo, vbi reſidet Collaterale Conſilium, cũ ſuis Regentibus Collateralibus cauſæ decidantur. Mutatio enim loci quodam accidens extrinſecum eſt, nil aut parum conferens ad augumentum, vel diminutionem dignitatis. Sed rationem meliorem aſſigno à
32 nemine conſideratam, cur hodiè non dentur Regentes Collaterales Adiuncti pro reſoluendis paritatibus factis in cauſis S.Conſilij, & dico hoc receſſiſſe ab vſu, non quia dedignãtur ibi ſe conferre, ſed quia ceſſauit ratio, qua motus fuit noſter Monarcha Carolus Quintus, ad id ordinandum, nam in dicto anno 1534., quo fuit emanata *d. pragm. 41.*, regebatur Sac. Conſilium per octo Conſiliarios in duas Aulas diuiſos, vt exprimitur in *ead. prag. 41. n. 1.*, quando ergo paritas in duabus Aulis reſultabat, nõ aderant alij Cõſiliarij, qui poterant nominari Adiuncti, quia omnes interuenerant in d. duabus Aulis, vbi fuit facta paritas, ideò ſtatutum fuit per *d. pragm.*, vt teneatur Prorex pro diſſoluenda dict. paritate, vnum, vel duos Regentes ad S.Conſilium mittere, dum poſteà in ſequentibus annis, fuit auctus numerus Conſiliariorum, ſcilicet in anno 1534. bini fuerũt additi, in anno 1568. alij terni, & in anno 1597. alij quini deſignati, qui omnes numerum viginti hodie componunt, aſſiſtentes in S.C., vt demoſtraui ſupra in *Præſ. 8. nu. 11.*, ceſſauit proindè neceſſitas deputandi iſtos Supremos Magiſtratus pro diſſoluendis paritatibus, & etiam receſsit eiuſdem *pragm.* obſeruantia, & introductum committi eiſdem Conſiliarijs aliarum Aularum illarum definitiones.

§. PRIMVS.

Continuatur materia Adiunctorum in paritate votorum.

S V M M A R I V M.

1 *Præſes S. Conſilij poteſt cum ſuo voto dirimere paritatem coram eo factam, & quando.*

2 *Prorex huius Regni in pari voto poteſt concurrere in ſententiam ſibi melius viſam, & dirimere paritatem; & exemplum traditur.*

3 *Votorum paritate facta, ſententia proferebatur in noſtro S.C. pro ea parte, cui votum præſtitit Præſes S.C., ſed noſtra pragm. 1. de cauſ. decid. hoc abſtulit.*

4 *Votum Præfecti Prætorio valet pro duobus.*

Papinianus fuit Præfectus Prætorio, ob eius excellentem doctrinam.

5 *Locumtenentis Regiæ Cameræ votum, pro vno voto reputatur.*

6 *Proregis votum pro vno ſimplici voto numeratur, quando in Collaterali Conſilio, vel in Regia Camera Summariæ votare vellet.*

7 *Votum Præſidentis S.C. pro vno reputatur, de iure Regio Hiſpaniarum.*

8 *Præſes S.C. in paritate votorum in cauſa capitali, debet inclinare in benigniorem partem cum ſuo voto.*

Regis voto, nemò vltimum ſupplicium debet ſubſtinere.

9 *Adiuncti dati in paritate votorum, poſſunt vota diuerſa pronunciare ab aliis votis datis, & num. 13.*

10 *Iudices Regni Galliæ dati Adiuncti pro tollenda paritate, coguntur deſcendere in alterutram opinionem per Conſtitutionem illius Regni.*

11 *Iudex non debet cognoſcere, ſi eius Collega bene, vel*

vel malè iudicauit, ſed tantùm pronunciare id, quod ſentit iuſtum coram Deo.

12 *Iudex in cauſa dubia poterit mediam viam eligere, iuxtà morem ruſticorum.*

14 *Iudices Adiuncti debent votare ſuper deductis tantùm in proceſſu.*

15 *Paritas ſecunda ſi reſultauit in eadem cauſa poſt primam paritatem, quid agendum.*

Iudex, ſiuè Ordinarius, ſiuè Delegatus poſtquā iudicauit, functus fuit officio ſuo.

16 *Iudices dati Adiuncti, qui dirimerunt paritatem in cauſa principali, debent nouam paritatem ortam ſuper incidentibus dirimere.*

Iudex datus in cauſa principali poteſt ſuper acceſſorijs ſe intromictere.

17 *Vota debent omninò emictere Iudices Ordinarij, licèt vltimi ſint in votando, & cognoſcant cum eorum votis facere ſententiam.*

18 *Vota non poſſunt mutari facta paritate.*

19 *Paritas fauore litium finiendarum facta in S.Conſ. ſuper concluſione proceſſus, iudicatur ad fauorem actoris, & non dantur Adiuncti.*

SI autem Præſes noſtri Supremi Senatus
reperiatur præſens in illa Aola, vbi Con-
1 ſiliarij pares numeri exiſtentes fecerint
paritatem votorum, & vellet dirimere pari-
tatem cum ſuo voto, poſſet vtique, & præua-
lebit ea pars, cui ipſe adheſit, ſi cum ſuo vo-
to componat maiorem nomerum, ità ob-
ſeruari in noſtro Senatu; teſtatur *Franch. de-
ciſ. 252. num. 5.*, proùt etiam idem obſeruari
in Loſitania, per leges Ordinamentorum fa-
tentur *Cabed. deciſ. 6. num. 3.*, *Themud. part. 1.
in præfat. num. 36.*, *Pegas ad Ordin. Portugal.
lib. 1. tit. 1. gloſ. 67. num. 1.*, & vbique ità debe-
re practicari fundant *Theſaur. deciſ. 1. num. 4.*,
Azeued. ad Curiam Piſan. cap. 17. lib. 2., *Curia
Philippica par. 1. §. 5. num. 24. & 28.*, vide *Pheb.
deciſ. 67. num. 7.*, *Maſtrill. deciſ. 18.*, *Creſpi ob-
ſeru. 112. num. 40.*, *Valenzuol. conſil. 184*, *So-
lorzan. in politic. india. lib. 5. cap. 8. pag. 819. &
lib. 4. cap. 14. pag. 622.* Sed intellige, quando
ipſe Præſes fuit præſens in deciſione Cauſæ,
& pro eius deciſione fuit facta paritas coram
ipſo, in hoc enim caſu poterit vltimo loco
ſuum præbere votum, & cauſam determina-
re, atque paritatem dirimere, ſed quando
non fuit præſens in illa Aula, in qua fuit à
Cōſiliarijs facta paritas, in pronunciãda ſen-
tentia, etiam dictus Præſes faculratem habet
decidendi cauſas, ex *l. ſpurii, §. priuilegis, ff. de
Decurionibus*. Sic etiam Prorex in pari voto
2 poteſt cencurrere in ſententiam ſibi melius
viſam, vt fatetur *Franch. d. deciſ. 252. num. 6.*
Sed hoc nunquam vidi obſeruatum, vt ipſe
ſolus abſtulerit paritatem cum ſuo voto, quod
præbere vellet illi cauſæ, ſed obſeruator, vt
ipſe Præſes ad petitionem partis, concedat
tres alios Conſiliarios aliarum Aularum vti
Adiunctos, & proindè dixit *Cabed. in d. deciſ. 6.
num. 3.*, quod licet Rector iuſtitiæ poſſit da-
re votum in paritate votorum per leges ipſius
Regni, nunqoam tamen fatetur ſe vidiſſe
obſeruari, vt votum dediſſet in paritate illo-
rum, quod voluit dicere in illo caſu, quando
coram eo cauſa non fuit diſcuſſa, nec coram
eo paritas fuit facta, ſicut etiam fatetur idem
Franch. d. deciſ. 252. num. 6., vnquam fuiſſe ob-
ſeruatum ſuo tempore, vt Prorex in pari vo-
to dirimerit paritatem cauſæ, coram eo di-
ſcuſſe, ſed quod ſoleat dare alios Adiunctos,
vel aliud nouum decretum præcipere, vt in
anno 1690. fuit obſeruatum in caoſa Giorgi
Sepe Caſalis Afragolæ, inquiſiti de falſitate
fidium Bancorum, cum ſcientia ab eo eſpen-
ſarum, & alijs delictis, nam per M.C.V. cum
fuerit factum decretum pro tortora acri, ab
iſto decreto Regius Fiſcus petiit recurſum
ad Collaterale Conſilium, dum M.C. proce-
debat vti Delegata, & cauſa diſcuſſa in Colla-
terali Conſilio, ſuper ea fuit facta paritas vo-
tornm inter Regentes Collaterales, nam tres
iudicarunt pro tortura, & reliqui tres pro
morte, ſed Comes de S. Stephan, tunc Prorex
huius Regni, cum ſuo nouo voto diremit pa-
ritatem, & ſuo reſcripto eum ad remigan-
dum ad Regias Triremes ſua vita durante
condemnauit.

Si vero Præſidens S. Conſilij fuerit præſens in
diſcuſſione cauſæ, & votum emiſit pro eius
deciſione, ex cuius voto fuerit facta pari-
tas, hoc caſu Præſes Supremi Senatos hanc
præminentiam habebat in noſtro S.Conſilio,
vt in hac paritate votorum proferebatur ſen-
3 tentia pro ea parte, pro qoa Præſes ſuffragium
præſtitit, vt fatetur *Franch. dict. deciſ. 252.
num. 5.*, & refert eadem *pragm. 1. num. 6.
de cauſis decid.*, proùt in Senatu Pedamonta-
no dicit etiam obſeruari, *Theſaur. deciſ. 1. n. 4.
& 5.*, *Thor. in comp. deciſ. tom. 1. verb. votorum
paritas pag. 581.*, aſſignat rationem *Pegas ad
Ordin. Portugal. lib. 1. n. 1. Gloſ. 67.*, quod ideò
in æqualibus votis illa pars votorum præua-
let, cui adheſit votum Præſidis Supremi Sena-
tus, qoia ſcilicet votum Præfecti Prætorio va-
4 let pro duobus, ob peculiarem prærogatiuam,
quam conceſſit Imperator Papiniano Præfe-
cto Prætorio, vt legitur in *l. 1. C. Theodoſiani
de reſpon. prudentum* per illa verba: *Vel ſi
numerus æqualis ſit, eius parti ſuccedat authori-
tas, in qua excellens vir Papinianus emineat,
qui vt ſingulos vincit, ità cedit duobus*, vt refe-
runt etiam *Surgente de Neapol. illuſtr. cap. 25.
num. 28. verſic. quam prærogatiuam*, *Reg. Rouit.
in d. pragm. 1. de cauſ. decid.*, *Panciról. de Claris
leg. interpr. in vita Papiniani*, *Theſaurus d. de-
ciſ. 1. num. 5.*, *Ricc. collet. 316.*, *Maſtril. dec. 18.*,
Creſpi obſer. 10. num. 44. & obſer. 112. num. 22.,
& ex noſtris *Nicolaus Topius de origin. Tribu-
nal. part. 2. lib. 2. cap. 2.*, vbi ſatis laborioſè, &
doctè Papiniani laudes recenſet, ac etiam in-

ra

ra de ipso alloquentie, vbi multa epiteta,
quibus Imperatores illum honorarunt enu-
merat; Sed in hoc nostro Regno contrariam
praxim obseruamus, nam in nostro Senatu
votum Præsidis pro vno voto numeratur, &
si in paritate votorum illa præuelet sen-
tentia, quam Præses amplectitur, hoc euenit,
quia illa sententia cum voto Præsidis fuit
lata cum maiori numero votorum, ideòque
obseruanda, etenim si votum Præsidis vim,
& robur haberet duorum votorum, confusio-
nes multæ aspicerentur, atque tota causarum
victoria à suo iudicio penderet, quod æquum
visum non fuit nostris Regibus, ideò *pragm.*
prædictam statuerunt, quæ est *prima sub ti-
tulo de causis decidendis*, vbi priùs refertur hæc
summa præeminentie, qua gaudebat noster
Præses, quod in paritate votorum sententia
proferebatur in fauorem eius partis, pro qua
Præses suum votum dixit, sed hoc Prorex ab-
rogauit, & iussit, vt fieret relatio Domino
Proregi, vt posset dare Adiunctos; Et nec
5 etiam in Regie Camera, si fiat parites, profer-
tur sententia in fauurem illius partis, in
quam inclinauit votum Locumtenentis, qui
est caput illius Tribunalis, dixit *Reg. Rouit.
in d. pragm. 1. num. 3.*, sed sententia profertue
pro Reo. Proùt Prorex huius Regni in Colla-
6 terali Consilio, vel in Regia Camera Summa-
riæ, si votare vellet, vnum votom tantùm
haberet, fatetur *Surgente de Neapol. illustrat.
cap. 19. num. 8. circa fin.*, & ità in Regnis Hi-
spaniarum de iure Regio, votum Præsidentis
7 pro vno voto reputatur, dixit *Hermosilla in
addit ad Gregor. Lopez ad glos. 2. nu. 91. pag. 10.
tom. 1.*, sed aliter obseruatur in Regno Ara-
gonum, vbi per legem specialem illius Re-
gni fuit sancitum, vt in paritate votorum
præualeat illa pars, in qua suum votum Præses
emisit, fatetur *Crespi de Valdaura obseru. 10.
num. 43. & 44.*

Aduertant autem Præsides Supremi Senatus, vt
in paritate votorum in benegniorem partem
inclinent, ipsi enim Regem raprefentant, qui
8 in causa capitali, si vota sint æqualiter inter
se contraria, debet inclinare in illorum sen-
tentiam, quæ Reum absoluit, vel mitius il-
lum puniuit, dixit *Pegas d. gol. 67. n. 5.*, tradens
exempla Iouannis 2. & 3. Lusitanie Regum,
qui semper affirmabant, ob votum Regis ne-
minem vltimum supplicium debere substi-
nere, & ità pluries in suo Senatu fatetur ob-
seruatum fuisse, hanc autem doctrinam,
non semper vidimus amplexam à Spectabi-
li Præside nostri Supremi Senatus D. Felice
Lanzina Vulloa, qui ob zelum iustitiæ ad
publicum regimen conseruandum, in serui-
tium nostri Monarchæ, solet de facili rigorem
in causis capitalibus obseruare, & in dubijs,
atque contrarijs paritatibus fisci partes sub-
stinere, proùt hoc mense Septembris 1698.
euenit, nam dum fuerit ad pœnam mortis
condemnatus, quidam Rusticus nuncupa-
tus Carmine de Martiro Casalis Cardeti à
M.C. Vicariæ, ob homicidium commissum
in personam Agnelli Pezzella, appellauit
ad S.C., & proposita causa, & latè discussa
coram quatuor Consiliarijs, nempè Dom.
D. Francisco Raitano Commissario, & Dom.
D. Petro Antonio Ciauari, D. Petro Messones,
& D. Federico Caualerio, cum assistentia
eiusdem Præsidentis S.C., fuerunt vota diui-
sa, nam duo iudicerunt pro morte, & reliqui
duo pro triremibus vita durante, superuenit
votum Præsidentis S.C., & conclusit cum il-
lis duobus votis pro morte, proindè fuit in
dicto mense laqueo suspensus.

Aduerte tamen, quod isti Iudices Consiliarij
dati in paritate votorum, poterunt eorum vo-
ta, ità liberè pronunciare, vt si quodlibet vo-
9 tũ sit omninò diuersum ab elijs votis detis,
nil officiat, ità determinauit totum S.C. sub
die 2. Iunij 1610. in causa tunc agitata in-
quisitionis Merci Anelli Starace, condemna-
ti ad mortem per M.C.V., qui cum eppellas-
set ad Sec. Consilium, fuit facta paritas voto-
rum, nam aliqui Consiliarij votarunt pro
confirmatione sententiæ, reliqui vero ad pœ-
nam remigationis vita durante, at pro diri-
menda paritate tres alij Consiliarij Adiuncti
dati fuerunt, quorum vnus ipsorum se con-
formeuit cum votò mortis, alter cum voto
condemnetionis ad Triremes, & vltimus fe-
cit votum totaliter diuersum, scilicet pro tor-
tura, & cum apparuerit talis cesus nouus, ve-
tris temporibus non occursus, fuit dubita-
tum, an ipse tertius votum sic diuersum emit-
tere potuisset, an vero pernecesse se confor-
mare, seù adherere debuisset vni ex alijs vo-
tis, & fuit decisum per totum S.C. posse præ-
dictos Consiliarios Adiunctos in causis præ-
dictis præbere votum, proùt melius videbi-
tur, absque obligatione adherendi vni voto
iudicum antecedentium, vt refert *Tassonus
in pragm. de antefato versic. 3. obser. 3. num. 16.
5. 14.*, & refert etiam *Thor. in comp. decis. par. 3.
tom. 1. in verb. Adiuncti Iudices pagin. 618.*,
*Danza de pugna Doctor. tom. 3. tit. de votis
cap. 1. num. 9.*, *Consiliar. Altimar. ad de-
cis. 52.*, *Rouit. num. 12.*, & licet contrarium
iudicatum referat *Papon. 4. arresto 6. cap. 30.*,
10 quod scilicet illi alij Consiliarij cogantur de-
scendere in alterutram opinionem, quæ ma-
iori numero vincit, cui sententie conserunt,
quæ dixit *Bald. in l. 1. C. qui testam facere poss.*,
sed hoc quod dixit *Papon.* procedit in Regno
Galliæ, ex particulari Constitutione *Ludoui-
ci XII. articulo 32.*, & ideò nil officit propo-
site conclusioni.

Non enim tenetur Iudex cognoscere si benè, vel
11 malè eius Collega iudicauit, sed debet dare
votum secundum id, quod sentit iustum co-
ram

ram Deo, *Muta in pragm. Sicil. tit. 2. pragm. 7. num. 25.*, ideò ſi viderit articulum eſſe valdè dubium, vt communis opinio perſcrutari nõ poſſit, & rationes ſint pro vtraque parte du-
12 biç, poterit mediam viam eligere, *Boer. decis. 149. num. 2.*, & idem priùs dixit in *dec. 42. in fin. num. 30.*, quod Iudex laudatur, quando mediam viam eligit inter opinionum diuerſitatem, iuxtà morem ruſticorum per mediũ diuidentium, ſecundum tradita per *Gloſ. in l. Neſenius, ff. de neg. geſt.*, & tradit etiam *Theſaur. decis. 89.*, *Moiſeſ. ad Conſuet. Neapol. part. 10. quæſt. 22. num. 22.*, & ità in præſenti materia obſeruatũ, & iudicatũ fuit per Collaterale Conſilium, votantibus vigintitribus Officialibus Collateralis, & Sacri Regij Con-
13 ſilij, Regiæ Cameræ Summariæ, & M.C.V., vt poſſint Adiuncti pronunciare votum neutrale, non tendens in affirmatiuam, neque negatiuam, refert *Thor. in comp decis. tom. 3. part. 1. verb. Iudices Adiuncti pag. 618.*, & hoc caſu mitius votum erit exequendum, tradit idem *Thor. in compen. tom. 3. part. 3. verb. vota triplicis pag. 435.* Sed licet Adiuncti poſſint votum diuerſum ab illis priùs pronunciatũ dicere, attamen tantùm debent votare ſuper
14 illis, quæ ſunt in proceſſu deducta, tempore quo primi Iudices votauerunt, *Franch. decis. 513.*, *Muta in prag. Sicil. tom. 1. tit. 2. prag. 7. num. 28.*, *Thor. in comp. decis. tom. 1. in verb. Iudices noui pag. 294 & tom. 3. part 1. verb. Iudices Adiuncti in med. Muſcatell. in praxi S. Conſ. lib. 1. part. 4. gloſ. & ſimilia in addit. lit. C.*, *Riccius in collect. decis. 620.*, *Conſil. Altim. in obſeru. ad decis. 52.*, *Rouit. num. 13.*, licèt contrarium dixerit *Danza de pugna Doctor. tom. 3. tit. de votis cap. 1. num. 9.*, ſed non benè, quia tale iudicium non eſt ordinarium, ſed ſummariæ cognitionis, quod debet regulari à deductis tempore prolationis ſententiæ, non ex ſcripturis, quæ forſan de nouo proponerentur, ſolùm hoc limitant in Fiſco, quo caſu, ſi Votantes fuerint in pari voto, ſententia nondum lata, poteſt nouos teſtes producere, *Sanfelic. decis. 23.*, ità iudicatum refert, & ſequitur *Danza d. cap. 1. num. 20.*

Sed quid dicendum, ſi poſt primam votorum
15 paritatem, ſecunda paritas in eadem cauſa reſultauit, *Thor.* refert practicatum, & deciſum in Collaterali Conſilio in anno 1613. cauſam eſſe compromittendam in idem Sac. Conſilium, vt in *comp. decis. tom. 1. in verb. votorum paritas pag. 581*, ſed quia hodiè per Regias ordinationes prohibitum eſt compromitti in Sacrum Conſilium, ideò videndum, quid de iure ſit dicendum. Et certum eſt, quod Iudex, ſiuè Ordinarius ſit, ſiuè Delegatus, poſtquam iudicauit functus fuit ſuo officio, ſiuè validam, ſiuè inualidam ſententiam tulerit *Abbas in cap. literis num. 3. de offic. & poteſt. Iud. Deleg.*, *Franch. decis. 328. num. 2.*, & de Delegato, vt ſi inutilitèr iudicauit, nequeat iterùm vtiliter iudicare, notatur in *l. Index poſteaquam, ff. de re iudic.*, latè *Tiraquell. in l. boues, §. hoc ſermone lim. 1. num. 40.*, *Marant. vbi ſupr. num. 51.*, & dicitur extincta ſua iuriſdictio per prolationem ſententiæ, proùt idem dicit procedere *Reg. Rouit. in decis. 52.*, ſi à decreto lato per Adiunctos datos ad dirimendam paritatem fuerit reclamatum, vel dictum de nullitate, vel petita reſtitutio in integrum, vt nõ debeat talis reuiſio fieri cum eiſdem Adiunctis, nec valeant ampliùs interuenire in eis, quæ opponuntur aduerſus prædictum decretum, proùt ſemper fuiſſe obſeruatum, teſtatur *loc. cit. num. 2. verſic. Aliqui*, per dictũ vulgatum *text. in l. Iudex, poſteaquã.* Sed dicerẽ, quod iſta allegata licet vera ſint, attamen ſententia nõ dicitur prolata per iſtã nouam paritatem, ſed adhuc omnia ſtant in pendenti, donec concluſio reſultet, & illa ratio, quæ præualuit ad dandos Adiunctos, etiam concurrit ad dationem iſtorum nouorum Adiunctorum in hac noua paritate, vt iſti noui Adiuncti præſtent ſua ſuffragia, inſimul cum omnibus alijs Iudicibus, qui
16 vota dederunt. Sed quid, ſi ſedata paritate ſuper cauſa principali, vel aliquo incidenti per Conſiliarios Adiunctos, denuò ſuper alio incidenti eiuſdem cauſæ noua inſurrexerit paritas, an ſit reſoluenda per eoſdẽ Conſiliarios Adiũctos, vel per alios nouos Iudices, & dico, quod in hoc caſu poſſint allegari rationes ſupra expreſſç, vt prędicti primi Cõſiliarij per deciſionem paritatis fuerint functi eorum officio, proindè, vt non poſſint iterùm nouam paritatem dirimere, ſed veritas eſt, quod illimet Iudices, qui primam paritatem dirimerunt in cauſa principali, debeant iſtam nouam paritatem ſuper nouo incidenti factam definire, & ratio eſt, quia iſta incidentia ſunt acceſſoria cauſæ principalis, & Iudex datus ſuper cauſa principali, poteſt poſtea ſuper acceſſorijs ſe intromittere, *Abbas in cap. de prudentia num. 8. de donatio. inter uir.*, ideò delegata cauſa principali cenſetur delegata etiam cauſa acceſſoria, & connexa, *Maranta in ſpecul. part. 4. diſtin. 6. n. 31.*, proindè Iudex Delegatus in cauſa ſpolij, poteſt cognoſcere de cauſa reſtitutionis, quia videtur hoc tacitè ſibi commiſſum, *Abbas in cap. conqueſtus n. 14. de reſtit. ſpolia.*, & de omnibus, quæ veniunt acceſſoriè ad acceſſoria, idem *Abbas in cap. prudentia, §. ſi vero num. 2. & 4. de Offic. Deleg.*, ſicut in præparatorijs, Iudex qui iudicauit, debet etiam iudicare in cauſa principali, per *text. in l. minor 25. annor. ff. de euictio.*, concludit *Maſtrill. decis. 129. num 8.*, & cum hic caſus euenerit in anno 1627. in cauſa Aguſtini Centurionis, vbi ſedata cauſa paritatis in vno incidenti, alia inſurrexit ſuper nouo incidenti, & cum per vnam partem litigantem

fue-

bunal, puta Regiæ Cameræ in solito loco sedent, licit vltimi sint ad votandum, & cur.

Adiuncti non possunt procedere nisi insimul interueniant Iudices Ordinarii.

7 *Adiuncti non possunt congregari, quando Tribunal non est integrum, & quando hoc procedit.*

8 *Adiuncti dati ad supplendum numerum votantium, differunt ab illis datis ad dirimendam paritatem, & quomodo.*

Adiuncti dati ad dirimendam paritatem, debent tantum interuenire in decretis definitiuis non interloquutoriis.

9 *Adiuncti si moriantur, an Iudices quibus dati fuerunt possint procedere in causa.*

10 *Iudicis Delegati absentia reddit actum nullum, etiam si maior pars aliorum interueniat.*

Iudices Adiuncti dati, an censeantur Delegati, vel Ordinarii.

11 *Iudices Delegati dati Adiuncti Iudicibus Ordinariis, sapiunt naturam Iudicum Ordinariorum.*

12 *Delegata causa Iudici Ordinario, non dicitur Iudex Ordinarius Delegatus.*

13 *Iudices dati Adiuncti alicui Tribunali, reputantur Ordinarii de iure nostri Regni.*

14 *Iudices dati ad dirimendam paritatem, si vnus deficiat non poterit causa decidi.*

15 *Adiuncti non dantur, quando vota sunt dissonantia.*

16 *Sententia est reducenda ad minorem summam, si Iudices ad diuersas summas condamnarunt.*

17 *Iudices si discordes sint in pœnis infligendis, quæ sententia sit exequenda.*

18 *Adiuncti, vel vnio Aularum si fuerit in prima instantia petita, & denegata, an in secunda instantia concedi debeat.*

19 *Vnio Aularũ debet concedi in prima instantia, quando causa excesserit summã duc. bismille.*

Præsidentis S.C. arbitrio remittitur, concedere Adiunctos, vel Vnionem Aularum in prima instantia.

20 *Appellationis causa dicitur esse eiusdem naturæ, sicut causa principalis.*

Appellatio ad præsidiũ innocentiæ fuit cæcessa.

21 *Vnio Aularum an concedi possit in causis restitutionum in integrum, vel nullitatum, quando causæ principales fuerunt decisæ in vna Aula.*

22 *Restitutio in integrum est species appellationis.*

Restitutio in integrum quando petitur, debet noua causa allegari.

23 *Nullitatum propositio est diuersa à remedio appellationis.*

24 *Paritas votorum si fiat in Regiis Audientiis nostri Regni, non dantur Adiuncti, sed causa remittitur alicui Iudici M.C. Vicariæ, eligendo à Dom. Prorege.*

25 *Votorum discordia si euenit in Rota Romana, non dantur Adiuncti, sed causa reuidetur ab eisdem Auditoribus.*

Cardinalibus Delegatis possunt dari Adiuncti.

26 *Votorum æquale discrimen si eueniat in sessionibus Electorum, seu Decurionum, Gubernatorum Arrendamentorum, vel Ecclesiarum nostræ Ciuitatis Neapolis, non dantur Adiuncti, sed recurritur ad Proregem huius Regni, vt illud resoluat, & exemplum refertur.*

VT plurimum accidit, vt Consiliarij dentur Adiuncti, non ad dirimendas paritates, sed ad supplendum numerum votantium, pro principali decisione alicuius causæ grauis, vel nodosæ, articulis iuris satis intricatæ, ad partium instantiam ordine nostri Proregis, aut Spectabilis Præsidis S.Consilij, quæ de causa se conferunt ad aliam Aulam nostri Senatus, vbi causa agitur, vel aliquando dantur Adiuncti ad Tribunal Regiæ Cameræ, pro aliqua causa grauissima decidenda, ideò placuit aliqua adnotare circa frequentes casus, qui occurrunt in prædictis decisionibus causarum, cum Adiunctis faciendis.

Et primò aduerte, quod tales Adiuncti non possunt peti, nisi infrà tempus quindecim dierum, post factam conclusionem in causa,
1 sed si defectus Consiliariorum superuenerit post quindecim dies, debent peti Adiuncti infrà alios dies quindecim, numerandos à die defectus Consiliariorum, ità statuit nostra *pragm. 4. §. 3. de dilatio.* Ab istis autem prouisionibus super datione Adiunctorum, non potest appellari nec reclamari, aut de nullitate
2 opponi, etiam si ex eisdem actis appareret grauamen, disponit *d. prag. 4. §. 5.* Imò ob petitionem dictorũ Adiunctorum non impeditur cursus causæ, nec eius expeditio, licèt partes
3 rescriptum porrexerint Regi, vel Proregi, aut Præsidenti S.C., vel obtinuerint decretationem, quod intimetur parti, vel quod relationem faciat aliquis Regens Collateralis Consilij, dicit *d. pragm. 4. §. 6.*

Secundò aduerte, quod Consiliarij si dantur Adiuncti ad aliam Aulam, vel ad aliud Tribu-
4 nal, putà Regiæ Cameræ &c., debent in dicto Tribunali, vel Aula accedere vbi adiunguntur, ratio constat ex supradictis, quia Adiunctum recipit illius naturam cui adiungitur, per cit. *text. in l. sed & si iudiciatur, ff. pro socio, Gauauerr. d. decis. 6. num. 6.*, & est ità certum, vt sententia quæ promulgatur, proferatur sub nomine Tribunalis cui adiunguntur, *Gratian. & Gauauerrus d. dec. 7. n. 8.*

Aduerte tertiò, quod quando ob paritatem votorum in S.Consilio, vel Regia Camera, alijsq;
5 Vicariæ Tribunalibus, aliqui ex Viceregis iussu adiunguntur, isti Adiuncti vltimo loco suas ferunt sententias, nulla habita ratione de eorum antiquitate, aut Tribunalis cuius

 sunt

sunt Officiales, excellentia, dixit *Surgente de Neapol. illustr. cap. 27. num. 46.*, sed hoc intellige de prolatione sententiæ, non de vltimo loco sedendi, nam sedent in illo loco eis debito, sicut sedent quando non venirent vti Adiuncti, sed in prolatione sententiæ, debent pernecesse vltimo loco votum emittere, quia iam Officiales illius Tribunalis vota dixerunt, & ideò ibi accedunt, ad dirimendam scil. paritatē iam factam, & ad cognoscendum, quinam ex eis rectè dixerint, igitur non possunt eorum iudicium explere, nisi post alios discrepantes.

Aduerte quarto, quod quando Consiliarij dantur Adiuncti, non possunt in causa procedere, nisi insimul interueniant iudices Ordi-
6 narij, & Adiuncti, *cap. cum causam, versic. tunc quia ipsa causa de offic. & potest. Iud. Del.*, *Autentico, Vt differentes Iudices, §. si vero contingeret ibi, vt ambo per amicabilem conuentum dissoluant col. 4.*, *Gemin. consil 24. num. 11. in fine*, *Mandos. in 8. for. commissionum in verbo Adiunctorum fol. 54. versic. Adiunctus col. 3.*, *Portolet in §. Adiunctus in scoliis ad Molinum Ganauer. de d. decis. 7. num. 10.*

Aduerte quinto, quod quando Tribunal, cui debent Consiliarij vti Adiuncti interuenire,
7 non est integrum circa numerum Iudicum ordinariorum, non possunt dicti Adiuncti ibi congregari, vt esset casus, quando Regia Camera, quæ componitur ex tribus Ministris togatis, & altero non togato, per *pragm. 65. col. 3. de offic. procu. Cesaris* (licèt aliqui dicant, quod componatur ex duobus Præsidentibus, per *Arrestum Regiæ Cameræ 548.* collectum à *Reg. de Marin.*, sed plus debemus credere pragm. quam Arresto, quod est simplex decretum, vt etiam notauit *Consil. Altimar. ad Romit decis. 52. nu. 11.*), attamen si fuerit numero diminuta, quia scilicet non adessent isti quatuor Præsidentes, qui interuenire debent; in hoc casu non possunt vniri Adiuncti, nec causa tractari cum istis Præsidentibus minoris numeri quatuor, nam cum Adiuncti præsupponant existentiam principalis, *l. 1. C. quando tutor, vel curator esse desinant*, & sunt veluti accessoria, & additamenta ad Tribunal, cui sunt Adiuncti, vt dixit *Franch. decis. 252. num. 5.*, ideò non diceretur Tribunal, quando Officiales illius non sunt in numero opportuno, dum Tribunal diminutum, non est Tribunal, *cap. cum causam. vers. tunc quia ipsa causa de officio Delegati*, & dicerentur internenire Adiuncti sine Tribunali ordinario, cui debent adherere, & soli procederent, quod non possunt gerere, tradit *Geminianus consil. 24. nu. 11.*, *Bald. consil. 39. lib. 2.*, in quam sententiam videtur inclinare *Ganauerr. in decis. 7.*, licèt articulum non referat decisum; Aliud exemplum poterit fortiri in S.C., nam cum per *pragm. 2. de causis decidendis*, post med. sit ordinatum, numerum Consiliariorum esse debere ad minus ternarium, vt Sacrum Consilium componant, potest accidere casus, vt Præsidentes veniant vti Adiuncti ad S.C., pro aliqua graui causa decidenda, cui non possunt adiungi, nisi Aula sit plena, saltem cum numero trium Consiliariorum, vt Tribunal S. Consilij efficiant. Hoc autem intellige, quando Adiuncti non sunt de corpore illius Tribunalis, cui adiunguntur, sed alterius qualitatis, & dignitatis, putà quando Consiliarij adiunguntur cum Præsidentibus Regiæ Cameræ, vel quando Præsidentes Regiæ Cameræ, cum Consiliarijs adiungi deberent, sed quando Adiuncti sunt einsdem qualitatis, & dignitatis, putà quando Consiliarij vnius Aulę, adiunguntur cum Consiliarijs alterius Aulę, crederē, quod non posset suscitari prædictus articulus, an debeant esse Consiliarij illius Aule, cui debet fieri adiunctio, in numero opportuno, cum non saperent naturam adiunctorum, dum sunt eiusdem qualitatis, & conditionis cum alijs, quibus adiunguntur, & potius viderentur vnum corpus componere, & procederet dispositio *prag. 4. §. 4. tit. de dilationibus*.

Aduerte sexto, differentiam inter Iudices datos Adiunctos ad supplendum legitimum nume-
8 rum votantium, & illos datos ad dirimendam paritatem, nam primi post latam sententiam definitiuam possunt internenire in omni alio actu, quando contra sententiam petitur aliquis recursus, vel per viam reclamationis, restitutionis in integrum, vel nullitatis, *Romit. in decis. 52. per tot.*, & precipuè *num. 6. & 9.*, qui dixit, quod quia sunt dati Adiuncti ad supplendum numerum Iudicum deficientium, dicuntur Adiuncti in tota causa, & sortiuntur naturam Iudicum Ordinariorum, secùs verò si fuerint dati ad dirimendam paritatem, nam ista dirempta, non poterunt denuò interuenire, *Dom. Altimar. in obseru. ad decis. Romit. 52. num. 1.*, qui ità refert practicatum in causa Doctoris Salernitani, cum Iudice Paladino. Ideò isti Iudices dati ad dirimendam paritatem, debent solum interuenire in decretis definitiuis, non autem in interloquutorijs, & in incidentibus, nisi expressè fuerit dictum in commissione, vt disponit nostra *pragm 21. de suspic. Official.*, & in hoc casu dicit esse intelligendam *d. pragm. Dom. Altimar. in obseru. ad d. decis. Romit. nu. 1.*, secùs verò concludit in illis datis ad supplendum defectum Iudicum, nam isti in omnibus actibus debent interuenire.

Aduerte tandem, quod si contingat aliquem Adiunctum mori, hoc casu Iudices, quibus
9 ille fuerat Adiunctus, poterunt in causa procedere, *Castill. decis. 87. Reg. Sicil.*, *Riccius collect. 1365. part. 4.*, *Vrsell. d. concl. 57. num. 40.* Sed hoc etiam declara, vt debeat intelligi de Adiun-

Adiunctis generaliter datis, pro reuiſione
cauſæ in gradu appellationis, vel reclama-
tionis, aut alterius remedij propoſiti aduer-
ſus ſententiam, cuius qualitas requireret ma-
iorem numerum Iudicum, vt in terminis no-
ſtre pragm., quæ requirit vnionem duarum
Aularum, quando cauſa eſſet alicuius impor-
tantiæ, ſecus dicas, quando eſſent dati Ad-
iuncti ad ſupplendum numerum Iudicum
deficientium, vel ad dirimendam paritatem,
nam in iſtis caſibus ſunt alij Iudices ſup-
plendi, vt ſequatur concluſio cauſæ iuxta
mentem concedentis.

Controuerſa eſt quæſtio inter practicos, an Iudi-
ces Adiuncti dati in cauſis, cenſeantur Dele-
gati, vel Ordinarii, ſicut ſunt illi, quibus ad-
iunguntur. Vtilis erit hæc reſolutio, nam ſi
eſſent Iudices Delegati, abſentia vnius red-
10 deret actum nullum, etiā ſi maior pars alio-
rum interuenerit, vt in *cap. vno delegatorum
de Offic. & poteſt. Iudic. Deleg. cap. fin. de arbitris
in 6. cap. cauſam il t., & cap. cum cauſam de
Offic. Deleg. l. duo ex tribus, & l. Pomponius, ff. de
re iudic., l. et ſi tres, & l. ſeq. ff. de recept. arbitr.
l. 4. C. quando prouoc. non eſt neceſſ. Gomeſ. in l.
48. Taur. num. 2, Reg. Ronit. conſil. 5. num. 2.
lib. 1.* In hoc articulo multi Doctores tenuerūt,
quod Iudices Adiuncti dati à Dom. Prorege
cenſeantur Delegati, licèt dentur Iudicibus
Ordinarijs, *Anna ſing. 15., Riccius collect. 1365.,
Maſtrill. dec. 292. num. 3. & ſeq., Caſtill. dec. 87.
num. 1., Gratian. diſcept. for. cap. 100. num. 49.,
Sarania de iuriſd. adiunctor. cap. 3. num. 17.,
Anton. Faber. in defin. 3. C. de iuriſd. omn. Iudic.,
Vrſell. in eſam. Apum concl. 53. num. 39. lib. 1.,
Ronit. conſil. 5. num. 1. & conſil. 7. num. 4. tom. 1.,
Galeota contr. cap. 58. lib. 2.,* & vtriſque Iuriſdi-
ctio communicatur, ità, & taliter, vt vnus ſine
altero procedere non poſſit, ac ſi à principio
vnus, & idem inſimul datus fuiſſet, *Vrſell. in
eſam. Apum concl. 53. num. 8. tom. 1.,* & multò
magis concludunt, quando Adiuncti dantur
Iudici Delegato, quo caſu vnus ſine alio pro-
cedere non poteſt, *cap. cauſā de offic. Deleg. l. duo
ex tribus, ff. de re iudic., Merlin. contr. for. c. 25.*

Sed re bene perpenſa dicas, quod Iudices Dele-
gati adiuncti Iudicibus Ordinarijs ſapiant
11 naturā Iudicū Ordinariorū, adiunctus enim
acquirit naturā illius, cui adiūgitur, *l. ſed & ſi,
ff. pro ſocio,* nō minus, ac acceſſoriū ſapit naturā
ſui principalis, *ad tex. in l. cum principalis, ff.
de reg. iur., DD. adducti per Saraniam vbi ſup. n.
10., Ronit. conſil. 7. n. 3. tom. 1.,* efficiuntur enim
de corpore illi adiuncti, illius Tribunalis cui
adiunguntur, in puncto, *Marta in voto 93. nu.
30., Dom. Altim. in obſeru. ad d. conſil. 5., Ronit. n.
2. lib. 1.,* vbi aduertit, quod licet *Reg. Galeota
in d. contr. 58 lib. 2., & Ronit. in d. conſil. 5.* con-
trarium fundare conati fuerint, attamen
contrariam deciſionem reportarunt, & fuit
deciſum nullitates non obſtare, quas ex hac
contraria concluſione propoſuerunt, & in alia
cauſa ità etiam fuit deciſum apud *Thor. par. 3.
comp. deciſ. in verb. Iudex vnus pag. 611.* Imò ſi
ipſamet cauſa fuiſſet delegata, adhuc inquit
12 *Maranta in ſpecul par. 4. diſtinct. 5. nu. 77.,* quod
Delegatus non dicatur ille Iudex, cui com-
miſſa eſt cauſa, qui prius erat Ordinarius, ſed
cauſa remanet ordinaria, & tantum Iudicis
iuriſdictio excitata dicatur, & confirmat *Ma-
ſtrill. dec. 292. nu. 17.,* ità deciſum in Supremo
Tribunali Viſmariæ, refert *David. Menius de-
ciſ. 251.*

Non ignoro alios *DD.* voluiſſe conciliare has
contrarias concluſiones, diſtinguendo decreta
interlocutoria à definitiuis, vt fuerunt *Caſtill.
dec. 87. num. 8., & Maſtrill. d. deciſ. 292. nu. 16.
& ſeq.,* attamen ratio diſparitatis congrua
non aſſignatur, vt conſiderat idem *Dom. Al-
timar. in d. obſeru. ad conſil. 5. num. 4.,* nec ego
13 curabo veritatem prædictarum concluſionū
examinare, dum apud nos hanc queſtionem
definiuit, *prag. 4. §. 4. de dilatio.,* quæ diſpoſuit
Iudices datos adiunctos alicui Tribunali re-
putari Ordinarios, non Delegatos, non ſolum
circa recuſationes ipſorum, vt fiant cum de-
bitis ſollemnitatibus requiſitis in ſuſpicioni-
bus Officialium, ſed etiam ob quodlibet im-
pedimentū, (dūmodò remaneat numerus op-
portunus iudicātiū), & hoc abſq; labe nullita-
tis, ſi vnus deficiat. Quod procedit licet Adiū-
cti dentur Iudicibus Delegatis, nā etiā rema-
nēt ordinarij Adiuncti dati, *Dom. Altimar loc.
cit. nu. 7.,* & licèt *Merlin. contr. 25. nu. 16. lib. 1.
& Ron. conſ. 7.,* cōtrarium ſubſtinuerint, atta-
men ſententiā contrariā reportarunt, & com-
probat *Thor. in compend. deciſ. tom. 2. in verb.
Iudices Adiuncti pag. 313.* Per iſtam enim *prag.
4.* fuit reſoluta illa antiqua quæſtio, an per im-
pedimentum vnius Adiuncti poſſit cauſa
votari, & ordinatū fuit, quod ſapiant naturam
Iudicū ordinariorū, ideòquod eis deficiētibus,
cauſa poſſit definiri, *Altim. in obſer. ad dec. 52.
Ronit. in addit. ad num. 4. & in obſer. 2.*

Hæc vero intellige procedere, in Adiunctis da-
tis ad ſupplendum legitimum numerum Iu-
dicum, an ſi deficiat vnus vitiet ſententiam,
ſed in Conſiliarijs, & alijs Iudicibus datis ad-
iunctis ad dirimendam paritatem, non dubi-
14 tatur, quod vno ex illis abſente non poterit
cauſa decidi, & ea dirempta non poſſint am-
pliùs ſe intromittere, *Ronit. dec. 52. qui nu. 9.* di-
cit, quod in iſto caſu non loquatur dicta prag-
matica, *Sanfelic. in praxi Iudic. in appendice
ad ſectio. 3. num. 3., Altomar. in d. obſeru. 5. num.
6. & in obſer. ad dec. 52., Ronit. in fin., Thor. in
comp. dec. tom. 3. par. 1. in verb. Adiuncti pag. 6.*

Sed an ſint dandi Conſiliarij adiuncti, quando
vota emiſſa ſunt inter ſe contraria, & diſſo-
15 nantia, quæ cauſant diuerſitatem, exemplum
tradi poterit, ſi vnus ex Conſiliarijs condam-
nat ad centum viginti aliquem debitorem,

indicando forsan hoc esse pretium rei per ip-
sum emptæ, vel iudicando iustum pretium
in terminis, *l.2. C.de rescind. vend.* Alter con-
damnat ad pretium centum quinquaginta,
alius ad centom sexaginta, & vltimus ad pre-
tium duc. biscentum, an in hoc casu talis sen-
tentia sit reducenda ad illam minorem sum-
mam, vel omnia sint vota singularia, pro
quibus reducendis ad concordiam, debeant
dari Adiuncti. Et dicas, quod non debeant
16 dari Adiuncti, sed sententia reducitur ad illã
minorem summam duc. centum viginti, cum
omnia prædicta vota concordant in illa mi-
nori summa, & in illa maiori summa arbitra-
ta ab alijs, etiam inest minor, *per tex.in l.1. §. si stipulanti. ff.de verb.oblig. l.3. § si plusquam, ff. de stat.liber.*, proindè exequitur sententia pro
illa minori summa duc.centum viginti, *per tex.in l.inter pares, ff.de re indic. & in l.diem proferre, §. si plures, ff.de arbitris*, vbi habetur,
quod si ex tribos arbitris, vnus in quindecim,
alius decem, tertius in quinque condemna-
uit, *Iulianus* scripsit quinque tantum deberi,
quia in hanc summam omnes conueniunt,
idem habetur in *cap.1.de arbitris in 6.*, & ibi
scribentes *Castrens. consil. 145., videndum est lib.2., Soccin consil. 54.per tot.lib.1., Tusch.practic. conclus. tom. 4. verb. Iudices conclus. 419. num. 13.*, & licèt contradicat *Couarr. lib. 1. var.cap.2. num. 6., cum Molina*, attamen in-
pugnãtur à *Garsia de expensis cap. vlt.* Summa
enim semper est diuidua *Rota apud Manticam dec 153.num 1.& 4. Franch. dec.358. num.2.*
ideo sententia condamnans vltra quantita-
tem verè debitam non est nulla, sed substine-
tur pro quantitate debita *Prat.discept.for.cap. 5.n.16.te. 3.* qui in fine ita refert decisũ, quam
conclusionem in Senatu Lusitaniæ non pra-
cticari, dixit *Cabed. decis.7.n.2. & 3.*, quia
ex legibus illius Regni est sancitum, vt causa
discurratur per omnes Senatores grauaminũ,
donec tres concordent, & ideò concludit in
casu prędicto concedi appellationem ad alios
Iudices. Sic etiam non procedit prædicta
conclusio in Iudicibus delegatis, quia si diuer-
sas dederint sententias, sententia in pen-
denti est, donec competens Iudex vnam eo-
rum confirmet, *cap.fin. de re iudic. l.duo Iudices, ff. eod.*, nisi velimus dicere, de sententijs
diuersis idest contrarijs, quod iura loquantur,
seù potius paribus, iuxtà *text. in l. inter pares*,
non de diuersis respectu maioris, vel minoris
sommæ, quod melius esset cogitandum.

Quando vero in causis criminalibus, Iudices in
contrarias iuerunt sententias, imò etiam in
17 pœnis infligendis discordes fuerunt, non
media, sed minima sententia est exequenda,
putà si duo ex sex Iudicibus in pecuniariam
pœnam condamnent, duo in exilium indi-
cent, & duo pœna capitis damnent, etiam
minima sententia est exequẽda, scilicet pœna
pècuniaria non pœna exilij, dixit *Glos. in l.diem proferre, §. si plures ff.de arbitris, Alciat. lib.1.parerg.cap 14., Cuiac.lib.2. obser.16., Lucca ad Franch.decis.252.n.1., Mastrill.dec.183.*,
latè per multa exempla discurrit *Pegas ad ordin.Reg.Portugal.lib.1.tit.1.glos.64.per tot.*, quæ
omitto, ne alienos labores vti proprios vsur-
pem, sed *Danza de pugna DD. tom.3.tit.de votis cap.1.num.52.* refert practicatum vota
difformia prolata à tribus Auditoribus Pro-
uinciarum nostri Regni, ad Dom. Proregem
fuisse transmissa, pro eis dirimendis.

Sed quid dicendum si vnio Aularum, vel sal-
tem datio Adiunctorum, fuerit petita in pri-
18 ma instantia causæ vertentis in S.Cons. infrà
summam ducatorum bis mille, & denegata,
an debeant concedi in causa reclamationis,
si denuò petantur, hoc dubitari poterit in
causis infrà summam ducatorum bis mil-
le, nam si causa controuersa prædictam sum-
mam excesserit, indubitanter debet conce-
di vnio Aularum, ex *Capitulo* Caroli Quinti
Cęsaris recolendæ memoriæ inserto in *Capi-*
19 *tulis nostræ Ciuitatis fol.103.*, & confirmato
in *pragm. 41. § 9. de offic. S.C.*, vt supra dixi.
In prima enim instantia vnio Aularum, vel
datio Adiunctorum an sint concedendæ, re-
mittitur arbitrio Dom. Præsidentis S.Consil.
per dictam *pragm.41.*, quam in prima instan-
tia tantùm procedere, dixit *Rouitus ibidem num. 1.*, at in secunda instantia ratio dubi-
tandi est, quia causa appellationis dicitur esse
eiusdem naturæ, sicut causa principalis, *l.1. ff. an per alium casus appell. vbi Angelus*, & se-
20 quitur *Franchus dec.520.*, vel saltem dicitur
filia causæ principalis ipsa appellatio, *Franchus decis.637.nu.4.*, imò dicitur eadem cau-
sa appllationis cum prima, *Muscat. in prax. lib.2.part.3. glos. instantia num.11.*, ideò eo-
dem modo quo fuit cæpta finiri debet, *Caranit. in rit. 288. num. 33.*, quem sequitur *Muscatell.in glos.petitur num.4. 5. & 9., Giurba decis. 43. num. 7.*, proindè si causa primæ in-
stantiæ fuit summaria, erit etiam summaria
causa appellationis, *Vestrius lib.1.cap 1.nu.2.*,
& si per horas procedebatur in prima instan-
tia in grauioribus delictis, ità etiam procedi
debet in secunda instantia, vt refert per S.C.
decisum *Franchus decis. 250.* Sed his non
obstantibus contrarium dicas, quod scilicet
debeat concedi vnio Aularum in secunda in-
stantia in casu supra posito, licèt in prima
instantia fuerit petita, & denegata; ità enim
æquitas suadet, vt quod alteri non nocet, &
mihi prodest, non sit denegandum, Iudici
enim adiunctorum datio, vel vnio Aularum
non nocet, cum functus sit officio suo, *l.1. ff. nil nouar.appell.pend., Muscatell. lib.1. in glos. condemnando num.55.*, ideò Iudex cui datur Ad-
iunctus, io nullã iniurię, notam incurrit *Gratian. discept forens. cap.100. lib.1. nu. 39, Vrsill.*

Vrsill.

ſ.ll. in eſamin. Ajum lib.1. concl.53. num.11., ſicut nulla ſit iniuria Iudici, ſi à ſententia appelletur, *l. & in maioribus, C. de appellat.*, nec etiam parti nocere hoc poterit, quia ſententiæ S.C. habent paratam executionem, vt infrà dicemus, & vice uerſa victus ſubleuatur à ſuo grauamine, quod dubitat fuiſſe illatum à primis Iudicibus, dum iſtis alij adiunguntur, ne dicatur, quod Iudex qui ſemel grauauit, præſumatur in futurum ſemper grauare, *Muſcatellus in d. gloſ. inſtantia num.20.*, Cum ergo ad præſidium innocentiæ appellatio fuerit conceſſa, *Afflict. deciſ.188. num.6.* Ideò æquitas ſuadet, vt vnio Aularum, vel ſaltèm datio Adiunctorum in hac ſecunda inſtantia ſit concedenda, & ità cenſuit noſtrum Collaterale Conſilium in cauſa Marchionis Celenſiæ, referente Regente Sanfelicio ſub die 27. Aprilis 1622. penes Scaccia uentum, eſſe ſcilicet cōcedendam vnionē Aularum, vt refert *Thorus in compend. deciſ. to.2. in verbo vnio Aularum pag. 736.* Imò fuit dubi-
21 tatum, an concedi poſſit vnio Aularum in cauſis reſtitutionum in integrum, vel nullitatum propoſitarum aduerſus ſententias S C, quamuis cauſæ principales fuerint deciſæ in vna Aula, opponebatur enim, quod reſtitu-
22 tio licet ſit ſpecies appellationis, *Minſinger. centur.6. obſeru.80. num.9.*, & eidem æquiparetur quo ad impediendam executionem, *Marta voto 147. num.1.*, *Giurba deciſ.20. n.12.* Attamen re vera eſt remedium diuerſum, quia ad petendam reſtitutionem in integrū, debet noua cauſa allegari, *Magonius deciſ. forenſ. decima num. 23.* ideò noua cauſæ cognitio in ea opus eſt. *Monacus deciſ. forenſ.4. n.43. & 44.*, ac etiam libellus dandus eſt, & lis conteſtanda, *Minſinger. centur.1. obſeru.49. num. 1.* Sic cauſa nullitatis, licet videatur incluſa in appellatione, *Magonius deciſ. Luceuſ. 67. num.4.*, eſt re vera diuerſa, quia nullitas,
23 & appellatio diuerſa ſunt remedia, *Andreas Gallius lib.1. obſeruat. 135. num.4.*, proindè cum diuerſæ ſint cauſæ non poſſunt dici acceſſoriæ cauſis principalibus, nam licet acceſſorium ſequatur naturam ſui principalis, *ad text. in l.cum principalis, ff. de reg. iur.*, at quando ratio eſt diuerſa, acceſſorium non ſequitur naturam principalis, *Franch. deciſ. 642. num. 10.*, *Gallius lib. 1. de pace publica cap.5. num. 26.* Nihilominùs per rationes ſupra adductas fuit pluries deciſum in Collaterali Conſilio, quod cauſæ prædictæ diſcutiantur iunctis Aulis, non obſtante quod cauſæ principales terminatæ fuerint in vna Aula, vt in cauſa Martij Caraccioli, cum Duce Nucum, & in cauſa illorum de Tufo, cum illis de Vaez, in quibus cauſis agebatur de nullitatibus propoſitis; Et in cauſa reſtitutionis in integrum requirēte altiorem indaginem, ſcilicet præpoſita per viam actionis, vt decidatur iunctis Aulis, quamuis ſententia fuerit in vna Aula prolata, tradit pluries deciſum *Thorus in comp. diſto tom. 2. verbo vnio Aularum pag 738 & 739.*

Nota vero, quod in prouincialibus Audientijs noſtri Regni paritas votorum orta inter Auditores dirimitur per vota Abſentium Officialiū. Si enim Auditores ad inuicem contēdant, & eſſent in pari voto, quia nō poſſunt eligi alij Officiales Adiuncti, dum non adſunt æqualis, vel maioris dignitatis in illa Prouin-
24 cia, propterea antiqua praxis introduxit, vt mittantur vota ad Dominum noſtrum Proregem, qui ſolet committere alicui Iudici M. C. Vicariæ Ciuilis, ſi cauſa eſt ciuilis, vel Iudici criminali ſi cauſa eſt criminalis, vt illa reſoluant, quod etiam diſponit noſtra *pragm.5. de officio Iuſtit.* & tradunt *Molfeſ. ad conſuet. Neapol. par.10. qu.22. num.13. Danza de pugna Doctor. tit. de Votis cap.1 num.21. & 22.* qui aduertit in *ſequ. num. 29.* quod licet loquatur dicta *prag.* quando tortura veniret inferenda, attamen generalitèr in omni paritate, illam obſeruant Audientię noſtri Regni, vt idem *Danza* refert *in ſeq. num.33. & 50.* practicatum in remiſſione cauſæ petita à Barone, ſuper qua duo Auditores pronunciarunt contraria vota, quæ ex reſcripto Proregis fuerunt reſoluta. Sed quādo in Regia Audiētia adeſt Tertius Auditor, qui eſſet abſens, debet expectari eius aduentus, *Danza loc. cit. nu.33 & ſeq.* Aliquando obſeruabatur, vt in pari numero Auditorum, qui paritatem explerunt in materia ciuili, fuerit electus Fiſci patronus illius Audientiæ, pro diſcordia definienda, ſed præuio ordine Collateralis Conſilij, teſtatur *Nouar. in d. pragm.5. num.13. de offic. Iuſtit.*, at ſua ętate vnquam fuiſſe obſeruatum teſtatur *Danza in d. tit. de votis n.*

Rota vero Romana ob ſuam excelſam poteſtatem, & dignitatem, non patitur in diſcordia
25 votorū, ſibi deputari alios Iudices adiunctos, ſed iterum cauſa diſcutitur, & votatur ob iiſdem Auditoribus, quo modo cauſa ſecunda vice propoſita, melius explanatur, & determinatur quid definiendum ſit, vt teſtatur idem *Molfeſ. d. qu.22. num.14.* & confirmat *Nouar. in pragm.5. de offic. Iuſtit. num.6.* Secus dicas de Cardinalibus in cauſis Delegatis, quibus poſſunt dari Adiuncti, dixerunt *Geminian. conſil. 24. verſic. ſi Papa Mandoſ. de form. commiſſ. Adiunct. 5. Auditores Cameræ, Vrſell. in eſam. Apū in verb. Adiuncti concl.53. num.11.* Sed ob prærogatiuam talis dignitatis aduerte, quod de Stylo Curiæ, poteſt Cardinalis Commiſſarius ſolus in cauſa procedere, licet illi fuerit adiūctus datus alter Cardinalis, at iſte Adiunctus non poteſt ſolus procedere, dixerūt *Geminian. conſil.24. num.12. verſil. item eſt nulla, Tuſch. pract. concl. to. 4. in verb. Iudex concl.417. n.5.*

In cauſis vero Regiminis politici rerum publica-

ca-

carum nostræ Ciuitatis Neapolis.factis paritatibus votorum, nec etiam assignantur Ad-
26 iuncti, sed discordia animorum proponitur Domino Proregi, vt suo arbitrio meliorem ex repugnantibus votis partem eligat, iuxta tradita per *Chassan. in catalog. glor. mundi par. 5. consid. 24. num. 176.* ita de antiquo vsu Electi, & Decuriones nostræ Ciuitatis obseruant, quod etiam notarunt *Surgente de Neapol. illustr. cap. 25 num. 29. idem Molfes. d. qu. 22. nu. 15.* exceptis paritatibus ortis inter sex Deputatos nostrorum Sedilium, pro quarum definitionibus conuocatur totus cætus Nobilium illius Sedilis, vbi fuit commissa paritas, fatentur idem *Surgente, & Molfes. loc. cit.* & confirmat *Nouar. in d. pragm. 5. num.* 8. Quod etiam procedit in quocumque negotio, quod controuertitur inter Administratores publicorũ Bancorum, Gubernatores Arrendementorũ, locorum Piorum, & similium, qui si parem discordiam, vel alias differentias fouent inter se, pro illis resoluendis recurrunt ad Proregẽ, vti Supremum Iudicem totius status Politici, vt suo prudẽtiori iudicio deliberet quid magis expediat illi communitati, quod hoc anno 1698. cum hæc scribo euenit inter Gubernatores Ecclesiæ Santiss. Annunciatæ huius Ciuitatis, nam cum Dominus D. Iulius Caracciolus Dux Mirãdæ Gubernator dictæ Ecclesiæ, electus à Platea Capuana, determinauisset remouere Matteum Duratium Officialem Banci dicti loci, & alium subrogare absque legitima causa, viriliter se opposuerunt reliqui Gubernatores Plateæ Populi, qui tunc erant Magnifici V.I.D. Lucas Puoto, V.I.D. Ioseph Valle, Nicolaus de Rosa, & Gaetanus Ametranus Baro Matonti, dicebant enim isti, negotia esse expedienda cum votis maioris partis, quod mordicus negabat d. Dom. Gubernator sessionis Capuanæ, prætendens prouisionẽ Officialium Banci illios Sacræ Domus, esse suæ liberæ electionis, aut remotionis, absque conclusione maioris partis, & habito recursu ad Excellentissimum Proregem huius Regni Ducem Medinæ fuit emanatum ab eo sequẽs rescriptum tenoris sequentis, quod non piguit hic inserere pro publica quiete illius Sacræ Domus, ne in futurum similis contentio eueniat.

A los Señores Gouernadores de la Casa Santa de la Annunciada.

HAuiendo entendido el Duque mi Señor, que desde 13. de Euero de este año, nò se hà tenido Congregazion para tratar de los graues intereses, y materias de la Casa Santa de la Aunnciada, de que son Gouernadores V.S faltandose à la regla, que se tenia de vnirse tres vezes cada semana, de que resulta summo perjuicio, añadiendose à esto, el hauer mudado el Duque de Miranda por si solo el Official, que haze las fees de credito en el Banco de la Casa Santa, à tiempo, que no hà faltado en cosa alguna en muchos años, que hà, que exerze dicho empleo, nè falsificandose, como hà succedido las fees de otros Bancos, y que quando se hubiera de hazer tal nouedad; hauia da ser con causa legitima, comunicandola en la banca à los demas Gouernadores, à fin de resoluer lo conueniente, podiendo naçer de esto vn perjuiçio notable à dicho Banco, y al publico particolarmente, por las imminentes ferias, que se han de celebrar en el Reyno, donde nò se reçiuiu, nè se dispensa otro, que fees de credito, y considerando S.E. por ilegitimo, e iuregular el modo, que hà tenido el Duque, en remouer el dicho Official, no pudiendolo hazer de por si solo, sinque concurran los otros Gouernadores, segun la constitucion del lugar, y el vso de resoluerse semejantes materias, y nò conuiniendo tampoco, que quede abandonada la Santa Casa de la assistencia de sus Gouernadores. Me manda S.E. deçir à V.S. que despues de essecutadose la reintegraçion del dicho Official en su exerçiçio (como se preuiene tambien al Duque con otro villete) se vnan V.S. en la Banca, donde proponiendose la materia por las causas, por las quales hauia estimado el Duque passasa dicta mutacion, y segun el solito, por el nnmero de votos sufficientes se concluia, y se effetue lo que se conoçerà ser de major beneficio de dicho Banco, y che V. S. se vnan segun el stilo, y atiendan con aquella aplicaçion, que conuiene al buon gonierno, y administracion de la Santa Casa, y Banco, porque nò quede trascurada vna obra tan gran, y de tanta piedad dirigida al Seruiçio de nostro Señor, y beneficio del publico. Guarde Dios à V.S. Palaçio à 13. Marzo 1698.

D. Diego Cabreros.

PRÆSTANTIA XIV.

Præstantia S.C. est vt debeat seruare æquitatem, & quomodo.

SVMMARIVM.

1 *Ius diniditur in scriptum, & non scriptum.*
2 *Ius non scriptum quoduam est.*
3 *Æquitas duplex est naturalis, & ciuilis, & quænam sint.*
4 *Æquitas ciuilis est dictamen rationis naturalis in lege interpretatum.*
5 *Iura ciuilia non dissonant iuri naturali, sed concordant.*
6 *Vsucapiones, & præscriptiones non aduersantur iuri naturali.*
7 *Bella Romani non indicebant, nisi per Feciales prius denunciabatur repetitio, & iniuriarũ querimonia exponerentur.*

8 *Ius*

8 *Ius ſi ex bono, & æquo non conſtaretur, ius non eſſet.*

9 *Legislatores erubeſcunt aliquid ſtatuere contra æquitatem.*

10 *Lex differt ab æquitate, & quomodo.*

11 *Dubitationem poſſunt recipere omnia in iure diſpoſita, licet iuſtiſſima appareant, & cur.*

12 *Æquitas iuris rigori in omnibus, an ſit præferenda.*

13 *Lex eſt ordinatio rationis ad bonum commune.*

14 *Leges licet ex hominum opinionibus ordinatæ fuerũt, tamen cum ratione naturali, & æquitate.*

15 *Leges Romanæ multis ſollemnitatibus condebantur, & promulgabantur, quæ referuntur.*

16 *Æquitatem iuris rigori eſſe præferendam multi DD. voluerunt.*

17 *Æquitatis ratione vt recedatur à iure communi, plura exempla ſunt in iure ſcripta.*

18 *Æquitas ſi ſcripta eſt tunc præfertur rigori, ſecundum opinionem aliquorum Doctorum.*

19 *Fur nocturnus de iure 12. tabularum impunè occidebatur. ſecus de iure Digeſtorum.*

20 *Æquitas ſcripta eſt lex, non æquitas.*

21 *Iudex inferior poterit per æquipetam legem interpretari.*

22 *PRÆSTANTIA Supremi Senatus eſt, præferendi æquitatem rigori ſcripto.*

23 *Princeps poteſt legis duritiem emendare, & ex æquitate interpretari.*

24 *Iudices inferiores in omnibus tenentur ſequi leges, vti exequutores iuris ...*

25 *Æquitas locum habet in Aula, & Conciſtorio Principis.*

26 *Præſtantiam præferendi æquitatem rigori ſcripto, habent etiam Senatus Mediolanenſis, Allobrogum, Pariſienſis Belgicus, aliique, ſed non Senatus Cathaloniæ, & cur ...*

27 *Clementiam non poſſunt exercere Supremi Senatus erga Sontes, ſed ſolum Princeps.*

28 *Clementiæ definitio traditur, & differt à manſuetudine, & quomodo.*

29 *Seueritatis definitio aſſignatur.*

30 *Pœnæ à Iudicibus vt infligantur, & Clementia à Principe exerceatur, tradunt politici.*

31 *Principes Apum naturam habere debent, & quomodo.*

32 *Cæſar Auguſtus Clementiſſimus fuit, & non minus Alexander Macedo.*

33 *Porſennæ Hetruſcorum Regis Clementia laudatur, erga Mutium Sceuolam.*

IVcundum quidem eſt, & nihil preſtantius, quam naturæ arcana intueri, ſed longè vtilius erit, hominũ mores inquirere, & differẽdi vtilitates cognoſcere, ad generis humani ſocietatem conſeruandam, vt omnia quæ geruntur, æquitate temperentur, & ſi in priuatis actionibus hoc deſideratur quanto magis in iudiciis, in quibus iuſtitia populis tribuitur, & Reſpublica gubernatur, vt autem ad materiam de æquo bono deueniam.

Præmittendum eſt, quod ius noſtrum diuiditur
in duas ſpecies, in quas totius Reipublicæ re-
1 gimen verſatur, ſcilicet in ius ſcriptum, & non
ſcriptum, *l. ius ciuile 6. ſ. 1. ff. de iuſt. & iure Harppreſt. in §. conſtat autem 3. inſtit. de iure nat. gen. & ciuil. Galuan. de vſufructu cap. 6. nu. 46.* Ius ſcriptum illud eſt, quod per leges Imperiales fuit ordinatum, vel municipales conſtitutum, in fori ratione deductum, quod eſt totum corpus Iuris ciuilis, vel ius Municipale alicuius Regni, quod à Iuſtiniano *in dicto §. conſtat autem* ſubdiuiditur in in legem, Plebiſcitum, Senatus Conſultum, Principũ Placita, Magiſtratum ædicta, & Reſponſa Prudentum, *Galuanus loc. cit. Harppreſt. in d. ſ. conſtat n. 7.*

Ius vero non ſcriptum non fuit diuiſum à Iuſti-
niano, ſed exiſtimat ibidem *Galuanus* in duo
2 genera poſſe diuidi, quorum vnum ab uſu, &
conſuetudine populari, alterum vero à Sapiẽtia veterum Iuriſconſultorum emerſit, quod appellatur media iuriſprudentia à *Iuſtiniano in §. cæterum inſtit. de legitim. agnator. ſucceſſ.* cuius iuris non ſcripti appellatione, dico venire etiam poſſe æquitatem, *argum. l. 2. §. item varus 5. §. quamquam, ibi; hæc æquitas ſuggerit, & ſi iure deficiamur. ff. de aqua, & aq. plu. arce. l. nulla 25. ff. de legib. l. de accesſionib. 14. in princ. ff. de diuerſ. tempor. preſc. l. in his 16. ff. de condit. & demonſtr. Duaren. lib. 2. diſp. anniuerſ. c. 18. & in til. ff. de iuſt. & iur. cap. 2. Bocer. in ſ. ſine ſcripto 9. num. 25. & claſ. 1. diſp. 4. theſ. 1. & 19. edit. 2. Harppret. in d. ſ. ſine ſcripto nu. 51.*

Æquitas vna eſt naturalis, altera ciuilis, vt dicit
Io: Oeſtenius in oratio: de iure ſcripto num: 20.
3 *in fine, & 21.* Naturalitèr enim ſumpta, eſt
quædam moderatio naturalis, quæ in pectoribus hominum reſidet, nec ſatis lege præſcribi poteſt, & ſecũdum *Ariſtotilem lib. 1. rethor. cap. 83.* definitur vt ſit ſcriptæ legis defectio, ſeu Ius quod lex ſcripta prætermiſit, non minus, ac cõſuetudo eſt ius, quod lex ſcripta omiſit. Alii illam definiunt, vt ſit abſoluta bonitas, & viri Medulla, germana Iuſtitiæ. Alii tandem, vt ſit ius lege non comprehenſum, ſed legitimi iuris emendatio, cum aliquid æqui boni ique facimus, hinc dicimus æquitatem ſectari illos, qui cõſtantia quadam, ac moderatione cum æquo animo patienter omnia ſubſtinent; iſti enim omnia metiuntur honeſtate, vt nil vtile niſi quod honeſtum exiſtiment, qua omnes vitioſas voluptates repellunt, quæ à virtute detorquent, ſicut & omnes malorum faces, quę homines exterrent, magno, & excelſo animo deſpiciunt, quam æquitatem moralem iuſtitiam potius appellarem.

Ciuilis æquitas eſt, quæ per totum ius ciuile, om-
neſque ipſius partes diffuſa ex præceptis ci-
4 uilibus deſumitur, quam Doctores æquitatem
informatam apppellare ſolent, vt in *l. 1. ff. de pactis, l. 1. ff. ſi is qui teſtam. lib. l. 19. ff. de captiu. & poſt-*

& poſtlim.reuerſ.l.1.ff.de minor.l.31.ff.depoſiti, l.1.in princ.verb. bis iucrſt ars.ff.de iuſt.& iur. & defioitur, vt ſit dictamen rationis naturalis in lege interpretatum, dixit *Bald. in l. 3. C. de dot. promiſſ.* & eſt quædam naturalis ratio, quæ admirabili temperamento moderatur, *l.dinus, ff.de in integr.reſtit.l. non tantum.ff. de re indic.* prout *in l. placuit, C.de indic.* ,vel melius cum *Archidiacono in cap. 1. de confeſſis in 6.* authoritate *Cyprian.* dico, quod ſit quædam iuſtitia dulcedine miſericordiæ temperata, alias definitiones æquitatis tradit *Marchiſel.in quæst.practic.quæſ.1.num.9.* Nam licet *Aristoteles lib. 1. rethor.* dixit, illas leges optimè cõſtitutas, quæ in omnibus caſibus, qui incidere poſſunt, ſancitæ aſpiciuntur, & pauciſſima dubia Iudicis arbitrio reliquerunt, attamen neque leges, neque Senatus conſulta, ita prouidere poſſunt, vt omnes caſus comprehendere valeant, ſed ſat eſt, vt ea quæ plerumque accidunt diſpoſuerint, *l.non poſſunt 12. & l. neque 10.ff de legib. Aristotil.lib.1.politic.cap.6.et lib. 2. ethic.*

Dixi, quod æquitas ciuilis ſit dictamen rationis naturalis, nam ita dixit *Vlpian in l.1. ff. de pactis, huius edicti*, inquit, *æquitas eſt naturalis*, & in *l. 1. ff. de constit. pecun. hoc adictum* ait Prætor, *fauet naturali æquitati, qui constituta ex conſenſu facta custodit*, ſi enim æquitas ciuilis ex iure deſcendit, nullum aliud ius inueniri poterit, quod ex omnibus partibus ad humanitatem, & rationem naturalem propius accedit, quam ius ciuile Romanorum, quod omnia vetera iura ſuperauit.

Neque dicas, aliquando ius ciuile à iure naturæ deflectere, & aliquos caſus ſtatuiſſe alienos ab æquitate, ordinando, vt per longi temporis
5 poſſeſſionem, rerum dominia amittantur, vt in *l.1.& tot.tit ff.& Cod. de vſurpatio. et vſucapio.* ex quibus legibus aſpicitur, vnum cũ alterius detrimento locupletari, & ad alterum res vnius, ſine facto eius transferri, contra *l. id quod nostrum 11.et l. iure natura 206. ff. de reg. iur. cap. locupletet 48. de reg. iur. in 6.* hac de cauſa in *Nouella 9.* circa medium Vſucapio, ſiuè præſcriptio impium preſidium appellatur. Bella etiam, & ſeruitutes permiſſa de iure aſpiciuntur, quæ iuri naturali aduerſantur, quibus homana natura exterminatur, & per captiuitatem libertas auſertur; nam per ſeruitutem quis dominio alieno cõtra naturã ſubicitur, dicitur in *§.ſeruitus 2 insti.de iure perſo* natura enim homines omnes æquales, naſci viuere, & mori voluit, *l.quod attinet 32 ff.de reg. iur.* ex quibus deducunt noſtrum ius ciuile Romanorum aliquando ab æquitate deuiare. Sed certè errant, qui talia exempla proponunt, quia prædicti caſus conſtituti ſunt de iure
6 publico, iuſta ſuadente neceſſitate. Vſucapio enim inducta fuit ob bonum publicum, vt ſecuritati populorum prouideatur, ne dominia rerum ſemper incerta eſſent, nec vt Patresfamilias ſua negligant, ſed ſint in rebus propriis cuſtodiendis diligentiores, vt conſtat ex *d.l.1 ff.de vſurpat.et vſucapio. ubi Nicolaus Ciſner.* Imo non ſic de facili præſcriptiones cõceduntur, ſed illis debitis requiſitis concurrẽtibus, quæ ſcripta inueniuntur in tot *tit. ff. et Cod.de vſucapio.* Siquidem licet videatur vſucapio contraria æquitati naturali, congruit tamen æquitati ciuili, non nè videtur rem ſuam alienare, qui patitur illam vſucapi? dixit *Paul.in l.alienationis 28 ff. de verbor.ſignif.* & damna ſentire non intelligitur, qui intra tempora legibus præfinita, res ſuas non inquirens, ab earum dominio cadit, *l. quod quis ex culpa 203.ff.de reg.iur.* dicendum propterea eſt quod ex duobus æquis, id quod æquius eſt ſequi oporteat, *l.ſi ſeruus communis 61. §. quod vero 5.verſic.nam licet alioquin æquum, ff. de furtis.* Maximè ſi concurreret lex ſuperior, ſeu publica, quæ vincere debet priuatam, *l.ius publicum 38.ff.de pactis, l.vtilitas 4.C.de primipilo, l.vnica.§.hæc autem omnia, C.de caduc.tollen.* Ad nouellam 9. ſupra adductam reſpondetur illam loqui de vſucapione, quæ cum mala fide procedit, vt innuũt illius verba *Iniquis hominibus*, vt poſt *Pinell.in auth.niſi tricennale, C. de bonis maternis num. 40. Broncborst.cent. 4.aßert. 2.* alioſque concludit *Harpprect.in §. iuris præcepta 3 .num. 28.instit. de iust. et iur.*

Circa Bella dico, quod iura Romanorum illa nõ introduxerunt, ſed apud omnem nationem
7 vſitata, & recepta fuerunt, quia ius gentium illa circũſcripſit, *l.ex hoc iure 5.ff.de iust.et iur. §.2.verſic. ius autem gentium instit. de iure perſon.* & ideo frequentata, vt ſine iniuria in pace viuamus, *Ariſt.lib.10.ethic cap. 7.* vt ſcilicet vis publica vi publica, arma armis repellerentur, & coercerentur, qui publicam turbarent tranquillitatem, ſunt propterea bella facta iuris publici, *l.conuerſionum 5.ff. de pactis, Harpprect.in §.iuris studii 4.num.24.instit. de iust.et iur.* & hac de cauſa non ſine neceſſitate amplectuntur. Imo Romani bella non indicebant, nec iuſta cenſebant, niſi per Feciales ſanctiſſima æquitate eſſet denunciatum, vt prius res ab hoſtibus repeterentur, & iniuriarum querimoniæ exponerentur, dixerunt *Liuius lib.4.decade 1.&Cicero 1 de offic.Ayla de iure bell.lib.1.cap.1.pag.3.* ita vt mirum videri non debeat, tam felices eis ſemper contingiſſe bellorum exitus, quippè qui arma nunquam, niſi iuſtis de cauſis ſumpſerint, teſte *Dionyſ.Halicarnaſ.antiq. Rom lib.2.* Circa ſeruitutem, licèt contra naturam dicatur inducta, quia iure naturali non erat cognita, dum omnes homines liberi erant, & pares, & æquales habebantur, vt in *l.manumiſſiones ff. de iuſt.et iur. l.quod attinet ff.de reg.iur.* attamen ius gentium, quod naturali ratione conſtitutum eſt, illam induxit, non ius ciuile Romano-

nörum, vt dicitur in *ſ. ſeruitus inſtit. de iur. perſsu.*, *& §. ius autem gentium inſtit. de iur. natur.*, recta enim ratio naturalis iuris gentium, hominum creſcente malitia, ad coercendam humanam improbitatem, bella, captiuitates, & ſeruitutes ſuaſit, cum id Reipublicæ conueniat, vt bello iuſto, legitimoque capti, in ſeruitutem capientium redigantur, *ſ. penul. inſtit. de iur. perſsu. ſ. item ea, quæ ex hoſtibus 17. inſtit. de rer. diuiſ. l. adeo 7. in princ. ff. de acquir. rer. dom. Balthazar Ayla de iure belli lib. 1. cap. 5. pag. 72. Harppreſt. in ſ. ius autem ciuile num. 11. inſtit. de iure natural. gent. & ciuil.* In ſeruos etiam in bello captos, antiquas aſperitates Romanæ leges multum mitigarunt, & conſtituerunt, nè liceret ſupra modum, & ſine cauſa in ſeruos ſæuire, vt habemus in *l. 1. & 2. ff. de his, qui ſunt ſui vel alien. iur.* Militumque effrenatam auaritiam compreſſerunt, ſtatuendo ſolum mobilia in bello capta fieri capientium, non verò immobilia, & quod hæc à militibus occupata, eorum non efficiantur, ſed Principi, qui bellum indixit acquirantur *l. diuus 31. ff. de iure Fiſci l. ſi captiuus 20. §. 1. ff. de capt. & poſtl. reuerſ.* poſt alios *Harppreſt. in d. §. ius autem ciuile n. 13.* ex quibus reſoluitur dicta oppoſitio, quod iura ciuilia Romanorum aduerſentur iuri naturali.

Præmitto ſecundo, quod licet omnes iuris partes in bonum tendant, & ex bono, & æquo con-
8 flentur, alias ius non eſſet, niſi eſſet bonum, & æquum, & in naturali iuſtitia non conſiſteret *l. 1. & penult ff. de iuſt. & iur. cap factæ, & cap. conſuetudo 4. diſtin.* Imo æquitas eſt tam legibus annexa, vt Legiſlatores erubeſcant aliquid ſtatuere contra æquitatem *l. fin. §. cum autem C. de furtis*, & ideo *tex. in cap. ex parte* appellat *iuris æquitatem*, quia iuris eſt propriè æquitas, dum Ius dicitur Ars boni, & æqui, *d. l. 1. §. 1. ff. de iuſt. & iur.* & ita etiam definitur à *Cicer. in topic. in princ.* nihilominus differt lex ab æquitate, nam lex ſcripta, & conſtituta eſſe debet *§. conſtat inſtit. de iure*
10 *natur.* ſed hæc æquitas ſcripta non eſt *l. 2. ſ. his legibus latis ff. de orig. iur.* nam inter ius, & æquitatem hoc intereſt, quod ius omnia recta, & inflexibilia exigat; Æquitas verò, licet ſcripta non ſit, multum de iure remittat *Oeſtenu de iur. ſcript. num. 90. Donel. lib. 1. comment iur. ciuil cap. 13. pag. 34.* vbi *Hillinger. in ſuis notis ad lit. E. Arumaeus exercit Iuſtin. 1. theſ. 8. Hunnius lib. 1. var. reſol. tract. 1. qu. 15 Anton. Faber in Iuriſprud. Papin. tit. 1. prin. 2. illat. 1. & confut. 1.*

Sic etiam lex ſingularibus rebus, ſeu perſonis non accomodatur *l. 3. l. iura 8 ff. de legib.* Æquitas verò iuxta ſingulares caſus, & perſonas verſatur, perpenſis rei, perſonæ, & loci circumſtantiis, vt dixit *Ariſtot. lib. 5. ethicor. cap. 10.* & habetur in *l. aut facta 16. ff. de pœnis.* Lex eſt conſtitutio eius, quod bonum eſt in genere *l. 1. l. nam ad ea ff. de legib. l. penul. ff de iuſt. & iur.* Æquitas verò eſt interpretatio, & directio legis, nè ex bono, & æquo eius conſtitutio deuiet; Summam igitur differentiam cõcludit inter ius, & æquitatem *Harppreſt. in § fine ſcripto num. 58. inſtit. de iur. natur. gent.* dicendo, quod ius ſemel ſtatuit in vniuerſum cum ſuis principijs, nil aliud perpendendo, Æquitas vero ſingulas circumſtantias curiosè inueſtigat, & applicando deiudicat. Quod autem I.C. ſcripſit non valere ſententiam, quæ expreſſè contra iuris rigorem lata fuerit, in *l. ſi expreſſim 19. ff. de appellat.* ex hoc non ſequitur, æquitatem ante oculos Iudicem habere non poſſe, nam etſi plerumque ab æquitate ius ſeparetur *l. 2. §. item varus ff. de aqua pluuial. arcen. l. qui accuſare 4. & l. vl. C. de edend.* attamen iuris rigor ita accipiendus erit, vt æquitatem quoque amplectatur, & cum ea coniungatur, ſiquidem pro ſcelerum atrocitate, interdum æquitas acuit pœnas, & debet cum rigore coniungi, argum. *l. 1. in princ. ff. de eo, per quem factum erit, & l. 1. § ff ſi quis teſtamen. liber eſſe iuſſus erit Harppreſt. loc. cit. nu. 65. in fin. & 66.*

Vt autem ad materiam deueniam, certum eſt apud omnes, nil inter homines ſic eſſe indubitatum, vt non poſſit (licet aliquod ſit valdè iuſtiſſimum) ſuſcipere quandam ſollicitam dubitationem, vt aduertit Imperator in *Nouella 44. cap. 1. ſ. 3.* incidunt enim ſæpè negotia, quæ etiam doctiſſimos homines ſollicitos detinent, cuius ambiguitatis duas cauſas naturales aſſignat *Abaſuer. Fritſch. in tract. de eo, quod iuſtum eſt aphor. 1.* Vnam ſcilicet, rerum humanarum conditionem, quæ in natura, vaga, incerta, & dubia conſiſtit. Alteram quippe iudicij humani infirmitatem in rebus naturalibus fluctuantem, quæ non rarò aberrat à iuris regulis in abſtruſo latentibus, & in hoc vaſto legum pelago nõ rectè deiudicat, Sed reuera nil tam inuſitatum propemodum euenire poteſt, cuius aut non expreſſa definitio, aut ſaltem ratiocinatione probabilis, ex legum corticibus, aut Interpretum monumentis, accurata lectione inueſtigari non poſſit, cum igitur tam indagatio veri, quam applicatio iuſti, incerta ſit, & non tuta, vel ſaltem laborioſa, vt non valeat Iudex omnia diligenter rimari, ideo Iudex ſequi debet illam æquitatem, quæ ex conuenientia perſonarum, & ex facti circumſtantijs impleri poteſt, & iudicium ex eo, quod pium, honeſtum, & benignum eſt conſtituere. Sed principalis difficultas, quæ in practicando hanc æquitatem occurrere ſolet, eſt ius ſcriptum, ideo ambigitur inter DD. An Æquitas ſtricto iuris rigori in omnibus ſit præferenda, hoc diſputant *DD. in l. 1. C. de legib.* vbi *Bart.* & omnes, & in *l placuit C. de iudic. Duaren. lib. 2. diſp. cap. 28. Coraſ. lib. 2. miſcell. cap. 18. Cuuarr. lib. 1. var. cap. 11. nu. 7.* & in *regul. poſſeſſor par. 2. ſ. 6. nu. 2.*

Fortun Garcias de vlt.fin.in l.1.ff.de iust.& iur. & ex Theolog. D.Thomas 1.2.q.96.art.1.Sot.lib. 1.de iust.& iur.quæst.6.art.8. alijque; Et adeò anceps est quæstio, vt Aristot.lib.5.ethicor.cap. 10. modo affirmat, modo negat. Illi enim, qui affirmant iuris rigorem esse præferendum æquitati, dicũt, quod ius sit ars boni, & æqui & vt dixit D.Thom.1.2 qu.9.art.4. lex est ordinatio rationis in bonum commune cap.consuetudo 1.dist inct.ideo non videntur inter se differre, cum tunc æquitas est, cum bonum, & æquum est l.si seruum 91.§.sequitur ff.de ver. oblig. Garcias loc.cit.. Similiter allegant tex. in l.prospexit ff qui & à quib. vbi lex quamuis dura erit seruanda, dicunt enim fuisse leges constitutas ex hominum opinionibus, & liberis Principum voluntatibus conflatas, non ex vera ratione naturali deductas, vt dixit Petrus Castalius in libello scientiæ legalis nu.13. propterea Angelus Thius, & Iacobus Zabarella dixerunt, Iurisprudentiam non artem esse, nec scientiæ nomine dignam ausi sunt affirmare, & addit Petrus Andreas Canouberius in aphorism.polit.1.tom.pag.12.32.92.104.& 108. Iurisconsultos, siue iurisperitos, nec sapientes nec peritos, nec prudentes ad Rempublicam administrandam idoneos esse, proinde absque nulla interpretatione æquitatis affirmant leges esse obseruandas.

Sed hæ detractiones sunt non rationes concludentes, quibus hanc conclusionem fundare præsumunt, nam Petrus Castalius loc. cit. latè impugnatur à Garcia de vlt. fin. in princ. col.4. non minus impugnantur Angel. Thius, Zabarella, & Canouberius, à Christophoro Hemio, Ioachimo Hoppero, Corasio, Petro Gilbenio, & tandem ab Anton. Fabro in sua iurisprudentia Papin.scient per tot præcipuè tit.1 illat.5.à pag.8. qui concludunt leges nostras abstrusas ex naturali ratione, & philosophiæ fontibus exortas fuisse, vt demonstrat Ioan.Oestennius de iure scripto num. 34. & 35. quod patet ex toto tit. Digest. de Edilitio edict. Vbi quid veniat appellatione morbi antiqui, qui sufficiat ad redibitoriam actionem, ex naturalibus præceptis demonstratur. Et etiam constat ex l.quæsitum 78.§.illud fortasse de leg.3.l.adeo 7.§.cum quis l.25.& 27.ff.de acquir.rer.dom.§.cum ex aliena instit.de rer.diuisione, vbi antiqua philosophorum quæstio resoluitur, An materia præstantior sit forma, puta si ex aliena materia aliqua species constructa sit, cõtrouertebatur, quis eorum naturali ratione dominus sit, an scilicet qui fecerit, an Dominus materiæ, & post multas Sabinorum, & Proculianorum ambiguitates, media sententia recepta fuit, vt si ea species ad priorem rudem materiam reduci possit, Dominus materiæ erit dominus speciei, si verò non possit reduci, constructor formæ erit dominus speciei, vt in dict. §.cum ex aliena 25.vbi Harpprect.eruditè Amenus exercit.Iustin.4.thes.15.; Et ideo frumentum ex alienis spicis constructum, illius erit qui dominus spicarũ fuit, quia forma non fuit mutata, nam grana, quæ in spicis continentur perfectam speciem habent, dixit Gaius I.C.in d.l.adeo 7. §.cum quis Harpprect. loc. cit. num. 10.

Etenim veteres nostri Romani eo tempore, quo virtute, & prudentia toto Orbi dominabantur
15 non propera festinatione leges ferebant, sed ad eas promulgandas, tempus, & diligentiam adhibebant. Nam legem laturus Magistratus eam domi scribebat, & cum sapientibus considerabat, ne contra veterem legem aliam contrariam sanciret, qua scripta ad Senatum illam referebat, vt maiori Senatorum voto confirmarent, deinde in trinis nundinis tempus expectabant, vt quilibet illam considerare, aut monere legislatorem posset, vel de corrigenda, aut de non ferenda lege curaret. Post tertias nundinas Magistratus in eum locum, vbi legem laturus erat, scilicet in Campum Martium Populum Romanum conuocabat, ibiq; cum Præco legem recitasset, liberum erat cuilibet Magistratui de legis necessitate concionare, eam Populo suadendo, vel dissuadendo. Lege postmodum suasa præsentibus sacerdotibus, & diuina exponentibus, Vrna deferebatur, vbi poni lex debebat, sed ante aclusionem iterum dicebat ille, qui legem ferebat: Si vobis videtur discedite Quirites, & datis Populi suffragijs lex lata vociferabatur, quæ vel in Æs, vel in Columnas incidebatur, vt latius referunt Paul. Manutius de antiq.leg.Rom. cuius verba rescripsit Io: Oestennius in d. orat. de iure script.à num.29.Ex his considerari poterit, quam attentè, religiosè, & prudentèr nostri, imo mei sapientissimi Romani ne dum cum iustitia, sed ratione, & æquitate suas sanctissimas leges explodebant, quibus vniuersum Imperium, ne dum rexerunt, sed etiam ampliarunt.

Aliis verò placuit æquitatem stricto iuris rigo-
16 ri, in omnibus esse preferendam, allegant tex. in l.si ita conuenias ff. de pactis dotal. l.si ita scriptum sit ff de lib.& posthum. l. benignius ff.de legibus l.Pansonius 86.ff de acquir.hæred.l.si seruum 91.§.loquitur ff.de verb oblig.l.in omnibus quidem 90 ff.de reg.iur.l.si socius 81. ibi. Pactũ ex æquitate ita nobis interpretantibus, ff pro socio l.hac lege 8.ibi: Æquitatis conuenit esse fautores, C.de pactis conuen. Nouell.8.in fin. ibi, & omnem æquitatem seruabo, l.placuit C.de iud.l.1. § si ego ff si pars hæred.pet c.fin.de transat.l.in omnibus ff.de iure iuran. & per d. iura, ità censerũt Duarenus lib.2. disp. c. 28. Couar.lib.1. var.resol.cap.11.num.7.& in regul.possessor.par.2 §.6. n.2 .Hyppol.sing.685.Soto lib.1.de iust.& iure q. 6.art.8.Coras lib.2.miscell.c.18.proinde disponunt tex. in l. quod si ephesi §. 1. in fine ff. de eo, quod certo loco, & in dicta l.si seruum

§.lo-

§. loquitur, Iudices ante oculos habere debere æquitatem, *Bonadill. lib. 2. cap. 2. & 3. num. 33. Connan. lib. 1. comment. iur. ciuil. tit de æquitate num. 7. verſ. quod Celſi, Io: Harppreſt. in §. ſine ſcripto inſtit. de iur. natural. gent. & ciuil. num. 59.* vbi alia iura cumulat, & acerrimè hanc cõcluſiooem comprobat. Exempla plura ſunt in iure ſcripta, in quibus ob ſolã æquitatẽ receditur à iure cõmuni, prout
17 ſunt illi caſus, in quibus datur actio vtilis io *l. ſi res C. ad exhib.* Sic etiam illæ exceptiones quæ de æquitate remouent actiooem, iuxta *tex. in l. qui æquitate, ff. de dol. exceptio, & in princ. inſtit. de exceptio.* eſt etiam exemplum in *l. 4. ff. de rem verſo*, quæ temperat deciſionem *tex. in l. 3. §. fin. verſ. proinde. ff. de in rem verſo, & in l. Pantonius 86. ff. de acquir. hæred. & in l. ſunt perſonæ, verſ. eadem, ff. de relig. & ſumpt. funer.* quæ eſt fundata io æquitate, cõtra regulam, *l. ſabinus 28. ff. com. diuid. & in l. ſeruitutes, §. ſi ſublatum. ff. de ſeru. vrban.* quæ corrigit aſperitatem *tex. in l. repeti, verſ. rei mutatione, ff. quib. modis vſusfruct. amict.* & tandem eſt exemplum *in l. penul. ff. ad macedon.*

Non nego tamen, quod ſequaces huius ſententiæ dicunt, tunc rigori eſſe præferendam
18 æquitatem, quando æquitas ſcripta eſt, quãdo vero ſcripta non reperitur, tunc præfertur rigor, nè fortè benigna interptetatio, quę ad legis ſententiam conſeruandam eſt comparata, ad illam auertendam accomodetur *d. l. benignius 18 ff. de legib.* & ſic concordant DD. iura ſup. allegata, & concluſiooem deducunt *ex l. placuit in verb ſcriptæ C. de iudic.* quæ de ſcripta æqoitate loquitur, *Gloſ. in d. l. placuit, vbi Bar. num. 4. Paul.* & alij, *Iaſon in l. 1. ff. ſi cert. pet. Decius, et Cagnol. in d. l. in omnibus nu. 9. ff. de reg. iur. Anton. Monac. dec. 19. num. 3. et dec. 70. num. 33 Simon Vaz Barboſ. in princip. et loc. comm. vtriuſq iur. fol. 22.* & ſequ. *in verbo æquitas*. Non eoim cuilibet Iudici æquitatem ſtricto iuri anteponendi datur licentia, ſequendo ſuam cerebrinã æquitatem, ſed eo caſu permiſſum eſt, quando ſenſos legis æquitatem continet, aut verba ſaltem expreſsè non repugnãt, ſeu palam ius ſcriptum non ſit, *l. leges. ff. de legib. l. neque 20. cum ſeq ff. eodem argum. l. 14. §. 13. ff. de religioſ. et ſumpt. funer.* facit *l. 4. §. 1. in fine, ff. de eo, quod certo loco, Anton. Faber in iuriſpru. papin til. 1. princ. 2. illat. 2. Fachin. lib. 1. contr. 3. Io: Oeſtenmuc in oratio. de iure ſcripto num. 27. Franch. dec. 33. num. 9. et dec. 299. num. 6. Cuiac. lib. 2. conſuet. feudal. cap. 1.* ſed ſi ius ſcriptum ſit, etiam ſi durum videatur, non poterit æquitate molliri *l. proſpexit, ff. qui et à quibus.*

Hoc autem impugnant multi, & affirmãt, quod ſi taotum eſset ſeruanda æqoitas, quaodo ſcripta eſset, tunc ſeruaretur, vti lex, non quia æquitas, non minus, ac poſterior lex, quæ derogat priori, iuxta *tex. in l. ſed et poſteriores, C. de leg. l. legis derogatur. ff. de verbor. ſignif. §. penul. inſtit. de iure naturali.* Ideoque
19 ſi diceremus æquitatem ſcriptam, diceremus legem ſcriptam, cum æquitas ſcripta non ſit, ſed mitigatio, ac interpretatio legis ſcriptæ, & eſt ius non ſcriptũ, à lege prætermiſsũ, vt dixit *Ariſtotl. 5. Æticor. c. 10.* & etiam notauit *Couarr. in regul. poſſeſſor. par. 2 §. 6. n. 3.* quæ ſi in iure ſcripta legeretur, æquitatis nomen amitteret, & appellaretur lex, quod probatur ex *l. 2. §. idem. ff. de aqua pluuial. arceu. l. de acceſſionib. 14 in princ. ff. de diuerſ. & tempor. præſcript.* & etiam dicunt *Bude. Fortun. Garci. Coraſ. in l. 1. ff de iuſt. & iur. idem Coraſ. lib. 2. miſcell. cap. 18. num. 8.* Sicut aſpicitur *in legib. 12. tab.* vbi fur nocturnus deprehenſus occidi permittitur his verbis. *Si*
20 *nox furtum factum ſit, ſi aliquis occiſit, iure caſus eſto*, vt teſtatur *Gelius lib. 11. cap. vlt. noct. attic.* at Vlpian. à verbis à ſententia legis 12. tabul. diſceſſit, & ſtatuit *in l. furem ff. ad l. Cornel. de Sicar.* ſua æquitate legem prædictam moderando, ità demum furem nocturnum occidi impunè poſse, ſi parcere ei ſine periculo ſuo non potuerit, eſt enim hæc noua lex æqua, ſed non vti æquitas obſeruari debet, ſed vti lex ſcripta, quæ antiquam illam duram aliquatenus moderauit, quia illa lex non erat in vſu, vt dixit *Cuiacius obſeru. 15. lib. 14. Oeſtenmuc. loc. cit. n. 87.*

Et ad id, quod dicitur, quod *tex. in d. l. placuit*, videtur loqui de æquitate ſcripta, per verbum illud (*ſcriptæ*), reſpondent iſti DD. fautores huius ſententiæ, quod in antiquis Codicibus non legitur illud verbum *ſcriptæ*, ſed ſolum legitur *iuſtitiæ æquitatis*, vt docent *Ruſard. et Fortun. Garcias in d. l. 1. ff. de iuſt. et iur. nu. 49. & ibi Marius Salamonius num. 27. Connan. lib. 1. comment. cap. 15. num. 6. Duaren ad til. de iuſt. & iur. cap. 2. & lib. 2. diſput. cap. 18. Anton. Auguſtin. lib. 4. emendat. cap. 8. Tiraquell. de retract. til. 1. §. 35. gloſ. 1. nu. 4.* & tandem *Morla in empor. iur. til. 1. quæſt. 11. num. 8.* qui meo iudicio bene aduertit, quod *Imperator in d. l. placuit* rem dubiam decernit, in qua dubietate dicit ſeruari æquitatem, ſi tamen intellexiſſet de æquitate ſcripta non eſſemus in dubio, & tex. ſibi met aduerſaretur. Et etiam in multis caſibus ſtatuitor ſeruari generalitèr æquitatem, licèt ſcripta non reperitur, prout in dicta *l. Pantonius*, vbi æquitas, quæ noo erat ſcripta præfertur rigori occurrente caſu. Sic etiam hæres non conficiens inuentariom, vt teneatur de proprio creditoribus, & legatarijs, *tex. in l. fin. C. de iur. deliber.* ita mandat de toto rigore, ſed quod molier, vel ruſticus ex iuſta cauſa reſtituantor aduerſus omiſſas ſollemnitates d. inuentarij, nulla æquitas ſcripta in iure in-

uenitur,& tamen de æquitate conceditur re-
ſtitutio, tradit *Franc.dec.*229.*num.*5.& infrà
latè referam in *s.ſequen. num.* 9. alios caſus
vbi æquitas ſcripta non inuenitur.

Imò & ipſe Iudex inferior (dixerunt DD.) po-
terit per Æpicheiam legem cum æquitate
21 interprætrari, licèt æquitas ſcripta nō ſit, vt
ſcil. nō obſeruetur in caſib. particularibus, in
quibus eorum obſeruatio aduerſaretur legi
naturæ, aut menti Legislatoris, quia in om-
nibus,& maximè in iure æquitas ſpectanda
eſt, *l.in omnibus.ff.de reg.iur.Sylueſtr. in verb.*
*interpretatio,s.*2.*Innoc.in cap. cum ſpeciali de*
*appellat. Rendin. de Maieſt. Princip fol.*50.*nu.*
47.& dixit *Modeſtin. in l. nulla iuris ratio, ff.*
de legib. multa eruditè ſcribit *Ferdinand.*
*Mendo lib.*1.*de pactis cap.*3.*à num.* 2. *vſque*
ad 39.*Morla d.quæſ.*15.*tit* 1.*num.* 6. & quod
poſſit Iudex per Æpicheiam, ſeù æquita-
tem facere contrarium eius, quod lex vni-
uerſalis præcipit, fundat *Peguera deciſ.* 31.
Nam cum ex iure ſententia promulgari de-
beat, ſicut ipſe Legislator æquitatem ſequi-
tur, ita etiam Iudex illā ſequi oportet, *Mye-*
*res in conſt. Cathalon.p.*2. *collat.* 8 *c.*2.*n.* 26.

Sed quidquid ſit de prædicta quæſtione, an ri-
gori ſit æquitas præferenda, quam etiam la-
tè explicat *Bonadill. lib.* 2. *cap.* 2. *&* 3. dico
quod talis quæſtio tantum poſſit diſputari
inter Iudices inferiores, quando debeant
æquitatem rigori anteponere, vel è contra.
In ſupremis autem Iudicibus, & in
22 Supremo Senatu, omnes admuſſim conclu-
dunt, quod debeat præferri æquitas rigori, &
probatur, quia hæc licet Principi, qui poteſt
legis duritiem emendare, atque inter æqui-
tatem, & ius interpretationem conſtituere,
*per tex.in l.*1.*& l. leges ſacratiſſimæ* 9.*in fin C.*
leg. vbi Bart. cum concord. idem Bart. in
l. Æmilius, & in l. vbicumque num. 11.*ff.de*
vſucapio. Bald. in l. 1.*C.de iur.aurl aureo Io:*
*Oeſtenius de iure ſcripto num.*27.*Morla in em-*
*por.iur.tit.*1.*quæſt.*11.*num.*19.*Afflict. in con-*
ſtit.ſi quis in poſterum ſub tit.de defent.impon.
*num.*28.*& in cap.Regalia tit.quæ ſint regalia*
*n.*41.*in vſib.feud.*qui in *d.conſt.ſi quis in poſte-*
rum, declarando *tex. in l* 2.*C.de pignor.*dicit,
quod licet quando quis eſt anterior creditor
cum hypotheca expreſſa, vel tacita poſſit de
iure agere contra vnum poſſeſſorem inſoli-
dum, nihilominus ipſe vidit noſtrum Regē
Ferdinandum Primum feciſse decretum,
quod deuideretur debitum inter poſſeſſores
pro rata ex æquitate, quod etiam tradit *Frāc.*
deciſ. 5. *in fin.* Nam Maieſtas Principis per
bonitatem,& æquitatem conſeruatur in eſſe
l.ex facto.ff de vulgar.& pupill.Boer.de author.
*magn.Conſil.num.*131. *Pater Afflict.in ſupple.*
*addit.ad cap.*30.*contr.Iur.nu.*52.Ideo Impe-
rat. Antoninus *in l proxime, ff de his, quæ in*
teſtam. delen. humaniſſimè cum Aduocatia
agens æque omnes audit, æquiorem tamen
exaudit *Franc.de Petris conſil.*1. *num.*41. Idē
erit dicēdum de Supremo Senatu, qui Prin-
cipem repreſentat, *Bald.in l.humanum, C.de*
legib. ſunt enim Supremi Conſiliarij Iudices
æquitatis, & laxiores debent eſſe in iudiciis
23 definiendis, quam Iudices inferiores, qui in
omnibus tenentur ſequi iura, & iudicare ſe-
cundum acta,& probata *l.illicitas, s. veritas,*
ff.de offic.Præſid.DD.in l.vnica, C. vt quæ de-
ſunt Aduoc. & debent cauere ab æquitatis
prætextu, ſed exactam legum obſeruantiam
attendere, vti legum exequutores *Afflict. loc.*
cit. num. 52. Iudices autem maiores non ita
ſtrictè aſtringuntur ſequi legum rigorem,
ſed ſuper illo ex æquitate diſpenſare poſſunt
quod vti Iudicibus æquitatis eis permiſſum
eſt, legū iudicia ad æquitatē dirigere, etiam
ex mente eiuſdem *l.* 1. *C.de legib.* ibi: *Inter*
æquitatem, & ius, interpoſitam interpretatio-
nem nobis ſolit, & oportet, & licet inſpicere, per
ly verbum *nobis*, includi debet Conſilium
Principis, quod eius nomine iudicat *An-*
ton. Matthæi ad Guid. Papæ dec. 29. & patet.
nam ſi poteſt Iudex Supremus iuſtis de cau-
ſis non iudicare ſecundum leges, vt dixit
*Morla tit.*1. *de legib.quæſt.* 15 *num.* 4. tanto
magis poterit ſecundum æquitatem. Æquitas
24 enim ſuum locum habet in Aula,& Conci-
ſtorio Principis, latè *Borgognin. Caualcan. de*
*brach.Regio par.*6.*rub.æquitas in Aula,& Con-*
ciſtorio Princip. cap. 1.*ſub num.* 207. idcirco
tam Princeps, quam Sacrum noſtrum Conſi-
lium, quod Principem repreſentat, poſſunt
vti æquitate contra ius ſcriptum, dixit *Præ-*
*ſes de Franch.in deciſ.*5. *in fin.* authoritate *Af-*
flict.in d.conſtit.Regni ſi quis in poſterum in 3.
notab.ver.ſed iuxta hoc quæro, quam cōcluſio-
nem vti certam tenent *Grammatic. dec.* 76.
*num.*33.*&* 34.*Reg.Lanar. conſil.* 79. *num.* 11.
*Reg.de Ponte conſil.*83.*num.*4 *vol.*2.*Taſſon.in*
*pragm.de antefato verſ.*3.*obſer* 3.*num.*68.*in*
*fin.Conſil.Pratus diſcept for.cap.*25.*num.*22.*to.*
1.*& cap.*26.*num.*44,*tom.* 2. *latè Merenda lib.*
5.*contr. iur. cap.*47.*num.*10. *cum ſeq.* & per-
25 bellè ſcripſit *Caluin. de æquitat. lib.* 1.*cap.*5.
num. 4. aſſerendo hanc PRÆSTANTIAM
etiam habere Senatum Mediolanenſem per
illam *conſtit.ſub tit. de Senator.* per quam
omnis facultas, quæ ad Principem ſpectabat
data fuit illo Sēnatui; ideo ſubdit idem
*Caluin. lib.*1. *cap.*90. *num.*62. quod Æquitas
Supremi Senatus omnia cum moderamine
perpendit limitat,& decidit ſoluendo apices
iuris poſitiui vbi expedierit, tantum ius gē-
tium ſequendo cum *Lancellotto Courado de*
*iur. public. lib.*1. *cap.* 7. *de Præſid. & Senator.*
*ſub num.*11.*verſ ordinare ſolet, fol.* 521. Ean-
dem authoritatem habet Senatus Allobrogū
teſtatur *Connan.in lib.*1.*comm.iur.ciuil.tit.de*
*æquitate num.*7. licèt illius Populi togaſſent
Gal-

Galliæ Regem tunc ibi dominantem, vt ordinaret, ne liceret Senatui illius Prouinciæ iudicare ex bono, & æquo. Sic Senatus Parisiensis, & Senatus Belgicus idem obseruant fatetur *Christin. dec. belgic.* 184 *in fin. tom.* 2. At Senatus Cathaloniæ non habet hanc præheminentiam præferēdi æquitatem non scriptam regulis iuris communis scripti, quia Princeps in illo Principatu per speciales sāctiones illius dominij, sic pactionatas ligatus est iudicare secundum leges illius Regni, vt demonstrat *Mieres in illas constit. par.* 2. *coll.* 8. *cap.* 2 *num.* 19 & in eorum defectum secūdum ius commune Romanorum, adeòquod *Mieres loc. cit. num.* 67. dixit quod illorum Princeps non possit sibi facere pragmaticā contra ius commune, proinde si hoc non licet Principi in illo Principatu, nec etiam licebit eius Supremo Consilio, ne maioris potestatis iudicaretur ipso Principe, quod confirmat *Ferrer. in constit. lex impuberes glos.* 6. *num.* 33. *de Iudicib. Supremis Cathalon.* & *glos.* 7. *num.* 145.

Aduerte tamen, quod licet Magistratus maiores possint æquitatem exercere in causis, & cri-
26 minibus, vt sup. dixi, non tamen actus Clementiæ fontibus concedere valēt, hanc enim potestatem tenet solus Princeps non Supremus Senatus quacumque dignitate fulgeat. *l. cunctos populos, vbi notant Salic.* & *Iason. C. de sum. Trin.* & *fid. Cathol. l. Imperialem in princ. C. de nuptijs, Reg. de Pont. de potest. Proreg. tit. de prouis. fieri solit. num.* 31 *pag.* 8. Clementia enim est animi temperantia in potestate vlciscendi, vel lenitas superioris erga inferiorem in constituendis pœnis, *Seneca lib.* 2. *de clemen. cap.* 3. In iure vero accipitur pro illa Principis indulgentia, qua ex beneficio, vel priuilegio legis à seueritate in particulari casu, vel persona receditur, *l.* 1. *ad fin. ff. de constit. Princip.* §. *sed* & *quod Principi placuit instit. de iur. natur. gent.* & *ciuil.* & differt à mansuetudine tam circa obiectum formale, quam in materia proxima dixit *D. Thom.* 2. 2. *q.* 157. & 159. nam mansuetudo est communis omnibus personis priuatis, Clementia vero solum in Superioribus, & Principibus inest, Mansuetudo circa iram compescēdam versatur, Clementia verò circa vindictam externam mitigandam regulatur. Differt etiam à seueritate, quia ista est inflexibi-
27 lis animi rigor, nil de merita, vel statuta pœna remittens, in iudicando, & imperando, *D. Thom. d. quæst.* 157. *art.* 2. quæ non est contraria Clementiæ, quia nulla virtus virtuti repugnat, etenim Seueritas, & Clementia, æquitas, & rigor, nec legi, nec Iustitiæ cōtradicūt, probat noster *Ægidius Roman. de Princ. pol. lib.* 3. *par.* 2. *c.* 29 humani enim actus, propter varias circumstantias non possunt vna regula comprehendi. Inter principaliora arcana artis regnandi hoc primum registra-
28 tur in notis à *Bodino*, quod ad beneuolentiā Subditorum erga Reges, & Principes plurimū valeat, à Principibus omnia præmia, largitiones, honores, & dignitates proficisci, à Magistratibus verò pœnas, & supplicia irrogari. Beneuolentia enim Regna seruantur, propterea Clementiam vti vtilem, & necessariam Principibus reseruarunt politici, demonstrat *Solorza. emblem.* 76. *per tot.* dicens debere Princeps Apum naturam habere, vt cum Iustitiæ aculeo, clementiæ mel habeant commistum, dixit *Olaus Magn. lib.* 1. *de gent. sept. cap. vl.* Si enim semper cum seueritate imperarent, tanquā Vrsi, & Leones abominarentur. Hominum enim clementia propria est, Belluarum verò Feritas, maximè in homine Christiano, ideò dixit *Isidor. in soli. lib.* 2.

Magna est virtus, si non ladas à quo lasus es.
Magna est fortitudo, si etiam lasus remittas
Magna est gloria, si cui potuisti nocere parcas.

Hoc enim cognouerunt multi Reges, & Imperatores, nam habemus apud *Bruss. lib.* 3.
29 *cap.* 13. Iulium Cæsarem tanta Clementia erga hostes, & rebelles vsum fuisse, vt *Marius* non semel dixerit. *Cæsar, qui apud te aud ut dicere, magnitudinem tuam ignorant, qui non audent, humanitatem, & Clementiam experti non fuere*, & de eadem virtute laudatus fuit à *Cicerone in orat. pro ligerio*, nam de eo loquens hæc ait. *Homines enim ad Deos nulla re propius accedunt, quam salute hominibus danda. Nil habet nec fortuna tua maius, quam vt possis, nec natura tua melius, quam vt velis conseruare quamplurimos.* Ipse etiam Alexander tanta fuit clementia imbutus, vt Darius precaretur à Dijs, vt aut superare possit Clementia Alexandrum, aut si is Regno spoliaretur, solus Alexander in Persarum Regno imperaret *Bruss. d. cap.* 13. *post Plutarch. Quintum Curtium*, & *alios.* Sunt alia notatu digna eximiæ huius virtutis exempla, non solum pro facinoribus in alios, verum & in ipsos Principes commissis, quæ nobilis animi clementia fuerunt remissa, relata per *Solorzan. d. emb.* 76. *ac etiam Beyerlinch. in theatro vit. hum.* & *Ioseph Langiuns in Polyanthea in verb. Clementia*, sed vnum pro omnibus non pigeat adducere à *Solorzano* omissum, scil. illud memorabile exemplum, Porsennæ Hetru-
30 scorum Regis, qui cum pro restitutione Tarquinij Superbi aduersus Romanos bellum suscepisset, Mutius Sceuola ad libertatem Patriæ conseruandam Porsennæ exitium tentare præsumpsit, sed in stringendo ferro errauit, at Mutius contra suam dexteram iratus, foculo impositam, eam exuri constanti animo passus fuit, Porsenna miratus egregium Mutij animum, ei dixit; *Reuertere ad tuos Muti, eisque refer, te cum vitam meam petie-*

petieris, à me vita donatur, tradit *Livius lib. 2. & licet Martial. lib. 1.* dixit, quod illam spectate manum Porsenna non potuerit, attamen Regiæ Clementiæ, non aliæ causæ scriptores attribuunt. Concludendum igitur est proprium munus solius Principis esse miscere Clementiam cum seueritate, vt ex vtraque faciat quodam temperamentum, vt neque multa asperitate exulcerentur subditi, neque nimia benignitate soluantur, nam non minus turpia sunt Principi multa supplicia, quam Medico multa funera, quod si in alterutram partem peccandum esset, expedit potius per nimiam clementiam, quam per crudelitatem peccare, monet *Natal. Comes lib. 19. histor.*

§. PRIMVS.

Æquitatis effectus principaliores enumerantur.

SVMMARIVM.

1 *Æquitas Senatus suadet vt non debeat attendi cortex verborum legis, sed aequum, & bonum.*

Æquitas res minimas non curat.

Saul volebat Ionatham filium occidere, quia fauum Melis cum cuspide haste degustauit.

Furtum de re minima in Regno punitur.

2 *Æquitatis ratione Supremus Senatus non admittit iuris subtilitates, nec aucupia verborum, & literarum.*

Fideiussor non potest opponere exceptiones, quæ sunt de apicibus iuris.

3 *Mercatorum Forus non patitur disputari de apicibus iuris.*

4 *Sophismata versuti iuris leges abhorrent.*

5 *Duces militares referuntur, qui sub verborum subtilitate fidem hostibus datam violarunt.*

6 *Æquitatis effectus est interpretandi, vel ostendendi leges ad casus similes ex identitate rationis*

7 *Ratione cessante potest Iudex leges interpretari.*

8 *Computorum partitæ si plures sint, & pro maiori parte fuerint verificatæ, reliquæ veræ præsumuntur.*

9 *Æquitate sunt regulanda ea, quæ de iure non reperiuntur disposita.*

10 *Regula, quod tibi non nocet, & mihi prodest procedit de æquitate, vt possit aliquid fieri in fundo vicini, quod vicino non nocet.*

Vicini fundo si non nocet, & mihi prodest, permittitur mihi aliquid in eo facere.

11 *Vniuersitates nostri Regni admittuntur ad Regium Demanium ex æquitate introducta.*

12 *Vniuersitates in locationibus Feudorum præferuntur ex æquitate.*

13 *Prælatio, quam dicunt DD. competere proximiori sanguine coniunctæ, in venditione bonorum burgensaticorũ, competit ex æquitate.*

14 *Vsufructuarius in venditione proprietatis præfertur.*

15 *Proprietarius præfertur in venditione, & locatione vsusfructus.*

16 *Creditor cum pacto de retrouendendo habet prælationem in alienatione rei, suo credito obligatæ ex æquitate.*

17 *Delicta, quæ perturbatione animi non ex destinata voluntate committuntur, mitius puniuntur ex æquitate.*

18 *Pœna delicti mitigatur, si delinquens calore animi, vel iniuriatus illud perpetrauit.*

19 *Pœna delicti non irrogatur contra dementem Fatuum, vel furiosum ex æquitate.*

Ebrij pœna mitiori puniuntur ex æquitate, licet Pittacus maiori pœna dignos arbitrabatur.

20 *Causa potens si concurrit, excusatur quis à pœna delicti.*

21 *Senatus Æropagitus in causis dubijs solebat Reos absoluere hoc modo, vt post centum annos denuò cognosceretur.*

22 *Ius ciuile, si iuri canonico aduersatur, debet seruari illud, quod maiorem continet æquitatem.*

23 *Exceptio non numeratæ pecuniæ de æquitate canonica potest opponi, etiam post biennium.*

Ex qua firmata conclusione multi effectus ad praxim deducuntur, quorum aliquos principaliores enumerabo. Et primus effe-
1 ctus erit, quod Supremus Senatus æquitatẽ respiciens, non debeat attendere illum verborum corticem, ad literam leges obseruando, sed illas interpretari secundum id quod bonum, & æquum est *l. scio 4. ff. de in integr. restit.* vbi propter minimum damnum restitutio in integrum non conceditur, concordat *tex. in l. res 54. ff. de contrah. empt.* vbi res bona fide vendita propter minimam causã inempta fieri nõ debet, sed æquitas permittit dari actionem quanti minoris, *l. quoties 6. ff. de ædilit. edict.* Eadem ratione si patiẽtium Dominus per paucos dies Colono denegauerit, actio locati Colono non competit, *l. si in lege 24. §. Colonus. ff. locati*, quia parua mora non extimatur, cum damnum non afferat, *l. sed si alia in princ. ff. de constit. pecun. l. si debitori, ff. de iudicijs, l. qui fundum in 1. respons. ff. de contrah. empt. l. si ita quis, § scio & l. qui Romæ, §. flauius. ff. de verb. oblig l. si enim dies in fin. & l. seq. & l. litigatores in princ. ff. de*

ff. de arbitris. Nec actio de dolo datur, ſi modica ſumma ſit controuerſa, l. ſi quis adfirmauit 9. in fin ff. de dolo, non enim decet præcipuum hominis bonum vitiari, Maſcard. Freher. lib. 2. de extimat. cap. 7. num. 6. Hillinger. ad Donell. cap. 40. lit. CC. exinde infert Tiraquell. de iudicio in reb. exiguis pag. 79. in fin. & ſeq. quod ex rei modicitate non præſumatur fraus, vel dolus. Exemplum traditur in 14. cap. Regum, vbi lex veter prohibebat, ne quis militū aliquid degustaſſet, Ionatha filius Saul ante Solis occaſum cum cuſpide haſtæ fauum melis deguſtauit, Saul eius Pater, ob talis legis violationem volabat illum interficere, in ſacro textu damnatur, licet legis obſeruator videbatur, proinde ſummum ius, ſumma iniuria appellatur. Hinc concludunt DD. quod ſi aliquis minimam rem alienam accepit, veluti Ouum, Reus non erit furti, Couarru. lib. 1. var. cap. 3. num. 12. nam de hoc caſu æquitas fugerit, vt non loquatur lex. Morla in empor. iur. tit. 1. quæſ. 11. nu. 14. & firmant ex hoc DD. quod de furto criminalitèr, & extraordinariè procedere Iudex non poſſit, niſi furtum excedat duos aureos per l. 10. ff. de dolo, vbi Vueſſenbec. num. 6. quod non placuit Io: Brunneman. in l. ſi quis 9. num. 6 ff. de dolo, vbi aſſerit, quod pro re minima de furto agere liceat, & aſſignat rationē cū Zazio in tit. de Dolo. n. 18. cur de dolo nō agatur pro re minima, & de furto rei minimæ agi poſſit, & dicit, quod furtum committitur ab ignoto, à quo cauere non poſſumus, dolus autem ab eo, quem nouimus. Sed de iure noſtri Regni talis controuerſia fuit per noſtras leges municipales definita, vt ſcil. furantes rem minimam puniantur, etiam pœna vltimi ſupplicij, ſi intus hāc noſtram Ciuitatem Neapolitanam, vel Suburbia, de nocte aggrediantur Viatores forandi cauſa, vt diſponit noſtra prag. 1. de furtis, & ita fuiſſe deciſum ob furtum carolenorum duorum receptorum ab vno Socio criminis, qui fuit furcis ſuſpenſus, refert Sanfelic. dec. 40. tom. 1. Sed ſeuera fuit deciſio prædicta, ideo impugnatur à Ioan. Baptiſta Mucci in dilucid. ad d. dec. 40. Sanfel. n. 6. & 9. vbi benè fundat requiri reiterationē, ſeu pluralitatē furtorum, vt dicatur publicus latro, vel diſturbator viarum, vt poſſit pœna mortis ſtatuta à dict. prag. 1. puniri, contra Merlin. controuer. for. lib. 1. cap. 17. cum idem ſonent Graſſatores, & ſtratarum diſrubatores, ſi igitur de jure in graſſatoribus requiritur reiteratio furtorum, idem requiritur in viarum diſrubatoribus, ſed ſemotis dictis circumſtantijs prædictæ pragm. etiam in noſtro Regno pro furto imponitur pœna mortis per capitulum Regni, Ad hoc de furtis, quod æquitate etiam fuit temperatum, vt procedat in magno furto, val ſaltem quādo excedit vnam vnciam auri, teſtatur Gizzar. dec. 13. n. 7. Sanfelic. dec. 39. nu. 5. tom. 1. & Mucci d. dilucid. 40.

Secundus effectus æquitatis eſt, vt Iudices Supremi non admittant iuris ſubtilitates in
2 Supremo Senatu, in quo de bono, & æquo agitur, nec ad aucupia verborum, & literarū tēdicolas aduertere debent, ſed voluntatem Iudicentis ex æquo, & bono ſectari, cap. 1. de milite Vaſſall. qui arma belli depoſuit, l. ſicut. §. ſi debitori, ff. quib. mod. pign. vel hip. notabilis tex. in l. ſi ſeruum 91. §. ſequitur. ff. de verb. vbi dicitur, quod quando de bono, & æquo agitur, plerūque ab authoritate iuris receditur vbi Brunneman. Sermo enim non coherebit, ſi verba inter nos aucupabimur, & Imperiū domeſticum nullum erit, ſi Seruulis hoc ius conceſſerimus, vt ad verba nobis obediant, non ad id, quod ex verbis intelligi poſſit obtemperent, idcirco dicendū, quod nō ex verbis ius pendere debeat, ſed verba Conſilijs hominum, & authoritatibus ſeruiant, dum enim in Conſilio Principis agitur de bono, & æquo, non eſt curandum de ſubtilitatibus, Mieres ad conſtit. Cathalon. collat. 8. cap. 2. n. 70. p. 5. per tex. in l. ſi fideiuſſor. §. in omnibus, & §. prætor. & §. quedā ei ff. mādati. vbi Fideiuſſor non poteſt opponere creditori exceptiones, quæ ſunt de apicibus ioris, ideſt, quæ nō ipſum debitum, & actionem, ſed ordinem & modum agendi reſpiciunt, Brunneman. in d. l. fideiuſſor, §. 4. num. 7. ex quo deducit, quod
3 in foro Mercatorum non ſit diſputandum de apicibus iuris, ſed de bono, & æquo, cum Gayll. lib. 2. obſer. 27. num. 27. Carpzo. par. 2. c. 2. diſp. 2. Non omitto tex. in l. ſi ita conuenit 9 ff. de pactis dotalibus, vbi ſtipulatio Patris pro filio ex benigna interpretatione ſubſiſtit, dum de iuris rigore alter per alterum non poteſt ſtipulare. Nam nimia ſubtilitas facit homines perniciosè errare, d. l. ſi ſeruum, §. ſequitur. Iaſon in § penult. nu. 41. inſtit. de action. & oblig quod dixit etiam Imp. relatus à Dec. conſ. 690. in princ. Vanam ſubtilitatem reſimus, et nimia ſubtilitate res ſubuertitur, idem Decius conſ. 508. num. 21. Ioſeph. Ludouic dec. lucenſ. 48. num. 8. Vnde vetus, & ſcitum prouerbium ſcripſit Bartholom. Blarer. in repet. l. g. diffamar. C. de ingen. manum. in præfat. ad lector. quod nimium ſubtilibus plerumque decidere ſoleant Famoralia. Similitèr verum eſt ſuperuacaneā in iure nō eſſe admittenda, §. quib. C. de nouo, Cod. facien. Bart. in l. ſi conſtans num. 6. ff. ſol. matr. Strach. de mercat. par. 1. num. 40. Bruckman. conſ. 50. num. 299. & in praxi has ſuperuacaneas, & pompoſas ſubtilitates eſſe tollendas, fondat Io: Petrus de Ferrar. in practic. aurea tit. 16 forma iuram. gloſ. 6. nu. 2. Verſuti enim iuris ſophiſmata iura abhorrent, l. cum ita ibi preſtigia verſuti iuris, Cod. l. tit. de

4 *de Adult. l.penul.* ibi: *non oportet ius ciuile calumniari,nec verba eius captari.ff. ad exhib.*
Ius enim malè interpretãdo deprauat, & in-
deteriùs vrget,dixit *Ariſtot.ethic.cap* 10. Ex
qua praua interpretatione ſequi poſſet ab-
ſurdum , & quandoà iure reſultare poterit
abſurdum Ius æquum non eſt *Bal. in l.ſi quis ſeruo n.5.C.de furtis Nicol. Cat.aneus conſ* 8.*n.*
56. Supremi enim Senatus bonam fidem
ſectantes,non ſolent de apicibus iuris diſpu-
tare , ſed hoc in ſcholis committunt diſpu-
tandum , propterea ſubtilitates non admit-
tunt,dicit *tex.in d.l.ſicut, §.ſi debitor, ff. quib. mod. pign. vel hipotec. ſol.Franc.de Petris conſ.* 1.*num.* 41.

Ab Hiſtoricis etiam deteſtantur iſtæ doloſæ ver-
ſutæ ſubtilitates , legimus enim apud *Thucy-*
5 *didem lib.*3. Pachem cinxiſse obſidione Co-
lophonem, poſt aliquos dies euocaſſe Arcadẽ
Præfectum Præſidij , data fide ſe incolumem
ad Vrbem remiſsurum , at reuento Præfecto,
ſeu Duce Belli in Caſtris,Paches oppidum
oppugnauit , eoque capto Arcadem in oppi-
dum remiſit,vbi eum interfecit, abſque nota
violatæ fidei , quia promiſit ad Caſtrum
reuerſurum,& hoc egit , ſed non promiſit ab
obſidione ceſſare, nec ſemper illum incolu-
mem in reſtituto loco conſeruare . Simile
exemplum tradit *Cicero lib.*1.*offic.*de Duce
qui per centum triginta dies hoſtibus indu-
cias promiſit , ſed de nocte populabatur
agros,ſub colore,quod dierũ eſſent pactæ, nõ
noctium induciæ. At nedum Greci,ſed noſtri
Romani,quorũ erat incorrupta fides,ob hanc
verſutiam in ſubtilitate verborum pacem
cum hoſtibus inhitam violarunt , vt de Po-
pilio Romanorum Duce ſcribunt,qui cum
pace facta promiſiſſet dimidium Nauium
Antiocho relicturum, naues poſtmodum diſ-
ſecauit,& diſſectarum tabularum dimidium
igne abſorbſit , alterum dimidium reliquit
Antiocho,alia exempla tradit *Oestennius de iure ſcripto à num.* 75. Sunt enim iſtæ decep-
tiones, non conuentiones. Fidem enim ho-
ſtibus datam decet Ducibus Militaribus,at-
que Principibus illibatam ſeruari, promiſ-
ſam Fidem noſtri Romani vt Deam colue-
runt , & erga omnes ſanctam ſeruandam
ſtatuerunt , vt affirmant *Alex. ab Alex. lib.* 22.*genial.cap.*2.*Roſin.lib.*2 *antiq Roman.cap.* 18.*Connan.lib.*2.*comment iur.cap.*12.*num.*2.
Verba enim cuiuſcumque Principis , aut
Magiſtratus firmiſſima eſſe debent , ac lin-
gua vna , calamuſque vnus . & animus tam
conſtans, & immotus, vt lapis angularis,po-
lariſque in Cœlo Stella reputetur, dixerunt
*Mynſiger.centur.*1.*obſer.*17.*Tiraquel.de nobi-lit.cap.*20 *num.*24. *Reinkingk de regim. Secul. & Eccleſ. lio.*2. *claſ.*1. *cap.* 2. *num.*1. *& ſequ.*
& licet multa exempla referat *Georg. Mundius in conſ.*11.*à num.*23.*lib.*2. aliquorum
Regum , & Imperatorum , qui ſaluum con-
ductum ab fidem amphibologicè datam vio-
larunt , vt hoc modo hoſtes fallerent , atta-
men demonſtrat idem *Mundius loc cit à nu.*
119. iſtos Principes paulò poſt diuinam vl-
tionem expertos, fuiſſe concludendum igi-
tur eſt , quod ſi vbique graue eſt promiſſa
violare , id fortius in foris eſt dicendum
in quibus quod iuſtum , & æquum eſt
obſeruari debet , quid enim tam congruit fi-
dei humanæ,quam ea, quæ inter eos placue-
runt ſeruare? *l.*1 *ff.de constit.pecun. & l.*1., *& l. huius edicti* 1. *in princ. ff. de pactis Toming. dec.*13.*num.*33. *Giorg. Mand.conſ.*11.*nu.*65. *vol.*2.

Tertius effectus æquitatis eſt interpretandi, vel
eſtẽdẽdi lagẽ ad caſus ſimiles ex idẽtitate ra-
6 tionis,quia fundamentũ æquitatis eſt,inter-
pretare leges,iura,& pacta, *l.ſi ſocius pro ſilio, ff.pro ſocio.l. illud* 31.*ff.ad l.Aquil.* Æquum
dicitur , quod præter legem ſcriptum eſt ,
Ariſt.lib.Rethoric. vel iuxta mentem legis ad
caſum,qui verbis legis non comprehenditur
eſtẽditur,ſed poteſt includi ſub mente legis,
prout erit caſus , quando prohibetur marito,
ne aliquid ab vxore donationis gratia con-
ſequatur,& è contra per *tex.in l.*1.*et ſeq.et toto tit.ff. de donat.inter vir.* æquitas ſugerit , vt
hoc idem procedat in donatione facta filio,
vel ſeruo mariti, *l.ſi ſponſus , verſ.generalitèr, C. de donat. inter* , ſicuti etiam habetur *in l. contra legem,C.de legib.*erit etiam exemplum
illius,qui triticum vendere nequit vltra pre-
tium à lege taxatum , nec illud carius ven-
dere poterit in farinam redactum, quod cõ-
probat *Caluin.de æquitate lib.*1.*cap.*1. *nu.* 34.
exemplo Medicorum , qui Pharmacum ad
vnum morbum applicatum, ad alios ſimiles
aliorum ęgrotorum adhibent, ita dicas,quod
in vno negotio definitum fuit ad cætera tra-
hi debet,quæ communione quadam , vel ſo-
cietate coniunguntur. Nam quæ Legislator
ad vnguem definire non potuit, ſed in vni-
uerſum loquitur , hic in eiſdem intercedens
delegit, quæ particularitèr quidem definire
volebat , verum ei facere non licuit , *Ariſt. mag.mor.cap.*1.

Ex hoc ſequitur,quod licèt partitæ ſcripturarũ,
priuatarum quantitatum pecuniarum ſolu-
7 tarum, non fuerint verificatæ in computis
datis nullam fidem faciant , attamen ſi plu-
res ſint,& pro maiori parte fuerint verifica-
tæ, de æquitate Senatus veræ præſumuntur,
multa enim ſunt , quæ æqualitate ipſa com-
parantur,dixit *Cicero in Topicis* , ſimilis pro-
inde veritas,quæ in aliis fuit probata,in iſtis
etiam præſumitur *Caſtrenſis conſ* 302.*Anton. Gabriel.tit.de præſumpt.concl.*5. etiam ſi tales
partitæ eſſent magnæ.*Grammatic. conſ.ciuil.* 158.vltra eum *Angel.in § fin.verſ. quæro an creditor inſtit. de Attilian. tutor.* vbi teſtatur

ita

ita iudicatum, *Pariſ. conſ. 90. vol. 1. Mareſcott. var. reſol. lib. 1. cap. 8. num. 15. Rota Rom. in dec. nouiſ. 813. par. 1.* nam in exiguis partitis ſtatur iuramento, affirmat *Anna ſingul. 374.* & ita deciſum fuiſſe in anno 1618. circa d. partitas minutas per S. C. refert *Thor. in comp. deciſ. tom. 2. in verb. partitæ pag. 422.*

Et è contrario ſenſu dicas, vt ne lex caſus diuerſos comprehẽdat ob rationem ceſſantem
8 poſſit Iudex leges interpretari, *l. quod dictum, ff. de pactis, l. adigere 6. §. quamuis, ff. de iure patron. Tiraquell. in tract. ceſſante cauſa.* vbi latè: Exempla tradunt *Coraſius lib. 2. Miſcellan. iur. ciuil. cap. 18. num. 1. & ult. & Alciat. lib. 1. de verb. ſignif.* in ſtatuto Bononiæ, quo ſuit fancitum, ne quis in Palatio ſanguinem profundat ſub pœna mortis, ſed ſi medica manus in dicto Palatio ſanguinem profuſerit, ex rigore legis eadem pœna videretur plectenda, ſed æquitas ſuggerit ex mente Legislatoris collecta, ob rationem ceſſantem, de hoc caſu ſtatutum loquutum nõ fuiſſe, ſed medicam manum potius præmio inuitandam, quam pœna aliqua afficiendam exiſtimatur. Aliud exemplum habemus in *l. fin. ff. de rer. diuiſ.* vbi ſimpliciter mãdatur, eum, qui muros traſcenderit, capite eſſe puniendum; Sed ſi quis propulſandorum hoſtium cauſa muros traſcenderit, verba legis ſi attendi deberent, eadem pœna dignus iudicaretur, ſed æqua interpretatio monet, tunc pœnam ſubſiſtere, quando tranſgreſſor proditorio animo, vel per ludibrium muros tranſiliret, qua cauſa ceſſante, ceſſat legis prohibitio, vel eius pœna, vt fusè explicant *Coraſius loc. cit. Arumeus exercit. 20. ad inſtit. theſ. 5. & Arnoldus Viunius lib. 4. iuriſprud. contractæ cap. 44. pag. 349.*

Quartus eſt effectus, qui ex æquitate reſultat, vt quando in iure aliquid non reperitur diſpo-
9 ſitum, procedendum ſit ſecundum æquitatẽ iuxta *tex. in C. fin. de tranſac. in verb. in his vero,* per illa verba. *In his vero ſuper quibus non inuenitur expreſſum, procedas æquitate ſeruata, ſemper in humaniorem partem declinando, ſecundum perſonas, et cauſas loco, et tempore, & Mieres in conſt. Cathalon. p. 2. coll. 8. c. 2. n. 31.* Idcirco ſi caſus, qui in iure palam cõprehenſus non ſit inciderit, Æquitas ſuadet, vt ea, quæ deſunt Legislatores, ſuppleant Iudices, iuxta monitum *Pauli I. C. in l. 2. §. varus ff. de aqu. pluuial. arc.* vbi dixit hæc verba: *Æquitas ſuggerit, etſi iure deficiamur, Oeſtenn. de iure reſcripto num. 24.* concordant *tex. in l. in omnibus, ff. de reg. iur. l. placuit, C. de Indic.* proinde an id ſit ſcriptum, vel non, idem vel ſimile, quod in ſanctionibus fuit cautum, & ſub eadem regula comprehenſum, hoc ei, qui iuriſdictioni præeſt deiudicandum relinquitur, eiuſque arbitrio decidendum cõmitti neceſſe eſt, vt ſi qua parte Legislator defecerit, aut ſimpliciter, vel vniuerſalitèr loquendo peccauerit, defectus, corrigatur ea explicatione, vt ſi Legislator illic adeſſet ità dixiſſet, & ſi ſciuiſſet de eo, legem ſanciuiſſet, vt quæ ob rerum magnitudinem lex ſcripta prætermiſit, ea ſuppleat. Non igitur ſe excuſent Iudices, quod lex deficiat, ſed æquitate omnia ſuppleant. Hinc deducitur, quod permittitur mihi aliquid facere in
10 fundo vicino, ſi ipſi non noceat, mihi autẽ proſit, licet iure deficiar, tenentur enim omnes in ſuo pati, quod tibi non nocet, & alteri prodeſt, *Heig. par. 1. quæſ. 38. num. 45.* & ſequitur *Berlich. par. 2. concluſ. 22. nu. 70. Brunnemanu. in l. 2. ff. de aqu. pluu. arc. num. 3. Cephal. lib. 5. conſ. 702. in fin. lib. 5.*

Ex eadem æquitate, licet lex ſcripta deficiat, fuit introductum, vt Vniuerſitates admittantur ad Regium demanium, quando à Re-
11 ge, vel Baronibus feuda vendnntur, vt affirmat *Franc. dec. 17. per tot.* & præcipuè *nn. 7. Maſtrill. in conſ. vnic. poſt dec. 100. num. 66. Rouit. in prag. 63. nu. 31. de Offic. Procur. Cæſar.* licet poſtmodum in noſtro Regno ſpeciali ſtatuto fuit ſancitum, vt infra tempus vnius anni tantum poſſint prædictum demanium petere, abſque vlla ſpe petendi reſtitutionem in integrum, vt in *pragm. 63. de Offic. Procur. Cæſar.* Imo eadem æquitate fuit iſta prælatio ampliata etiam ad locationes, vt
12 poſſint Vniuerſitates in locationibus feudorum præferri *Reg. Sanfel. deciſ. 326. num. 9.* ex illa æquitate, vt à ſeruitotis, & oneris nexu liberentur, nouus vſus hanc reemptionem induxit, dixit *Franc. deciſ. 17. num. 12.* Imo vt conductor ad longum tempus præferatur in venditione rei conductæ, dixit *Viuian. Ciroch. diſcep. for. 55. à nu. 10.* vbi alios citat, aſſignandò rationem, quia conductor ad longum tempus dicitur poſſidere, & habere vtile dominium, proinde quod debeat præferri in venditione directi dominij, citat *Carroc. de locato par. 3. tit. de libertate* ad materiam *l. ne cui C. locati qu. 13. fol. 56. Gratian. cap. 460. nu. 3.*

Quod etiam in bonis burgenſaticis venditis præferatur proximior ex ſanguine coniun-
13 ctus, nonne ſulum hoc eſt introductum ex æquitate? teſtatur *Reg. Sanfel. in dec. 101. n. 6. tom. 1.* dum tãtum hoc admittebatur in venditione feudorum, quod etiam fundat *Conſ. Rocc. in ſuo reſponſ. 92. num. 1. tom. 1.* vel ſaltem dicit *Io: Baptiſta Mucci in dilucid. D. Reg. Sanfelic. dec. 101. num. 2.* eſſe concedendam prælationem in allodialibus, quando ſuppoſita erant fideicommiſſo, quod in aliqua linea finem habuerit, hoc caſu ſi bona extraneis venderentur ab vltimo agnato, præferuntur ſuperſtites agnati, ex illa æquitate conſiderata à *l. lex quæ tutores C. de admin. tutor.* ne imagines maiorum reuulſæ

P aſpi-

ideo æquitas eis ſuccurrit, vt mitiori pœna
teneantur. Semper enim ac cauſa potens
concurrit, excuſatur quis à pœna ordinaria
20 delicti, ſic apud Hiſtoricos habemus Smyr-
neam illam græcam mulierem, veneno
maritum, & eius filiam interimiſse, & quia
illi mulieris filium prius occiderant, com-
muni voto ab Areopagitis Iudicibus fuiſse
hoc modo abſolutam, vt poſt centeſimum
annum cauſa denuo cognoſceretur, quo
21 modo facinus non approbarunt, ſed propter
iuſtum matris dolorem pœnam mitigarunt,
dicũt *Valer. Maxi. lib. 6. & Phili. Mel. ethi. lib. 5.*

Nec valet obiectio ſi dicatur, quod æquitas non adiuta legibus non ſit attendenda, & quod Iudex aliud iudicare non poſſit, quam quod iure definitum ſit *l. placuit C. de Iudic. Garcias de expenſ. cap. 1 num. 28. Decian. reſponſ. 36. num. 41. vol. 1.* aliijq; relati à *Giorgio Mundio conſ. 13. num. 214. vol. 1.* Nam reſpondeo, quod hoc argumẽtum ſubſiſtere poſsit, quando ageremus de aliqua cerebrina æquitate non deducta à ratione legis, aut caſu ſimili, aut à correlatiuis, aut alio modo à iure deſumpta, quando vero ex vna iſtarum cauſa æquitas concurrit, rationabilis iudicatur, & quemadmodum ratio, ita & æquitas ius ſupplet, *l. 2. §. item varus 5. in fin. ff. de aqua pluuial. arcen. Vueſſembec. conſ. 2. num. 2.* dum æquitas regina iuris appellatur *Zaſius in l. ſi Inſulam 84. num. 11. ff. de verbor. obligation. Coler. de proceſſu execut. par. 1. cap. 9. num. 31.* concludendum igitur eſt, quod vbi eſt eadem æquitas, ibi ſemper idem ius eſse debet *l. à Titio 108 ff. de verb obligat. & l. illud 32 ff. ad l. Aquil.*

Quintus effectus æquitatis notabilis erit, ſi
forſan ius Canonicum, & Ciuile in aliquo
22 caſu aduerſarentur, & contraria diſponentia
ad inuicem reperirentur, hoc caſu debet ſeruari illud, quod maiorem continet æquitatẽ, & rationem *Mieres in conſtit. Cathalon. par. 2. collat. 8. cap. 2. nu. 42. Bald.* vero *in l. 1. ff. quemadmodum teſtam. aper.* dixit, debere iudicari magis ſecundum ius Canonicum, quam Ciuile, prout in Cathalonia dixit *Mieres loc. cit.* obſeruari *nu. 57. & 71.* quia ius Canonicum ſolam æquitatem ſequitur, neglecto iuris rigore, *cap. ſæpè 18 de reſtit. ſpoliat.* & ideo magis approximatur iuri Diuino, & æquius exiſtimatur, ſed ſi æquius eſset ius Ciuile, & ius Canonicum rigorem contineret, ſeruatur id, quod maiorem continet æquitatem *Archidiac. in cap. quod à patribus 85. diſt. Io: Oeſtennius de iure ſcripto num. 104.* Sic dicas, quod quia de iure ciuili alimenta denegantur filijs ex nefario, & illicito coitu natis, *authent. ex complexu C. de inceſt. nupt.* ſed de iure Canonico ex pietate his filijs alimenta conceduntur *cap. cum haberet, de eo, qui duxit in matrimon.* ideo hoc caſu ſequendum eſt ius Canonicum, non Ciuile, *Ripa in l. ſi vnquam qu. 27. num. 68. C. de reuoc. donat. Corſet. in ſingular. incip. Filius ſpurius, Cotta in memorab. in ver. Spurius Palat. Rubios in rep. cap. per veſtras de donat. inter vir. 5. 23. notab. 3. num. 12. Barbo. in cap. per venerabilem n. 51. qui filij ſint legitim.* Ex quo etiam ſequitur, quod licet exceptio non numeratæ pecuniæ poſſit opponi intra biennium, alias eo elapſo efficaciter debitor obligatus remaneat, tamen de iure, & æquitate Canonica opponi poterit exceptio etiam poſt biennium, *Dec. in l. quid quis ff. de reg. iur. Gizzarel. dec. 29. nu. 8* & fuit doctrina *Roman. in l. diuortio ff. de verb. oblig. Marſil. ſing. 463.* quos etiam ſequitur *Caluin. de æquit. lib. 2. cap. 172. n. 5.* Sic Repudium permittitur de iure ciuili ex cauſis expreſſis in *l. 8. & l. fin. C. de repud. Fragoſus de reg. Reip. p. 2. lib. 1. diſp. 1. §. 10. n. 228.* ſed talis lex à iure canonico explicatur ſolum quoad thorum, nõ quq ad vinculum, *Sanchez de matrim. lib. 10. diſp. 5. n. 6: Guttierez de matrim. cap. 129. n. 8.* ideo potius iſtud eſt ſequendũ, quam ciuile.

§. SECVNDVS.

Alij effectus principaliores æquitatis traduntur.

SVMMARIVM.

1 *Promiſſa ad tempus ſi conuento tempore non adimplentur, poſſunt in futurum adimpleri ex æquitate.*

Pactum reſciſſorium capitalis, ob non ſolutionem tertiarum ad certum tempus promiſſarum, validum eſt de iure ciuili.

2 *Pactum reſciſſorium ob defectum ſolutionis non ſtatim exequitur in Supremo Senatu, ſed de æquitate conceditur dilatio.*

3 *Emphiteuta ſi canonem ſoluere diſtulerit, poterit de æquitate Canonica morã purgare.*

Praxis reſciſſionis contractus, quæ viget in S.C. Neapol. refertur.

4 *Promiſſio facta per artificem aliquid faciendi infra certum tempus, ſi ob ægritudinem non fuit adimpleta, excuſatur de æquitate.*

5 *Debitor citatus ſuper tenore inſtrumenti, poteſt comparere in peremptorio termino ex æquitate noſtri Ritus.*

6 *Emphyteuſi finita, hæredes deſcendentes, & proximiores vltimi emphiteutæ præferuntur in ipſius renouatione. & n. 8.*

7 *Emphiteutæ proximiores debet præferre Eccleſia, in renouatione emphiteuſis ex æquitate.*

9 *Prælatio an competat hæredibus, & deſcendentibus vltimi emphiteutæ, contra tertium poſſeſſorem, qui renouationem obtinuit.*

Exceptio in liquida non impedit exequtionem

ſtulerit, poterit de æqnitate moram purgare
3 per cap.potuit de locato Anna ſing.168.Giurb.
dec.91.num.6. Sanfelic.dec.114.num.1.lib.1.
Gizzius in obſeru.ad deciſ.30.Capycilatro n.17.
Faber in Cod.lib.4.tit.42. de iure emphit.defin.
62.Dom.Petra in ritu 173.num.14.tom.2. &
quid poſt ſententiam, tradunt Hodiern. ad
Surd.dec.29.num.9 Gratian. diſcept.for.cap.
709.num.46.Sanfel.& Gizz. loc.cit. Corbul.de
iur.emphit. tit.de cauſa priuat. ob non ſolutum
can.lim.41.ſub num.21.qui ſubicit poſſe concedi
alios duos menſes emphiteutæ ad purgandam
moram, poſt decurſum biennium
Caluin.de æquitate cap.79 nu 6.tom.1.proinde
inoleuit praxis in S. Conſilio, vt cum
ſumma æquitate procedatur in ſimilibus reſciſſionibus,
nam non illicò ad partium inſtantiam
ad totalem reſciſſionem deuenitur
vigore pacti, ſed prius ſolet S. Conſilium
conſtituere in mora, practicando etiam
æquitatem Canonicam in illius purgatione,
& per tria decreta iubet, vt debitores ſoluant
tertias, vel emphiteutæ canonem promiſſum,
& poſtmodum deuenit ad reſciſſionem,
imo & in ipſa ſententia reſciſſionis aliud
peremptorium tempus præſcribit, ordinando
hoc decretum: Verum ſi debitor ſoluerit
tertias, vel emphiteuta canonem infra viginti
dies, vel menſem ſuperſedeatur in exequtione
ſententiæ; de qua praxi in noſtro Neapolitano
Conſilio teſtantur etiam Petra in addit.ad
Grammatic.dec.49.num.11. Thor. loc ſup.cit.
Hodiern.ad Surd.dec.29.num.8. Barbat.de
fructib.par.2.cap.13.num.15. & 16. alios citat
Franciſ.Seuerin.alleg.26.num.19.impreſ.
poſt Scaglion.ſup.prag.
Et ob eandem æquitatem idem Thor.loc.ſup.cit.
nu.39.refert iudicatum in noſtro S. Conſilio
4 vt promiſſio aliquid faciendi per Artificem
infra certum tempus, ſi ob ægritudinem
non fuit exequta, adimpleretur infra aliquod
breue tempus, non obſtante, quod Dominus
qui pecuniam ſoluit inſtaret pro reſtitutione
pecuniæ, non pro perfectione operis, & ob
ſummam æquitatem noluit reſcindere pactum
contrahentium, ſed moram debitoris
purgari permiſit, quia cum mora ſit culpa,
& delictum l.inter ſtipul.83. ſ. ſicbum in
hac ff. de verbor. obligat. non poteſt imputari
impotenti adimplere, quaſi tunc non dicatur
negligere, aut differre, l. 9. in fin. C.de
annal.exception. Non minus noſtræ leges municipales
moræ purgationem admittunt,
5 etiam ſi lapſus fuit vltimus terminos iudicialiter
impartitus, vt patet ex noſtro Ritu
173. vbi ſancitur, vt termino elapſo ſuper
citatione inſtrumenti, debitor citatus poſſit
cōparere in peremptorio termino ſibi præfixo,
cum ſacculo parato, etiam ſi lapſus fuerit
terminus, in quo ſoluere tenebatur, &
hoc ex quadam æquitate dixit Ritus prædictus.

Patet etiam aliud iuris exēplum in emphiteuſi
finita per tempora iam elapſa, vt ſi Dominus
6 velit iterum rem concedere ad nouam emphiteuſim,
debeant ex æquitate præferri deſcendentes,
vel hæredes vltimi poſſeſſoris,
vel ipſe emphiteuta ſi viuens reperiatur, ex
doctrina Bart.in l.1. ſ permittitur ff. de aqua
quotid. & æſtiu. Gabriel. de iur.emphiteu.concluſ.1.num.1.
Clar. in ſ.emphiteuſis quæſt.42.
num.44.in fin. Imo ne dum ipſum emphiteutam,
& eius deſcendentes Dominus directus
tenetur de nouo inueſtire in noua cōceſſione,
ſed etiam tenetur præferre proximiores vltimi
emphiteutæ defuncti, ſi forſan ob lineam
finitam fuerit res ad Dominum deuoluta,
& denuò in emphiteuſim eſſet concedenda,
ſed cum iiſdem pactis, & conditionibus,
quas ab alio inuenit Veral.dec.303.par.
1.Mantic.dec.10.num.6.& 7. Ioſeph Ludouic.
dec.peruſ.17.num.23.& ſeq. Clar. in ſ. emphiteuſis
qu.43.in fin. Mareſcot. var. reſolut.lib.1.
reſol.3.num.9.10. & 11. Gratian. diſcept.for.
477.num.17.& 742.num.60.& diſcept.813.
num.35.& 885.num.1.& ſeq.Cencius de cenſib.
in addit.ad artic.3.num.5. & in fin.Ciriac.
controu.254 num.13.Ciarlin.controu.for.121.
nu.41.& 42.tom 2 Quod etiam procedit in
7 Eccleſia, quæ ſi emphiteuſim finitam nolit
pro ſe retinere, proximiores defuncti ſunt
præferendi extraneis de æquitate, ſecus ſi
Eccleſia velit pro ſe retinere Imol.in conſ.38.
num. 2. Amat. Dunozettus deciſ. Rot. Roman.
175.per tot.& dec.762.num.1.& dec.453.per
tot. & præcipue num. 2. ſic etiam refert deciſum
in dec.498. num.1. qui reſpondet omnibus
DD.in contrarium ab eo allegatis, & dicit
quod loquuntur quādo Eccleſia vellet pro
ſe retinere, quod etiam dixerunt Fulgin.de
iure emphit.in tit.de renouat.quæſt.1.à num.1.
fol.142.Rubeus dec.45. Rot. Rom.per tot.par.8.
Hæc enim concluſio ob ſolam æquitatem fuit
8 recepta, vt eſpreſsè dicūt Valaſ.dec.luſit.157.
in princ.Caldas de renouat.qu.8 nu.2.& qu 5.
num.6. idem Valaſch. dec.123. per totam, &
eſt ita verum, vt hoc introductū ſit ex æquitate,
vt ex Iudicis officio hæc actio detur, colligitur
ex l.congruit C. de locat.prædior. ciuil.
lib.11.& confirmant Bart.in d. ſ.permittitur
& in l.1.ff.de priuil cred. Aretin.in l.ſi mihi et
Titio num.3 ff.de verbor.Bald.in rub.de appell.
num. 6. Iaſon. Decius, & Afflict. quos refert,
& ſequitur Caldas de renouat.qu.5.num.6.qui
aſſerit eſſe communem, & tandem ita acerrimè
fundat Velaſch.conſul.172.nu.10.tom.2.
vbi concludit, quod cum talis prælatio competat
ex officio Iudicis, tale Iudicis officium
nullam præſupponit obligationem l. qui per
colluſionem ſ.fin. ff. de action. empti, ſed ſola
æquitate nititur contra iuris rigorem, & ex
9 hoc deducit, quod talis prælatio renouationis
non poſſit competere contra tertium poſſeſſo-

*diſcept for.cap.656.num 7.& 23.Caluin.de æquit.lib.2.cap.181.num.6.& ſeq.*quod confirmat *Rota* coram *Pancirolo* de anno 1641. collecta à *Rubeo in annot. ad deciſ.1.par.8.recent. num.*80. Cauſæ enim legitimæ concedendi talem reſtitutionem erunt hæredis Paupertas, Abſẽtia, vel Infirmitas, aut Ignorantia æris alieni hæreditarij, quod occultum, & incognitum erat, vt aduertunt *Mant. de reſtit.in integr.cap.130.nu.6.in fin.Coſta de facti ſcient. & ignor.diſtin.32.num.12. & ſeq.* & alios caſus refert *Dom. Luca. in obſeru. ad dec.229. Franc. à num.4.* & ex his cognoſcitur, quod tempus à lege ſtatutum ex bono, & æquuo regulandum erit, iuxta *tex.in l.ſi domus 71.§.in pecuniam ff.de leg.1.*

Septimus effectus eſt, vt ipſa æquitas obſcuritatem, & dubietatem reſoluat, & vt hoc de-
13 monſtretur, dico, quod certum eſt in iure, vt incertitudo inutilem, & vanum reddat quemlibet actum, prout in *l.ita ſtipulatus la grande ff. de verb. oblig.* quia incertitudo remouet omnem conſenſum à toto, & à parte *l.decem ff.locati Surd. conſ.235.nu.9. & conſ. 264.num.1.cum ſeq. Gratian.lib.4.diſcep for. cap.682. num.7. & cap.715. num.5. & 8. & cap.736.n.61.* adeo enim concluſio eſt certa, vt licet dos ſit fauorabilis, attamen eius generalis promiſſio abſque expreſſione ſpeciei, vel quantitatis non valet, *l. 1. C. de dot. promiſ. l. ſalarium C. mand.* ſicut & quælibet alia diſpoſitio reputatur nulla & inutilis generaliter, & vagè concepta *l. qui ex pluribus ff.de manum.teſtam l. ſi fuerit ff. de reb. dub. Bart. in l.ſi quis ſeruum §.ſi inter ff. de leg. 2. Gratian.lib.4. diſcep.for.cap.736. num.85. & lib.5.cap.1000.num.19.* obſcurum enim, & incertum reputatur, quod generalitèr dictum, & promiſſum fuit, *l. ita fidei ff. de iur. Fiſci.* Hęc vero concluſio non procedit, quando æquitas illam dubietatem, & obſcuritatem moderare poterit,, vt eſſet caſus quando non eſtraneus, ſed Pater ipſe ſtipulatus fuiſſet dotem incertam in beneficium filiæ, iſta ſtipulatio tenet per clarum *tex. in l.cum poſt 29.§.gener ff.de iur. dot.* & ſi illa promiſſio facta ab extraneo promittente, etiam fauore dotis, firma non iudicatur *per d. l.1.C. de dotis promiſ.* attamen iſta facta à Patre ſubſiſtit, vt benè *Gloſ.in d §.gener.in verb.placuit* & ratio diuerſitatis eſt, quia in hac vltima, licet incerta promiſſione facta à Patre, concurrit æquitas naturalis, quia ſcilicet Officium paternum eſt dotare filias, *l.fin. C.de dotis promiſ. Anneus Robert. rer. indic. lib.3. cap 15.num.11.pag.668. circa med.* ideo parùm curandum de quantitate incerta promiſſa à Patre, quia poterit liquidari pro modo facultatum Patris, & dignitate viri, dicit *I.C.in d.§.gener,* quam ſententiam comprobat *Afflict.dec.337.num.10.* qui ita iudicatum per S.C. fatetur; vbi *Vrſil.* dicit hoc procedere de æquitate canonica, ſed parcat mihi, quia ſatis æquitas naturalis fuit cognita à *I.C. in d.§.gener,* vbi dicit, quod eius liquidatio poterit fieri ad menſuram facultatum Patris, & dignitatis viri, ideo ad quid recurrendum ad æquitatem iuris canonicam, ſi claram habemus æquitatem iuris ciuilis? quaſi noſtra iura defectuoſa ſint, pro cognoſcẽda æquitate, & hoc eſt quod voluit dicere *Caluin. in d. tract. de æquit. cap. 138.nu.17.lib.2.* vbi dixit *tex.in l.1. C.de dotis promiſ.* procedere de rigore iuris, ſed *tex. in d l.cum poſt §.gener* de æquitate, ſed etiam debebat aſſignare rationem huius æquitatis à *Gloſ.in d.verſ.placuit* conſideratam, dum integram materiam æquitatis cumulauit, quam tetigit etiam *Mantic. de tacit. & ambig. lib.12. num.8. par. 1.* ob quam rationem idem dicas procedere in Tutore, & Curatore, quibus etiam onus dotandi incumbit per *l. Tutor ſecundum dignitatem ff. de admin.tutor.* vt ſi iſti etiam incertè, & obſcurè dotem promiſerint, talis promiſſio tenet, quia non eſt omnino incerta illa, quæ faciliter poteſt declarari, vt indicat idem *§.gener, & l.ſiue generalis & l.quæro ff.de iure dot. & in l.ſi filiæ ff.de leg.3.* vt poſt *Ripam in l.1.num.18.ff.de verb.oblig.* concludit idem *Caluin.loc.cit.num.20.*

Dat enim regulas *tex.in l.& ſi quis 14.§.æquum ff.de relioſ.& ſumptib.funer.* quomodo ſit pro-
14 cedendum in rebus dubijs, & obſcuris, vel Iudicum Arbitrarijs, ibi enim in actione funeraria ſtatuit *Vlpian.* hoc modo regulandam æquitatem per iſta verba. *Æquum autem accipitur ex dignitate eius, qui funeratus eſt, ex cauſa, ex tempore, & bona fide.* Vide igitur, quod æquitas ex multis inſpectionibus conflari debeat, ad dubietatem tollẽdam. Ex hoc reſultat, quod doli mali exceptione oppoſita, æquitatis ratione ſeruari ſumptus dicuntur, *l. ſumptus 48. ff. de rei vendic.* Ad tollendas etiam dubietates poterit Iudex partes interrogare, dixit *Vlpian.in l.vbicun-*
15 *que 21.ff.de interrog.action.* per iſta verba: *Vbicumque Iudicem æquitas mouerit, æquè oportet fieri interrogationem.* Ideo dicas, quod non indiſtinctè interrogationes admitti debeant *Camill. Borrell. tom.2.dec.tit 17.nu.3. Menoch.lib.2.de arbitr.caſu.51.* & præſertim *num.34.* vbi dicit hanc interrogandi licentiam concedi debere tempore habili, ſcilicet ante concluſionem. Iſta etiam æquitas monet, vt admittenda ſit interrogatio, ſi dubitatio inter partes orta ſit, quæ Iudici reſoluẽda proponitur, non vero ſi ad fundandam alterius partis intentionem deſeruiat, *Menoc.lib.1.de arb.qu.35.nu.24.Maſcard. concl. 1176.Hippol.di Marſil.ſing.157.Marant. in ſpecul par.6.action.5. num.2. Nemizan. conſ.*

dubijs

5.num.25.Brunneman.in dict.l. ubicumque num. 2. Regula igitur sit, vt in omnibus dubijs, seu arbitrarijs, & bonæ fidei si iura deficiunt, id quod æquitas suggerit obseruari debet l. 2. §. item veru ff. de aqua pluu. arcen. addo tex. in l. 4. §. fin. ff. de eo quod certo loco, vbi æquitatem quoque ante oculos Iudex habere debet, qui huic actioni addictus est, non immerito igitur dixit Leo Imp. in Nouel. 36. in princ. quod æquitas sit sanitas legum, dum dubietates, nullitates, & subtilitates, sola ipsa resoluit.

Octauus effectus æquitatis erit, vt actus, val dispositio, quæ de iuris rigore nulla iudicare-
16 tur, attamen ex æquitate subsistit, cum enim cōcurrit æquitas, rigor legis euanescit l quod si ephesi 4. in fin. ff. de eo, quod certo loco. Ista enim conclusio ex pluribus iuribus comprobatur, & primo ex l. filio præterito 17. ff. de iniust. rupt. vbi Papinian. I.C. respondit, quod licet Patris testamentum non teneat ex iuris subtilitate filio præterito, etsi testamentum Patris approbauerit, tamen ex bono, & æquo substinetur, facit tex. in l. 1. quib. non competat bonor. possess. Donell. lib. 6. cap. 13. & ibi Hillinger lit. C. Clar. in §. testamentum quæst. 43. num. 2. Bachou. ad Treutler. disp. 11. thes. 5. lit. C. Brunneman. in d. l. filio præterito nu. 2. Ostenu. loc. cit. num. 82. Et ob eandem æquitatem dispositio d. l. filio præterito, ampliatur, vt procedat, licet heredes extranei a Patre in testamento instituti fuissent, vt affirmant Treutler. disp. 11. vol. 2. thesi 1. lit. C. & Anton. Faber in d. l. filio præterito; hæc autem propositio impugnatur à D. Borgia Episcopo Tropeiensi Doctore subtilis ingenij nostro conciue in inuestig. iur. ciuil. lib. 1. cap. 19. asserente æquitatem d. legis fuisse inductam, ob fauorē aliorum filiorū, hæredū institutorū, fratrum alterius filij præteriti, ne in illorum damnū testamētum corrueret, quor. fauor cum cesset quando hæredes essent instituti extranei à Patre, ideo æquitas d. legis hoc casu non posset militare. Sed verior mihi videtur, & probabilior prima sententia Fabri, reiecta dicta subtilitate Dom. Borgiæ, æquitas enim approbationis testamenti fuit considerata à Papiniano in d. l. filio præterito, quæ operatur quandam speciem remissionis iniuriæ sibi illatæ ob præteritionem, & quod hoc verum sit considero, quod fauor succedendi ad hæreditatem paternam erat communis tam filiorum hæredum institutorum, quam alterius filij præteriti, & cur poterit rectè dici, quod ille filiorum institutorū præualuit & nō alter filij præteriti? dum enim cōmunis inter eos colluctabat æquitas, ideo Papinianus ex dictis duobus æquuis, æquiùs selexit, & cum ad fauorem filij præteriti concurrebat filialis fauor, & approbatio testamenti, & in filios institutos solum considerabatur filialis æquitas, ideo reiectis communibus æquitatibus, præualuit solum testamenti approbatio, quæ illius validitatem confirmauit.

Sic Posthumus præteritus, si viuo testatore natus decesserit, iuris subtilitate testamentum
17 ruptum iudicari deberet, per l. posthumus ff. de liber. & posthum. & l. quod certarum C. de posthum. hæred. instit. Bellou. lib. 1. De his, quæ in incontin. fiunt cap. 43. Sed æquitas postulat, vt saltem bonorum possessionem secundum tabulas hæres scriptus obtinere possit, ita Adrianus, & Alexander Imperatores decreuerunt in l. posthumus 12 in princ ff. de iniust. rupt. & irrit. testam. Menoch. cons. 130. nu. 17. vers. quarto accedit Bellon. loc. cit. Caluin. de æquit. lib. 1. cap. 9. nu. 2. Quod etiam ampliatur ex eadem æquitate, licet posthumus viuus superstiterit, tempore mortis testatoris, si intra triduum decesserit, nam hoc casu illicò decessisse dicitur Franc. Marcus decis. 169. par. 2. Marta in compilat. dec. tom. 2. verb. posthumus cap. 5. Borgia in inuestig. iur. ciuil. lib. 9. cap. 15. num. 6. Ita etiam testamentum non rumpunt posthumi nati in octauo mense, quia vitales non sunt, communiter sentiunt DD. nempè Menoch. cons. 284. lib. 3. Afflict. dec. 236. Clar. in §. testamentum qu. 45. num. 3. Mantic. de coniect. lib. 11. tit. 6. nu. 10. alijque relati à d. Borgia d. lib. 9. cap. 15. nu. 7. Confirmatur conclusio ex l. sceuola 76. ff. ad
18 S.C. Trebel. vbi substitutio facta in Codicillis, licet de iuris rigore inutilis sit, quia hæreditas in Codicillis, neque dari, neque adimi potest, l. quod per manus 10. ff. de iure codicil. l. nā codicillum 14. C. de testam. § Codicillis instit. de Codic. benigna tamen interpretatione in vim fideicōmissi subsistit Menoch. lib. 4. de præsumpt. præsump. 55. n. 1. Hilling. ad Donell. cap. 17. lit. C. Brunneman. in d. l. sceuola nu. 3. Mantic. lib. 5. tit. 2. num. 11. Pereg. de fideicom. art. 33. num. 68. Intriglol. de succes. centur. 2. qu. 63. & qu. 79. num. 8. Magon. dec. Florent. 4. num. 5. Graff. in §. substitutio quæst. 71. num. 6. alijque relati à Borgia inuestig. iur. lib. 15. cap. 14. num. 9. qui omnes concludunt talem substitutionem in Codicillis factam flecti debere in fideicommissariam.

Sic is, qui pecuniam à me sibi donatam hac conditione accepit, vt mihi in creditum
19 daret, & acceptam dederit, non erit credita, magis enim meam accepisse intelligi debeo, quā tuam creditam, dicit I. C. Iulianus in l. si tibi pecuniam 20. ff. de reb. credit. sed subdit, hoc intelligendum esse de iuris subtilitate, sed benignius est, vt vtrumque valeat.

Sic de substitutione per verba communia facta, vel de compendiosa substitutione, dicunt DD. per verba communia concepta, filio im-
20 puberi facta, quæ semel valuit iure directo vt pupillaris, nullo iure permitti, vt pos-
sit

ſit obliquari, ideſt valere iure fideicommiſ-
ſi poſt pubertatem, ſed in totum euaneſcit,
*l.verbis ciuilibus ff. de vulgari, DD. in l.centu-
rio ff.de vulgari*, vbi *Bart.num.*13.*Iaſon num.*
29.*&* 32.*Alciat.num.*40. *Mantica de coniect.
lib.*7.*tit.*3.*nu* 4. *Vaſq.de ſucceſ.progreſſu* §.11.
*nu.*29. *Couarr.in cap. Raynut.* §.9.*nu.*15. *Gui-
do Papè deciſ.* 534. *Gomes var. tom.* 1.*cap.* 7.
*num.*4.& alij multi relati à *Ferrer.in conſtit.
los Impuber. gloſ.*7. *num.* 131. vbi *num.*138.
ſubdit, quod nec clauſula Codicillaris tacita,
quæ ineſt in teſtamento inter liberos, pote-
rit operare talem effectum, vt poſſit dire-
ctam ſubſtitutionem in inflexam, & præca-
riam conuertere, vt colligitur ex *l. ſi frater
C. de fideicommiſſ.*, & probat *Antonius Fa-
ber in d.l.verbis ciuilibus*, relatus à *Borgia
in veſtig.iur.lib.*15.*cap.*12. *per tot.* Attamen
quia æquitati conſonat, vt in vim fideicom-
miſſi poſſit conuerti, ideo de equitate in ſu-
premis Curijs poterit contraria ſententia
ſequi *Ripoll.in d.l.centurio num.*77. qui dicit
per Suprema Parlamenta Regis Francorum
obliquari ſubſtitutionē directam ob dictam
æquitatē, & dixerunt etiā *Decius in l. precib.
n.*17. *C.de impuber. verſ. & iſta opinio, & ibi
Curtius num.*58.*fallent.*4.*Ferrer.* alios cumu-
lat *loc.cit in d.gloſ.*7.*num.*144. licet ibi in ſuo
21 Principatu Cathaloniæ concludat talem
æquitatē nō poſſe obſeruari, quia dicit, quod
in d. Principatu Rex ſe aſtrinxit rigorem iu-
ris ſeruare, & ideo in illo dominio, eiuſque
Curijs Supremis non poterit æquitas intro-
duci, vt ſubſtitutio directa in vim fideicom-
miſſariæ admittatur. Et eo magis obliquatur
ſubſtitutio pupillaris in fideicommiſſariā,
quando pater poſtquam illam fecit, prohi-
bitionem alienandi extra familiam adie-
cit, quia voluit bona conſeruari in agna-
tione, vt contra *Farinac.& Peregrin.* ſubſti-
net *Borgia inueſtig.iur. ciuil.lib.*5.*cap.*12.*n.*7.
*cum Fuſar.de ſubſtit.qu.*159. *num.*13. *in fin.*
Sed meliorem *tex.*adduco *in l. ſi ita* 13. *ff. de li-
ber. & poſthum.* vbi prouiſio facta in caſibus
ſeparatis porrigitur ad eoſdem caſus ſimul
coniunctos, & ponitur caſus, vbi teſtatoris
diſpoſitio facta ad beneficium maſculi pro
certa quota ſi naſcatur, & ad beneficium fœ-
minæ pro alia certa quantitate ſi naſcatur,
non rupta intelligatur, ſi ambo maſculus, &
fœmina inſimul naſcantur, licet enim de
ſubtilitate iuris ruptum intelligatur teſta-
mentum, attamen ex humanitate voluit *Iu-
lianus* illud ſubſiſtere; quod latè explicat
Fortunius Garcias in repet.l. gallus §. *& quid
ſi tantum ff.de liber.& poſth*, dicendo idem
procedere in poſthumo, & poſthuma alter-
natiuè inſtitutis, qui ſi inſimul naſcantur,
non dicitur ruptum teſtamentum, ſed ex
proportione partium, quas teſtator expreſ-
ſit, facienda eſt diſtributio. Sed aliter dicit
Mantica lib 11.*de coniectur. tit.*15.*nu* 5. pro-
cedere in ſubſtitutione fideicomiſſaria, quia
fideicommiſſum eſt onus, at inſtitutio hære-
dis eſt fauorabilis, proindè benignè iſta in-
terpretatur, ſed in fideicommiſſo dicitur
defecta conditio ob caſum miſtum superue-
nientem, quādo illa loquitur in caſu ſimplici
*Brunneman in d.l.ſi ita num.*4. ecce igitur ve-
rum quod ſcripſit *Eraſm. cent.* 10. *adag.* 25.
tum maximè diſcedi ab æquitate, quando
nimis ſuperſtitiosè hæretur legum literis
*Creſpi de Valdaura obſeru.*1.*num.*41.
Nonus notabilis effectus æquitatis eſt, vt ipſa
concurrente contra verba legis erit admit-
22 tenda *Petrus Faber in l in omnibus ff. de reg.
iur. Sola Conſuetud. Sabaudiæ in rubr. de
fluminib.publ.gloſ.*2.*num.*41. lex enim non
23 debet eſſe ferrea, & omnino inflexibilis, ſed
potius plumbea, dixit *Ariſtot.lib.*5.*ethic.cap.*
10. qui concludit, quod æquus, & bonus vir
non debet eſſe exactus iuris executor in pe-
iorem partem, ſed potius debet legem im-
minuere, & moderare, etiam ſi legem ad id
adiutricem non habeat, quod ad propoſitum
voluit dicere *Cicero in orat.pro Cecinna: Om-
nia benè agis, à verbis enim recedis, & æqui-
tate vteris*; ſed melius idem *Ariſtot.* dixit in
*lib.*1 *rethoric.& mag.moral. cap.*1. *Æquum
eſt rebus humanis ignoſcere, non legem, ſed Le-
giſlatorem ſpectare, non verba, ſed ſententiam,
non partem, ſed totam.* Ideo impeditus adire
hæreditatem propter iuſtam abſentiam
cauſæ Reipublicæ, ſi decedat interim ante-
quam adeat, de iuris rigore eius hæres non
poterat petere illius bonorum poſſeſſionem,
quia numquam fuit perita à defuncto, vel
ab eo rata habita procuratoris petitio, ex
*l.*3.§.*acquirere ff. de bonor.poſſ.*§.& tempus pe-
tendi erat centum dierum, vt in *l.*3.§.*etſi hæ-
res ff. de minor. & in l.ſi Titius* §.1.*ff. quando
dies leg. cedat.* attamen *Papinianus* Diui Pij
reſcriptum ſequendo in *l.Pannonius ff de ac-
quirend.hæred.* humanitatis gratia hæredi-
bus facultatem adeundi per viam reſtitutio-
nis conceſſit, hac æquitatis ratione conſide-
rata, vt ſi abſens non fuiſſet, veriſimiliter
ante mortem adijſſet, & aditam hæredi re-
liquiſſet, proindè Iuriſconſultus ille à iuris
rigore receſſit *Barboſ. in l. quia tale num.*76.
& ſeq.ff.ſol.matr. vt mirificè etiam explicat
Nobiliſſimus, & accuratiſſimus Conſiliarius
Dom. *D. Petrus Antonius Chiauari in ſua di-
daſcalia par.*2.*cap.*6.*n.*13. Et licet hæc *l.Pan-
nonius* 1. de abſente Reipublicæ cauſa loqua-
tur, vt dixit *Gomeſ.in l* 1.*cap.*9.*num.*56. atta-
men ex eadem humanitate, DD. ad minores,
& ad quoſlibet alios abſentes; & ignorantes
talem legem extenderunt, vt contra *Cuiac.
ad d.l.* affirmant *Cancer.p.*3.*reſol.cap.*21.*n.*19.

Io. à Sandè lib.4. tit.9. defin. 1. Iacob.Schultes ad Modestin Pistor. par.4. qu.131.num.250. Io.Brunnemann.in dict.l.P.annon 86.alijque.

Alter casus considerabilis est, ad propositum adductus in *l Auus 79 ff. de iure dotium*, vbi Auus neptis nomine ex filio natæ dotem constituit, & moritur, sicut etiam Neptis diem suum obiuit, fuit dubitatum, an dos ad Patrem Neptis reuertere debeat, ratio dubitandi erat, quia non fuit ab eo profecta, cum nil de suis bonis dederit, sed *Celsus* ait, æquitatem rei occurrere, vt quod Pater meus, filiæ meæ, meo nomine dedit, perinde sim, ac ipse dederim.

Non minus in iudicijs æquitas legum rigorem conterit, vt habetur in *cap.omnis 10.45.distinc.* ibi. *Vt in To libramine quædam per æquitatem corrigat*. Hinc cognoscitur ratio, cur æquitas non patitur, vt Procurator, & Aduocatus examini se subijciant contra eorum Principales, præsumitur enim eos scire secreta causarum, ideo eos à testimonio lex æqua excusat *Vrsel. in exam.apum in verb.Æquitas conclus* 66.*num.7.tom.1*. Sic labeo moderandum iurisdictionem ait, quamuis edicti verba non patiantur in *l.licet 15 ff. de recept.arbitr.* & dixit etiam *Paulus in l quamuis de in ius vocando*; Sic etiam quamuis lege Ælia Sentia nulla persona excipiatur, de quibusdam tamen personis eam intelligendam non esse, dixit *Paul.I.C.in l.adigere 6. §.quamuis ff. de iur.patron.* Item ille qui operas suas, vt cum bestijs pugnaret, locauit, quiue rei capitalis damnatus, neque restitutus erat, ex S.C.Orphiciano ad matris hæreditatem non admittebatur, verum humana interpretatione placuit eum admitti in *l.1. §. qui operas ff. ad S.C.Tertul.* Sic etiam ostenditur exẽplo *legis 12. tab.* qui furem noctis deprehensum occidere permisit, sed Vlpiani æquitas illã moderauit in *l furem ff. ad l.Cornel. de Sicarijs*, vt in eo casu procedat, si parcere ei sine periculo suo non potuerit. Idem dicas si apud
24 Populos quodam scitum æquitatem continens esset determinatum, & in eodem casu, quod rigorem contineret aliud extaret, sententia danda erit secundum illud, quod æquitate fuit constitutum *Afflict.in const.circa violentiarum 6.notab. Io: Oesteun.de iure scripto num.105.*

Idem videmus obseruari in contractibus, vt ob æquitatem à rigore legis recedamus. habemus enim dispositum, quod perfecta emptio-
25 ne, & venditione, periculum rei venditæ statim ad emptorem pertineat, licet res non dum tradita sit, *§.cum autem emptio 3 instit. de empt.& vend.* concordat iura Digestorum *in l.id quod post 7.l.necessario 8.l.si vendita 11. ff de peric.& commod.rei vend.l.quod sæpè 35. §.si res 4.ff. de contrah.empt.l.1.4.& 5.C.peric. & com.rei vendit. l.sicut 12. l.fructus 13 & l. penul.C.de action.empt.* proinde si res vendita læsa combusta, vel consumpta, aliaue causa estincta fuerit, emptor ad id quod interest contra venditorem agere nequit, imo pretium si non soluit venditori, etiam præstare compellitur, & si soluerit illud à venditore repetere nequit. Quod procedit ne dum in rebus inanimatis, sed etiam in animatis *l.cum emptor 5. §. vlt. ff. de rescind.vend.l.vlt. ff. de condict.caus.data, & cau.non seq.l.venditor 21.ff. de hæred.vel action.vend.l.vlt. C.de peric.& comm.rei vend.* vbi disponitur mortuo homine, vel ancilla vẽdita, perinde reputatur venditio ac si tradita fuisset, & vẽditorem liberari, seruosque emptori perire. Sed non desunt DD. qui de hac conclusione dubitant, dicunt enim quod res pereat suo domino, *l.pignus 9 C.de pignor.action.* at ante traditionem venditor est dominus rei *l.eum qui emit 14.in princ & l.si vendidero 80.in princ.ff. de furtis*; Rei enim venditæ dominium non venditione, sed traditione ad emptorem transire iura disponunt in *l.si ager 50.ff. de rei vendic.l.penul. C.eod.l.alienatum 67 ff. de verbor.signific. §. per traditionem 40. instit. de rer. diuis.l. traditionibus 20.C.de pactis*; ideo coneludunt multi DD., quod interitus rei venditæ ante traditionem spectet ad venditorem, quia res quæ perit tradi amplius non potest, proinde nec perfici emptio poterit, affirmant *Giphan. & Borcholten in §.emptio 4.instit.de empt.& vend.* Sed hanc iurium repugnantiam conciliare conantur *Cuiac.in tract.8. ad African. in explicatione l si fundus 33.ff.locat.& in paratitl. C.de peric. & commod.rei vendit. Bocer.in commen. ad l. contractus 23.ff de reg.iur. cap.4. num.7.edit. 1.& num.65. edit.2. & class.2. disp.3. thes.81. edit.2.& in §.cum autem 3.num.164. instit. de empt.& vend.pag.387. Borcholt. in eod.§ 3. num.3. Vlten. in princ. tit. instit. de empt. & vend.num 71.* dicentes antecedentes leges de summo iure, seu stricto, non vero de æquitate intelligendas esse, æquius enim existimant, & humanius, vt emptor, qui rem non est nactus, illa extincta pretium venditori non soluat, hæc autem conciliatio non placet *Io. Harppreck.in d.§.cum autem 3.de instit. de empt. & vend. num.2. tomo 3.* qui *num.6.* primam conclusionem, communiori DD. calculo refert receptam, cuius veritatem explanare præsens opus non exigit, sufficiat mihi tantum enarrasse casum à Doctoribus consideratum, in quo ob æquitatem à scripto iuris rigore recedi existimant. Similiter in contractibus æquitas *l.curabit Cod. de action. empti*, nõ patitur, vt quis cum aliena iactura locupletetur, quod scil. res, & pretium penes eundem, vno, & eodem tempore existat,

ideo

ideo ptouidet, vt fructus cõpenſatiui pro re
vendita debeantur *Gratian.cap.604.num.2.
lib.4 Vrſel.in exam.apum in ver.Æquitas con-
cluſ.66.nu.10.tom.1.* & habet locum d.æqui-
tas etiam in contractu innominato *Vrſell.lo-
co cit.num.11.*

Non erit omittendus caſus traditus in *l ſi ſo-
cer §.Lucius ff.ſolut.matr.* vbi dotis ſolutæ ex
26 actio,ſoluto matrimonio competit marito,
eiuſque hæredibus,non vero uxori, ſed tan-
tum actio datur vxori contra maritum, aut
eius hæredes, ut ſibi cedant actiones, ita re-
petentes, & præcipue *Paul.de Caſtro, & Imol.
in d.l.ſi ſocer §.Lucius, Bald.Nouell. de dot.par.
5.priuil. 24.Gabriel. in com.concl.tit. de dotis
promiſſ.concl.3. Franc.dec.33.nu.10. Toudut.
Sanliger. qu. ciuil.cap.* 100. aliique relati à
Dom. Iul. Capouo Comite Palatino meo
Anncuſo *in tract.de ſol.matrim.in rub.qu. 5.à
nu.17.fol.*50.aſſignant rationem *Monter.in
dec.36.n.39. & Gratian.diſcept.for.cap.49.n.*
28.dicendo,quod in contractibus actio quæ-
ritur ei, cui fuit facta promiſſio, non ei cuius
contemplatione actus ſit. At contrariam
ſententiam æquiorem exiſtimarunt com-
muniter DD. licet legis repugnantiam co-
gnouerint, nempe quod actio detur vxori,
non hæredibus mariti, ita *Anna ſingular.
601.& alleg.129.lib.2.Gratian. lib. 1.diſcept.
for.cap.49.n.24 & lib.2.cap.362.num.4.Schi-
fordeger.ad Fabrum tract. 2.qu.* 13. & ita per
plures Senatus deciſũ, ut in ſuo Senatu Gra-
tionopolitano dicit *Guid.Pap.dec.375.*de Se-
natu Pariſienſi affirmat *Papon. lib. 15. arreſt.
tit.4.arre.3.*in Senatu Sabaudiæ, *Anto. Faber.
in ſuo Cod.lib.50.tit.13.de ſolut.matrim.defin.*
6. In Rota Rom. *Gratian. d. cap.49.num.25.
Farinac.dec.769.*& tandem in noſtro Senatu
Neapolitano, ita pariter deciſum tradunt
*Sanfelic.dec.130.Thor.in cap.deciſ.part.3.in
verb.Mulier Reg.de Mari.ad Rever. obſeru.*424.

Ratio huius contrariæ ſententiæ fundata eſt in
ſola æquitate ad euitandum circuitum inu-
tilem, nam uxor deberet agere contra hæ-
redes mariti, & iſti contra hæredes dotantis,
ideo æquius viſum fuit,actionem concedere
mulieri ad ſuam dotem recuperandam, quã
illam in anguſtiis Curiarum detinere, & per
curſus actionum laborare,quod conſiderauit
*Guid.Pap.in ſua deciſ.*375.æquitatis enim ra-
tio ſemper dictat lites dirimere, & inutili-
bus ſumptibus parcere, dixit *Magon.in ſua
dec.18.n.2.Rotelucenſ.* Circuitus enim inuti-
27 les ex ſumma æquitate Tribunalium ſunt
euitandi *l.1.§.3.ff.ſi pars hæred. pet.it Gloſ.in
l.ſi ita 37 ff. de ſtatu liber*, melior *tex.in l.do-
minus 53.ff.de condict.indeb.*ex quo *tex.*hanc
concluſionem deducit *Borgia inueſtg.iur.tiu.
lib.8.cap.8.num.5.in fine,*& repellendos à Cu-
rijs affirmant *Magon.deciſ.Florent.9.num.5.
Monach.dec.Lucenſ.25.num.87.Tiraquel.de
retract.tit.2.S.2.gloſ.1. num.24. & 11. Anna
conſ.64.num.11.Surd.conſ.228.nu.18. Argel.
de legit.contradict.quaeſ.5.num.*5.alijque per
*d.Borgiam cit.num.*6.Ideo ad illos euitandos
colligunt Claſſici,poſſe creditores debitores
debitorum recta via conuenire *Franc. deciſ.
273.Giurba dec.41.Borgognin. Caualc.deciſ.8.
par.4.num.32.Caſtell.dec.Sicil.41.nu.9.Gra-
tian.diſcept.for.cap.532.num.2. tomo 3.Thor.
in comp.deciſ.par.1.in verb.Creditor.* Eodem
modo poterit recta via agi contra empto-
rem hæreditatis, qui ſe ſoluturum promiſit,
& licet de rigore negandum videbatur per
*tex.in l.2. Cod. de hæred. vel action. vendit.&
per tex.in l. cum res Cod. de donation.* vt cer-
tant *Salgad.in laberinth. cred.cap.26.nu.15.
& Olea de ceſsion.iur.tit.3.qu.9 num.*20.atta-
men de æquitate actionem admittunt, ſal-
tem in perſonali actione, quando emptor
hæreditatis promiſit omnem litem in ſe ſu-
ſcipere ad circuitum vitandum *Cancer.var.
cap.2 par.3.num.68.Giurba dec 62. num.38.
Merlin. de pignor.lib.4.qu.142 Arias de Meſa
var.lib.3.cap.50.num.58. Capyc.latro dec.44.
num.*10.alijque relati à *d. Borgia d.cap.8.nu.*
7.qui alios caſus adducit.

Dictam etiam æquitatem in caſu propoſito
conſiderauit *Franc.d.dec.33.num.*9. vbi di-
xit,quod licet æquitas in prædicto caſu con-
currat, attamen dixit obſtare rigorem ſcri-
ptum in *d. l. ſi ſocer §. lucius*. Sed ſalua pace
tam Eminentiſſimi viri reſpondeo,quod ta-
lis æquitas ex mente legis deſcendit, ideo
contrarius rigor æquitate temperari debet,
procedit enim d.æquitas pro muliere,ex *l.ſi
& me, & Titium 32.ff.de reb.credit.* vbi ex
28 æquitate datur mihi actio contra eum, qui
rem meam, vel mihi debitam mala fide
ſine iuſta cauſa,& ſine titulo,aut titulo inua-
lido poſſidet,per illa verba *Sed quia pecunia
mea ad te peruenit, eam mihi à te reddi bonum
& æquum eſt.* Quam legem auream, aureiſ-
que literis ſcribendam putarunt *Bald. Pari-
ſius*, alijque,imo diuinam appellant, quos
recenſent *Hippol.Riminald.conſ.66. num.22.
Natta conſ.147.num.2. Menoch.de recup.poſſ.
remed.4.Klock vol.2. conſ.50. num.8. & ſequ.
Brunnem in d.l.ſi & me, & Titium n.*2.quam
legem etiam ad hanc noſtram concluſionem
ex æquitate firmandam expendit dict.Dom.
meus Aunculus *Caponius d.qu.5.nu 17.verſ.
probatur hæc opinio,* atque in quolibet nego-
tiorum geſtore ampliari, dixit *Hillinger. lib.
12.cap 4.lit.A.& in fin. per tex. in l. 1.ff. quod
cum eo, & l.ſi pecuniam C. de negot. geſt.* itaut
ſemper intret æquitas contra eum, ad cuius
manus pretium rei alienæ peruenit *Vrſell. in
exam. Apum tom.1 in verb.Æquitas concl.66.
num.*4. vbi deciſionem Rotæ refert. Imo ex

mente eiusdem *Franch.in d.decis.33.num.8. & 9.* datur actio mulieri soluto matrimonio contra hæredes viri, pro repetitione dotis solutæ, quia præsumitur, imo fingitur stipulatio fauore dotis, per *tex.in l.1.§. videamus, & §.accedit C.de rei uxor.action.* & eadem ratio, quæ concurrit in beneficium mulieris agentis pro dote soluta repetenda contra virum, debet militare si agat pro dote promissa consequenda contra promittentem, in vtroque enim casu actio apparet radicata in personā mulieris, nec in vno, quam in altero casu, aliqua maior ratio differētiæ allegari potest, proinde æqualis debet resultare dispositio.

29 Et tandem notabile exemplum æquitatis, contra verba legis pono, de creditore, qui licet non possit cogi ad accipiendum debitum minutatim, iuxta notata *in l. Tutor, §. Lucius ff.de usur.& in l.plane ff.fam. hercisc.* nihilominus pietas, & vrbanitas illum adstringit, vt debitorem paulatim exoneret, & leuiet, maximè quando probabile interesse creditor non patitur, dixit Eruditissimus *Caldas Pereyra in tract.de empt. & vend. cap. 33.num.9.* vbi citat *Fulgosium in l.quidam existimauerunt col.fin. ff.si cert.pet.* & ibi *Alciat.& in l stipulationum quædam ff. de verb. oblig.in princ.in verb. partium, per tex.* ibi, & in *2.§.& harum col.3.ad fin. & in l. pacta successorum C.de pactis*, qui regulariter contra communem defendunt, partem crediti oblatam recusare creditorem non posse, & sequitur *Franc.Balduin.ad l.12.tab.cap.33.col.antepenul.*& respondet ad *tex.in l.plane ff.fam. hercisc.* dicendo, *tex.* prædictum loqui in iudicio famil.herciscundæ, in quo debita vni ex hæredibus insolidum applicantur, quoniam perniciosum erat debitori, tot creditores habere, & ab eis exigi pati, quod non est applicandum ad casum, quando debitor ipse vult partem soluere, vt bene *Cald.loco cit. num.90.in fin.*ad quod confirmandum adduci potest *tex.in l.forma 4. §. illam æquitatem 1.ff.de censib.*vbi illam æquitatem admittere debet cēsitor, vt officio eius cōgruat releuari eùm, qui in publicis tabulis delato modo, frui certis ex causis non possit *Giorg. Mundius cons.30.num.77. col.1.* qui licet de debitore rerum publicarum loquatur, eadem ratio in vtroque casu concurrit.

Ita etiam vt post mortem debitoris, cambium promissum prosequi non liceat contra hęredes, & in hoc casu mortis, saltem ex ęquitate, rigorem legis temperandum esse, admonent post alios *Scaccia de cambijs §.6.glos. 1.num.88.& §.7.glos.2.nu.59.* & in pari casu dixit *Cagnol.in l.unic.num.46.vers.ult. non obstat C. de sent. quæ pro eo, quod interest*, & licet latè discusso articulo per *Nic.Cataneum dec.5.per tot. post consilia in fin.* contrarium resoluat, attamen quia nimia cambiorum licentia hodiè excessit, & mercatorum industria ita quæstuosa aspicicitur, vt Populorum substantiā absorbeat, vel saltem depauperet, hac de causa talis interpretatio faciēda est, nè tam latè cambiorum habenę relaxentur, vt publicum commercium euertant.

30 Decimus effectus æquitatis erit, vt quæ generaliter fuerunt in iure disposita, eadem æquitate concurrente ad speciales casus amplientur, & deducantur, ad quam conclusionem probandam adduco *tex. in §.sed etsi quis 38. instit.de action.lib.4.* vbi sancitum fuit à Iustiniano Imperatore, Socium in iudicio societatis conuentum, non vltra teneri, nisi in quantum facere poterit, sed hæc lex generaliter determinata, deberet intelligi secundum ius Digestorum, scilicet de socio omnium bonorum, qui tali priuilegio munitur, per *l.sunt qui 16.ff. de re iudic.* sed ex æquo, & bono interpretatio accipitur, vt quod fuit disposi.um in vniuersa societate ad particularem, seu specialem societatem etiam porrigatur *Harppreck.in d. §. sed etsi quis tomo 4. instit.* ratio huius æquitatis illa est, quia societas est quædam fraternitatis species, quæ non patitur, ita rigidè cum socio agi, illumque vltra quam facere possit vrgeri, *l. verum 63. ff.pro socio Harppreck.loc.cit.num.3.* quæ ratio cum militet etiam in speciali societate, vtrobique dispositio procedit, & non sine misterio *Iustinian.in d.§.sed & si quis*, generaliter de socio loquutus fuit, vt in iudicio societatis, non plus actor consequatur, quam aduersarius eius facere potest, quia ob prædictam æquitatem quemcumque socium voluit cōprehendere.

31 Si vero dispositio legis generalis, inuenit æquitatem repugnantem ad casus speciales, illa generalis dispositio singulares casus eiusdem generis non comprehendit, vt exemplificatur in legato rei alienè, quod tenet, & validum in iure iudicatur *l.cum seruus 39.§.constat 7.ff.de leg.1.l.si pecunia 12. l.vnum ex familia 67.§.si rem suam 8 ff.de leg.2.l.cum aliena 10.C.de leg. §. non solum 4. instit. de leg.* & hoc casu tenetur hæres rem alienam à domino emere, & legatario tradere, aut saltem veram rei legatæ præstare æstimationem, si fortè Dominus eam vendēre recuset, vel plus iusto pretio vendere velit *l. si Domus 71. §. qui confitetur 3. ff.de leg. 1. l. non dubium 14. §.ult.ff.de leg.3.& d.§.non solum instit.de leg.* vbi *Harppreck.* latè, & hoc non alia ratione vt scilicet defunctorum voluntates modis omnibus adimpleantur, & pro lege seruentur, vt in *Nouell.22.cap.2.§.disponat, cap. ultima voluntas 13.qu.2.l.vel negare 5.ff.quemadmodum testam.aper.* Nil enim potest esse

in.

in hac vita iucundius, quam vt eſtinto cor-
pore voluntas regnet *Nouel.1.cap.1.§ ex hæ-
redatos 4.circa fin.* Ceterum ſi non res aliena,
ſed illa, quæ propria eſt legatarii eidem le-
getur, & alteri obligata reperitur, vi-
detur grauatus eius hæres, vt rem luat, & li-
beret *Petrus Rauenna ſing.364.Borgia inueſtig.
iur. lib.6. cap.8. num.4.* vbi alios caſus re-
fert. Si autem rem alienam legatarius nactus
fuerit ex cauſa lucratiua, puta ex donatione
aut altero legato, vel teſtamento, non pote-
rit ab hærede pretium redemptionis petere
actione ex teſtamento, ſecus ſi ex cauſa one-
roſa rem legatam obtinuit *l.plane 34.§.1.&
l.huiuſmodi 84. §.ſi quis ſeruum ff. de leg.1. l.
Titia ſeio 87.in princ.ff.de leg.2. §.ſi res aliena
6. inſtit. eod. tit.* & idem dicas, ſi partem rei
alienæ legatæ emerit legatarius à vero do-
mino, & partem donationis cauſa receperit,
nam tantum pretium partis emptæ petere
poterit *l. non quocumque 82.§. Marcellus ff.
de leg.1.* huius concluſionis ratio traditur, cur
ſcilicet illa lex generalis, hunc caſum ſpe-
cialem cauſæ lucratiuæ non comprehendat,
quia ſcilicet æquitas naturalis non patitur
id petere, quod iam habes ſine tuo incom-
modo, vel onere, argum. *l.bona fides 57. & l.
iure naturæ 206.ff.de reg.iur. Harppreſt.in d.
§ ſi res aliena nu.6.inſtit. de leg.* Nec etiam de-
32 ficit æquitas ciuilis, vt ſcilicet duæ cauſæ
lucratiuæ in eandem perſonam, & in eun-
dem rem non concurrant *l.omnes 17. & l.ex
promiſſione 19.ff.de oblig. & action. l.ſi ſeruus
legatus 108.§ ſtichum 4.ff.de leg.1. l. Menius
66.§.1.ff.de leg.2.l.nutu 21.§.1.ff.de leg.3.Ole-
manus ad lib.2.Antinomiar,iur.ciuil. Giphan.
diſp.19 de legat.nu.48.Borcholten par.2. diſp.
1.de legat. theſ.22.pag.37. & ſeq.* & hoc modo
vides regulam illã generalẽ, repugnãte æqui-
tate, caſus ſpeciales eiuſdem regulæ non in-
cludere. Claſſici vero aliam regulam tradunt
huic meæ cõcluſioni ſimilem, dicendo, quod
quando ſpecies non eſt contraria generi,
tunc procedit regula, vt diſpoſitum in gene-
re habeat etiam locum in ſuis ſpeciebus, &
hoc caſu generi nõ derogatur per ſpeciem,
at ſecus è contra *Rota in Mediolanenſi de-
cimarum 9. Iunij 1610. coram Pirouano*,
quæ reperitur apud *Farinac.dec.291.num.7.
& 17.* Vel quando genus, & ſpecies ſuper eo-
dem iure concurrunt, tunc enim generi non
derogatur per ſpeciem, at ſecus ſi ſuper di-
uerſo, latè *Roland.conſ.8. num.37.& ſeq.Vr-
ſell.in exam.Apum concluſ.66. nu.23. in verb.
Æquitas tomo 1.* ſed talis regula ex æquitatis
regulis ſupra explicata melius relucet.
Multos alios æquitatis effectus enumerare poſ-
ſem, ſed longum catalogum componerem,
ſufficiat mihi principaliores adnotaſſe, qui-
bus Iudices iudicia regulare poſſunt, & ſem-
per ante oculos habeant illã ſummam æqui-
33 tatem nobis impartitam à Deo Patre toto
generi humano ob peccatum primi homi-
nis, ex quo non ſolum primi noſtri Paren-
tes mortis eternæ Rei facti fuerunt, ſed om-
nem poſteritatem labefactarunt, attamen
meritis Domini noſtri Ieſus Chriſti, qui ſup-
plicium pro nobis ſubiuit, diuina bonitas
pœnam mitigando indulxit, ſtatuitq; mor-
tem æternam in temporalem commutari.
Hæc ſupradicta intelligas procedere, vt æqui-
tas ſeruanda ſit in illis caſibus, in quibus fa-
34 cti circumſtantiæ hoc exigunt; nam aliter
iudicantes, intuitu pietatis leges declaran-
tes ſine rationabili cauſa, in meram incidunt
iniquitatẽ *l.ſi Imperialis C. de legib. Guttierez
pract.lib.1.qu.46. num.3. & qu.76. nu.2. Bo-
uadill.lib.2.cap.2.& 3.num.34.* vbi dicit, non
eſſe ob æquitatem violandam iuſtitiam: ſi
autem æquitatem Iudex pro libitu fingere
poſſet, & quibuslibet liceret extorquere ſta-
tum cauſarum, & illum ad immaginarium,
& abuſiuam æqitatem reducere, tunc nil cer-
tum eſſet, & perpetuum in iure, contra *l.2.
ff.de iur & facti ignor.* ſimulata enim, & ficta
æquitas non eſt æquitas, ſed duplex iniqui-
tas, quia eſt iniquitas, & ſimulatio, vt dixit
Auguſtin.in pſalm.63. & confirmat *Bald. in
conſ.4.lib.1.* quod etiam probant *Tiraquell.de
retract.liguager.§.35.gloſ.1 in fin. Creſpi de Val-
daura obſer.1.num.4. tom.1.* nam æquitas ce-
rebrina non rigorem temperat, ſed iuſtitiam
vulnerat, quod à vera æquitate alienum eſt,
*Fontanell.de pactis nupt.tem.1.clauſ.4.gloſ.18.
par.1.num.119. Nathen de inſt. vulner. tit.5.
cap.1.Anton.Faber in iuriſpruden.papin, tit.1.
princ.2.illat.6.* Nec eſt ferendum, vt illi quod
ſomniant, illud æquum putent, vt ait *Gra-
tian.cap.639.num.25.& 27.lib.4.Vrſel. in
exam.Apum concluſ.66.num.21.lib.1.* Hac de
cauſa Populi Allobrogum requiſerunt Gal-
liæ Regem tunc ibi dominãtem, vt prouide-
ret, ne Iudicibus, & Senatui illius Prouin-
ciæ liceret ex bono, & æquo iudicare, teſte
*Connan.lib.1.commen.lib.1. com. iur.ciuil.tit.
de æquit. num.7.* qui aſſerit, quod prima fa-
cie fuit viſa iniquiſſima poſtulatio, ſed re ve-
ra eo tẽdebat illorum ſubditorum voluntas,
non in degradationem authoritatis illius Se-
natus, ſed tantum dubitabant, ne ſub æqui-
tatis colore vis, & legum authoritas eludere-
tur, vt fatetur idem *Connan. loc.cit.* relatus à
Caluin.de æquit.lib.1. cap.5.num.5. Similiter
35 Principatus Cathaloniæ pactiones fecit cum
ſuo Principe, ne illos iudicaret ſecundum
æquitatem, ſed ſecundum leges ſpeciales il-
lius Dominij, & ob illarum defectum, ſecun-
dum noſtrum ius commune, vt per capitula
illius Principatus demonſtrat *Mieres in illas
conſtit.par.2.collat.8.cap.2.num.19.* Conſide-
rarunt

rarunt enim illi Popnli, quod illa quæ hoc, vel alio modo contingunt, quæque in perpetuo ſunt fluxu, commoda æquitate definiri non poſſinr, & difficile eſſe, vt cum præſtare omnibus cupieris, obſeruare æquitatẽ, & hoc voluit dicere *Franc. Marc. qu.* 13. vbi ait orandum eſſe Deum, vt nos prɇſeruet ab æquitate parlamenti, quod etiam notauit *Sola in conſuetud. Saband. tit. de modo ſuppl. à ſentent. Senat gloſ. 2. num. 7.* Iudex igitur duplicem habeat ſalem, vnum ſcientiæ ſine quo eſt inſipidus, alterum conſcientiæ, ſine quo eſt diabolicus, vt dicebat *Bald.* relatus à *Brumer. de ſcabin. ca. 7. §. 7.* & ſalem conſcientiæ non haberet, ſi æquitatem obſeruaret, quæ à iure colligi non poſſet, ſed illam cerebrinam ſua praua mente collectam, notauit *Brumer. loco cit. ſ. 7. per l. 4 ff. de eo, quod certo loco.* Concludendum igitur etit, quod dum dico æquitatem amplectendam à Supremo Senatu, non per hoc fugandus ſit rigor, ſed quodam mixtum erit componendum, & miſcenda lenitas cum ſeueritate, ne forſan nimia aſperitate exulceantur Subditi, neque nimia benignitate ſoluantur, & hinc conferunt verba *D Gregor. diſtinct. 45. incip. diſciplinam*, quem ſequitur *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de præmiſ. fieri ſolit. num. 34. pag. 8.* dicentis: *Sit itaque amor, ſed non emolliens, ſit rigor, ſed non exaſperans, ſit Zelus, ſed non immoderatè ſæuiens, ſit pietas, ſed non pluſquam expediat.*

Non omittas ſcire, quod in aliquibus caſibus non ſit obſeruanda æquitas, ſed tigor, & pri-
36 mo in Iudeis, quibus non eſt æquitas iuris, ſed ſolus rigor ſeruandus, vt in *cap. 2. de Iudeis, & cap. ſi Iudeus eod. tit. Ayrer in proceſſ. iur. cap. 2 par. 2. obſeru. 1. num. 2. Cruſius de indicijs delictor. par. 1. cap. 52. nu. 3. Berous conſ. 28. num. 39. & 40. lib. 3. Marſil. ſing. 463. nu. 4. Simon de Petris conſ. 120. num. 31.* Et quamuis multi Doctores relati à *Caluin. de æquit. lib. 2. cap. 140.* contrarium affirmauerint, quibus adheret idem *Caluin. loco cit.* attamen iſtas contrarias ſententias cum diſtinctione concilio, nempe vt Iudeis debeat obſeruari illa æquitas iure informata, non vero illa deducta ex regulis Iuris, ex benignignitate interpretũ ſubintellecta. Sunt enim Iudei inimiciſſimi Chriſtianis, itaut in ſuis legibus Moſaicis ſit ordinatum hoc præceptum, *Vt Iudeus Gentilibus neque boni, neque mali quicquam faciat, Chriſtianum vero omni*
37 *ſtudio conetur de vita tollere*, vt in *legibus Thalmudi ordin. 4. in Thalm. tract. 8. diſtin. 8.* quod obſeruauit *Sixtus Seneuſ. in Bibliotheca Sanctor. l. 2. pag. 144.* Adde aliam rationem, quia ſunt Iudei perſonæ Infames, & ad om-
38 nia ſcelera perpetranda ſemper prompti, vel procliues exiſtunt, itaut ipſe Iudeiſmus indicium ſit ad torturam adminiculantibus alijs indicijs *Gloſ. in l. ſi res aliena ff. de leg. 1. Petrus Roia dec. lituan. 5. nu. 33. Cruſius loc. cit. par. 1. cap. 51. num. 1.* proinde dicunt,
39 quod Iudea mulier non gaudeat beneficio S. Conſulti Velleiani *Martin. Beuck in l. 2. ff. de R. G. fallent. 13. ſect. 2. membr. 5. par. 2. art. 1. Cruſius loc. cit. d. par. 1. cap. 52. n. 3.* Nec etiam quod Iudea mulier contra creditores Chriſtianos habeat tacitam hypotecam in bonis mariti, ſecus ſi concutrat cum creditoribus Iudeis *Tiraquel. de iure primogen. qu. 66. n. 10.* nec tandem poſſunt Iudei vti priuilegijs, quɇ ſpecialiter conceſſa ſunt Chriſtianis *Gloſ. in cap. ex literis de pignor.* Sic etiam beneficio conceſſo de iure canonico, vt etiam poſt biennium proponi poſſit exceptio non numeratæ pecuniæ, non vti poſſunt Iudei, quia extra gremium Eccleſiæ ſtare cenſentur *Roland. à Valle conſ. 35. num. 38. lib. 2. Riminald. iunior conſ. 272. num. 23.* probat *Mantica de tacit. & ambig. lib. 18. tit. 2. num. 38. in fin. Caluin. de æquit. lib. 2. cap. 171. num. 32.* Imo per leges Germanorum eſt ſancitum, quod Iudei habitantes in illis Regionibus, actiones ſuas contra Chriſtianos Chriſtiano cedere nequeant, fatetur *Cruſius d. cap. 51. num. 5:* ſi ergo ſunt odioſi, & inimici Chriſtianis, quam æquitatem in iudicijs à noſtris expectare poſſunt, & ſufficiat eis poſſe vti præclaris Romanorum legibus, totis æquitate imbutis, quibus ligantnr, cum in Terris Imperij incolantur, vt tradunt *Tiraquel. de primogen. qu. 66. à num. 7. Gratian. lib. 4. diſcept. for. cap. 658. à num. 24. & cap. 842. nu. 27. lib. 16.* & nil aliud vltra ſperare, ne ad inſtar Chriſtianorum in omnibus, & per omnia iudicentur.

§. TERTIVS.

De Æqualitate in iudicijs ſeruanda.

SVMMARIVM.

1 *Æqualitas eſt prima pars æquitatis.*
Æquum aliquando ſumitur pro æquali.
Æqualitatis definitio traditur.
2 *Æqualitas eſt pacis cultrix, Inequalitas ſeditionis Seminarium.*
3 *Æqualitatis gratia multa conceduntur, quæ alias non concederentur.*
4 *Æqualitas omnia agibilia regit.*
Amicitia ex æqualitate procreatur.
5 *Æqualitas in poteſtate paterna eſt neceſſaria erga filios.*
Iacob præ alijs filijs diligebat Ioſeph.

6 *Amor*

Amor paternus in omnibus filijs æqualiter debet diffundi.

7 *Pater poteſt plus vni, quam alteri filio relinquere.*

Diuiſio æqualis inter fratres eſt mater concordiæ.

8 *Filiæ fœminæ debent æqualiter à Patribus dotari.*

9 *Statuta, quæ inæqualiter liberos ad paternam admittunt hæreditatem reputantur contra naturalem æquitatem.*

10 *Solon tantum conceſſit teſtandi licentiam illis, qui filios non habebant, & cur.*

11 *Concordia ex æqualitate procedit.*

Æqualitas ſtatum politicum regit.

12 *Inæqualitas ſub Principe iuſto, non aſpicitur.*

Leges ſub Principe iuſto non ſunt telæ Aranearum.

13 *Iuſtitia diſtributiua, & commutatiua æqualitatem deſiderant.*

14 *Æqualitas in contractibus debet obſeruari.*

15 *Societas æqualitatem expoſtulat.*

Contractus Principum, & Magnatum ſunt bonæ fidei.

16 *In iudicijs eſt ſeruanda æqualitas.*

Onere duplici nemo debet grauari, & alter vno vel nullo.

17 *Conueniri debet quis eadem lege, qua contra alium poſtulauit.*

18 *Litiganti vni aliquid conceſſum, debet concedi & collitiganti.*

19 *Actor, & Reus non debent ad imparia iudicari.*

Actor ſi fuit admiſſus ad probandum, debet etiam admitti Reus.

20 *Appellare ſi licet actori, id & Reo permitti debet.*

21 *Teſtis frater, vel coniunctus admittitur contra alium fratrem, vel coniunctum, ſi eſt in æquali gradu coniunctionis.*

22 *Correlatiuorum diſpoſitio debet eſſe æqualis.*

Pœna impoſita ementibus comprehendit vendentes.

23 *Eccleſia non faciens inuentarium, ſicut nequit conueniri vltra vires hæreditarias, ità alios conuenire nequit, qui non fecerunt inuentarium.*

Fiſcus non poteſt conueniri vltra vires hæreditarias.

24 *Clerici ſicut non poſſunt conueniri iure congrui, ita nec poſſunt ius congrui ab alijs petere.*

25 *Conſuetudinibus Neapolitanis non ligantur Clerici actiuè, nec paſſiuè.*

26 *Dominus directus præfertur in venditione emphiteuſis, & quando.*

Dominus directus præfertur vicino, retrahere volenti.

27 *Emphiteuta eſt præferendus in venditione directi domini.*

28 *Cenſuarius omnibus alijs præfertur in venditione rei cenſuariæ ex Bulla Pij V.*

Dixi ſupra de æquitate, qoam ſpeciali mo-
do, & prærogatiua debet obſeruare Su-
premus Senatos, operæpretium duxi aliqua
breuiter de æqualitate adnotare, dum pri-
1 ma pars ęquitatis eſt ęqualitas, vt dixit *Sene-
ca epiſt.* 30. Pro æqualitate non intelligo illud
medium, quod æquat defectum, & exceſſum
de qua loqutus fuit *Ariſtot. polit. lib.* 2. *cap.* 3.
à quo deſcendit æquabile, de quo *Plaut. cap.*
10. 2. dixit: *Vis hoſtilis fecit meas opes cum iſte
æquabiles*, nam iſta eſt æqualitas realis, ideſt
quantitatum, quæ definitur, vt ſit proportio
habentium vnam quantitatem *D. Thomas* 1.
ſenten. diſtin. 19. *p.* 1. Sed loquor de illa æqua-
litate iudiciali, quæ defioitur. Vt ſit rerum
conuenientia, quæ in paribus cauſis paria
iura deſiderat, *Cicero in topicis D. Reg Petra
in ritu* 173. *num.* 19 *in fin.* Iſta enim in om-
2 nibus agibilibus deſideratur, quia eſt pacis,
& tranquillitatis cultrix, inæqualitas verò
ſeditionum Seminarium, vt dixit *Eraſm. in
Apoph.* ideo ſemper in omnibus eſt obſeruao-
da, & ipſius gratia molta conceduntur, quæ
3 alias non concederentur *Hondedeus conſ.* 59.
num. 62. *lib.* 1. *Franc. dec.* 136. *num.* 2. *Magon.
dec. Rotæ Lucenſ. num.* 8. *& ſeq.* Nam io diffe-
rentijs numerorum Æqualitas Aritmetica
illas reſoluit, circa diſſidias quantitatum
4 & proportionum Geometrica lex illas iudi-
cat. In regimine politico in æqualitate
concordia continetur *Plut. in loco apoph.* vt
infra dicā. In ſocietate ob æqualitatem ami-
citia procreatur *Stabe ſerm.* 42. ideo ſerui, &
domini nonquam erunt amici, nec probi
cum improbis, etiam ſi ęqualibus afficiān-
tur hoooribus, quia æqualitas virtutum re-
pugnat *Plato lib.* 6. *de legib.*
In poteſtate dominica ēt. ęqualitas paterna er-
ga filios eſt oeceſſaria, vt legimus in *Gen. c.* 37.
5 quod Iacob pręalijs filijs diligebat Ioſeph,
eo quod in ſenectute ſua eum genuiſſet, vn-
de ſummo eum honore proſequebatur, fecit-
que ei tunicam polymitam, hoc eſt variega-
tam, hæc autem tunica aſſiduè oculos fra-
trom feriebat, vnde illum hac expoliarunt,
mortemque minati ſunt, & tandem vendi-
derunt Iſmuelitis, de quo loquens *D. Ambro-
ſius lib. de Ioſepho Patriarca cap.* 2. dixit: *Quid
miraris ſi propter fundum, aut domum oriātur
inter fratres iurgia, quando propter tunicam
inter Iacobi Sancti filios exarſit inuidia, Cothman
conſ.* 46. *num.* 21. *&* 33. *vol.* 4. quo exemplo ap-
prehendant genitores, æqualiter in filios
6 amorem diffundere, nam etſi magis vni,
quam alteri filio, ſalua legitima Pater relin-
7 quere poſſit *l. cum quæritur*, vbi *Caſtrenſ. &
Iaſon. C. de inoffic. teſtam.* nec illos ęqualiter
bene-

beneficate teneatur, *l. hac edictali §. fin autem non pro æquis portionibus C. de secun. nupt.* attamen æquitati congruit, æqualitatem inter filios seruare *l. cum pater §. euictis ff. de leg. 2. l. vt liberis C. de collat. l. cum oportet C. de bonis, quæ liber*, & licet existimauerit *Sola in consuet. Sabaudiæ in rub. de vltim. volunt. glos. 1. num* 8. hoc potius esse consilium legis, quam præceptum, verum tamen est tale consilium ab æquitate naturali desumi, secundum quam bona inter filios æqualiter debent distribui *l. inter filios*, vbi *Glos. & Bald. C. famil. hercisc. l. vt liberis 17. C. de collat. Hippolit. Rimiuald. in d. l. si emancipati 11. C. eod. Ruin. cons. 112. vol. 2. Giorg. Mundius cons. 25. num. 87. vol. 1.* Ista enim æqualis diuisio est inductiua, nutritiua, conseruatiua, & consolidatiua concordiæ, ac beneuolentiæ fraternæ, ideoque quantum fieri poterit erit seruanda *l. fin. §. fin autem C. ad Senat. Cons. Tertull. l. si Auus tuus C. vnde liber. auth. in successione C. de suis, & legitim. hæred. l. inter filios 11. C. famil. hercisc. l. cum oportet circa princ. & in §. fin autem C. de bonis quæ liber.* & est *Nouell. 22. cap. 48. Iustinian. tit. de nupt. Proster. de successioн. ab intest. lib. 8. cap 16. num. 8. Vrsell. in æsam. apum lib. 1. in verb. æqualitas concl. 64. num.* 3. qui omnes refert, & in dubio ita esse præsumendum sub-
8 dit *num.* 4. licet filij diuersi matrimonij sint, dixit *Surd. dec. 224. num.* 11. Quod in filiabus etiã locum habet, dummodò non disconueniat inequalitas virorũ. & locorum, ideò dici solet, quod filiæ æquè benè dotẽtur, dũmodò in matrimonio æquè benè collocẽtur, *Bald. cons. 389. in fin. lib. 4. Vrsell. loc. cit. nu.* 8. qui alios citat, hinc dixerũt DD. quod omnia statuta, quę inequaliter liberos ad pater-
9 nam admittunt hæreditatẽ, contra naturalẽ ęquitatem, & ius cõmune reputentur, ideoq; non obseruanda, dixerunt *Bald. in d. l. inter liberos, Soccin. senior cons. 4. nu. 6. vol. 1. Giorg. Mundius cons. 4. num. 23. vol. 1.* Ex hoc etiam resultat, quod gratia æqualitatis seruandæ inter filios, aliquando iudicatur in legato nõ venire id, quod alias veniret, *Franc. dec. 607. num. 10. Vrsell. loc. cit. num.* 7. quos enim natura æquales fecit, hi ex iure naturæ ad inęqualitatem reuocari nõ debent, iungat igitur liberos ęqualis gratia, quos iunxit ęqualis natura, hac de causa Solon Prudentissimus Atheniensium legislator, teste *Plutarcho in eius vita*, testamentorum iura sanè cõstituit, tamen testandi licentiam non qui-
10 busuis, sed ijs tantum concessit, qui liberos non haberent, ad eum sanè finẽ, vt liberi ęquales remanerent, *Annæus Robertus lib. 1. rer. iudic. cap. 15. vers. pro genero cum seq.*

In statu politico ęqualitas rectè rempublicam
11 administrat, dum ex ea concordia ciuium conseruatur, & quia Bono Principi nil iucũdius est ciuium concordia, & Tyranno nil formidabilius, vt dixit *Plut. in Lycurgo*: inde est, vt si deficiat æqualitas Iustitiæ, totius Reipublicæ excidiũ vereri poterit, demõstrat perbellè *Sauedra in emble. polit. 22. pag.* 148. Nulla enim re adeo homines offendũtur, quã ista inæqualitate iustitiæ, hac de causa cõsulunt Politici, Neminem ciuem tantum eminere debere, vt legibus interrogari non possit, dixit *Liuius lib. 38. Minuuntur quippè iura quoties gliscit potestas*, dixit *Tacit. lib. 3. annal.* dicendum ergò erit cum *Liuio d. lib.* 38. Nil tam æquandæ libertatis esse, quã potentissimũ quemque dicere causam, hinc tẽdunt vetera illa Adagia. *Æqua lance. Rex Iuppiter omnibus idem*, vbi *Erasmus* multa ad propositum notauit. Vbi enim nõ sunt vniuersi pares, ęquitas non est, & excludit inequalitas ipsa iustitiã, *Lactantius Firmian. lib. 5. diuin. instit. cap.* 15. Sub Principe iusto nõ
12 aspicitur inequalitas, nec verificatur illud *Florentij Scoonhouii embl. 68. pag.* 201. vbi dixit, quod Aranearum tela magnis rumpitur muscis, minores verò strangulat, idem dicebat *Anacarsis* loquens de legibus Solonis, quas irridebat, quia quemadmodum illa Tela Aranearum, sic leges ex captis debiles, atque imbecilles detinent, à potentibus autem, aut locupletibus rumpũtur, vt scripsit *Plutarch. in vita Solon.*

Talis status politicus in duas partes diuidi potest, scilicet in iustitiam distributiuam, vel commutatiuam, & in ambobus æqualitas
13 est necessaria. In distributiua enim honorum & dignitatum, æqualitas proportionis ad proportionem adaptatur, vt non sit premium vltra meritum *D. Thom. 4. sentent. distinct. 46. qu. 1. art. 1. Lessius de iust. & iur. lib. 2. cap. 2. dub.* 1. & quorũ est æqualis sanctitas, eorum & æqualis festiuitas celebratur *cap. scire debet 8. distin. 76. Giorg. Mundius cons. 12 num. 94. tom.* 1. & similes fratres similia caputia gestare debent *cap. recolentes de statu Monach.*

In iustitia commutatiua etiam æqualitas debet interuenire, vt quis tantum accipiat, quantum ei debetur, & è conuerso, quod in contractibus, & in iudicijs demonstratur. In contractibus quidem, in quibus ex lege na-
14 turę æqualitatem inter contrahentes iura volunt obseruari, & pacta ita iniri, ne in alteram partem claudicent. *l. Iulianus 13. §. si quis à pupillo 29. vbi Bart. ff de action. empti l. si pater a. C. de inoffic. testam. l. celsus filius 1. vers. quia pro vna, & l. si id quod §. fin. ff. de rescind. vend. l. penul. in fin. C. comm. diuid. Menoch. de præs. lib. 3. præs. 122. num. 79. & cons. 92. num. 41. & cons. 659. num. 4. Surd dec. 64. nu. 23. Gratian. discep. for. lib. 3. cap. 520. n. 9.*

Vrsell.

Vrſel.in exam.apum,concluſ.64. in verb.æqua-
litas num 13. *tom.*1. *Mager. de aduoc. armat.*
cap 6.*num.*694. alijque relati à *Giorgio Mun-*
*dio conſ.*9.*num.*12.*& conſ.*17.*num.*104. indè
eſt quod in ſocietate æqualitas ſit ſeruanda
15 *l.ſi non fuerint* 29.*ff.pro ſocio*, & in dubio ſem-
per in ſocietate reſeruata præſumitur *Afflict.*
*dec.*58. *num.*2. *&* 4. *Rota in Romana Acco-*
mandita 10. *Septembris* 1614. *coram Piro-*
nno, quæ eſt in *par.*1.*recent.dec.*460.*num.*8.
& 14. Et eo fortius ſi eſſent contractus Prin-
cipum, & Magnatum, qui omnes ſunt bo-
næ fidei, *Hotoman. conſ.* 15. *lib* 6. *Plot. de in*
litem iuran. §.22. *num.* 3. *Exea de pactis num.*
456. *verſ* 3.*ſublimita Mundius d.conſ.*17 *nu.*
102. Æqualitas enim eſt menſura, & quaſi
ſtatera contractuum, in qua poſita eſt eorum
iuſtitia *Sotus de iuſt. & iur. lib.* 6. *qu* 8. *art.*2.
*col.*1.alijque relati à *Nicol. Cataneo dec.*4.*nu.*
75.*poſt Conſilia.*

Non minus in iudicijs eſt ſeruanda æqualitas,
16 quæ in paribus cauſis eadem iura deſiderat,
*Cicero in Topic. cap. vnic. de Allod.*2 *feud.*54.
*Mund.dict.conſ.*12. *num.*93. Si enim æquali-
tas in omnibus humanis actionibus decoro-
ſa eſt, quanto magis in iudicijs, nam ſi iuris
ratio eſt, vt neque inflecti gratia, neque
adulterari pecunia poſſit, & æqualitas illa
eſt, quæ omnia rectè, & inflexibiliter exigit,
videtur ſanè iudicantium religioni maxi-
mè conſentaneum, in ſententijs ferẽdis æqua-
litatem ſeruare, ideo dico quod tam inferio-
res, quam ſuperiores Officiales debent in iu-
diciis æqualitatem tribuere *l.vnic.C.de fruct.*
& litium expenſ. l. in omnibus ff de iur.iuran.
vbi *Reuardus* dixit, quod ſi iuſtitia vno mo-
do vni, alio modo alteri adminiſtretur, ini-
quitas eſſet, quod etiam dixit *Iuſtin. in No-*
uell.Iuſiurand.quod præſt.ab his, & in Nouell.
24. *de Præſid. Piſidiæ*, per illa verba. *Hanc*
æqualitatem vtrique parti in Iudicibus ciuili-
bus, & criminalibus, & in publica diſcipli-
na iurare compellunt, neminemque maleſico-
rum reuereri, etſi de potentioribus ſit; hinc
ſequitur, quod inter Subditos non debet quis
vno, vel etiam nullo, alter vero duplici one-
re grauari, *l.nauis onuſtæ* 4 *ff ad l.Rhod.de iact.*
l.Titia 34.§.*qui in vita* 5.*in fin ff de leg.*2 *Sur-*
*dus de alim.tit.*1.*qu.*55.*n* 4. *Giorg.Mund.conſ.*
25.*nu.*88.*vol* 1.

Ad ſeruandam hanc æqualitatem in iudiciis,
noſtri ſapientes ſtatuerunt, vt eadem lege
17 debeat quis conueniri, qua contra alium
poſtulauit, *l.ratas C.de reſcindend. vend.* textus
notabilis *in l.in ſacris la* 3. *C. de proxim. ſacr.*
*ſcrin.lib.*12.ibi. *Æqualitatem litigantibus om-*
nibus volumus ſeruari. Nemo enim debet
petere id, cuius contrarium non faceret, *l.in-*
*quiſitio C.de ſolut.Anna alleg.*43. *nu.*18. Hinc
18 eſt quod in iudiciis etiam deciſorijs, conceſ-
ſum vni ex litigatorib. porrigitur ad alium,
*Reg.de Ponte de poteſt. Proreg.tit.*4.*de regal.im-*
poſit.§.2.*à num.*31. *Xamar.de offic. Iud.par.*1.
*qu.*15.*num.*110. Nec officit ſi concedatur per-
ſonæ, vel dignitati, quia talis regula etiam
in Fiſco procedit, qui cæteris dignior eſt, *Sa-*
licet.in l.fin.C.de fruct.& lit.expenſ. Xammar.
loc.cit. Ex hac æqualitate introducta fuit re-
19 gula, quod actor, & Reus non debeant ad
imparia iudicari, *Sola in conſuet. Sabaud. in*
rub.de mercator. gloſ. 2.*num* 22. ideo admiſſo
vno ad probandum, & alter admitti debet
cap.nonis de iudic.& cap.in iudicijs de reg.iur.
in 6. *Afflict.deciſ.*33.*num.*1. *Franc.deciſ.*222.
*num.*5. *Magon. deciſ. Lucenſ.*58. *num.*3. *&* 8.
*Gratian. diſcep.for.cap.*531.*num.*16. *Vrſell.in*
*exam.apum tom.*1.*in ver. Æqualitas concl.*64.
*num.*1. Et ſi debitor nouas probationes face-
ret, etiam creditori id licebit nouis proba-
tionibus vti, ad elidendam probationem
per debitorem factam, *Vrſel. in d.concluſ* 64.
num. 19. Similiter quando actori appellare
20 licet, ita & Reo id permitti debet *Bald. conſ.*
446.*col.*2. *verſ.quarto pone lib.*2. *Menoch.con-*
ſil. 367. *num.*29. *Gratian. deciſ. March.* 220.
*& ſeq. & diſcept. for. lib.*3. *cap.*531. *num.*10.
21 Ex hoc etiam oritur, quod æqualitas con-
iunctionis in teſte illius inhabilitatem tollit
*Gratian lib.*3.*diſcept.for.cap.*468.*num.*8. puta
ſi frater, qui alias non poteſt teſtificari pro
alio fratre ob affectionem ſanguinis, vt latè
*Menoch.de præſ.lib.*2.*præſ.*53.*num.*1. *& l.b.*5.
*præſ.*16.*num.*1. ſi tamen teſtimonium diceret
pro fratre, ſed contra alium fratrem, ob pa-
rem affectionem, omnem ſuſpicionẽ purgat
Bart. in l. qui teſtamentum §. *per contrarium*
119 *ff.de teſtam.Vrſel.d.concl.*64.*n.*24. *tom.*1.
ſicut in quolibet coniuncto procedit, qui
admittitur vti teſtis, ſi deponat contra alium
in eodem gradu coniunctum *Franc.deciſ.*95.
*num.*2. vbi *Amendola.*

Ex his etiam reſultat illa concluſio, quod quan-
do in correlatiuis vnum reperitur diſpoſi-
22 tum, ad æqualitatem ſeruandam, id quod in
vno fuit ſancitum, in altero procedere debet,
ne ad imparia iudicentur *Gloſ. in l.ſi in lege*
§.*domus ff.locati*, quia in correlatiuis eadem
eſt diſpoſitio *l.fin.C.de indict. vid. toll. Ripa in*
*rub.ff.de acqu.poſſeſ. Barboſ.axiom.*61. *num.*1.
etſi diſpoſitio pœnalis ſit, *Bartol. in auth.*
qui ſemel C.quomodo, & quan.l.Index Natura
enim correlatiuorum eſt communis vtrique
extremo *Gammar. de extenſ. legum num.* 22.
*Anton.Gabriel.concl.lib.*6.*tit.de legib.num.*37.
ideo pœna impoſita ementibus erit irro-
ganda vendentibus, dicit *teſt.in l.*1.*Cod.de*
*cupreſ.lib.*11. ſic pœna impoſita vendenti
monetas noſtri Regni maiori pretio, quo ex-
penduntur, comprehendit etiam illas emen-
tes in noſtro Regno, vt in *pragm.*5. 8. *&* 14.

de monetis. Imo indultus, & præmium promissũ denuncianti emptori cõceditur etiam venditori per *d.prag.14.n.7.* præsertim si eadem ratio legis, apta esset cõprehendere tam emptorẽ, quam venditorẽ, quia etsi essemus in pœnalibus ambos includit *Merli.controu. 26.num.10.tom.2.*

Hinc etiam deducitur, vt dubiæ, & intricatæ quæstiones in foro decidendæ, si valdè ancipites cognoscãtur, vel per inscitiam iudicantium, aut per æqualẽ conflictum opinionum æqualibus rationibus, & argumentis inuolutæ aspiciantur, hac æqualitate terminantur mediam eligendo viam, diuidendo scilicet rẽ petitam æqualiter inter partes, *cap. afferte de præsumpt. l.29. ff. de hæred. instit. l.26. ff. de testam. tutel. Decius cons.176. Zasius in l.2. §. exitus num. 12. ff. de verb. oblig. Cuiac. lib.10. obseru.4. Menoch. de retin. possess. nu.339. Dauth. de substit. nu.138. Bodin. de Republ. cap.5. Zuuing. in theatr. vitæ hum. vol.7. lib.4. tit. indicij suspensio Valent. in parth. litig. lib.1. c.12. n.18.*

Ex eadem regula Doctores deducunt, vt sicut
Ecclesia quando conuenitur vti hæres, non
23 possit conueniri vltra vires hæreditarias, licet
non fecerit inuentarium, ex doctrina *Bartol. in l.1. nu.46. C. de Sacros. Eccles. Velasch. de priuil. pauper par.2. qu.18. num.18. & par.3. qu.8. nu.350. Cancer. par.1. var. cap.2. nu.7. & par.3. cap.2. num.81. Franch. decis.282. Reg. Capyc. latro dec.15. Olea de cess. iur. tit.6. qu.3. num.10. Calà de restit. in integ. qu.14. num.5.* ex similitudine Fisci, qui non tenetur vltra vires hæreditarias, *l.1. §. an bona, & l. non possunt ff. de iure Fisci Franc. decis.536. num.30.* qui docet *Bartol.* sententiam semper sequi nostrum Sacrum Consilium *Velasch. decis.52. sub nu.47 circa med. Capyc. lat. dec.15. tome 1. num.24. Cons. Rocc. respons.97. num.15. tom.2. Caluin. de æquit. lib.1. cap.54. num.8.* ita vice versa, quando Ecclesia agit contra priuatam personam hæredem absque beneficio inuentarij, nec etiam poterit ipsam conuenire vltra vires hæreditarias, vt ex communi Doctorum sententia affirmant *Andr. de Bes. furie in repet. l.1. num.129. vers. super tertia, & num.136. C. de Sacros. Eccles. Ceuall. quæst. com.464. vers. sed contrarium, Gratian. lib.1. discept. for. cap.34. num.1. & 12. cum sequ. & num 17.18. & 25.* idem *Franc. dec.536. num. 29. per tot. Caluin. de æquit. d. cap.54. num.13.* Et hoc non ex alia ratione, nisi ad æqualitatem seruandam, & licet hoc fuit receptum ob beneficium Ecclesiæ, quæ non fecit inuentarium, attamen quia Ecclesia est cultrix iustitiæ, ideo hoc extenderunt DD. ad beneficium priuati, qui ab Ecclesia conuenitur vti hæres, & inuentarium omisit, vt eodem modo, sicut Ecclesia non conueniatur vltra vires, vt eadem æqualitate ambo indicentur DD. sup. cit. eo magis quia talis *lex fin. C. de iur. delib.* est fundata in iuris præsumptione, quæ non attendi debet in foro conscientiæ, ideo Ecclesia ob hanc solã præsumptionem nõ debet iudicium agere, cum lex ciuilis, quæ fundatur super aliqua præsumptione non attenditur in foro conscientiæ, quando veritas repugnat præsumptioni, ob quam rationem *Ala in tract. de Aduocat. & Causidic Christ. quæst.69.* admonet Aduocatos, ne defendant huiusmodi creditores, qui volunt extorquere hæredes vltra vires hæreditarias.

Aliud exemplum allegari poterit ad materiam
iuris congrui. Nam si Clericus, vel alia Ec-
24 clesiastica persona aliquam rem emerit, non
competit vicino actio de iure congrui ad rem retrahendam à Clerico, *Anna cons.112. num.49. lib.2. Franc. dec.285. & 411. Thor. in compend decis. in vers. Clericus an possit conueniri iure congrui, Molfes. par. 12. de iure congrui qu. 34. num.2. tom.3.* eodem modo dicunt DD. prædictam conclusionem procedere, quando omnie alia persona emerit, & Clericus, vel Ecclesia vellet retrahere, nam eadem legè vti debet in agendo, qua se munit excipiendo, ad æqualitatem seruandam DD. supra cit. ac etiam dixerunt *Petra ad Capyc. dec.98. Tapia in iur. Regni in constit. Sancimus nu.66. Riccius par.3. dec.180. Capya. latro dec.66. num.5. tom.1.*

Eadem ratione colligunt DD. quod sicut Cleri-
ci non sunt astricti laicali lege statutaria, vt
25 in terminis nostrarum consuetudinum di-
xerunt DD. quod eis non subijciantur, proinde de bonis eorum possunt ad libitum disponere non obstantibus dictis consuetudinibus, vt docent DD. scilicet *Montan. contr. for.11. nu.2. Hodiern in addit. ad dec.20. Surd. num.10. Molfes. ad consuetud. Neap. par.2. de personis qu.7. nu.14.* vbi citat *Napod.* & omnes nostros Regnicolas, & confirmat *in cons. 27. Franc. dec.411. & dec.667. in princ.* alijque; ita eodem modo passiuè, quando in eos confertur dispositio, vt nec molestari possint à proximioribus agnatis defuncti, *Napodan. in proœm. consuetud. num.310. & 311.* & *in consuet. si quis, vel si qua num.248. & 255.* & sequuti sunt *Capyc. dec.98. Reg. de Ponte cons. 39. num.10. Franc. d. dec.411. num.5. Molfes. tit. de person. qu.7. num.14. & 37. Prouensal. ad consuet. Neap. obseru.21. per tot. Reg. de Marin. cap.56. tom.2.* vel quando Clerici voluerint vigore dictarum consuetudinum agere ad bona antiqua, vel ad alia vigore dictarum consuetudinum, eis competantia nisi essent Clerici, quia sicut disponendo non subiciuntur, sic agendo excludũtur ob eandem æqualitatem *Hodier. loc. cit. Montan. d. controu.11. num.2.* qui refert sic decisum iunctis Consilia-

liarijs trium Aularum Napod.in.in conſuetud. ſi quis, vel ſi qua, in verb.proximiores, verſ. & præmiſſa num.255 fol.148. Franc. d.dec.411. qui ratione d.æqualitatis ſeruãdæ ita unanimiter concludunt, vt aſſerunt Franc. d.deciſ. 411.num.5. Molfeſius d. qu.7. num.37. Reg.de Marin.lib.1.reſol.55.num.19.& lib.2.reſo.56. num.9.& alleg.114.num.20. Hodierna contr. for.7.num.62.Reccus in reſpoſ.legal. 48.nu.11. tom.2 Luca ad Franc.dec.667.n.3.& 10.

Tandem aliud exemplum notabile trado circa materiam prælationis in emphiteuſi, certum
26 enim eſt in iure, quod Dominus directus in venditione rei cenſui ſuppoſitæ, præferatur omnibus alijs emere volentibus, per tex. in l.fin C.de iur emphiteu. vbi DD. omnes, ſed pro eodem pretio ab alio oblato, vt dicit d. tex. ibi: Quantum ab alio recipere poteſt, Anni alleg.43.num.14. Maranta diſp.8.num.30.Velaſch.dec.Luſit.43.& 44.Franc.Marc.dec.571. 577.tom.1. qui dicit, quod poſt duos menſes denunciationis poſſit purgare moram, dummodo res integra ſit, Franch.dec.226. qui ita refert deciſum Reg Galeot.contron.46.num.37. vbi etiam affirmat, quod hoc ius prælationis habeant etiam ceſſionarij dominij directi, citat Caſtren. conſ.335.alioſque; Nec huc ius excluditur propter ſubhaſtationem rei emphiteuticæ, quoniam in dicta ſubhaſtatione Dominus directus etiam præfertur, Mangilius de ſubhaſtat.qu.108.nu.10. Poſtius de ſubhaſt. inſpect.36.num.3. In vno caſu tantum denegatur tale ius prælationis domino directo, quando res pro ſe non deſeruiret, forſan ſi amico cedere velit, Tiraquel.de retract.conſang.§.26.gloſ.1. in verb.non poteſt fol.191. nu. 40.Riccius in addit.ad dec.Franch.226. Guid. Papa dec.411.Giurba dec.51.num.6. Coſta Sicul.conſ.65. num.41. Capyc. latro dec.57.to.1. Magretti in obſeru. ad conſtit. Duc. Sermon.§. 18.obſeruat.5.tom.1. latè Ciarlin.controu for. cap.121. à num.32.tom.2. qoia prælationem vti debet ad ſui commodum, non alteri cedere, Ciarlin. loc.cit. num.34. & licet contrarium dixerit Ciriac.controu for.254 num.19. tom. 2. attamen communiter confutatur à Doctoribus, & in ſpecie à Ciarlino d. contron. 121.à num.38.& ſeq. qui in num.35. dicit in hoc differre à retractu cõuentionali, nam hoc ius poterit cuicumque cedi, ob ſpeciale pactum conuentum inter eos, ſecus in retractu legali; ſi uero d.ius vellet cedere cum re ipſa, poteſt hoc agere Ciarlin. controu for cap.121. num.37 & 41.tom.2. Oſaſch.dec. Ped.m.156. num.1. Amed.de Ponte qu. Laudem.13. nu.6. Giurba loc.cit.nu.8. Magretti d.obſeru.5.nu.2. Eſtque tantæ potentiæ hoc ius prælationis quod habet ſuper rè emphiteutica Dominus directus, vt concurrente vicio oratione iuris congrui, inſimul cum Domioo directo in venditione rei emphiteuticę, præferatur Dominus directus, latè probat Amicus, poſt alios de iure emphit.qu.82.per tot. Giurba dec. 52.num.1.& ſequ. Magretti dict.obſer.5.nu.5. fol.267.

Dum enim in venditione rei emphiteuticè dominus directus præfertur, æqua lance dixe-
27 runt DD. eſſe præferendum emphiteutam in venditione directi dominij, ſcilicet aunoi canonis, facta per dominum directum, in fauorem extraneæ perſonæ, ita communiter receptum eſſe inter Doctores affirmant Alex.conſ.27.num.6.vol.6. Franc. Marc.deciſ. 572.par.1. Cancer.par.1. var.reſol. cap.11.nu. 51.Rendella de iure prothom. in extrauag.Sancimus in verb. rem immobilem à num. 11. & ſeq. & in verb. per emphiteuſim à nu.26. Boer. dec.98.& dec.107. nu.1. Surd.conſ.47.nu.13. Amat.reſol.for.54 num.22.tom.2. Caualc.de vſufruct. muler. relict. num.173. Gratian. diſcep.for.cap.149 num.6.& cap.460.num.2.& 3.lib.3. vt ex noſtris concludunt Molfeſ. ad conſuet.Neap. tom.3. par.12. de iure congr.qu. 14.num.32. Borrel. in ſumma deciſ. par.1.tit. de emphiteuſi num.404.in fin. Franc.Rummus in addit.ad Afflict. de iure prothom.§.1.verſ.ad num.5.fol.60.à num 26.ad 41. Camill.Salern. in conſuet ſi quis emit, in apoſtill. incip. vltra præfata fol.326.in fin.de iure congr. qui ita deciſum refert per S.Conſilium Dom. Altim. in obſeru. ad conſ. Rout. 94. num. 11. Non nego quamplures Doctores contrarium ſenſiſſe, quorum anteſignanus fuit noſter Præſes de Franch.dec.17.num.7. & 8. Anton. de Amato reſol.54.à num.22. Maſtrill.in conſ. vaic. impreſſo poſt primam partem ſuar.deciſ.nu.30. Capyc.latro dec.168 num.43.lib.2. Giurb.dec. 70.Reg.de Ponte de poteſt. Prereg. fol.477.n.9. Toſt.ay.alleg.2.num.199. verſ.& licet Caſtil.de vſuf. uct.lib.1.cap.64 num.44. Reg.de Marin. lib.2.quotid.reſol.cap.177.à num.11.vſque ad num 78.citat dec.Farinac. quæ eſt 547.in fin. tom.2.par.2.& aliam deciſionem Rotæ refert d. Farinac. in Roman. retractus 31. Ianuarij 1605.coram Iuſto Marc an. diſp.for.cap.63. à num 8.Pratus diſcept.for.tom.2.diſcept.2. Viuian.Cyroch. diſcept for.69. num.38. pag.704. Tondut.Sanleger.reſol.for.cap.91. num.2.to.1. par.2.Ciper.cauſ.69.qu.2.Anna ſing.150.

Attamen iſtorum contrariorum ſententia debet intelligi de rigore iuris, vt ſcilicet nulla lege cautum reperiatur, vt emphiteuta præferatur in venditione directi dominij, ſicut cautum habemus in domino directo, vt præferatur in venditiooe emphiteuſis, ex quo argumento ita affirmauit Franc.d.deciſ. 17.nu.7.& 8. ſed hoc argumentum leue eſt, quia noo debemus aliquid affirmare, vel negare hac ſimplici ratione, quia cautum in iure noo reperitur, ſed ſatis dicitur cautum

R 2 quan-

quādo aliqua æquitas concurrit, vel in caſu ſimili idem fuit diſpoſitum, vt probaui ſup. *præſ.* 14. *ſ.* 1. *num.* 6. dum ergo ita fuit ſancitum in venditione emphiteuſis ad beneficium domini directi, per *d. l. fin.* ratione connexitatis, & æqualitatis ſeruandæ, idem erit affirmandum ad beneficium emphiteutæ, quando venditur dominium directum, vt puntualiter dixit *Reg. de Marin. lib.* 2. *reſol. iur. cap.* 161. *num.* 8. & præcipuè *num.* 15. ſibi ipſi contrarius in *loco ſup. cit.* quam æqualitatem, & connexitatem etiam conſiderauit Doctiſſimus noſter Modernus *D. Carolus Anton. de Luca in obſeru. ad Franc. d. dec.* 17. *n.* 3. dicens, quod in hac noſtra Ciuitate Neapolitana, in qua viget ius Prothnmiſeos, ſeù viciniatis ratione congrui, talis concluſio debet indubitanter practicari, quia potentior eſt connexio inter dominium directum cum domino vtili, quam inter vnam rem cum alia congrua, ſi igitur conceditur iu iure congrui, idem debet concedi in venditione directi dominij, ideo benè dixit *Caſtill. de vſuf. uctu d. cap.* 94. *num.* 44. hanc ſententiam ad beneficium emphiteutæ de vrbanitate debere practicari, ne ad imparia iudicentur. Quod enim damnum ſentit dominus directus, ſi potius pecuniam receperit ab emphiteuta, quam ab extraneo, & è contra ſumma iniquitas eſſet, ſi emphiteutæ pecuniam reſpneret, vt illum à ſeruitute non liberaret, & ab extraneo pretium reciperet, vt nouo domino eū ſubmitteret. Benignior fuit Pius Summus Pontifex ad prælationes concedendas, nam non ſolum ob dominium directum, ſed etiam ob ſimplicem hypothecam prælationem creditori conceſſit, ordinando in ſua Bulla, quam edidit *Cencius de cenſib. in fine* 1. *partis*, quod Cenſuarius præferatur alijs in
28 venditione rei cenſuariæ, per illa verba: *Vbi autem vendenda ſit, volumus dominum cenſus alijs omnibus præferri, eique denunciari conditiones, quib. vendenda ſit, & per menſem expectari*; & ita fuit deciſum in anno 1611. 22. Iunij coram *Lancellotto*, de qua meminit *Rota in recent. par.* 1. *dec.* 571. *num.* 2. *Amic. d. qu.* 82. *de iur. emph. Marc. Ant. Sabellius var. reſol. cap.* 36. *per tot. Ciarlin. d. controu.* 121. *nu.* 2. poſt *Cencium*, & alios.

Et negari nequit, quod potentius ſit ius dominij vtilis, quam hypothecæ, licet enim dominium vtile ſit infima pars dominij, attamen iuxta ordinum gradus, infimus ſupremi ſupremus eſt infimi, vt affirmant Theologi, & dominium cum præcellat hypothecam erit concludendum, quod ſi de iure canonico fuit conceſſa prælatio ſimplici creditori ex cauſa hypotecę, clarè deduci debet, eſſe concedendam prælationem emphiteutę aduerſus dominum directum ius dominicale vendētem cum potentius ius habeat, & dum in iure ciuili iſte caſus vti omiſſus reputatur, vt dixit *Franc. d. dec.* 17. *num.* 7. *ſupra cit.* quia vero de iure canonico talis ęquitas ſcripta inuenitur, erit iſta ęquitas ſeruanda etiam de iure ciuili, vbi ſcripta non inuenitur *Menſinger centur.* 2. *obſeru.* 41. *Barboſ. in cap. ſuper ſpecula num.* 2. *de priuil. Mieres in conſtitut. Cathalon. par.* 2. *collat.* 8. *cap.* 2. *nu.* 38. & dicam in *ſeq. §.* 5. *nu.*

§. QVARTVS.

Conſiliarij Sacri Conſilij Neapolitani debent iudicare ſecundum leges, & an ſecundum Ius Ciuile Romanorum.

SVMMARIVM.

1 *Legum laudes referuntur.*
2 *Lex eſt Donum Dei, & diuino quodam motu ordinatur.*
3 *Lis eſt quodam Prælium ciuile.*
4 *Leges ſunt fundamenta Reipublicæ.*
5 *Iudicare in propria cauſa graue delictum eſt.*
6 *Legiſlatores, vniuerſæ gentes ſibi conſtituerunt.*
7 *Leges Solonis Athenienſis, Romani petierunt, & in duodecim tabulas præſcripſerunt.*
Leges Licurgi, quando erant ſub Regibus Romani, à Lacedemonijs receperunt.
8 *Romanorum leges deſcenderunt à lege Moyſis.*
Author deſcendit ex antiquo ſanguine Romanorum.
9 *Iura Romanorum à Rectorum nominibus diuerſa nomina receperunt.*
10 *Romana Reſpublica habuit diuerſas formas regiminis.*
11 *Iudices debent iudicare ſecundum leges.*
Princeps non debet reſcripta contra ius ordinare, nec ab eo iuribus contraria poſtulari.
12 *Iudices debent iurare ſe iudicaturos ſecundum leges.*
Sententia nulla erit ſi Iudex iudicans contra legem.
13 *Iudex violans legem pœna falſi tenetur.*
14 *Iudex ſi per imprudentiam non iudicauit ſecundum leges, tenetur ad damnum, ſi dolosè etiam criminaliter plectitur.*
15 *Ius Ciuile Romanorum Galli non obſeruant.*
Rex Galliarum non cognoſcit ſuperiorem.
16 *Ius Ciuile in Ciuitate Pariſiorum legi, & audiri prius non poterat.*
17 *Hiſpani Imperio Romano hodiè non ſubiciuntur, & cur, & ideo non obſeruant ius Ciuile, & quomodo.*

18 Bel-

18 *Belgę ius Imperiale non attendunt.*
Germani non ſecundum leges ſcriptas, ſed ſecundum bonos mores lites terminabant.
Reges Poloniæ, Angliæ, & Scotiæ non vtuntur iure Romano.

19 *Venetorum Reſpublica iure Ciuili viuere dignatur.*
Veneti à iuriſdictione Imperi Romani ſe abdicarunt.

20 *Imperij Romani tam Auguſti faſtigium, hodiè non aſpicitur, niſi vmbra.*

21 *Ius commune in Principatu Cathaloniæ ſeruatur.*

22 *Conſiliarij Regni Neapolitani iudicare debent ſecundum ius commune Romanorum, & cur.*
Regnum Neapolitanum fuit donatum Summo Pontifici à Conſtantino Imperatore.

23 *Donatio Conſtantini Imperatoris fuit vera, & realis.*
Regna Neapolis, Siciliæ, & Sardiniæ Imperatori ſubiecta non ſunt.

24 *Subinfeudatio iiſdem conditionibus facta præſumitur, & pactis quibus prima infeudatio.*

25 *Leges municipales, & ſtatuta contraria iuri communi poſſunt Principes indicere.*
Rex Hiſpaniarum in Regno Neapolitano habet directum dominium.

26 *Reges noſtri Auſtriaci, leges Romanorum in noſtro Regno confirmarunt, & quomodo.*

27 *Accademias multas noſtri Reges inſtituerunt, quæ numerantur.*

28 *Studia generalia iurium Imperialium, & aliarum ſcientiarum, erexerunt in hoc Regno Neapolitano Reges noſtri.*
Iulius Caponius V.I.D. Comes Palatinus Authoris Aunculus laudatur.
Accademiæ Neapolitanæ ſtudia, multi eximij viri deguſtarunt.

29 *Legum Romanorum abolitionem ſi Principes ordinarent, facerent iniuriam Romano Imperio.*
Lex municipalis à iure communi deſumpta, recipit eaſdem limitationes, quas ius commune recipiebat.
Gallia obſeruat ius ciuile Romanorum deficientibus proprijs conſtitutionibus.

30 *Hiſpani antiquitus vtebantur legibus Gothorum, quando eorum dominio ſubiciebantur.*

31 *Hiſpaniarum legum omnium hiſtoria traditur.*

32 *Lex 2. Tauri tit. 12. recompil. permiſit leges ciuiles Romanorum in ſcholis Hiſpaniarum legi, & in foris allegari.*

33 *Legibus Regijs Hiſpaniarum deficientibus, in Regnis Caſtellæ recurritur ad ius Canonicum, ſed in Regno Luſitaniæ potius ad ius Ciuile.*
Iure communi Romanorum Luſitani iudicantur per eorum leges, & quomodo.

34 *Ius Romanorum ab omnibus Monarchis Chriſtianis, & infidelibus receptum eſt, etiam à Turcis.*
Iura vniuerſi Orbis à iure Romano ſunt deprompta.

35 *Leges ciuiles Romanorum non voluntariè in hoc Regno obſeruantur, ſed de neceſſitate.*
Reges Auſtriaci imperant Populis ſecundum leges Regnorum ſubditorum.

36 *Leges ciuiles multæ fuerunt per nouellas leges correctæ.*
Legum obſcuritas, & mutatio cauſata fuit ob Sedis tranſlationem Romani Imperij ad Græciam.

37 *Hiſtoria iuris Ciuilis refertur.*

Dixi ſupra, quod ęquitas ſit ſcriptę legis defectio, ſeu ius lege non comprehenſum, & dum æquitas à legis rigore eſt temperanda, neceſſarium erit inueſtigare, quænam ſint iſtæ noſtræ leges, à quib. æquitas deſumi debet, ideo earum originem, & obſeruantiam tantum perſcrutabor, nam illarum laudes referre, quibus Reſpublica gubernatur, earumque neceſſitates, & vtilitates narrare
1 meus inſtitutus non compatitur, ſufficiat ſolum aſſerere illas eſſe Reipublicæ vincula, cum *Platone lib. 1. de legib.* Fūndamēta libertatis, cum *Cicerone in lib. pro Cluentio*. Vitæ humanæ ſolatia, cum *Caſſiodor lib. 3. var.* Muros Magiſtratuūm contra vulgi importunitatem, cum *Leone Imperatore in proœm. conſt. Nouel.* ſed melius *Nieremberg. in ſui opuſcul. par. 2. lib. 2. cap. 15. circa fin.* legem appellat Innocentiæ Templum, Temperantiæ Sacrarium, & Aram Iuſtitiæ, & vt in vnum omnia complectat, dico, quod ſit Æmula diuinitatis, Antiſtes Religionis, Fons diſciplinarum, Artifex iuris, Gubernaculum Ciuitatis, Iuſtitiæ Nuncia, Magiſtra vitæ, & Anima Reipublicę, cum *Tholoſan. lib. 47. ſyntagm. cap. 1. n. 16.*

Legis enim originē ſi aſpexeris dices, quod ſit inuentio quędam, vel donum Dei *l. 2. ff. de legib.* ex ſpeciali quodā lumine legiſlatoribus inſitū *l. fin. C. de præſcript. long. tempor.* ibi; *Diuino quodam motu*, proinde dixit Plato, ciuilium legum Iouem fuiſſe authorem, ceterarum vero ſcientiarum, bonarumque partium Prometheum, hoc eſt humanam prouidentiā, & ſacer tex. cōfirmat in *Pſalm. 82. verſic. 1. prouer. 8. Per me Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt.* Eſt enim lis quoddam prælium ciuile, vt dixerunt *Petr. Greg. Tholoſan. lib. 11. politic cap. 1. num. 11. Obrecht. diſp. 1. de bello theſ. 19. Vaſques. lib. 1. contr. illuſtr. cap. 9. n. 5. Bocer. de iur pugn. Heresbac. de adminiſtr. Reipl. Chriſt. cap. 6.* igitur leges iudiciis præſcribere neceſſe fuit *l. 1. & 2. ff. de legib.*

legib. ex quibus salus ciuitatis resultat *Ari-
stotiles Rethor. lib. 1. cap. 4.* sunt enim leges
4 fundamenta Reiplubicæ , & Imperii super
quibus eius pondus substinetur , nam si ab
eis deuiatur illud ruit, non minus, ac quod-
libet ædificium præcipitaret si eius lapides
fundamentales ammouerentur, & sicut ædi-
ficium à fundamentis amotum, ludibrium
est omnis iniuriȩ temporum, & tempestatum,
sic Replubica non fundata in legibus, sedi-
tiones, & bella solent ingruere *Dionys. Hali-
carnes. lib. 2.* è contra illa Ciuitas rectè dici-
tur constituta, quæ optimis legibus tanquam
firmissimis fundamentis In spem certissimæ
salutis assurgit *Solorzan. emblem. 66. num. 30.*

Introduxerunt illas in prima ætate Orbis con-
diti veteres sapientes , dum aspiciebant ho-
mines ferarum more viuentes vagari per
Montes, & syluas, & ita confusim viuere pro
animi libidine, vt singulorum labores, & bo-
na vti communia ad se rapere cuilibet lice-
bat, scelera, & delicta pœnis non cohibeban-
tur, ac propria authoritate in litigiis vltio-
nē sumebant, atq; in propria causa ius dice-
5 bant, quod immane delictum vocat *Gloss. in
l. scilicet ff. de vi, & vi armat. Henn. con. 2. de
ini. n. 112.* quod omni iure esse prohibitum
demostrant DD. per *tex. in cap. ad hoc 16 q. 1.
cap nisi bell. 23. q. 1. cap. porrò, vbi gloss. 2. de di-
uort. l. null. 14. C. de iudeis , l. qui iuris 10. vbi
Castrens. Soccin. Decius, & Iason, ff. de iurisd. l.
si quis in tantam 7. Cod. vnde vi Zoas. in l. vt
vim. 3. par. 3. n. 105. ff. de iust., & iur. Modestin.
Pistor. cons. 24. n. 8.* aliique relati à *Iurga Va-
lentin. in parth. litigios. lib. 1. cap. 3. nu. 32.* ideo
cum hanc hominum perditionem voluerint
euitare, statuerunt quidam probiores aliquas
rudes, tunc aptiores ordinationes, communi
voto conuentas, quibus pœnȩ metu ab iniu-
riis inferendis scelesti homines detineren-
tur, sic enim prouiderunt naturȩ commodis,
& illorum placita ad dictamen rationis lata,
dogmata appellarunt, vt referunt *Plato in
Pithagor. & Simanc. lib. 1. de Reiplubic. cap. 3.*

Non dubito, quin aliquid commodi in Populos
introduxerint illa antiqua dogmata, seu pla-
cita illorum proborum virorum, quibus con-
cordarunt obedire, & eorum contentiones ex
illis regulis dirimere , vti mensuris omnium
suarum actionum, attamen non eo deuenire
potuerunt , vt vniuersæ politiæ ciuilis regu-
præscriptissent, Sed quia cum intellectualis
natura nascitur , superiorem habet , cuius
prouidentiæ subiacere debet, propterea vni-
uersæ gentes, quæ per Orbem morabantur,
vel leges sibi condiderunt, ne à bono recede-
rent , & ad malum flecterent , aut legislato-
6 res sibi constituerunt , legimus , enim quod
Hebræi Moysen eorum legislatorem elexe-
rint, vt asserit Philo Iudeus, Cretenses Minoa,
Lacedemonii licurgum , qui à Cretensibus
leges accepit, Ægiptii Mercurium Nili filiū,
Persæ Zeoastrem, Athenienses Cecopram.
& postea eis abrogatis Solonem , qui omnes
superauit, & floruit inter septem Græcie Sa-
pientes, Pisistrato Athenis regnante. Intro-
ducta hac ciuili politia inter homines, capa-
ces moralis disciplinȩ, nostri Romani medi-
tarunt, etiam sibi ipsis leges constituere , &
quia apud omnium pœne hominum genus,
prædicti Solonis leges illustriores præclario-
res, atque æquiores habebantur, idcirco Ro-
mani non erubuerunt post exactos Reges, &
sublatis Romuli legibus, Athenas mittere le-
7 gatos decem, qui inclitas leges Solonis pete-
rent , quibus Romana Resplubica fundare-
tur, quapropter missi fuerunt legati Athenas
Sp. Posthum. Albus, Aul. Manlius, & Seruius
Sulpitius , iussiq; prædictas Solonis leges de-
scribere, fatetur *Tit. Liuius lib. 3.* His in decē
eburneas tabulas præscriptis in vrbemque
allatis pro Rostris ad apertiorem volen-
tium lecturam positæ fuerunt , Quoniam ad
tantæ Ciuitatis imperium pluribus legibus
opus erat , idcirco aliæ duæ Tabellæ, Her-
modoro Ephesio authore, in annum proximū
expublica potestate adiectæ sunt , quæ leges
duodecim tabularū appellabātur, quas scrip-
sit , & glossauit, *Balduin. in lib. legum duode-
cim Tabular.* quod etiam annuit, *Iustinian.*
eleganter *intit. instit. de iur. natural gent. et ci-
uil.* sed aduerte, quod ibi, *Iustin.* dixit iuris
ciuilis Romani originem ab Atheniensibus,
atque lacedemoniis fluxisse, sed non loqui-
tur , *Iustinian. de legibus duodecim tabul.* sed
vniuersaliter de origine iuris ciuilis discur-
rit hoc sēsu videlicet de legibus receptis sub
duplici statu veterum Romanorum , quando
scilicet fuerunt sub Regibus, vel in statu li-
bero Reiplubicæ, et sic distinguas, vt nempè
leges duodecim Tabularum ab Atheniensi-
bus, idest à Solone, cum erāt in statu libero, &
leges Regias à lacedemoniis , idest à licur-
go, quando erant sub Regibus, desumptas es-
se dixerit , vt post Dionysium Halicarnass.
& alios eruditè demostrant *Galuan. de vsufr.
c. 6. pag. 44. & Zepperus de legis Mosaicis lib. 1.
cap. 13.* qui nobiliorem originem legibus Ro-
8 manis tribuit , dicit enim Romanos leges à
Græcis, Græcos ab Ægiptiis, Ægiptios à Mer-
curio Trismegisto , hunc à Moyse accepisse,
& comprobant, *Philo lib. 2. de vita Moys. La-
ctan lib. de diuin instit. cap. 6. Arnold. lib. 4. ad
gent. Bulling. decis. 3. serm. 8. Guil. Veluod. Scot.
in iur. ind. & Rom. paralell 5.*

Stabant autem hæ leges duodecim tabularum
æri incisæ, iuxta quas Prætor apud Romanos
causas iudicabat , quibus legibus Populus
Romanus diù vixit, & tantam concordiam
in illa fælici Republica mea originaria Pa-

tria

tria pepererunt, vt nostrum Imperium ad vniuersi Orbis Monarchiam perduxerint. Bene verum est, quod cum quidam Patres Rempublicam rexixent ex eorum nominibus ius Flanianum, ius Ælianum, & similia nuncupata fuere, vti facta à Ca. Flauio, & à Sexto Ælio, qui actiones ad formã redegerunt, at cum Plebs à Patribus secessisset, sibi iura constituit, quæ plebiscita dicebantur, postmodum cum reuocata fuerit Plebs, pro legibus placuit eius edicta seruari, lege Hortensia sic iubente. Cœpit postea Senatus se interponere, vt quidquid constituisset, id obseruaretur, quod Senatus Consultum dicebatur. Constituto deindè Principe datum fuit ei ius, vt quod constituisset ratum esset, quod ius Principale appellabatur, siue Principalis Constitutio, et hoc modo latæ fuerunt Constitutiones Theodosianæ, Iustinianeæ, et aliorum Imperatorum Romanorum, vti ab eis promulgatæ, vt legimus in *l.2.ff.de orig.iur.* et melius explicando omnia prædicta, dixit *Borrell.de præst.Reg.Catholic.cap.31.n.3.* quod

10 Respublica Romana habuit diuersas formas, et modos regiminis, per tempora diuisos, nẽpè Regimen Monarchicum, Aristocraticum, Democraticum, et Olygarchicum: Sub Statu Munarchico habuit Regum, et Imperatorum placita, et Constitutiones, quæ scriptæ sunt in libris Institutionũ, Codicis, Nouellarum, et Authenticorum, sub Aristocratico omnia Senatusconsulta, vt Macedonianum Velleianum, Tertullianum, Flauianum, Æmilianum, etc. ac plura in Pandectis, et Codice inserta, sub Democratico recepit multa Prætorum ædicta, sub Demarchico habuit omnia Plebiscita, et tandem sub Olygarchico obtinuit plures leges peculiari nomine insignitas, vt Aureliam, Iuliam, Cinthiam, etc. vt post *Zasium Hotoma.Riualium*, et alios concludit idem *Borrell.loc.cit.*

Vsquequo ventum est tempus Iustiniani Imperatoris, qui consilio suorum Consiliariorum, Triboniani, sc. Theophili, & Dotothei illas ad ordinem collexit. Sed quia talis est rerum humanarum vicissitudo, ut res nunquam in eodem statu permaneant, ideò ius ciuile Romanorum, tanta cura, & felicitate à Iustiniano compositum, cum ipso Authore quasi extinctum iacuit, dum vix per quadraginta annos post obitum Iustiniani authoritatem retinuit, ob inuidiam successorum Imperatorum, vt aduertit *Arthur.Duch de auth.iur.ciuil.lib.1.c.5.nu.1.* Annis postea trecẽtis transactis, exortus est Basilius Macedo Imperator Constantinopolitanus, & post eum Imperator Leo Philosophus illius filius, qui Iustinianeis Pandectis non contenti, nouas Pandectas composuerunt, sexaginta libris distinctas, quas Basilicon libros ex Basilii nomine appellarunt. Eo res deuenta est, vt Iustiniani libri, post illam Basilicotum editionẽ contempti, circiter per alios annos ducentos in sinu obliuionis steterunt: sed Europæ Populis, & præsertim nobis Italis tale ius Iustinianeum ignotum, nec auditum fuit, nec ad nos peruenit ab excessu Iustiniani, nisi post quincentum annos, vt refert *cit. Arthur.loc.cit.* non ob aliam rationem, quia Italiam tenuerunt Gothi per sexaginta annos, sed pulsi in vlteriorem Gallia ..., per Longobardos, istorum Reges nostra Italia per ducentos annos potiti fuerunt, idcircò fuit tale ius per dictum tempus suppressum, nam isti Gothi Longobardi, Franchi, Hunni, aliæque barbaræ gentes, quæ in nostras Italicas regiones dominabantur, nullas patiebãtur leges obseruari, nisi à se conditas, sed melius dixit *Sigon. lib. 11. ad annum 1152.* Barbaris in Italiam irrumpentibus studia non solum quæ à Græcis accepta erant, philosophiæ, & medicinæ, sed etiam quæ ipsi Romani tradiderant iuris ciuilis, ita abiecta, atque prostrata fuisse, vt vix vestigium ullum illorum extaret; ita enim fuit actum vsque ad tempus Imperatoris Lotharij Secundi Saxonis, qui anno Dom. 1137. Ius Iustinianeum vna cum litibus reuocauit in forum, vt dixit *Iurga Valentinan partheu. litigios.lib.2.cap.5.num.15.in fin.* Iste enim Imperator nouam editionem sub cura Irnerij Germani Iurisconsulti statuit, quod euenit nedum solertia, & gloria nostrorum Amalphitanorum, vbi Pandectæ Florentinæ seruabantur ab eis à Græcia delatæ, sed maiori gloria, & cura Pisanurum, etenim cum Lotharius bellum contra Rogerium suscepisset istorum auxilio, & classi quadraginta sex triremium fuit hoc Regno potitus. & de tam eximio beneficio non aliud à Lothario petierunt, nisi hoc vnum, scil. vt iuris ciuilis Pandectarum Volumen à Iustiniano compositum magna religione seruetur, testatur *Sigon.lib.11.ad d.annum.1137.* de quibus videtur loqui *Claudian.* quando dixit:

Priscamque resumunt
Cantiens leges, emendantur que vetustæ,
Accedunt que nouæ.

& Lotharius postulatis annuit, præcepitque, vt Pandectæ illæ cum alijs Iustiniani libris, quę dudum neglectę fuerant, nec aliquis in illis studuerat, in scholis legerentur, & primus, qui illas cæpit interpretari Bononiæ fuit Irnerius, ideoque Lucerna iuris nuncupatur ab *Odofred.in l.ius ciuile 6 ff. de iust. & iur.* vt scripsit *Abbas Vrspergensis in Lothario* relatus *D.Francisc. de Andreys*, olim Aduocato facundissimo, postea Consiliario, *in disput. feudal.an fratres in feudis cap.2.5.5.nu.23.*

His præmissis conclusio est, quod Consiliarii Prin-

Principis, quando iudicant non debent alio
11 modo iudicium ferre, quam legibus, vel cõstitutionibus, aut moribus proditum est, inquit, *Iustin. in §. 1. instit. de offic. Iudic. Auth. Iubemus C. de Iudic. l. 1. §. ite. ff. quæ sentent. sine appell. rescind.* et est elegãs, *tex. in §. omnis auth.* de Iudicibus, qui ita loquitur: *Omnis autem Iudex, siue cingulum habens, siue aliter iudicans custodiat leges, & secundum eas proferat sententias, & vel si contigat iussionem nostram in medium, vel si sacram formam, vel si pragmaticam procedere sanctionem, dicentem aliter agi, sequatur legem, nos enim volumus obtinere, quod nostra volunt leges,* concordat, *tex. in c. iudicet 4. 3. qu. 7.* ibi: *sed iusta leges, & iura pronunciet,* facit *text. in cap. 1. de constit.* ibi: *Et nemo in actionibus, vel iudiciis Ecclesiasticis suo sensu, sed eorum authoritate ducatur,* quia sunt iudices legũ executores *l. 1. §. fin. ff. ad Tertull. Xamar. de offic. Iudic. part. 1. q. 1. n. 40.* quod confirmant *Specul. lib. 2. tit. de appellat. §. 11. n. 20.* & ibi addit. *Auendan. de exeq. mand. par. 2. cap. 16. à n. 3. Crespi de Valdaura observ. 1. per tot. late Reg. de Philippo dissert. fiscal. 22. àn. 29. qui n. 42.* refert verba *M. Anton. Muret orat. 11. versic. magna igitur*, qui dixit, quod sit lex quasi anima Iudicis, & Iudex quasi vox legis.

Et quomodo poterunt Iudices iudicare contra ius, si nec à Principe sunt iuri contraria postulanda, *l. nec damnosa C. de precib. Imper. offer.* et si ipsi Principes aliquid contra ius ordinare vellent, ab ipsis Iudicibus debent refutari, *l. rescripta C. eod. tit.* adeovt contrarium Supremi Principis rescriptum in medio litis interueniens attendere non debeant, vt in *Nouell. 82.* Semper enim iura nostra esclamant, leges Imperiales deberi ab omnibus omnimodè obseruari, *l. 1. C. si contrarius, vel util. public.* ideo qui legem non adimplet iniuriã facit, *§. oportet auth. de Iudicib.* quia meliorem legi se ostendere desiderat, dixit *Putens de syndic. part. 1. verb. Iudices nu. 35.* proindè dicimus factum Iudicis, & factum legis pari ratione procedere, *l. seruus ff. de manumiss. Mattiens. in dialogo relator. p. 3. cap. 11. & part. 2. cap. 2. num. 10.* atque sententia, quod nihil inducat de nouo, sed quod inductum est declarat, *l. Pomponius §. si iussu ff. de aquir. possess. l. sicuti. l. si queratur ff. si seruit. vind. Alciat. regul. 1. præs. 36. nu. 4. Cabed. dec. 12. num. 15.* & nè contra iura iudicent, sancitum fuit, vt de syndicatu teneantur, si male iudicauerint, *l. filiusfamilias, ff. de indic. l. fin. ff. de var. & extraordin. cognit.* Quomodo ergo poterunt Iudices iudicare contra leges, & contra voluntatem Principis ordi-
12 nantis legum obseruantiam, & contra iuramentum ab eis præstitum se indicaturos secundum id, quod eis iustum visum fuerit secundum leges, vt in *auth. de iure iurando, quod præstatur §. & æquus in causis. & in l. rem non nouam, & auth. hodie C. de indic.* errarent enim contra tot iura in corpore iuris clausa, & contra ipsum Principem, qui est lex viua, & animata *auth. de Consulib. vbi gloss. in verb. legem animatam Garsias de nobil. gloss. 3. §. 1. n. 12. Reg. de Philippo dissert. 22. n. 37. Cabed. part. 1. decis. 212. num. 3. in fin.* Imo si contra leges, & constitutiones iudicauerint, sententiæ ipso iure nullæ erunt, *l. si expressim 19. ff. de appellat. l. 1. §. 2. ff. quæ sentent. sine appellat. rescind. l. 2. C. quãdo prouoc. non est. necess. Marant. de ord. iudic. dissert. 16. num. 50. Anto. Gabriel. lib. 2. conclus. tit. de sent. concl. 7. Vant. de nullit. sent. ex defect. proces. num. 118. & 122. Ritbers. in princip. tit. instit. de offic. Iudic. pag. 746. & seq.*

Amplia conclusionem, vt Iudex violans legem
13 pęna falsi teneatur, *l. 1. §. sed etsi Iudex ff. ad l. Cornel. de falsis,* ibi: *Sed etsi Iudex constitutiones Principis neglexerit punitur*, at *gloss. in l. 1. verb. pronunciasse C. ad l. Iul. Maiest.* distinguitur, dicam infra *in rub. de priuat. Official.*

Amplia, vt si Iudex per Imprudentiam non iudicauit secundum leges, facit litẽ suam, præstabitque parti lesę, quod æquum videbitur
14 Religioni iudicantis, *l. vlt. ff. de var. & extraordin. cognit. §. 1. instit. de obligat. quæ ex quasi contract. nasc. vbi Minsinger.* & alij. Et per leges Germanorum Iudex, vel Scabinus propter damnum iniusto suo iudicio alteri illatum, dupli pœna condemnatur, & quinquaginta solidos Regio Fisco soluere tenetur, refert *Brumer. de scabin. cap. 8. in fin.* qui tradit verba illius legis, quæ sic lata est. *Iudex in duplum, ei cui damnum intulerit cogatur exoluere, quia ferre sententiam contra legum nostrarum statuta præsumpsit*, & si soluendus non est, manus amputatione plectetur, *Brumer. loc. cit.* si autem dolo malo, puta si sciens, & prudens malè iudicauit, non solum ad litis æstimationem, & damnum tenetur *l. filiusfamilias 15. ff. de Iudic.* de cuius intellectu *Genua in eius conciliat. p. 1. fol. 7.* sed etiã criminaliter plectitur, cum estimationis suę dispendio, *l. vlt. C. de pœna Iudic. qui male iudic.* quam exornat *Sese in respons. syndic. n. 7. & 8. ad calcem lib. de Inhibit. & magistra.*

Sed an iudicare debeant nostri Consiliarij secundum leges Romanorum? hoc quæsitum ponit in dubium *Carolus Degrassalius de Regaliis Franciæ lib. 1 ver. hinc est sexte pag. 172.* vbi tradit, quod leges prædictæ non allegantur in Curijs parlamentorum Franciæ, & in alijs inferioribus eiusdem Regni pro authoritate, sed pro ratione. Et vt tale quæsitum resoluam fateor, quod nostræ leges Romanorum non in omnibus Regnis Europeis ob-

quan-

ſeruantur, nam mutatis Imperij ſtatu, iuriſ-
dictione, & finibus, ius ipſum oportuit muta-
ri: & primo Galli ius noſtrum ciuile non at-
15 tendunt, ſed eorum placita conſuetudina-
ria, vt dixit *Gloſ. in cap. de accuſation. 3. qu. 5.*
& ſequuntur *Io: Imbert. in enchiridion iuris
Galliæ, Bald. in cap. ad hæc de pact. iuram. firm.
in vſib. feudor. & in l. nemo C. de ſent. & inter-
locutor. omn. Iudic. Cyn. & alij repetent. in l. 1.
C. de Summ. Trinit. & fid. Alvarod. in prælud.
feudor. Molin. in conſuetud. Pariſiſ. Redenaſch.
conſ. 32. num. 44. lib. 1.* aſſignant rationem,
quia Galliarum Regnum, licet olim Roma-
no Imperio ſubijciebatur (fuerunt enim Gal-
li deuicti à M. Marcello, teſte *Arnmro de iu-
re public. to. 5. diſcur. 2. pag. 48. iter.*) nihilomi-
nus legitima præſcriptione ab eius iuriſdi-
ctione ſe abdicauit, adeo quod hodiè illius
Rex nullũ cognoſcit ſuperiorem, *cap. per Ve-
nerabilem, qui filij ſint legitimi*, vbi *Barboſ. nu.*
22. proindè prædictis legibus illi Populi non
ligantur, *Chaſſan. in Catalog. glor. Mund. par. 5.
conſid. 28. & conſid. 30. & conſid. 31. verſ. ſic er-
go, Degraſſalius loc. cit. lib. 1. tit. 6. Mantua in
Dialog. 49. Petr. Gregor. Tholoſan. in ſyntag. iur.
lib. 47. cap. 14. num. 15. Duaren. de feud. cap. 1.
Iurga Valent. in parthen. litig. lib. 1. cap. 16. nu.*
32. Dicunt autẽ nolle ſuos populos inuolue-
re in tot legum laqueos, idcircò commen-
dant inſcriptionem illam, quæ legitur in
Lutetia Pariſiorum: *Vnus Deus, Vnus Rex,
Vna Fides, & Vna Lex*; vt fatetur *Adam. Kel-
ler. de offic. iurid. politic. lib. 2. cap. 13. num. 7.*
16 Et quia in Francia ius ciuile nõ ſeruabatur,
ſtatuit Caliſtus Tertius Summus Pontifex in
cap. ſuper ſpecula 27. de priuileg. quod in Ciui-
tate Pariſiorum, & in locis vicinis ius ciuile
legi, & audiri non debeat, quem *tex.* vti ſatis
curioſum explicant Repetentes, & præcipuè
*Barboſ. in d. cap. Vinia. in ration. lib. 5. pag. 206.
Alagon. in compend. iur. canon. pag. 719. Bald.
in l. nemo C. de ſenten. Puteus de Syndic. in verb.
Teſtis Boer. de author. Magn. Conſil. in præfat.
ad Gloſ. leg. Longobard. verſ. licet in hoc, Solorza.
in emblem. 68. num. 24* alijq;
Idem dicunt de Hiſpania, quæ poſt Imperij Ro-
mani declinationem, ab eo exemptam ſe eſſe
17 gloriatur, propria virtute Maurorum tyram-
nidem conterendo, hac de cauſa ſuis pro-
prijs legibus regi, & gubernari voluit, latè
*Valdes de Regib. Hiſp. Belluga in ſpecul. Princ.
rub. 11 §. hit igitur num. 3. Molin. de primogen.
lib. 3. cap. 12. Cutell. de Immun. Eccleſ. fol. 455.
Couar. in cap. peccatum 2. par. §. 9 de reg. iur. in
6. Gomes in §. fuerat num. 5. inſtit. de action.
Aluarez in ſpecul. Rom. Pontific. cap. 31. num. 2.
Barboſ. in proœm. Codicis in rubr. de emendat.
Codicis num. 5. & in d. cap. per venerabilem
à num. 22. & in cap. ſuper ſpecula num. 7. de
priuileg. Borrel. de præſt. Reg. Catholici cap. 47.
cum ſeq. Tuſch. tom. 1 lit. R. concl. 344 cum ſeq.
Chaſſan. d. conſid. 31. pag. 379.* vbi ait, quod
olim Hiſpani ordinauerunt, quod quicum-
que allegaret leges Romanorum in iudicio,
capite puniretur, quod etiam tradunt *Oltrad.
conſ. 69. num. 6. Marta de iuriſd. par. 1. cap. 26.
num. 70. & cap. 28. à num. 7. Andreas ab Exea
de pactis ſub num. 497.* & confirmant *Rede-
naſch. d. conſ. 32. nu. 40. lib. 1. & Solorzan. d. em-
blem. 68. num. 24.* Hodie verò apud Hiſpanos,
noſtra iura ciuilia non habent legum autho-
ritatem, niſi quatenus Regijs legibus fuerint
confirmata, nec leges Pandectarum, vel Im-
peratorum in Regnis Caſtellæ, & Valentiæ,
tanquam leges, ſed tanquam ſapientum di-
cta recipiuntur *DD. ſupra cit.* Ad inſtar Hi-
ſpaniæ, etiam Portugallia vti Hiſpaniæ pars
talem exemptionem acquiſiuit *Purpur. in
rub. de iuriſd. num. 10. Marta d. par. 1. cap. 21.
num. 13. & cap. 26. num. 95. Ferrer. de iuſto, &
iniuſto Bello n. 24. Barboſ. in d. cap. per venera-
bilem num. 27.*
Sic etiam Belgæ ius noſtrum Imperiale non
18 obſeruant, fatetur *Chriſtin. dec. Cur. Belg. 243.
num. 1. vol. 1. Redenaſch. loc. cit. num. 45.* Ger-
mani vero antiquitus non ſecundum leges
ſcriptas, ſed ſecundum bonos mores termi-
nabant lites, teſte *Tacito*, qui dixit: *Plus ibi
bonos mores valuiſſe, quam alibi leges; Iurga
Valentin. in parthen. litigioſ. lib. 2. cap. 5. nu.* 14.
De Regibus Poloniæ loquuntur *Petrus Roy-
zius dec. Litu. 3. num. 3. Bodin. lib. 1. de Re-
publ. cap. 9. Matthæus Cuno de pactis lib. 1. cap.
6. num.* 246. De Regibus Angliæ, & Scotiæ
teſtantur *Petrus Gilken de præſcript. par. 3. cap.
6. num. 86. Benuen. Stracc. de Mercat. par. 4.
num. 27.*
Sed ad quid inueſtigare de Vltramontanis, an
obſeruent iura Romanorum, ſi videmus,
quod in noſtra Italia, quæ fuit Sedes Augu-
ſtiſſimi noſtri Imperii Romani, adeſt Ciui-
tas Venetorum, qui non obſeruant ius com-
mune Romanorum, quia etiam de facto Im-
peratoris iuriſdictionem declinauerunt, vt
dixerunt *Cephal. conſ. 32. num. 5. lib. 1. Barboſ.
in d. cap. per venerabilem num. 27.* Vel vt alij
dixerunt, quod libertatis priuilegium ha-
buerint, *Peregrin. de iur. fiſci lib. 1. de his, qui
iura fiſcal. hab. num. 69. Menoch. conſ. 2. nu. 63.
Marta d. par. 1. cap. 33. à num. 7. Oliban. de iur.
fiſci cap. 3. num.* 70. propterea poſtulati à Sa-
baudiæ Duce Regnum Cypri ſibi tradi, vel
potius reſtitui, Veneti reſponderunt verba
Scripturæ, *Cælum Cæli Domino, Terram au-
tem dedit Deus filijs hominum*, referunt *Lam-
bertburch. Sabaudiæ hiſtor. gentil. fol. 248. &
Beſold. de appell. iuuam. cap. 2. nu.* 8. & ad aliud
propoſitum eadem verba reſcripſit *Theſaur.
in præfat. dec. Pedam. num. 14. in fin.* exiſtima-
runt enim vti inſtructi politici, Populorum,

S & Re-

& Regnorum negotia ex iure ciuili, & priuato ponderanda non esse, aduertunt *Arnold.Clapmar.lib.4.de arcan.Reipub.cap.1. &*
19 *lib.vlt.cap.vlt.Besold.loc.cit.* Veneti igitur ita se sapientes reputantur, vt nostro iure communi uiuere dedignentur, dixerunt *Ludouic. Bolognin. in addit. ad Io: de Anania cons. 53.in fin.* & prius *Bald.in l.milites C.de testam. milit.& cons 405.num.2.lib.5. Reg.de Marin. in obseru. ad dec. 545. num. 5. Reg. Reuert.* sed proprias leges, non apices iuris attendunt, sectantur enim naturalem æquitatem, quæ ex bono, & æquo descendit, dixerunt *M. Mantua de iuris illustr. cap. de inclita Venet. Ciuit.num. 9. in tract.tom.1.fol.*168. post alios *Redenasc. cons. 32. num. 56. lib. 1. Andreas ab Exea de pactis num.*494. qui docet, quod proinde non obseruant *l.si pro mutua Cod.si cert. pet.* & quod dubitatur, an habeant filios in potestate, & an filij pro patre possint stipulapulare, & an inter eos pactum nudum obliget, & producat actionem, vt benè aduertit *Abbas in cap.2. de conuers.Infidel.* & latè agit *Ciriac.controu.for.tom.2. controu.205.nu.50. 52.176.181.& seq. & controu.218.nu.11.& contr.384.nu.29 & 32.& seq.* qui asserit, quod uiuunt suis legibus de consensu vtriusque Imperatoris Occidentalis, & Orientalis, quẽ sequitur *Rubens Vtinen. cons. 50. à num. 16. cum seq. lib.1.& cons.2.num.52.lib.2.* & tandem *Ferrett. in opusc.de different. iur.Roman. & Longobard. in addit. ad Bartol.rubric.de patria potest.nu.4. pag.25.* ideo Veneti dicuntur Romani Nouelli, & Venetia, noua Roma, *Rub.Vtin.d.cons.2.num.52.& cons.17.nu. 33.* De alijs Italiæ Principibus, & Europæ Dominationibus, quæ libertatem Imperij vsurparunt, discurrunt *Valentin. d.cap.16. à num.32.& Barbos.in d. cap.per venerabilem à num.22.* adeout dixit *Sleidan.lib.3. de Sum. Imper.* quod tam Augusti, & celebrati Imperij
20 Romani fastigium, nil aliud hodiè aspiciatur, quam tenuis quædam magni corporis vmbra, ideo in istis Principatibus, vbi Romani Imperij iurisdictio fuit declinata, & quæ hodiè non recognoscunt Superiorem, non allegator ius commune pro authoritate, sed solum pro ratione. *Bald.in l.1.C.de iur. aureorum annul. Afflict. in cap.1.in princ.tit. Quæ sint regal. num.16.Palat.Rube.in rub.de donat.inter vir.num.16.* relati à *Ferret.in con-*
21 *stit.los impuber.glos.7. num.145.* qui contrarium dicit procedere in Principatu Cathaloniæ, vbi Rex Catholicus in illo dominio se astrinxit ius commune seruare.

His tamen exemplis minime obstantibus concludo, quod nostri Consiliarij, alijque Iu-
22 dices inferiores iudicare debeant in hoc Regno Neapolitano, secundum ius commune Romaoorum, illudque esse ad vnguem obseruandum; sic disponit Imperator in *l.2.§. sed etsi quæ leges, C. de veter. iur. enucleando* vt scilicet Romanę leges, & Romæ consuetudines debeant ab omnibus obseruari, quia Roma est caput Orbis, & Ratio est, quia Regnum nostrum Neapolitanom luit immediatè subiectum Imperio Romano, cuius cura regebatur, vt referunt Historię nostri Regni, postmodum illud acquisiuit Sedes Apostoli-
23 ca, ob donationem factam à Costantino Imperatore, qui Romam ipsam, eiusque Palatium Imperiale, atque Italiæ Prooiucias Patrimonio Diui Petri, & sub eius dominio, cũ omnibus iuribus Imperij, & temporali iurisdictione transtulit, de qua in *cap. Costantinus 96. distinct.* & ipsa donatio legitur in *primo tomo Conciliorum Generalium*, & confirmat *S. Pontifex in cap.fundamenta versic.ne autem de election.in 6.& in clem. 1.de iureiurando*, & licet dictam donationem impugnare præsumpserint Germani sc. *Christophor.Philipp.Kichter in auth.habita, C. ne filius pro patre in tract. de priuileg. literator. disp. 5. fol.104 §.Papa de facto. Dominic. Arumeus de iure publ.vol.5.discurs.2.cap.4.fol. 61. & ter. & 62.Thom.Michael.de iurisd.lib.18. Valla in libell. de ement.Costant.donat.Molin. in com. ad edictum Henrici Regis n.133. Euerard.in topic. in loco à verisimili n.15. & seq. alijque citati à d.Arumeo*, attamen communiter concludunt Doctores in *d.cap. Constantinus*, *alijq; sup.cit.* & Historici talem donationem fuisse veram, & realem, *glos.in clem.1.§.ceterum de iur.iurand.Bart.in l.1.ff.de offic.Praefect.Vrb. Card.Alexandrin.in clem.1.de Sum.Trinit. & Fid.Cathol.& in clem.Romani versic.porro de iure iur. Ludouic. Rom. in l.is qui hares in princ.ff.de acquir.hæred. Peregrin. de iur.fisc. lib.1.tit.2.n.27.* alijque innumerabiles citati à *d.Arumeo loc.cit.pag.*61. quod etiam confirmant *Couarru.lib.4.var.cap.16.num. 8.versic. secundo loco Ceuall.com.contra com.quæst.345. Pelag. de planctu Eccles. lib. 1. cap. 43.& lib.2. cap.29.Cened.ad decret.collect. 109.n. 4. Barbos.de offic.& potest.Episcop.part.1. art.2.cap.2. & in cap.per venerabilem num.20.tit. Qui filij sint legitimi*, alijque ab istis citati, adeo quod dixit *Bald.relatus ab Euerardo in topic.loc.sup. cit.* vt qui contra hanc donationem loquitur, caput ad Montem Mutellum percutiat, & ex Historicis, *Card. Baron. tom. 4. annal. Eccles.anno Christi 324.Costantini 19.Francis.Ioannet.in lib.Rom.Pontific.cap.33 pag.41.*

Post modum per varias inuestituras factas à successoribus Summis Pontificibus, fuerunt de hoc Regno inuestiti Normanni, Sueui, Galli, & demum Aragonenses, sub recognitione certi redditus ratione directi dominij, à quibus iure hæreditario deuenit Regnum vtriusq; Siciliæ ad Potentissimam domum

Au-

Auftriacam, quam rerum Opifex femper protegat, & incolumen feruet, ideo concludunt DD. quod Neapolis Siciliæ, & Sardiniæ Regna Imperatori fubiecta non funt *Azor. instit.moral.part.2.lib.11.cap.5.q.4.verfic.Regem Neapolis*, & ex noftris dixerunt. *Iacob. de Franch.in vfib.feudor.tit.fpec.feudor.n. 3.& 4. Freccia de fubfeu. lib. 1. de orig. Baron. n.35.* alijque relati à *Barbof. in d.cap. per venerabilem n.29.Qui filij fint legitimi* ex quo afpicitur quod iftę leges Imperiales funt noftræ Patrię leges, quia quando Imperatores illas formarunt, hoc noftro Regno potiebantur, & ab illorum dominio, vfque ad præfens à nobis fuerunt obferuatæ, & licet verum fit, quod poftea Regnum Neapolis deuenerit ad Sũmũ Pontificem, & ab eo ad diuerfos Reges conceffum, quis dubitare poterit, quod iura immutata remanferint quoufque à Regnantibus non fuerint innouata, ut *tex.in l.minime, ff.de legib.* Subinfeudatio æquidem

24 iifdem conditionibus, & pactis facta præfumitur, quibus prima infeudatio præceffit, *cap.vnico verfic.profectò Ad l. Conrad.&cap.vnico verfic.praterea de cap. Conrad. Dom. Arumeus difp.feudal.thef.17.& de iur.public.difcur.13. q.9.pag.260.tom. 1.* & ità explicatur conclufio illa tradita ab *Andrea de Ifernia in prælud. feudor.q. 2.* vbi dixit quod leges communes Romanorum non ligant Regnicolas, nam intelligitur de illis legibus, quæ nouis conftitutionibus, municipalibus noftri Regni fuerunt reuocatę, non vero loqui potuit de illis, quę non fuerunt mutatę.

Non nego tamen potuiffe noftros Reges prædictas leges Romanas Imperiales mutare moderare, & totaliter abolere in hoc Regno, poffunt enim Principes regalẽ poteftatẽ habentes in fuis territorijs, & Prouincijs, per fua

25 ftatuta, & leges municipales iuri cõmuni derogare, & contrarias leges indicere, *Ludouic. Schrader.de feud.p.9.pr.fectio. 10 nu.36 Petr. Anton.de Petr.de iur.quaf. non toll.cap. 3. q. 4.n.74.Accac.Eneckel.de priuil.lib.1.s 4.n.10. Brunneman.in l.1.in fin.C.de Sum. Trin.& Fid. Catholic.* Neque implicantia erit, quia tenent in feudum ab Ecclefia, quo modo dicerentur habere tantum dominium vtile, vt dixerunt *Bald.in prœm. Digeftorum col. 2. idem Bald.& Decius in l.1.C.vnde legitimi, Alex.confil.1.vol.5.* quia refpondet *Cald. Pereyra in tract.de iure emphyteut.lib.1.quaft.13. nu.30.* quod hoc nõ officit, quin in fingulis Caftris, feudis, & in rebus particularibus noftri Regni eorum iurifdictioni fubiectis, Reges noftri non habeant directum dominium, & plenitudinem Regiæ poteftatis, vt latè probat, & in *num.* 29. refert multa exempla, fi igitur noftras leges Imperiales non moderarunt, neque alterarunt, quia funt rationabiles, & inftæ, remanferunt in earum firmitate, qua ftabant, idcirco debent noftri Magiftratus, iura populis tribuere, fecundum leges Romanas Imperiales noftræ patriæ.

Imo dicta iura ciuilia Romanorũ noftri Reges Auftriaci nedum non mutarunt, fed potius confirmarunt duplici modo. Primo, qui apet noftras pragmaticas huius Regni in

26 *pragm.4.n. 20. & in pragm.5.de dilatio.* fuit expreffe fancitum, vt non poffint proponi nullitates aduerfus decreta, aut fententias noftrorum Tribunalium ex capite notoriæ iniuftitiæ, fed tantum, quando fententiæ latę fuerint contra cafum legis communis, aut municipalis noftri Regni, & additur in d. *pragm.5.* vt nec etiam proponantur, nifi fubfcribantur ab Aduocatis, hac ratione, quia nõ decet Procuratori non Doctori, de iurifl controuerfijs difputare. Vide igitur, quod iura communia, & iura noftra municipalia, pari paffu obferuari mandatur, dum æqualis repugnãtia fuffi iens eft ad fententias euertendas, fi enim verum effet, quod dixerunt *Pelliccia in coufuetud Auerfan.cap. 10 n.253. & Card.de Luca in tract. de dote difcurf.84 n. 5.& in tit. de feruit. difcurf. 1.* quod fcilicet leges communes Romanorum non ligant Regnicolas, fed in noftro Regno folum allegantur pro ratione, & quod feruentur hodiè potius ex quadam voluntaria vfus receptione, quam ex neceffitatia authoritate, vt ipfi fatentur, non effet in hoc noftro Regno fancitum, quod fententię repugnantes legi difpofitionibus nullitatis vitio laborarent, & fi leges non effent neceffariò adimplendæ, parum curaretur de earum contrauentionibus, fi igitur earum obferuantia cuftoditur, & illarum contrauentio, ita, & taliter reputatur, quæ potens exiftimatur ad refcindendas, & reuocandas fententias Supremorum Tribunalium, rectè dicere poffum, quod talia iura ciuilia noftrorum Romanorum in hoc Regno habeant illum eundem vigorem, quem tenebant, quando Regnum noftrum Imperio fubiciebatur.

Secundo modo noftri Monarchæ, huius Regni Domini confirmarunt has prædictas leges noftrorũ Romanorum, tam in fuis Regnis Hifpaniarum, quam in Regnis Italiæ; Etenim

27 in omnibus Regnis Hifpaniæ inftituerunt, & detinent ad præfens quamplures Accademias, vbi iura ciuilia publicę docentur, quas refert *Adrianus, Romanus in theatro Vrbium in tract.de Accademijs Hifpaniç, & Mendus de iure Accademic.à quaft.1.& feq.* interquas præcellit Accademia Salmaticẽfis vbi quinquaginta duæ Cathedrę diuerfarum fcientiarum artium, & aliarum facultatum mirabiliter funt inftitutæ, & inter iftas decem

Cathedrę iuris ciuilis, prętet ſex Canonicas ſunt deſignatæ, duę ſcilicet primarię matutinę doæ Veſpertinæ perpetuæ,& ſex triemn ales,ſcilicet duæ Digeſtorum, duæ Codicis, & duæ inſtitutionum, & refert *Mendo de iure accademic.lib.1.queſt.7.§.3.n.146.* Similiter ſecunda in ordine fulget Accademia Complutenſis io Reghis Caſrellæ, vbi etiam Iuriſprudentia docetur, à qua Doctiſſimi viri prodiere , ſcilicet Io: de Caſtillo, Chriſtophorus de Anguiano,Ludouic. Velaſquez de Anendano, & cæteri multi relati à *Mendo d. lib.1 quæſt.6.num.97.verſic. iuris periti*. In Ileridenſi Accademia in Catalunia etiam ius ciuile publicè profitetur, nam io ea Caliſtus Tertius Pontifex, V.I.D. fuit creatus , teſte *Platina*, & ibi publicè Iuriſprudentiam edocuit, refert *Mend.d.quæſt.6.nu.* 103.qui alias multas teſert Accademias Hiſpaniarum,iu quibus omnium ſcientiarum facultatum,artiumq; documeota præſtantur, quibus ſunt addicti Profeſſores eximię doctrinæ, & redditnum annuorum copia largiti, atque cohoneſrati.

Inſuper in noſtra Metropolitana Ciuitate Neapolis floreſcit Accademia , in qua ſtudia ge-
28 neralia dinerſarum ſcientiarum artium , & & facultatum fuerunt inſtituta à Friderico Secnodo Imperatora, quæ Robertus Rex poſt centum annos reſtaurauit, & poſt alios ferè centum, Alphonſus Aragoniæ Rex quaſi collapſa reſtituit , vt noſtri Hiſtorici referunt, ac ipſemet *Mend.loc.cit.d.lib.1. qu.2. nu.*22. vbi docuerunt Viri excellentiſſimi, & præ omnibus ſufficiat D. Thomas de Aquino ooſter conciuis , vbi Cathedram Theologiæ cum certo ſtipendio rexit, ſub Rege Catolo Andegauenſi, & in iuriſprudentia emicuit *V.I.D. Iulius Caponius* Comes Palatinuus, meus Amatiſſimus Auunculus, nouus Papinianus nuncupatus,ob tot celeberrima Opera legalia elaborata , & typis tradita, hic enim cathredam primariam Veſpertinā cum Auditorum ingenti copia laudabiliter rexit, anouo ſtipendio conſtitoto duc. mille tercentum, donec vixit, vſq, ad annum 1673. qno tempore in die 10. Octobris diem ſuum clauſit extremum, me ſuo Nepote ex Sorore herede relicto in ſua magna Bibliotheca, cum onere fideicommiſſi pro meis deſcendentibus Familiæ *Romanæ*, liceat, hæc pauca verba dixiſſe,vt ſanguinis affectui indulgerem. Sed redeundo ad materiam , dico, quod noſtra Neapolitana Accademia dedit Orbi duos vltimos noſtros Pontifices,ſcilicèt Paulum Quartum , & viuentem Innocentium Duodecimum,Sacro Conciſtorio innumerabiles S.R.E. Cardinales, Eccleſiis Præſules, Senatibus Iudicas, Vrbibus Præfectos, Scientijs Commentatores,& Magiſtros, quibus Italia, & Orbis gloriantur. Imo noſtri Beneuoli Reges Auſtriaci,ne dum Profeſſoribus noſtræ Accademiæ, ampla ſtipendia ex Fiſci Erario deſignata diſtribuunt,ſed etiam ad dignitates promouere ſolent illos, qui excelſiorem iſtarum legum ſcientiam fuerunt aſſecuti, quia ſcientiæ leges, & artes, quæ in his Accademijs profiteotur diuinæ ſapieotiæ ſunt radij, vt aduertit *Io: Boter. in lib.2. de orig. Vrbium cap.* 4. per eas enim tenebræ ignorantiæ,& errores depelluntur, & veræ ſapientiæ viæ demonſtrantur, vt notauit *Cothman. lib. ſingul. conſult. Accadem. reſponſ.*32.*nu.*5. Ex iſtis enim actibus fuerunt vetera iura ciuilia coofirmata, non ſolum quia cum tranſlatione Regni, transfertur etiam lex, ſed etiam quia ſi nouus Regnator legem veterem confirmat, tunc ſeruatur lex vetus ex noua confirmatione, *Andreas de Iſernia in 3.qu.in præl u.feud. Maranta in prax.p.3.n.*114. quomodo igitur,bone Deus, poterit hodiè in dubium poni, ſi leges Imperiales ſint in noſtris locis obſeruādæ, dum videmus, quod noſtri Reges tot ingeotibus ſumptibus earum decorem, ne dum conſeruant, ſed augent, tot, & tantas Accademias iuris ciuilis detinendo , eorumque profeſſoribus lucroſa ſtipendia ſtatuentes , ac demum doctioribus iuriſperitis honores, & dignitates impartiendo.

Nec eſt mirum, quia eorum primordīa leges prædictæ teceperunt à Solone,& alijs ſeptem Græciæ Philoſophis, ſed quales Philoſophi? illi ſcilicet,qui ſoli appellabantur ſapientes, qui Deorum Inmortalium Oraculis ſapientiſſimi iudicabantur, atque optimi, qui per Populos, & Ciuitates, tanquam Dij celebrabantur, dictaq; vero illorum ſublimium Iuriſconſultorum Romanorum, ſcilic. Sceuolæ, Pauli,Pomponii, Labeonis Papiniani, Triboniani, & aliorum ſunt plena æquitate, & iuſtitia, ita vt nulla ſit prorſus iuris pars, quam Romani illi Iuriſconſulti intactam, & indiſcuſſam reliquerint, ita, & taliter, vt non maiores legiſlatores in toto terrarum Orbe inuenias, qui cum iſtis in ſplendore, & iuſtitia comparari poſſint. Faciunt certè
29 iniuriam illi Principes, & Reſpublicæ Romano Imperio, ſi illarum abolitiooem,& in obſeruantiam ſtatuerent, & vt ait *Franciſc. Patritius lib.8.de Reg.& Reg. inſtit.* Contenti ſint Reges,& Principes legibus Romanorum & earum ciuili ſapientia , quę tot ſæculis vniuerſo terrarum Orbi, ac ciuilis vitæ præcepta præſcripſerunt, quocirca eas ſempiternas fore ſperare poſſumus, aut cum vniuerſo terrarum Orbe perituras , vt oſtendit *Virgil.Æneid.1.verſ.*267. ſic Iouem Romanis promittentem.

Hir

His ergo nec metas rerum, nec tempora pono
Imperium sine fine dedi.

vt refert *Besold. de appellat. iuuamine cap. 2. nu. 8. pag* 41.

Ad exempla in contrarium adducta illorum Principum, & Reipublicæ Venetæ, qui noluerunt leges Imperiales Romanorum obseruare, respondeo, quod constituerunt peculiaria statuta, & alias nouas sanctiones hodiernis moribus magis necessarias, per quas ius commune, vel immutarunt, vel abrogarunt, quod vt potuerint facere nemo dubitat, vt dixi *sup. in hoc eod. § num.* 25. sed in illis casibus in quibus specificè non fuit innouatum, quis dubitare poterit, quod si casus euenerit per illorum statuta non præuisus, debeat definiri secundum antiquum ius Romanorum, *l. commodissimè ff. de liber. & posthum. l. cum prætor, ff. de iudic.* proindè dixerunt DD. quod si aliqua lex municipalis à iure communi sit desumpta, recipiat illas easdem limitationes, vel esplicationes, quas ius commune recipiebat, *Valasc. consult.* 38. *n. 1. Gama dec.* 108. *n. 2. Pegas ad ord. n. Portuga. glos. 1. n. 12. tom. 1. fol.* 148. Imo in ipsa Gallia Hispania, & nonnullis alijs regionibus expresse constitutum est, vt deficientibus proprijs constitutionibus seruetur ius ciuile Romanorum testantur, *Io: Baptista Caccialupus in repet. l. cunctos populos col. 3. C. de Summ. Trinit. & Fid. Catholic.* quē refert *Andreas ab Exea in tract. de pactis sub n. 491. Redenasch. d. consil. 32. nu. 39. lib.* 1. sic etiam Saxones obseruant iura imperialia, quando non sunt mutata *Frideric. Mindan. quæst. 28. lib. 1. n. 6.*

Hispani etiam antiquis temporibus, quando dominabantur Gothorum Reges vtebantur illis constitutionibus ab eis editis, & præcipuè illis latis ab Eurico Septimo Re-
30 ge Gothorum, qui in anno 483. nouas leges suis Gothis conscripsit, vt testatur *Tarrapha de Regibus Hispaniæ in Euric.* quas deinde Leouigildus ampliauit, & auxit, sed superfluas aboleuit, & denique Gisenandus anno 1034. Concilij Quarti Toletani approbatione, & Diui Isidori Archipiscopi ordinatione in vnum volumen compilauit, quod *Forum Iudicum* nuncupari mandauit, vt dixerunt *Ruder. lib. 2. histor. Hispan. cap. 10. & 14. Marian. de reb. Hispan. lib. 5. cap. 13. D. Isidor. in Chron. lib. 2. cap. 26. Matien. de legib. mut. cap. 17. fol. 98. Villadiego late in proœm. fur. iudic.*

Sed postea victis Gothis Sancius Rex post Ramirum, omnes Gothorum leges penitus oblitterauit, & Europeos mores sequtus Iustinianos Codices in anno 1068. in foros ser-
31 uari præcisè præcepit, vt fatentur, *Marian. lib. 9. cap. 7. Matienz de mutatio. leg. cap. 17. fol.* 99. Inductis in Hispania prauis moribus, sc., legibus secobricis, iudicandi per facinora, & duella, per exempla, aut per arbitrium, istas vti leges irrationabiles Rex Alphonsus damnauit, nouum forum promulgando, vulgo dictum *il Fuero de las leyes*, *seu Fuero Castellano*, quem commendauit, *Alphonsus Dias de Montaluo*, & alijs scholijs illustrauit, *Vincentius quidam Episcopus Palentinus.* Hic fuit ille Alphonsus Nonus, vulgo detto *el Sabio*, qui cum cognouisset prædicti fori leges sufficientes non fuisse ad iurgia depellenda, alias ordinationes, & leges sanciuit, vulgo nuncupatas *Del estilo*, quas glossauit Doctus ille Iurisconsultus *Christophorus de Pax*, & quia verè sapiens erat, & gloriæ cupidus, illud excelsum opus, quod suus Genitor delegerat, scilicet Magnus ille Ferdinandus Tertius, qui Sancti nomen promeruit, in septem libros ipse Alphunsus perfecit, vbi ad instar Iustiniani Imperatoris meliores, & vtiliores Romanorum leges, ac etiam Canonicas sanctiones, insimul cum antiquis Hispaniæ legibus magis necessarijs, in vnum Codicem ad idioma Hispanicum redegit, & Sanctorum Patrum, & Phisuphorum sententijs illustrauit, Anno Domini 1260. quas quia in septem libros diuisit, septem partice nuncupautur, & illas glosis decorauit *Gregor. Lopez.* vt referunt *Renat. Choppin. lib. 2. de Dom. Franc. cap. 15. n. 5. & cap. vlt. & Dionysius Gothofred. in praxi ciuil. lib. 1. tit. 9. rub. de Hispaniæ conuent.* Vt autem aliquid eorum nominibus ascriberent illi Regnantes successores, diminutum existimarunt in illis Regni etale excelsum partitarum opus, ad omnia litigia dirimenda, idcirco Alphonsus Vndecimus Rex alias nouas promulgari censuit Anno Dom. 1389. & vulgo *las leyes*, *ò fuero de Alcala*, denominauit. Similiter sub regimine Regum Catholicorum Ferdinandi, & Elisabethæ, anno 1491. aliæ promulgatæ fuerunt, quæ sub diuersis titulis collocatæ aspiciuntur, sub cura Doctoris *Montaluo*, & *leges Ornamentorum* appellatæ cum Glosis *Didacè Perez.* Exortis denique altercationibus circa earum legum sensum, præcipuè circa Maioratuum successionē, idem Ferdinandus Rex alias leges edendas deliberauit, sed morte præuentus non fuerunt publicatæ, nisi in anno 1505. in Ciuitate Tauri à Io: Aragonea Filia, & in Regno succeditrice, ideoq; *Taurinæ* nuncupatæ. Et tandem ne Hispaniarom Regna in tanta suarum legum colluuie præmerentur, noua collectio de ordine Philippi Secundi gloriosæ memoriæ sancita fuit, aboletis superfluis, quæ in antiquis Codicibus tenebantur, istaq; completa fuit in anno 1566. & postmodum nouis typis, & alijs legibus additis excussa aspicitur in anno 1640. Philippo Quarto Regnante, quæ leges

nouæ

nouæ recompilationis denominantur, quarum legnm Hispaniarum historiam diffusè refert *Solorzan.in emblem.*68.*à n.*10.

Sed non ideo, quia tam ingenti legnm mole laborat Hispania, forsan oblita fuit præclaris Romanorum legibus, quibus famulatum in pervetusta ætate præstitit, quia nedum Sancius illius Rex Iustinianeos Codices in anno 1068. in foros obseruari præcepit, vt sup. dixi cum *Marianna lib.*9. *cap.*7. *& Ma-*
32 *tienz.d.cap.*17.*fol.*99.sed etiam Ferdinandus Rex Catholicus nostris legibus plurimum detulit, dum in *l.*1.*Tauré*, quæ est hodiè *l.*2. *tit.*1.2.*recompil.* statuit, vt in scholis legi, & disci possint, atque in foro allegari permisit, quod explicant Hispani non in vim legis, ne fortè aliquam subordinationem Romano Imperio faterentur, à quo exémptos se hodiè glorientur, sed solum, vt tanquam Doctorum, & Sapientium documenta adducantur, dixerunt *Gregor. Lopez per illum tex. in l.*6.*tit.*4.*par.*3.*glos.*2. *Gabr. Vasquez in* 1.2. *tom.*2.*disp.*153.*cap.*2.*nu.*15. *Mader.de excell. Hispan.cap.*7.*s.*2.*fol.*62. quando scilicet propria iura deficerent.

Alij vero DD. Hispani dixerunt, quod deficientibus legibus Regijs, & consuetudinibus prouinciarum in Regnis Castellæ, recurri debeat
33 ad ius canonicum potius, quam ad ius ciuile, *Peroz in proœm.ordin.qu.*3.*& qu.*31. *Soar. de pax in pract. in princ.annot.*5.*num.*36. *Flores de Mena. uar.lib.*1. *qu.*2.*nu.*4. *Azeued.artic.*1.*nu.*18.*lib.*2. *Fragos.de Repub.Christ.par.*3. *lib.*3.§.2.*num.*50. *Burgos de Pax in l.*1. *Tauri num.*60.*cum seq.Barbos.in proœm.Cod.in rub. de emend.Codic .num.*7.*pag.*4. *tom.*1. Sed in Regno Lusitaniæ potius recurritur ad ius ciuile, quam ad ius canonicum per Ordinationes illius Regni in *lib.*3.*tit.*64.*in princ.* & refert *Barbos.in dict.proœm. loc.cit.n.*7.

Similiter legimus, quod Lusitani ligantur prædicto communi iure Romanorum, vt apud eos fuit sancitum in eorum ordinationibus, *lib.*3.*tit.*64.*Pegas ad ordin. Portugal.lib.*1.*tit.* 4.*glos.*3.*num.*4.*tom.*2.*fol.*323. in illis scilicet casibus, in quibus deficit ius Lusitanum, & iterum dixit *lib.*1.*tit.*2.*glos.*28. & confirmat *Barbos.in d.proœm.Cod. num.*4. *Gama decis.*3. *num.*6.*& dec.* 50.*nu.*5. *& dec.*348.*in fin. Valasc.consul* 103. *nu.*8. *Caldas Pereyra de empt. & vend.cap.*1.*num.*5. cum hac distinctione, vt quando agitur de materia, quæ non affert peccatum, deciditur per leges Imperiales, sed si afferat peccatum, secundum sacros canones controuersia dirimitur *Fragos.de Republ.Christ.par.*3 *lib.*3.§.2.*n.*50.*pag.*181.

Et tandem ab omnibus ferè Monarchis Christianis, & etiam Infidelibus ius Romanũ re-
34 ceptũ esse, deficiente iure speciali illius Regni, dixerunt *Christian.Obem in discurs. pol. iur.cap.*3.*num.*76.*Io. Leuanclau.in præfat.ant. par.Treutler.par.*1.*disp.*1.*thes.*5. cum in tanta veneratione leges Romanæ apud exteras nationes habitæ fuerint, vt etiam Turcæ vtantur Codice Iustinianeo Græco, sicut multi alij Reges Europæ, qui vnquam Romano dominio subiacerunt, vel illud à multis seculis excusserunt *Obem.& Leuencla.loc. cit.* quod etiam confirmat *Redenasch. cons.* 32.*num.*64.*lib.*1. Quid quid enim apud gentes vsque ad præsens de iure, vel scriptum, vel vsurpatum est in Germania, Hispania, Gallia, Anglia, Polonia, Hungaria, & Turcia, id in iure Romano est descriptum, vel ab eo desumptum, aut depromptum *Laurent. Vall. in præfat. lib.* 3. *eleg. Donel. lib.*1. *com.cap.*16.*num.*12. *Zipper. de legib.Mosaic. lib.*1.*cap.*13. prout de legibus Gothicis à Vuisigotis in Hispania conditis in duodecim libris distinctis, fuisse ferè omnes à iure Romano petitas, & emulatione Codicis Iustiniani compositas, dicunt *Cuiac.de feud.lib.*2.*tit.* 11.*de gradib.& Consil.de Andreys in disp.feudal.cap.*2.*s.*4.*num.*21. Non immerito ius Romanum verè diuinum, æqui, & boni thesaurum, & verè, germanæque iustitiæ fontem appellat *Iurga Valentin. in parthen. litig. lib.*2.*cap* 5.*num.*13. & melius *Giphan.* tam insignes Digestorum, & Codicis libros vocat, vt nullos præstantiores in Orbe Terrarum post Sacram Bibliam putat inueniri, quibus sublatis nil exploratum, & certum esse poterit, quid cur tuum, aut alienum sit, quod etiam dixit *Cicero pro Cicinna*, vt qui ius ciuile contemnit, vincula iudiciorum, & vitæ communis refellit *Besold.lib.*2. *polit.* & si *Ciceroni in lib.* 1. *de Oratione*, visum fuit, libellum duodecim tabularum omnium Philosophorum Bibliothecas superare, vt refert *Hugo de Roy de eo, quod iustum est lib.*1. *tit.*1. *num.*2. quid dixisset, si postmodum aspexisset Pandectas tam mirificè in quinquaginta libros compilatas, & nouum Codicem à Iustiniano tam eruditè concinnatum.

Caneas autem à *Card. de Luca de dote discurs.* 84.*n.*5.*& in tit.de seruit.discurs.*1. asserente leges ciuiles per Iustinianum compilatas, à nobis seruari potius ex quadam voluntaria vsus receptione, quam ex necessaria Imperiali authoritate, vbi etiam subdit, quod multæ in corpore iuris habentur, quas hodie ob temporum, & Regionum varietatem irrationabile esset, & inhumanum obseruari. Varias denique fatetur in Roma æditas fuisse leges, quas contrarij mores, & hominum mutata conditio abolerũt, & varias tandem, à Græcis Imperatorib. leges promulgatas fuisse, tunc locis, & moribus consenta-

taneas, quas regionis diuerſitas, non recepit, vt demonſtrat *d.Luca d.diſcurſ.1 de ſeruit. & de dote diſcurſ.* 166. adducens exemplum *de tex.in l.dos à patre C.ſol.matrim.* in quo litera d.textus diſponit, dotem à Patre profectam ſoluto matrimono ad ipſum indefinitè reuerti debere, & tamen quando matrimonium ſoluitur per mortem mulieris, ſuperſtitibus viro, & filijs, aliter de facto ſeruari ex conſuetudioe Martini, vt dicunt pragmatici,ſed melius dicit *d.Luca d diſcur.* 166 *num.*58.Martinum non induxiſſe conſuetudinem deſtructiuam legis, ſed tantum retuliſſe contrarium vſum.

Hæc enim dicta non totaliter vera ſunt, prima enim pars ſuæ propoſitionis conſutatur per ſupra adducta, vbi demonſtraui, quod prædictæ leges Imperiales ſint leges noſtræ Patriæ, dum Regnum Neapolitanum erat vna Prouincia illius Auguſtiſſimi Imperij, vti pars Italiæ immediatè ſubiecta Romanorum dominio, nec vllus hiſtoricus contrarium aſſerit, proindè debemus illas obſeruare, non ex voluntaria receptione, ſed ex illa neceſſi-
35 tate, qua tenentur ſubditi parere mandatis ſui Principis, eo magis, quia noſtri Reges Catholici ob prædictã rationem, & quia rationabiles erant, illas non innouarunt, ſed imperarunt, & ad præſens felicitèr imperant ſuis populis, ſicut ſulent ſecundum antiquas leges Romanorùm, vt dicunt *Gonzalez in regul.*8.*Cancell.gloſ.*5.5.7.*num* 123.*Rota in Vlixbonenſi iuris conferendi* 17. *Septembris* 1625. *coram Pironano num.* 41. quam refert *Rubeus dec.Rot.Rom.*584.

Secundã partem ſuę propoſitionis veram iudico, humanã nempè varietatem leges Romanorũ deguſtaſſe, etenim quamplurima Pandectarum iura, Imperatoris inſtitutionibus ſuiſſe innouata, ſicut & Inſtitutiones, Codicis conſtitutiunibus correctas, & Codicum
36 leges Authenticis Nouellis fuiſse abrogatas, aduertit *Frauch.de Petris in conſ.*1.*num.* 32. Ita etiam ſunt in corpore iuris leges, quas hodiè ob temporum, & morum varietatẽ irrationabile eſſet obſeruari. Non enim nouum eſt leges abrogari, cum ex tempore etiam mutabiles aſpiciantur, & dixit *Titus Liuius lib.*34. leges, quæ in pace latæ ſunt, plerumque bellum abrogat, & quæ in bello iuſtæ viſæ fuerunt, pax ipſa repellit, quod dixit S.Pontifex *in cap. non debet de conſang. & affin. Non debet reprehenſibile iudicari, ſi ſecundum varietatem temporum ſtatuta quãdoque varientur humana, præſertim cum vrgens neceſſitas, vel euidens vtilitas expoſcit.* & dixit Claudian.

Non omnibus boris
Omnia conueniunt, res prius apta nocet.

temporum enim mutationibus mutari leges oportet, quod ſi non fiat, multis malis occaſio præbetur, dixit *Machiauel.lib.*3. *de Repub. cap.* 9. quod accidit, quando rationes, quæ æquum ſtatuebant, aliis ſubortis cauſis nobis incipiunt minui, & ſuperantur maiori æquitate, vt dixit *Tholoſan.in ſuo ſyntagmate lib.*11. *cap.*1. *s.*8. Cauſa enim abrogationis,
37 vel obſcuræ interpretationis illarum fuit, quia Sedes Romani Imperij ad Graciam fuit translata, in qua translatione Cõſtãtinopolitani Imperatores nõ illorum Remp. ad leges, ſed has ad illam accommodandas eſſe procurarunt, & aliud non egerunt, niſi vt maximã Romani iuris, & latinorum formularum partem abrogerent, nouaſq; ſuas leges ad Orientis Imperium accommodatas, in latinorum locum ſubſtituerent, & ideo dixit *Afflict.in dec.*321.*num.*9.quod d.Imperatores Orientales fecerunt multas leges iniquas, & ſine ratione, vt leguntur in multis titulis trium librorum Codicis. Adeo quod Imperator Lotarius Secundus Saxonus nouam editionem ipſarum, ſub cura Irnerij ſtatuit, & quia multis mendis erant aſperſe, ideo librariorum incuria, vel inperitiã Correctorum remanſerunt contaminatæ, ſi credimus *Franciſco Hotoman.in epiſtol.* præliminari *tractatus de feudis*, relati à *Laurent. Beyerlinck in theat.vitæ hum.in verbo lex to.*4. *pag* 56. *verſ. Cornelius*, hac de cauſa Doctiſſimorum Iuriſconſultorum Gloſis, & annotationibus, ſeu commentarijs opus fuit illas illuſtrare, ex his enim mutationibus non poſſum negare, quod aliquæ leges remanſerint obſcuræ, vt diuerſas interpretationes à Iuriſconſultis acceperint, & de iſtis loquutus fuit D. Bernardus, quando ſcripſit ad Eugenium Pontificem, vt eum induceret, quod Fideles ad diuinam legem diſcendam, & ſectandam alliceret, inquit enim: *Quotidiè perſtrepunt in tuo Palatio leges, ſed Iuſtiniani non Domini, iuſtæ nè? iſlud tu videris, non certè, lex Dom.immaculata conuertens animas, illæ autem nõ tam leges, ſed lites ſunt, & cauillationes ſubuertentes iudicium*, & alia. Nõ propterea quod aliquæ leges ſint obſcuræ, vel etiam quia in deſuetudinem abierint, erit dicendum, quod non ſint reliquæ innumerabiles iuſtè latæ, ideoque non debeant à Populis obſeruari, dum aſpicimus illas totas verſari in æquitate, & moderatione, totas in Philoſophia, & in prudentiſſima ſapientia conſtitutas, totas ad genus humanum regendum, gubernandum, defendendum excogitatas, totas denique ad vitam benè, beatèque agendam compilatas.

§. QVIN-

§. QVINTVS.

S. Conſilium Neapolitanum debet iudicare ſecundum Conſuetudines, & Pragmaticas noſtri Regni, & an ſecundum ius canonicum, leges Longobardorum, & Francorum, aut ſecundum leges Moſaycas.

SVMMARIVM.

1 *Longobardi Reges nouas leges in Italia conſtituerunt.*
Leges Romanæ regnantibus Regibus Longobardis in deſuetudinem abierunt.
2 *Carolus Magnus Imperator euerſo Longobardorum Regno, permiſit Italis ſecundum vnam ex tribus legibus viuere; & num.6.*
3 *Conſtitutiones aliquas Regni Federicus Imperator fecit ſecundum leges Longobardorum.*
Minores fiunt Maiores in Regno noſtro poſt decimum octauum annum, ſicut diſponit ius Longobardorum.
4 *Feuda de iure Longobardorum exceptis titulatis ſunt diuidua, & in eis æqualiter filij ſuccedunt, & num.8.*
Feuda de iure Romanorum erant diuidua.
5 *Feminæ de iure Longobardorum exiſtunt ſub patria poteſtate.*
6 *Conſiliarij noſtri Regni an debeant iudicare ſecundum ius Longobardorum.*
Longobardorum ius erat ius commune in Regno, ſed poſtea fuit abrogatum.
7 *Ius Longobardorum aſininum appellatur, quia caret ratione.*
8 *Cognatus ad ſucceſſionem cognati de iure Longobardorum non admittebatur.*
Mater non ſuccedebat filio de Longobardorum iure. Nec concedebatur ræpreſentatio in linea collaterali.
9 *Lex Longobardorum, quæ potius Fiſcum, quam cognatos, & coniuges admittebat ad ſucceſſionem fuit abrogata.*
Conſortes conſortibus ſuccedunt, excluſo Fiſco.
10 *Coniux admittitur ad ſucceſſionem alterius Coniugis, ſine legitimis heredibus decedentis, excluſo Fiſco.*
11 *Feminæ de iure Longobardorum debent contrahere, & diſponere cum interuentu Mundualdi.*
12 *Romano iure in dubio quis viuere præſumitur, non Longobardo.*
Feudum duobus, vel tribus fratribus concedebatur de iure Longobardorum, & diuidebatur.
Aprutini Populi noſtri Regni, ſicut etiam Prouinciæ Apuleæ viuunt iure Longobardorum.
Lombardi in feudis viuunt iure Longobardorum.
Ius Longobardum non eſt ius commune, ſed ſpeciale in Regno.
13 *Francorum ius in noſtro Regno eſt ſublatum, & ſolum remanſit, quo ad ſucceſſionem feudorum.*
Filij non ſunt in poteſtate Patris de iure Francorum, & ideo poſſunt facere teſtamentum.
14 *Ius Francorum induxit in feudis individuitatem, cum prærogatiua maſculinitatis, & ætatis.*
Ius Francorum eſt ius commune in noſtro Regno circa ſucceſſionem feudorum.
15 *Feudorum ſucceſſio fuit ampliata ad lineam collateralem, cum qualitate primogenituræ, & maſculinitatis, à Carolo Secundo per Cap. Regni conſiderantes.*
16 *Feudorum ſucceſſio cum ordine primogenituræ, in tota Europa obſeruatur.*
17 *Pragmaticæ noſtri Regni debent obſeruari.*
18 *Stylus vim legis habet, ideo obſeruandus.*
19 *Conſuetudines locorum debent Iudices attendere.*
Conſuetudo diuturni moris, legem imitatur.
Conſuetudo actuum illicitum licitum facit, & excuſat à dolo.
20 *Iudices iurare debent obſeruare Conſtitutiones, Statuta, & Conſuetudines locales.*
21 *Conſuetudo non excuſabit, ſi lex reprobat conſuetudines futuras.*
22 *Conſuetudo praua non excuſat, ſi factum eſt re ipſa deteſtabile, & contra ius diuinum, vel naturale.*
Conſuetudo debet allegari, vt Iudices illam obſeruare teneantur.
23 *Statuta locorum ſunt obſeruanda, & illis deficientibus, debent attendi ſtatuta generalia Ciuitatis dominantis.*
Communi opinioni præualet authoritas Ciuitatis dominantis.
24 *Magiſtratus non debent iudicare ſecundum illa ſtatuta, conſuetudines, vel leges, quæ non fuerunt receptæ, vel in deſuetudinem abierunt.*
Deſuetudo vt præſcribatur, quot anni requiruntur.
25 *Iuramentum de legibus ſeruandis, intelligitur de illis legibus, quæ ſunt in vſu.*
26 *Leges, vt per deſuetudinem abolitæ dicantur, requiritur, vt conſtet quod fuerint deductę, & contra eas iudicatum, & quando hoc limitatur.*
27 *Ius Canonicum quando ſeruandum eſt in foro ſeculari.*

Leges ciuiles famulantur ſacris Canonibus.

28 *Ius Canonicum non obſtringit, niſi fuerit vſu receptum.*

Dicta Sanctorum Patrum an habeant vim legis.

Decretorum liber compoſitus à Gratiano, hodiè poteſt indeciſionibus cauſarum allegari.

29 *Exteri habitantes in hoc Regno ſeruare debent iura noſtri fori vbi litigant, circa vero litium deciſiones, ſeruant iura loci contractus, vel rei ſitæ.*

30 *Iudei habitantes in Regnis Chriſtianis iudicari debent ſecundum leges proprias, & quando.*

31 *Leges Moſaicas veteris teſtamenti, an, & quando debeamus nos Chriſtiani obſeruare.*

Legis antiquæ præcepta alia ſunt moralia, aliæ cęremonialia, & alia forenſia, quæ ſingulariter explicantur.

32 *Præcepta moralia legis Moyſis, per Chriſti nouam legem non ceſſarunt, ſed tantum cœrimonialia, & forenſia.*

33 *Hebreorum crimina triplici circumſtantia, ſcilicet perſonarum, temporis, & loci aggrauabantur, & in lege veteri pœna capitali puniebantur.*

34 *Leges forenſes, ſeu iudiciales hebreorum non tenentur Chriſtiani obſeruare.*

Leges Moſaycę in iure naturę fundatę, vel ſi fuerunt à Principibus approbatę, in Chriſtianorum foris erunt obſeruandę.

35 *Hebreorum poteſtas ſacerdotalis ceſſauit, ob execrandum Deicidium ab eis commiſſum.*

36 *Leges vt obſeruentur, debent Principes etiam cum armis inuigilare.*

Leges vt adimpleantur debent eligi boni Magiſtratus.

37 *Iuſtitia in noſtro Regno non colebatur tempore Alexandri ab Alexandro, & cur.*

Alexander ab Alexandro Doctor noſter Patritius Neapolitanus, cur cauſarum patrocinia prætermiſit, & alijs ſtudijs mentem traduxit.

LOngobardi fuerũt quidam Feroces Populi, qui à Scandia Peninſula maxima Oceani Septentrionalis exierũt, quæ hodiæ in Regna Noruegiæ, & Suediæ diuiſa eſt, vt refert *Philippus Cluuer. in introduct. in Geographi. lib. 3. cap. 2.* ſic dicti à Longa barba quam geſtabant, *Dom. Reg Petra in ritu 292. num. 1. tom. 4.* Iſti enim in Italiam venerunt anno à Partu Virgineo 568. cum tam ingenti hominum copia, vt noſtram dominatricem Itáliam ferè totam ſubiugarunt, ſub Albuino eorum Duce, regnante Imperatore Iuſtino Secundo Nepote ex filia Magni Iuſtiniani Imperatoris, vt habetur *in Vitis Imperatorum*, & apud *Nicephor. lib. 17. cap. 33.* ac etiam quaſi totum noſtrum Regnum occuparunt, conſtituendo Ducatum Beneuentanum, quaſi Sedē Principum Longobardorum, cuius Duces aliquando Reges fuerunt electi, teſte *Paulo Diacono*, & confirmant *Camill. Peregrin. in hiſtor. Princip. Longobard. lib. 2. p. 1. in diſſert. de antiq. duc. Beneuent.* & noſter Conſil. *de Andreys in diſput feudal. An fratres in feud. cap. 2. §. 4.* Iſti enim per annos ſeptuaginta ſex nullis legibus ſcriptis, ſed ſolum veteribus ſci-
1 tis, vſu quotidiano vixerunt, poſtmodum Rotharis Rex quaſdam leges nouas tulit, quas in tabulas retulit anno ſalutis 643. & illarum Codicem *Edictum* vocauit, quod Papię publicauit, vt ſcripſit *Sigon. lib. 2. de regib. Ital.* quo tempore leges Romanæ in deſuetudinem venere, & iur Romanorum ita negligi cœpit, vt poſt longum tempus vix reuocari, & difficiliret reſtitui potuerit, inquit *Bernard Saccus lib. 9. Ticinenſ. hiſtor. & Bonfin. lib. 8. dec. 1.* Succeſſit Grimualdus olim Rex anno 668. & cum exiſtimauerit Edictum Regis Rothari diminutum, ex ſuorum Iudicum placito, alias ei leges adiecit, *Sigon. d. lib. 2.* tandem Rachis, & Luitprandus Longobardorum Reges, alias leges adiunxerunt anno 756. *Sigon. lib. 3. Reg. Ital.* ſed cuius Compilationis induſtria, & authoritate ſi petieris, dico, quod non coſtat ex illo Codice, ſed tantum traditur, leges illas ſuis Gloſis exornaſſe *Carolum de Tocco* antiquiſſimum noſtri Regni I. C. qui vixit ſub Gulielmo noſtri Regni Rege, vt notat *Author. præfat. in Codic. leg. antiquar.* & confirmat d. noſter *Dom. Conſil. de Andreys loc. cit. cap. 2. §. 4. num. 17.*

Hoc enim Ius diù obſeruatum fuit in noſtro Regno, nam licet regnarunt in Italia Longobardi circiter annos biſcẽtum, & quatuor, ſub triginta duobus Regibus, dũ anno ſalutis 772. euerſum fuit eorum Regnum à Carolo Magno Imperatore, tempore Pontificatus Hadriani qui Deſiderium vltimum eorum Regem, apud Ticinum obſeſſum, captiuum cũ vxore, & filijs ſecum duxit in Galliam, *cap. hortatus 23 q. 8. cap. Hadrianus 63. diſtinct. Capyc. Latr. conſult. 3. num. tom. 1.* Sed quia Itali ſuos mores Longobardorum legibus accomodauerant, ideo idem Imperator Caro-
2 lus eis permiſit, tribus legibus viuere ad eorũ placitũ, ſc. Romana, Longobardica, vel Salica, ſeù Francica, quam in Italiam intulit, vt qua quiſque lege viuere vellet, illam profiteretur, atque ex ea ius illi diceretur, propterea dictæ leges per multa ſecula durauerũt, eaſque Italia vſq; ad Lotharij Secundi Imperatoris tempora conſeruauit, vt teſtatur idem *Sigon. lib. 4. de Regno Italiæ.*

Proindè legimus Imperatorem Fredericum componendo Conſtitutiones noſtri Regni,
3 ſecundum Ius Longobardorum multas ſtatuiſſe, & primo circa ætatem minorum, qui

de iure Romanorū fiūt maiores in vigesimo quinto anno, vt in toto *tit. ff. de minoribus*, de iure vero Longobardico post annos decē, & octo, *Ferrett.in libell.de differ.iur. Roman. & Longob.num.* 18. & hoc Ius Longobardum sequutus fuit Fredericus, qui ætatem legitimā præfixit, cum minores decem, & octo annos excesserint, statuendo in nostra *Constitut. minorum iura sub tit.de restit.minor.* hanc esse perfectā ætatem in omnibus contractibus, & iudicijs ciuilibus, & criminalibus, *Afflict. in d. Constit.minorum iura, Ferrett.in d.libell. de different.iur.Roman.& Longobard. num.*18.*s. differunt.*

Similiter statuit, vt ad successiones feudorum
4 omnes filij succederent æqualiter, exceptis feudis titulatis, allegatur nostra *Constit. Vt de successionibus, de success.Comit.& Baron.* & ibi; *Andreas in §.prætcrea Ducatus.à Pellic. in Consuet.Auersan.cap.*10.*num.*219. & de hoc iure loquutus fuit *Montan. in contro.* 18. *num.*1. vbi dixit, omnes filios æqualiter succedere in feudo, ob d.*Constit.Vt de successionibus*, & hoc erat Ius nedum Longobardorū, sed etiam Romanorum, de quo iure feuda erant diuidua, *cap.omnes filij.& cap.*1.*§.prætcrea Ducatus*. Et hoc modo intelliguntur DD.illi, qui dixerunt, quod apud nos quædā causæ feudales determinantur secundum ius commune feudorum, quædam iure Longobardorum, & quædam iure Francorum, vt in d *Constit.Reg.Vt.de successionib.& in cap.*1.*& rub.de feud.cognit.in vsib.feudor. Andreas de Isern.Bald.Alex.Aluarot.& alij ibid. Ferrett. loc.cit pag.*4 *in fin.&* 5. loquuntur enim in illis locis vbi ius Longobardum viget, ideo concludunt ius Longobardum non esse ignorandum.

Concordat etiam dictum Ius Longobardum iu-
5 ri communi Romanorum, nam etiam filiæ fœminæ de dicto iure non euadunt patriam potestatem. *Vrsill.ad Afflict.decis.*261. contra *Gram.cons.*87. Sic mulier Longobarda si Romano nupsisset, nedum in mariti potestatē, sed in eius legem transire tenebatur, quamquam postea soluto matrimonio ad suam legem redibat, vt in *lib.*2. *tit.*7. *vt Mulieres lege Mariti viuant,l* 1.*&* 2.

Ad quæsitum, an scilicet debeant Sac.Consilium nostri Regni, & alij inferiores Magistratus iudicare secundum iura Longobardorum, dico hanc quæstionem latè disputari à *Marauta in prax.part.*3.*à num.*95. quam arduam appellat, quia in *Constitutione* nostri Regni *incip.puritatem*, Rex Gulielmus Filius Rogerij Primi nostri Regis, cum normā voluerit præscribere nostris Iudicibus, qua suis subditis ius dicere tenerentur, statuit eos iuramentū præstare debere, ius reddituros in Regno Siciliæ, secundum Constitutiones, ac etiam secundum consuetudines approbatas, & tandem secundum iura Longobardorum, & Romanorum, & hoc modo non solum imponitur necessitas Iudicibus iudicandi, secundum formam iuris Longobardi, sed præponitur tale ius Iuri Romano, dum ordo scripturæ dat prælationem, argum. *l.quoties, ff.de vsufructu,l.generaliter,§ siquidem.ff.de fideicom.libert.* ex quo dixit *Andreas* ibi, quod qui non vtuntur eo iure nō excusantur, quia esset introducere consuetudinem contra cōstitutiones nostri Regni, quæ reprobatur in *proem.constit.in §.fin.*& ità concludunt *Afflic. in d.constit. Regni puritatem,& Camerar.& Andreas de Isernia in constit. incip vt vniuersis tit.de seruand.honor.Comit.& Baron.&c.* & in *prælud. num.* 38. dixit Ius Longobardum fuisse apud nos ius commune, quia ita Dominus Rex voluit, & confirmat *Dom.Consil. de Andreys in d.disput feudal.cap.* 2. §. 4. *Ferrett.in libell. de different.iur. Rom.& Longobard.in addit.ad proem.pag.*4.

Sed his non obstantibus dico, quod Magistratus,
6 & Tribunalia nostri Regni non debeant iudicare secundum ius Longobardorum; Et ratio est, quia leges prædictę pro solis Longobardis factę fuerunt, vt ex eisdem legibus constat, & pręcipuè ex *lib.*2.*in tit. de successio, & de vltim.volunt.* quod aduertit etiam *d.Dom.Consil.de Andreys loc.cit.num.* 17.*vers. fuisse.* Alia est ratio, quia Carolus Magnus post eiectos Longobardos, dedit Populis libertatem amplectendi vnam ex tribus legibus, Romanam scilicet, Longobardicam, vel Francicam, iuxta quā viuere optassent, vt videre est apud prædictas leges, *lib.*12.*tit.*18. his verbis; *Vt interrogetur Populus Romanus quali lege viuere vult*, & tenebantur Iudices Iura dicere, iuxta vtramque legem, quam Populi profitebantur, & viuebant, vt in *d.lib.*2.*tit.*57. *in tit. Qualiter diuers. legum homines,l.*1. & scripsit *Sigon.lib.*8. *ad annum* 1007. & testatur idemmet *Consil. de Andreys loc.cit.n.*17.*in fin.* idcirco tenebantur Notarij instrumenta scribere, iuxta legem contrahentiū, tradit *Carol.de Tocco in d.l.*2.*tit. de his qui fals. char.* ex quo fuit introductus stylus in hoc Regno, vt in instrumento declarent contrahentes, quo iure viuerent. Ex hoc euenit, vt nostri Populi Itali memores patrijs legibus Romanorum, istas generaliter moribus, & consuetudine receperunt, reiectis legibus Longobardicis, tamquam ratione carentibus, vt latè probat *Maraut. d par.*3.*nu.*126.*& seq.* & dixerunt, etiam *Lucas Penna in l.*1.*C. de conductio. & procur. Dom. August.lib.*1.*& in l.quicumque,C.de re milit. lib.*12.*Pelliccia in Consuet.Auersan.cap.*10.*n.*215.*Consil.de Anna alleg.*30.*num.*1. *col.penul. in fin.Dom.Reg.Petra in d.ritu* 292.*n.*3.*tom.*4.

qui

qui omnes concludunt, quod tale ius Lon-
gobardorum apud nos totaliter receffit ab
aula, quia vt dixit *Bald. in auth. dos data*,
C. de donat. ante nupt. illud ius non erat lex,
fed Fex, imo Ius Asininum appellarunt, vt
7 dixerunt *Andr. de Isern. in cap. 1. §. fin in fin. de
not feudor. Maranta in praxi part. 3 num. 99.
Consil de Anna consil. 4. num. 2. & 3. & consil.
28. num. 10. & seq. Reg. Galeot. contro. for. 1. nu.
8. tom. 2.*

Erant enim leges irrationabiles, uam per illas
leges Longobardorum nullus Cognatus ad
8 fucceffionem ad mittebatur, vnde Mater non
fuccedebat filio, vt in *l. 1. legū Long. tit. de fuc-
ceß. Maranta d. part. 3. n. 127.* Neq; dabatur ra-
præfentatio, & qui prior erat in gradu, po-
tior erat in fucceffione, ideo mortuo aliquo
relicto fratre, & nepote ex fratre præmortuo,
non fuccedebat Nepos cum Patruo per *d. l.
eod. tit. de fucceßio.* Imo quod durius erat, illæ
*leges Longobarda 3. 4. & 5. tit. de probib. nup-
tijs*, potius Fifcum, quā Cognatos, & Coniu-
ges admittebant ad fucceffionem alterius
9 Coniugis, abfque legitimis hæredibus de-
functi, *Reg. de Philippo differt. 22. à n. 5.* quod
erat iniquiffimum, vt cum inter Coniuges
omne vitæ confortium fuerit, & humani, &
diuini iuris communio per *l. 1. ff. de rit. nup-
tiar.* à reciproca fucceffione bonorum exclu-
derentur, quæ communi induftria vt plu-
rimum acquiruntur, benigniora fuerunt
noftra iura Romanorū, quæ nedum cōiuges,
fed confortes alijs confortibus fuccedere
exclufo fifco voluerunt in *l. 1. & l. fi quis co-
hortali 3. C. de hæred. decurior. & in l. vnica, C.
fi liberalit. Imperial. foc. fine hæred. deceß. l. fi
quis presbiter 20. C. de Epifcop. & Cleric.* & li-
cet *d. Dom. Reg. de Philippo in fua differt. fifcal.
22.* conetur probare, prædictas leges Longo-
bardorum hodie vigere, ad beneficium fifci
contra Coniuges, circa exclufionem prædictæ
fucceffionis, attamen Supremus nofter Se-
natus Regij Aerarij noluit fuam inftantiam
fifcalem admittere, vt ipfemet teftatur in
fin. feq. differt. 23. num. 33. ob contrarium re-
10 ceptam iudicandi confuetudinem, admit-
tendi Coniugem fuperftitem ad fucceffionē
defuncti Coniugis, abfq; legitimis hæredibus,
exclufo fifco, iuxta noftra iura Romanorum
in *l. vnica, ff. vnde vir, & vxor. & in l. vnica,
C. eod. tit. vbi Bart. Bald. & reliqui Repetentes,
Harppreçt. in 3. tom. inftit. Imper. tit. de hæred.
quæ ab inteft. defer. in rub. de fucceß. coniug.
pag. 151.*

Nec fœminæ poterant contrahere, neque
difponere de iure Longobardo fine inter-
11 uentu Mundualdi, per noftrum *Ritum
292. vbi Domin. Petra Affl. decif. 260. num. 9.
Marant. loc. cit. num. 126. in fin. Gizz. in obferu.
ad dec. 134. Capyc. Latro num. 37. lib. 2.* dummo-
do fœmina contrahat nomine proprio, fecus
fi alieno, *Maranta loc. cit. nu. 124.* Sic eadem
lege Longobardorum fuit introducta illa
feudorum diuifio, vt in feudo omnes filij
æqualiter fuccederent, *Anna d. confult. 4. nu.
2. & 3. & confil. 28. nu. 10. & feq.* quæ fuit ab-
rogata per ius Francorum, *Reg. de Philippo in
differt. fifcal. 24. num. 29. Capyc. Latr. d. confult.
3. to. 1.* imo folebat fieri conceffio feudi duo-
bus, vel tribus fratribus, quo cafu feudum
dicebatur diuifum inter iftos fratres æquali-
ter, quod refert obferuatum, *Capyc. Galeot.
contro. 2. nu. 42.* Quæ omnia cum non obfer-
uentur in Regno noftro, dicendum erit, quod
fola obferuantia iuris Romani viget, reie-
ctis prædictis Longobardorum legibus, quo
argumento vtitur *Maranta loc. cit.* ad pro-
bandam derogationem talis iuris in dicta
part. 3. num. 126. & feq.

Fateor quod in Prouincijs Apuleæ, & Aprutij
noftri Regni, multi Populi vti Reliquiæ fan-
guinis Longobardici, adhuc prædictum ius
profitentur, dixerunt *Lucas de Penna in leg.
quicumque, C. de re milit. lib. 12. & in l. 1. C.
de conduct. & procur. Dom. Augnft. lib. 11. Ga-
leot. contro. 2. n. 42. tom. 2.* & prius dixit *An-
dreas de Barulo in annot. ad Confuet. Neap. in-
ferta à Reg. de Marin. in fin. to. 3. var. refol. pag.
990. la 2.* vbi dixit tale ius Longobardorum
adhuc vigere in partibus Apuleæ, noftris
peccatis ita exigentibus, prout in Terra
Mole viuitur eodem iure Longobardo *Mi-
nado. confil. 12. nu. 14. in fin. ver. fupereft Capyc.
Latr. confult. 3. nu. 37. tom. 1.* ficut etiam in
Lōbardia viuitur in feudis iure Longobar-
dorum, proindè eius feuda funt diuidua, *An-
na d. conf. 4. n. 2. & 3. & conf. 28. nu. 10. & feq.*
Nihilominus fi apertè non conftat de tali v-
fu in omnibus alijs Prouincijs noftri Regni,
præfumitur omnes viuere iure Romano non
Longobardo, ita communiter dicunt noftri
DD. fc. *Maranta loc. cit. n. 127. Maxill. in Con-
fuet. Baren. in proem. à num. 225. Vrfill. ad Af-
flict. dec. 120 n. 4. Anna conf. 28. Thor. p. 1. comp.
in verb. ius Longobard. Pratus difcept. forenf.
lib. 1. cap. 37. à num. 1. Dom Reg. Petra in d. ritu
292. num. 4. tom. 4. Dom. Altimar. tom. 2. de
nullitat. rub. 11: qu. 19. num. 58.* Non immeri-
tò igitur concludunt noftri DD., quod tale
ius Longobardorum non fit hodiè ius com-
mune in noftro Regno, fed fpeciale, *Confil.
de Bottis in addit. ad Conftit. puritatem incip.
Nota ius Longobardum fol. 88. col. 2. Lucas de
Penna in d. l. 1. C. de conduct. Maranta d. par. 3.
num. 106. verf. verum non obftantibus*, idcir-
co in iudicijs non erit feruandum, nifi luci-
da præcefferit probatio *Bilotta in concl. feud.
75. per tot. Reg. de Philippo in differt. fifcal. 24.
nu. 29.* fuit enim correctum per *Conftit. Vt de
fucceßionibus*, per quam folus primogenitus

vocatur, *Capyc. latro d. consu lt. 3. num. 37.* qui-
bus non adheret Dom. Cons. *de Andreys* fa-
cundissimus Orator nostri Supremi Senatus,
postea dignissimus Consiliarius, qui iuta
Longobardorum satis extollit in *d. dispu.
feudal. cap. 2. §. 4. per tot. & pracip. num. 19.
vers. erat*, vbi voluit tale ius Longobardorũ
esse ius commune nostri Regni, sed parcat
mihi authoritas tam eximij viri, quia con-
trarium affirmant omnes nostri DD. Regni-
colæ, quos referunt, & approbant *Galeot. loc.
cit. & Capyc. latro d. consult. 3. à num. 32. &
seq.* qui distinguit duo tempora, vt scilicet
ante aduentom Caroli Primi Andegauensis,
erat ius commune, postea fuit speciale, &
cõmune remãsit Francicum, & ratio assigna-
tur, quia si ipsemet dixit *loc. cit. num. 17.* cui-
libet licuisse eligere legem, vel Longobardi-
cam, vel Romanã, quam velit, quomodo po-
terit dici, quod illud ius cõmune erat, quod
dependebat à voluntate subditorum, & po-
tius erit appellandum pactum contrahen-
tium, quod à libera voluntate procedit, non
vero ius quod ex necessitate obstringit.

Ad constitutionem nostri Regni *puritatem*
in contrarium adductam. Respondeo, quod
constitutio non loquitur imperatiuè, sed
permissiuè, idest secundum iura Longobar-
da, & Romana, sicut qualitas litigantium
exegerit, vt disponit *d. constit.* & sic non im-
ponit necessitatem, vt viuatur iure Longo-
bardorum, sed permittit talem vsum, eadẽ-
que forma nõ imponit necessitatem Iudici-
bus iudicandi secundum d. iura, nisi erga
illos, qui tali iure viuunt, vt aduertit idem
Maranta loc. cit. par. 3. à n. 120. & 121.

Sed an debeamus iudicare in nostro Senatu, &
alijs Curijs Regni secundum ius Franco-
rum? Est sciendum, quod euerso Longobar-
dorum Regno in Italia à Carolo Magno, le-
gem Salicam in Italiam intulit, quam nos
vocamus ius Francorum, cum lex Salica
idem sonet ac lex Francica, cum plena liber-
tate Populis tradita viuẽdi secundum vnam
ex tribus legibus, Romanam scilicet, Longo-
gobardicam, vel Francicam, vt supra dixi
cum *Sigon. lib. 4. de Regno Ital.* Hoc posito dico,
quod non debent nostri Magistratus iudica-
re in nostro Regno secundum ius Franco-
rum, quia apud nos tale ius fuit sublatum,
13 & solum remansit, vt viuatur iure Franco-
rum, quo ad successionem feudorum, ad dif-
ferentiam iuris Longobardorum, vt in *Con-
stit. Speciale quodam, vbi Glos Franch. decis. 4.
num. 16.* vbi *Amendola in addit. ad d. nu 16.*
& quod hoc ita verum sit, patet, quia de iu-
re Francorum filij non sunt iu potestate Pa-
tris *Glos. in princ. instit. de patria potest.* alijque
relati à *Franc d. dec. 4. num. 3. & 16.* & sic pos-
sunt facere testamentum, & omnia alia, sicut
Patresfamilias, *Bald. in cap. si duo fratres in
fin. de duob fratrib. de nou. benefic. inuest. Gu-
lielm. de Benedict. in cap. Raynutius vers. & le-
ram num. 22.* erat enim ius nobilius quasi
libetum, vti nouiter introductum, & honori-
cum, at in nostro Regno Filij in patria po-
testate existunt, ideo non vtimur iure Fran-
corum.

In Feudalibus verò viuimus in nostro Regno
iure Francorum, de generali nostra consue-
19 tudine ex vsu introducta à tẽpore dominii
Regum Francorum, qui hoc Regno potiti
fuerunt, scilicet Caroli Primi, & Secundi
Andagauensium, vt tradunt nostri Regni-
colæ infracitandi, *Capycius latro in consul-
tat. 3. tomo 1.* hoc enim ius feodi indi-
uiduitatem induxit dixit *Reg. de Marin. re-
sol. iur. cap. 126. num. 22. tom. 1.* ideo feudum
generalitet concessum à Rege nostro, secun-
dum consuetudines nostri Regni, intelligi-
tur concessum secundum ius Francorum,
cum prærogatiua masculinitatis, & ætatis,
*Andreas de Isernia in cap. Imperialem §. præ-
terea ducatus in addit. post num. 38. & in con-
stit. in aliquibus sub num. 15. col. 12. vers. sed
quomodo probatur, Freccia de subfeud. lib. 2.
auth. 35. in fin. fol. 367 Reg. de Ponte cons. 10. in
princ. Reg. Constantin. in l. 1. C. de Consul. nu. 39.
lib 12. Reg. de Marin. resol. cap. 250. num. 2. lib.
1. & cap. 86. num 4. lib. 2. Capyc. latro loc. cit.*
latè *Capyc. Galeot. lib. 2. controu. for. cent. 1. per
tot.* & præcipuè à *num. 11. & seq. & num. 31.*
vbi omnes citat, & dicitur esse ius commu-
ne in nostro Regno *Capyc. latro consult. 3. nu.
32. Galeot. loc. cit. nu. 36.* quidquid aliter di-
xerit *Montan. controu. iur. 18. nu. 1. in fin & 3.*
sed non benè, quia talis forma successionis
non dependet à pacto inuestituræ in Regno
sed à legibus Regni, scilicet nostris Consti-
tutionibus, & sunt *Constitutio Constitutionem
Diuæ Memoriæ, Constitutio in aliquibus Con-
stitution. vt de successionibus, & Capitulum Re-
gni volentes, de succes. ex testam. & Capitulum
si aliquem de succes. ab intest.*

Et licet non sit apposita clausula iuris Franco-
rum, adhuc tamen sub intelligitur facta
concessio seruata forma nostrarum constitu-
tionum, secundom legem iuris Francorum
testatur his decisum *Galeota d. controu. 1. nu.
52.* contra fratrem secundogenitum, alle-
gantem qualitatem in feudo iuris Longo-
bardorum, quam decisionem etiam retulit
*Georgius in p. pa. repet feudal. cap. 49. à num. 7.
& Capyc. latro d. consult. 3. in fin.* Per tale ius
Francorum succeditur in Regno cum ordi-
ne primogenituræ, & erat consuetudo, quæ
ante tempus Caroli Primi inualuit, solum
15 moribus recepta, sed Carolus Secundus hu-
ius Regni dominator, illam confirmauit, in
cap. Regni considerantes sub tit. de prorog. succes.
dum

dum ibi ampliauit tale ius primogenituræ,
& maſculinitatis, etiam ad lineam Collateralem ob merita, & ſeruitia Baronum noſtri
Regni, non obſtante clauſula ex corpore, ſolita apponi in conceſſionibus feudorum,
quas qualitates primogenituræ, & maſculinitatis requirebat tale ius Francorum, vt aduertit *Reg. Galeota controuer. 3. num. 1. & ſeq. Franc. dec. 73. nu. 23.* quod tandem fuit confirmatum per Carolum V. Cæſarem in anno
1531. in noſtra prag. quæ diritur *delli 9. Capi*, vbi prohibuit aſſentiri alienationibus feudorum, vbi feudorum diuiſio induceretur,
quæ eſt *pragm. de Feudis.* Et non ſolum in
16 noſtro Regno talis conſuetudo moribus fuit
introducta ſuccedendi in feudis iure Francorum, & per capitula noſtri Regni confirmata, ſed quaſi in tota Europa obſeruatur,
adeo quod ex eius generalitate, poterit dici
ex iure gentium conſtituta. Nam in Hiſpania illam floreſcere affirmat *Paul. de Castro in conſ. 164. lib. 2.* qui ſcripſit in cauſa D. Paraſan de Ribera. In Regno Angliæ etiam
maior natus ſuccedit *Cynus in l. 2. C. quæ ſit longa Conſuetudo*, Et nedum in Regno Angliæ, ſed etiam Hungariæ, & in Prouincijs
Allobrogum, & Inſubrium, atque in tota
Italia teſtatur *Tiraquel. in præfat. tract. de iure primog.* & apud omnes Nationes vigere refert *Cannet. in extrauag. ſi aliquem pag. 267. Intrigliol. de feud. par. 1. qu. 7.* In Regno Franciæ dixit *Afflict. in d. §. præterea ducatus n. 9. & 33.* prout in noſtro Regno Siciliæ dixerunt *Soccin. conſ. 252. in 2.* & præcipuè *num. 8. Afflict. loc. cit. Io. Vincent. de Anna alleg. 41. num. 23. Galeota controu. 2. num. 32. lib. 2.* qui tale
ius Francorum, vti ius naturale initum eſſe
in ſucceſſione feudorum aſſerit, de qua noſtra conſuetudine etiam teſtatur Germanus
Doctor, ſcilicet *Andreas Knichen in commentar. de Saxon. non prouoc. Iur. cap. 3. num. 104.*

Debent etiam Conſiliarij attendere iura muni-
17 cipalia illius Regni, quæ nos pragmaticas
appellamus, *Bart. in l. ſi conuenerit, §. ſi nuda, ff. de pignor. action.* vbi aſſerit nos debere viuere ſecundum leges Regni noſtri, ideo Magiſtratus debent de talibus iuribus municipalibus habere notitiam, *l. 1. §. ſi ſeruitus. ff. de orig. iur.* ibi: *Nam turpe eſt Patritio, & Nobili Viro in cauſis exorandis ius in quo verſamur ignorare*, qui tex. licet videatur loqui
de Aduocato, idem à fortiori erit dicendum
in Iudice, *Bouadill. in polit. lib. 5. cap. 3. num. 57. tom. 2.*

Et tandem debent obſeruare Stylum Tribuna-
18 lis, quoniam ſtylus vim legis habet, *l. quam graui, C. de falſ. Felin. in cap. cauſam quæ il 2. in fin. de teſtib. Soccin. ſenior conſ. 39. num. 29. lib. 1. Decius conſ. 11. num. 6. Curtius iunior in l. more col. 1. ff. de iuriſd. omn. iudic. Menoch. conſ. 100. num. 74. tom. 1. Pegas ad ordin. portugal. lib. 1. tit. 1. gloſ. 142.* proinde ſi Iudex contra ſolitum Stylum iudicaret, teneretur in
Sydicatu, *Pratus ad Muſcat. par. 7. gloſ. condemnando ad num. 23. & tom. 3. diſcept. foren. cap. 31. num. 21. & cap. 45. num. 47. Dom. Petra in ritu 1. num. 61. tom. 1.* & ſententia
contra Stylum lata nullitatis vitio laborat
Capyc latro dec. 30. n. 32. & dec. 96. num. 14. to. 1. Dom. Petra loc. cit. n. 62. & dicam infra in
cap. de Præſide Sacri Conſilij.

Debent etiam Magiſtratus obſeruare Conſuetudines locorum ait I. C. in *l. obſeruare. ff. de offic. Proconſul. cap. gaudemus Qui filij ſint legitimi*, & dixit *Iuſtinian. in princ. tit. inſtit. de offic. Iudic.* ibi: *Aut moribus proditum eſt*, ſiquidem diuturni mores conſenſu vtentium cõprobati legem imitantur, *§. ſine ſcripto de iure natural. gent. & ciuil.* Nil enim intereſt,
an ſuffragio Populus voluntatem ſuam declaret, an rebus ipſis, & factis, *l. de quibus 32. §. 1. ff. de legib.* Paria enim ſunt de facto
ſeruari, ac de iure eſſe, *Iaſon. in l. vbi pactum num. 27. verſ. in materia. ff. de tranſact. Decius in cap. oblatæ col. 2. verſic. eſt autem notandum de appell. & in cap. ex tenore num. 7. de reſcript. & conſ. 456. Bald. in l. 1 C. de emancip. liber. lib. 12.* quinimo ſecundum eum, ipſa iuriſdictio
eſt conſuetudinis authoritas, *l. miſſi opinatores, C. de exact. trib. lib. 10. l. 2. C. quemadmod. teſtam. aper. l. 3. §. fin. ff. de teſtam.* Etſi actus
illicitus eſſet, conſuetudo illum licitum facit, tex. ſingularis in *l. ſi pignus, §. fin. verſ. nam vſu hoc euenitur, ff. de pignor. actio.* per quem
tex. notauit ibi *Bart.* non eſſe in dolo, nec in
aliqua colpa, facientem id, quod in alijs fieri
ſolitum eſt, quamuis ſit illicitum, ſequitur
Bald. in d. l. obſeruare, §. proficiſci qu. 33 col. fin. ff. de offic. Proconſul. Conſuetudo enim praua
excuſat à Dolo *l. 1. C. de exactione, & translat. milit. Anno. lib. 10.* & per conſequens excuſat
à pœna, Ideo Magiſtratus ſecundum conſuetudinem loci, in quo adminiſtrant, coacti
ſunt iuſtitiam adminiſtrare, *Bart. in l. magis puto, ff. ad Municipal. Decius in l. ſemper in ſtipulationib. ff. de reg. iur.* Imo conſuetudines derogant iuri communi, & ei preferuntur, vt
in *Conſtit. noſtri Regni puritatem l. de quib. ff. de legib. l. 1. C. de emancip. liber. Maranta in praxi part. 3. num. 116.* Adeo quod ſi contra conſuetudinem, aut ſtatuta Ciuitatis pronunciente, tenentur in Syndicatu *Gargiareus Iunior conſ. 70. num. 13. lib. 2. Anton. Gobius in tract. var. tit. de permiſſ. feud. alien. q. 1. nu. 53.* & aliter litem ſuam facerent, ac ſi contra
ius commune pronunciaſſent, *auth. Iubemus, C. de Iudic. Heigius in princ. tit. inſtit. de offic. Iudic num. 7.* & ideo quando aſſumuntur Iu-
20 dices ad tale munus, iurare debent ſe
iudi-

iudicaturos secũdum leges communes, Con-
stitutiones, statuta, & Consuetudines lo-
cales, vt de tali obseruantia in hoc Regno
notescit, quod etiam obseruauit *Regens de*
Philippo differt.22.num. Sicut etiam in Iu-
dicibus, & Assessoribus Cameræ Imperialis
idem Vsus practicatur, vt sciurent non vio-
lare Constitutiones Imperij, testatur *Har-
ppreɛt.in princ.d.tit.instit.de Offic.Iudic.num.*
43 & regulariter in omnibus Principatibus
receptum esse tradit *Gaill.lib.1.obseru.* 36.*n.*
14. Nec in hoc amplius est immorandum,
dum habemus pro certo, quod ipsi Principes
dum iudicant in prouincijs, attendant con-
stitutiones locorum, quibus imperant, *l. 3.
§ fin. ff. de testib. Buccarou. de differ. inter ius
ciuil.differ.*168.

Quando vero lex reprobat consuatudines præ-
teritas, & futuras, vt est dispositum in *proem.
nostrarum constitutionum Regni*, vbi habetur
21 quod nulla consuetudo in contrarium va-
leat in posterum introduci, contra nostras
constitutiones, tunc nulla consuetudo excu-
sabit, si in contrarium introducatur, *Iason in
l.de quibus, ff.de legib.Aueud.de exequ. mand.
par.1.cap.2.nu.*18. *Farinac. de deliɛt. & pœn.
quest.*95.*Rouit.in prag.1.de offic.Instit.Deponte
de potest. Proregis tit. de diuers. promis.* §.3. &
hoc casu quando lex dicit non obstante qua-
libet consuetudine contraria, non solum
censetur reprobata consuetudo præterita,
sed etiam futura *l.3.§.diuus ff.de sepulchr.vio-
lat.Meroll tom.3.cap.2.num.*39.*disp.*5.

Declara quod tunc est obseruanda consuetudo,
quando dubium est, an actus sit licitus, vel
22 illicitus, nam si factum est malum, & re ipsa
detestabile, & contra ius diuinum, vel natu-
rale, tunc non excusat praua consuetudo, sed
est extirpanda, & punienda *Couarr. in cap.
quamuis pactum §.7.par.1. num.*52. *Farinac.
qu.crim.*20. *& qu.*99. *Guttierez cons.*38. *Sese
dec.*108. Cæterum ad hoc, vt Iudices secun-
dum Consuetudines, & statuta, seu leges
municipales iudicare adstringantur, neces-
sarium erit, vt consuetudo, seu statutum co-
ram Iudicibus allegetur, & probetur, alio-
quin excusarentur, cum in mero facto consi-
stat, quod probabiliter ignorari poterit, vt
habetur in *cap. 1. de constitut. in 6. l.1. Cod.
quæ sit longa consuetudo, Glos. & Bartol. in
l. 2. C. si contra ius, vel vtil.public. Rittershus.
in d.tit.de offic.Iudic.instit pag.*747 vbi etiam
*Harppreɛt.num.*44.*Capyc.Galeota controu.*17.
*num.*45.*lib.*1.alijque collecti à *Reg. de Philip-
po differt.Fiscal.*4.*num.*30. Consuetudo enim
tantum habet de potentia, quantum habet
de actu, & vsu *Surd.cons.*371.*num.*3.*& cons.*
393.*num.*20.*& cons.*424.*nu.*3. *vol.*3. *Cache-
ran. decis.* 29. *num.*16. *Dom. Petra in ritu* 1.
*num.*57.

Similiter debent Magistratus obseruare Statu-
ta locorum, & illis deficientibus debent at-
23 tendere statuta generalia Ciuitatis domi-
nantis, & in eorum defectum ius commune
Romanorum, prout in dominio Venetorum
dicit obseruari, *Peregrin.cons.*63.*sub num.*7.
*lib.*1. & ita etiam in Belgio practicari testa-
tur *Christineus dec.* 343. *num.*1. *& seq. lib.*1:
dummodo illa Ciuitas dominatrix sit intra
fines eiusdem Regni, prout esset casus de sta-
tutis, & consuetudinibus nostræ Ciuitatis
Neapolis, quæ est Caput totius nostri Regni,
quæ possunt obseruari ab omnibus alijs Ci-
uitatibus Regni, quando deficit ius commu-
ne in illo casu cõtrouerso, & per nostras con-
suetudines esset definitus, nam si esset Ciui-
tas alterius Regni, illius statuta nõ essent at-
tendenda, prout de legibus Regni Hispania-
rum, vt nõ sint à nobis attendendæ, dixit *Ca-
pyc.latro lib.1.dec.*58.*num.*4 *tom.*1. Imo dico
vnum notabile, quod si aliquid esset dubium
de iure, authoritas legis Ciuitatis dominan-
tis præualet communi opinioni, & habet
maiorẽ vim, quã cõmunis opinio Doctorũ,
*Camer. in c. Imperialem fol.*51. *lit.T.* vbi lo-
quitur de constitutione nostri Regni, vt ex-
tra Regnum præualeat communi opinioni.

Non tamen erit recurrendum ad ius Regni vi-
cinioris deficiente iure patrio, vel commu-
ni, maximè in illo Regno, cuius Princeps
superiorem nõ cognoscit, nam in istis Prin-
cipatibus supremis, si iura Regni deficiant,
recurrendum erit ad stylum, vel consuetu-
dinem, & in eius defectum ad iuris commu-
nis dispositionem, non vero ad ius Regni
vicinioris, probat *Phebus par.2. dec.*102. *nu.*
49. post *Pegas ad ordin.Portugal.glos.*1.*nu.*15.
*fol.*149.*tom.*1. Benè tamen inter easdem Ci-
uitates eiusdem Regni, quando de propria
consuetudine non apparet, illa vicinæ regio-
nis obseruanda est, *l.si seruus plurium § fin ff.
de leg.1. Franc.dec.*56. *num.*7, dummodo ta-
men iuri communi non aduersetur, *Costa
in tract.de remed.subsid. remed.*70. *Addentes
ad Franc.in d.decis.*17.*num.*13. *Dom.Petra
ritu* 1.*num.*56.

Non tamen omittas aduertere, quod quando
erit attendendum ius scriptum municipale
alicuius Regni, erit ita obseruandum, vt hoc
ius municipale minus quam possit ledat ius
commune *Barbos.in l. leges vers. quando C.de
legib.Merlin.controu.*47.*nu.*10 *tom.*1. *& con-
trou.*26.*num.*6.*tom.*2. sed hoc intelligit *Pegas
ad ordin Portugal.glos.*1. *nu.*14.*fol.*148. *to.*1.
quando essemus in statutis alicuis commu-
nitatis, quæ superiorem cognoscit, & in
his terminis loquitur *Barbos.in proem. ordin.
Portugal.* qui antecedentem regulam firma-
uit, sed in illis Regnis, & Principatibus,
quæ superiorem non cognoscunt, non pro-

cedit

cedit regula, cum fint ab omni fuperioritate immunia, vt poffint ad libitum iura condere, fed de hac limitatione valdè dubito, quia femper tale ius municipale dicitur correctorium iuris communis, fiue Princeps fuperiorem habeat, vel non, & ideo dicitur ius commune, quia ab omnibus obferuabatur, quod poftea Principes acquifiuerint plenum dominium alicuius Principatus, hoc nō tollit illam antiquam iuris communitatem, quæ per totum Orbem circumferebatur.

Nota etiam, quod non debeant Confiliarij iudicare fecundum illa ftatuta, confuetudines, vel leges, quæ vel non fuerunt receptæ
24 vel per contrarium vfum in defuetudinem abierunt *cap. in iftis §.leges 4.diftinct.* tex. expreffus in *l.2. §.fi quid vero 22.C.de veter.iur. enucleand.* vbi Iuftinianus fcripfit Triboniano, quod fi aliquæ leges in veteribus libris pofitæ, in defuetudinem abierint, in dicto nouo Codice eas non apponat, fed tãtum eas leges, quas iudiciorum frequẽtiffimus ordo exercuit, vel longa confuetudo approbauit, *Glof. notabilis in c.1. de treg. 1.& pace in glof. a.* quam fequitur *Goffre. & Hoftien. in fum. eiufdem tit. Bart. in l. fin. §.fed cum antiquitus C. de condic furti, & in conf. 64. Iudex Commun. Innoc. Anton. de Butreo Cardin. Imol. Abbas* & latè *Felin. col. 3. verf. nunc venit*, & communitèr fcribẽtes *in d. cap. 1. Alex. conf. 132. vol. 1.* qui voluit decennio præfcribi hanc defuetudinem, etiam citra fcientiam fuperioris, qui ftatutum condidit, idem voluit *dict. Alex. conf. 6. eod vol.* vbi refert verba *Bald.* idem tenentis *in auth. omnes peregrini C. comm. de fucceff.* hoc idem voluit *Decius in fuo conf. 649. vol. 4.* Imo dixerunt *Alex. in d. conf. 132 vol. 1. & Felin. ibid.* circa fin. quod doctrina *Imolæ, & Abbatis*, qui dixerunt ad præfcribendam defuetudinem requiri quadraginta annos, fi effet vera procederet in defuetudine contra ius canonicum, fed contra ius ciuile, vel ftatutum, indiftinctè dicunt fufficere decennium. Ex
25 his oritur, quod iuramentum de legibus feruandis, intelligitur de illis legibus, quæ funt in vfu *Salas de legibus qu. 95. tract. 14. difp. 15. fection. 2. nu. 30. Velafch. de iud. c. perfecto rub. 9. annot. 6. & annot. 12. §.1. in fin. & §.2. num. 4. & 23.* quia tale iuramentum ad leges abrogatas per contrarium vfum non extenditur, *Sanchez in præcept. decalog to. 1. lib. 3. cap. 14. nu. 8.* alios citat *Pegas in ordin. Portugal. lib. 1. tit. 1. glof. 35. nu. 11.* Ita etiam tales leges abrogatæ, non debent vlterius allegari, & qui contrarium fecerit incidit in crimen falfi *Menoch. de arbitrar. cafu 305. nu. 25. Farinac. de falfit. & fimul qu. 150. num. 79. Barbof. in proœm. Cod. in rub. de Iuftinian. Cod. confirm nu. 3.*

Sed non per hoc dicerentur aliquę leges abrogatæ, quia longo ex tempore non fuerunt
26 obferuatæ, fed requiritur, vt conftet pofitiuè de contrario vfu, & quod in iudicio fuerunt deductæ, & contra illas allegantes iudicatum, *Glof. in l.1. in princ. C. de feruit.* ibique *Faber num. 3. verfic. fed quomodo Cyn. quæft. 6. num. 8. Bart. num. 1. Bald. num. 7.* in numeros congerit ibi *Padilla num. 13. & 14.* Porro fi contrarij actus non afpiciuntur facti contra leges, non poterit dici illas non fuiffe vfu receptas, quia non latę fuerunt decifiones pro illarum vfu in foris, etenim lex femper clamat, & quotidiè loquitur, ideo dicitur, quod femper fit in viridi obferuantia contra contrauenientes, *l. Arriani 5. C. de hæretic. & Manich.* Populus enim debet obfequi, & parere legibus, & ad eum non fpectat illas corrigere, vel emendare, aut de illarum efficacia dubitare, quoties contrarius vfus non fuit inductus.

Ad confuetudinem enim inducendam, requiritur, quod in contradictorio iudicio, ita feruatum fuerit, dixit *Vlpian. in l. cum de confuetudine 34 ff. de legib.* ibi: *Primum quidem illud explorandum arbitror, an etiam contradictorio aliquando iudicio confuetudo firmata fit. Afflict. in cap. 1. num. 10. de feud. cognit. Soccin. iunior conf. 4. num. 17. vol. 4. Alexand. conf. 152. lib. 1. Franc. dec. 91. num. 16. Capiblanc. in pragmat. de Baron. nu 190.* etfi confuetudo ex vnico tãtum actu oriatur, *Surd. confil. 393. incip. propofite num. 23. & 24. lib. 3. Maftrill. dec. 121. num. 32. lib. 2. Confil. Pratus cap. 36. num. 18.* alijque relati à *Reg. de Philippo differt. fifcal. 4. num. 25.* attamen ad inducendam confuetudinẽ iudicandi contra leges, non fufficit, vt pro vna vice contrarius vfus introductus fuerit, fed ex quatuor cõformibus fentẽtijs actus contrarius confirmetur, poft alios, *Confil. Staib. refol. 98. num. 147. tom. 1.* vel ad minus ex tribus, dixerunt *Garfia de benefic. par. 3. cap. 2. n. 194. & 195. Gratian difcept. forenf. cap. 441. n. 24. lib. 3. Staib loc. cit. n. 145.* & poft alios citatos *Reg. de Philippo differt. fifcal. 4. num. 27. & feq.* Imo alij addunt, quod Principis confenfus requiratur, vt contraria legibus confuetudo inducatur, *Larrea allegat. fifcal. 23. n. 41. lib. 1.* alijque apud *de Philippo d. differt. 4. num 41.* quod impugnatur ab *Anguian. de legib. lib. 2. controuer. 1. in fin.* cuius fententia rationabilior videtur, quia fi confenfus Principis requireretur, ad inducendam contrariam confuetudinem contra legem, non appellaretur confuetudo fed noua lex, quæ antecedentẽ abrogaret, Princeps enim, licet fit dominus legum, non tamen eft dominus morum, vt dixit *Bald. in concl. iur.* & ipfe Imperator hoc infinuat in *§ fin. Auth. Quib. modis natur. effic. fui*, vbi dixit quod lex qua Populi

puli non vtuntur perempta eſt, igitur peremptio ex non vſu inducitur, non ex conſenſu Principis.

Sed aliter dicerem de illis legibus, ſeu municipalibus ſanctionibus, actus extrinſecos, & externos mandantibus, quarũ inobſeruantia ocularis aſpici poteſt, hoc enim caſu, ſi frequentes actus aduerſus ſtatuta, aut pragmaticas contrarij committerentur, leges prædictas abrogarent, quia præſumeretur Principem inſtructum fuiſſe de talibus contrarijs actibus, per ſuos Officiales, qui aſpiciunt leges violari, & non vindicant earum inobſeruantiam, vt fuit apud nos practicatum in pragmatica lata à Dom. Marchione Carpij huius Regni Prorege, circa annum 1683., qua prohibuit luxum veſtium auro, & argento conteſtarum, cuius ſanctionis ipſemet Prorex vindicauit rigoroſam obſeruantiam, ſed quia noſtri Neapolitani Ciues illam ægrè tulebant, dum reſultabat in perniciem artificum, qui tali arte vitam ducebant, ideò abſque contraria promulgatione agnouimus eius inobſeruantiam, & per contrarium vsũ fuit deleta, Princeps enim, vt paulo ante dixi, eſt dominus legum, ſed non morum Populorum, vt notauit *Carolus de Simeone de legal. abuſ. tit. de abuſ. Parochor. num.* 240. Nam lex debet eſſe poſſibilis vtilis, & moribus ſubditorum conueniens, *cap. erit autem lex 4. diſtinction.* ideo ſi à ſubditis non recipiatur, tãquam iniuſta per Populi non receptionẽ abrogata cenſetur, vt tradunt communiter *DD. in cap. in iſtis 4. diſtin. Anguia. de legib. lib. 4. contro. 1. num.* 36. ſimilem caſum refert *Alex. in conſ.* 133. *vol.* 4. vbi refert *Cardin. in proem. Clementin.* dicentem, ita fuiſſe practicatum in ſtatuto facto contra mulieres portantes perlas, quod quia à mulieribus non fuit vſu receptum, non inciderunt in pœnam capituli.

Sed an noſtri Conſiliarij, & cæteri Magiſtratus in noſtro Regno ſequi debeant ius canonicum quæri poteſt, & dico, quod ius ciuile
27 in terris Cęſariis, & Regijs ſeruandum ſit, ius autem canonicum in Terris Eccleſię, & etiam in Prouincijs Cęſariis, & Regijs ſed de cauſis ſpectantibus ad forum Eccleſiaſticum, ita omnes conueniunt per *tex. in cap. nouit.* 13. *de iudic. Cacheran. dec. Pedam.* 156. *num.* 6. *Farinac. lib. 1. prax. crim. tit. 1. de inquiſit. quæſt. 10. poſt num. 64. verſil. limitando &c.* quos ſequitur *Andr. Fachin lib. 9. controu. iur. cap. 5. verſic. tertio in hoc.*

Sed ſi caſus contingeret, qui neque per leges municipales, neque per ius ſcriptum Romanorum eſſet determinatus, ſed prouiſus inueniretur per ſacros canones, tunc Conſiliarij iudicium debent definire, ſecundum diſpoſitionem ſacrorum canonum, quia ſicut ſacri canones non dedignantur ſequi ciuiles ſanctiones, quando diſpoſitum aliquod non reperitur in iure canonico per *tex. in cap. ſi in adiutorium 10. diſtin. cap. 1 & 2. de noui oper. nunciat. cap. ſuper ſpecula de priuileg. vbi Barboſ. num. 2. auth. Vt Clerici apud proprium Epiſcopum, collat.* 6. ità è contra Magiſtratus ſeculares non debent dedignari ſententiam pronunciare ſecundum diſpoſitionem ſacrorum Canonum *Minſinger. centur. 2. obſeru.* 41. & aduertit *Barboſ. in d. cap. ſuper ſpecula num. 2. Maranta in praxi part. 3. nu.* 73. vbi dixit, quod quælibet lex ſeruatur in foro ſuo, ſed ſi caſus eſſet deciſus de iure ciuili, & dubius de iure canonico, ſeruatur ius ciuile in vtroque foro, idem è contra, quando eſt deciſus de iure canonico, & dubius de iure ciuili, ſeruatur ius canonicum in vtroque foro, *Abbas in cap. 1. de noui oper. nunc. Goſs. & DD. in cap. licet ex ſuſcepto de foro compet.* & ideò benedixit *Mieres in conſtit. Cathalon. par. 2. collat. 8. cap. 2. num.* 38. quod leges famulantur Canonibus, & illis deficientibus in ſubſidiũ ad ius canonicũ recurri debet, oportet enim vt gladius ſit ſub gladio, & temporalis ſpirituali poteſtati ſubiciatur, *Barboſ. in d. cap. ſuper ſpecula.*

Hoc tamen intellige de caſu non prouiſo de iure ciuili, qui eſſet prouiſus de iure canonico, ſed ſi ius canonicum aliquid diſponeret contra ius civile, non debent Principes, eiuſque ſuprema Conſilia Pontificias ſanctiones obſeruare, cum non ſpectet ad Papam condere leges in temporalibus, *Benedictus in cap. Raynutius verb. & uxor. nomine Adelaſiam dec. 2. 168. in princ. Chriſtin. dec. Belg. 22 nu. 1. tom.* 2. tanto minus poterit contra conſtitutiones Regias, vel Imperiales aliquid ordinare, niſi eſſemus in illis Prouincijs, vel Ciuitatibus Sedi Apoſtolicę mediatè ſubiectis, quorum dominium directum ſit penès Eccleſiam Romanam, nam in iſtis debet obſeruari ius canonum *Hieron. Gabriel. conſ. 25. num. 24 & conſ. 154. num. 1. Corneus conſ. 261. vol. 4. Hondedeus conſ. 72. num. 13. vol. 2. Bertazol. in repet. l. ſi quis maior C. de tranſact. num 31 & ſeq. Fulgin. de iure emphit. rub. de ſolut. canon. quæſt. 1. num.* 72.

Sed notabiliter aduerte, quod in illis caſibus, & in illis locis, in quibus eſſet obſeruandum ius Pontificium, non abſtringit tale ius, ni-
28 ſi ſit in vſu receptum, quia per contrarium vſum tollitur, *cap. in iſtis § leges 4. diſtinct. l. de quib. ff. de legib. Gloſ.* communiter recepta *in cap. 1. de treguis, & pace,* vbi *Felin.* præceteris *Couarr. lib. 2. cap. 16. Menoch. lib. 2. præſump. cap. 2. Azor. lib. 1. inſtit. moral. cap.* 4. vbi de Bullis Pontificum loquitur, ita Pauli II. *Conſtitutio Ambitioſæ*, vlgo Paulina, non ligat vbi vſu non fuit recepta *Couarr. loc. cit.*

F

Redoan de reb. Eccl. ſ. non alien. caſu 8. *num.* 20. egregiè *Burſat. conſ.* 55. *vol.* 1. vbi diſcurrit de Bulla Gregorii Decimi quarti circa immunitatem, quæ in multis Chriſtianis Prouinciis non fuit recepta *Emanuel Rodriquez in ſumma par.* 1. *cap.* 155. *num.* 8. ſic Bulla Pii V. in hoc Regno non fuit recepta circa materiam cenſualem, ſed ſolum Bulla Nicolai V. ex qua fuit ędita noſtra *prag.* 1. *de cenſib. Ronit. in d. pragm.* 1. *nu.* 50. *Thor. in Voto decif.* 99. *num.* 31. *&* 35. *tom.* 2.

An autem ſicut Reſponſa Prudentum in ciuili Republica legis habent authoritatem, vt in *§. reſponſa prudentum inſtit. de iure natur. gent. & ciu. & in c. reſponſa* 2. *diſtinct.* eandem habeant Sanctorum dicta. Aliqui dixerunt, quod non ſeruanda ſint in iudiciis, & cauſarum deciſionibus, allegatur pro hac opinione *D. Auguſtin ad Hieronimum epiſt.* 19. vbi aſſerit ſolis Sacris Canonibus fidem eſſe deferendam, vt nullum ea ſcribendo erraſſe credendum ſit, & confirmauit idem *Auguſtin. ad Vincent. epiſtol.* 48. contra Donatiſtas, vbi dicit non ſic legenda dicta Sanctorum, vt contra ſentire non liceat, quandoquidem Romanis Pontificibus poteſtas legis condendæ data fuit, iuxta *cap. tranſlato de conſtit*, at Sanctis Patribus non ita, *Gloſ. in ſumma* 20. *diſt.* & confirmat *M. Cano lib.* 6. *de locis Theologic. cap.* 13.

Sed in contrarium eſt veritas, vt non exiſtentibus Sacris Canonibus, dicta Sanctorum Patrum, & ſententias, tanquam leges eſſe accipiendas, dixerunt *Gloſ. in cap. noli, verb. in iſtis* 9. *diſtinct.* quam receptam teſtatur *Felin. in cap. ne initiaris num.* 3. *de conſtit.* vbi etiam *Decius in* 2. *lectur.* & clariùs expreſſit Gelaſius Summus Pontifex, in Concilio habito Romæ cum ſeptuaginta Epiſcopis, vbi Sacros Canones ſtatuit obſeruari, ac quatuor Concilia ab eo nominata voluit venerari, & ſi quæ alia fuerint à S. Patribus inſtituta, & tandem dicta Sanctorum Patruum authoritatem habere, tàm in rebus pertinentibus ad fidem, quàm in ſpectantibus ad mores, vt habetur in *cap. Sancta Romana* 15. *diſtin.* & clariùs dixit *Innoc. Papa in cap. de quib.* 20. *diſtinct. Maranta in praxi par.* 3. *num.* 36. *&* 78. & ſic communis Schola Canoniſtarum ſentit vt refert *Anguian. de Legib. lib.* 2. *controu.* 29. *nu.* 20. *& ſeq.* & conſtat ex libro decretorum compilato per Gratianum anno Domini 1150. ſub Pontificatu Alexandri III. vt notat *Gloſ. in cap. poſt appellationem §. forma in verbo forma* 2. *qu.* 6. *Maranta in praxi par.* 3. *nu.* 39. quem pro maiori parte ex Sanctorum Patrum dictis perfecit, & ideo appellatur liber decretorum, quia ex decretis S. Patrum fuit compilatus, & licet certum ſit apud nos, quod talis decretorum liber non fuerit conditus à Summis Pontificibus, nec ab habente poteſtatem legis condendæ, ſed fuit compoſitus à d. Magiſtro Gratiano, qui fuit Monacus, & S. Theologiæ Magiſter, vt dixit *Archiepiſc. Florent. in* 3. *par. ſuæ Chron. tit.* 17. *cap.* 6. nec fuit approbatus per Summos Pontifices, vt dixerunt *Abbas in proœm. decretal. in cap. Rex pacificus col.* 5. *Maranta in praxi par.* 3. *num.* 34. nihilominus fuit communiter approbatus à Populis, & à Profeſſoribus Canonum, ideò facit plenam fidem, non minus ac libri decretalium *Abbas in cap.* 2. *col. fin. de reſcript. Maranta loc. cit. num.* 34. & poterit allegari in deciſionibus cauſarum, *Felin. in* 22. *verſ. lib. decreti.*

Circa verò exteros habitantes in hoc Regno quodnam Ius ſit ſeruandum, an illud proprium exterorum, vel proprium illius Re-
29 gni, vbi morantur, diſtinguas, quod in his, quæ reſpiciunt proceſſum, & ordinem litis, ſeruandum ſit ius fori, in quo litigatur *l. teſtium in fine ff. de teſtam.* ideo Apoca Banci facta extra Regnum, in hac noſtra Ciuitate præſentata, habet illum eundem vigorem ſibi traditam à noſtra pragmatica contra debitorem hic habitantem, ac ſi in noſtro Regno facta eſſet *Caranita in ritu* 166. *nu.* 61. qui loquitur de inſtrumento facto extra Regnum, ſi præſentatur in noſtra M. C. poterit liquidari iuxta Ritum noſtri Regni, ob prædictam rationem, quia debet ſeruari illud ius iudiciale illius fori, vbi lis agitatur, & in ſpecie de Apoca Banci loquitur *Reg. Sanfelic. dec.* 331. *tom.* 2. qui ita refert deciſum. Si verò iudicium verſatur circa ea, quæ reſpiciunt litis deciſionem, ſeruandum eſt illud ius loci contractus, quando ex illo contractu actio oritur *l. ſi fundus ff. de euictio.* Idem dicas ſi lis verſatur circa rem, tunc iura illius loci, vbi res ſita eſt, attendi debent, *cap. Raynutius de teſtam. l. an in totum C. de edific. priuat. Bart. in l. cunctos populos C. de Summ. Trinit. & Fid. Cathol. c. num.* 15. *Petrus de Ancher. in cap. Canonum ſtatuta col.* 66. *num.* 208. *in fin. verſ. adducit primo de conſtit. Gand. Papæ qu.* 262. *Reg. Sanfelic. d. dec.* 311. *tom.* 2. *Conſil. Theodor. alleg.* 61. *num.* 18.

Ex his deducitur, quod Judei habitantes in aliquo Regno, vel Ciuitate Chriſtiana, iudi-
30 cantur ſecundum leges proprias, in cauſis ad eorum ſuperſtitionem pertinentibus, dummodo non tendant in contemptum fidei Chriſtianæ *argum. cap. ſincera* 45. *diſtinct.* vbi *Gloſ. cap. ſicut de Iudeis l. Iude* 8. *l. nemo Iudex Cod. de Iudeis Marant. in praxi par.* 3. *num.* 49. *&* 60. *Bulleus conſ.* 9. *Reink. de regim. ſecul. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 8. & licet diſſentiant *Speck. tom.* 1. *centur.* 2. *qu.* 18. *num.* 9. aliique relati à *Myler. de Principib. & Statib. Imper. cap.* 60. *num.* 9. attamen prædicta concluſio

commonis eſt, quam ſequitur *Farinac.lib.a.*
*dec.crim.*315. ſecus ſi litigant cum Chriſtia-
no *Reinck.loc.cit.cap.*3.*num.*8.*&* 12.*Valentin.*
*in parthen.litigioſ. lib.*5. *cap.*2. *num.*35.*in fin.*
Hinc eſt, quod ſeruatur lex Moſayca apud
eos habitantes in Terris Chriſtianorum,quo
ad matrimonia *cap.gaudemus* 5.*fin.de diuort.*
cap. de Infidelibus de conſanguin. & affin. vbi
Iudei cõtrahunt matrimonia in gradu pro-
hibito per ius canonicum,obſeruando legem
Moſaycam , & poſſunt facere diuortia , quo
modo ſoluunt matrimonia in vita per libel-
lum repudij, nam nedum diuortium, sed re-
pudium,vxoris licebat ante AduentumChri-
ſti , vt in *Deuter.cap.*23 *in fin.Soccin.conſ.*66.
*col.antepenult.& conſ.*70.*&* 71.*col.*2. poſt alios
*Maranta loc.cit.num.*58.*Myler.loc.cit. Fragoſ.*
*de Republ.Chriſtian.par.*3.*lib.*10. *diſp.*22. *ſ.*4.
*num.*67 *&* 76. Sed hodie ex noua lege repe-
ritur interdictum apud nos Chriſtianos *Co-*
*uarr.de ſpouſal.par.*2.*cap.*7. *ſ.*4. *num.*4.*Tira-*
*quel.in l.*9.*connub.num.*5.idem *Fragoſ.loc.cit.*
*par.*2.*lib.*1.*diſp.*1.*ſ.*10 *nu.*229. ſed non apud
nos . Sic Principes ſeculares debent eis per-
mittere, vt in teſtamentis , & ſucceſſionibus
obſeruent eorum leges , ſecundum quas
conoiouot *Calderin.conſ.*30 *in tit. de teſtam.*
*Maranta loc.cit.num.*49.*Caſtrenſ.conſ.*377.*in*
*primo dub.vol.*2.*Tiraquel.de primog.quæſt.*67.
per tot. Similiter debent permittere , vt poſ-
ſint iuramenta præſtare per legem Moyſis,&
ſuper decem præcepta,non per legem Euan-
gelicam, quia hoc modo facientes Chriſti le-
gem contemnereot, & punirentur,dum oon
credunt in eam, *Maranta loc cit.num.*50. *&*
51. quod ſi non obſeruant puniuntur pœna
periurij *Andreas de Iſeania in conſtit ſi quis in*
poſterum col.penult. & in conſtit.eos qui ſcien-
*ter in princ. Soccin.d.conſ.*66. *ead col. antepen.*
*vol.*1. *Afflict.in d. conſt. eos, qui ſcienter col.*6.
verſ.decimo quæro , & hoc non ob ſalutem
ſuarum animarum, ſed in pœnam delicti ,
quod committunt,illud violando , *Maranta*
*loc.cit.num.*53.*&* 54.In reliquis verò actibus
eorum ſuperſtitionem , & religionem non
concernentibus iure communi Romanorum
Vti debent, & ſecundum noſtras leges Roma-
nas iudicantur, quia Iudei veniunt appella-
tione Populi Romani , & ex corpore dicun-
tur illius Ciuitatis , in qua degunt *l. Iudei*
communi 8 *C.de Iudeis, Alex.conſ.*99.*num.*3.
*vol.*6 *& conſ.*13.*n.*3.4.*&* 10 *vol.*7.*Harppreſt.*
in ſ.pœna 5. *inſtit. de oblig. quæ ex delicto naſc.*
*num.*105. *Speck tom.*1. *cent.*2. *qu.*18.*num* 9.
alijque relati à *Myler.d.cap.*70.*num.*9.

Sed an dictæ leges Moſaycæ veteris teſtamē-
ti ſint à nobis Chriſtianis, Romano iure vi-
uentibus, attendendæ, dicunt aliqui has le-
31 ges eſſe obſeruandas , vti factas ab ipſo
Deo, & eo dignior eſt lex, quanto dignior
eſt legislator, nec Deus eſt quaſi homo , vt
mentiatur ,& mutetur, *Numer.* 23.*verſ.* 19.
ſed quas ſemel condidit leges, firmæ , & per-
petuæ eſſe debent,*leuit.cap.*24.*verſ.*13.*Exod.*
29.*verſ.*9.

At vt tale quæſitum reſoluam ſciendum eſt,iſta
præcepta antiquæ legis alia eſſe moralia,
alia cœrimonialia,aliaq; iudicialia , ſeu fo-
renſia , *Deuter.cap.*6.*verſ.*1. *Balthaſar. Meiſ-*
*ner.in diſſert.de legib.lib.*1 *q.*3 *pag.* 39. *Theo-*
*dor.Reinkingh.de reg.ſecul.lib.*2.*claſ.* 1.*cap.* 2.
*num.*1.*Lanſius in diſſert.de legib.theſ.*8.*Maga-*
lian. in Moſis Cantica lib. 4.*ſectio.* 1. *nu.* 131.
*Anguian.de legib. lib.*4.*controu.*1.*nu.*32. *Ma-*
*ranta in praxi part.*3.*num.*47 *Tiraquell. in*
*tract.de pœn.cauſ.*38.*num.*3.*& ſeq.* Præcepta
moralia ſunt æterna , continent enim im-
mutabilem Dei voluntatem , & invariabi-
lem æternæ iuſtitiæ regulam,hominis menti
in prima creatione inſcriptam , in Decalo-
32 go ordinatam, conſiſtentem præcipuè in
Dei cultu , parentum reuerentia , & dile-
ctione proximi, *Deuter. dict. cap.*6.*verſ.*5.*&*
*Matthe.*22.*verſ.*37.*Reinhingk.loc.cit.cap.*2.*nu.*
2.*Lanſius loc.cit.theſ.*10.*&* 14 quidquid di-
xerit , *Molin.de iuſt.& iur.tract* 5 *diſp.*63.*to.*
6.*lit.E.*vbi ſcripſit per nouam Chriſti legem
ceſſaſſe tam iudicialia, & cœrimonialia,quã
moralia præcepta, ſed melius, & piè iudico,
ob reuerentiam diuinæ legis, tantum iudi-
cialia , & cœrimonialia fuiſſe mutata, vt in-
fra dicam, non moralia præcepta, cum *DD.*
*ſup.cit.*Etenim moralia illa præcepta,ex ore
Dei data, vniuerſum genus humanum om-
nes , & ſingulos ad obedientiam perpetuò
obligant , proindè nulla Principum , aut
Magiſtratuum conſtitutione , vel diſpenſa-
tione abrogari,aut flecti poſſunt, vt ex com-
muni Orthodoxorum ſententia firmant
Theologi apud *Reinhingk.& Lanſium ſup. cit.*
& de iſtis loqutus fuit Chriſtus Dom.noſter,
quando dixit ſe non veniſſe ad aboleodam,
ſed ad adimplendam legem, *Matthei* 5.*verſ.*
17.Et vt dixit *Sotus lib.*2.*de iuſt.& iur.qu.* 5.
*art.*4.*concluſ.*2 id non euenire ex authorita-
te veteris legis, ſed quia Chriſtus Redemptor
noſter ipſamet moralia præcepit in lege
euangelica,illa eadem ratione,qua in lege
veteri præcepta erant , ideo neceſſarium
fuit illa obſeruare , *Anguian. dict. controu.*1.
*num.*34.

Præcepta vero , quæ continebant doctrinam
circa ritus ſacrificiorum , vt erant præcepta
Circumciſionis,decimarum,& ſimilium , &
forenſia , quæ comprehendebant Iudaicæ
politiæ ſtatuta, iudicia , & controuerſias fo-
renſes, vel iudiciales leges regiminis, vt di-
xit *Cunrad. Dieteric.in ſuis inſtit. catachetic.*
*pag.*70.*cum ſeq.*,iſta cœrimonialia præcepta
Deus author in primeua ſua conſtitutione

ad

ad Rempoblicam Hebræorum accomodare voluit, vti locales, & ſpeciales illius Regni leges, duraturas quouſque redemptio generis humani Chriſti morte fuiſſet completa, vt dixit *Molin.d.diſp.63.lit.E.* quod patet ex verbis Chriſti in Cruce pendentis *Conſumatum eſt*, ex quibus voluit denotare illarum adimplementum, vt coosiderat *Anguian. loc.cit.num.* 30. ideo dicebat in earum conſtitutionibus, *Hæc obſeruabitis in generationibus veſtris Geneſ.17.verſ.7.leuit.3.verſ.17. & 6.verſ.*18. lex enim vetus figura, & vmbra fuit legis Chriſti, imo eius ancilla, vt dixit *Paul.ad hæbreos* 10.1. *Vmbras hab.bat lux futurorum bonorum*, quod per alias ſacræ ſcripturæ, & Sanctorum Patrum loca demoſtrant *Coſma Magalian.in Cant. Moſis lib.3. num.* 3. & etiam *Anguian. d.controu.* 5. *num.* 33. ſed poſt aduentum Chriſti acceſſit lux, & veritas Mundo, quæ omnia velamina veteris teſtamenti aperuit, & illuſtrauit *Maranta d.part.3. num.*48. idcirco per legem nouam illa cærimonialia ceſſaruot, vel infirma, & ioutilia remanſerunt.

Circa vero forenſia, & pœnalia mandata contenta in lege veteri notabis, quod Crimina
33 veteris legis triplici circumſtantia, perſonarum, ſcilicet temporis, & loci agrauabantur. Perſooarum reſpectu, quia Deus Populum illum poteoti manu, & ſuo excelſo brachio ex Ægipto eduxerat, varijſque beneficijs planè miraculoſis, & extraordinarijs præ cunctis gentibus obſtrinxerat, vt in *Pſalm.147.Rom.9.verſ.*4. Temporis etiam circumſtantia, poſt ſcilicet tot collata beneficia, legem ſanciuit ad ſuum Populum dilectum, vt eorum memoria, leges ardentiori aoimo obſernaret, & illas obliuioni non traderet. Tandem reſpectu loci, quia Chananea Regio io qua Populus Iſraeliticus viuebat, Dei quaſi domicilium erat, in quo Iudeos ſicut hoſpites ſtrictioribus legibus voluit coercere, nam quo maior in Principem eſt obligatio, & fides, eo ſenerior fidei violatæ vindicta impooitur, argom. *l.vnic in fin.C.de conductor. & procur. l. presbyteri* 8. *in fin.C.de Epiſc & Cleric.Bodin.lib.6.de Replub. cap.*6. ideo legimus omnia illa Delicta, in Decalogo principaliter prohibita eſſe capitalia, vt aduertit *Io: Harppreſt. in* §. *pœna* 5. *inſtit.de oblig.quæ ex delict.naſc.num.24.tom.* 4. Exempla habemus io Dauide Rege, qui mortis pœnam pronunciauit ob furtum ſactum pauperi vnius Ouis *vt in lib.2.Reg.cap.12.verſ.*5. ita etiam Achan ob ſurtum, vel ſacrilegium in direptione Vrbis Iericho cōmiſſum, vna cum ſua tota ſamilia lapidatū fuiſſe, & poſtea exuſtum. Aliud non omitto Regis Pharaonis exemplum, qui Piſtorū Principem ob ſurtum in patibulo ſuſpēdi iuſſit, in *Geneſ.40.verſ.12.Harppreſt.loc.cit.n.*21. Habemus etiam Blaſphemū in lege Moſis lapidibus obruendum, vt in *leuit.* 24. *verſ.* 13. *Matthe.Berlich.part.4.concl.pract.1. num.*41. *Matth.Stephan.in conſtit.crim.Caroli V. artic.*105. ſic in lega Moyſis lex eſtat de occidendis Idolatris, *Exod.* 32. *verſ.* 27. Sed iſtas, & ſimiles leges ſorenſes Iudeorum, noo te-
34 nemur oos Chriſtiaoi obſeruare, quia pro illo Popnlo taotum latæ fuerunt, vt dixerunt *Molin.loc.cit.diſp.63.Harppreſt.in d.* § *pœna* 5. *num.*12. & 25 *inſtit.de oblig. quæ ex delict. Chemnit. part.* 2. *loc.theolog.cap.* 4. *Haferenſ. lib.3.loc.theolog.* 4. propterea Fauſtus Manicheus legem veterem reſpuebat, quia Terram tantum non Cœlum promittere dicebat, cui reſpondet *D.Auguſtin.lib.4.contra Fauſtum cap.*2. temporalium quidem rerum promiſſiones teſtameoto veteri contineri, æternæ vero vitæ promiſſiooes, Regnumque Cœlorum ad nouum pertioere ſtatum, in illis tamen temporalibus figuras fuiſſe futurorum, vt dixit etiam *Magalian.d.lib.4. ſectio 1.num.132 in fin.* Si tamen leges Moſaycæ in iure naturæ, & æquitate ſundantur, vel ſuerunt approbatæ ab illis qui habebant poteſtatem leges condendi, iſtæ io noſtris forisad iudiciorum directionem, & litium deciſionem obſeruari debeot *D.Thom.2.qu.99.art.2. & qu.104.art.3. & 2.2.qu.87.art.1.Menoch.lib.2.de arbitr. caſu* 290. *num.* 10. *Hanu.in tract.de author.iur.cap.1.qu.* 8. *Iurga Valentin.in parthen litigio lib.2.cap.5.nu.* 30. *Molin.d.diſp.63.num.2.tom* 6. vt eſt caſus de Blaſphemia, & Maledictione in Deum, quæ morte erat vindicanda in lege Moyſis *leuit* 24. & idem fuit confirmatum de iure ciuili in *auth Vt nō luxurien.homin.contra nat. Harppreſt.in* § *item lex Cornelia* 5. *inſtit. de public.Iudic.num.*342. De alijs vero legibus Iudaicis non approbatis, non expedit illarum obſeruantiam attendere in Replubica Chriſtiana, quia latæ fuerunt pro illo Populo Hebræo, donec conſtitutio nouæ legis lata ſuerit, & dum ſceptrum à Iuda ablatum iam
35 fuerat, ob execrandum Deicidium ab eis commiſſum, inſimul cum Politia, illa poteſtas Sacerdotalis ceſſauit, & per conſequēs Chriſtianos nouæ legis illis præceptis non ligari, affirmant *Cunæ de Republic. Iudeor.1.cap.8. & 9.Zepper de legib.Moſayc.lib.1.cap.2. & ſeq.Molin.de iuſtit.& iur.loc.cit. & diſput.50 tom.6.Valentin.loc.cit.* adeo quod hæreſis eſſet hodie exiſtimare, legem veterem ſeruandam eſſe ſimul cum lege noua, vt habetur in actibus, *Apoſtol.cap.*15. & dicunt *D.Auguſtin.de hereſib.Alphonſ.de Caſtro de hæreſi in dictio.lex Anguian.loc.cit.d.controu.* 1. *num.*33.

Compleo haoc rubricam hortando Magiſtra-

tus, vt leges Imperiales tam ingenti studio compositas, & ad communem vtilitatem æditas, sicut etiam municipales sanctiones à Principibus ad commune bonum promulgatas, illas colant, atque attendant, pro quarum exequtione Principes ipsi debent in-
36 uigilare, non minus iustitia quam Armis, vt dixit *Iustinian. in proem. instit.* & etiam *Horat. lib. 1. epistol. 2.* Res Italas armis tueris, moribus ornes, & in suo *Hilperica fortunato* cecinit Poeta:

Legibus arma regis, & leges dirigis armis.

Imo non solum debent leges esse optimæ, & sanctæ, verum etiam debent habere bonos rectores, ad instar instrumentorum Musicę, quæ nullum eximium artis opus per se dabunt, nisi Artifex excellens illa gubernet, sic bonæ leges nisi eas tractet, ac vivificet bonus Princeps, boni nil operantur, & hac de causa creantur à Regibus Magistratus, vt legibus debita exequtio tradatur, cum frustra sit leges condere, nisi adsint qui leges custodiant, & exequtioni mandent, argum. *l.1 ff. ad l. Iul. de ambitu l nam & 8. ff de inst. & iur. l.2. S. post originem, ff. de orig. iur. Besold. de iur. Maiest. cap. 3. num. 3. Sistin. de Regal. lib. 2. cap. 15. Mastrill. de Magistr. lib. 1. cap. 3. Io: Petrus Ceremat de pactis regul. adm. cap. 6. Nicol. Myler. de Principib. & statib. Imper. Rom. cap. 41. num. 1.* leges etenim absque probatissimis Magistratibus, qui de earum exequtione curant, languescunt, *d. l. 2. § post originem. ff. de orig. iur. l. 3. ff de Offic. Præfect. Gayl. de pace publ. lib. 1 cap. 1 & 4.* & statim ac electus fuit quicũq; Magistratus, satellitem legum se esse putet, idcirco eas tueri debet, & consideret, quod adeo angusta res lex sit, vt horsi honoratissimorum satellitũ habeat Senatum, & præstantissimos Reiplubicæ viros exequtores, vt etiam perpendit *Nieremberginus in suis opuscul. part. 2. lib. 2. cap. 15. col. 2. in fine.*

Hoc enim modo agant Regnantes, bonos nempe, & doctos Rectores Tribunalibus instituendo, ne denuò audiãtur ille quærimonię
37 Alexandri ab Alexandro *in dies geniales lib. 6 cap. 7.* qui interrogatus à suo Amico, cur dum causarum patrocinijs, & foro vsque à pueritia fuerit addictus, illis posthabitis, & prætermissis, alijs studijs mentẽ traduxerit, & sua opera cõtulerit? Respondit, quod leges, quæ ad communem vtilitatem æditæ erant, studio, & labore maximo quæsitæ, ab his, qui iura dabant, & iuri dicundo præsidebant, suis temporibus non colebantur, imo & ad administrationem iustitiæ vidit sua ætate illos electos, qui iura turpiter ignorabant, vel de facili per gratiam, & sorditatem corrumpi sinebant, & subdit, quod quib. seruandarum legum præcipua imminebat cura, hi maxime legum scita contemnebãt, indè eueniebat, vt tot scita, & decreta veterum legislatorum; maximis ingenijs elaborata, vnus homunculus nequissimus, & audacissimus legum, iudiciorum, & fori, ignarus, qui magistratui præsidebat, per scelus, & nequitiam euertebat. Absint hæc querula verba, nam nostra ætate talia, vel similia Senatus nostri conuicia non audiuntur, scripsit enim illæ Eruditus noster Alexander sua ætate, in qua ob bella, & seditiones nostri Regni, rerum gubernacula delapsa erant, & ancipiti bello distracta, ideo plures nequitiæ regnabant, nam si naturę iura Bellum in contrarium vertit, quid mirum si iura ciuilia eodem tempore prosternebãtur, at nostris fęlicibus temporibus, isti deprauati mores Magistratuum non aspiciũtur, & si Senator aliquis istas tristitias tẽtare præsumpserit, oculo speciali Supremi Præsidis, & Oculatissimi Proregis, atque vigilantia aliorum optimorum Magistratuum debitas pœnas lueret.

PRÆSTANTIA XV.

Præstantia S.C. Neapolitani est, vt non debeat obseruare Ritus nostræ M.C.V. & an Constitutiones nostri Regni.

SVMMARIVM.

1 *Ritus nostræ M.C. Vicariæ fuerunt moribus Curialium introducti.*
2 *Ritus M.C.V. Regina Ioanna Secunda confirmauit, non noniter construxit.*
Ritus dicitur approbata consuetudo.
3 *Sacrum Consilium Neapolitanum non tenetur obseruare Ritus Mag. C.V. & quomodo.*
4 *Leges vim recipiunt Ritus, Consuetudines, seu Statuta, quando à Regibus confirmantur.*
5 *Legis vim obtinet stylus, qui per modum constitutionis à Principe confirmatur.*
Regina Ioanna Secunda fuit legitima succeditrix huius Regni Neapolitani.
6 *Reges Austriaci tenentur in hoc Regno obseruare gesta per Reginam Ioannam Secundam.*
7 *Iudices M.C.V. Consiliarij appellabantur.*
8 *Sacrum Consilium Neapolitani Magnæ Curiæ Vicariæ prærogatiuas assumpsit, quando à Rege Alphonso fuit vnita dicta Magna Curia Vicariæ, cum Curia Vicariæ.*
9 *Ritus M.C. Vicariæ non tenetur S. Consilium Neapolitanum obseruare, qui continent telam iudiciariam, sed illos qui continent priuilegia: & iurisdictiones debet attendere.*
10 *Constitutiones nostri Regni quando debet Sa-*

crum

crum Conſilium Neapolitanum obſeruare.
11 *Conſtitutiones noſtri Regni leges ſunt.*
12 *Conſtitutiones ſpeciales alicuius Regni dicun-*
tur iura communia illius Regni.
13 *Conſtitutiones noſtri Regni non ſunt amplian-*
dæ, neque extendendæ vltra caſus in eis
expreſſos.

RItus noſtræ M.C. Vicariæ fuerunt Curia-
lium moribus introducti, vel cauſa benè
regendarum litium, vel ſtudio Officialium
1 pro benè iuſtitia adminiſtranda, quæ vſita-
tæ iudiciorum regulæ Ritus fuerunt appel-
lati, noſtris Regibus ſcientibus, & non con-
tradicentibus. Superuenit regimen noſtri
Regni in anno 1414. penès Reginam Ioan-
nam Secundam, filiam Regis Caroli Tertii
Andegauenſis, & Neptem Regis Roberti hu-
ius Regni Moderatoris, qui ob ſuam do-
ctrinam, Sapientiſſimi nomen meruit, pro-
pterea à prædicta Regina Ioanna II. in ſua
ſpeciali conſtitutione inſerta in *primo ritu*
fuerunt dicti ritus approbati, non nouiter ab
2 ea excogitati, quia antiqui erant, & in Mag.
C.V. vſitati, vt aduertit *Reg. Petra in proem.*
ſup. dict. rit. n. 8. to 1. & ideo dicuntur ritus,
quia nil aliud ſonat Ritus nomẽ, niſi appro-
bata conſuetudo, vt dixit *Calnin. in lexicon.*
Iuridic. in verb. Ritus, & melius *Ouid. 2. Faſto.*

Hinc Populi Ritus edidicere nouos.

ac etiam *Catull. Tib. lib. 1.* demonſtrat

Et mos eſt tuus
Ritus, vt à priſco traditus extat æuo.

ſi vero ad certam materiam reſtringuntur
dicuntur illius ſpeciei Ritus, vt in *tit. ff. de*
ritu nuptiarum, vbi traditur, quo more, quo-
ue inſtituto nuptiæ perficiendæ ſint, dum
enim illi mores præſcripti fuerant ad ſol-
lemnia iudicialia M.C. Vicariæ, quæ Vi-
carium Tribunal Regia erat, ideo Ritus
Magnæ Curiæ fuerunt nominati.

His poſitis PRÆSTANTIAM hanc tribuunt
noſtri Doctores huic Supremo Neapolitano
3 Conſilio, vt ſcilicet non alligetur Ritibus
prædictis, ita dixerunt *Freccia in tract. de*
præſent. inſtrum. par. 15. à num. 7. Thor. par. 1.
compend. dec. in verb Ritus M. C. V. Annich.
de præuent. inſtrum. cap. 3. quæſt. 5. num. 12. &
poſt alios *Dom. Reg. Petra in ritu* 288 *nu* 83.
tomo 4. aſſignant rationem dicendo, quod
noſtrum Sacrum Conſilium, cũ ſit Supremus
Senatus noſtri Regis, non debeat regulari,
vel cohartari ad obſeruantiam illarum regu-
larum, quæ in d. Tribunali inferiori intro-
ductæ, vel ſancitæ fuerunt, hoc enim modo
ſi teneretur, diceretur Vicarium legem im-
poſuiſſe ipſi Regi, eiuſque Supremo Senatui,
cuius eſt Vicarius, & iſto modo abſurdum
ſequeretur, quod inferior Superiorem ſol-
ueret, vel ligaret, non minus ac diſſonum
eſſet filium in Parentem poteſtatem habere
ad *tex. in cap. cum inferior 16. de maior. &*
obed. & in clem. ne Romani de election.

Sed mei Calami ſolita ingenuitas, me torquet
prædictam propoſitionem ſic generalitèr fir-
matam explanare, dum poterit reſponderi
ex aduerſo, quod allegata ratio rectè con-
cluderet, ſi d. ritus non eſſent approbati à
prædicta Regina huius Regni Domina, ſed
quia fuerunt confirmati à d. Regina, debent
obſeruari, non vti ordinati à Magiſtro Iuſti-
tiario, aut eius locumtenente, qui M.C. præ-
ſidet, vel ab eius Officialibus, & Curialium
moribus introducti, ſed vti Regiæ ordina-
tiones, & Principum placita, quæ ex d. con-
4 firmatione vim legis obtinent, punctualiter
Oſaſch. in dec. 22. num. 4. Ioan. Anton. ab Eccleſ.
obſeru. for. 1. num. 17. Reg. de Philippo diſſert. fi-
ſcal. 4. num. 60. non minus ac obſeruantur
noſtræ conſuetudines Neapolitanæ, quæ
etiam à moribus Populorum noſtræ Ciuita-
tis, atque ſtylis Notariorum ſua principia
cognouerunt, & quia fuerunt approbatæ à
Rege Carolo Secundo, tunc huius Regni mo-
deratore, vim legum obtinere ſtatuit idem
Rex Carolus in *proœm. noſtrarum conſuetud.*
verſ. per quod, ſi enim tam conſuetudines
noſtræ Ciuitatis, quam Ritus confirmationis
robur à Regibus noſtris receperunt, cur ob-
ſtringitur S.C. ad obſeruantiam conſuetudi-
num, & non rituum, cum æqualem natu-
ram, & originem detineant? Quod confir-
matur, quia prædicta Regina, quando Ritus
noſtros confirmauit, in d. ſua ſpeciali ſan-
ctione per formam, & modum nouæ conſti-
tutionis illos comprobauit per iſta verba:
Harum ſacrarum conſtitutionum edicto, & in
5 hoc caſu quando ſtylus in cõſtitutionis vim
confirmatur à Principe, vim legis obtinet
Oſaſch & Anton. ab Eccleſ. loc ſup cit. quos ſe-
quitur idem *de Philippo d. diſſert. 4. num. 60.*
Nec poterit dubitari, quod prędicta Sereniſ-
ſima Regina non fuerit huius Siciliæ Regni
legitima ſucceditrix, nam apud hiſtoricos,
& Doctores noſtri Regni nemo de hoc dubi-
tauit, imo faſſi fuerunt noſtros Reges Au-
ſtriacos, ei multum debere, dum in ſuum
filium adoptauit Regem Alphonſum Primũ
Aragoneum, ex cuius perſona huius Regni
dicuntur legitimi ſucceſſores, vt dixerunt
Guicciar. in lib. 7. ſuæ hiſtor. pag. 329 Mazzel-
la in vita Reginæ Ioannæ II. & Alphonſi I.
Hieron. Zorita in tom. 6. de las impreſas, y ligas
6 *de Italia lib. 7. cap.* 40. hac de cauſa teneri
noſtros Reges Auſtriacos, obſeruare geſta per
dictam Reginam, dixerunt noſtri Regnico-
læ, ſcilicet *Reg. Moles in deciſ.* 114. *Reg. de*
Marin. lib. 2. quotid. reſolut. cap. 173. num. 7.
Dominus Petra in proœm. ſup. ritibus num. 5.
tom. 1.

Non

Non me mouet ratio considerata à *dicto Dom. Petra in d. ritu* 288. *num.* 82. quod scilicet d. Regina statuerit obseruari d. Ritus à nostris Vicariæ Curijs, ex quibus verbis videtur concludere, quod cum non loquuta fuerit de Sacri Consilij Senatu, noluerit istud Supremum Prætorium illis Ritibus alligari, quia Respondeo, quod tempore d. Reginæ Ioannæ non erat institutum nostrum Sacrum Consilium, dum hoc fuit erectum ab Alphonso Primo Aragonensi, qui successit ad Regni nostri dominium, ob adoptionem factam ab eadem Regina, quæ obijt in anno 1435. vt apparet ex eius Tumulo existente in Ecclesia S.M.Annunciatæ relato ab *Engen. in Neap. sacra pag.* 410. & Alphonsus Primus, post Victoriam habitam contra Renatum Andegauensem, regimen regni suscepit in anno 1540. & in anno 1542. nouam inuestituram obtinuit ab Eugenio IV. Pontifice, vt tradunt *Summonte*, & *Mazzella* in vitis dictorum Regum, igitur non potuit d. Regina alloqui de illa Curia, seu Senatu tunc non erecto. Imo poterit dici, quod talis noster Supremus Senatus sub nomine Magnæ Curiæ, quæ erat tunc Suprema huius Regni possit in verbis d. Ritus comprehendi, ibi: *nostris Vicariæ Curijs*, quia vt dixi supra in *Præf. 1. num. 2* cum *Topis de orig. Tribun. par. 1. lib. 3. cap. 6.* in nostra Ciuitate duæ erant Curiæ, vna Vicariæ, quæ à Vicarij nomine fuit denominata, quia nomine Regis negotia gerebat, altera erat Magna Curia, quæ erat superior primæ, ad quam appellationes Curiæ Vicariæ deuoluebantur, vbi Reges
7 noster consedebant, & eius Iudices Consiliarij appellabantur, vt legimus in *Ritu* 288. per illa verba: *Et Iudicib. eiusdem Curiæ Consiliarijs*, cum postea fuit erectum à d. Rege Alphonso Primo nostrum Consilium, illæ duæ Curiæ Vicariæ fuerunt vnitæ, & sub nomine *Magnę* Curiæ fuerunt coordinatæ,
8 & Sacrum Consilium prærogatiuas illius Magnæ Curiæ assumpsit, nam sicut appellationes Curiæ Vicariæ ad Magnam Curiam deuoluebantur, ita per istam nouam institutionem Sacri Consilij, ad d. Sacrum Consilium deuoluuntur, quo modo cognoscitur, quod d. S. Consilij institutio fuit potius quædam nominum speciosa mutatio, quam nouarum prærogatiuarum concessio, vltra illas quibus prius muniebatur d. Mag. Cura, vti suprema Curia, quæ ideo dicebatur Magna, quia principale, & superius Tribunal erat, deinde per istam nouam erectionē Senatus, remansit d. M. Curia vnita cum illa Vicariæ inferiori Curia, & solum nomine Magna appellata, sed reuera non magna, quia Superiorem cognoscit Sacrum Consilium, ex quo deducitur, quod dum d. Regina Ioanna ordinauit, d. Ritus inuiolabiliter obseruari à dictę Mag. Curiæ Vicariæ Curijs, & à qualibet earum, intellexerit de illa Suprema Curia, quæ tunc hanc Ciuitatem, & Regnum regebat, quę hodiè sub nomine Sacri Consilij fuit instituta, & si fuerit nominum mutatio facta, non poterit mens legislatoris eludi, sed sub lege d. Ritus debet venire illa Curia, quæ post nominum mutationem illius Mag. Curiæ nomen assumpsit.

Sed ne totaliter hanc prærogatiuā denegemus nostro Supremo Senatui, dico quod talis
9 PRÆSTANTIA intelligi debeat de illis Ritibus, qui formam iudiciorum, seu telam iudiciariam continent, vt scilicet Supremus Senatus non debeat coerceri ad obseruantiam illorum Rituum, qui actorum iudicialium regulas præfigunt, vt esset dicere de termino in causam dando, vt in *Ritib.* 90. 91. & 92. De termino esaminādorū testium in *Ritib.* 69. 145. & 148. de termino repulsæ in *Ritib.* 73. & 74. de depositione principalis, vt in *Ritib.* 70. & 79. de concessione beneficij ad pinguius probandum, vel non probata probandum in *Ritu* 71. de tempore publicationis in causa in *Ritib.* 72. 81. & 86. atque conclusionis, vt in *Ritu* 75. de pœna contumacię in *Ritu* 220. per plures sequ. & similibus, in his enim actibus Ordinatorijs Iudiciorum poterit dici, vt extendatur arbitriū S. Consilij, vt si nolit non teneatur easdem regulas obseruare, quia Supremus Senatus potest omnes dilationes ex causa abbreuiare, etiamsi per ordinationes terminus esset pręfixus, ad instar Principis, *l. 2. ff. de re iudic. Imol. in cap. ex ore num. 8. De his, quæ fiunt à maiori parte capituli*, vt post *Rebuffum* tradit *Dionysius Gothofred. in praxi ciuili lib. 1. tit. 9 de senator. in rubr. de priuileg. Curiar. vers. Duodecimo fol.* 509. idcirco in S. Consilio, seu Principis Suprema Curia omnes iuris sollemnitates dicuntur sublatæ *Gloss. notabilis in l. 1. §. si quis argentum, ff. depositi in verb. iuranti*, quam extollit *Roman. in l. non solum, §. sed probari ff. de nou. oper. nunc. Cabed. dec. 72. n. 2.* & dixi infra in *præf.* 16. *num.* 19. Sicut in Camera Imperij omissio ordinis iudiciarij non attēditur *Mynsinger centur. 4. obseru. 62.* & confirmat *Staiban. resol. 55. nu. 51.* & *resol. 111. nu. 1.* & in his casibus procedere possunt adductæ rationes, ne sc. Magister Iustitiarius legem imponat Supremæ Curiæ *Muscatell in praxi part. 1. Gloss. pertitur nu. 58.* licet etiam alias, & sępius eisdem Ritibus solet S. C. se conformare, vt in casu proposito per *Thor. in part. 1. comp. dec. in verb. petitio restitutionis*, vbi Sacrum Consilium nostrum negauit restitutionē in integrum, in causis ciuilibus post conclusionem in causa, sic disponente *Ritu* 286. *ita Pulnerin. in d. Ri-*

d.Ritu, & notat *Annichiu.de prouent.instrum. cap.3.quæſt.5.num.16.* Sed circa alios Ritus, qui priuilegia continent, & iuriſdictionem concedunt, vt ſunt *Ritus* 228. vbi omnibus Curialibus priuilegiũ fori cõceditur, vt ſcilicet trahant omnes exteros ad noſtras Curias, huius Ciuitatis, & non trahantur à Curijs inferioribus, & *Ritus* 301. qui Neapolitanos ab omnibus Curijs noſtri Regni, tam in cauſis ciuilibus, quam criminalibus eximit, & iuriſdictioni ſolius M.C. ſubicit. Similiter, vt delicta Officialium à ſola Magna Curia cognoſci debeãt, per *Ritus* 4.49 & 61. & quod nulla alia Curia, præter Magnam Curiam cognoſcere valeat cauſas liquidationum inſtrumentorum per *Ritus* 54. 55. & 202. atque, vt cognoſcere valeat de cauſis Titulatorum, & Baronum noſtrum Regni, vt in *Ritu* 46. & etiam de feudis, vt in *Ritu* 50. quomodo enim dicere poſſumus, vt non debeat S. Conſilium attendere iſtos Ritus, & aliter in prædictis caſibus occurrentibus, contra voluntatem ſtatuentis iudicare? hoc enim modo eſſet derogare tot priuilegia à dicta Regina conceſſa. Et circa alios Ritus, qui iuri naturali, & communi concordant, quis dubitare poterit, quod non ſint attendendi, nam videmus in *Ritu* 67. materiam reconuentionis Clericorum, vt poſsint reconueniri per eadem Curiam „ etiam laicalem coram qua ipſi Clerici comparuerunt „ iſte enim ritus, iuri ciuili, & canonico concordat, Iuri ciuili dixi per *tex. in l. cum Papinianus* 14. *C. de ſent. & interloc.* ibi: *Cuius enim in agendo obſeruat arbitrium, eum habere & contra ſe Iudicem in eodem negotio non dedignetur;* Iuri canonico conſonat in *cap. ſi Clericus laicum* 5. *& cap cum ſit generale* 8. *de foro comp. c.1. de mutuis petition. c.1. 5. cuius enim in agendo 3. qu.8. Afflict. deciſ.* 173. *Sanfel.dec.* 184. & multi alij Ritus ſunt qui à iuribus fuerunt deprompti, ſi enim non deberet S.C. illos attendere, tot legibus repugnaret, igitur benè dixi, quod tantum arbitrium eius verſetur circa obſeruantiam Rituum telæ Iudiciariæ, non aliorum, qui priuilegia continent, iuriſdictionem concedunt, & iuribus conſonant.

Circa vero conſtitutiones noſtri Regni dixerunt Regnicolæ, non debere noſtrum Sacrũ Conſilium illas generaliter obſeruare, niſi
10 quando ei videbitur, ita *Freccia in tract.de præſent.inſtrum.part.15.à num.7. Thor. part. 1. in comp.deciſ.in verb.Ritus M. C. pag.* 489. *Annichin.de prouent.inſtrum.cap.3.q.5.n.12. Dom Reg.Petra in Ritu* 288. *num.* 83. *tom.* 4. alijque ab iſtis citati.

Sed hæc aſſertio ſic generaliter ſumpta, nec etiã erit generaliter intelligenda, quia præ-
11 dictæ conſtitutiones latæ fuerunt à Frederico Secundo Imperatore, tunc huius Regni Rege, & Domino, quas vti leges præcepit in Regno Siciliæ obſeruari, vt idem Imperator mandauit in prima ſua conſtitutione incipiente *poſt mundi Machinam verſic.præſentes*, ibi: *Inuiolabiliter ab omnibus in futurum præcipimus obſeruari*, ideo dicuntur Principum placita, quæ ſub nomine Conſtitutionum veniunt, vt in *l.1.§.hæc ſunt, ff.de conſtit.Princip.* & leges ſunt, & pro lege ſeruari debent, *l.2.§.itaque, ff.de orig. iur. & in tit. inſtit.de iure natural. §.ſed, & quod Principi*, cũ hac differentia, vt ſi latæ ſint ab Imperatore pro vniuerſo Imperio, à qualibet gente Imperio ſubiecta obſeruandæ erũt, vt in *auth.Vt omnes obed.Iud.prouin. §. hoc conſiderantes*, & ideo dicuntur leges communes, quia per totum Orbem circumferũtur, ſed ſi latæ eſſent à Principe, vel Rege non recognoſcente ſuperiorem, qui eandem poteſtatem habet in ſuo Regno leges condendi, *l.non dubito, §. liberi.ff.de capt. & poſtlim.reverſ.* etiã ſi contrariæ ſint communi iuri Romanorũ, vt in *l.poſtliminiũ in princ. ff. de capt. & poſtlim.reverſ.* tales leges in ſuo Regno ſolum ſeruãtur, dixit *Gloſſator in proem.d.conſtit. circa princip.* & ita ordinauit idem Fredericus Imperator, qui prædictas conſtitutiones in Regno Siciliæ tantum voluit, mandauitque obſeruari, vt dicitur in *d. conſtit. Poſt mundi Machinam, §.præſentes*, quia iſtas fecit vti Rex noſtri Regni, non vti Imperator.

Quibus adde, quod prædictæ conſtitutiones in noſtro Regno dicuntur iura commu-
12 nia, *Afflict. & in prelud. conſtit. quæſt.1. num.1.* ſicut in quolibet Regno, vbi ordinatæ fuerunt, tam reſpectu perſonarum, quam reſpectu bonorum intra ipſum Regnum exiſtentium tradunt *Andreas in cap.1.de feud.ſine culp. non amitt. & in cap. 1. circa fin. De eo qui ſibi, & hæredib ſuis, vbi Liparu.lit.S.Franc. deciſ.*102 *num.*21. & poſt *Gamam, Valaſc.Cabed.* & alios, *Barboſ. in leges, C. de legib. Pheb. dec.71.num.17.part.1. Themud.dec.* 59. *par.1. num.13. Pereyera deciſ.2.num.3. & deciſ.65. pag.339.nu.3.ad fin. Pellicc. in Conſuet. Anerſan.cap.10.num.222. Lofred.conſ.39.num.16. Rouit.conſ.1.n.1.vol.1. Martian.diſp.89. n.29. tom.2. Reg de Philippo diſſert.fiſcal.22.num.19.* Sicut ab Hiſpanis iura illorum Regnorum iura communia appellantur ex *l.4 tit.12.lib. 1.non.recompil.* ibi; *De los derechos communes de nuoſtros Regnos, Barboſ.in proem. Cod.* in *rub.de emendat.Cod.num.*6. licet reſpectu iuris Romanorum, quod eſt commune vniuerſi Orbis dicantur iura particularia, propterea ius commune Romanorum ceſſabit, in omnibus illis caſibus ſpecialiter prouiſis de iure conſtitutionum Regni, ex illa regula, quod ius ſpeciale magis attenditur, quam ius cõ-

mune

mune vniuersale, *cap. generi de reg iur. in 6.* sed quãdo aliquis casus non reperitur in iure speciali decisus, ad ius commune recurrimus, *cap. 1. de feud. cognit. cap. 2 de consuetud. l. 1. & ibi DD. C. quæ sit longa consuetudo*, *Pellicia d. cap. 10. num. 225.* ex his enim videtur dicendum, quod ex necessitate tenentur nostrum Sacrum Consilium attendere constitutiones prædictas, vti nostras patrias leges.

Erit igitur concludendũ assertionem prædictorum nostrorum Doctorum esse intelligendã, quando ageretur de aliquo casu non expresso in prædictis constitutionibus, & hoc casu
13 nõ tenetur nostrum S. Consil. constitutiones per viam extensionis attendere, ex illa vulgata ratione, quia prædictæ constitutiones sunt stricti iuris, ideo omne omissum non comprehenditur, ex *l. constitutionibus, ff. ad municipalem* puntualiter *Andreas de Isernia in constit. prosequentes pag. 176. Afflict. in constit. pœnam eorum, & decis. 204. num. 6. Ferdinand. Mantuta disquis. iur. 2. num. 44. Io: Anton. de Nigris in proem. cap. Regni n. 36. & seq. Gramatic. dec. 28. num. 29. Merlin. controu. for. 47. num. 10. tom. 1. & controu. 26. nu. 6. tom. 2.* & in hoc casu loquuntur Doctores supra allegati, & præcipuè, *Thor. in dicto tom. 1. compend.* quando vero non agimus de materia correctoria iuris communis, pro certo concludo, deberi à nobis constitutiones prædictas obseruari, sicut ordinauit dictus Imperator Fredericus in *d. constit. Post mundi Machinam s. præsentes.*

PRÆSTANTIA XVI.

Præstantia Sacri Consilij Neapolitani est, vt iudicet summariè, & de plano, sola facti veritate inspecta.

SVMMARIVM.

1 *Veritatis plures Principes fuerunt Osores.*

2 *Plato Philosophus, quia Dionysium Tyrannum animaduertebat, fuit vti Mancipium viginti minis venditus.*

3 *Cambyses Persarum Rex suasus à Preiaspe suo Consiliario, ut parcius biberet, arci spiculum in pectus filij Priaspis infixit.*

4 *Alexander Magnus Callisthenem inhumaniter perdidit, quia ab eo de suis vitijs reprehendebatur.*

5 *Moyses dum ad Populum mittebatur, nullam excusationem adhibebat, cum ad Pharaonum accedere rogabatur, se excusabat.*

Principes Christiani veridicos Consiliarios non respuunt.

6 *Litibus, vt fuit imputantur Reges nostri in cap. de testantes, & in ritibus 288. & 289 statuerunt, vt ex defectu omissæ sollemnitatis iudiciariæ, processus non possint nullitatis vitio affici, dummodo liqueat de veritate.*

7 *Lites in omni Principatu semper extiterunt, & de multis regionibus discurritur.*

Ægiptiorum genus contentiosum vituperatur.

Hispania multis litibus abundat.

8 *Galliæ pessimus constitutionis influxus est, vt maximus Gallorum numerus in litibus sit occupatus.*

9 *Germania nutrit lites immortales.*

Treuerensis Saxoniæ, Vuesphaliæ, Pomeraniæ, Hassiæ, Bataviæ, Brittaniæ, & Sueciæ Regiones, sunt omnes in litibus inuolutæ.

10 *Italia ex magna litium molę depressa, laborat.*

Romana Curia lites diuturnas fouet.

11 *Lites fouendi labem à Curia Romana in Germaniam fuisse propagatam, somniarunt Germani.*

12 *Æthiopia felix pronunciatur, quia nullas habet lites.*

India pacifica appellatur, quia non lites, nec forum habet.

13 *Capitulum Regni detestantes, non loquitur de Sacro Consilio, sed in eo comprehenditur.*

14 *Sacrum Consilium Neapolitanum, preter capitulum Regni* Detestantes, *habet de iure hanc prerogatiuam, procedendi simpliciter, & purè, sola facti veritate inspecta.*

15 *Prestantia Sacri Consilij procedendi summariè, & de plano sola facti veritate inspecta excelsa est, quia ea solum vti possunt Papa, & Imperator.*

16 *Sacrum Consilium procedit omni sollemnitate remota.*

17 *Causæ, quę agitantur in Sacro Consilio non omnes sunt summariæ, licet procedatur in eis summariè, & de plano.*

Causę summarię non requirunt scripturas, & sufficit in eis semiplena probatio, vel vnus testis, licet non exceptione maior, vel simplex iuramentum.

18 *Libelli ineptitudinem non respicit Senatus, nec curat de sollemnitate iuris omissa.*

Curia Galliæ non curat de ordine iudiciario.

19 *Contestationis litis, & publicationis testium defectus, non attenditur in Supremo Senatu.*

20 *Probationes post conclusum in causa fieri possunt in Supremo Senatu, sed in alia Curia non permittuntur.*

Testes possunt recipi in Suprema Curia post didicita testificata.

21 *Pragm. 52. de offic. S.R.C. non obseruatur.*

Scripturę præsentantur, & Beneficia conceduntur personis priuilegiatis in nostro Sacro Consilio, etiam post conclusum in causa, vel causam introductam.

22 *Terminus ad concomitandum scripturas publicat, sed etiam priuatas præsentatas post* com-

concluſum in cauſa, conceditur in noſtro Conſilio Neapolitano.

23 *Probationes veriſimiles ſolet attendere Supremus Senatus, reiectis legitimis probationibus.*

Probationes omnes ſunt arbitrariæ in Supremo Senatu.

Teſtes recepti ſuper monitorio non citata parte faciunt aliqualem fidem.

24 *Exequtionis ordo traditus à l. à Diuo Pio, eſt arbitrarius in Supremo Senatu procedente ſola facti veritate inſpecta.*

25 *Actiones contrarias cumulare in iudicio arbitrarium eſt Supremo Senatui procedenti ſummariè, & veritate inſpecta.*

26 *Exceptionem reſeruatam ad merita cauſæ, ſicut emergentia, & incidentia, poteſt Iudex procedens ſummariè inſimul cum principali cauſa definire.*

27 *Vtile per inutile non vitiatur, in Senatu procedente ſecundam prædictam poteſtatem.*

Exequutio facta pro maiori ſumma quantitatis debita, ſubſtinetur pro quantitate vera debita in Supremo Senatu.

Exequutio facta contra Nobilem non oſtenſis literis exequtorialibus, iuxta ſolitum noſtrum ſtylum ſubſiſtit in noſtro Senatu.

28 *Præſcriptionis exceptio, vti iniquum præſidiũ, non admittitur in Supremo Conſilio Regis.*

29 *Sententia poteſt ferri contra mortuum, quando proceditur in cauſis ſine figura iudicij.*

30 *Emphyteuta nouus pro cenſibus præteritis, poteſt tantum conueniri actione hypotecariæ, ſecus in Supremo Senatu procedente veritate inſpecta, ſed tantum ſuper fructibus.*

31 *Excuſſio principalis non debet fieri in Supremo Tribunali procedente ſummariè, & veritate inſpecta.*

32 *Pactum nudum non parit actionem, ſecus in Principis Supremo Conſilio.*

33 *Dominij notorij exceptio admittitur contra ſpoliatum in Supremo Principis Conſilio, agentem pro poſſeſſorio.*

34 *Pactum exequtiuum appoſitum in prima locatione, exerceri poterit in noua recõductione in Supremis Curijs.*

35 *Pactum, vt ſolutio debiti non poſſit probari per teſtes, ſed per ſcripturam non tenet in Supremo Principis Conciſtorio.*

VEritatis plores Principes fuiſſe Oſores,
ſatis notum apud hiſtoricos habemus, &
1 qui illam Regibus, & Imperatoribus paulo
liberius edixerant, pœnas, cruciatus, atque
vltimum excidium experti fuere, legimus
enim apud *Diod. lib.* 15. Platonem illum
Philoſophum Dionyſium Maiorem Tyran-
2 num accerſitum, maxima laude eum dignũ
reputaſſe, quod libertate Philoſopho dignã
eum animaduertiſſet, poſtea vero aliis
veridicis ſermonibus indignatus, animo
prorſus ab eo alienatus, illum vti Man-
cipium in foro expoſitum viginti Minis
vendidit, ſed à ſuis conſocijs redemptus, eum
in Græciam ablegarunt, hęc ſimul admo-
nentes Viro ſapienti, aut rariſsimè, aut ſua-
uiſſimè verſari cum Tyrannis conuenire,
quod etiã refert, *Beyerlinck in theat. vitę hum. in verb. veritas pag.* 81. *lit. D. tom.* 7. Aliud no-
tabile exemplum referunt *Herod. lib.* 3. *Crinit. lib.* 6. *cap.* 2. *Senec. lib.* 3. *de Ira cap.* 14. alij-
que de Cambyſe Perſarum Rege nimis de-
3 dito vino, qui ſuaſus à Prexaſpe, vno ex ſuis
Chariſsimis Conſiliarijs, vt parcius biberet,
iſte, vt demoſtraſſet ſe per vinum à mente
non excidiſſe, atque, vt ſuos oculos, & ma-
nus in ſuo officio poſt vini potum retinuiſſe,
ſequenti die liberalius, quam alias bibit, iuſ-
ſitque Obiurgatoris filium ante ſe colum on
alligatum ſtare, & apprehenſo arcu Ado-
leſcentis cor ſe petere dixerat, inſimulque
arci ſpiculum in tenelli infantis pectus, &
cor inhumaniter infixit, ſic Patris vitium
obiectum vindicando, eumq; pręſentẽ inter-
rogauit, dum hęrens telum in pectus infans
detinebat, an certam haberet manum,
vel tumulentam, atque gravem ex vini po-
tentia demiſſam? at Pater qui maiorem vltio-
nem in ſui excidium aſpexiſset, coactus fuit
Tyrannum placare, Negando Apollinem
potuiſſe ſagittæ ictum certius dimittere,
cuius Icon demoſtrat Eruditus *Io: de Solorzano* Hiſpaniarum Decus in ſuo *emblem.* 49.
Aliud exemplum referam pluribus omiſsis
de Alexandro Magno, qui erga Calliſthenẽ
4 Philoſophum, Diſcipulum, & Conſobrinum
Ariſtotelis excandeſcens illum inhumani-
ter perdidit, quia ſua vitia reprehendebat,
ſed Alexander ex veritatis odio offenſus,
crudelis in Calliſthenem factus, truncatis
eius membris, abſciſsiſque auribus, & naſu,
labiiſque deformatum, cum Cane in Cauea
clauſum circumferri iuſsit, diuque tortũ tan-
dẽ necauit, quam crudelitatem redarguunt
hiſtorici, ſcilicet *Quintus Curtius lib.* 8. *hiſtor. cap.* 16. *Valer. lib.* 7. *cap.* 2. & *lib* 9 *cap.* 3.
& pręcipuè *Seneca lib.* 6. *natur. q. cap.* 23. ita
tale facinus exagerat, vt omnes Alexan-
dri glorias aſſeruit denigraſſe his verbis:
Hoc eſt Alexandri crimen ęternum, quod nulla virtus, nulla bellorum felicitas redimet, &
ſubdit, *Omnia licet antiqua documenta Regumque exempla transierunt, ex his quæ fecit, nil tam magnum erit, quam Scelus Calliſthenes*, quaſi voluerit dicere, vt Victoria Da-
rij, defenſio pudicitię filiarum eius, quę
ſpecioſiſsimæ fuerant, & erga illas conti-
nentia, dominia tam ampli Imperij ab an-
gulis Thraciæ, vſq; ad Orientis terminos ex-
tenſa, & cætera magna faſtigia, quę Alexãdri
nomen ad ſuperos erexerunt, ob tale inhu-

manum facinus ergaCallisthenem deflorata
fuerunt, ex his, & aliis exemplis instructus
Maffeus Barbarinus postea Summus Ponti-
fex creatus, & Vrbanus Octauus nuncupatus
in suis carminibus sapienter dixit:

Fugit Potentum limina Veritas
Quamquam salutis nuntia.

Ideo Moyses dum loqui ad Populum missus
5 fuerat nullam excusationem adhibuit, vbi
vero in Ægiptum ad Regẽ Pharaonem, cum
legatione mandabatur, se circumcisum la-
bijs esse propofuit, & à Pharaone vocem
suam exaudiri non potuisse, dicebat, *Exod.
cap.6.n.31.*

Sed hęc de Principibus Ethnicis, vel Barbaris
leguntur, vt nemo coram illis proferre
audeat, quod animo sentit, sed solum
quod Principibus gratum. Isti enim sunt,
qui videntibus dicunt nolite videre, & aspi-
cientibus nolite aspicere, sed quæ iucunda
sunt loquimini nobis, & placentia, vt apud
Isaiam 30.8. Apud istos veritatem in puteo
latere dixerunt *Erasm. in adag. pag.453.* & *La-
ctantius 3. instit. cap.*28. dum illam odiosam
in aulis habent, at Principes Christiani, à
quibus veritas semper colitur, veridicos
non respuunt, sed liberum ad se vndecum-
que aditum non intercludunt, apud istos
florent hodiè illa Neruæ, & Traiani felicia
tempora, quod de illis, & sentire, quæ velis,
& quæ sentis dicere licuit, refert *Tacit. lib.1.
histor. in princ.* dum iustitiæ lumen eis illu-
cet, & Sol iustitiæ oritur.

Hæc omnia cognoscens Carolus Dux Calabrię
& Primogenitus Regis Roberti huius Regni
Dominatoris, regimina sc. optimorũ Prin-
cipum in administranda iustitia consistere,
& istam non posse exerceri absque cogni-
tione veritatis, ne à suis dominijs exulet,
hac prætiosa gemma nostras Curias, & Tri-
bunalia ornauit, statuendo in *Capit. nostri
Regni* incipiente *Detestantes*, vt ex defectu
omissæ sollemnitatis iudiciariæ, etiam sub-
stantialis, processus non possint nullitatis
vitio affici, dummodo liqueat de pura ve-
ritatis substantia, quod fuit confirmatum
6 à Regina Isabella in nostris *ritibus* 288. &
289. ex hac potissima ratione, vt litibus
finis imponatur, obseruant *Carauita in ritu*
288. *num.* 29. & *Dominus Reg. Petra in*
eodem *ritu* 288. *num.* 24. & 25. *tom.* 4. &
magis expressè asseruit Rex noster Ferdi-
nandus in *pragm.1.* incip. *Odia litium de or-
din. Iudic.* vt concludunt omnes nostri Do-
ctores à dicto *Dom. Petra* ad satietatem col-
lecti.

Semper enim in omni Principatu extitisse li-
tes ab historicis, & experientia edocti su-
7 mus, ideo vituperatur Ægyptiorum genus
contentiosum, & assuetudine perplexitatis
litigandi lætissimum, *Io. Ordeloph. in l. fin.
num.* 107. *ff. de reiuend.* De Hispania dixit
*Ferdinand. Vasquius in l. si quis in suo 33. C.
de inoffic. testam.* quod tam litibus abundet,
vt vix supersint, qui agros colant, & armis
patriam tueantur. Et in Vrbe Granatensi,
seu Vagliadolit plures esse litigatores, quam
Romæ Martires, scripsit *Anton. de Gueuara
in instit. vitæ aulic. cap.*10.

In Gallis pessimos constitutionis influxus, tã-
quam illius Regni peculiaris viget, vt ma-
8 ximus Gallorum numerus in litibus, & ca-
lumnijs exercendis occupatus aspiciatur,
qui forensibus Curijs operam vacat, quasi
illorum ars specialis esset, teste *Seigneur de
Pibrac la 1. remostr. pag.46. Nostre Nation,* in-
quit, *est litigieuse, & contentieuse, plus que
null'autre del Europe*, & addit *Rebuff. super
constit. rub. de frist. appel.* in sola Parisiensium
Præfectura plures esse lites, & processus, quã
tota in Germania, quod confirmat *Bodin. lib.
6. de Republ. cap.2. num* 662. vbi quærelatur,
vix in omnibus Europæ regionibus tot li-
tes concreuisse, quam in Gallijs, & idem
Bodin. apud Besold. lib.2. polit. cap.2. politicè
concludit, operosam illam litigandi artem
in Populo turbulento, qualis est Gallicanus,
necessariam esse occupationem.

De Germania si loquamur ob tot innumerabi-
les, & æternas lites, quibus afficitur, si vi-
9 ueret Tacitus sua scripta retractaret, dum
dixit apud Germanos plus bonos mores,
quam alibi bonas leges valuisse, quid hodiè
diceret, cum aspiceret in Spiræ Camera lites
spirare nunquam expirare, litigantes diũ spe-
rare, nonnunquam adspirare, ob litium diu-
turnitatem, quæ hoc nostro seculo vltra se-
culi spatium durant? Stomachosus etiam
euaderet, videns istos in suis Comitiis ferè
nil aliud agere, quam de sessionibus digla-
diatorijs, & litigatorijs, nil optimum de Re-
publica statuendo, teste *Herman. Kirchner.
de legat. lib.2. cap.5. num.*78. satis denique
miraretur homines esse mortales, lites verò
ibi Immortales *Pruckman. consil.15 num.*120.
& *consil.16. num.47. Fridor. in præfat. process.
Camer. lib.1. §. at vero clamitant, & lib.2. de
mandat. Iud. cap.13. section.*45. Inter alias
etiam Germaniæ Prouincias de Treuerensi
Dioecesi conqueritur *Cusan. lib.3. de Conc. Ca-
thol. cap.*35. & de Saxonia excandescit *Io.
Lauterbac. in princ. Christian. cap.5. num.27.
in fin.* asserens esse fautricem omnium liti-
giorum, & sicut ab Aquilone omne malum,
ita hoc misticum Saxoniæ Aquilonem,
omnes alias Imperij Prouincias superare
ad litium prorogationem, dixit *Theodor.
Graminens in mistico Aquilone par.2. pag.*38.
Wstphaliam ingeniosam, & contentiosam,
Pomeraniam verò prudentem, & litigiosam
appel-

appellat *Leutingerus par.* 10. *com. hiſt. lib.* 1.
de Haſſis conqueritur *Oldendorp. vol.* 2. *com.*
accad. Marpurg. 5. *num.* 3. & de Batauis *Io:*
Goroph. Becan. lib. 4. *hierogl pag.* 63. de Brita-
nia communis refertur verſiculus.

Gallia dat vites, nutrit Brittania lites.

de Regno Sueciæ ſatis emphaticè conque-
ritur *Ericus Olai lib.* 6. *hiſtor. Suec Goth.* qui
dixit, quod taliter legiſteriom in illo Re-
gno practicatur, vt vix inueniatur vnus Ru-
ſticus, qui ſub ſpecie iuſtitiæ conſeruandæ,
& iniuſtitiæ puniendæ non fuerit ab illo
Præfecto iuſtitiæ in pecunia, & rebus tal-
liatus.

Sed quid de exteris Regnis exoticè diſcurri-
mus, ſi noſtram Italiam aſpicimus ſub tot
10 litium mole depreſſam, & laborantem, de
qua conqueritur *Gloſ. in cap. Clericus de foro*
comp. adeo vt non videmus domum, neque
familiam, quam non lis aliqua continuo,
perpetuoq; motu exerceat, atque exagitet,
vt aduertunt *Anton. Faber. in lib.* 9. *C. tit.* 22.
Keller. lib. 2. *de offic. iur. polit. cap.* 7. *pag.* 321.
vnde Italia olim Prouinciarum Regina,
nunc domi ſerua, & litium officina aſpicia-
tur, dicunt *Paul de Citadin. in tract. de iure*
patron. par. 6. *num.* 4. *& Cæſar Lambertin. in*
d. tract. cap. 1. *num.* 10. Specialiter ſatis em-
phaticæ, & imprudenter plures euomunt,
de Curia Romana, in qua lites protelantur,
& fiunt immortales, notant *Paul. de Caſtro*
in l. ordinarij in 2. *col. C. de rei vindic. Bartol.*
in l. ſtipulationes non diuiduntur ff. de ver-
bor. obligat. vbi dicit, quod expectant Re-
gem Saxonum *Reiger in theſaur. iur. in verbo*
lis num. 2. dum nec Patris, nec filij, aut
Nepotis vita terminantur, & certè aliquod
remedium adaptari deberet à Summo Pun-
tifice, vt lites in Rota Romana eadem ver-
tigine non rotent, dum videmus, & pudet
referre, quod appellationes, reclamationes,
& reuiſiones, vel ex iuſtitiæ, vel gratiæ re-
ſcriptis non bis, ſed alternis vicibus, ob ni-
miæ benignitatis abuſum obtinentur, *An-*
ton. Maſia Galleſ. de oblig. Camer. fol. 346. de
quo ſtrepitant Germani, qui appellant Ro-
manam Curiam litium fautricem, atque
Nutricem, ex cuius labe fuiſſe infectam Gal-
liam ob translationem Sanctæ Sedis ad Ci-
11 uitatem Auenionenſem, atque eius diutur-
num ſtylum ad Germaniam propagatum,
ſomniarunt *Franc. Hotoman. in Franc. Gall.*
cap. 20. *Duaren. lib.* 1. *de Sac. Eccleſ. min. cap.* 4.
& Iurga Valentin. in parthen. litigioſ. lib. 1. *c.* 1.
nu. 35. *in fin.* rogandus erit igitur Deus, vt
quemadmodum poſt deuictos Barbaros, in
ſcholis germana iuriſprudentia dignitati
ſuæ fuit reſtituta, ſic & in iudicijs, & Cu-
rijs priſtino nitori reddatur, cum illis ap-
pellationum, & ſupplicationum tempori-
bus, quæ leges Imperiales diù ordina-
tæ cũceſſerunt, tardè enim iuſtitiam admi-
niſtrare, & planè non adminiſtrare, paria
veteres eſſe iudicarunt *Hippolit. de Marſil.*
de fideiuſſ. num. 385. & ſeq. vt ſic à capite pro-
cedendo cætera membra idem exemplum
ſuſciperent, & hoc modo Principes Populos
ſubleuarent, illoſque in pace detinerent.

Quis enim omnium Regionum quærimonias,
lamentationes, & vlulatus ferre poterit, cõ-
queritur enim vniuerſa gens de litium ci-
12 uilium, & criminalium diuturnitate inquit
Faber. in lib. 9. *C. tit.* 22. *in princ* ſolam Æthio-
piam felicem pronunciant, quia nullas ha-
bet lites, ſi credimus *Bodin. lib.* 5. *de Republ.*
cap. 1. *num.* 511. ex ore Franciſci Aluarez, at-
que Indiam pacificam appellant, quia nec
lites vllas, nec forum habet, affirmant, *Gre-*
gor. Tholoſan. lib. 47. *ſyntagm. cap* 1. *num.* 11.
& Theodor. Zuinnger in theatr. human. vol. 18.
lib. 1. Sed quia oportet eſſe lites, cum iſtæ
naſcantur ex malitijs hominum, non minus
ac infirmitates ex corporum prauis humo-
ribus, idcircò quouſque fuerint homines, re-
gnabũt lites dixit *Ouien. lib.* 2 *epigr.* 60. *p* 58.

Lis genuit leges, legum lis filia, viui
Non ſine lite ſolet, nec ſine lege poteſt.

ideo hoc genus hominum licet ſemper dam-
nabitur, attamen ſemper retinebitur, prout
de Aſtrologis dixit *Cornel. Tacit.* & poſt eum
Anton. Faber. in lib. 9. *Cod. tit.* 22. Si ergo non
poſſunt lites penitus extirpari, debent ta-
men Principes hũmano more illas abbreuia-
re, & minuere, vt minus quam poſſint le-
dant Reipublicæ ſtatum, & hoc agere pro-
curarunt noſtri Reges, cum in Capitulis Riti-
bus, & pragmaticis noſtri Regni ſtatuerunt
cauſas ſummariè agitari, & ſola facti verita-
te inſpecta iudicari.

Sed eſt notandum, quod *d. Capitulum deteſtan-*
tes, & d *Ritus M. C.* 288. loquuntur de Iudi-
13 cibus M. C. V. quos Conſiliarios appellant,
& familiares, & eis præceptum iniungitur
procedendi ſummariè, & ſola facti veritate
inſpecta, de noſtro Sacro Conſilio non lo-
quuntur prædictæ ſanctiones, quia tunc tẽ-
poris non erat Sacrum noſtrum Conſilium
inſtitutum, vt pluries dixi ſupra, propterea
erit dicendum, quod ſi noſtri Reges Curias
inferiores voluerint hac prærogatiua de-
corare, maiori ratione debemus dicere Su-
premum noſtrum Senatum hac excellentia
fulgere.

Sed melius dico, Supremum Conſilium abſq;
vlla poteſtate extrinſecus conceſſa, habere
14 hanc præeminẽtiam procedendi in cauſis
ſummariè, & ſola facti veritate inſpecta, co-
ram ſe vertentibus, reiectis ſollemnitatibus
& ſubtilitatibus iuris *cap. dilecti de iudic.* ibi:
Sed ſimpliciter, purè factum ipſum, & rei ve-

ritatem inueſtigare curetis, clem. paſtoralis de ſentent. & re iudic. cap. ad Apoſtolicæ eod. tit. lib. 6. Nam ipſe Imperator in l. fin. C. de legib. vacuam ſubtilitatem riſu dignam æſtimauit Bart. poſt Cynum in l. vnica C. vt quæ deſunt Aduocati in fin. Bald in l. humanum C. de legib. Guid. Papè dec. 116. & q. 58. & qu. 198. & qu. 369. Decius conſ. 200. in fin. quia Senatus ex ore Principis, & ipſius nomine iuſtitiam adminiſtrat, Princeps verò vt Deus, qui eſt ipſa veritas, l. fin. C. de ponder. lib. 10. Bald. in cap. 1. §. inueſtituram de noua forma fidel. tradunt Maranta in ſpecul par. 4. diſput. 9. num. 18. Franc. de Petris conſ. 34. num. 3. & ſeq. & n. 10. & de hoc noſtro Regno teſtantur Caſtill. dec. Sicil. 98. nu. 4. Graſſus de exception. exceptio 10. num. 49. Quod etiam dicas procedere in cauſis criminalibus; quæ ſunt etiam iudicandæ ſola facti veritate inſpecta, Mend. in praxi par. 2. lib. 5. cap. 1. nu. 46. Guttierez practic. lib. 1. qu. 98. Pegas contr. for. cap. 2. num. 35. quod in Regno noſtro non controuertitur per noſtrum Ritum 289. vbì Regina Iſabella ſic statuit tàm in cauſis ciuilibus, quam criminalibus obſeruari.

Ex his cognoſcitur PRÆSTANTIA noſtri Supremi Senatus, quia licet iſta conceſſio ſpe-
15 cialiter tributa ei non fuit per noſtras patrias ſanctiones, procedendi ſummariè, & de plano, adhuc ex ſua inſita, & intrinſeca qualitate illam exêrcet, & maior aſpicitur excellentia ſi conſideremus, quod nullus magiſtratus poterit hac excelſa, & ſuprema dignitate vti, præter Papam, & Imperatorem l. nec quicquam §. de plano, & §. decretum ff. de offic. Proconſ. ita Innoc. in c. olim de accuſ. Maranta in ſpecul. par. 4. diſtint. 9. num. 3. Speculator in tit. de legat. §. ſupereſt videre, verſic. ſed numquid legatus, vbi concludit, quod legatus Papę committere debeat cauſas, & ipſas cognoſcere iuris ordine ſeruato, qui allegat tex. per argumentum in cap. venientes extra de iure iurand. Io: de Anania in cap. fin. de heret. in 6. Zabarel. in clem. diſpendioſam de iudic. Imo etiam Delegatus Papę, licet de latere hoc facere non poteſt, Glo. in c. fin. de heretic. in 6. Angel. de Aretio in l. 3. § interdum ff. à quibus appellare non licet, & ex his vide poteſtatem prædictam, quam in dies exêrcet noſtrum Sacrum Conſilium, eſſe tam ſublimem, quam ſolam exercent Summus Põtifex, & Imperator, & hanc etiam exercet Curia Parlamenti Pariſienſis, vt dixit Guido Papè qu. 198.

Propterea dixerunt DD. quod quotieſcumque committitur cauſa ſola facti veritate inſpecta determinanda, intelligitur facta commiſſio cum poteſtate procedendi manu regiâ Maranta dicta par. 4. diſtintione 9. num. 8. Oſaſch. dec. 1. num. 30. verſ. ſubdens, qui citat Iaſon. in l. certi conditio § ſi nummos nu. 33 col. penul. poſt med. ff. ſi cert. pet. Mandoſ. conſ. 96. num. 5. Grammatic. deciſ. 25. num. 9. alioſque, quos refert Gratian. diſcept for. cap. 322. num. 1. licet ipſe à num. 2. non vidatur hoc approbare, ponderando DD. pro hac concluſione citatos, dicens, quod loquantur in ſtatuto, ſeù commiſſione ordinante procedi de facto, quod intelligatur poteſtas conceſſa procedendi manu regia cum Bart. in extrauag. ad reprimendam in verb. videbitur in fin. num. 12. & in l. ſi ſocietatem §. arbitrorum ff. pro ſocio, Aretin. conſ. 84. diligenter ponderatis col. 3. in fin. nu. 3. Natta conſ. 585. in fin. Card. in clem. ſæpe §. non ſic tamen col. penul. in princ. n. 6. qu. 2. num. 5 & qu. 4. de verbor. ſignific. aliique citati à d. Gratian. loc. cit. num. 14. qui in num. 15. etiam impugnat Corneum conſ. 218. num. 4. col. penul. in princ. verſ. dicitur enim lib. 1. aſſerentem, quod verba commiſſionis, vt quis procedat ſola facti veritate inſpecta, idem ſignificat, ac ſi dictum eſſet, quod de facto procedat, & dicit, quod nulla ratione loquatur. Sed talis poteſtas procedendi ſummariè, ſiuè importet poteſtatem procedendi manu regia, ſiue nõ, tamen apud omnes certum eſt, quod vtraque poteſtas procedendi de facto, vel ſola veritate inſpecta, intelligatur conceſſa, prout de iure Roman. conſ. 248. ex ſententia n. 3. qui loquitur de clauſula de facto, ex quo deducit idem Gratian. d. cap. 322. nu. 17. argumentum à maioritate rationis, dicendo, quod ſi habens poteſtatem procedendi de facto debet iudicare de iure, multo magis qui habet facultatem iudicandi ſola veritate inſpecta, quæ minor eſt. Poteſtas enim de facto procedendi extenditur, vt poſſit procedere præter legem, non contra legem, Lapus alleg. 128. num. 4. & ibi Mandoſ. in addit. in verb. præter legem Roman. d. conſ. 248. poſt med. verſ. tertio dicitur num. 3. nec verba de facto operantur, vt poſſit iudicari contra ius naturale, nec tolli deſanſio, nec contra æquitatem naturalẽ iniquum, ant doloſum fieri, Gratia. loc. cit. n. 16. quia lios refert.

Aduerte in hoc, quod licet procedatur in omnibus cauſis S.C. ſummariè, & deplano, non
17 tamen omnes cauſæ ſunt ſummariæ, & patet, quia in cauſis ſummarijs proceditur ſine ſcriptis Menoch. de arbitrar. qu. 18. Nec reprobatio teſtium habet locum in cauſis ſummarijs, Afflict. dec. 351. ſicut etiam in iſtis ſufficit ſemiplena probatio, Bart. in l. 3. §. cauſæ ff. de carbon. edict. Oſaſch. dec. 38. & etiam vnus ſufficit teſtis Couar. pract. cap. 6. dummodo ſit omni exceptione maior, & quod ſit talis debet articulari, & probari, Bart. in l. 1. §. ſi quis neget ff. quemadmodum teſtam. apert. Imo cum iuramento partis poſ-

ſunt

ſunt cauſæ ſummariæ terminari *Guid. Papè dec.64. Riccius collect.1212. Nouar. ſection. 2. quæſt.43.* quæ omnia,& ſimilia non practicantur in noſtro Sacro Conſilio,& ideo dixi, quod non omnes cauſæ ſint ſummariæ, ſed procedatur ſommariè, & ſola facti veritate inſpecta.

Ex hac excellenti prærogatiua,qoa fulget noſter Senatus Neapolitanus, vt valeat procedere ſummariè, & de plano ſola facti veritatè inſpecta,plures reſulraut ad praxim iuris effectus, quos ſcripſerunt *Iaſon in l. ſi ſtipulatio §.Griſogenus num.36. ff.de verb. obligat. Gayll.pract.obſeru.lib.1.obſeru 42.nu.2. Hippolit. de Marſil. ſingul.494. & 243. Dom.Reg. Petra in ritu* 288. *à num.*26. & cæteri noſtri Regnicolæ,quorum principaliores narrabo.

Et primos erit, vt vigore d. facultatis Supremus Senatus non debeat curare de ineptitu-
18 dine libelli, vel de iuris ſolemnitate omiſſa, *clementina ſæpè de verborum ſignificatione Guid.Papè quæſ.347. Gloſ.notabilis in l.1.§.ſi quis argentum ff. depoſiti in verbo iuranti*, quam extollit *Roman.in l non ſolum §.ſed probari ff. de non. oper. nuncup & in conſil.*497. *Conſ. Staiban. reſol.*150. *num.*23. *tom.*2. qoi omnes citat, & non ordinem iudicij, ſed iuſtitiam proſpicit, *Staiban. reſol.*55.*nu.*51. *to.*1.*& reſol.*111.*tom.*2.per prædictam enim poteſtatem omnes ioris ciuilis ſollemnitates cenſentur ſublatæ *Alex. conſ. 6. vol.3.* & ſolum ſecondum ios geotium lis deciditur ex vi d.clauſulæ *Bart.in extrauag. ad reprimendum in verb. videbitur, Iaſon in l. certi conditio § ſi nummos num.33.ff.ſi certum pet. Cabed.dec.72. num.2.Marant.d.diſtin.9.n.8.*

Et ideo nos dicimus, quod Sac. Conſilium procedat omni ſollemnitate remota *Thomas Grammaticus dec.76.fol.115.at.num.33.Lanarius conſ.79.num.11. Staiban. reſolut.150. num.21.tom.2.Taſon.in pragmat. de anteſ.ito verſ.3.obſeru.3.nu.68. in fin. Hoder. controu. forenſ.cap.* 19. *num.* 23. quia ſcilicet, vti Iudices ſuperiores, eius Conſiliarij debent attendere ad veritatem, non ad ſubtilitatem *Franc.dec.220. num 5. Lanar. d.conſ. 79.num.11.Reg. de Ponte conſ.83.num.4.vol.2. Merlin.controu for. c.84. num.46. Capyc.latro dec.108.num.50. Muſcatell.in praxi tit.de appellat.par.1.Gloſ.proſequendum n.98. la arotta diſco.for.c.16.n.16.*ſufficit enim narratio facti,& talis qualis petitio,quia corā Principe non requiritur exactus ordo iudiciarius *Angel.in l.omnium Cod.de teſtam.* & non curatur de apicibus iuris,ſed ſolū, ſi quod agitur ſit verum *l.ſi ſi le iuſſor § quidam, & l. quintus & ibi Bartol ff mandati Felin. in cap.in cauſis de re iudic.Iacob. de S.Giorgio in tract.feudal. in verb.Princeps, Iaſon in l. certum col. penul. C.unde legitimi, Surd.conſ.*324. *num.*2. *in fin. lib.*3. Et idem obſeruatur in Suprema Curia Galliæ,vt nou curētur de ordioe Iudiciario, vel de ineptitudine libelli, dixit *Gulielm.de Benedictis in cap. Raynutius; & Degraſſalius de Regaliis Franciæ §. tertio eſt notandum fol.* 169. & fuiſſe ſancitum per ordinationē Regis Philip.Pulchri,de qua meminit *Stephan. de Aufrer. in tit. de libell. oblatio* Sicut in Camera Imperij omiſſio ordinis iudiciarij, nou attenditūr, ſi de meritis cauſæ conſtet, *Mynſinger.centur.4.obſeru.*62.

Ex quo deducitur, quod ſi Iudex deficiente aliqua ſollemnitate fecerit adiudicationem alicuius rei, vel rem vendiderit,ſed conſtat de vero debito, itaut ſi non eſſet facta de nouo concedenda eſſet, tunc non poterit reuocare ſententiam iam expletam, per dictum *tex.in l.fin.§.fin.in 2.reſpon.ff.quod metus cauſa*, & notat *Angel.in §.ſi finita in princ.ff.de damno infecto.*, qui loquitur de inualiditate tenutæ reuocari petitæ, & quia conſtabat de vero debito, itaut de nouo concedenda eſſet niſi eſſet facta,ideo reuocandā non iudicat, quem ſequitur ibi *Alex.* & idem confirmat in *conſ.81.num.5.vol.6.num.15.*omnes congerit *Neguſant. de pignor. in 2. memb. par.3. num.23 per d tex.in d. l.fin.* & eſt notabile *Decij conſ.*449.qui ita conſuluit in cauſa,vbi allegabatur nullitas ex defectu relationis Nuntij,Commiſſionis Iudicis, & aliarum ſollemnitatum,& faciunt iura *in cap.bona de electiion. & in cap.cum inter nos de ſent. & re iudic.* vbi veritas geſtorum ſermonibus præualet.

Nota tamen in hac materia ineptitudinis libelli, quod actor, qui libellum editum mutare deſiderat, Reo petenti expenſas quas ex ea cauſa fecit,refundere cogatur, *l.eum quem 79.in princ.ff.de Iudic.Gloſ.& DD.in l.3.de aedend.Han ton. de iudic. ordin. par.1. tit. de oblat. libell.* alijque quos refert, & ſequitur *Io. Harppreſt. in §.fin minus 34.num. 25.inſtit de action.tom.4.*

Secundus erit effectus procedendi ſummariè, & ſola facti veritate inſpecta, vt non curetur
19 de defectu conteſtationis litis,vel publicanis teſtium *cap.Ad petitionem de accuſat.* vbi *Felin.clement.ſæpè de verbor ſignific.* vbi *DD.* & in *c.1.de litis conteſt. Bart.in l.dies cantionis § penult. in 7. qu. ff. de damno infecto*, & in *extrauag. ad reprimendam Zabarella in d. clem.ſæpè qu.23. & 24. Guido Papè qu.369 & qu.58.* & fuſè in *qu* 586. *Decius conſ.11. tom.1.* præſertim in Supremo Conſilio, cui talis poteſtas fuit tributa, vt non requiratur litis cōteſtatio,nā ſupplicatio,quæ Principi porrigitur litis conteſtationis vim obtinet, *l.1.& 2 C.quando libell.Princip.dat. Duaren. de poteſt Præf.&.Prator.cap.3. Surgente de Neap.illuſtr.cap.18 num.11.*

Ter-

Tertius erit effectus eiuſdem poteſtatis, vt licet
in alijs Curijs probationes non permittan-
20 tur fieri poſt concluſum in cauſa, *Marinc Giu bq dec.ciuil.14.num.14. Farinac. de teſtibus qu.75.num.269. Cancer.par.1.var.cap.20.de teſtib.num.26.* attamen Suprema Curia nunquam claudit aures partibus circa probationes, ſi aliquo modo poſſint illæ admitti *Fontanell.par.2.dec.371.num.6. Cacheran.dec.Pedam.1.num.10.25. & 26.* & ex eadem ratione poſſunt repeti teſtes in noſtro Supremo Senatu etiam poſt didicita teſtificata, quamuis alij de nouo miſceantur, vt fuiſſe practicatum in ſuo Senatu refert *Theſaur. dec. 28.* quem ſequuntur *Fontanella de pactis nuptial.clauſ.4.Gloſ.18.par.4.n.115. Dom.Hodier.ad Surd.dec.59.num.12.* Et poterit Judex ex officio ſemper recipere probationes teſtium, & ſcripturarum, *Franch. dec.371. Ranchin.ad Gui d.Papè dec.204. Sanfelic.dec.312. Luca ad Franc.dec.631.nu.3.*

Idcircò cum fuerit in noſtro Regno emanata *prag.52.de officio S.R.C.* vbi diſponebatur,
21 quod poſt appoſitam tabellam cauſarum expediendarum in Valuis aularum, poſſint litigantes infra horas vigintiquatuor tantum exhibere ſcripturas, & beneficia quæ eis competunt petere, quo tempore elapſo non debeant partes amplius audiri ſuper nouis ſcripturis præſentandis, & probationibus faciendis, & quia tale ſtatutum deſtruebat poteſtatem prædictam noſtri S.C. cognoſcendi cauſas ſecundum veritatem, & ſummariam cognitionem, ideo talis *prag.* receſſit ab aula, vt de eius inobſeruantia teſtatur *Reg.Ronit. in d.prag.52.* & licet tempore Præſ.de Franchis poſt cauſam introductam ſcripturæ non præſentabantur, ac beneficia non concedebantur, vt fatetur idem *Franch.dec.261.num.9.* & 10. tamen contrarium dixit *Minad.dec.15.* & idem *Reg.Ron.in d prag.52.* fatetur, quod aliquando poſt cauſam introductam, S.C. conceſſit beneficia pupillis ad pinguius probandum. Imo nos practicamus in S.C. ſcripturas recipi etiam poſt concluſum in cauſa, & tempore expeditionis ipſarum in Aula S.C. ſiuè publicæ ſint, ſiuè priuatæ, vt etiam teſtantur *Giazarell.dec.41.in princ. & Reg.de Marin.in obſer. ad Reg.Reuert.dec.210 num.1. Luca ad Franc. dec.631.à num.1. Dom.Petra in ritu 288.nu. 121.tom.4.* & in ſuo Senatu virtute dictæ clauſulæ dicit obſeruari, *Cacheran. dict.dec. 1.num.29.* & licet noſtri *Ritus* 238. & 239. contrarium diſponant, tamen ob præſtantiam Sacri Conſilij, & virtute d.*pragm.* Reginæ Iſabellæ ordinantis, vt procedatur ſola facti veritate inſpecta, cum videt S.C. Pupillos Eccleſias, & alias perſonas priuilegiatas, quibus competit reſtitutio, ex mera negligētia omiſiſſe iudiciales probationes, nouum terminum concedit ad probationes faciendas, ordinando, vt pro omni termino, nominatione, & beneficijs valeat infra alios dies viginti producere teſtes, & hoc præcipit, quia Conſilium Principis eſt, vide *Giazarell.dec.22.*

Imo datur terminus ad concomitandum ſcripturas præſentatas *Afflic.dec.272. Franc.dec.*
22 *631. Reg.de Marin. in obſeru. ad d.deciſ.210. num.2.* qui etiam aſſerit, quod non ſolum datur terminus ad concomitandum ſcripturas publicas, ſed etiam priuatas trino teſte notatas, nec nō literas miſſiuas, quæ poſſunt produci, & peti vt actor illas cum iuramento recognoſcat, ſi tamen producerentur ſcripturæ priuatæ ſine teſtium ſubſcriptione, & peteret producens terminum ad concomitandum, tunc non auditur *Reg.de Marin. loc.cit. Gallup.in praxi par.2.cap.29.n.9. Thor. in comp.deciſ.to.1. in verb.terminus pag.541.* Sicut etiam terminus ad impugnandum arbitrarius erit Iudici *Affl.dec.115. Capy.dec. 98.* quidenegatur, quando illarum tenor fuiſſet in libello enunciatus, *Anna ſingul. 507. Muſcatell.in praxi par.7.gloſ.præſentatas num.20.in fin. Ronit.in prag.11. de origin.iudc. num.43.* ſicut etiam denegatur, quando ſcripturæ eſſent iudiciales, & forenſes, *Ronit.d. num.43.* ſed requitur, vt tales ſcripturæ forenſes fuerint parti notificatæ, nam niſi fuerint notificatæ dari debet terminus ad impugnandum, de qua praxi in publica Aula S.C. teſtatus fuit Dom. Conſ. *Staibanus* Summus Practicus, & Doctor Eximius in quadam cauſa, patrocinante Magnif. Io: Baptiſta Martuſcella, ſed quales ſint illæ ſcripturæ forenſes, vide *Gratian. diſcept. 312. num.41.*

Quartus eſt effectus procedendi veritate inſpecta, vt poſſint Judices, præſertim ſuperiores, ex arbitrio adhibere fidem etiam his, quæ
23 de per ſe fidem non faciunt, *Galeota lib.1. contron.36. num.67. & 68. Franciſ. de Petris conſ.34. & 62. Staiban.in obſeru. ad reſol.87. & obſeru.150.num 62.lib.2. Dom.Petra in ritu 288.num 114.circa fin.* ſufficit enim ſi ſecundum veriſimiles probationes iudicent *Aretin. conſ. 126.* cum veriſimilitudo probationem certam cauſet, *Baldus conſ.180. lib.5. Oltradus conſ.13. Riminaldus iunior conſ.362. num.18.* ideo legiſlatores ex veriſimilitudine leges faciunt, liteſque definiri iubent, dum id verum eſt, quod eſt veriſimile, *l. non eſt veriſimile ff. quod metus cauſ.l.ſi debitor §. veriſimile ff. de contrahend. empt.l.teſtium 3.§.1.* ibi: *Veriſimilia reſponderunt, ff de teſtibus, l.Titia, §. qui ff. de leg. 2.l.ex facto §.ſi quis ff.ad S.Conſu.Treb.c.quia veriſimile de preſum.* imo dicit DD. quod qui

habe:

habet veriſimilitudinem dicitur habere caſum legis pro ſe *Cephal. conſ. 287. num. 23. Cavaler. dec. 170. num* 8. at è contra, qui à veriſimile diſtat, ſpeciem litigioſæ falſitatis habet, *Grammat. dec. 28. num. 1.* ignorata igitur veritate veriſimilitudo amplectenda eſt à Iudicibus *Bald conſ. 175. lib. 6. Caſtrenſ. conſ. 180. lib. 1. Fulgoſ. conſ. 162. Aretin. conſ. 9. num. 2. Anton. Schiff. par. 2. quæſt. pp. 3. n. 255.* quia veriſimile eſt credibile, & naturæ conſentaneum *Coler. lib. 3. cap. 9. Tiraquel. in l. ſi vnquam in præfat. num. 43.* ſed illa comperta ceſſat veriſimilitudo, *l. fin ff de probat.*

Generaliter etiam traditur à Doctoribus, quod arbitrium ſit Judici probationes attendere ſecundum circumſtantias perſonarum, rerum, & temporum varietatem, *l. 3. §. 1. & 2. ff. de teſtib l. 1. §. quoniam 4 ff. ad S. C. Turpillia.* puta ſi forſan dubitetur, an probatio ſit ſufficiens, nec ne, puta ſi teſtium alij aliud depoſuerint, vel iidem teſtes in ſuo teſtimonio variauerint, *l. 2. l. ob carmen 21. §. ſi teſtes ff. de teſtib. Nouell. 90. cap. 3. cap. in noſtra 32. de teſtibus*, vel ſi aliud in inſtrumẽto contineatur, & aliud teſtes depoſuerint, vt in *Nouell. 73. c. 3.* totum hoc diſcretioni Judicis committitur; quantò magis erit dicendum in hoc Regno, & præſertim in noſtro S. C. virtute d. noſtrorum ſtatutorum, ex quibus proceditur ſola facti veritate inſpecta, hac ratione omnes probationes ſunt arbitrariæ, *Scaccia de mercatur. tit. quomodo in cauſ. mercat. proc. ſit in rub. de probat. Capyc. latro dec. 60. a nu. 6. Staiban. in obſer. ad reſol. 132. num. 18. cent. 2. Dom. Petra in ritu* 288. *num. 117.* & ſufficit vt probationes ſint perſuaſiuæ tantum, licet non omninò concludentes *Rot. 1. in prag. 1. num. 21. de ordin. Iudic.* & fuit doctrina *Cacheran. deciſ. Pedamontan. 1. num. 30.* qui citat *Bald. Aret.* & alios, ideo dicunt DD. quod poſſit Judex ſemper teſtes interrogare *Capyc. dec. 61. Franch. dec. 371. Sanfel. dec. 313. nu 6.* præcipuè ſi equiuocatio ex eorum dictis reſultet, *Cæſar. peregrin. qu. 47. num. 22. & 24.* qui ita practicatum refert. Atque etiam ob eandem rationem ad partis inſtantiam tenetur pars teſtes in iudicio examinatos coram Iudice præſentare, vt veritas eruatur, qua præſentatione non ſequta, nulla erit eis adhibenda fides *Reg. de Marin. reſol. iur. tom. 2. cap. 10. Io: Angel. Piſanell. in pragm. teſtium falſum num. 13. de Falſis, Thor. in comp. dec. verb. teſtes tom. 1. pag. 549. vide Capyc. dec.* 60. Ex quo etiam reſultat, quod licèt regula ſit, vt teſtes parte non citata non probent, etiam in loco vbi viget ſimile noſtrum ſtatutum, procedendi ſola facti veritate inſpecta, vt latè probat *Dom. Petra in dict. ritu* 288. *num. 155.* & etiam dixit *Cacheran. d. deciſ. 1. num. 17.* nihilominus ſi fuerint examinati ſuper monitorio, inducunt animum Iudicis ad præſtandam fidem, licet non fuerint cum iuramẽto repetiti citata parte, *Sãfelic. in praxi quæſt. 9. Viſconte ad Franc. dec. 366. Faber in tit. Cod de teſtib. defin. 40. Campanile in diuerſor. iur. canon. rub. 11. cap. 15. num. 121.* aliijque adducti à *Dom. Petra in d. ritu 288. num. 119. Menoch. de arbitr. caſu* 26. & impediunt liquidationem inſtrumenti, *Galter. de liquid. inſtr. tit. aut falſa liquid. nu. 47. Petra ad Grammat. dec 103. nu. 54. Danza de pugna Doctor. tom. 2. cap. 2. tit. de teſtib.* quibus diſcordat *D. uran. dec. Rotæ Rom 207. nu. 17. & 212. num 15. & dec. 241. num. 17. & dec. 329. & 338.*

Quintus effectus, qui deducitur ex prædicta poteſtate procedendi ſola facti veritate inſpecta, reſpicit ordinem venditonis iudicia-
24 lis, faciendę ad inſtantiam crediitorum, in qua eſt ſetuandus ordo *tex. in l. à Diuo Pio §. in venditione ff. de re iudic.* vt ſcilicet primo incipiendum ſit à bonis mobilib. ſec. à ſtabilib. & tertio à nominibus debitorũ, quę exequtionis norma introducta fuit ob fauorẽ debitoris, nam magis ſubleuatur ex vẽditione bonorũ mobilium, quam ſtabilium, vt poſt *Bart. in d. §. in venditione num. 5. & 8.* & ibi *Io: de Imola num. 11.* dixit *Guttierez practi. qu. lib. 1. qu. 131. num. 1. & 5.* ideo debitore conſenſiente poterit iſta exequutionis forma interuerti, prout ſibi melius placuerit, dixeront *Gregor. Lopez in par. 3. tit. 27. l. 3. in verbo, quæ ſon raiz lit. F. Iodoc. Damhouder. in praxi ciuil. cap. 258. num. 4.* quod licet ab alijs impugnetur, quos refert *Dom. Petra in ritu 287. num. 76.* qui volunt diſpoſitionem dict. *tex.* introductam fuiſſe nõ in debitoris gratiam, ſed in fauorem creditoris, vt faciliùs ex mobilibus ſatisfieri poſſit, vti promptioribus venditioni, *Coler. de proceſſ. execut. par. 3. cap. 9. à num. 31. Conſ. Altimare de nullit. rub. 13. qu. 18 num. 18. Thor. in comp. dec. par. 3. verb. exequutio pag.* 396. alijque relati à *d. Dom. Petra in d. ritu 287. num. 76.* ſicut exceptio, *l. 2. Cod. de pignor.* vt prius agatur ſuper bonis ſpecialiter obligatis, inducta eſt in fauorem creditoris, non debitoris, *Riccius in addit. ad dec. 5. Franch.* Verum ſiue ad fauorem creditoris, ſiue debitoris fuerit talis exequtionis ordo ſtatutus, in locis tamen vbi proceditur in cauſis ſola facti veritate inſpecta non attenditur, *Roman. in l. non ſolum, §. ſed probari ff de nou. oper. nunc. Iaſon in l. inſtè poſſidet num. 10. ff. de acquir. vel. poſſeſſ. Granat. in addit. ad Veſtrium lib. 8. cap. vlt. nu. 27. Carnaual. de iudic. lib. 1. tit. 3. diſp. 6. num. 12.* Si vero cognoſcitur malitia debitoris, qui forſan offerret bona ſtabilia in vim exequtionis, vt difficiliter venderentur, tunc non ſolet noſtrum S.C. peruertere

for-

formam à iure traditam, vt scilicet prius incipiatur à mobilibus, ita fatetur decisum per nostrum Sacrum Consilium idem *Dom. Petra in d. ritu* 287 *num.* 77. ex præ licta ratione, quia proceditur sola facti veritate inspecta, & hoc casu non attenditur norma tradita à *d. tex. in l. à diuo Pio*, tam ad beneficium creditoris, quam debitoris, quia prædicta æquitas ex arbitrio Senatus moderamen recipit, & pro facti qualitate regulanda erit, quo minus noceat debitori, sed insimul, vt satisfactio creditori non retardetur, *Dom. Pratus obseru.* 43. *Card. de Luca in tract. de creditore discurs.* 126. Hinc etiam deducitur, quod in exequtione facienda contra Nobilem, & virum circumspectum ex stylo nostrorum Tribunalium non relaxantur literæ exequtoriales, seu mandatum exequtiuum, nisi fuerint prius eis ostensæ, seu demonstratæ per Nuntium, si tamen hæc obseruantia fuerit omissa, aut neglecta exequtio sustinetur, dixerunt *Dom. Petra in ritu* 134. *num.* 22. *Luca ad Franc. dec.* 415. 441. *&* 630. *num* 4 & ratio est, quia exequtio facta pro vero debito non rescinditur propter ordinem non seruatum, *Bart. in l. fin. ff. quod metus causa*, quã singularem appellant, *Bald. in cap. tua, vt lite non contestata, & Iason in l. à Diuo Pio §. in venditione ff. de re iudic.*

Sextus effectus cognoscitur in praxi circa cumulationes actionum, nam licet Reus possit opponere contrarias exceptiones pro sui defensione, & ad sui arbitrium illas cumulare, *cap. nullus pluribus de reg. iur. in* 6. *Afflict. dec.* 134. *num.* 3. *Marin. resol. iur. tom.* 2. *cap.* 106. *num.* 3. *Marcian. consl.* 1. *nu.* 12. *tom.* 2. *Capyc. latro consul.* 114. *nu.* 9. *Hodiern. contr.* 18. *Dom. Petra in ritu* 126. *num.* 6. Sed ab actore non possunt duæ actiones contrariæ in vno, eodemque libello cumulari, iuxta *Imperat. Theodosij constitutionem in l. fin. C. de Codicil. l* 1. *C. de furtis, l. adita C. de edendo l. si idem cum eodem, ff. de iurisd. omn. Iudic. Carleual. de Iudic tom.* 2. *tit.* 2. *disp.* 2. *nu.* 10. *Sanfelic. dec.* 72. *num.* 20. *Luca ad Franc. dec.* 582. *Hodiern. controu. for.* 18. *Consil. de Rosa consult.* 23. *num.* 31. Sed quia in Supremo Consilio Principis proceditur sola facti veritate inspecta, ideo possunt d. actiones contrariæ cumulari ad arbitrium Senatus, dixerunt *Hodierna, & Rosa loc. cit.* quos sequitur *dict. Dom. Petra in ritu* 288. *à num.* 151. & præcipuè *nu.* 153. & dixit etiam *Cacheran. dec Ped.* 1. *nu.* 9. *in fin.* & ratio est, quia d. exceptio est de apicibus iuris, vt notant *Curtius in dict. l. adita*, aliique citati à *d. Sanfeld. dec.* 72. *num.* 20 de quibus non curat Suprema Curia, vt supra dixi. In quo arbitrio Sacrum Consilium debet multa considerare,

scilicet, an actiones contrariæ repugnent inter se origine tantum, an vero origin, & exercitio, nam si aduersantur origine, & exercitio, vna petitione electa altera cessabit, vt est casus in *d. l. fin. C. de Codicillis*, vbi mandatur non posse agi ex testamento nullo, quia si est nullum reducitur ad causam intestati, & si ex eo agatur cessat causa intestati, & ideo aduersantur actiones tam in origine, quam in exercitio, *Vrsil. ad Afflict. in dec.* 53 *num.* 4. similis casus habetur in *d. l.* 1. *C. de furtis* de Domino, qui volebat actione furti, & mandati agere de gestis per seruum, & quia dato mandato cessabat furtum, quia per vnam impugnabatur factum serui, per aliam ratificabatur, non fuerunt d. actiones admissæ. Si verò essent contrariæ origine tantum, & non exercitio Senatus illas admitteret, iuxta *tex. in l. eum qui & l. qui contra maiores, Cod. de inoffic. testam. Glosa in cap. Abbate num.* 70. *de sent. & re iudic. in* 6. *Camill. de Medic. cons.* 40. *num.* 24. *Vrsell. in exam. apum tom.* 1. *conclus.* 35. *n.* 18. *Hodiern. controu.* 18. *num* 18. *Brunneman. in d. l.* 1. *in fin. C. de furtis*, vt esset casus si ageretur ex donatione falsa, vel nulla, & dato, quod esset valida, quod non sit admittenda ob defectum lineæ donatarij, si ageretur contra bastardum institutum, tam quia erat bastardus, quam quia alienauit bona prohibita alienari, istæ actiones licet in origine aduersentur, tamen circa exercitium non repugnant, & ideo fuerunt admissæ, apud *Puteum dec.* 21. *num.* 3. *lib.* 1.

Sic etiam aduertere debet Supremus Senatus si vna actio esset destructiua alterius, vel pareret exceptionem rei iudicatæ respectu alterius, in quibus casibus vna ipsarum erit reicienda, quia ambo non tendunt ad vnum finē *l. adita, C. de edendo*, vbi *Glos. in l. fundi, & l fundum, ff. de except. d. l. fin. C. de Codicil. Grammat. dec* 68. *num.* 2. *Scaccia de sent. & re iudic. Glos.* 14. *qu.* 19. *num.* 32. *Marantain specul. par.* 4. *distinct.* 20. *nu.* 4. *Minadous decis.* 31. *num.* 6. *Facchin. controu. iur. lib.* 12. *cap.* 1. *& 2. Vrsinus com. opiu. lib.* 1. *opiu.* 173. *in princ. Sansel dec.* 72. *num.* 6. Et in istis casibus electione vnius altera tollitur, & non admittitur cumulatio, *l. quod in haredem §. eligere ff. de trib. action. l nemo §. quoties ff. de reg. iur. Roman. cons.* 125. *Gabriel. com. concl. tit. de action. concl.* 2. *Vrsil. ad Afflic. dec.* 134. *num.* 1. Si verò ex diuersis causis agatur, admittere debet Senatus cumulationem, & non habet locum tex. *in d. l. fin. C. de Codicillis, Minadous d. dec.* 31. *num* 3. *& seq. Speculat. in tit. de action. seu pet. §. sequitur num.* 16. *Crauetta cons.* 16. *num.* 8. *Sanfelic. d. dec.* 72. *num.* 17. Vel si fuerint propositæ successiuæ, non simultaneæ actiones, scilicet vna post alteram

ram gradatim, & conditionaliter, qua casu poſſunt actiones contrariæ proponi, ſeu cumulari, *Salicet. in d. l. 2. num.* 8. ibique *Iaſon num.* 32. *C. de furtis Caſtrenſ. in d. l. ædita & ibi Dec. n.* 63. alios citat *Scaccia in d. gl* 14. *q.* 19. *nu.* 36. *&* 40. poſt *Minado. d. dec.* 31 *n.* 3.

Septimus effectus etiam reſultat, quia exceptio reſeruata ad merita cauſæ debet ante cauſæ expeditionem terminari, parte inſtante, *Afflict. in conſtit. exceptionem filiationis n.* 9. *verſ.*
26 *tertio, Anna ſingular.* 446. *&* 605. *Muſcatell. in praxi part.* 5. *gloſ. reſeruatis num.* 27. *Carneual. de iudic. lib.* 1. *tit.* 2. *diſp.* 1. *n.* 28. *Altimare ad Rouit. dec.* 21. *Reg. Sanfel. dec.* 88. *n.* 15. *Luca ad Gratian. cap.* 170. ſecus ſi fuerit exceptio reſeruata in calculo ferendæ ſententiæ, *Afflict. & Anna loc. cit.* verum in illis Curijs, in quibus proceditur ſola facti veritate inſpecta, Iudex pronunciare non cogitur ſuper emergenti, ſed cum principali cauſa incidentia, & emergentia definire poterit, *Sanfelic. in praxi ſectio.* 43. *nu.* 3. *Hodiern. ad Surd. dec.* 36. *n.* 4. *Reg. de Marin. ad Reuerter. dec.* 108. *Gallupp. in praxi part.* 2. *cap.* 10. *n.* 10. *Dom. Petra in d. ritu* 288. *n.* 147. *in fine*, qui *n.* 148. ita iudicatum refert per S. C.

Octauus effectus erit poteſtatis procedendi ſummariè, & veritate inſpecta, vt vtile per
27 inutile non vitietur, *l. Æmilius largianus*, & ibi *Bartol. cum ſimil. ff. de minor. Iaſon in l. ſi non ſortem §. ſi centum ff. de condict. indeb.* quod in multis caſibus exemplificari poterit, ſed alijs omiſſis pono caſum magis vſitatum de Iudice, qui in condemnando exceſſit quantitatem verè debitam, nam de iure ſententia in quantitate verè debita eſt inualida, *l. in hoc iudicio* 27. *& l. quadam mulier* 41. *ff. famil. herciſc.* & ibi *Io: Brunneman.* vbi ſi Iudex cognoſcit de maiori ſumma, quam ſit ſua iuriſdictio, non valebit ſententia in illa minori ſumma, eſt etiam *tex. in l.* 1 *§. hac verba ff. ne vis fiat ei*, vbi ſi Iudex miſit aliquem in poſſeſſionem pro debito, quod erat partim verum, & partim falſũ, decretum in totum corruit, quia decretum Iudicis eſt indiuiduum *Albertus Zennerus de reg. iur. in* 6. *regul.* 37. *n.* 4. qui alios caſus refert reſpicientes contractus, & teſtamenta, *Cancer. var. reſol. lib.* 3. *cap.* 17. *n.* 332. *& ſeq. Gratian. diſcep. for.* 162. *n.* 18. *&* 20. *Capyc. Latro deciſ.* 83. *n.* 18. *D. Altim. de nullit. rub.* 9. *q.* 6. *nu.* 1. *& ad conſil.* 40. *Rou. n.* 25. maxime ſi ſententia eſſet indiuiſibilis, puta ſi vnicum caput contineret, *Conſil. de Georgio alleg.* 36. *nu.* 11. *Sanfelic. dec.* 304. *n.* 1. *verſic. pro negatiua*, *Galeota controu.* *n.* 27. *lib.* 2. proinde dixit *Afflict. in dec.* 118. quod ſententia, aut decretum latum pro adiudicatione in beneficium creditoris ſuper bonis obligatis, & non obligatis, non ſubſiſtat, & ſit nullum in totum vti latum ſuper bonis non obligatis.

Sed quando ſententia profertur à Iudice procedente ſola facti veritate inſpecta, vel à Iudicibus ſupremis in Conciſtorio Principis, ob eandem rationẽ, quia ſecundum veritatem profertur, tenet ſententia pro quantitate debita, pũtualiter, *Vrſill. in annot. ad d. dec. Affl.* cuius authoritas fuit approbata à *Cardin. Tuſch. pract. concl. in verb. adiudicatio concl.* 197. *n.* 49. *tom.* 1. vbi poſt firmatam regulam in contrarium, in *nu.* 1. *&* 4. illam limitauit in *d. nu.* 49. in Conciſtorio Principis, puntualiter etiam ad materiam ita concludit *Io: Brunneman. in l. quadam mulier num.* 40. vbi dictam regulam ſupra adductam, in Supremis Tribunalibus locũ nõ habere affirmat, quia quando de meritis cauſæ conſtat, non attenditur nullitas, citat *Gayllum lib.* 1. *obſer.* 127. *num.* 3. *Mynſinger cent.* 1. *obſeru.* 27. *Manſium dec.* 60. *n.* 10. & eo magis dicas concluſionem prædictam procedere, ſi ſententia ſeparabilis ſit ratione formæ ipſius, vel Rei, ſuper qua lata eſſet, nam hoc caſu vtile per inutile non vitiabitur, vſque ad limites iuriſdictionis ius dicentis, vt per plura iura demonſtrat, *Vantius de nullit. ſentent. n.* 25. *Cancer. var. part.* 3. *cap.* 17. *n.* 345. *P. Afflict. controu.* 13 *num.* 59. *Borrell. in ſum. dec. to.* 2. *tit.* 30. *Dom. Alti. d. q.* 6. *n.* 2. Hinc etiã ſequitur, quod exequtio facta pro maiori ſumma quantitatis debitæ, ſuſtinetur pro quantitate debita, *Manſon. de cauſ. execut. ampl.* 23. *num.* 6. *Coſta de portio. & rat. q.* 138. *n.* 17. *Marta in voto* 79 *num.* 6 *Andreol. contr.* 159. *&* 160. *Hodiern. ad Surd. dec. dec.* 63. *Merlin. cent.* 1. *controu.* 88. *num.* 14. *De Marin. ad Reuerter. dec.* 72. *n.* 3. *Dom. Petra in ritu* 288. *num.* 141. *tom* 4. generaliter enim veritas in omni iuditio attenditur, & non ordo, vt probatur ex *tex. notab. in l. fin. ff. quod met. cauſ.* vbi per vim exactio facta non reſcinditur quo ad verum debitum, ex quo *tex Bart.* colligit noſtram doctrinam, quod ſcilicet exequtio facta pro vero debito non reſcinditur propter ordinem non ſeruatum, & ſingularem vocant doctrinam *Bald. in c. tue Vt lite non conteſt. & Iaſon in l. à Diuo Pio, §. in venditione ff. de re iudic. Cacheran. dec. pedam.* 2. *num.* 8.

Nonus erit effectus, quod quia S. C. ſola facti veritate inſpecta iudicat, ideo exceptio præ-
28 ſcriptionis, non admittitur in Supremo Conſilio Regis, quia iniquiſſimum præſidiũ appellatur in *Auth. Vt Eccleſia Romana centum ann. gaud. præſcript. circa med. Fulgoſ. conſil.* 108. *in proſpecta quaſt.* nam tollit obligationem ciuilem, & naturalem debilitat, *Bart. in l.* 1. *§.* 1. *ff. rem ratam haber. Cancer. var. reſol. part.* 2. *cap.* 5. *de fideiuſſor. nu.* 49. ita dixerunt noſtri Regnicolæ, ſcilicet *Rouit. conſil.* 40. *num.* 14. *lib.* 2. & prius in *conſil.* 14.

n.3.lib.2.Vrsill.ad Afflict.dec.13.nu.4.& dec. 37.& etiam *Guid.Papè dec.*483.*Petra de fidei-com. quæst.14.nu.*230. *Riminald.iunior consil.* 249 *vol.* 3. qui concludunt, quod Tribunal quando sola facti veritate inspecta procedit, præscriptiones excludit, quos sequitur *Decian.cons.*108.*n.27. vol.*3. & ideo ob eandem rationẽ, quia M. C. Regni Siciliæ vltra Pharum sola facti veritate inspecta procedit, & Matrem æquitatis eius cines illam appellant, cum difficultate admittit præscriptiones, fatentur *Antonin.de Amato resol.*43.*n.*22.*lib.*1.*& resol.*70.*num.*30.*lib.*2. *Castill.dec.*194. sicut nec in Delphinatu fatetur *Guid. Papè dec.*483. nec in aliis Cõsilijs Regijs dixit *Andreol.contr. on.*142.*n.*11. Non nego tamen quod alij DD. nostri Regnicolæ aliter senserunt, sc. *Franc.dec.*166.*n.*8.*& dec.* 341.*n.*3. *& dec.*397.*n.*8. qui *n.*26. ita iudicatum refert per nostrum S. C. *Staib. resol.*5.*n.*50.*& resol.* 20 *n.*50.*& seq.& resol.*40 *n.*34.*lib.*1. *Pratus discept.for.c.*42.*n.*47.*to* 4. *Vide DD. adductos à* ... *in ritu* 288.*n.*146.*in fin.* qui concludunt, ... præscriptio admittatur in illis Tribunalibus in quibus proceditur sola facti veritate inspecta, ob publicam vtilitatem ad lites finiendas, & ne dominia rerum in perpetuum sint in suspenso, quod etiam post *Contr. Menoch. Surd.* & alios tenet *Amatus con*... *num.*22. & approbat *Afflict.d.cap.*49. *num.* 10. Sed ista contraria sententia procedit, quando concurreret bona fides, & hoc modo conciliari possunt istæ aduersæ opiniones; iuxta tradita per *D.Prat.obseru.*45.*n.*28.*& disc.for.c* 42.*n* 52.*tom.*4. *& Dom.Altimar.in obseru ad cons.*101.*Romit.num.*3.*&* 5. *lib.*1.

Decimus effectus erit, vt possit ferri sententia
contra mortuum, & non erit nulla, in causis
29 tamen ciuilibus, nam etsi verum sit de iure,
quod sententia lata contra mortuum sit nul-
la, iuxta *tex.in l.in summa §.fin ff. de rei vindic.*
cum alijs relatis per *Surd consil.*99.*n.*11.*cum
sequentibus vol.*1.*Cornazan.dec.*145. *num.* 4.
& per *Dom. Consil. Altimare de nullit. rub.*9.
*quæst.*39. tamen quando proceditur in causis
ciuilibus sola facti veritate inspecta, & sine
figura iudicij, valet sententia contra mor-
tuum lata, quia sufficit veritas, licet non
seruetur figura iudicij, vt post *Bart. in
extrauag.ad reprimendum in verb. & figura*
relatum à *Maranta in suo specul. part.*6. *in
verb.& demum seruetur sententia num.* 112.
affirmat *Molfesius in consil.*3. *post primum to.
sup.consuetud.num.*47.

Vndecimus est effectus, quod nouus emphy-
teuta possit exequtiuo modo conueniri ad
soluendum canones decursos, & vt hoc in-
30 telligas dico, quod disputatur inter DD. an
nouus emphyteuta ad solutionem præteriti
canonis possit exequtiuè conueniri, an vero
tantum in actione hypothecaria super re,
& communiter docent DD. vt tantum te-
neatur in actione hypothecaria per *tex.in l.*2.
*signanter in fine vers.quamuis, C. de hæred. vel
actio vend.* vbi nouus possessor nõ tenetur, hoc
tamen intelligunt DD. de actione personali,
non autem hypothecaria, & reali, *Lancell.de
attent.l.* 2.*in* 2. *limit.Surd.in dec.*32.*n.*7.*vers.
in hoc tamen* vbi bene *Hodiern.num.*4.*& seq.
Gurb.in dec.*62.*n.*23.*&* 24.*Amic. de iur.em-
phytheut.q.*56.*n.*7.*versic. ponit modum, & nu.*
8 *Franc.dec.*273.*nu.*1.*&* 3. *Consil.Staiban.re-
sol.*176.*n.*55.*tom.*2.

Attamen in nostro S. Cons. & in alijs Supremis Tribunalibus, quia proceditur sola facti veritate inspecta, etiam exequtiuè poterit nouus emphyteuta conueniri, vel etiam, vt euitetur in hoc Supremo Senatu circuitus inutilis, prout ex hac ratione fuisse decisum in S.C. testatur *Franc.dec.*273.*num.*5. *versic.discussis*, quod approbauit *Giurba dec.*62.*n.*26. *versic.valet secundo*, *Consil.Staib. d.resol.*176. *nu.*58.*to.*2. qui asserit, quod quia in hoc Supremo Senatu attenditur veritas, tantum inspicitur an aliquo modo agenti competat ius, & ob hanc rationem ita decreuit Senatus *Mantuanus apud Surd.d.dec.*32.*n.* 9 *vers. sed e sico modo*, & confirmat *Dom. Petra in ritu* 288 *n.*138.*tom.* 4.

Et hac ex ratione, quia in Curijs nostri Regni proceditur sola facti veritate inspecta, sine figura iudicij, fuit ordinata *pragmatica prima de censibus*, vbi *in* §. *non solum* est expressè statutum, hos censuales contractus, seu instrumenta, tamquam res iudicatas promptã, & paratam exequutionem habere, quorum exequutio nulla exceptione falsitatis, nullitatis, aut alterius speciei impediri valeat, præterquã realis solutionis, ex qua *prag.* non posse debitores allegare fori remissionem, dixit *Casar.in specul.peregrin.q.lib.*1.*q.*23.*num.* 31. *&* 32. et in Regno Siciliæ seruari contra singularem successorem, & cæteros possessores, vt via exequutiua teneantur ad soluendos census, licet conuentio non fuerit stipulata inter dominum census, & possessorem, vel in stipulationem deducta, quia dicta *pragmat.* voluit priuilegiare census iure speciali, dixerunt *Aloys.de Septimo in dicta pragm.n.*57. vbi dicit, quod lex prædicta quamuis dura seruanda sit, ob census fauorem, *Nicol.Saccan.sup.d.pragm.num.*3. *versic. quid si iste tertius, Montaltus ibid.n.* 9. *&* 11. *Ramundett, Prouensalis De Gregorio*, & alij *sup.d.pragm Aueudan.de censib.cap.*96. qui refert iudicatum contra hæredem, vt non iuuetur beneficio inuentarij, si possidet rem censui submissam, quia contra eum exequitur etiam personaliter, quod etiam confir-

mant

mant omnes Doctores Siculi *sup. d. prag.* contra hærades, siue confecerint, siue non confecerint inuentarium, quia onus soluendi cēsum ex sui natura sequitur quemcumque rei censuatæ possessorem, *clem. 1. de censib.* sicut hominem vmbra, & lepra leprosum, *Cenall. q. 76. nu. 19.* valat enim statutum, vt obligatio personalis transeat contra singularem successorem, *Decius consil. 88. col. fin.* Et in hoc Regno Siciliæ citra Pharum, eiusdem *pragmat.* dispositio obseruatur, *Caranit. in Ritu 127. num. 7. & in ritu 167. nu. 32. versic sexto quaro, Reg. Rouit. in d. prag. 1. 5. non solum, Nouar. in ead. prag. nu. 13.* & clarius *in praxi electionis fori q. 44. n. 37. versic. procedendum*, & licet *Foller. in d. prag. in verb tanquam res iudicatas sub n 28 fol.* 504. voluerit, talem pragmaticam requirere, vt singularis successor emat rem cum onere soluēdi censum, ex qua obligatione videtur se tacitè, & expressè obligari, ad soluendum censum, iusta tradita per *Franc. dec. 173.* vbi affirmat posse creditorem debitorem debitoris sui conuenire ad soluendum censum, & ad euitandum circuitum inutilem, vbi *Amendola* è contrario sensu deducit, quod si possessor non emit rem cum d. onere, non teneatur personaliter, sed tantum realiter. Attamen dispositio *d. pragm.* non respexit ad obligationem emptoris, sed ad fauorem creditorum, & ad priuilegiandum contractus censuales, proindè licet non se obligauit ad solutionem censunm, potest possessor conueniri via exequtiua, & actione personali, dicunt *DD.* supra citati, vt notat *Duardus in rub. de censib. 5. 3. de Census solut. quast. 24. ante n. 10 fol.* 531. *& n. 29 fol. 534. & num. 45 fol. 517.* & est *decisio* apud *Rubeum* 273. & concludunt *Carnenal. de iudic. lib. 1 tit. 3. disp. 16. antè nu. 26. fol. a 56. Apicell. in tutam pauper. tit. 1. de quinquen. dilat. ante nu. 171. Mauson. de cons. execut. ampl. 6 nu. 24. versic. primus itaque fol.* 97. eo fortius si possessor soluerit vnicam præstationem domino census, nam per eam acquiritur quasi possessio, & conceditur mandatum de manutenendo, *Postius obseru. 18. num. 34.*

Sed ne erras hoc intellige, vt possit exeqntiuo modo nouus emphyteuta conueniri pro censibus decursis post diem nouæ possessionis, at si fuerint census decursi ante venditionem emphyteusis, non poterit via esequtiua conueniri, sed tàntum actio competit super fructibus eiusdem rei emphyteuticæ, non super proprijs bonis emphyteutę, vel in eius personā, obligatio enim nascitur, ex fructuū collectione, quos si nouus emphyteuta non collexit, non tenetur illos præstare, vti decursos ante factam venditionem, prout ego obtinui me ipsum defendens in Sac. Cons. in quadam causa inter Monasterium Monialium D. Aluinę cum me D. Antonio Romano, nā cum emerim ab Illustri Principe Cardeti quodam Rus cum domo, & Iardeno situm in Casali Afragolæ, reddiririum in annuis duc. octo dicto Monasterio, comparuit coram Illustri Comite Leardi eius Delegato Monastarinm, & institit, vt ego soluerem tres annatas censuum decursorum ante venditionem factam, & ita d. Delegatus ordinauit me inaudito, cumque præsentauerim instantiam contrarij Imperij, pro reuocatione dicti decreti, agnoscens rem dubiam, ex supra allegatis, voluit causā proponere in S. Consilio, & me audito, fuit per decretum d. S. Consil. in anno 1680. suspensum decretum d. Delegati, & insimul ordinatū, quod fiat sequestrum super d. Rure, quo modo non fuit processum via exequtiua super re vendita, sed tantum actione reali super fructibus emphyteusis, vt ex processu in banca Andreæ de Martino, inscripto pro Monasterio D. Aluinæ, sed ad euitandum sequestrum fuit à me facta solutio; Pro censibus vero maturatis post venditionem factam non dubitatur, quin nouus emptor, & possessor rei emphyteuticæ possit conueniri actione personali, & executiuè in nostro Regno per *d. prag. 1. de censib* ob fructuum perceptionem per eum factam.

Duodecimus effectus est, vt possint Sacrum Consilium, einsqoe Consiliarij summariè, &
31 cum veritate procedentes, se informare de inopia debitoris, & si eis constiterit alia bona non habere, poterunt procedere contra obligatum in subsidium, absque alia excussione principalis debitoris, *Mastrill. decis. 109 per tot. & signanter n. 9. & 10. Castill. dec. 17. n. 47. Surd. dec. 44. n. 5. Staiban. resol foren. 96. n. 21. to. 1. & resol. 150. n. 19 to. 2.* quia in Supremis Tribunalibus nulla ordinis regula requiritur, proinde non est necessaria excussio principalis debitoris, *Surd. dec. 32. num. 15 Giurba dec. 62. n. 26. in fin. versic. fuit enim, Salgad. in labyrinth. cred. p. 1. cap. 23. à n. 36. & pracipuè n. 64. Castill. controu. iur. tom. 4 cap. 40. sub num.* 68 quando enim proceditur sola facti veritate inspecta excussio non est necessaria, *Staiban. resol.* 121. *num* 16. *& resol. 176. nu. 6. to.* 2. vide *D. Petram in ritu* 288. *n. 124. tom.* 4. vbi late, sed aduerte, quod talis æquitas excludendi dictam exceptionem discussionis, in omni casu eodem modo regulanda non erit, quia huiusmodi exceptio non tantum iuris ordinem concernit, sed etiam ipsarum partium beneficium, nam iniquitas non æquitas esset, vt cum possit creditor satisfieri super bonis debitoris, cui incumbit onus soluendi, ordinem iuris non seruet, & incipiat molestare fideiussorem,

vel tertium possessorem, omittendo bona debitoris soluendi, quia talis exceptio ex bono, & æquo descendit, post alios notauit, *Cacheran.dec 2.n.12.Senat.Pedam.* qui in terminis d.clausulæ procedendi veritate inspecta loquitur, ideo mihi placet distinctio posita à *Negusant.de pignor.in 8.par.in 1.memb. vers.ego putarem n.31.* vbi distinguit, quod aut cõsideretur exceptio excussionis respectu ordinis iudiciarij, & hoc casu non potest opponi, vbi proceditur summariè, sed potest insimul agi contra debitorẽ, & tertium possessorem: sed quando exceptio excussionis respicit interesse partis, vt esset casus quando debitor est soluẽdus, & omisso de debitore vellet solũ agere contra tertiũ, tunc æquitas non patitur, vt ante discussionẽ tertius molestetur, Aliã distinctionẽ tradit *Cacheran.d.dec. 2.n.14.* inter fideiussorem, & tertium possessorem, vt primus non possit opponere beneficiũ excussionis in illa Curia procedẽte veritate inspecta, secus vero tertius possessor, sed *Negusantij* distinctio securior est, & receptior.

Tertius decimus effectus est, vt quamuis ex pacto nudo de iure ciuili non oriatur actio, sed
32 tantum naturalis obligatio, quæ oritur ex dicto p.:cto nudo, *l. iurisgentium, §. quinimo, & §. sed cum nulla, ff. de pactis. l. legem, & l. in bonæ fidei C. de pactis, l. si tibi, C. locati,* & potest tantum implorari latum Iudicis officiũ, *Anton. de Butreo in cap. qua in Ecclesiarum de constit.* Exceptio tamen datur *d. l. iurisgentium, §. 4* Quæ naturalis obligatio licet actionem non producat, tamen multos ciuiles effectus parit, nam soluti repetionem impedit, *l. naturaliter 13. l. si pœna 19. in princ. l. si non sortem 26. §. libertus 12. l. Iulianus 60 in princ. l. si quod dominus 64. ff. de condict. indeb. l. naturales 10. ff. de action. & oblig. l. fideiussor 16. §. naturales 4. ff. de fideiussor.* Sic etiam compensationem admittit *l. etiam quod 6. ff. de compensat.* nouationem recipit, *l. 1. ff. de nouatio.* fideiussor ad eam accedere potest *§. 1. instit. de fideiussor. l. 1. l. stipulatus 6. cum l. seq. & l. fideiussor 16. §. fideiussor 3. ff. eod.* & tandem eius causa pignora perseuerari posse, statuitur in *l. quæsitum 14. in fin. ff. de pignor. l. debitor 59. in princ. versic. remanet ergo, ff. ad Senat. Consul. Trebell.* & de alijs effectibus latè *Iason*, & cæteri *DD. in l. ex hoc iure 5. ff. de iustit. & iur. vbi DD. Donell. lib. 12. comment. de iure ciuil. cap. 2. nu. 50. pag. 10. Couarru. in cap. quamuis pactum part. 2. §. 4. n. 5. de pactis in 6.* Tamen de iure canonico etiam actio ex pacto nudo oritur *cap. 1. 3. & 10. de pactis* vbi Canonistę *cap. 1. de iudic. Pichard. in lib. 3. instit. tit. 20. §. si scriptum 17. de inutil. stipul. nu. 17. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 16. tit. 5. nu. 6. Vvesembec. consil. 38. n. 20. vol. 1. Gennens. in practicab. eccles. q. 776.* licet talis assertio impugnetur ab *Augustino Morla in empor. iur. tit. 3. de pactis q. 2. n. 12.* qui duro animo hanc sententiam defendit, quam dicit verissimam, ac si ex Apullinis oraculo descendisset; imo aliqui dixerunt hoc etiam esse receptum in foro sæculari, *Iason in d. l. iurisgentium, §. sed cum nulla 6. Ludouic. dec. Perus 9. n. 6.*

Sed quia coram Principe potest agi, ex pacto nudo, *Canonistæ in d. cap. qua Ecclesiarum*, quia summariè, & ex veritate iudicat, ideo Principis Consilium eius personam repræsentans, ob eandem rationem ex pacto nudo potest actionem concedere, *Afflict. in dec. 120. n. 5. & in cap. Regalia tit. Quæ sint regal. Garon. de Senator. lib. 1. ca. 7. in prælud fol. 52. n. 23. Ronit. in pragm. 1. de ordin. iudic. nu. 17.* itaut hodiè ex qualibet conuentione, vel pactione nascatur obligatio, & actio, *Minsinger. centur. 2. obseru. 97. Giorgius Mundius consil. 10. n. 116. & seq. tom. 2.* & ex pacto nudo Senatus Cathaloniæ actionem concessit, teste *Cancer. var. resol. part. 3. cap. 7. n. 255.* & confirmat idem *Cancer. in part. 2. cap. 5. de fideiussor. n. 53.* sicut coram quolibet Iudice, qui procedit cum clausula sola veritate inspecta fundat *Cacheran. dec. 2. Senat. Pedam. à nu. 4.* Et de iure Regio Hispaniæ pactum nodum producit actionem, *Gomes. in l. 52. Taur. n. 20. & in 2. tom. var. cap. 11. num. 8. Pichard. in lib. 3. instit. in d. §. si scriptum 17. de inutil stipul. 17. Morla in d. tit. 3. de pactis q. 1. n. 16. Perez in l. 3. tit. 8. lib. 3. ordinam.* Eodem modo in Regno nostro idem deducitur per nostram *pragm. 44. n. 2. de Offic. Magistr. Iustit.* vbi sancitur, quod probationes nouę conuentionis, quæ allegatur, debeant esse lucidæ, & claræ, & in *§. 3. seq.* imponitur pœna ducatotum duodecim procuratori, qui illam allegauit, & non probauit, & confirmatur in *prag. 1. nu. 4. de procur.* vbi imponitur pœna duc. sex si ipsa allegatur ante sententiã, & duc. duodecim, quãdo proponitur post sententiam, exigenda vel contra principalem, vel contra procuratorem, qui illam forsan allegauit, & non probauit. Si enim in nostro Regno per nostram legem regiam permittitur allegari quælibet conuentio, tribura fuit actio pacto nudo, quod nil aliud est nisi conuentio inter duos, pluresque habita, quæ remanet in puris terminis naturalis conuentionis, nec peculiare nomen habet, *Petrus Ricciard. in princ. tit. instit. quibus modis re contrah. oblig. n. 84.* & hęc est differentia inter pactum nudum, & vestitum, nam vestitum dicitur illa conuentio cui concessa fuit à iure specifica forma, *Ricciard. loc. cit. n. 85.* vbi alios allegat, dum enim nostra sanctio de generali conuentione loquitur, simplici pacto nudo cõcessit actionem; & sic vide

de, quod id quod leges Imperiales non concesserunt, dandi ſc. actionem pacto nudo, ad euitandas innumeras lites, quæ orirentur ſi ex qualibet conuentione actio daretur, quæ plerumque fit ex animi leuitate, vel inconſultè, & inaduertenter, vt dixerunt, *Couarr. in cap. cum in officijs de teſtam. nu. 7. & in cap. quamvis pactum part. 2. §. 4. nu. 13. de pactis in 6. Morla in d. empor. iur. q. 1. n. 1. in fin. de pactis*, lex noſtri Regni, ob naturalem æquitatem ius canonicum imitando, actionem cuilibet nudę conuentioni imparritur; quia nil tam naturale eſt qnam, vt pacta ſeruentur *l. 1. in princ ff. de pactis, l. 1 ff de conſtit. pecun.*

Sed melius dico, quod talis lex noſtri Regni pactis nudis actinnem non conceſſit, ſed tantum normam, & formam præſcripſit, ne calumnioſè conuentiones allegentur, actio enim vt detur in Regno noſtro nudis pactis, & quibuſcumque conuentionibus fuit moribus noſtrorum Populorum introducta, & ſolum ex d. ſpeciali noſtra ſanctione confirmata, cum enim ſint in hoc Regno Neapolitano Nobiles, & Barones innumerabiles, nobilium mores ſectantes, omnes eorum promiſſiones, & ſimplices conuentiones pluſquam iuramenta obſeruant, nec vlla tergiuerſatione eludunt, adeo quod apud nos pro certo habetur, quod promiſſa Nobilium pro adimpletis reputentur. per *tex. in l. nemo 5. ff. de integr. reſtit.* vbi nemo videtur à re excluſus, cui prætor reſtitutionem pollicetur, *Andreas de Iſernia in cap. 1. verſ. hoc intelligendum tit. Quis ſucceſſ. tenent. il 2.* vbi etiam *Mattheus de Afflict. num. 8 Tiraq. de Nobilit. cap. 20. n 23. Vveſenb c. conſil. 52. n. 22. par. 2. Cothman. conſil. 30. n. 281. p. 1.* Cum enim Nobiles huius Regni de eorum antiqua nobilitate ſatis glorientur, atque decertent, & præcipuè noſtri Patritij Neapolitani, ſummo ſtudio curant illam aliqua nota non denigrare, & tali animi candore circa hoc excellunt, vt vel raro polliceantur, aut ad inſtar Principum ſemel fidem datam, & ſub verbo nobilium promiſſam conſtanter vltra propriam vitam attendunt, memores illius vulgati Dicterii *Semel loqutus eſt Deus*, ſic eis conuenite dixit *Bald. conſil. 327. prædic col. 2. verſic. Item varietas lib. 1.* & etiam de generali Germaniæ conſuetudine illorum Nobilium teſtantur *Gayll. lib. 2. obſeru. 59. nu. 2. Mynſing. cent. 1. obſeru. 17. Godeus conſ. Marpurg. 27. vol. 1. Sixtin. conſ. 12. num. 113. vol. 2. Vulten. conſil. 34 n. 9. vol. 3. Schrader. conſ. 1. nu. 456. vol. 1. Chriſtophor. Beſold. in diſcur. politic. to. 1. in diſcur. de ordinibus. Cinium tit. de Nobilit. cap. 11. pag 107.* adeout dixerunt DD. remedium, *l. 2 C. de reſcind. vend.* nobili genere nato non conuenire, *Frackman. conſil. 50. n. 605.* ne nobilitatem eorum lędant, & contra bonos mores agant, *Cothman. conſil. 30. n. 22. part. 1.* dum enim Populi aſpiciunt Nobilium promiſſiones, & pacta nuda cuilibet præſtita inuiolabiliter obſeruari, eorum imitatione moti, introduxerunt dictorum pactorum nudo verbo promiſſorum fidelem obſeruantiam, & in iudicijs ex eorum pactis conueniri poſſe voluerunt.

Decimus quartus effectus eſt, quod in hoc Re-
gno in quo proceditur ſola facti veritate in-
33 ſpecta, admittitur exceptio dominij notorij
contra ſpoliatum, agentem ad reſtitutionem
in poſſeſſorio, quando exceptio in inconti-
nenti offertur probanda, *Decius conſil. 449.*
n. 20. Ludouiſ dec. 17. Menoch. de recup. poſſ. ſ.
remed. 15. Dom. Petra in d. ritu 288. nu. 145.
& dixerunt etiam *Rubeus conſil. 4. col. penult.*
Cranetta conſil. 299. col. penult. nu. 8. Rouit. in
prag. 1. de ordin. iudic. nu. 16. Cacheran. dec. pedam. 1. n. 27. maximè ſi in libello fuerit ap-
poſita clauſula, petens ius & iuſtitiam mi-
niſtrari, quia per iſtam cenſetur intentatũ
petitorium, licet concluſio ſit ſuper poſſeſſo-
rio, *Grammat. dec. 19. in fin. Rouit. in d. pragm.*
1. num. 24.

Decimus quintus effectus etiam reſultat, vtli-
cet dubitetur inter Doctores an pactum
34 exequtiuum appoſitum in prima locatione
exerceri poſſit in tacita reconductione, quod
negarunt *Bald. in l. legem, C. locati Carroc. de*
re nouat. locat. q. 14. Afflict. dec. 363. num. 15.
quam eſſe veriorem opinionem demoſtrat,
Rouit. in prag. 1. nu. 4. de locat. latè *Cancer. var.*
concl. par. 1. cap. 14. de locatio. num. 66. cum re-
conductio ſit renouatio primæ locationis, *l.*
legem 16. C. locati, ibi: *Eandem locationem reno-*
uare videtur, & exurgit noua obliga-
tio perempta prima, *l. 1. ff. de nouatio.* ideo
non cenſetur guarantigia, nec ſtipulatio re-
petita, *Cancer. loc. cit n. 66.* nec in tacita
reconductione cenſetur renouata fideiuſ-
ſio, *DD. in l. item quæritur, §. qui impleto,*
ff. locati, Cancer. loc. cit n. 65. ſed in Supremis
Curijs, in quibus proceditur ſola facti verita-
te inſpecta, pactum exequtiuum durat etiam
in recolatione, *Rebuff. in tit. de liter. oblig. ar-*
tic. 2. gloſ. 1. n. 92 Paſchal de patria poteſt. part.
4 cap. 6 nu. 70. in fin. ita deciſum refert *Dom.*
Petra in ritu 288. n. 137.

Decimus ſextus effectus ponitur à noſtris Re-
gnicolis, de pacto adiecto in inſtrumen-
35 to crediti, quod ſolutio non poſſit probari
per teſtes, ſed per ſcripturam, & dicunt quod
non ſubſiſtat, vti contra veritatem, & æqui-
tatem, *Dom. Hodiern. ad Surd dec 277.* & cæ-
teri à *Dom. Petra in ritu 166. n. 168. & in ritu*
175. n. 6. lib. 2. adeoquod poteſt iudex, non
obſtante d. pacto, ex officio teſtes examina-
re, *Gallarat. de renunc. cent. 2. renunc. 161. nu.*

7. &

7. & licet aliqui contrarium affirmauerint, pactum scilicet subsistere, vt dixerunt *Alex. in l.iubemus, C. de iud. Vrsil. ad Afflict. dec. 298. n. 4. Franc. dec. 361. nu. 4. Reg. de Marin. ad Reuert. dec. 445.* alijq; adducti à *Dom. Petra loc. cit.* tamen sunt intelligendi d. Doctores, quãdo testes nõ essẽt omni exceptione maiores, & legales, *Freccia de prӕsent. instr. par. 26. q. 3. fol. 197. n. 3. Thesaur. dec. 260. nu. 5.* vbi additio *Sese dec. Aragon. 28. to. 1. Ruiz. dec. lituan. 4. Dom. Altim. ad Rouit. consil. 13. n. 50. lib. 2.* vel quando non essent testes recepti, parte non contradicente, *Franc. dec. 278. n. 7. Petra ad Grammat. dec. 89. Theodor. alleg. 13. n. 12.* quia debebat pars procurare ne reciperentur testes, *Francus d. dec. 278. num. 7.* & on magis si cum testibus adiugantur scripturæ, quia esset casus mistus non comprehensus sub pacto simplici, *Vrsill. ad Afflict. dec. 271. n. 2.* ita iudicatum testatur *D. Petra in ritu 288. num. 123. circa fin.* in quibus casibus, quia veritas in contrarium apparet ob probationes factas prędictæ solutionis, cessare debet rigor dicti pacti.

Et tandem multi alij effectus prędictæ clausulæ, seu potestatis procedendi sola facti veritate inspecta poterunt describi, & essent omnes illi casus in quibus possunt Iudices ex officio supplere, parte non opponente, quorum multos refert d. *Dom. Petra in d. ritu 288.* quos omitto ne alienos labores vsurpem. Sed iudico non semper posse dici, exceptio potest op oni à Iudice ex officio, igitur poterit allegari in illa Curia procedente summariè, & patet in exceptione de iure tertii, quæ opponitur contra actorẽ, quod tua non interest, ista enim etiam poterit à Iudice suppleri, & si à parte non opponatur, quia talis exceptio ipso iure intentionem, seu actionem agentis repellit, quæ in pura veritate versatur ad excludendum agentis defectum *Christophor. Crespi de Valdaura obseru. 29. num. 11. Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 1. q. 36. Cancer. var. cap. 18. n. 27. tit. de exceptio*, attamen in illa Curia procedente summariè, & veritate inspecta non admittitur talis exceptio, *Bart. in l. illa à quo, §. si de testamento, ff. ad Trebell. Tiraq. in rep. l. si vnquam in verb. reuertatur num. 362. Cod. de reuocat. donat. Cacheran. d. decis. 1. num. 11.* qui alios allegat. Similiter potest in Curia procedente summariè, opponi exceptio solutionis factæ à parte post sententiã, non obstante dispositione tex. in *l. peremptorias, C. quã sentent. resc. nd. non poss. & l. præscriptionem, C. de exceptio*; quia æquitas, veritas, & bona fides non patiũtur, vt bis idem exigatur, *l. bona fides*, vbi *Decius, & Cagnol. ff. de reg. iur. Cacheran. d. dec. 1. nu. 33.* Non tamen ex d. clausula procedendi summariè potest omitti citatio partis, quæ est de iure naturali, *Roman. consil. 248. num. 3. Carpan. ad statuta mediol. cap. 48. n. 9. lib. 1.* qui alios tradit effectus d. clausulæ in *cap. 25. à nu. 5. & in cap. 42. n. 19. & cap. 47. à nu. 3. tom. 1.* vbi per leges municipales illius Ducatus simile statutum viget.

PRÆSTANTIA XVII.

Præstantia S. Consilij est vt possit ferre sententiam super probatis, licet non petitis, & quando.

SVMMARIVM.

1 *Iudices inferiores non possunt ferre sententiam super alio, quod petitum non fuit.*
Sententia debet esse conformis libello.

2 *Senatus Supremi PRÆSTANTIA est, vt possit iudicare super probatis, licet non deductis, & quando infra n. 10.*

3 *Iudices, qui procedunt sola facti veritate inspecta possunt iudicare super probatis, licet non deductis.*

4 *Libellus generalis, licet concludat ex speciali causa, potens est ad obtinendam victoriam in Supremo Consilio, etiam ex alia causa non expressa, & quando.*

5 *Sententia potest ferri super causa probata, licet non expressa in libello, quando Reo nulla competit defensio aduersus dictam causam probatam.*

6 *Articuli habent vim petitionis, & ideo potest ferri sententia super causa in articulis probata, licet non deducta, & quando.*

7 *Iudex appellationis potest supplere in sententia illud, quod non fuit petitum in libello, sed colligitur ex facti narratione.*

8 *Iudex in causis pupillorum, & miserabilium personarum potest iudicare super probatis, licet non petitis.*

9 *Capitulum nostri Regni Detestantes tunc procedit, quando non aufertur ius propriæ defensionis.*

10 *Iudex debet reseruare ius actoris in alio iudicio, quando Reus nequiuit se defendere super causa probata, sed non posita.*

11 *Sententia potest ferri super causa probata, et nõ deducta, quando dicta causa probata ex eodem fonte procedit, ex qua dependet petitio.*

12 *Libelli narratio si potest comprehendere etiam probata, illa includi possunt in prolatione sententiæ.*
Possessorio, si congruunt in libello narrata de petitorio trahi possunt ad possessorium.

13 *Actor*

13 *Actor agens ex stipulatione obtinere potest ex confessione.*
Confessio facta in Aula Sacri Consilij non potest renocari.
14 *Actor agens ex mutuo, si probabit ex commodato poterit obtinere, secus si probauit ex deposito sibi deberi, & cur.*
15 *Libellus si fuit generalis absque expressione causæ specialis, parte non opponente, poterit ferri sententia super probatis, licet non specialiter deductis.*
16 *Sententia potest ferri super probatis, & non petitis, quando probata accessoriè, & virtualiter veniunt.*
17 *Clausula omni modo meliori in libello apposita operatur, vt in accessorijs, & exequutiuis sat sit generalis petitio.*
18 *Probata sunt ab actis reijcienda, quando repugnant libello.*
19 *Sententia potest ferri à Supremo Senatu super eadem re ex diuersa causa probata, sed non petita, secus si varietas esset super diuersa re probata, sed non petita.*
Actor agens pro domo, si probauit sibi deberi agrum, non poterit obtinere.
20 *Actori semper iuuat generalem libellum proponere, absque restrictione ad specialem causam.*
Exceptio rei iudicatæ non obstat, si causa superueniat post rem iudicatam.

CErtum de iure est, vt Iudices inferiores non possint ferre sententiam super alio, quod petitum non fuit, *c. licet heli de simonia*
1 *cap. qualiter, & quando il 2. de accusatio.* ibi: *Vt iuxta iudicij formam, clem. sæpe versic. verum quia de verbor. signific. l. vt fundus 18. ff. com. diuid. vbi Brunneman. l. fin. in fin. C. de fideicom. libert. l. edita vbi DD. C. de edendo Carpzouius par. 1. consti. 26. d. 8.* nec potest ferri super probatis, sed in libello non deductis, *l. quod habebat ff. de instit. actio. Cubed. dec. Instan. 72. n. 2. Dom Petra in ritu 288. nu. 108. tom. 4.* fatuus enim Iudex censetur qui super non petitis pronunciat, *Soccin. consil. 37. col. penul vol. 4. Cranetta consil. 271. n. 6. Consil. Pratus obseru. iuris 67. nu. 1. & 57* quia super non deductis coram eo Iudex potestatem non habet, *d. l. vt fundus,* ideo si super alijs probatis, sed non petitis proferatur sententia, cum super eis non fuit lis contestata, sententia erit ipso iure nulla, vt declarat *Bald. in l. 2. versic. extra oppono, C. si plures vna sententia, & in l. fin. C. de fideicomm. libert.* & tenent *Alex. consil. 121. lib. 6.* cum super non deductis nullum possit esse iudicium, nec condemnatio, *l. 2. C. com. diuid. l. vinum, ff. si cert. petat. cap. licet heli de simonia,* sententia enim debet esse conformis libello *d. l. vt fundus & d. l. fin. in fin. Cod. de fideicomm. libert. Bald. in l. Pomponius §. si alijs ff. de procur. & in l. si ut preponis C. quomodo, & quando Iudex, Bart. in l. vinum ff. si cert. pet. Grammatic. dec. 19. post Afflict. dec. 95.* cum sententia dicatur prædicatum, libellus vero subiectum, & talia sunt subiecta qualia prædicata demonstrant, *Glos. singul. in cap. dudum 54. in verb. responsionem de electione,* vbi *Canonistæ,* alia *Glos. in l. si mandati in fin. ff. mandati,* ita etiam Sapiens in morali philosophia existimauit, ea demum delectare quæ contingunt expetita, quæ verò vltrò objiciuntur, non perindè iuuant *Laer. l. 1. cap. 1.*

Sed PRÆSTANTIA specialis est Supremi Senatus, vt possit iudicare super causa proba-
2 ta, licet non deducta, neque petita, quia Senatus Principem rapresentat, vt sæpe dixi, & sicut Princeps potest iudicare vltra petita, vt notat *Bart. in l. Æmilius ante fin. ff. de minor. Speculat. in tit. de actio. seu pet. § super versic. sed quid Franc. Marcus dec. 13. part. 1. n. 5. & 6. qui n. 8.* ita refert vidisse iudicatū *Riccius collect. 343. Cancer. var. resol. par. 2. cap. 2. n. 259.* ita etiam Suprema Curia, quæ nomine Principis iudicat, vt communiter dixerunt DD. nempè *Alex. in l. si ita stipulatus, §. Grisogonus ff. de verb. oblig. Iason in l. certi condictio §. si nummos, & in l. vinum ff. si cert. pet. Decius latè in cap. dilecti de Iudic. & in consil. 200. in fin. Corneus,* & alij adducti per *Tiraq. de retract. conuen. in fin. n. 101. & 103.* latissimè *Menoch. de arbitrar. q. 31.* qui in arbitrium Iudicis hoc ponit excogitandum, *Cranetta consil. 98. n. 7. Anto. Croff. consil. 49. nu. 1. vol. 1. Guido Papè q. 58. Galic. in margarita fisci in 8. dub. Bec. consil. 52. n. 89. Rolandus à Valle consil. 53. n. 12. lib. 2. Caualcan. tit. de vsufruct. mul. relic. n. 107.* & probat etiam *Surd. consil. 12. n. 74. & dec. 284. n. 14. Michel. Ferrer. par. 1 obseru. cap. 25.* qui ita pronunciatum refert per suum Senatum Cathaloniæ, & ex nostris Doctoribus ita concludunt *Maraut. in specul. in verb. iudiciorum 9. distin. n. 17. et 33. Carauita in ritu 188. n. 10. Grammatic. dec. 15. n. 3. & dec. 19. n. 3. & dec. 103. n. 141. Vrsill. ad Afflict. dec. 372. n. 2. & 3. Surgente de Neapol. illustr. cap. 18. n. 11. Reg. de Ponte consil. 137. num. 12. lib. 2. & dec. 33. n. 17. Hodiern. contron. for. cap. 12. num. 2. Merlin. lib. 1. contron. 34 Pratus lib. 4. discept. for. cap. 12. et obseru. 67. n. 5. et 6. et n. 21.* Regula enim illa communis, quod sententia debeat esse conformis libello per *l. penultimā ff. de auth. tutor. cap. dilecti de iud. cum concordan.* fallit in Concistorio Principis, vbi Supremus Magistratus supplet ineptitudinē actionis, quando constat de iure actoris, vt in Regno Franciæ etiam obseruari testatur. *Boer. dec. 42. n. 17.*

Quæ PRÆSTANTIA eo magis conceditur Supremo Senatui illius Regni, vbi viget statu-

3 tutum procedendi sola facti veritate inspe-
cta, vt post alios dixit *Cancer. loc. cit. nu.* 260.
sicut habemus dispositum in nostro Regno
Neapolitano, per Capitulum *Detestantes*,
quod fuit confirmatũ in *Ritu* 288 & in *prag.*
1. de ordin. iudic. vbi *Ronit. n.* 2. ex quibus san-
ctionibus fuisse etiam correctam regulam su-
pra traditam, *l. penult. ff. de author. tutor. & l.*
habebat ff. de instit. actio. vbi qui ad vnam
causam petendi coarctatur, si eam non probat,
succũbit, dicunt *D. Petra in d. ritu* 288. *n.* 109.
n. 4. *et Cacheran. dec. 1. n.* 21. qui alios citãt, id-
circo fatentur practici nostri Sacri Consilij,
quod sufficiat, vt sententia sit conformis pro-
batis, licet in libello non deductis, quia vi-
gore dictarum nostrarum cõstitutionum pro-
ceditur in hoc Regno sola facti veritate in-
specta, & ex illa *Clausula omni modo meliori*,
quæ apponitur in libellis, *Caran. in ritu* 289.
Gizzarell. dec. 68. *Merlin. d. controu.* 34. *Prat.*
d. obseru. 67. *n.* 28 *de Marin. cap.* 316. prout ex
simili statuto ordinato apud Lusitanos infert
Pinell. in l. 1. part. 1. n. 64. C. de bonor. mater.

Ex quo deducitur, quod si quis fecerit genera-
lem libellum narrando factum, si postea con-
4 cludit ex speciali causa debere obtinere,
puta ex causa doli, vel lesionis, si etiã alia ra-
tio ex facto resultat, ex qua poterit obtinere,
sed non deducta in conclusione libelli, quæ
tantum ex narratione facti poterit parti no-
tescere, sufficit libellus generalis ad repor-
tandam victoriam ex quocumque capite,
ob prædictam rationem, quia non attendi-
tur in S. Consilio forma petitionis, vel tenor
libelli, & poterit sententia ferri aliter, ac fue-
rit petitum, & aliquando etiam super non
petitis, *l. Æmelius vbi Bart. & Bald. ff. de mi-*
nor. cap. ad petitionem de accusat. Iason in l. vi-
num n 44. *ff. si cert. pet.* singulariter *Specul. in*
tit. de actio. & petit. §. super, vers sed quid si
Reus, sufficit enim vt quocumque modo
veritas notescat ex sola narratione facti, ab-
sque conclusione, *Angel. in l. omnium C. de*
testam. Afflict. dec. 45. *in fin. & dec.* 83. *nu.* 8. *in*
fin. Reg. de Ponte consil. 2. *n.* 4. *& consil.* 137. *n.* 12.
vol. 2. *lib.* 2. *Riccius collect.* 343. *Reg. Merlin. con-*
trou for. cap. 34 *n.* 8. *& seq. Stab. resol.* 67. *n.* 27.
& seq. & n. 31. *& resol.* 96. *n.* 23. *&* 24. *tom.* 1.
& resol. 150. *n.* 23. *tom.* 2. *Bellon. consil.* 23. *Thor.*
in tom. 2. *comp. in verb. transactio pag.* 703. *Tas-*
son. in prag. de antephato versic. 12. *obseru.* 2. *nu.*
21. hinc resultat, quod si conductor qui dam-
num recepit ab hostibus, agat ad interesse
contra locatorem, sed debebat agere pro
remissione, non attenditur ineptitudo libel-
li, sed intentio apta ipsius, actoris, dixit *Brun-*
neman. in d. l. vt fundus n. 4. & licet in Regno
nostro sit necessaria citatio, & copia libelli,
vt in *prag.* 5. *incip. comparente Reo de ord. iu-*
dic. & ideo videtur dicendum, quod non pos-
sit ferri sententia super non petitis, vbi non
fuit seruata citatio, vt ad limitationẽ dictę re-
gulæ dicũt *Cacheran. dec.* 1. *sub n.* 21. *et Magon.*
dec. lucens. 57. *n.* 16. attamen sufficit generalis
petitio, quæ continet generalem citationem
ex *l. pen. ff. author. tutor.* vt aduertit idem *Ca-*
cheran. post alios *n.* 24. *in d. dec.* 1. *Capyc. decis.*
10. *n.* 24. Imo in Supremis Tribunalibus in
quibus proceditur sola facti veritate inspe-
cta, nullitas citationis, vel mandati quam-
uis magna sit, attamen non admittitur ni-
si iustitiam, & merita causæ habeat annexa,
vt post longum cumulum Doctorum confir-
mat *Dom. Consil. Altim. de nullit. rub.* 5. *q.* 50.
num. 67.

Amplia 1. Vt eo magis conclusio prædictæ Præ-
stantię procedat de æquitate canonica, ex
qua potest sequi sententia super eo, quod nõ
fuit petitum in libello, *Castrens. in l.* 35. *n.* 4.
ff. de Iudic. Brunneman. in d. l. si mater 11. *nu.*
8. *ff. de except. rei iudic.*

Amplia 2 Vt eo fortius conclusio procedat,
quando Reo nulla competit defensio aduer-
5 sus nouam causam in libello non expressam,
nam hoc casu sequi potest condemnatio su-
per probatis, licet non deductis, per tex. in
l. si quis missum 17. *§. Index ff. de damn. infe-*
cto, & in hoc casu loquitur decisio *Afflict.*
372 vbi notat *Vrsill. n.* 2. idem *Afflict. dec.* 32.
in fin. & dec. 204. *n.* 5. *Corneus in l. quoniam*
n. 2. *C. vt in possess. leg. Ramon. consil.* 50. *num.* 34.
Soccin. consil. 160. *n.* 21. *vol.* 2. *Virgil. de legitim.*
personar. q. 3. *Dom. Petra in d. ritu* 288. *n.* 112.
& hoc casu fertur sententia tanquam contra
confessum, *Hodiern. d. cap.* 12. *n.* 28. *& in fine*,
Pratus d. obseru. 67. *n.* 16.

Amplia 3. Vt conclusio faciliter procedat, si in
libello fuerit vna via actum, & alia causa
in articulis probata, quando pars notitiam
6 habuit ob notificationem articulorum, vel
per depositionem factam super articulis, ex
qua pars se tueri poterat, nam in his casibus
potest sequi condemnatio, & articuli haben-
tur loco petitionis, *Loffredus consil.* 29. *nu.* 9.
Camuncu. dec. bononiens. 16. *à n.* 1. *Anna alleg.*
312. vbi ita apparet decisum per S. C. vt no-
tat *Pratus d. obseru.* 67. *n.* 23. 40. *&* 41. *Gizza-*
rell. dec. 68. *n.* 10. *&* 11. *Dom. Petra in d. ritu.*
288. *n.* 111. *in fin.* Idem dicas si petitio esset
generalis, & incerta, sed in articulis decla-
raretur, & certificaretur, *Berlich. dec.* 87. *nu.*
5. *tom.* 1. *Pratus d. obseru.* 67. *num.* 26. sed si n-
biter fuerit facta mentio in articulis de causa
diuersa, non principaliter, ex articulis non
potest sententia emanari, nisi in causa con-
nexa, *Brunneman. in d. l. vt fundus num.* 5. *ff.*
com. diuid.

Amplia 4. Vt ex eadem ratione Judex appella-
tionis poterit supplere in sua sentẽtia illud,
7 quod licet non fuerit petitum expresè in

libel-

libello, colligitur tamen ex facti narratione, vt latè probat *Dom. Petra in d. ritu* 288. *num.* 113 *tom* 4 & rationem assigno, quia si Index appellationis potest priorem sententiam confirmare ex alia causa, ex qua primus Iudex non definiuit, *Bart. & DD. in l. fin. ff. quod cum eo*, vbi etiam *Brunneman. n.* 2. & alium defectum Iudicis à quo supplere, *Cagnol. in l.* 2. *C. de rescind. vendit. n.* 145. *Brunneman. loc. cit.* eo magis poterit ex generali libello decretum proferre, quod ex narratione facti deducitur.

Amplia 5. In causis pupillorum, & miserabi-
8 lium personarum, vt possit Index iudicare super causa probata, & non deducta, *Alex. in l. stipulatio*, §. *Grisogonus, ff. de verb. oblig. Saccin. senior cons.* 11. *nu.* 12. *vol.* 3. *Viuius com. opin vers. Index non potest num.* 6. *Nouar. de priuileg. miserab. person. priuileg.* 149. *& de grauam. Vassall. to.* 2 *grauam.* 125. *D. Petra in d. ritu* 288. *num.* 110. *in fin.*

Non nego multos Doctores hanc præeminentiam denegasse Supremo Senatui, vt fuerunt *Anichinus de preuent. instrum. cap.* 2. *q.* 2. *num.* 73. *Reg. de Ponte consil.* 42. *nu.* 15. *lib.* 1, *Castill. dec.* 57. *& seq. Hodiern. controu for. cap.* 12. *à n.* 25. *Muscatell. in praxi part.* 1. *Glos. petitur nu.* 55. *&* 56, vbi affirmant nunquam consueuisse Sacrum Consilium ferre sententiam super non petito, de quo etiam testatur, *Dom. Petra in d. ritu* 288. *num.* 110. qui perpeodunt *dec* 15. *Gramatici* à me allegatam pro dicta præstantia nostri Senatus, & dicunt quod licet idem *Gramaticus in d. dec.* 15. *nu.* 3. videatur concludere talem potestatem competere nostro Sacro Consilio, & ita deliberauit in illa causa cum votis aliorum duorum Consenatorum, reliqua vero maior pars contrarium determinauit, reuocando sententiam latam super petitorio nō petito, vt refert idem *Gramatit. loc. cit.* & aduertit *Pratus d. obseru.* 67. *à n.* 83. & ita etiam fuisse definitum in Rota Galliarum, refert *Boerius decis.* 42. *num.* 13. nam ratio, *leg. vt fundus C. com. diuid. & l. Beius, ff. de pactis dotal. & l. quod si seruus, ff. de in rem vers.* in quibus disponitur, vt Reus non possit condemnari, nisi ex causa ex qua fuit facta petitio, illa est, nè Reus remaneret indefensus, quod iura non permittunt, & hoc resultaret, si ego agam ex vna causa, & probaui ex alia, ideo illi concludunt non posse actorem obtinere, licet essemus in Concistorio Principis *DD. sup. cit.* qui respondent ad *d. capitulum nostri Regni Detestantes, & ad d. d. Ritum* 288., quod tunc procedunt d. nostra statuta, quando non auferretur ius propriæ defensionis, & hoc eueniret, quando actor
9 ageret ex vna causa, & postea aliam probaret, quam si Reus sciuisset, se defendisset, vt aduertunt *Lucas de Penna in l. litibus versic. ad illalem, C. de agricol. & censit. lib.* 11. *Bart. in extrauag. ad reprimendam versic. summarii n.* 13. quos refert, & sequitur *Hodiern. in d. cap.* 12. *num.* 18.

Sed talis opinionum conflictus vnica distinctione conciliatur, quæ colligitur à *Muscatello in praxi p.* 4. *Glos. petitur nu.* 48. *versic. dicerem*, & approbant *Dom. Pratus dict. obseru. pract.* 67. *à num.* 63. *& Merlin. dicto cap.* 34. *n.* 14 dicendo, vel causa, quæ fuit probata, & non deducta, omnino noua est, quæ nullam connexitatem habet cum prima in iudicio proposita, vel dicta causa probata aliquo modo dependet ab illa deducta, & sub illa generali causa poterit intelligi, vel comprehendi; In primo casu benè procedunt in contrarium allegata, vt non possit Reus condemnari ex noua causa probata, ex qua non potuit se tueri, quia non deducta, vt aduertit etiā idē *D. Petra in d. ritu* 288. *n.* 111. sed fuit doctrina, *Bart. in l.* 1. *ff. de edend. num.* 12. & est communis sententia, quam tradunt *Gomez in l.* 45. *Taur. n.* 159. *Menoch. de arbitrar. iudic. lib.* 1. *qu.* 30. *num.* 1. ideo dixit *Bal. in auth. sed si quis col.* 2. *C. de secund. nupt.*
10 quod in tali casu, Iudex reseruare debet ius agētis ex illa causa probata, in alio iudicio, instructo melius processu, iuxta text in cit. *l. Bebius, ff. de pactis dotal.* vt refert decisum *Afflict. in decis.* 60. vbi dicit fuisse per S. C. Reum absolutum ab obseruatione iudicij, quia actor egerat pro restitutione feudi ex simulato contractu, & postmodum constare fecit fuisse reuocatam venditionem, ex doctrina *Paul. de Castro in l. si is ad quem, ff. de aquir. hæred.* qui affirmat, quod si proposui iudicium commodati, sed depositum probaui, non prodest probatio, sed Reus erit absoluendus, quod etiam probat *Gratian. discept. for. tom.* 2. *cap.* 261. *nu.* 2. *&* 22. vt latè fundat *Hodiern. d. c.* 12. *per tot.* qui ita refert decisum per Sac. Conf. *in fine*, & hoc casu debet dari nouus terminus ad se defendendum, *Dom. Petra in d. ritu* 288. *nu.* 111. *to.* 4. ob illam regulam, quod lex aliquid statuens intelligitur parte petente, *Giurba dec.* 26 *n.* 13. *& dec.* 14. *num.* 8. *Dom. Altimar. de nullit. rub.* 3. *q.* 14. *num.* 7. & in isto casu procedunt Gramatici decisiones 15. 19. 62. & 103. vt aduertit *Pratus in d. obseru.* 67. *à nu.* 82. *versic. quo verò.*

In secundo casu, quando scilicet probata, & non deducta ex eodem fonte procedunt, ex quo insimul procedunt alia deducta, seu petita, tunc potest ferri sententia contra
11 Reum, licet non fuerit facta expressa petitio, *Cranetta consil.* 198. *n.* 8. *Decius consil.* 86. *col.* 5. *circa fin. Guttierez lib.* 1. *practic qu.* 100. *sub num.* 8. *Capyc. dec.* 10. *num.* 24. *Brunneman.*

Z

nerman.in d.l.vt fundus 18.*n.*8 *ff.com.diuid.Rebuffus de rescript.art.*3.*Glos* 4.*n.* 1. *Cacheran. dec.*1.*n.*24.*Magon.dec.lucens.*53. *num.* 17.*&* 18 *Farinac.dec.*611.*sub nu.*5.*par.*1.*Hodiern. d.cap.*12. *num.* 29. & secundum hanc vltimam partem distinctionis loquuntur decisiones *Afflict.* 23. 83. *&* 372. quæ conciliantur cum d.*dec.* 60. eiusdem Afflicti supra allata; nam in d. *dec.* 60. agebatur ex noua causa probata, sed non deducta, vt supra dixi, sed in d.*dec.*23.& 83.& 372. causa probata, & non deducta, seu petita ex eadem actiona, vel fonte procedebat, nam in *dec.*23.fuit Ecclesia admissa ad censum non petitum, sed rei veritate debitum, fuit enim tes petita, & quia apparuit non deberi rem, sed censum super eadem re, fuit facta condemnatio ad censum non petitum, quia super eadem re debebatur, & ex eadem causa dependebat. Sic atiam in d. *dec.* 83. fuit res petita, sed quia prestari non poterat, fuit facta condemnatio ad extimationem, licet non petitam, nam prætium successit loco rei, & ex eadem actione resultauit condemnatio. Et tandem in *dec.* 372. actio fuit proposita contra filios hæredes patris, & quia non constitit fuisse hæredes patris, sed matris etiam obligatæ in eodem instrumento, ideo fuerunt condemnati vti hæredes matris, licet contra hæredes matris petitio non fuit facta, quia vnica erat actio, vt benè etiam aduertit *Dom. Pratus d.obseru.*67.*à n.*76. Eadem consideratione conciliantur d.*dec. Afflict. cum Consilijs* 36. *&* 137.*nu.*12.*Reg.de Ponte*, cum qua distinctione declarant competere talem præstantiam nostro venerando Senatui, *Danza de pugna Doctor.cap.*1.*&* 2.*tit de sentent. an debeat esse conformis libel. Merlin. controuers. lib.*1.*cap.*34.*Pratus obseru.* 67.*à nu.* 28. *& ad Muscatell.Glos.petitur nu.*54 *Ioseph de Rosa consult.*23.*à n.*24.*Hodiern.contrau.*12.*Vargas Machinc.dec.*55. alijque nostri DD.

Idem dicas si narratio facta in libello possit
12 comprehendere etiam probata, vel eis congrueret, nam hoc casu potest ferri sententia super probatis *Faber in Codice lib.* 2. *tit.* 37. *de form. & interpr. defin.* 3. vbi dicit quod illa, quæ in libello narrantur si concludunt de petitorio, sed congruunt tam petitorio, quam possessorio, nihilominus trahi possunt ad possessorium, & confirmat *D. Pratus d.obseru.*67.*n.* 18. Ideo si quis agat ex stipulatione obtinere poterit ex confessione
13 facta coram Iudice, *Marsil.singul.*266.*Petra ad Grammat dec.*19.*num.*9. *Pratus d.obseru.* 67.*num.*16.*Reg.Petra in ritu* 288.*n.*112.præcipuè si fuerit facta confessio in Sacro Consilio, quæ erit maioris efficaciæ, nam alias confessio verbalis non red acta in scriptis
statim reuocari potest, non tamen confessio facta in Aula S.Consilij, *Petra ad Capyc. dec.* 71.*num.*3.*Anna singular.*67. *D. Petra in ritu* 288 *nu.*112. Sic etiam si egi contra aliquem actione legis Aquiliæ petendo damnum resarciri, potest sequi condemnatio ad duplum, quamuis duplum non sit petitum, quia venit ex eadem natura actionis legis
14 Aquiliæ, *Pratus d.obseru* 67.*nu.* 14. Eadem ratione si ago ex mutuo, & probo ex commodato obtinebo, quia ambo ex eodem fonte procedunt, argum.*l.bona,§. aliquando, ff.de adilit.adicto, Bald. in l.* 1.*C.de vsufruct. Roman.consil.*2.*Boer.dec.*42.*Capyc.decis.*10. *D. Petra d.num.*112. secus verò si petij ex mutuo, & probaui deberi mihi ex deposito non potest sequi condemnatio, vt supra dixi *n.* 10.cum *Paul de Castr.in d. l.si is ad quem*, & confirmat *Verall.dec.*126.*part.*3. quia ex diuersa causa dependet, non sic mutuum, & commodatum, quæ similis sunt naturæ.

Idem dicas si liballus fuisset generalis absque expressione causæ specialis, tunc parte non
15 opponente ferri poterit sententia, secundũ probata, licat non specialiter deducta, secus si pars hoc opposuerit, *Alex.consil.*121.*nu.*11. *lib* 1.*Hodiern.d.c.*12.*num.*31.& quia libellus fuit generalis, & poterat comprehendere id quod fuit probatum, licet non fuit specialiter deductum, sententia fuit prolata ex probatis, refert decisum, *Anna singul.*302. & repetit *alleg.*48.*n.*14 *cum seq* Similiter dicas, quod ferri possit sententia super pro-
16 batis, & non deductis, quando probata accessoriè, & virtualiter veniunt, *Bald.in l.fin. col.*2.*C.de fideicom.libert Felin.in cap.licet col.* 5.*in princ.de simonia Marcian.consil.*4.*nu.* 15. *Camill.de Medic.consil.*150. *Galeot. respons.fiscal.*30.*n.*22.*& contron.*34.*lib.*2. alijque adducti à *Dom.Petra in d.ritu* 288.*n.*112. Hinc Iudex, petitione hereditatis intentata, super fructibus etiam Reum condemnare potest, *Hartman. Pistor.obseru.*102.*n.*8.*Hillinger ad Donell.l.*26 *c.*4.*lit.A.Brunneman. in l.vt fundus* 18.*n.*9.*ff.com diuid.* Et tandem eo fortius dicas supra dicta procedere, si in libello fue-
17 rit apposita clausula omni modo meliori, quæ operatur, vt in accessorijs, & exequtiuis sat sit generalis petitio, *Mari ad Grammatic.dec.*15.*n.*6.*Monach.ad Minad. dec. vlt. n.*6.*Maranta respons.*76.*num.*21. *tom.* 4. *Nouar.sup.pragm.pag.*174.*num.*4.*Gizzarell. dec.* 68.*Petra ad Gramatic.dec.*62.*n.*11. qui dicit quod talis clausula habeat vim herbæ bectonicæ, quæ omnibus prodest.

Limita omnia prædicta, vt non procedant,
18 quando probata cõtinerent repugnantiam cum narratis, tunc enim licet essemus in illis casibus, in quibus possit ferri sententia, nihilominus ob repugnantiam resultantem,

sunt

sont ab actis reicienda probata, & sententia proferri non poterit super probatis contimentibus repugnantiam cum libello, *Bart. in l.1.num. versic. quid si aliquis, ff. de actio. & oblig. Alex. consil. 121. nu. 6. lib. 1.* latè *Dom. Rodiern. d. cap. 12. à nu. 33.* qui in fine *d. cap.* ita iudicatum refert per S. C. & fuit ordinatum reici articulos contrarios petitioni.

Limita 2. Quando iudicium requirit certam formam probationum, nam si iste deficeret, nō poterit proferri sententia super alijs probatis, quę non adimplent formā iudicij, vt esset casus, quādo quis ageret rei vendicatione, in quo iudicio, quia requiritur probatio dominij ex parte actoris per *l. in rem, ff. de rei vendic.* vbi *DD. Boer. dec. 42. nu. 3.* ideo si petierit rem sibi competere ex causa rei vendicationis, & probauerit rē ad se spectare ex successione, quia hæc probatio non sufficit ad probandum dominium, per tex. in *l. nihil,* & ibi *Bald. C. pro hærede, Soccin. consil. 39. num. 2. & cons. 112. num. 22. vol. 4. Boer. d. decis. nu. 5.* non poterit actor obtinere, sicut nec suffragatur probatio, de possessione habita penes actorem de præterito, quia possidenti non competit rei vendicatio, *l. 1. §. hoc interdictum, ff. vti possi.* nec possessio facit quem præsumi dominum, *l. & quæ non dum sunt, §. 1 ff. de pignor. Glos. in l. 2. ff. de probat. Coruetus cons. 19. li. K lib 2. Paul. de Castr. cōs. 297. incip. Certè,* nisi possessio esset longissima, quia tunc præsumitur, nam longeua possessio dat titulum, & ex ea ius oritur, *l. si quis emptoris §. 1. ff. de præscript. 30. vel 40. ann.* ideò super istis probatis non concludentibus, nequit proferri sententia, *Boer. d. dec. 42.* vbi latè.

Declara hanc prærogatiuam Supremi Senatus, vt intelligatur procedere, quando agitur de
19 eadem re, quæ esset petita ex vna causa, & illa causa non esset probata, sed fuisset probatum d. rem ad agentem pertinere ex alia causa, in iudicio non deducta, & in isto casu Curia, quæ solà facti veritate inspecta procedit, potest pro actore promulgare sententiam, & rem illam ex causa in iudicio probata, licet non deducta adiudicare, *Afflict. d. dec. 23. num. 83.* & figurari poterit casus, quādo res fuisset petita ex causa donationis, quæ non esset probata, sed probatum esset ex causa emptionis illam rem pertinere ad actorem, poterit sequi sententia ex ista causa emptionis probata, licet in libello non allegata, quia circa eandem rem versatur arbitrium, seu potestas Senatus. Sed si circa diuersas res esset varietas, puta si peteretur domus, & constaret, quod esset Vinea, seu agrum, quod deberetur, hoc casu, licet constaret ex alia causa ad actorem spectare illa diuersa res non petita, non potest sequi condamnatio, *Auendan. respons. 11. nu. 21. & seq. Parlador. lib. 2. rerum quotid. cap. 10. Hieron. Gabriel cons. 33. nu 3. Borgogn. Canalc. de vsufructu mul. relic. n. 107. Tiraquell. de retract. conuent. n 98. cum seq.* ita decisum refert *Viuius per Reg. Audientiam Apuleæ in dec. 340. n. 4.* & tandem puntualiter, *Cancer. d. cap. 2. n 261. & 262. part. 2.* quibus addo *Ramon. consil. 50. n. 34. vers. nam respondetur, & Dom. Pratum in d. obseru. 67. n. 90.*

Aduerte ex his omnibus ad praxim Curiarum inferiorum, quod semper iuuat actori gene-
20 ralem libellum proponere in iudicio, & non se restringere ad specialem causam, quam nisi probauerit succumbit, vt exemplificatur in iudicio rei vendicationis, vbi si actor vnam causam exprimit, quam non probat, non potest postea ex alia causa rem vindicare, dicit text. in *l. si mater 11. ff. de except. rei iudicatæ,* vbi *Brunneman,* dummodo causa de nouo non aduenerit, nā tunc ex noua causa superuenienti si res petatur, non obstat exceptio rei iudicatæ, puta si quis ante conditionem impletam agat, & victus fuerit, postea conditione impleta si agat, exceptio rei iudicatæ non obstat, *d. l. si mater, § 4.* vbi *Brunneman n. 7. & l. 13. §. p. u. ff. de pignor. Tiraquell. in l. boues, §. hoc sermone, ff. de verbor. signi. lim 1. nu. 16. Hillinger ad l. 22. cap. 5. lit. S.* Sed generalem causam, vel plures proponendo, sufficit vnius causæ probatio, vt libellus iustificetur, *Lapus alleg. 55. n. 5. versic. de hoc patet Roman. cons. 243. ad primū n. 6. in fin. Mascard. de probat. concl. 706. & 714. Tusch. pract. concl. in verb. libellus concl. 316.*

PRÆSTANTIA XVIII.

Præstantia S. Consilij est, vt non debeat iudicare secundum allegata, & probata, sed secundum propriam conscientiam.

S V M M A R I V M.

1 *Iudices secundum allegata, & probata iudicare debent, & non secundum propriam conscientiam, sed contra num. 2.*

2 *Contrarium non debent operare, quæ inducta fuerunt ad vnum effectum.*

3 *Occularis inspectio, omnes alias probationes superat.*

4 *Veritas debet Iudici constare vti Iudici, non vti priuatæ personæ.*

5. *Iudices sequi debent non propriam, sed publicam conscientiam.*

Conscientia est dictamen rationis, & veritatis. Iudici facta commissio, vt procedat secundum conscientiam, intelligitur secundum veritatē.

6 *Iudices ſuperiores Supremi Conſilij poſſunt non ſecundum allegata, & probata iudicare, ſed ſecundum propriam conſcientiam.*

7 *Sacrum Conſilium Neapolitanum poteſt ſicut Princeps iudicare ſecundum propriam conſcientiam.*

8 *Iudex ex ficta veritate ſcil. ex contumacia non debet Reum condemnare, ſi ei veritas noteſcit, quod non ſit delinquens.*

9 *Iudex ſi ſciat Reum eſſe innocentem, non debet illum condemnare, ſed eius innocentiam propalare ad Principem.*

10 *Conſcientijs velle dominari peccatum magnum eſt.*

Deus ſibi tria reſeruauit, nempè ex Nihilo aliquid facere, ſcire futura, & dominari conſcientijs.

11 *Princeps, vel Supremum Conſilium non debet ſecundum acta innocentem condemnare, quando ei ex peculiari ſcientia conſtat Reatus.*

12 *Iudex ſi viderit aliquem occidiſſe Titium, ſi probationes non habet non poteſt illum condemnare.*

13 *Arbitrium iudicandi ſecundum conſcientiam conceſſum Iudicibus ſuperioribus, regulatum eſſe debet, & diſcretum.*

14 *Innocentes iniuſtè condemnati ſolent appellare ad Thronum Dei, coram quo citant Iudices, qui malè iudicarunt, & exempla traduntur.*

15 *Iudex in cauſis parui momenti poteſt iudicare ſecundum particularem ſuam conſcientiam.*

16 *Iudex in notorijs poteſt ſequi conſcientiam ſuam.*

17 *Iudex in cauſis valdè dubijs poteſt eligere illam opinionem, quam ſecundum propriam conſcientiam credit veriorem.*

18 *Iudex poteſt contra probata iudicare, quando teſtes deponunt pallidè, & tremantes, vel quando falſitas eſt notoria.*

19 *Pilatus licet ſecundum allegata, & probata Chriſtum condemnauit, tamen non excuſatur, quia falſitas erat notoria.*

20 *Iudex poteſt ſecundum conſcientiam iudicare, quando agitur de limitandis finibus.*

VT plurimum accidit, quod in cauſis vertentibus in SupremoConſilio Principis, ob potentiam litigãtium, probationes fiant non veræ, ſed à veritate rei longè diſtantes, itaut ex teſtium falſitate veritas upprimitur, quæ aliquando Iudicibus lumine Dei directis patefacta, extraiudicialiter apparet, & in hac dubietate querunt DD., an Iudices ſecundum allegata, & probata iudicare debeant, an vero ſecundum illam veritatem extraiudicialiter eis benè notam, ideſt ſecundum propriam conſcientiam. Et in hac quæſtione communiter tradunt DD., quod
1 Iudices ſecundum allegata, & probata debeant ſententiam proferre, & non ſecundum propriam conſcientiam, ſunt iura in *l. illicitas*, *§. veritas*, *ff. de offic. Preſid.* vbi *Gloſ. Bart. in cap. paſtoralis*, *§. quia vero*, vbi *Gloſſ. ff. de Offic. Deleg.* & ibi *Felyn.*, vbi ordinarius ad mandatum Delegati tenetur ſententiam à Delegato latam exequi, etiam ſi ſciat eam eſſe iniuſtam, quod ſanè illi iniungi non deberet, ſi conſcientiæ religio attendenda foret, *c. 1. de offic. ordin.* & ibi *Gloſ.* eadem *Gloſſ. in cap. Iudices 3. q. 7. Bal. in l. abſentem col. 2. ff. de pænis*, adminiculatur *text. in can. 2. ſeu vlt. cauſ. 15. q. 5.* vbi vt presbiter officio ſuo priuetur, requiritur vt ſcelus, vel spontè ſit confeſſus, vel conuictus, nec ſufficit, Epiſcopo crimen notum eſſe, *Menoch. de arbitrar. lib. 1. q. 14. n. 2. Cacheran. dec. 1. n. 43. Giurba dec. 99. n. 11. Vinius dec. 178. Guido Papè q. 29. Capyc. latro conſult. 6. n. 75. tom. 1. Paris de Puteo de ſyndic. tit. de Arbitris Iudic. n. 13. verſic. poteſtas*, vbi dicit doctrinam procedere, licet Iudicibus commiſſum eſſet negotium, vt darent ſententiam, ſecundum conſcientiam, nam intelligi debet de conſcientia legis, non de propria Iudicum conſcientia, *Iaſon in l. certum, C. unde legitimi, & in l. ſi inutiliter, C. de fideicomm. num. 6. cum ſeq. & in l. 1. num. 19. ff. de iuſt. & iur. Lapus alleg. 15. in fin. Caualcan dec. 22. nu. 9. par. 1.* Conſcientia legis illa dicitur, quæ legibus eſt annexa, ſeu informata, vt dixit *Afflict. in Conſtit. Regn. Aduocatus nu. 11. de Sacram. præſtit. tit. 81. lib. 1.* & clarius in *Conſtit. Iudices n. 12.* & ibi *Additio rub. 94. de electio. Official*, vbi dicit, quod licet Iudices teneantur ſecundum puriſſimam conſcientiam iudicare, intelligitur de conſcientia legibus informata; ſi enim Iudices aliter agerent, illa iuris regula communiter ex iuribus recepta, falſa, & non vera iudicaretur, qua cauetur, quod deficiente probatione, ille cui probandi onus incumbit, ſuccumbat, & aduerſarius obtineat, *l. qui accuſare 4. C. de edendo l. 2. C. de probatio. l. ſi quidem 9. C. de exceptio. & l. negantes 9. C. de oblig. & actio.*
Et ratio præcedentis concluſionis illa eſt, quia Iudex fungitur authoritate publica, & vti perſona publica iudicat, *leg. Barbatius Philippus*, *ff. de Offic. Prætor.* notatur in *clem. 1. de ſequeſtro*, ideo non priuata, nec particulari, ſed publica fori ſcientia uti debet in iudicio, vt dixit *Gratian. ex Epiſtol.* Sixti Pontificis ad Epiſcopos Hiſpaniæ, per hæc verba, *Nemo*, inquit, *Pontificum iudicare præſumat incerta, quæ quamuis vera ſint, tamen credenda non ſunt, niſi certis indicijs comprobetur.* Idem *Gratian. 3 quæſt. 7,* admonet bonos Iudices nil ex arbitrio ſuo face-

facere debere, ex domesticæ voluntatis proposito, sed iuxta leges, & iura pronunciene, statutis iuris obtemperent, non indulgeant proprijs affectibus, sed sicut se habet negotij natura, decernant, Iudex enim obsequitur legibus non aduersatur, examinat causæ merita, non mutat; alias enim si Iudex neglectis probationibus, secundum propriã conscientiam iudicare velit, nunquam euitabit, quin iniustam sententiam dixisse ab omnibus crederetur. Nemini enim ille persuadebit, cur nudæ suæ scientiæ attestationi potius, quam contestibus omni exceptione maioribus, fidem sic habiturus. Si dixerit Vidi, viderunt & plures alij, respondebitur. An verò vnius oculus aciem inuertit plurimorum? Et quid Reipublicæ magis detrimentosum, quam plerosque arbitrari sibi non administrari iustitiam, hoc enim modo tolleretur Reipublicæ pax, & quies, quia cum vulgus veritatem ignoret, & ad famam tantum respiciat, videns constari per publicas attestationes reitatem delicti, faciliter contra Iudicem proclamabit, quod potius sub prætextu priuati commodi, quam priuatæ scientiæ vellet eum liberare, & conuinceretur iste Iudex sententiam tulisse iniustam, probationibus nempè repugnantem, nec crederetur ei contrarium assecenti, vt in *cap. quoniam contra falsam de probationibus*; Imo ei periculum immineret *leg. lex Iulia, ff. ad l. Iuliam repetund. l.* Istis enim periculis pro debito, vel delicto alterius se exponere non debet, secundum ordinem charitatis; & de suo patrimonio damnum resarcire, propterea in hac dubietate satis excusandus erit Iudex quo ad Deũ, si veritatem, vt homini priuato sibi notam, ostendit, sequendo publicam, & iudicialem veritatem, & ne fraudibus via aperiatur, iudicium debet terminari à Iudice persona publica, secundum publicas attestationes, quamois falsò vnus, vel parui sibi fieri iniuriam opinentur, reliqui vero instam eius sententiam reputabunt. Ius enim nostrum minimè patitur, vt vnus idemque simul, & testis, & Iudicis officio fungatur, *cap. 1 & 2. caus. 4. q. 4. arg. l. vlt. C. de assessor.* quod vtique fieret si deficientibus probationibus, vel his, quæ in iudicio deductæ sunt planè contemptis, Iudici secundum ea quæ sciret, iudicare permitteretur, vt ob prædictas, & similes rationes concludit *Couarru. lib. 1. var. resol. c. 1. nu. 6.* quem cum multis sequitur *Morla in empor. iur. tit. 2. de iurisd. omn. Iudic. q. 1. per tot.* & præcipuè *n. 21.* qui rationes, & argumenta hinc inde adducit, & ita concludit, quam sententiam etiam sequitur *Additio ad Guid. Pape q. 29.* multum enim excusat necessitas officij, vt in *l. Tutor, ff. de his quib. ut indign. & in l. post legatum eod. tit. & in l. cum quadam, C. de administrat. tutor. Petr. Aucheran. in repet. cap. 1. de constit.* latè probat per argumenta *Harppreɛt. in §. si minus 34. à num. 9. instit. de actionibus tom. 4.* & apud Germanos communis est opinio, quam latè fundant *Bacho in annot. ad Treutlerum vol. 1. disp. 12. thes. 14. lit. E. Bronchorst. cent. 1. assert. 14. ed. 2. Theodor. Reinkingk. de regim. secul. lib. 2. class. 2. num. 12. Besold. in Oeconom. tit. 5. & 6. lib. 1. digest. n. 11. Henricus Nobelkie dec. for. lib. 1. dec. 3. Berenhardt. de Rom. Princip. ex leg. reg. inform. thes. 265* alijque citati ab *Harppreɛt. loc. cit. num. 9.*

Sed contrariæ sententiæ plures fuerunt sequaces, posse scilicet secundum propriam conscientiam iudicare, & non secundum acta, & probata, adducunt plura argumenta, quorum validiora sunt: Primum, vt inducta ad vnum effectum, nõ debeant contrarium
2 operare, argum. *l. nulla iuris 25. ff. de legib. leg. quod fauore 6. C. eod. cap. quod ob gratiam 61. de reg. iuris in 6.* si ergo actorum congeries colligitur, vt constet de veritate, *l. 3. ff. de testib. l. Iudices 9. C. de Iudicijs l. 2. C. de edendo,* ideo ad opprimendam veritatem, quæ iudici constat, nil deseruire debent. Secundo arguunt, quia si propriã veritatem Iudex sibi notam, non attendere deberet, à recta via declinaret, & ad mendacium abduceretur, vel mendacium iudicaret; dum aliud diceret, quam sciret, quod non conuenit Iudici, qui potius veritatem, quam id quod narratur attendere debet, *l. & si legibus 5. C. de leg.* Tertio dicunt, occularem rerum gestarum inspectionem superare omnem pro-
3 bandi modum, argum. *l. minor 32. in princ. ff. de minor. §. vlt. de gradib. cognat. l. si irruptione 8. in fin. ff. fin. regund.* Et tandem adducunt *tex. in auth. hodie, C. de Iudic.* vbi disponitur, quod hodie Iudices iurare debeant, se facturos secundum quod eis visum fuerit iustius, & melius, sed nil melius extimari potest, quam illorum ocularis scientia, & cognitio, per istas, & similes speciosas rationes, ita probant, & concludunt *Hotoman. illustr. q. 27. Coras. lib. 4. miscellan. iur. cap. 20. Vasquius lib. 1 illustr. controu. cap. 14. Arumeus exercit. Iustin. 6. in parerg. & exercit. 20. thes. 3. Iurga Valent. in parth. litig. lib. 2. cap. 8. num. 12. cum seq. Giorg. Schultz in synopsi iud. posit. 13. Martin. Rumelin. exercit. 19. ad instit. thes. 13. lit. B pag. 180. & part. 2 ad auream bul. Carol. 4. dissert. 2. coroll. 3. Kubachius cent. 2. q. illust. politic. iurid. decur. 6. q. 7. pag. 435.*

In tali conflictu opinionum, veriorem iudico primam propositionem apud Iudices inferiores, nempe secundum acta, & probata iudicium ferri debere, ad argumenta in contrarium latè respondet *Harppreɛt. in dicto §. si minus*

si minus 34.*à n.* 21.sed ratio, quę mihi piacet
vnica est, quę omnia argumenta in con
trarium adducta resoluit,dicendo, quod ve-
4 ritas debet Iudici constare, vti Iudici non,
vti priuatę personæ, & hoc casu attenditur
probatio sibi nota vti publicæ personæ, nec
aliam debet inuestigare, *cap. super eo de te-
stib.cogen.cap.tua nos* 8.*de cohabit. cleric. can.
prohibentur* 14.*in fin.* 2. *qu.* 1. Si vero Iudici
non vti Iudici, sed vti priuato aliquid no-
tum sit,alia probatio desideraretur, quam
illa quę ex actis constaret,quod non permit-
titur, *cap.vlt.§.sed mirandum* 15. *quæst.* 5.
Ad Doctores in contrarium allegatos, respon-
dent sequaces huius secundæ conclusionis,
dicendo, quod licet Iudices possint secundũ
propriam conscientiam iudicare, tamen
5 non vnius propria conscientia sequenda
est, sed publica *Gloss.in cap.iudicet* 3.*q.*7.*in
verb.audet*, & debet esse priuata scientia,
vnita cum scientia aliorum senatorum iu-
dicantium,affirmant *Io:Oroscius in l.illicitas
§.veritas n.*17.*ff.de offic.Presid. Alciat.in cap.*
1.*n.*89.*de offic. Ord. Velasch. de iudic. perfecto
rub.*14.*annot.*3.*n.*7. Neque enim conscientia
quæ legibus aduersatur sequenda est,sed quę
legibus est conformis, *Iason in §.sed & ista
n.*139.*instit.de actio.* Est enim conscientia
discretio faciendi, vel non faciendi aliquid,
secundum iudicium rationis, *cap. quoniam
de præscriptio.cap.literas de restit.spoliat.Mie-
res in constit.Cathalon.part.*1.*collect.* 4. *cap.* 7.
*n.*30. qui dicit in *num.* 31. quod commissio
facta Iudici, vt procedat secundum con-
scientiam,intelligitur secundum veritatem,
ex doctrina *Bald.in l.et si inutiliter, C.de fidei-
com.* ideo conscientia singulorum non po-
test ius facere, lex autem est vniuersalis ad
omnes, *l.*1.*ff.de legib. Felin, in cap.pastoralis,
§.quia vero n.*23.*de offic.& potest.iudic. Deleg.*
leges igitur, & veritatem Iudex insequendo,
secundum conscientiam iudicare dicitur,
& iudicando secundum acta, & probata, iu-
dicat secundum leges, & veritatem, & non
peccat. Quid enim operetur ista clausula
secundum conscientiam,notant *Practic.Pa-
piens.de forma libelli in actio reali vers.sum-
mariè num.*17.latè *Iason in §. bonæ fidei num.*
10.*instit.de actio.& in §.sed istæ num.*122.*in-
stit.eod.tit.Osasch.dec.*74.*n.*46. *Menoch.de ar-
bitr.lib.*1.*q.*8.*n.*40.*cum seq.* An autem tolla-
tur ex dicta clausula partis citatio, disputat
*Gabriel in com.concl.tit.de citatio.concl.*1. *nu.*
378.& quod tollatur citatio,dixit *Tiraquell.
in tract. Res inter alios acta limit.* 5. Sed an
tollatur appellatio per hanc clausulam,notat
*Ias.in d.§.sed iste n.*136.*&* 137.*instit.de actio.*
Sed hęc omnia intellige controuerti de Iudici-
bus inferioribus, non de Supremis Consilia-
6 rijs Supremi Concistorij, & Consilij Prin-
cipis, nam isti hac PRÆSTANTIA
fulgent, vt possint non secundum allegata,
& probata, sed secundum propriam
conscientiam iudicare, sicut ipse Princeps,
ad text.in *cap.dilecti vbi Panorm.* 1. *notab.de
Iudic.Bart.in l. Æmilius in fin ff. de minor.*
idem *Bart.post Cynum,& DD.in l.vnica,C.vt
quæ desunt Aduocati, & in clem. pastoralis de
re iudic.& in cap.ad Apostolicam eod.tit.in*
6.*Iason in §.sed ista fol.*8.*n.*126.*versic. item
aduerte, quod Papa, & in §.si minus, & in
§.ex maleficijs num.*16.*instit.de actio.* idem
*Iason.in l.siue nostrum in fin.ff. de in litem iu-
rando Oros.in l.illicitas §. veritas, ff. de offic.
Presid.Alciat.in cap.*1.*n.*89.*de offic. ordin. Fe-
lin.in cap.pastoralis n.*23.*de Offic. Deleg. & in
cap.in causis de re iudic.Decius cons.*632.*cuius
de quo queritur in fin.Osasch.decis.*1.*nu.*43.*&*
44.*& dec.*79.*n.*49.*Mieres in constit.Cathalon.
par.*1.*collat.*4.*num.*28.*cap.*7. *Guido Papè dec.*
29. *Chassan. in catalog. Gloriæ Mundi part.*5.
*consid.*24.*vers.*36.*Princeps,Degrassalius de Re-
gal.Franciæ lib.*1.*versic item domini pag.*177.
*Menoch.de arbitr.Iudic.lib.*1.*q.*24.*n.* 3. *Muta
in Consuetud.Panorm.cap.*86.*nu.*37. *& ex Re-
busso tradit Dyonisius Gothofred.in praxi ciuil.
lib.*1.*tit.*9.*de Senator.in rubr. de priuileg. Cu-
riar. pag.* 509. *versic. decimoquinto Gulielm.
de Bened in cap.Raynutius verb.si absque libe-
ris* 2.*n.*49.*de testam.Rendin.de Maiest.Princi-
pis in verb. Imperatoriam nu* 30.*&* 31.alios
innumeros refert *Velasc. de Iudice perfecto
rub.*14.*annot.*3.*nu.*6.*Rebuff.ad proem. constit.
Gloss.*5.*si mai pag.*6.*num.*76.*Christin. dec.Cur.
Belg.* 184. *n.* 5. *tom.*2. qui dicit ita obseruari
in Francia, & in suo Senatu Melchliniensi,
& ex modernis, *Io: Brunneman.in d.l. illici-
tas* 6.*ff.de Offic.Præsid. num.* 3. qui citat *Græ-
nuuegen.in eadem l.illicitas*, idem dicunt
Barbos.in cap.pastoralis, §. quia vero num. 17.
de offic.& potest.Iudic. deleg, qui vnum tan-
tum addit,dumodo absit scandalum, & in
*cap.*1.*de offic.Iudicis Ord.in fin.*dixit de Prin-
cipe, & eius Vicegerente, *Fermosin. in cap.
dilecti* 6.*de Iudic.q.*9.*n.*3.*in fin.& in n.* 8. *Pi-
chard.in §.*1.*instit.de offic.Iudic.in fin.* & spe-
7 cialiter de nostro S.C.quod Principis locum
in iudicando substinet, sicut ipse Princeps,
vt possit iudicare secundum conscientiam,
dixerunt DD. nostri Regni, scilicet *Gram-
matic.dec.*13.*num.* 14.*&* 15.*& dec.*19.*num.*
13.*& dec.*62.*n.*32. vbi *Additio, Helise. Dan-
za Franc. de Petris consil.* 34.*fol* 134 *nu.* 10.
*Reg.Rou.t.*2.*in prag.*1.*de ordin.Iudic.nu.* 31. *Reg.
Capyc-latro consult.*6.*nu.*77. *tom.*1. *Consil.Ho-
diern. controu.for. lib.*1.*cap.*19 *fol* 173 *num.*
23.*Consil.Staib.resol.*134.*tom.*2. *Consil. Pratus
discept.for.cap.*10.*fol.*85.*num.*9.*& lib.* 4. *cap.*
12. *& obseru.pract.*67.*num.*38. *Azeued. in
leg.noua recompil.lib.*2.*tit.*4.*n.*4.*fol* 132. *tom.*
1. Imo

1.Imo nedum poterit Suprema Curia iudi-
care de bono, & æquo ſecundum conſcien-
tiam,ſed ſicut Deus *Auendan.reſponſ.1.n.11.*
Azeued.loc.cit.Capyc.Galeota controu.for.lib.2.
controu.38.n.67.Marotta.diſcept.for. cap. 16.
n.17.Pratus diſcept.for.12.num.31. tom.3.&
obſeruat.practic.67.num.36., & iudicare vt
Deus nil aliud eſt,quam ius diuinum, & hu-
manum attendere,ſolum inſpiciendo veri-
ritatem,*Vinius dec.340.num.1.Dom.Petra*
in ritu 288.num.114.tom. 4. & poteſt ſe mo-
uere S.C.non ex plena probatione, ſed con-
ſiderata honeſtate agentis, & eius qui con-
uenitur, & quantitate rei petitę. *Andreas in*
c.1.§.cum autem num.5. circa finem de contr.
inueſt.& in §.ſi autem eod.tit.Taſſon.in pragm.
de antephato verſic.3.obſeru.3. num.69.

Hæc enim eſt differentia inter Iudicem infe-
riorem, & ſuperiorem, vt ille de neceſſitate
debeat ſecundum allegata, & probata indi-
care, ſuperior vero de ſua voluntate, *Bannez*
2.2.D.Thom.q.67.art.2.concl.5. Velaſch. de
Iudice perfecto d.rub.14.annot.3. num.19 & ſi
aliter facerent iſti Iudices ſuperiores pecca-
rent, vt ex doctrina Theologorum refert
Capyc.latro conſult.6.nu.78.& confirmat *Dom.*
Petra in ritu 288.num.109.tom. 4. Pratus d.
obſeru.67.n.38.

Non nego tamen contrarium docuiſſe quam-
plures DD.ſc.*Couarr.lib.1.var.reſol.c.1. à nu.*
6.& Morla in empor.iur.tit.2.de iuriſ.omn.Iu-
dic.q.1.n.30.in fin. qui dicunt, quod etiam
iſti Iudices Supremi teneantur iudicare ſe-
cundum allegata, & probata, & non ſecun-
dum particularem ſcientiam, quoniam
Supremi Senatus Iudices nullam habent à
Principe poteſtatem derogãdi legibus, ideo-
que quod teneantur ſequi probationes, &
publica documenta, & non propriam con-
ſcientiam, *Anton:Laudenſ.in tract.de Principe*
num.41.Xamar.de offic.Iudic.& Aduocati q.
18.n.7.Guttierez canonic.q.lib.2. c. 29. num.
*21.*alijque multi relati à *Velaſc. de Iudice*
perfect.rub.14.annot.3.num.8. Iudex enim
licet habeat arbitrium ſibi commiſſum à
Principe,non per hoc debet diſcedere à for-
ma iuris communis, vt poſt *Dynum in l. re-*
ſpiciendum, §.1.ff.de pœnis, aduertit *Mie-*
res ad Conſtit.Cathal.collat.4.num.36.part.1.
vbi latè de tali arbitrio, quomodo ſit regu-
8 landum, & ſolum admittunt in confeſſione
ficta contracta per contumaciam vigore
ſtatuti,ex qua Iudex non poterit Reum con-
demnare ſi habeat veritatem, quod ſit inno-
cens,*Afflict.in Conſtit.Reg.pœnam eorum num.*
*64.tit.3.de bonis forindic.lib.2.*poſt *Bart.in*
l.abſentem col.2.ff. de pœn. Muta in conſuetud.
Panorm.cap.68.in addit.num.35.lit.BB.

Et in hoc diſcordantium ſententiarum confli-
ctu, quid Iudicantes facere debeant, an in-
nocentem condemnare, quod aliquo modo
ius naturale violaretur, vel ipſum abſoluere,
multas cautelas tradunt DD. quarum ali-
quas refert *Morla d.q.1.tit.2.*Mihi verò pla-
cet ſententia *D.Thom.2.2.qu. 64 art.6.ad 3.*
*argum.*quam etiam approbat *Morla loc.cit.*&
prius illam docuit *Iaſon in l.ſine noſtrum nu.*
6.ff.de in litem iurand. vbi *Apoſtill.* & etiam
dixit *Afflict.in Conſtit. Regni puritatem nu.2.*
de preſt.ſacram.lib.1. qui concludunt,debe-
9 ri à Iudice cauſa referri ad ſuperiorem,
& hoc modo propalari Rei innocentiam,
quod ſi ita res non eueniat, functus fuit eius
officio, & omne malè geſtum ſibi poterit
imputari, ita conſulit *Io:Baptiſta Coſta in*
to.1. tract. de remed.ſubſid.remed.70. illat. 2.
num.4.fol.127. vbi ſcribit, quod Iudex an-
te omnia debeat (quando cognoſcit id pro-
futurum) ſuo tempore exuere perſonam
Iudicis, & coram ſuperiore agere perſonam
teſtis, etiam non accerſitus,ſic impellente
ratione naturali fautrice innocentiæ, ita
etiam monent, *Abbas Panormit. in cap. pa-*
ſtoralis 28.§.quia vero n.8.de offic. & poteſtat.
Iudic.deleg. Arnold. Vinnius lib. 4.Iuriſprud.
contract.cap.39.pag.344. Franc. Zypeus in ſuo
Iudice lib.1.cap.28.nu.2. Gloſſ.68.Brunneman
*loc.cit.num.13.*Sic enim Iudex iudicabit,ſi-
cut ſe iudicari exoptat à Supremo Iudice
in extremo Iudicio, cuius perſonam vices
gerit in terra,*Maſtrill.lib.2.de magiſtrat.c.1.*
n.92.Matthias Stephani de offic. Iudic. lib.1.c.
9.n.60.pag.77. Nec Princeps læditur ex hac
iudicandi abſtinentia in iſto peculiari caſu,
nec poterit Iudicem cogere, vt contra pro-
priam conſcientiam iudicet, nam nullum
grauius peccatum eſt, quam velle domina-
10 ri conſcientijs, dicebat *Maximilian Secun-*
dus Imperator, & tradunt *Io: Crato in orat.*
funer. Max.II.Lambert.Floridus Phenninger.
tract.de emend.an pag. 75.Gilm. part. 1.ſuppl.
cam.Imper.tit.3.vot.1.num.26.& ad propoſi-
tum Stephan Batoreus Rex Poloniæ ſolitus
erat dicere,Deum tria ſibi reſeruaſſe, nem-
pè ex nihilo aliquid facere, ſcire futura, &
dominari conſcientijs *Beubellou.in ſuſcit pri.*
p.2.cap. 12.pag. 94. Quicumque enim con-
ſcientijs ſe imperaturum exiſtimat, is, Cæli
arcē inuadit,& plerumq;ſuę terrę poteſtatem
perdit, poſt alios *Iurg. Valentin.in parthen.*
litigioſ.lib.1.cap.6.n.9.

Sed non poteſt negari, quin prima opinio cō-
munior ſit, & in ratione fundata, quia cer-
tum eſt, quod ipſe Princeps ex propria con-
ſcientia, & ſua particulari ſcientia, ſecun-
dum illam veritatem ſibi certè notam poſſit
iudicare, *Couarru.lib.1.var.cap.1.n.7.§. ter-*
tium verſic. Princeps tamen Menoch. lib. 1. de
arbitr.q.8.n.21.Nouar.ſup.pragm.Regni Nea-
pol.collect. 210. n.9. verſic. & ſic etiam,Riccius
col-

collect.717.verſic.nunc limita primo, *& collect.1119.verſ.limita tertio, Sccacia de re iudic.Gloſſ.14.q.8.n.54. & ſeq.* alios citat *Velaſch. de Iudic.Perfecto rub.14.annot.3.num.14. Mieres in conſtit.Cathalon.part.1.collat.4.nu.28.cap.7.* nec Princeps ordinem ſeruare tenetur indiciarium, *Felin.in cap. in cauſis de re iudic.iudic.Iacob.de S.Giergio in tract feudal.in verb.Princeps Iaſon in l. certum col.pen. C. unde legitim.* & vires libelli ipſi tantum egredi licet, *Surgent.de Neapol. Illuſtr.c.18.num.8.* & cum ſupremum Principis Conſilium eius nomina iudicat,idē agere poterit. Et ita obſeruari in Supremo Parlamento Grationopolitano dixit *Guido Papè in dec.29.* Et in Parlamento Delphinatus dixit *Franc.Marc.quæſt.13.lib.1.*

Ex hoc collige aliam PRÆSTANTIAM noſtri Supremi Senatus ad inſtar Principis iudicātis,vt in hac,& ſimili controuerſia,ſicut ipſe Princeps,& eius Iudices ſuperiores debeant ſequi humaniorem, & benigniorem partē, atque interpretationem, itant ſi Reus ex actis appareat criminoſus, ſed re vera Principis, vel Senatus ſcientia innocens erit, ad arbitrium Principis, & Senatus committitur, illum abſoluere,agendo id quod eis veritas extraiudicialiter nota ſuadebit. Non ſic è contra debebit Princeps, vel eius Supremum Conſilium reum ſecundum acta innocentem, ſed ſecundum ſuam particularem notitiam nocentem. condemnare,
11 ſecundum veritatem aliundè quam ex actis
apparentem, etiam ſi verè ſciuerit eum verè deliquiſſe, vt ex commoni ſententia Theologorum, quos omnes referendo fundat *Trullench.in opera morali lib.8.cap.1.dub.13.n.6.*& ex Iuriſconſultis,ita fundant *Sceccia de ſent.& re iudic.q 8.n.56. & Conarru. lib.1. variar. cap.1. num.7. verſic. tertium circa finem*, quos ſequitur *Velaſch de Iu-*
12 *dice perfecto rub.14 annot. 3. num. 17.* Ideo
Iudex etiam ſi viderit de feneſtra talem interfeciſſe Titium, attamen ſi alias probationes non haberet, eum condemnare non poteſt; vt refert, & ſequitur poſt *Butrigar. Aſin.in tract.de exequtio.§.3.c.7.n.5.Iaſ. in l.ſiue noſtrum n.6.ff.de in litem iurand.* vbi *Apoſtill.*& ibi dat cautelam, *Iaſon*, vt ſe Iudex remoueat à iudicando, quod etiam docet *Afflictus in Conſtit.Regni puritatem n.2.de preſtan.ſacram.lib.1. Muta in conſuetud.Panorm.c 68.n.36.*

Declara tamen hanc Præſtantiam S. Conſilij, vt ſc. poſſit ſecundum veritatem melius ei cognitam iudicium proferre, & non ſecundum allegata, & probata, quod hoc arbi-
13 trium non ſit regulatum,ſed diſcretum eſſe
debeat,notat *Taſſon.in prag.de antephato verſ.12.obſeru.2.nu.20*, qui fatetur, quod ſolet S. C. arbitrium ſuum in pluribus, & diuerſis cauſis,& negotiis exercere,ſed monet iudicātes, vt videant, quid faciunt, quia non hominum exercent iudicium,ſed Dei,& quodcumque malè iudicatum in eos redundabit,& in hoc ſenſu accipi debet concluſio ex iuribus deprompta, quod ſcilicet Iudex in probationibus, & rationibus hinc inde vertentibus, ſecundum ſuam religionem, ſecundum animi ſententiam, & ſecundum id quod ipſi viſū fuerit iudicare tenetur, *l.eum quem 79.§.1 ff. de Iudic. l.3.§.2. in fin.& l. quæſitum 13 ff.de teſtib. Nouell.125.c.1.* Ideo dico talem poteſtatem debere practicari, quando re vera veritas eis extraiudicialiter noteſcit, non verò, vt hac ex cauſa, vel prætextu,aut colore putent ſibi omnia licere,quando enim aliondè iſta veritas non eis conſtabit, tunc indubitanter dicas debere iſtos Conſiliarios ſecundum allegata, & probata iudicare, & actorum veritatem non euertere, ne occaſio detur Conſiliarijs agere ad totum libitum, quidquid velint, & ſub eorum excelſæ dignitatis authoritate, non putent ſibi omnia licere, legum euertere equitatem, iura pro arbitrio torquere, ſpernere rationis, & naturæ placita, aut fouere mendacium; Deus enim hæc iniuſta iudicia ad ſuum æternæ ſapientiæ Tribunal reſeruabit, iuxta vulgata dicteria.

Iudicabit Iudices Iudex Generalis
Ibi nil proderit dignitas Papalis,
Siue ſit Epiſcopus,ſiue Cardinalis,
Reus condemnabitur, nec dicetur qualis,
Hic non erit Codicis locus, nec Digeſtis
Idem erit Dominus Iudex actor, & teſtis.

Quæ tradunt *Jacob.Airer part.1.proceſſ.hoſt. cap.6 n.25.in fin.Martin.Del Rio lib.5. diſqu. mag.ſectio.1* & ampliora refert *Iurga Valent. in parth.lib.1.cap.37.* Ipſa enim æterna ſapientia,quę ſemper promiſit ſe fore tutiſſimum propugnaculum iniuſtè oppreſſorum, inſanam hanc, & iniuſtam eorum authoritatem grauiter vlciſcetur, & etiam poſt damnatorum exitium veritatem patefacit, præcipuè illorum, qui ad ſuperos confugerunt,nam ad demonſtrandum eorum innocentiam,ſolet Deus mortem dare Iudicibus iniquis,propterea Io:de Capiſtrano conſulit Innocentibus,vt appellent ad Thronū Dei, & ad inalterabile Tribunal Chriſti citent Iu-
14 dices, qui contra male iudicarunt, vt ex
Fulgoſio retulit Gallicæ Accademiæ Author quendam Principem, cuius nomen tacuit, ſed fuit Ferdinandus Quartus Hiſpaniarum Rex,filius Sancij Quarti,vt tradunt *Retius de Regibus Hiſpan.lib.3. & Iurga Valentin. d lib.1.cap.nu.38. Nauclerus*, alijque, hic enim ſcelerum ſeuerus vultor duos Nobiles natalium, & ſtemmatis ſplendore conſpicuos

per

perduellionis crimine pertinaciter accuſa-
tos ex altiſſima Turri in conſpectu multo-
rum præcipites dari iuſſit, at iſti conſtan-
tiſſimis vocibus ſuam innocentiam prote-
ſtabantur, falſas accuſationes vitæ integri-
tate repellebant, ſuppliceſque petebant, nè
Regis animus mendacibus ſugillatoribus
ſeductus in ipſos ſæuiret, nil proficiunt, nec
mouetur, nec flectitur tantis clamoribus
Princeps. Inſontes ad diuinum Tribunal
confugiunt, & his verbis Principi alloquti
fuerunt: *Cum nec iuri noſtro tuendo, nec
nobis apud te Crudeliſſime Princeps æquitati
relictus ſit locus, nos te ad dies triginta in loco
ſiſtere mandamus, ante Summi, & incorrupti
Iudicis thronum, vbi ius noſtrum equiori
bilance trutinabitur*. Princeps autem, &
dementẽ illam citationem fuiſſe opinaba-
tur, eamque floccifaciens, trigeſima die
cum ab aulicis ſuis ſomno liberiori indulge-
re crederetur, mortuus inuentus fuit. Idem
etiam ſcripſit *Olaus Magnus lib. 15. cap. 20.*
de Johanne Turſone apud Vueſtrogothos,
cum quendã capite plecti mandaſſet, hic ge-
nibus flexis. En morior, inquit, iniuſtè, teque
voco hac hora ante Tribunal Dei, cur me
innocentem morti condamnas. Iudex equo
corruit, & ambò è vita erepti fuerunt. Aliud
exemplum legimus de Magiſtrò Ordinis
Teutonici in Liuonia, qui ad diem deci-
mumtertium citatus à quodam Iuuene
iniuſtè de furto condemnato, vt verum ex-
periretur Dei Iudicium, citatus ad Dei
Tribunal, in die præfixo ſuum clauſit ex-
tremum, & moriens videbat citantem ibi
aſtantem, vt refert *Crantz lib. 11. Vandal. c. 11.
Caſp. Schiitz lib. 4. Chron. Pruſs.* & alia exem-
pla ſcripſit *d. Valentin. loc. cit. cap. 1. lib. 1. nu.
38. & ſeq.* Similis caſus occorrit Neapoli
meo tempore de quodam Damnato ad mor-
tem, qui iniuſtè videns ſibi ſententiam con-
tra ſe innocentem illatam, Iudicem illum
ad Dei Tribunal citauit, infra breues dies
redditurum rationem de ſententia iniuſtè
pronunciata, & ita cum omnium admira-
tione res euenit, quia vel timore perterritus
Officialis ille, vel quia ſic Altiſſimo placuit,
infra breues dies extinctus, quaſi repentina
morte iacuit.

Quatenus vero eſſet approbanda contraria
ſententia, vt nec etiam Supremi Senatores
poſſint iudicare ſecundum propriam con-
ſcientiam, ſed ſecundũ allegata, & probata,
tamen prædicta ſentẽtia habet aliquas limi-
tationes, & primo, vt non procedat in cau-
ſis parui momenti, vel minimis, quoniam
15 in iſtis poteſt Iudex iudicare ſecundum
particularem ſuam conſcientiam, *Felyn. in
cap. paſtoralis, §. quia vero num. 25. de Offic.
Deleg.* nam dicit *Bart. in auth. niſi breues, C.
de ſentent. ex pericul. recit.* in cauſis minimis
ſimplici Iudicis aſſertioni credendum eſſe,
& poterit ipſe Iudex non confectis actis, ne-
que proceſſu ius litigantibus dicere, vt no-
tãt *DD. in d. auth. niſi breues.* Sed in his mini-
mis cauſis tenetur Iudex ſententiam dicere
ex illis, quæ vt Iudex, non vt priuata
perſona cognouit, affirmãt *Couarru. lib. 1. var.
c. 1. n. 9. verſ. 6. & principali, & Oroſius in d. l. il-
licitas, §. veritas n. 14. & 15. ff. de offic. Preſi l.*

Secundo limita in notorijs in quibus Iudex po-
16 teſt ſequi conſcientiam ſuam, *Gloſſ. in l. 1. C.
Vbi, & apud quem, Dominicus in cap. iudicet
3. quæſt. 7. Coraſ. lib. 4. miſcellan.* quod verũ
putat *Morla in empor. iur. tit. 2. de iuriſd. it. 9.
omn. Iudic. q. 1. n. 33.* ſi de notorio conſtat Iu-
dici, vt Iudici, alias non poterit etiam in
notorijs Iudex ſequi ſcientiam ſuam.

Tertio limitatur, quando caſus ſunt valdè du-
bij, & pro vtraque parte ſunt rationes effica-
17 ces, tunc enim poteſt Iudex eligere illam
opinionem, quam ſecundum propriam
conſcientiam credit veram, & excuſatur,
*Anchar. conſil. 210. Oroſ. in d. l. illicitas § veritas
n. 14. & 15. Morla loc. cit. num. 35.*

Quarto limitatur, quando dubitatur an proba-
tiones factæ ſint veræ, puta quãdo teſtes exa-
minati deponũt teſtimonium veritatis pal-
lidi, & tremãtes, tunc enim licet fidẽ faciant
18 circa ea quæ deponũt, poterit tamen Iudex
id potius ſequi, quod pallor, & titubatio eorũ
demoſtrat, & cõtra eorũ dicta iudicare, *Innoc.
in c. quoniã contra de prob. Bart. in l. Lucius, ff.
de his qui notant. infam. Bal. in l. cum magiſtra-
tus, C. quando prouocar. non eſt neceſſ. Felin.
in cap. paſtoralis, §. quia vero num. 25. de offic.
deleg. Morla d. q. 1. n. 36. fol. mihi* 99. Idem di-
cas quando falſitas eſt notoria, ita vt Iudici
apertè conſtet, tunc enim ſecundum pro-
bata nõ debet ferre iudicium, & hac de cau-
ſa excuſatus non fuit Pontius Pilatus, qui
Chriſtum Saluatorem noſtrum condemna-
19 uit, nam licet ſententiam tulerit ſecundum
allegata, & probata, nihilominus teſtium
falſitas erat tam notoria vt facilite[illegible]tus
potuiſſet eos de ſua falſitate cõuince[illegible]
cum non fecerit peccauit, vt bene dixit
*Morla d. q. 1. num. 39. verſ. ad ſeptimum argu-
mentum*, & in pœnam ſui criminis miſe-
renda morte interijt, propria manu ſe in-
terficiendo, nam poſtquam ſententiam
damnationis in Chriſtum Dominum
noſtrum pronunciauit, in multas incidit
calamitates, tandem perpetuo exilio Vienne
in Gallijs fuit reclusus, tantiſque ibi lan-
guoribus coarctatus, vt ſua ſe tranſuer-
berans manu, multorum malorum compẽ-
dium mortis celeritate quæſierit, dixerunt
*Euſeb. in Chron. Addo Epiſcup. Vienn. in Chron.
ex Oroſ. lib. 7. cap. 5.* apud *Baron. tom. 1. anno.*

collect.717.versic.nunc limita primo, & collect.1129.vers.limita tertio, Scacia de re iudic.Gloss.14.q.8.n.54. & seq. alios citat *Velasch.de Iudic.Perfecto rub.t.4.annot.3.num.t.4. Afferes in consilit Cathalon.part. 1.collat.4.nu. 28.cap.7.* nec Princeps ordinem seruere tenetur iudiciarium, *Felin.in cap. in causis de re iudic.iudic.Iacob.de S.Giorgio in tract. feudalan verb.Princeps Iason in l. certum col.pen. C. vnde legitim.* & vires libelli ipsi tantum egredi licet, *Surgent.de Neapol, Illustr. c.* 18. *num.*8. & cum supremum Principis Consilium eius nomine indicat,idē egere poterit, Et ita obseruari in Supremo Perlamento Grationopolitano dixit *Guido Papi in dec.*29. Et in Parlamento Delphinatus dixit *Franc. Marc.quaest.13.lib.1.*

Ex hoc collige aliam PRÆSTANTIAM nostri Supremi Senetus ad instar Principis iudicātis,vt in hec,& similicontrouersia,sicut ipse Princeps,& eius Iudices superiores debeant sequi humaniorem , & benigniorem partē, atque interpretationem , itant si Reus ex actis appareat criminosus , sed re vera Principis , vel Senatus scientia innocena erit, ad arbitrium Principis, & Senatus committitur, illum absoluere,egendo id quod eis veritas extraiudicialiter nota suadebit . Non sic è contra debebit Princeps , vel eius Supremum Consilium reum secundum acta innocentem , sed secundum suam particularem notitiam nocentem. condemnare,
11 secundum veritatem aliundè quem ex actis apparentem, etiam si verè sciuerit eum verè deliquisse , vt ex communi sententia Theologorum , quos omnes referendo fundat *Trullench.in opera morali lib.8.cap.1.dub. 13.n.6.*& ex Iurisconsultis,ico fundant *Scaccia de sent.& re iudic.q 8.n.56. & Con[illegible]nu. lib.1. variar. cap.1. num.7. versic. tertium circa finem* , quos sequitur *Velasch de In-*
12 *dice perfecto rub.t4 annot. 3, num. 17.* Ideo Iudex etiam si viderit de fenestra talem interfecisse Titium , attamen si alias probationes non haberet , eum condemnare non potest ; vt refert, & sequitur post *Butrig.. Afflict.in tract.de exequtio.s.3.c. 7.n.5.Iaf. in l.sin nostrum n.6.ff.de iudicum iurand.* Vbi *Apostill.*& ibi dat cautelam, *Iason* , vt se Index se moneat à iudicando , quod etiam docet *Afflictus in Con,in.Regni parisatem n.2.de praestan.sacram.lib. 1. Muta in consuetud.Panorm.c.68.n.36.*

Declara tamen hanc PræstantiamS. Consilij, vt sc. possit secundum veritatem melius ei cognitam iudicium proferre , & non secundum allegata , & probata , quod hoc arbi-
13 trium non im regulatum,sed discretum esse debeat,notat *Tasson.in prag.de antephato vers. 2.obstru. 2.nu.20.* qui fatetur, quod solet S. Carbitrium suum in pluribus , & diuersis causis,&negotiis exercere.sed monet iudicātes , vt videant, quid faciunt , quia non hominum exercent iudicium,sed Dei,& quodcumque malè iudicatum in eos redundabit,& in hoc sensu accipi debet conclusio ex tutibus deprompta , quod scilicet Iudex in probationibus, & rationibus hinc inde vertentibus, secundum suam religionem , secundum animi sententiam , & secundum id quod ipsi visū fuerit iudicare teneatur, *Leum quem 79. s. t ff. de Iudic. l.3.§.2. in fin.& l. quasitum 13 ff.de testib.Nouell.125.c.1.* Ideo dico talem potestatem debere practicarl, quando re vera veritas eis extraiudicialitee notescit , non verò , vt hoc ex causa , vel praetextu,aut colore putent sibi omnia licere,quando enim aliundè ista veritas non eis constabit , tunc indubitanter dicas debere istos Consiliarios secundum allegata , & probata iudicare, & actorum veritatem non euertere , ne occasio detur Consiliarijs agere ad eorum libitum , quidquid velint , & sub eorum excelsæ dignitatis authoritate, non putent sibi omnia licere , legum euertere æquitatem , iura pro arbitrio torquere, spernere rationis, & naturæ placita , aut fouere mendacium ; Deus enim hac iniusta iudicia ad suum æternæ sapientiæ Tribunal referuabit , iuxta vulgata dicteria.

Iudicabit Iudices Iudex Generalis
Ibi nil proderit dignitas Papalis,
Siue sit Episcopus,siueCardinalis,
Reus condemnabitur,nec dicetur qualis,
Hic non erit Codici locus, nec Digestis
Idem erit Dominus Iudex actor, & testis.

Quæ tradunt *Jacob.Airer part. 1.process.hoft. cap.6.n.25.in fin.Martin.Del Rio l b. 5. disqu. mag.sectio.* 1 & ampliora refert *Iurga Valent. in parth.lib.1.c.ap.37.* Ipsa enim æterna sapientia,quæ semper promisit se fore tutissimum propugnaculum iniustè oppressorum, insanam hanc, & iniustam eorum authoritatem grauiter vlciscetur , & etiam post damnatorum exitium veritatem patefacit , præcipuè illorum, qui ad superos confugerunt,nam ad demonstrandum eorum innocentiam,solet Deus mortem dare Iudicibus iniquis,propterea Io:deCapistrano consulit Innocentibus,vt appellent ad Thronū Dei, & ad inalterabile Tribunal Christi citent Iu-
14 dices , qui contra male iudicarunt , vt ex Fulgosio retulit Gallicæ Accademiæ Author quendam Principem , cuius nomen tacuit, sed fuit Ferdinandus Quartus Hispaniarum Rex,filius Sanci Quarti,vt traduot *Ritius de Reg bus Hispan.lib.3. & Iurga Valent. d lib. 1.cap.nu.38. Nauclerius,* alijque, hic enim sceleruм seuerus vultor duos Nobiles natalium, & stemmatis splendore conspicuos

per

perduellionis crimine pertinaciter accuſa-
tos ex altiſſima Turri in conſpectu multo-
rum præcipites dari iuſſit, at illi conſtan-
tiſſimis vocibus ſuam innocentiam prote-
ſtabantur, falſas accuſationes vitæ integri-
tate repellebant, ſuppliceſque petebant, nè
Regis animus mendacibus ſigillatoribus
ſeductus in ipſos ſæuiret, nil proficiunt, nec
mouetur, nec flectitur tantis clamoribus
Princeps. Inſontes ad diuinum Tribunal
confugiunt, & his verbis Principi alloquti
fuerunt: *Cum nec iuri noſtro tuendo, nec
nobis apud te Crudeliſſime Princeps æquitate
relictus ſit locus, nos te ad dies triginta in hoc
ſiſtere mandamus, ante Summi, & incorrup-
ti Iudicis thronum, vbi ius noſtrum equiore
bilance trutinabitur*. Princeps anilem, &
dementē illam citationem fuiſſe opinaba-
tur, eamque floccifaciens, trigeſima die
cum ab aulicis ſuis ſumno liberiori indulge-
re crederetur, mortuus inuentus fuit. Idem
etiam ſcripſit *Olaus Magnus lib. 15. cap.* 20.
de Johanne Turſone apud Vueſtrogothos,
cum quendā capite plecti mandaſſet, hic ge-
nibus flexis. En morior, inquit, iniuſtè, teque
voco hac hora ante Tribunal Dei, cur me
innocentem morti condemnas. Iudex equo
corruit, & ambò è vita erepti fuerunt. Aliud
exemplum legimus de Magiſtrò Ordinis
Teutonici in Liuonia, qui ad diem deci-
mumtertium citatus à quodam Iuuene,
iniuſtè de furto condemnato, vt verum ex-
periretur Dei Iudicium, citatus ad Dei
Tribunal, in die præfixo ſuum clauſit ex-
tremum, & moriens videbat citantem ibi
aſtantem, vt refert *Crantz lib. 11. Vandal. c.* 11.
Caſp. Schitz lib. 4. Chron. Pruſſ. & alia exem-
pla ſcripſit d. *Valentin. loc. cit. cap. 1. lib. 1. nu.*
38. *& ſeq.* Similis caſus occurrit Neapoli
meo tempore de quodam Damnato ad mor-
tem, qui iniuſtè videns ſibi ſententiam con-
tra ſe innocentem illatam, Iudicem illum
ad Dei Tribunal citauit, infra breues dies
redditurum rationem de ſententia iniuſtè
pronunciata, & ita cum omnium admira-
tione res euenit, quia vel timore perterritus
Officialis ille, vel quia ſic Altiſſimo placuit,
infra breues dies extinctus, quaſi repentina
morte iacuit.

Quatenus vero eſſet approbanda contraria
ſententia, vt nec etiam Supremi Senatores
poſſint iudicare ſecundum propriam con-
ſcientiam, ſed ſecundū allegata, & probata,
tamen prædicta ſentētia habet aliquas limi-
tationes, & primo, vt non procedat in cau-
ſis parui momenti, vel minimis, quoniam
15 in iſtis poteſt Iudex iudicare ſecundum
particularem ſuam conſcientiam, *Felyn. in
cap. paſtoralis, §. quia vero num.* 25. *de Offic.
Deleg.* quam dicit *Bart. in auth. niſi breues, C.
de ſentent. ex pericul. recit.* in cauſis minimis
ſimplici Iudicis aſſertioni credendum eſſe,
& poterit ipſe Iudex non confectis actis, ne-
que proceſſu ius litigantibus dicere, vt no-
tāt *DD. in d. auth. niſi breues.* Sed in his mini-
mis cauſis tenetur Iudex ſententiam dicere
ex illis, quæ vt Iudex, non vt priuata
perſona cognouit, affirmāt *Couarru. lib. 1. var.
c. 1. n. 9. verſ. 6. & principali, & Oroſius in d. l. il-
licitas, §. veritas n. 14. & 15. ff. de offic. Preſid.*

Secundo limita in notorijs in quibus Iudex po-
16 teſt ſequi conſcientiam ſuam, *Gloſſ. in l. 1. C.
Vbi, & apud quem, Dominicus in cap. iudices
3. quæſt. 7. Coraſ. lib. 4. miſcellan.* quod verū
putat *Morla in empor. iur. tit. 2. de iuriſdict.
omn. Iudic. q. 1. n.* 33. ſi de notorio conſtat Iu-
dici, vt Iudici, alias non poterit etiam in
notorijs Iudex ſequi ſcientiam ſuam.

Tertio limitatur, quando caſus ſunt valdè du-
bij, & pro vtraque parte ſunt rationes effica-
17 ces, tunc enim poteſt Iudex eligere illam
opinionem, quam ſecundum propriam
conſcientiam credit veram, & excuſatur,
*Anchar. conſil. 210. Oroſ. in d. l. illicitas §. veritas
n. 14. & 15. Morla loc. cit. num.* 35.

Quarto limitatur, quando dubitatur an proba-
tiones factæ ſint veræ, puta quādo teſtes exa-
minati deponūt teſtimonium veritatis pal-
lidi, & tremātes, tunc enim licet fidē faciant
18 circa ea quæ deponūt, poterit tamen Iudex
id potius ſequi, quod pallor, & titubatio eorū
demoſtrat, & cōtra eorū dicta iudicare, *Innoc.
in c. quoniā contra de prob. Bart. in l. Lucius, ff.
de his qui notant. infam. Bal. in l. cum magiſtra-
tus, C. quando prouocar. non eſt neceſſ. Felin.
in cap. paſtoralis, §. quia vero num. 25. de offic.
deleg. Morla d. q. 1. n. 36. fol. mihi* 99. Idem di-
cas quando falſitas eſt notoria, ita vt Iudici
apertè conſtet, tunc enim ſecundum pro-
bata nō debet ferre iudicium, & hac de cau-
ſa excuſatus non fuit Pontius Pilatus, qui
Chriſtum Saluatorem noſtrum condemna-
19 uit, nam licet ſententiam tulerit ſecundum
allegata, & probata, nihilominus teſtium
falſitas erat tam notoria vt facilitèr [illegible]
potuiſſet eos de ſua falſitate cōuincere [illegible]
cum non fecerit peccauit, vt bene dicit
*Morla d. q. 1. num. 39. verſ. ad ſeptimum argu-
mentum*, & in pœnam ſui criminis miſe-
renda morte interijt, propria manu ſe in-
terficiendo, nam poſtquam ſententiam
damnationis in Chriſtum Dominum
noſtrum pronunciauit, in multas incidit
calamitates, tandem perpetuo exilio Vienne
in Gallijs fuit recluſus, tantiſque ibi lan-
guoribus coarctatus, vt ſua ſe tranſuer-
berans manu, multorum maiorum compē-
dium mortis celeritate quæſierit, dixerunt
*Euſeb. in Chron. Addo Epiſcup. Vienn. in Chron.
ex Oroſ. lib. 7. cap. 5.* apud *Baron. tom. 1. anno.*

41. *Gregor. Tur. lib. 1. cap. 24.* nam rectè potest Iudex ex indicijs, coniecturis, & præsumptionibus nullam fidem testibus adhibere, *l. 3. vers. tu magis. ff. de testibus Paul. de Castro in l. admonendi col. penult. ff. de iur. iurand. Bart. in l. Lucius, ff. de his qui notant. infam. Decius in c. 3. n. 3. de probat. Couarr. lib. 1. var. resol. c. 1. n. 7.*

Quinto limitatur, quando ageretur de iudicando confines, quia poterit Iudex secundū
20 conscientiam indicare, *Afin. de exequt. s. 3. c. 7. n. 5. Osach. dec. 1. n. 43. Muta in consuetud. Panorm. c. 68. n. 38.* vel si pars Iudici fateretur veritatem, vel si pars committeret Iudici, vt sententiaret secundum conscientiam, *Muta loc. cit. n. 34.*

PRÆSTANTIA XIX.

Præstantia Sac. Consilij est, vt possit iudicare secundum opinionem minus communem relicta communiori.

SVMMARIVM.

1 *Ius non controuersum rarò reperitur.*

2 *Opinionis definitio ponitur.*
Scientia est actus intellectus motus ab obiecto per seipsum cognito.

3 *Opinio communis quæ dicatur.*
Glosæ authoritas magna est, ideo Nauis iuris nuncupatur.

4 *Bartolus Lucerna iuris appellatur.*
Azo dicitur Fons legum.

5 *Opinionem communem facit Rota Romana decisio.*

6 *Opinionem communem aliqui desumunt ex authoritate Doctorum, alij vero rationem solum attendunt.*
Io. Andreas fuit Fax iuris canonici.
Feudistæ principales fuerunt Iacob. Ardizonus, & Iacobus de Beluiso.

7 *O[...]em communem Doctorum quinam [...]rus perficiat.*
Opinio vnius Doctoris, qui non habet contradictorem, vim legis obtinet.

8 *Doctoribus Consulentibus, an Repetentibus magis credatur.*
Opiniones diuersæ fuerunt inter legislatores, & Iurisconsultos, dimicandi tantum, & contradicendi causa.

9 *Opinioni communi antiquorum, an modernorum sit standum.*
Opininiones communes cum tempore mutantur.
Opinio communis quænam sit, Iudicis arbitrio committitur.

10 *Opinionum conflictus de iure ciuili, si sit decisus de iure canonico, sequi debet illa opinio definita de iure canonico.*
Opinio canonistarum est præferenda opinioni legistarum.

11 *Opinio communior Doctorum est sequenda, quando casus non est decisus, nec per ius canonicum, neque ciuile.*

12 *Opinionem communem Iudex non sequens, dicitur per imperitiam iudicare, & potest syndicari.*

13 *Opinio communis habetur pro lege.*
Opinio communis vsu recepta habet vim consuetudinis.
Iudicans contra communiorem conclusionem, iudicat contra opinionem probabilem, quod fuit damnatum ob Innocentio XI.

14 *Opiniones inter se contrariæ, si sint eiusdem ponderis, Iudex quid facere debet.*

14 *Opiniones contrariæ, si æqua lance sint communes, controuersia est transactione dirimenda.*

16 *Sacrum Consilium potest iudicare secundum communem opinionem relicta communiori, & quando.*

17 *Doctoribus tantum est credendum, quantum probant.*
Communis opinio potest aliquando de errore conuinci.
Minoribus aliquando ratio reuelatur, quæ maioribus occultatur.

18 *Opinionibus hominum viuere non debemus.*

19 *Iudicis arbitrio causa committitur, ob conflictum opinionum.*

20 *Arbitrium consentaneum, & regulatum debent Iudices exercere, quando eis arbitrium committitur.*

21 *Actus vt magis valeat, quam pereat, in dubio est iudicandum.*

22 *Opinio illa sequenda est in dubio, quæ iuuatur consuetudine.*
Opinio dubia explicatur pro possessore, vel pro Reo.

13 *Opinio minus communis, imo singularis præfertur communiori in causa matrimonij, & quando.*
Opinio probabilis in causa matrimoniorū Infidelium, relicta probabiliori, potest amplecti.

24 *Iudices non possunt iudicare secundum opinionem minus probabilem, omissa probabiliori.*
Decretum S. Pontificis Innocentij XI. quo damnauit, non posse Iudices sequi opiniones probabiles omissis probabilioribus, comprehendit etiam communes opiniones, vt non possint sequi relictis communioribus.

25 *Probabilitas duplex est intrinseca, & extrinseca.*

26 *Iurisconsulti diffiderunt desinire multas quæstiones dubias, vel per verbum credo responderunt.*

Do-

Doctores non erubuerunt sibi ipsis esse contra-
rios, & pro vtraque parte respondere.
27 *Iudex in foro contentioso non sic de facili po-*
test distinguere sententiam probabilem à
minus probabili.
Opinio potest esse speculatiuè probabilis, quæ non
est practicè probabilis.
28 *Iudicium probabile in rebus humanis sufficit*
ad sufficienter operandum.
29 *Iudices in rebus dubijs solent mediam viam*
eligere.
30 *Dubiam rem per medium diuidere melius*
est, quam per sortem iudicare.
Arbitri, & Arbitratores solent in rebus du-
bijs petitiones diuidere.

CONfusum est quidquid sub Cœlo Iuridico
dictum fuit, & quo magis Doctores ten-
tarunt per regulas, & conclusiones ad fo-
rum iura adaptare, eo magis dubia tradi-
derunt, maximè si illa per subtilitates ex-
planare præsumpserint, & sicut pueri argē-
tum viuum collecturi dispergunt, ita inter-
pretes nimis subtiliter procedentes verita-
tem dissipant. Nil enim in iure nostro non
1 cōtrouersū reperiri fatetur, *Tiraq. de retract.*
conuent. §. 1. Glos. 2. n. 26. hæc enim est huma-
na imbecillitas, vt veritatem medollitus
indagare non possit, & verum experi-
tur quod dixit *Imperator in §. & non fingant*
auth. de Tabellion. Nil inter homines tam in-
dubium esse, vt non possit aliquā dubitatio-
nem suspicere. Non rarò igitur contingit,
vt licet veritas facti appareat ex actis, ta-
men controuersia erit dirimenda secundum
apices iuris satis nodosos, & inter se longè
disputatos, cuius definitio inter varias Do-
ctorum opiniones obscura iacet, ideo iuuat
inuestigare, quid agere debeant Iudicantes,
an scilicet sequi communem opinionem,
vel minus communem, sed magis rationa-
bilem.

Antequam quæsitum resoluam necesse est in-
uestigare, quid intelligamus pro communi
opinione, & dico quod opinio est actus in-
tellectus declinantis in vnam partem con-
2 tradictionis cum formidine alterius, *Diu.*
Thom. 2. 2. q. 1. artic. 4. & differt à scientia,
quia opinio est assensus intellectus ad ali-
quid, non sufficienter deductus ab obiecto,
sed per quandam rationabilem electionem
voluntariè receptus, potius in vnam par-
tem quam in aliam, cum dubitatione, &
formidine alterius partis, quando enim
ancipiti ferimur sententia, & vnam ex ipsis
vti propensiorem amplectimur, aliæque im-
becilli dissentimur, opinio dicitur. Scientia
vero facit scire per causas, & est assensus in-
tellectus motus ab obiecto per se ipsū cogni-
to, vel ex primis principijs, vel per aliud
certum, puta ex conclusionibus, quarum
est scientia, cum enim non possit res aliter
se haberi plenè scimus, vt daducitur ex *D.*
Thom. loc. sup. cit. & ab alijs Theologis relatis
à *Thyrso Gonzalez de recto vsu opinion. proba-*
bil. dissert. 1. §. 1. nu. 1. & seq.

Quęnam vero sit communis opinio necesse est
etiam cognoscere, cum multi circa hoc va-
ria dixerunt. Aliqui illam esse communem
3 opinionem iudicant, cui Glosæ conclusio
adhæret, istius enim authoritas alios antecel-
lit, secundum *Bart. in l. precibus, C. de impu-*
ber. & l. cum non solum, §. necessitate, C. de
bon. quæ liber. & alij *Stephan. de Federic. de*
interpret. leg. p. vlt. nu. 144. ipsa enim in hoc
spacioso, & immenso corporis iuris ciuilis
pelago, *Nauis* occupatur, per quam nauiga-
mus, & ducimur ad portum veritatis, *Saly-*
cet in l. 1. C. de pactis Boerb. de regal. cap. 1. nu.
35. Ilurga Valent. in. in parthen. lib. 2. c. 5. n. 21.
ideo dicitur Aduocatorum *Idolum*, *Alex.*
cons. 51. lib. 4. Caual. in præfat. com. opin. num.
64 Gothofred. ad Schneide. in præf. num. 2. imo
Guido Papè dec. 277. existimauit sufficere
Glosam, & Bartolum, vel vnum Doctorem,
vt communis opinio reputetur, Bartolus
4 enim *Lucerna iuris* appellatur ab *Angelo*
cons. 15. quia vidit omnia, vt dixit *Bald. &*
Excelsus vir, & Præceptor, idem *Angel. in cons.*
35. ideo eius opinionem tenendam dixit
Raphael in consil. 176. in fin. col. 2. & in med. 3.
col. Maximè si iungatur Azonis authoritas,
qui fuit *Vas electionis*, idest Fons legum, secun-
dum *Bald. in l. contractus, C. de fide instrum.*
Stephan. de Federic. loc. cit. num. 114. Rotæ
etiam Romanæ decisio facit de per se sola
5 communem opinionem, quia eius authori-
tas sententiarum grauitate, & pondere,
cæteros Doctores, licet numero plures supe-
rat, vt post *Imol. & Andream Sicul. in c. olim*
el 1. col. 11. de litis contest. probat multis ratio-
nibus *Ludouic. Gomes in regul. Cancellar. in*
proem. q. a. n. 10 pag. 6. alios citat, & sequitur
Caual. in præfat. ad com. num. 25. qui assignat
rationem, quia Auditores Rotæ sunt duode-
cim viri Doctissimi, & grauissimi, qui per
rigidas examinationes, veluti aurum in
fornace veritatem probant.

Alij censent communem opinionem illam di-
ci, quam plures, & grauiores acceperunt,
qui authoritate præualent, *cap. in canonicis*
19. distin. & ibi scribit *Bald. & omnes in l. fin.*
C. de pœna Iudic. qui mal. iudic. idem *Bald. in*
l. 1. ff. de offic. quæstor. Alex. de Imol. cons. 7. vol.
4. Angel. in l. si idem §. fin. ff. de author. omn. iu-
dic. inter quos præeminet *Io: Andreas*, ideo
dixit *Bald. in cap. olim de re iudic.* quod opi-
nio *Io: Andreæ* sit sequenda, quia fuit *Fax*
iuris canonici, & confirmat *Abbas in cap. de*
quarta de præscript. dicens quod si Io: An-

dr eas voluiſſet decidere, non fuiſſet opus
alijs ſcriptoribus. *Reiger in Theſaur. iur. in*
verb. opiniones n. 9. ſic *Oldradus Doctor ægre-*
gius appellatur à *Fulgoſ. conſ. 22.* Inter Feudi-
ſtas principatum tenent, *Iacob. Ardizon &*
Iacob. de Beluiſo, vt dixit *Aluarot. in proem.*
ad vſu feudor. col. 5. circa fin. verſ. inter nos.

Alij vero DD. non authoritatem, ſed iuris ra-
6 tionem attendunt, *Alex. conſ. 202. nu. 7. verſi.*
& accipitur magis communis lib. 7. Carpzo-
uius dec. ſaxon. 138. n. 11. p. 2. qui dicit, quod
non raro Doctoribus euenire ſolet, quod
contingit auibus, vt vnam pervolantem,
reliquæ alatis pedibus inſequantur *IoſephLu-*
douic. concl. 70. n. 11. Decius conſ. 499. col. fin.
incip. quod ſupra Hartman. Piſtor. lib. 2. q. 15.
n. 50. Gomeſ. in d. q. 2. n 10. Similiter Morales
DD. exiſtimant communiorem Doctorum
ſententiam non debere deſumi ab eorum
authoritate, vel numero, qui priorum ve-
ſtigia inſequentes, nulla diſcuſſione perpen-
ſa illam affirmant, ſed illorum aſſertiones
attendendas eſſe, qui quæſtiones ex profeſſo
tractant, rationibus hinc indè ponderatis,
diſputando, & arguendo, iſtorum enim nu-
merus maior communiorem opinionem
conſtituit, ita *Sanchez lib. 3. de matrim diſp.*
44. n. 3. & lib. 1. ſum cap. 6. Sotus de iuſt. & iur.
q. 6. in fin. Arriaga to. 1. in p. 12. diſp. 24. n. 12.
iſti enim qui quæſtionem non diſcurrunt,
perfunctoriè dicuntur opinionem tractare,
qui ſi plures eſſent, non æquiualent paucis
eam ex profeſſo diſputantibus, ideo *Nauarr.*
in ſum. c. 27. nu. 289. dixit, communiorem
extimari opinionem approbatam à ſex Do-
ctoribus, ex profeſſo rem tractantibus, quam
à quinquaginta ſola priorum authoritate
ductis, alios adducit, *Cardinas in 1. p. Criſ.*
Theolo. diſp. 11. cap. art. 4. & confirmat in *vltim.*
part. diſſert. 3. c. 2. art. 1. n. 9. ita etiam conclu-
dit *Gonzales de recto vſu. opin. prob diſſert. 13.*
c. 2. S. 14. n. 108. & ex iuriſtis, *Cæual. in præſ.*
ad com. contra com. n. 13. poſt Alciat. de præſ.
præſ. 51. reg. 1. n. 8. Alex. & alios ab eo citatos.

Plerique numerant calculum Doctorum, &
ab eorum exceſſu opinionẽ demetiuntur, vt
7 dixit *Alex. conſ. 202. vol. 7.* propterea dixe-
runt DD. quod numerus duodecim, vel de-
cem Doctorum, contra quadraginta non ſit
in conſideratione, *Roman. conſ. 239. n. 2. verſ.*
quidquid dixit, Io: Baptiſta Spada conſ. 5. nu.
26. verſ. adeo lib. 1. Sed circa numerum non
conueniunt, nam multi affirmant ternum
numerum vti perfectum, ſat eſſe ad iudi-
candam communem opinionem, vt dixit
Saluator noſter Matthe. c. 18 quod *vbi conſen-*
ſerint duo, vel tres de aliqua re, ibi aderit in
medio Sol Iuſtitiæ, vt eruditis interſit cogi-
tationibus, alij verò dicunt quaternum,
quia intelligibilia ſunt duplo difficiliora
cognitu quam ſenſibilia, ergo duplò ma-
iorem exigunt probationem, ſi igitur duo
teſtes pro ſenſibilibus teſtandis ſufficiunt ad
probationem, quatuor requiruntur autho-
res, veluti veritatis teſtes pro intelligibili-
bus aſſerendis, ita communiter docent DD.
apud *Caramuel in theolog. fund p. 1 nu. 265.*
Alijſq; placuit numerus ſeptenarios, vt di-
ſcurrit *Anton. Coraſ. de comm. opin. lib. 1. tit. 3.*
Sed omnes concludunt vna voce, quod opi-
nioni vnius Doctoris, qui non habet con-
tradictorem ſit ſtandum, *Menoch de præſum.*
lib. 2. præſ. 71. n. 16. Cauall. in præfat. com. opin.
n. 47. imo vim legis obtinet, etiam ſi ſine le-
ge loquatur, *Franc. dec. 441. nu. 4. Amendol. ad*
Franc. in dec. 260. n. 3. opinio enim, quę con-
tradictorem non habet, dici poteſt caſus le-
gis, *Iaſon. in l penult. col. penult. C. de pactis*
Gomes in 5. æque col. 6. in princip inſtit. de
action- Becius conſ. 23. nu. 6. lib. 1. plures citat
Surd. dec. 229 n. 36. Sperall. dec 176. num. 20.

Et inter exceſſum maioris numeri, ex qua
communis opinio conſtituitur, etiam per-
pendunt Conſulentes Doctores, & Repeten-
8 tes, nam magis Repetentibus, quam Conſu-
lentibus fidem præſtari debere, dixit *Decius*
in l. precibus, *C. de impuber. & alijs ſubſtit.*
quia Conſilia vt plurimum ad gratiam
quæſtum, & nudam conſulentis relationem
ſcribuntur, *Tholoſan. lib. 47. ſintagm. c. 7. n. 43.*
poſt alios *Cæuall. in d. præfat. q. com. contra*
com. nu. 55. ſed eſt mirandum, quod idem
Decius in conſ. 9 num. 44. vol. 2. totum oppo-
ſitum voluit illius, quod ſcripſit in d. *l. precib.*
(prout de eadem volubilitate reprehenditur
Romanus ab Alexandro relato à Boer. dec. 155.
n. 25.) & dixit potius ſequẽdam opinionem
alicuius Doctoris, quam in Conſilijs funda-
uit, non quam in repetitionibus probauit, vt
refert *Reiger loc. cit. in verb. opin. num. 17* &
confirmat *Boer. dict. deciſ. 155. num. 24.* ratio
poteſt aſſignari, quia commentaria fiunt po-
tius ad aucupandam ingenij & ſubtilitatis
famam, quam pro veritate probanda, *Bart.*
in l. pater n. 2. C. de inſtit. & ſubſtit. Bald. in l.
comparare n. 10. C. de fid. inſtrum. vbi ait Iu-
riſconſultos docentes in curſu lectionum
errare, *Corneus conſ 222. n 1. vol. 1. Tiber. De-*
cian. in apolog. c. 10. n. 26. Philipp. Matthei col.
1. conſi. Accade. Marpurg. 31. nu. 7. & ideo di-
xerunt DD. quod in hac ſcientia legali quis
non poteſt eſſe perfectus, ſicut in qualibet
alia arte poteſt quis perfici, dixit *Angel.*
in l. 2. ibi perfectę artis, C. de vſucap. pro emptor.
Boer. dec. 155 n. 25.

Et inter ipſos repetentes etiam ponderant il-
lorum doctrinas, an animo diſſenſiendi, vel
veritatis eruendæ propoſitiones firmaue-
rint, nam inter Iuriſconſultos varias fuiſſe
ſcholas, & aduerſantes opiniones teſtatur

Suc.

*Soc.in conſ.*150. poſt *Alex. in l.1.ff ſi cert.pet.* quod ipſi met legiſlatores fatentur in *l. ambiguitatem cum trib.ſeq.C.de vſufruct. in l.fin. C.de ſentent.paſſ.l.penult.C.de condit.indeb. l. vlt. C.de ſeriis, & in l.maximum vitium,C.de liber præter.* iden, ad exemplum Imperatorum, Iuriſconſulti contradicendi animo in ſcholis dimicarunt, et iura interpretarunt, vt numerâtur Iacob. de Beluiſo in Butrigarium, Barbatia in Alexandrum, Decius in Iaſonem,alijque, vt aduertunt *Theſaur. in præfat. ad deciſ ped.m.n.5.*ſicot de Baldo in Bartolum ſcripſit *Tiraq.de retract.conuent.* §. 4.*Gloſſ.6.n.*12.& etiam conſiderat *Franciſ.de Petris conſ.1.n.32.*

Et tandem diſtingunt opiniones communes antiquas à modernis,nam ſapientes concludunt antiquioribus Doctoribus, vti autho-
9 ritate pollentibus,eſſe deferendum in pondere numero, & menſura, *Bald.in l.fin. C. de edict.D.Adrian.& in conſil 392 vol.* 1. antiqui enim non fuerunt ſatui neque dementes, nec tanto tempore tolerarentur,niſi veraces eſſent,argum. *l.fin. ff. fin. regund. l cenſus ff.de probat. l.ſi arb ter ff.de recept. arbitr. c.cum cauſam d. probat. & l.monumentorum,* & ibi *Bart ff.de relig.& ſumpt funer.Steph.de Federic d.p.4.n.*117.ideo cæteris paribus antiquioribus opioionibus eſſe ſtandum, dixit *Dominic.de S.Gemin.in c.de quib.20.diſtinct.* & comprobat *Cauall.in præf.ad comm.contra com.num.45.*

Sed hoc claſſici moderni non admittunt, & dicunt communes opiniones quænam hodie ſint, ſecundum noſtram ætatem, noo vero ſecundum veterum Doctorum placita eſſe iudicandas, ſicut enim natura quotidie nouas deproperat formas, & nouitatibus gaudet, *Pruckman conſ.50. n.*132. ita opiniones hominum eorum corpora ſequuntur, quæ cum tempore veteraſcunt, & pereunt, & ſicut rerum omnium, ita quoque, & opinionum eſt quædam viciſſitodo, mortalibus in eorum pœnam ordinata, vt eorum opioiones ſecundum varietatem temporum ſeneſcant, & eſtinguantur,alięque dioerſæ, vel prioribus contrariæ earum loco renaſcantur, & deinde pubeſcant, & hoc euenit non quia Recentiores meliores antiquis, atque pręſpicaciores ſe eſſe gloriantur iuxta *Gloſ. in l.Gallus.ff de libe.& poſthum.*ſed quia talis eſt humani iuris diſciplina, quod nolla opinio in eodem ſtatu diù ſubſiſtere valeat, vt aduertit *Gomez in regul. Cancellariæ in regul. de triennal.poſſeſſ.q.9.n.4* quod indicat *Imperator in l. 2. §.ſed quia diuinæ, C. de veter.iur. enuclea,*& habetur in *l.Diui.ff. de iure patron.* propterea communes opiniones ex tempore in dies mutari, & quæ olim fuit communis opinio, hodiè deſinat eſſe talis, conſiderant *Soccin. iunior conſ.158.n.21.lib.2.& 174.n.21.eod.lib.& conſ.110.nu.20 & conſil. 145.num.35.lib.3.Grat.conſ.48.n.12. lib. 1. Franc.de Petris d.conſ.1.nu.31.*& hæc voluit dicere, *Virgil.lib.3.Æneid.*cum dixit

Tantum ęui longique valet mutare vetuſtas.

Secundum enim iſtorũ ſententiam laborioſiſſimi tractatus Hieronymi Cęuall.tam lõga ſerie collecti, ad cõmunes opiniones contra cõmunes firmaodas,parum,aut nihil deſeruirent, & ob tot varias Recentiorum ſententias, noua commentaria indaganda eſſent ad communes opiniones inueſtigandas. Ex his igitur deſatigatus,imo ex tot ſcriptorum placitis confuſus, nil videtur poſſe concludi, quænam ſit communis opinio, ſicot teſtatur ignoraſſe *d. Franc. de Petris d. conſ.31.n.30.* ſed audeo exprimere meum ſenſum, illam eſſe communem opiniunem in quam multorum Doctorum numerus cõcurrit, quando ratio manifeſta non aduerſatur, niſi velimus aſſerere cum *Alciat. in l. 1.n.4 ff ſi cert.*quod ob tantas DD.contrarietates ſit hoc Iudicis arbitrio committendum, quænam ſit communis opinio.

Sed licet fateamur opiniones mutari, & Doctoribus modernis atteſtantibus communem opinionem,magis credendum eſſe quam antiqnioribus, ſecundum *Hieronymum Gratum conſ.88 num.6 lib.2. Cęuall. in d.præfat.n.43.*attamen non poſſumus negare, antiquiorum ſententias meliores ſemper exiſtimari,quã Recentiorũ,neceſſe eſt enim vt venerandę antiqnitatis merita noo mentiamur, quæ omoia nouit, ex qua vniuerſa ſcientiarum prę:epta emanarunt, ideo antiquos ſemper præſtantiores fuiſſe modernis inpondere, numero, & menſura dixerunt *Præpoſ.in c.literas de frig.& malefic.Cauall.in d.prefat.com.n* 90.benè igitur inuidioſam illam ętatem appellat *Ouid.15.Met.*

Tempus edax rerum,tuq; inuidioſa vetuſtas.

Videmus è contra Recentiorum ingenia, neſcio quo fato in dies magis decreſcere, & non ex alia ratione credo, quia ab aurea ætate, & argentea ad peſſimam, & limoſam iam peruenimus, profecto in noſtra legali philoſophia fateri debemus meliora, & acutiora fuiſse ſeniorum, quam iuniorum iudicia, illi enim tantæ ſapientiæ fulgore legum tenebras illuſtrarunt, vt magis admirationis, quam imitationis ſpem nobis reliquiſse videantur.

His cognitis prima concluſio eſt, Quando non conſtat clara Iuris ciuilis deciſio in caſu ali-
10 quo emergenti, ſed obſcuritas opinionum inter Iuriſtas viget, quæ de iure caoonico eſt expreſſa,tunc illa tenẽda eſt opinio, quæ probatur per ius canonicum, *Steph. de Federic.de interpr.leg.p.vlti.n.nu.106.pag. mihi* 343.

343.qui refert exempla in *l.iubemus,C. ad l. falcid.& in c.Raynutius de testam c.per venerabilem , §. rationem . Qui filij sint legit.* vbi DD.Si vero in vtroque iure sit cõtrouersum, opinio canonistarum præfertur opinioni legistarum, præsertim in casu, quando agitur de periculo animarum, *Innoc.in c. 1. de nou. oper.nunc.vbi DD.Lanfranc. de Orian.in cap. quoniam contra verf.testes , & versic. quaro numquid in casu de probat.Palacios Rubens in repet.rub.de donat.in introduct.n. 16.Canall. in summar.præf.q.com.contra com.n.27.*nam in materia peccati ius canonicum in vtroque foro est seruãdum *Cifuentes in l.3.Tauri n.3.Didac.Perez in proem.leg.ordin.q.3.*idem *Canall.*multos allegat *in d.præf.n.53.*Quando vero ius canonicum,&ciuile ad inuicem repugnant in materia, quæ non concernit peccatum,seruandum est ius canonicum in Terris Ecclesiæ. quo ad temporalem iurisdictionẽ,in alijs vero Terris,quæ non sunt Ecclesiæ, seruandum erit ius ciuile, *Curtius Iunior cons.136.n.4.Canall. loc. cit. nu. 52.*Si vero sit differẽtia inter Theologos,& Canonistas, quorum opinio sit sequenda , tradit *Paul.Paris.cons.68.in fin.vol.4.*& latius *consil. 67 n.31 eod.vol.*

Secunda est conclusio certa inter DD. vt si ca-
11 sus occurrens, nec à Canonibus, nec à legibus sit decisus, tunc sequenda est Doctorum opinio *c.2.de presb.non baptiz.* & ibi *DD.& in l.si idem cum eo.ff.de iurisdict. omn. Iudic. Corneus cons.186.in princ.vol.3.*Sed quia opiniones communes inter se collatę aliæ sunt minus communes, aliæ æquè communes, aliæ vero communiores, ex quibus communibus opinionibus, vel communioribus nascitur probabilitas, vel probabilioritas, nam quæ grauiori fundamento nituntur, probabiliores sunt,quæ minus graui, minus probabiles extimantur:Æquè vero communes, vel ęquè probabiles sunt, quæ æquè graui fundamẽto firmantur, ideo dico quod si duę opiniones discordes reperiantur, hoc casu Iudex debet sequi communem opinionem, *c.nouimus*, ibi: *Et quorumdam sit opinio à pluribus approbata,de verbor.signific.c.de iudicij,*ibi:*In quo plurimi cõcordant 3.q.3.c. in canonicis 19.distin.*adde *tex.in l.edibus,ff. de dam.infecto,*vbi ab opinione Maiorum,& præceptorum nostrorum recedendum non est, & notatur in *c.1.de decim.& c.pastoralis eod.tit.l.1.ff. de offic. quęst.* vbi *Bald.*post *Io: Andr.n.8.*& ab ista communi opinione in iudicando, & consulendo non esse recedendum probat *Canall.in d præfat.n. 30.*,nisi in cõtrarium vrgeat, textus,vel ratio *c.de quib. 20.distinct.*hinc dicunt *Bald.& Paul.in l.fin. C.de instit.& substit.*quod etiam propter opinionem Bartoli,non sit recedendum à communi opinione *Brunor.à Sole in propos.iur.in verb. opinio* , aliquin Iudex faceret litem suam ex quasi delicto, *Bart.in l.vlti.n. 5 C.de pæn.Iudic.qui male iud.Alex.cons.95.n.6.lib. 3.Montan.in tract.de finib.regund.c.58. n.14. Vnesenbec.tom.2.cons. 88. in fin.*alijque relati à *Harpprect.in princ.tit. instit. de quęstio quę ex delic.nasc n.11 .tom.4.Decian.cons. 111. n. 17.lib.7.*quod explicat *Canall.in d.prefat. n.* 16. quando communis opinio obseruari solet in foro.Imo iudicans contra communem
12 dicitur per imperitiam iudicare, *Bald.in l. propterea* per illũ tex. *ff.de Senat.Iason in l 2. n.15.ff.de iur.iurand.& cons.84. omissa nu. 8. vol.1..Alex.consil.95. visis processibus nu.6.lib. 2.*& ita tandem concludunt *Zasius in l.2. §. post hunc 47.n.78.ff.de orig.iur.* & in *2.singul. respons.cap.1.n.27.Locamer.q.iurid.fasc. 2.q. 3.Pruckman.in tract.de regal.§.solum potestas c.1.n.12.*eleganter *Besold.in comm. ad l.7. & 8.tit.1.lib.1.Digest.num.6.pag.107. cum seq.* Adeoque poterit syndicari,*l.Athlete in princ. ff.de infamib.*ibi:*Omnes opinantur,l.1.ff.de senator.DD.in d.l.2. & fin. C.de pæn.Iud. qui mal iud.*vbi *Paul. & Ang.Abb.in c.prudentiã in princ.de offic.deleg.Stephan.de Federic. de interpr.leg.p.vltim.n.194 pag.342.*

Eo fortius si communis opinio esset ratione fulcita , nam hoc casu est omnino amplectenda , quia præsumitur vera, *c.cappella de ferijs, leg. 2. C. de veter.iur.enuc.Glos.in c.fin.de pæn.dist.1.* Imo dico vnum notabile, quod communis opinio habetur pro lege, ideo censetur ita delinquere Iudex iudicando contra communem opinionem , ac
13 si deliquerit contra legem , *Bart.& Bald. in d.l.fin. Cod.de pen. Iud.Io. Andreas, & DD. in c.1.de constit.Innoc.in c.ne imitaris de constit.Alex.lib.2.cons.95.Gratus lib.2. cons.77.n. 4.*alios citat *Cardinas inCrisi theolog.in addit. ad c.6.n.26.pag.451.*nam communis opinio tanquam lex potest allegari in decisionibus causarum , *Auiles in c.pratorum c.1. nu. 15. Canall.in d.prefat.n.31.* & si contra communem opinionem sententia proferretur, esset iniqua, ac si lata esset contra legem, omnes cumulat *Canall. loc. cit.nu. 35.* non tamen esset nulla, *Vantius de nullit.tit.de null. ex defect.proc.num.120.Harppreƈt.in d.§.responsa prudentum n.10.*maxime si communis opinio sit moribus ciuium vsu recepta, nam per talem vsus receptionem habet etiã vim consuetudinis , *Bald.*post *Io:Andr.in l 1.ff de offic.quæstor.n.8.Geminian. consil.48. pro examinat.nu.5. versic.item quia maior* , & opinio probabilior reputatur, & quandoque omnino certa, cum vim consuetudinis habet, quæ etiam habet vim abrogandi legem, ideo si aliter fiat, non sequendo istam communem opinionem vsu receptam, iudicare-

tur

tur contra opinionem magis probabilem, imo probabiliorem, quod damnauit S. Pontifex Innocentius XI. vt infra dicam, & aduertit idem *Cardinas loc.cit.in vltim.tract. ad Crisim prop. damn.c.2.art.1.n.14 pag 66.* Et probatur, quia sicut in quæstionibus facti conueniunt DD. in causis ciuilibus teneri Iudicem sententiam ferre in fauorem partis, quæ habuerit pro se probabiliorem opinionem, seu efficaces probationes ad persuadendam existentiam facti, vt demostrat *Machado to.2.lib.6.punct.2.tract.1.docu.6.* ita similiter in quæstionibus iuris debet Iudex sequi maiorem probabilitatẽ, nam quę præstant testes instrumenta, & scripturæ ad probãdum factum, pręstant testimonia Doctorũ eorumque fundamenta rationum ad probãdum ius, & sicut maior dignitas testium, & maiora indicia faciunt verisimiliorem existentiã facti, ita maior authoritas Doctorum, & rationes faciunt meliorem existentiam iuris, quod confirmat *Gonzalez de recto vsu opinion.probabil.dissert.4.cap.2.§.6. num. 43.*

Sed quid si omnes opiniones, se ad inuicem altercantes, æqualiter sint pares? in hoc punto variant Theologi à Iuristis, Theologi enim
14 dicunt posse Iudicem indistinctè eligere quamcumque opinionem, dummodo sit probabilis, imo & quod possit Iudex hodiè iudicare secundum vnam, & cras secundum aliam opinionem, *Ledesma tom.2.tract.8. c. 22.post 11.dubin.* qui asserit hanc esse sententiam multorum nostræ ętatis, *Sanchez in precept. Decalogi lib.1.c.9.n.46.* & sequuntur sex alij DD diligenter reperti à *Diana in tract.13.resol.moral. resol. 3.* qui post multos refert posse Iudicem ex duabus opinionibus probabilibus eligere illam, quam maluerit, & secundum eam iudicare pro amico, imo secluso scandolo, nunc secundum vnam nunc secundum aliam, etiam omissa probabiliori, & communiori, nec ex hoc teneri in syndicatu, & hoc exemplificat in decem casibus relatis à *Io: Sancio in practica disp. 44.n.72.in fin* & allegat *Io. Valerium de different. vtriusque fori in verb opinio different. 3.num.1.Sanchez vbi sup.n.45.* & tenent etiã *Decius in c.1.n.10.de probat.Gomes. in c.1.n. 228.de constit.in 6.Cauall.in præfat. q.comm. contra comm.nu.39.* vbi dicit quod hoc casu Iudex non faceret litem suam secundum *Alex.cons.66.n.6.vol. 5.* & quod in opinionibus æqualiter dubijs sit locus gratificationi, *Menoch.de retin.poss.rem.3.n.766.& de arbitrar.casu 339.nu 19.Tiraq. de nobil.cap.17. opposit.1.* Et licet DD. limitarunt hanc propositionem non procedere in foro conscientię, vt dixerunt *Nauarr. in cap. si quis autem n.130.de pœnit.Segura de Aualos in suo dicto. Iudic.Ecclesiast.1.p.c.14.n 23.* qui resoluunt peccare Iudices, qui in varietate opinionum iudicant pro amico, quia in iure non reperitur cautum, vt in dubio pro amico sit iudicandum, sed pro Reo, vt in *c. cum sunt partium de reg.iur.* pro causa pia *auth. similiter C.ad l.falcid.* vbi *Roman.13.special.* vel pro dote, *l. in ambiguis, ff. de reg. iur.* vel pro fisco *c.fin.de re iudic.l.1.C.de priuil.dotis.* Attamen hæc explicat procedere *Cauall. in præfat.q.com.contra com.n.103.* quando in facto esset obscuritas ob æquales probationes, & testium depositiones, tunc enim erit pro Reo, Dote, Causa pia, vel Fisco in dubio iudicandum, secus vero si quæstionum ambages in iure consistunt, tunc enim poterit gratificari amicus. *Cauall.loc.cit. & n. 10.* vbi allegat legem partitarum Hispaniæ sic iubentem, & ibi *Greg. Lopez in verb.escongencia*, & etiam dixit *Rota in antiquis tit.de rescriptis dec.774. alias 55.*

Sed melius Iuristæ affirmant, quod quando omnes opiniones æqua lance sunt communes,
15 neutram sequi licere, sed potius esse consulendum Principem, aut controuersiam transactione dirimendam, aut abstinendum à Consilio, ità *Matteus Mattesil. in opusculo electionis verioris opinionis in tract. com.n.10.Faguan.de opin.probabil.num. 235.* & sentit *Glos. in cap. licet causam in versic.vti possidetis de probat.* ad quam concordiam inuitat text.in *l. non sine, C.de bonis quæ liber.* ibi: *Ambiguitas atque diuersitas*, & consulit *Soccin.cons.150.vol.1.Boer.dec.42.num.39.& dec.155. n.28.* quod dictum intelligit *Bald. in l.præses in princip. C.de sentent. & interloc. omn.Iudic.* quando probationes non essent aduersatiuæ, & incompatibiles, quando verò testes se infringunt, quia quilibet deponeret insolidum de possessione, Iudex dicere poterit, vnus vestrum mentitus est, ite cũ Deo, & alij dicunt ite cum Diabolo, vel pronunciare pro Reo, vt infra dicam *Boer. d.dec.42 nu.39* Quando enim Iudex non potest quiescere motum animi sui ad ferendam sententiam pro aliqua parte, cum exhibẽtur scripturæ scripturis contrariæ, nullam firmitatem habere debet ex illis, dicit text.in *l.scripturæ, C. de fide instrum.* similiter si testes contrarij sint numero, & pondere pares, sua inuicem testimonia labefactant, & nemini erit credendum, *l. in testimonijs, ff.de testib.c.licet de probat. cap. in nostra de testib.* & confirmat *Eccles.cap.34.* vnus ædificans, & vnus destruens, quæ vtilitas in vtrisque, nisi labor. *Hyacinth. Parpera in indice copios.p.3.c.2.n.5.*

Sed hæc 2.cõclusio supra posita procedit in Iudicibus inferioribus, at in Iudicibus superioribus, prout sunt nostri Supremi Consiliarij

rij

rij Consilij Principis, regula supra posita nõ
procedit, nam Consilia Principum hanc
PRÆSTANTIAM tenẽt, iudicandi secundũ
16 opinionem communem relicta communio-
ri, quoties ratio sibi benè cognita, æquitas,
vel facti, & rerum circumstantia eid suadent,
ratio est, nam si supra fundaui, eis non ita
restrictas esse habenas, vt ill is liberum non
sit iudicare secundum proprium sensum, &
conscientiam, relictis allegatis, & probatis,
vt dixi supra in *præstant.* 18. eo magis erit
dicendum eos posse iudicare secundum pro-
babilem, & minus communem opinionem
relicta communiori; etenim illam proba-
bilitatem, quam præstant acta ad probandũ
factum, præstant Doctorum opiniones ad
probandum ius, vt supra dixi, & sicut de
probatis non curat Supremus Senatus, ita
nec de allegatis à Doctoribus, & ita multo-
ties obseruauit nostrum Sac. Consilium
apud *Afflict. dec.* 204. *n.* 2. & apud *Franc. dec.*
30. *n.* 2. vbi in fine etiam fatetur, quod iudi-
care contra illam communem opinionem,
adductam in illa decisione, modicam ha-
buit S. Consiliom difficultatem, quod etiam
confirmat *Dom. Petra in situ* 288. *n.* 85. pro-
ut Rota, & Signatura aliquando tenent con-
tra communem, quando contraria opinio
est æquior *Cassiodor. dec.* 1. *nu.* 26. *de empt. &*
vendit. & confirmatur, quia sæpè sæpiùs so-
let S.C. explanare duras legum decisiones,
& illas ad æquitatem reducere, vt legimus
apud *Franc. dec.* 49. *n.* 2. & latè supra ostendi
io Præst. 14. *n.* 22. eo magis à communioribus
opinionibus se alienare, quoties ratio sibi
benè visa aliter suadet.

Nam non qui, aut quot dicant, sed quid dicunt
ponderandum est, argum. *c. secundum* 8. §.
17 *adeo autem distinct.* 19. *&* tantum erit cre-
dendum Doctoribus, quantum probant, ar-
gum. *cap. qualiter* 24. *de accusat.* est tex. *in l.*
nemo 13. *C. de sent. & interloc. omn. Iudic.* vbi
statuitur omnes Iudices veritatem, & legũ,
atque iustitiæ vestigia, non Doctorum Con-
silia, aut opiniones communes, nulla lege
corroboratas in iudicando sequi debere, latè
Euerard. in preambol. locor. leg. n. 29. *& in loc.*
ab author. n. 3. *& seq. Paul. Berens. disp.* 14. *ad*
instit. them. 3. *q.* 1. *Anton. Faber in iurisprud.*
papinian. tit. 2. *princ.* 9. *illatio.* 3. post multos
Harppreckt. in §. responsa prudentum 8. *n.* 9. *tom.*
1. *instit. de iure natur. gent. & ciuil. & in princ.*
tit. instit. de quæs. qua ex quasi del. & n. sc. n. 11.
Equidem communis opinio potest aliquan-
do de aperto errore conuinci, quo casu se-
quenda non est, sed illa quæ meliori ratione
nititur, clarus text. in *c. cappellanus* 4. *in fin. de*
ferijs, vbi *Abbas, & in consil.* 1. *vol.* 1. *Io. An-*
dreas in cap. 1. *de constit.* vbi *Petrus de An-*
cherano Barbat. cons. 2. *nu.* 1. ideo non opinio

Doctorum, sed ratio doctrinæ ponderanda
est, dixit *D. Hieronym. super Daniel.* quem re-
fert *Gloss. in verb. cuiquam in cap. literas de*
restitut. spoliat. Sarmient lib. 2. *select. cap.* 10.
fol. 84. *n.* 2. *in fin. Bart. in l. non solum, §. libera-*
tionis verba ff. de libert. leg. Thesaur. dec. 52. *n.*
1. *Franc dec.* 30. *n.* 2. Ratio enim quandoque
minori reuelatur, quę non fuit maiori com-
municata, & absconditur sapientibus, quæ
paruulis influitur, ideo potest vnius forsan
deterioris sententia, multos, & maiores in
parte aliqua superare, *l.* 1. *§. sed neque ex mul-*
titudine 6. C. de veter. iur. enuclean. vbi *Brun-*
neman. Pruckman cons 50. *n.* 3. *vol.* 1. & mini-
mum votum præstantiori præualuit, *Tiraq.*
in l. 11. *connubial. Gloss.* 1. *part.* 1. *n.* 4. vnde
optimè Ouid.

Sæpe necat morsu spatiosum vipera taurum.
A Cane non magno sæpè tenetur aper.

meritò dixit *Paul. de Castr. in cõs.* 185. quod sit
recedendum à Doctore propter bonas ratio-
nes, sicut solet esse aliqua opinio irrationa-
bilis, magis ex populi, vel communitatis
placito amplexa, quam ex rationabili vo-
luntate recepta, & de ista loqutum fuisse
Senecam credere possum, quando dixit epist.
16. *Si ad naturam viues, nunquam eris pauper,*
si ad opinionem nunquam eris diues, exi-
18 *guum enim natura desiderat, opinio immen-*
sum, quod facer tex. etiam monuit in *Exod.*
cap. 23. *v.* 2. *Non sequeris turbam ad facien-*
dum malum, nec in iudicio plurimorum ac-
quiesces sententię, vt à vero deuies, quod enim
in lege non cauetur in praxi non habetur,
dixit *Bald. in cap. in Genesi* 53. *in vltim. col,*
de electio.

Quæ conclusio confirmatur, nam in quamplu-
ribus casibus circa præsentem materiam,
19 quando conflictus opinionum aspicitur iu-
ra decernunt esse locum Iudicis arbitrio,
c. de causis, s. 1. *de offic. Deleg. l.* 1. *s.* 1. *ff. de iure*
deliber. quas quidem quęstiones pro amico
appellat *Bald.* post *Io. Andream in c. ne ini-*
taris de constit. Abbas, & Decius in cap. 1. *eod.*
tit. Iason in l. post dotem ff. solut. matr. Franc. de
Petris cons. 1. *n.* 29. cum alijs similibus, & qui
meliores Iudices poterunt tale arbitrium
in causis exercere, quam isti Superiores
Consiliarij Prudentissimi, & Sapientissimi,
à Principe ad tale munus assumpti, ex voi-
uerso sui Principatus hominum cetu me-
liores electi? isti enim eorum arbitrium si-
bi à lege commissum, regolatum prębebunt,
secundum arbitrium boni viri, iuxta mo-
nitum *D. Ambrosij in cap. Iudices* 3. *qu.* 7. Et
aspicientes in tam ancipitem Doctorum dis-
sensum, eis arbitrium esse traditum, non li-
bero, & pleno arbitrio litium controuersias
20 diriment; sed negotiorum necessitatibus
consentaneo, & regulato, vt tradit *Menoch.*
de-

de arbit. iudic. lib. 1. q. 9 n. 1. ad exemplum Si-
gnaturę Supremi Pontificis, à qua si com-
mittitur causa cum clausula, *arbitrio Rotæ,*
tale arbitrium debet esse iuri consonum, vt
fuit dictum in causa Hispalensis pensionis
coram *de Graffis 4. Nouembris 1575.* & in
*impress. dec 100. alias 7. de sent. & re iudic. Se-
raphin. dec. 1017. num. 1. Faguan. de opinio. pro
babil. num. 239.* quia semper quod à iure
arbitrium committitur, viri boni arbitrium
significat, *Aretin. in l. videamus, §. deferre
num. 7 ff de in litem iurand. Jason* post multos
in *l. si sic legatum num. 10. ff de leg. 1. Felin. in
cap. 1. col. 7 circa medium de constit.* & semper
bonum, & æquum significat secundum *Bald.
in cap. nisi cum pridem col. vlt. de renunc. Me-
noch. de arbitrar. d. lib. 1. qu. 8.*

Arbitrium in tali dubietate opinionum
apud Supremos Iudices exercetur etiã per
iuris regulas, nam quando sunt duę opinio-
nes inter se oppositæ, & non apparet, quæ sit
tutior, seruandæ sunt regulę à iure præscri-
ptę in optione opinionis, Jura enim in istis
casibus quasdam regulas præfixerunt, quę
dubia negotia resoluunt, & primo. Vt in
21 dubio Iudex iudicare debeat, vt actus magis
valeat quam pereat, *l. 2. & l. quoties, ff. de reb.
dub. l. in obscuris, & l. quoties de regul. iur. cap.
si vir de cognat. spirit.* quam regulam Regi-
nam omnium interpretationum pronun-
ciat *Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. vltim.
tit. vltim. num. 13.*

Sic etiam in dubijs opinionibus spectanda est
antiqua illa opinio, quę iuuatur consuetudi-
22 ne, quia minimè mutanda sunt, quę cer-
tam sententiam semper habuerunt, & com-
munem vsum iudicandi, *l minime,* vbi DD.
*ff. de legib. d. cap. nouimus de verb. signific. Io.
Andreas,* & alij in *cap. conquestus de vsur.*
consuetudo enim disponens illud, quod ius
commune voluit, addit vinculum specialius,
& fortius *cap. 2 de præbend. in 6.* vbi *Dominic.
de S. Geminian. Decius cons. 52. vol. 2. Decianus
cons. 5. num. 80. vol. 1. Stephan. de Federic. de
interp. leg. part. vlt. num. 105. pag. 342.* vbi re-
fert multas Doctorum opiniones, quæ sunt
contra leges, sed de consuetudine seruantur,
ideo in conflicto communium opinionum
illa est spectanda, quæ consuetudine suffra-
gatur, *Gregor. Lopez in l. 7. tit. 7. partit. 4. verb.
perfiaron Canall. in præfat. q. com. num. 48* Sic
etiam in dubijs controuersijs pronuncian-
dum erit pro possessore, *l. res alienas, C. de rei
vendic.* per quam conseruatur vnicuique
ius suum, & euitatur peccatum, *clem. exiui de
verb. signific. cap. iuuenis de sponsal.* & elicitur
res dubia, quando testes æquales numero, &
qualitate pro actore, & Reo inter se contra-
rij essent, *Tusch. lit. P. concl. 766. num. 23.*
Ita etiam in rebus dubijs potius pro Reo, quam
pro actore causa terminanda erit, *cap. ex li-
teris de probat. Bart. in l. 1. ff. uti possid. Curtius
sen. cons. 24. Tusch. in verb. probatio conclus.
798. Boer. dec. 42. in fin.* nisi in causa fauora-
bili, puta matrimonij, libertatis, dotis, seu
testamenti, vt habetur in *cap. fin. de re iudic.*
23 per quem tex. dixerunt DD. præferendam
esse opinionem, quæ fauet matrimonio, etiã
contra communem *Hostiens. & Abbas in cap.
si vir de cognat. spirit. Barbat. consil. 60. scriptum
lib. 7. Decius in c. 1. nu. 95. Reiger in thesau. iur.
in verb. opinio. n. 3.* Imo opinio singularis ali-
cuius Doctoris matrimonium substinentis,
præfertur plurium sententię illud impugnã-
tis, nisi textui aperto repugnet, singulariter
*Hostiens. in cap. si vir de cognat. spirit. Anton.
Cucus lib. 5. instit. maior. tit 11. num. 157. Me-
noch. de præs. lib. 2. pres. 71. num. 30 & seq.* post
alios *Harppreth.* qui omnes allegat in *rub. tit.
instit. de Nuptijs tom. 1. num. 102.* vbi citat
*tex. in cap. licet ex quadam 47. in fin. de testib.
Stephan. de Federicis de interpr. leg. part. vltim.
num 112.* quod explicat *Soccin in consil. 86. n.
31. vol. 2.* quando ageretur de matrimonio
iam contracto dissoluendo, non vero quan-
do agitur de probando matrimonio, quod
ab altera parte negatur contractum fuisse, &
confirmat *Brunor. à Sole in proposit. iur in ver-
bo. opinio in fin.* sicut esse licitum vsum opi-
nionis probabilis relicta probabiliori, in
causis matrimoniorum Infidelium, ex viuo
vocis Oraculo Summi Pontificis Vrbani
Octaui, refert *D. Ferillus in tract. de regula
Morum part. 1. q. 8.* quod explicat *Gonzalez
in tract. de recto vsu opinion. probabil. dissert.
14. cap. 7. §. 1.* vbi latè.

Sed prædictæ PRÆSTANTIÆ nostri Supremi
Senatus, an officiat decretum Santissimi no-
stri Pontificis Innocentij XI. latum in die
2. Martij 1670. est videndum, qui damna-
uit multas propositiones, & inter alias se-
cundam in ordine posuit istam. *Probabiliter
24 existimo Iudicem posse iudicare iuxta opinio-
nem etiam minus probabilem,* & tertiam in
ordine addit, *Generatim dum probabiliter si-
ue intrinsecè, siue extrinsecè quantumuis tenui,
modo à probabilitatis finibus non exeatur, con-
fisi aliquid agimus, semper prudenter agimus,*
vt leguntur apud *P. Io. de Cardinas in Crisi
Theolog. ad propositiones damnatas, & Thyrsum
Gonzalez in tract. de recto vsu opin. probab. di-
scurs. 8. §. 3. num. 24.* & pręciso dicto decreto,
adhuc de iustitia ita debere Iudices iudica-
re, cum opinione probabiliori omissa mi-
nus probabili, per multas rationes ostendit
*Cardinas loc. cit tract. 1. disp. 15. cap. 15. art. 1.
num. 613.* & confirmat in *vlt. tract. dissert. 3.
c. 1. pag. 65.* & ante decretum ita probant *Vin-
cent. Baron. aduersus Caramuelem, & Gonzalez
loc. cit. dissert. 4. cap. 2. § 5. num. 25.* qui latè di-

ſcurrit poſt *Henriquez de Rom. Pontificis clau. lib. 4 c. 18. n. 4. Decaſtill. lib. 2. de iuſt. & iur. tract. 20. diſp. 3. dub. 5. num. 94. Cardin. de Lugo tom. 2. de iuſtit. diſp 36. num. 92. Bard. de conſcient. diſcept. 4. cap. 27. num.* 10. Probabi-
litas enim, quæ nil aliud eſt niſi veritatis
imago, ſeu ſimilitudo veri plures habet
gradus, ad inſtar Picturæ, nam ſicut ex di-
uerſitate colorum, vel multo magis ex peri-
tia, vel imperitia Pictoris fit effigies ma-
gis, vel minus ſimilis originali, & illa cēſe-
tur verior quam omnes laudant, aut appro-
bant, tanquam exemplari conformiorem,
& quas non omnes, ſed pauci comprobant,
minus vera, vel minus ſimilis cenſetur, ſic
probabilitatis varij ſunt gradus, ſicut hu-
manus intellectus colorum rationibus quaſi
Pictor ſibi exprimit, & quia Iudicis offi-
cium eſt, iudicium è recta ratione deducere,
ideo quo magis poteſt, tenetur ad probabi-
liores rationes inclinare, quæ probabilius, &
certius iudicium conſtituunt. Probabili-
tas enim euaneſcit in conſpectu probabilio-
ris, quippè minor flamma à maiori abſu-
mitur, nam non minus intellectus appetit
veritatis lucem, quam appetit Oculus Solis
ſplendorem, in nocte enim cum nequeat
quis iter habere, ſibi reſplendere lumen exo-
ptat, ſed quando Sol refulget, non ſolum
lux minor ceſſat, ſed maior ſibi grata appa-
ret, ſic intellectus quanto magis radiat ve-
ritatis lumine, tāto magis in ipſam fertur, &
iſta dicitur maior probabilitas, quæ eſt, quæ-
dam maior certitudo, quæ ſicut in morali-
bus ſufficit ad excuſandum à culpa, in illis
rebus dubijs, quas Deus voluit manere ſub
controuerſia, & in quibus non poſſumus aſ-
ſequi euidentiam (in eis enim ſufficit, quod
per argumenta valdè veriſimilia, & vrgen-
tiora ad veritatem concluſionis perduca-
mur) ita in iudicijs concurrēre maiori pro-
babilitate, minuitur minor probabilitas.
Tale enim additum tali facit ipſum magis
tale, *Ariſto. topic. l. 3. cap. 4.* & ad hoc propoſi-
tum credo ſcripſiſſe illa verba *D. Paul. ad
Cor. 1. cap. 13: Cum venerit quod perfectum eſt,
euacuabitur quod ex parte eſt*, concludo igi-
tur nos operari debere ad inſtar adminiſtra-
toris, qui quando ſuſcipit adminiſtrationis
curam, tenetur non ſolum ad curandum ne
ſua negligentia damnum oriatur, ſed etiam
ad promouendum commoda eius, cui inſer-
uit, quantum commodè poteſt, *Leſſius de
iuſt. cap. 32. nu. 16.* proinde videtur dicendū
decretum Summi Pontificis ordinans pro-
babiliores ſententias in iudicijs eſſe ſequen-
das, ab omni Curia tam inferiori, quam
Suprema amplecti debere.

Credebam potuiſſe conciliari tale decretum
Summi Pontificis cum mea concluſione po-
ſita in præſenti Præſtantia ſi dixiſſem,
quod Summus Pontifex determinauit rei-
ciendam opinionem probabilem concur-
rente contraria probabiliori, vt ſcilicet
iſta probabilior vti tutior ſit ſequēda, nō ve-
ro loquutus fuit Pontifex de opinione com-
muni, vt iſta relicta ſit ſequenda contraria,
ſi eſſet communior, & maior probabilitas
non eſt metienda ex maiori numero DD.
ſed ex rationibus, quibus fulgitur, *Frances
de Vrrutigoyti de compet. Iuriſdict. q. 14. n. 10.*
& hoc modo dicendo ſaluabatur concluſio
ſupra poſita, vt ſc. Iudices ſuperiores poſſint
ſequi communem relicta magis communi
contraria opinione.

Sed hæc ſi dicerem, conciliatio potius nomi-
num quam terminorum appareret, quia eſt
etiam certum, quod Probabilitas duplex ſit,
25 vna intrinſeca, altera extrinſeca, intrinſi-
ca dicitur probabilior opinio, quæ vrgen-
tioribus rationibus fulcitur, ſiue petitis à
ratione naturali, ſiue Theologica, ſiue à con-
ſtititutionibus Principum, aut alio capite
æquiualenti, ad quam probabilitatem in-
trinſecam nunquam ſufficit multitudo au-
thorum, *Cardinas in Criſi Theolog. tract. 1.
diſp. 11. cap. 9. num. 262. Parpera in indice
copioſ. part. 3. cap. 3. nu. 2.* Probabilior ab ex-
trinſeco dicitur illa, quę maiori nititur au-
thoritate virorum ſapientum, vt tradit
poſt alios d. *Cardinas in vlt. tract. diſſert. 3. c.
1. art. 1 num. 8. & 9. Parpera loc. ſup. cit.* ex
his conſtat, quod quando dicimus commu-
nem opinionem, idem ſonat, ac ſi diceretur
probabilis opinio, ſed probabilitate extrin-
ſeca non intrinſeca; maiora autē opera ma-
iora ſunt teſtimonia, & maiora teſtimonia
aſſertionem probabiliorem faciunt, at cum
decretum S. Pontificis determinauerit, non
prudenter agi, quando ſola probabilitate
ſiue intrinſeca, ſiue extrinſeca operamur,
contraria probabiliori neglecta, voluit defi-
nire non ſufficere communem opinionem
ſequi, quæ in probabilitate extrinſeca con-
ſiſtit, ſi communior contraria ſententia con-
curreret, quæ probabilior, quia communior
iudicatur, igitur cognoſcitur, quod virtute
dicti decreti Summi Pontificis, non poſſunt
nec Iudices inferiores, nec ſuperiores omit-
tere opinionem communiorem, & ſequi mi-
nus communem, quia omittendo commu-
niorem, probabiliorem negligerent, quæ
in ipſa communiori extrinſicè conſiſtit.

Sed qua trutina perpendemus has probabiles,
& probabiliores opiniones, durum eſt pon-
26 derare, dum *D. Auguſt. de confeſſ. lib. 15. c. 14.*
dixit dubitandum eſſe de omnibus, videmus
enim quod tam obſtruſi caſus accidunt, vt

illos

illos diffi*ılan tresolnere nostri Juriſconſulti, cum enim in homine originalis iuſtitia eluċerat, affulgebat & illi clara omnium rerum cognitio, velnti meridies, cum autem occidiſſet prima ſapientia, ſocceſſit nox ignorantiæ, omniaque obſcura ſacta ſunt, vndè dixit Salomon, *quod tradidit Deus mundum diſputationibus eorum*, remanſit enim noſter intellectus ex peccato Adæ labeſactatus, vt non valeat ſuo perſpicaci oculo, quo ſuit à Deo creatus medullitus res conſiderare, ideo Moyſes hoc magnopere concupiuit, & petijt à Deo, *Oſtende mihi faciem tuam*, ſed Dominus non retribuit deſiderium ſuum, ſed aliam viſionem obtulit dicendo, *Poſteriora mea videbis*, ex quo oon faciem veritatis in hac mundi caligine, & obſcuritate poſſe intueri demoſtrauit, ſed ſolum veritatis imaginem carni permiſit, per poſteriora, vt conſiderat *Parpera in d. indic.copioſ. part. 3. cap 3.nu. 1.* ideo in dubijs quæſtionibus inſigues Gloſatores Rogerius, & Ioannes, vnus per verbum *Neſcio*, alter *ſolnat Apollo* reſponderunt in *l.ſi cui. ff. de leg. 3.* & in *l.2.ff.ad l. Aquiliam*, per verbum *Neſcio* intricatos iuris articulos etiam determinarunt *Accurſius in l. quinque pedum, C. fin. regund.* idem dixit *Bart. in l. iuriſgentium, §.prætor.ff.de pactis, & Soccin.* poſt *Caſtrenſ in l.ſi hæres, §.ſi Reipublicæ ff.ad l. falcid.* dixit ſe fateri veritatem non intelligere, & ſi illas aliquando determinarunt, per verbum credo reſponderunt, *l.ſi quis filio, §. irritum.ff.de iniuſt.rupt. teſt. l.ſi fideiuſſor, §.1.ff. mandati*, & multoties ſub dubia aſſertione ſcilicet forſitan, vel fortaſſe, *l. ſi duo.ff. de arbitris, l.mutus.ff. de procur.* Alios etiam aſpicimus Doctores ſibi ipſis contrarios, qui non erubuerunt hinc inde pro vtraque parte reſpondere, contra iſtos iraſcitur *Aymon de antiq.tempor.part.4 fol:169.& 189.* quem refert *Franc.dec.105. num 22.* poſt *Menoch. de arbit.Iudic.lib.1.qu.68.nu.48.* cui concordat *Io Franc.dePonte dec.vltim.in fin* quos refert *Franc de Petris conſ. 1. num. 23. circa fin.* Nam cum argomenta æqualiter trahant, & retrahant intellectum, ille immotus permanebit, ac ſi in trutina in ambabus lancibus æquale eſſet pondus, ſuſpenſa ipſa manet in æquilibrio, ſic intellectus contrarijs paribus rationibus ſuſpenditur, nullique aſſentitur, ſicut legitur in ſtrage Theſſalonicenſium, vbi cum data fuerit optio cuidam Patri vnius filij, ex duobus interimendis, ob parem amorem nullus electus fuit à Patre, ideo ambo interfecti fuerunt à militibus, refert *Baron anno 390.num.10. eccleſ.cap.34.*

Quid igitur agendum in iſtis nodolis queſtionibus? nam licet verum ſit Iudicem debere iudicare ſecundum probabiliorem ſententiam, qoando certus moraliter eſt in dicto caſu controuerſo, & firmiter credat eſtare probabiliorem ſententiam, tamen in foro contentioſo moraliter, vt plurimum impoſſibile eſt, poſſe Iudicem diſtinguere ſen-
27 tentiam probabiliorem à minos probabili, vt aduertit *Caramuel in apolog. de probabilitat.num.85.* & confirmat *Cardinas in d Criſi theolog.tract.1 diſp.15.cap.15.art.1. nu. 611.* prohibet enim vſum opinionis probabilioris moltitudo caoſarum, quæ tempus, et ſtudium pecnliare requirit in omni articulo, ad inueſtigandam probabiliorem ſententiam, reperiuntur enim ſæpè ſæpiùs ita difficiles quæſtiones, vt inſuperabiles reputauerint, *Accurſius in l. 2.§.1.ff. nequid in loco publico. Bart in l. Arethuſa ff. de ſtatu homin. Bald. in l.omnes populi num.11.ff.de iuſt.& iur.* & alij quos retulit *de Petris ſeſtiu.lectio.lib.2.cap.1.* non enim tenetur quilibet adminiſtrator ad proſpiciendum quantum poſſit commodis eius cui inſeruit, ſed ſecundum fidelitatem ad commodum promouendum, quantum commodè poteſt, dixit *Leſſius de Iuſtit. loc.cit.cap.32.num.16.* & ideo dixerunt DD. quod poſſit dari opinio ſpecnlatiuè probabilis, quæ non ſit practicè probabilis, & eſſet actio alias licita, quę in praxi exerceri non poteſt, abſque circunſtantia ſcandali, vel alterius periculi, & quia inſpecnlatione poteſt conſiderari præciſa dicta circumſtantia periculi, ideo in ſpeculatione dicitur probabiliter licita, vt fundat *Cardinas in Criſi theolog.tract.1. diſp.14.cap.2.* concludo igitur, vt poſſit excuſari Iudex, ſufficit, vt eius intellectus ſit moraliter certus iudicium ſuum rectè amiſiſſe *Gonzales* poſt
28 alios *diſſert.4.cap.2.§.8.num.51.* Nam iudicium probabile in rebus moralibus ſufficit ad ſufficienter operandum, præſertim vbi regula certa applicari non poteſt, quia alius modus operandi eſt vltra hominum conditionem, omnis enim cognitio humana coniecturalis eſt, præſertim in rebus agendis, *Suarez lib.6.de legibus cap.8.num.6.& tom.4. part.3.diſp.6.ſectio.6.nu.5.D.Antonin. part.1. tit.3.cap 10.§.10.Nauarrus de pœnit.diſtinct. 5.num.38.Gonzalez de recto vſu opin. probab. diſſert.6.§.7.num.31.in fine.*

Si vero opiniones ad inuicem, ita ſe in conflictu confunderentur, vt ob æqualia motiua, & rationes eiuſdem ponderis veritas
29 non poſſit inueniri, vel ſaltem probabilior ſententia cognoſci non poſſit, non erubeſcunt iura ciuilia iurgia ſecare per medium more ruſticorum, quæ ſententia erit tutior, vt indicat *Iuſtinian.in §.cum ergo 7.inſtitut. quibus ex cauſ.manum.non lic.* ibi: *Ideo nos mediam quodamodo viam eligentes*, & melius in *§.cum ex aliena 25.*ibi: *Placuit media*

sententia instit. de rer. diuis. & declarat *Iu-*
lianus in l.si pater ff.de her. instit. vbi *Bartol.*
Imola, & alij, sicut fecit *Tiber. Imperator. in*
l.& hoc Tiberius, ff.de hared.instit. nec hic est
mos rusticorum per *l.Nesenius ff de neg gest.*
sed prudentis Iudicis, nam quando sunt di-
uersæ opiniones hinc indè probabiles, lau-
datur Iudex qui diuidit per medium mate-
riam diuisibilem, eleganter probat *Ancher.*
cons. 210. *inchoante* inter varia consilia, &
sequitur *Felin.in cap.1.vers.secundo nota de*
constit. per celebrem *tex.in l.antiqui*, ibi, *me-*
dietatem quandam, & ibi *Angel.ff.si pars ha-*
red.pet.Boer.decis.42. num. 39. Anton. Coras.
de com.opin.lib. 2.in fin. Afflict.decis.13. in fin.
Thesaur.dec.88.in fin.Franc.de Petris cons. 1.
num 30 Caualcan.dec.23. part. 2. quod patet
exemplo Salomonis qui in casu dubio pueri,
cuius erat, statuit puerum esse diuidendum
in *cap.afferte de præsumpt.*& vt bene aduer-
tunt *Butrensis, & Ancheran. in cit.cons. 210.*
num. 3. Salomon respectu diuisionis pueri
hoc tentando dixit, tamen respectu iusti-
tiæ suę sententiæ, ita iudicauit esse ob-
seruandum, quod vbi dubia sunt iura par-
tium, propter conflictum opinionum, per
medium fieri debeat diuisio, *Fagnan. de opin.*
probabil. num. 236. nam melius iudicium
erit, ambas partes pro medietate consolare,
& litem dirimere, quam indecisas abstrusas
quęstiones relinquere, prout dubias quęstio-
nes irresolutas reliquerunt illi Iurisconsul-
ti in *l.quoties, ff.de vsufructu, in l.qui soluen-*
do cum l.seq.ff.de hared.instit.in l.si Titius. ff.
de condit.instit. & l.qui quadraginta, ff. ad l.
falcid. vt considerat *Franc. de Petris cons. 1.*
num.27.& 28. Et etiam magis certum, & pa-
cificum est, in partes controuersias difficiles
terminare, quam per sortem dirimere, pro-
30 ut putarunt, *Gloss.in l.2.§.1.ff ne quid in lo-*
co publico, Alia *Gloss.in 2.decret.cap. licet cau-*
sam, Bart.in l.si duo, ff.uti possidetis, Tiraquell.
de primog.quæst.17.opin.1.Thesaur.decis.266.
num.9.Gonzalez de recto vsu opin. probab. dis-
cur.7.§.5.num.22. Qua forma possum dice-
re quod hodiè vtantur Arbitri, & Arbitrato-
res, qui inter iurium altercationes fluctuan-
tes, & dubij circa quod pronunciandum sit,
petitionem diuidunt, & sic ei, qui vel planè
nullo, vel optimè certo iure centum petit,
quinquaginta adiudicant, Corydonis iudi-
cio actorem, & Reum iniquè exequando, vt
aduertit *Anto. Faber in Iurisprud. Papin.tit.*
6.princip.9.illat.2.conf.1. Si vero in intrica-
tis quæstionibus æquitas non suaderet, vt
media via eligatur, hoc casu, quod minimum
habet iniquitatis iudico esse eligendum,
l.quamuis nihil 200.ff. de reg. iur. & ita ele-
ganter consulit *Lansius in decad.Thesium per*
saturam thes. 6. tom.3.iur public.pag. 455.

PRÆSTANTIA XX.

Præstantia Sac. Consilij est, vt non pereant instantiæ causarum, quæ ibi agitantur.

SVMMARIVM.

1 *Tempus est destructiuum omnium sublunarium.*

2 *Tempus rem inestimabilem esse, sapientes voluerunt.*

3 *Instantijs forensibus tempora durationum legumlatores præfixerunt.*

Iudicium est quasi corpus humanum, quod habet caput, sanguinem, & cętera membra.

Iudicium habet tres causas nempè materialem, formalem, & finalem.

4 *Instantiæ tempus à Iustiniano non fuit prius definitum, sed apud omnes gentes antea vigebat.*

Romani ante Christum natum litigiosas iudiciorum molestias abhorrebant.

5 *Instantia feudalis durat eodem tempore concesso in causis ciuilibus, & quid de iure nostri Regni.*

6 *Instantia triennium incipit à die litis contestationis, non præsentationis libelli.*

7 *Instantiæ tempus fuit per triennium limitatum, vt finis litibus imponatur.*

Instantiæ tempus non potest ex consensu litigatoris prorogari.

8 *Instantia perempta, quilibet actus qui fit est nullus.*

9 *Pactum de proroganda instantia, licet esset iuramento firmatum, non subsistit.*

10 *Instantia causarum criminalium durant per biennium, sed aliter de iure nostri Regni.*

Instantia causarum criminalium perempta, corruunt omnia acta ordinatoria non probatoria.

11 *Instantia causarum criminalium in Hispanijs est perpetua.*

12 *Instantia de iure canonico est perpetua, tam ciuilis, quam criminalis.*

13 *Instantia de iure canonico est perpetua, vt citius lites finiantur.*

Instantiæ differentia inter ius canonicum, & ciuile assignatur.

14 *Appellatio à quocumque grauamine ante sententiam de iure canonico permittitur, secus de iure ciuili.*

Instantiæ tempus non limitauit Concilium Tridentinum.

15 *Instantię tempus in Suprema Curia Principis est perpetua.*

16 *PRÆSTANTIA S.C. Neapolitani est; vt instantia non pereat.*

17 Prin-

17 *Princeps iudicans peremptà inſtantia videtur illam reſtaurare.*

18 *Reſtauratio inſtantiæ petitur in noſtro S.C. ad cautelam, non ex neceſſitate.*

19 *Sententia S. C. lata poſt peremptam inſtantiam eſt valida, & num. 19.*

20 *Sententia lata à Curia inferiori poſt peremptam inſtantiam eſt nulla.*

21 *Senatus Germaniæ, Hiſpaniarum, Galliarum, & Italiæ hac prærogatiua fulgent, vt inſtantiæ ſuarum cauſarum ſint perpetuæ.*

22 *Inſtantia non perit in Tribunali Regiæ Cameræ Neapolitanæ.*

23 *Lites non protegantur, nec dilungantur ob peremptionem inſtantiæ, ſed breuiantur.*

24 *Litigioſi vitium ſemel contractum per primam inſtantiam in S. Conſilio ſemper durat, etiam poſt trienninm.*

Litigioſi vitium contractum in Curijs inferioribus, etiam durat perempta inſtantia.

25 *Litigioſa res validè alienatur perempta inſtantia, & ſi inſuflatur ſpiritus vitæ non corruit alienatio.*

26 *Preſcriptionis interruptio per citationem factam, non corruit perempta inſtantia.*

27 *Ceſſio litis pendentis in Sacro Conſilio non poteſt fieri in potentiorem, etiam poſt tempus inſtantiæ.*

28 *Reſtitutio in integrum competit Eccleſiæ, ob ceſſionem litis factam in potentiorem.*

Eccleſia non venit ſub nomine potentioris.

29 *Sacræ Iuſſiones ex Imperiali munificentia conceſſæ, pendente lite in Sacro Conſilio, ſunt nullius momenti, licet obtineantur poſt tempus inſtantię.*

30 *Litigioſi vitium ceſſat in actione perſonali.*

31 *Litigioſi vitium non contrahatur, ſi agitur actione hypotecaria.*

32 *Litigioſi vitium non durat in alienatione facta ex cauſa neceſſaria, vel ex cauſa dotis.*

33 *Litigioſi vitium extinguitur, quando alienatio fit cauſa finiendæ litis.*

34 *Alienatio ſi fiat in Regem, ceſſat vitium litigij, & quando.*

35 *Litigij vitium ceſſat, quando alienatio fit ex nunc pro tunc ſequta ſententia.*

36 *Litigioſi vitium non contrahitur per litem ſuſ...tam.*

OMne quod naſcitur habet partes ſibi mutuo ſuccedentes, quæ duratione menſurantur, & nedum menſuram omnium ſublunarium tempus eſſe experimur, ſed etiã eſſe vniuerſale deſtructiuum omnium, quæ in hac mundi machina continentur, aſſiduè enim omnia carpit, execat, metit, &
1 aufert, & per minutiſſimas particulas omnia eripit, vt aliquid de caduco ætatis flumine ſubtrahat, adeo quod poſſumus illud appellare omnium ætatum vehiculum, vt cecinit *Martial.* 2.

Quid non longa dies, quid non conſumitis anni.

ſed melius explicat *Frances in campo Eliſeo.*

Omnia tempus edax depaſcitur omnia carpit.

Omnia ſede mouet nil ſinit eſſe diù.

& quia neque tempus idem numero redire poteſt, quod ſemel effluxit, proindè vti rem ineſtimabilem Sapientes, & Glorioſi Prin-
2 cipes tenuerunt, exiſtimabant enim nullam iacturam eſſe grauiorem præſertim ſcienti, quam temporis, ideo *Seneca in lib. 9. epiſt.* ſcribens ad Lucillium dicebat: *Quędam tempora nobis ſubripiuntur, quædam ſubducuntur, quædam vero effluunt, turpiſſima tamen eſt iactura, quę per negligentiã fit*, habent enim iura, & cætera omnia ætates ſuas, nec quicquã in nobis æternum, niſi quod à Deo venit, dixit ad ſimile propoſitum, *D. Petra in ritu* 184 *num.* 1. quod conſiderantes noſtri legumlatores, actionum forenſium tempora vniuerſæ viciſſitudini etiam accomodare voluerunt, & vt non diſſimilent partes à tota machina mũdiali, iudicialium etiam
3 durationes præfixerunt, vt ſcilicet inſtantię forenſes tam ciuiles, quam criminales certo tempore ſubſiſtant, quo elapſo perimant. Iudicium enim eſt quaſi corpus humanum, in quo caput eſt Iudex, ſanguis eſt veritas, caro eſt cauſa, oſſa ſunt teſtes, nerui ſunt rationes, & pedes ſunt exequtiones, vt eleganter aduertit *Bald. in cap. cum cauſam de probatio Fermoſin. in cap. venerabilis 20. quæſt. 1. num. 37. de iudicijs tom. 1.* vbi etiam notat, quod in iſto iudicio, & corpore iudiciario reperitur illa triplex cauſa, quæ in quolibet agente naturali cognoſcitur, nempè materialis, formalis, & finalis, vt dixit idem *Bald. in rub. de iudicijs*, cauſa materialis eſt ipſum factum, de qua habetur in *l. ſi ex plagijs 53. §. in dicto capitolino, ff. ad l. Aquil.* Cauſa formalis iudicij eſt ordo ſubſtantialis, qui continet citationem, libelli oblationem, litis conteſtationem, iuramentum calumniæ, & alia, *Fermoſin. in cap. dilecti 6. qu. 7. & 11. de Iudic.* Cauſa vero finalis eſt victoria, & ſpes obtinendi, *l. in ratione 11. §. ſi Imperator verſicul. cum quidam, ff. ad l. falcidiam*, ibi: *Animus litigandi, & obtinendi vota, Bald. in d. rubr. de Iudic. & in cap. afferte de præſumpt.* oportuit igitur in hoc ficto corpore iudiciario ſuos terminos præfinire, propterea videmus in omni iure terminum deſignatum, intra quem lites finiri debent, nam in ciuilibus triennium ſancitum fuit in *l. properandum 11. in princ. C. de iudic.* vbi repetentes *Maranta in ſpecul. part. 5. nu. 2. & 5. Nouar. in pragm. 1. de inſt. cauſ. & priuileg miſerab. perſonan. priuil.* 76. & ita

de

de iure Regio Hiſpanię fuit diſpoſitum in
*l.9.in fin.tit.6.partit 6.leg.27.tit.4.par.3.Fer-
moſin.in dict. c.venerabili n.10.q.1.de iudic.*
& nota quod non fuit prius tale tempus
triennijab Imperatore Juſtiniano deſigna-
4 tum in d. *l.properandum*, ſed ante eum ne-
dum Ciues Romani, ſed omnes gentes, qui
ſub Romano degebant imperio, tali tempo-
pore in litibus terminandis vſi fuerunt,
teſtatur *Sidonius Apollinaris epiſtol.lib.*8.imo
fatetur *Renardus variorum lib.* 4. *c.* 14. hanc
legem in deſuetudinem non abijſſe, nec re-
ſtitutam fuiſſe à Iuſtiniano, quia Sidonius
Apollinaris ſub Antemio, Leone, & Zenone
Imperatoribus vixit, vt dicit idem Apolli-
naris, & Zenoni ſucceſſit Juſtinianus Im-
perator, cui etiam Iuſtinianus filius ſucceſ-
ſit, quibus temporibus ius illud erat in vſu,
vt etiam notat *Fermoſin.in d.c.venerabilis q.
1.num.*13 Noſtri enim Romani cum Chri-
ſtum adhuc ignorarent, lumine naturali, at-
que honeſtatis imbuti præceptis, litigioſes
iudiciorum moleſtias abhorrere ſolebāt, nec
bonum virum exiſtimabant eum, qui fre-
quenter in his verſaretur *Oldendorph. vol.1.
conſ.Accadem.Marpurg* 5. *num.* 7. ideo tra-
ditur de Catone, qui optabat forum iudi-
ciale à muribus ſterni, Deus enim fecit ho-
minem rectum, ipſe autem infiniris ſe im-
miſcuit quæſtionibus *Eccleſ. cap.* 7. nam
certè lite carere, pars beatæ vitæ mortalis
eſt, inquit *Petr. Greg.Tholoſ.lib.40.ſyntagm.
cap.11.num.3.*

In cauſis feudalibus inſtantie durat per illud
5 tempus ſicut durant cauſæ ciuiles *Petrus de
Gregor.de Iudic.cauſe.feudal.qu.* 43.vbi *Ma-
ſtrill.in addit.Cumia in ritu ſicil. cap.* 17.*nu.
102.Intrigliol.de feud.artic.*97. ſed de iure
noſtri Regni per *Ritum* 244. per vnum an-
num tantum durat inſtantia cauſæ feudalis,
*Carauita in d.ritu Maranta in ſpecul. part.5.
num.*33.*Maſull.ad Capic.dec.*11.*num.*8. *Do-
nell.de renunc. tom.* 1. *cap.*26.*num.*68.*Dom.
Altimar.de nullit.rub.9. q.36.num.*43.*Dom.
Petra in eod ritu num.3.tom.*3.in Regno ve-
ro Siciliæ vbi ius commune non fuit inno-
uatum, inſtantia eſt triennalis in pri-
mo iudicio cauſarum feudalium, *Petr. Gre-
gor. de Iudic.cauſar.feudal.q.*43.ſed aduerte,
quod diſpoſitio dicti ritus ſeruatur ſolum,
quando cauſæ feudales tractantur in Magna
Cur.V.vigore d.ritus, ſed ſi tractantur in
Regia Camera, inſtantia eſt perpetua *Dom.
Petra in d.ritu 244.num.7.in fin.Dom.Altim.
d.q.36.num.*43.

Hoc autem tempus triennij à iure ſtatutum
pro vitali tempore litium, non incipit cur-
6 rere à die præſentationis libelli, nam tunc
non cauſatur inſtantia, nec pro iudicio re-
putatur, *l. nec quidquam, §.vbi decretum,
ff.de offic.proconſul.Parlador.lib.2.rer. quot.c.
fin.p.5.§.2.n.*1.ſed incipit currere à die litis
conteſtatæ, non à die citationis, *Lan-
cellott.de attentatis part.2.cap.4.in præfat.n.
7.Aſin.*aliosque citat *Chriſtin. dec. Belg.*155.
*num.9 tom.2.Fermoſin. in cap. venerabilis q.
1.num.41.de iudicijs*, vnde licet in rigore lis
dicatur mota antequā ſit conteſtata, *auth. li-
tigioſa* cum *l.ſeq.*vbi *Gloſ.*1. *C.de litigioſ. au-
th.qui ſemel, C.quomodo, & quando Iudex*,
tamen in effectu lis mota dicitur, poſtquam
eſt conteſtata, *cap.ex parte* 30. *de verbor.ſi-
gnific.Anguian.de legib.controu.* 17. *num.* 26.
*Fermoſin.d.num.*41.*in fin.* & quia in Regno
noſtro lis cōteſtatur per dationem termini,
ideo à prędicto die termini dati incipit cur-
rere inſtantia, *Afflict. dec.* 346. *Milanenſ.
dec.20.per tot.lib.*1.itant non currat quando
litigatur ſuper incidentibus, & emergenti-
bus ante litem conteſtatam, etiam ſi trien-
nium eſſet elapſum, *Balb.deciſ* 183. *Papon.
lib.12.arreſt.tit.3.arreſt.* 17. *Nouar.in rub.
pragm.de inſt.cauſ.collect.1.num.*2. *Altimar.
de nullit.q.36.num.*18.& in illis Curijs in
quibus lis dicitur conteſtata per dationem
libelli, vel per partis contumaciam ab illo
die currit tempus inſtantiæ, prout in Ca-
thalonia teſtatur *Ripoll. in tract.de Regalijs
cap.13.num.* 15. poſt *Pegueram, & Cancer.
ab eo cit.*ſicut in cauſis in quibus litis conte-
ſtatio non eſt neceſſarie, primus actus re-
ſpiciens merita cauſæ habetur loco conte-
ſtationis, *Cancer.variar.part.3 cap.* 17. *nu.
11.Fontanell.dec.Cathalon.*273.*num.*24. *tom.
1.& dec.*500.*num.1.tom.2.Petra in ritu* 248.
num 24 *in fin.*

Sed ſi quæris cur tempus, quod veritatis Parē-
tem veteres appellarunt, quia docet, eruit,
& inuenit omnia, ac illius filiam veritatem
Gellius dixit, cur inquam litium duratio-
nem, cui pro veritate eruenda tempus con-
ferebat, infra biennium, vel triennium
reſtrinxerunt? Non immeritò reſpondeo. Vt
7 ſcilicet daretur litibus finis nè Reipublicæ
quies nimis ex litibus læderetur, *cap. finem
litibus de dolo, & contumacia cap.* 2. *de ſent.
& re iudic.cap.vt litigantes de offic. ordin. in
6.d.l.properandum, & l.placuit, C. de iudic.*
etenim lites etiam prudentum animos tur-
bant, ideo tranquillitati Reiplubicæ con-
uenit, ne illæ fiant immortales, *Fermoſin. in
cap.venerabilis* 20.*quæſt.* 1. *num.9.de iudic.*
quod patet, quia non poteſt ex conſenſu li-
tigatoris inſtantia prorogari, ſed ipſo iure
perempta eſt, *Dom. Petra in ritu* 248. *num.*
8 63. adeoquod quidquid fit coram Iudice
lapſo litis termino, id nulliter fit. *d. l. pro-
perandum*, vbi *Gloſ* alia *Gloſ.in l.* 1. *§.ſed ſi de
iudic.Vantit.de nullit tit. de nullit. & deſ. Ett
citat.num.*115.*Giurb.deciſ.*83.*Tapia dec.S.C.*

28.nam

38.nam *d. l. properandum* diſponit per dictionem illam, *non vltra*, & *tex. in l. fin.* loquitur per verbum *ipſo iure*, quæ verba denotant neceſſariam peremptionem, & prohibitam proſequtionem, *Natta conſil. 304. num. 11. Cornazan. dec. Rotæ Lucenſ. 97. num. 4. Valentin. in parthen. litig. lib. 2. cap. 13. num. 5. Dom. Petra in ritu 248. num. 3. tom. 2.* qui dicit hoc indubitanter procedere virtute d. ritus, & ſi ſequatur ſententia eſt ipſo iure nulla, *l. cum non ex die, C. quando prouoc. non eſt neceſſ.* quia iſta perempta Iudex deſinit eſſe Iudex, & ſi ſententiam proferat pœna poterit affici, *Felin. in cap. ex cauſa de offic. Deleg. Roſacorb. proc. for. cap. 74 num. 33.* ſicut enim lis dicitur mori, vel finiri tranſactione, ſolutione, vel alio ſimili modo, ita & tranſcurſu ipſius inſtantiæ, *Gloſſ. in l. 2. ff. iudic. ſolui,* vbi *Bart. nu 2. Gloſſ. in l. penult. C. de fideiuſſor. Farinac. in praxi crim. qu. 34. num. 1. tit. 1. Fermoſin. in d. cap. venerabilis qu. 15. num. 2. de Iudic.* nam perempta inſtantia non maior eſt actorum authoritas, ac ſi coram incompetenti iudice eſſent facta, *Aſin. in proceſſ. iudic. §. 2. cap. 14. nu. 4. & 5. Valent. d. cap. 13. num. 6.* & pereunt omnia acta, quæ ad litis ordinationem tendunt, exceptis probatorijs *Mynſinger cent. 3. obſeru 49. Reyger in repertor. lit. I. num. 40.* & hoc procedit,
9 licet pactum de prorogando litis inſtantiam eſſet iuramento firmatum, *Hartman. pract. obſeru. 16. Ordelaph. ad l. fin. num. 73. ff. de rei vendic. Maranta in praxi part. 5. princip. nu. 23.* & licet contrarium dixit *Couarr. in cap. quamuis pactum part. 2. §. 1. num. 9.* id tamen explicat quo ad partem iurantem, non quo ad Iudicem.

In criminalibus vero durabat inſtantia per annum vnum, ex Conſtitutione Theodoſij
10 Imperatoris in *l. 1. & 2. Codic. Theodoſian. Vt intra annum criminalis actio terminetur*, & in *l. 2. Cod. Thodoſ. ad l. Cornel. de Falſ.* & patet in *l. Reus Delatus, ff. de muner. & honor.* vbi Reus delatus poſt annum accuſationis honores petere non prohibetur, vbi *Gloſſ. in verb. ſed poſt annum,* notat, quod tale anni tempus fuit de iure antiquo actionis criminalis finis, & licet poſtea biennium ſtatuerit Iuſtinianus, tamen non fuit ita accuratus Tribonainus *in d. l. Reus delatus*, vt tale tempus emendarit, quod etiam aduertit *Formoſin in d. cap. venerabilis q. 1. num. 16. de indic.* Hoc autem tempus Iuſtinianus poſtmodum ampliauit ad biennium in *d. l. properandum*, vbi DD. & habetur etiam in *l. fin. C. Vt intra certa tempor. Nouar. in d. prag. 1. num. 3. Tapia in conſtit. Reg. omnes Baiuli n. 4. Antonell. de tempor. legal. lib. 2. cap. 52. Franc. dec. 653. & 654.* exceptis cauſis Clericorũ, quæ antiquitus à Iudice ſeculari etiam cognoſci poterant per *Auth. vt Clerici apud proprios Epiſcopos, Nouell. 83.* (quod fuit correctum per nouam conſtit. Federici Imperatoris in *Auth. ſtatuimus, C. de Epiſcop. & Cleric.*) tunc enim dictas cauſas criminales Clericorũ, intra duos menſes Iudex ſecularis terminare debebat, vt habetur in *d. Nouel. 83. § ſi tamen Veſtrius in praxi lib. 3. c. 5. num. 1. Fermoſin. d. qu. 1. num. 16.*

Imo de iure communi in cauſa criminali perempta inſtantia non ſolum pereunt acta ordinatoria, verũ etiam probatoria, nec amplius datur facultas iterum accuſandi, vel inquirendi, *Carauita in d. ritu 248. num. 15. Franc. dec. 250.* vbi *Amendola, & d. dec. 653. & 654. Capic. dec. 206. num. 4. Maranta par. 5. num. 57. Dom. Altimar. de nullit. rub. 9. qu. 36. nu. 7. Surd. conſ. 199. vol. 2. Bertazol conſil. crim. 275. vol. 2. Maſtrill. de magiſtrat. lib. 3. c. 1. num. 375.* ſed eſtingnitur totus proceſſus, nec in futurum procedi poteſt. licet noui ſuperuenerint teſtes, vel confeſſio ipſius inquiſiti emanata poſt peremptam inſtantiã *Franch. d. dec. 653. & 654.* etiam ſi Reus fuerit relaſſatus nouis ſuperuènientibus indicijs, *de Marin ad Reuert. obſeru. 139. num. 2. Capiblanc. de Baron pragm. 6. num. 39. Dom. Petra in d. ritu 248. num. 16.* imo etiam lite non conteſtata perire inſtantiam in criminalibus poſt biennium, dixit *de Marin. reſol. 184. num. 8 lib. 1.* Ne autem in noſtro Regno delicta remanerent impunita ob negligentiam accuſatorum, dictus *Ritus* 248. habilitauit quærelantes, vt obtinerent à Principe prorogationem dicti biennij, & ſic in noſtra M.C. obſeruabatur; verum quia hęc diligentia non ſat erat ad crimina proſequenda, & ſæpè ſepiùs cauſæ indeciſæ remanebant, ob multitudinem cauſarum in damnum Reiplubicæ, dum delicta remanebant impunita, ideo noſtra ſpeciali lege fuit ſancitum, vt inſtantiæ cauſarum criminalium in quibus habet intereſſe Regius Fiſcus, minimè pereant, tam in M. C. quam in alijs Curijs noſtri Regni, vt in *pragm. 50. de Offic. Mag. Iuſtit.* & ſpecialiter cauſis in criminalibus vertentibus in Audientijs noſtri Regni, vt etiam inſtantię cenſeantur prorogatę, ſtatuit alia *pragm. 10. num. 33. de Offic. Iudic.* quæ appellatur 89. *capitum*; vt notat *Dauza ad Gram. dec. 70. num. 4.* & aduertunt *Campan. de foriudic. reſol. 15. num. 5. de Marin. lib. 1. reſol. 184. & ad Reuert. obſeru. 139. num. 1.* quod etiam notat idem *Dom. Petra in d. ritu 248.* per quas noſtras municipales ſanctiones tam ius commune, ſcilicet *tex. d. l. fin.* quam noſter *Ritus* 248. M.C. ſunt correcti, & hoc iure vtimur, prout etiam per le-
11 ges Hiſpaniarum in criminalibus inſtantiã non expirare, dixit *Fermoſin. in cap. venerabilis*

bilis qu.1.num.5.de Indic.cum Gregor.Lopez
in l.7.tit.19 partit.7.Gloſ dos annos.

De iure vero Canonico inſtantia eſt perpetua,
nec vlla temporali præſcriptione eſt cohar-
12 tata c. cum olim il 2. de priuileg.vbi Barboſ.n.
7. cap. venerabilis penult. de iudicijs, vbi
Fermoſin.late qu.1.num.4.Clem.diſpendioſam
eod.tit.de indic.Gloſ. in cap. vltim. de dolo, &
contumacia Iul.Clar.in §. fin. q.51. Marta de
iuriſd.part.2.cap.52.Scaccia de appellat. qu.
15.num.275.& licet Couarru.in cap.quamuis
pactum p.2.§.1.num. 10. dixerit tex. in d. c.
venerabilis penult.de iudic.loqui de Iudice
Delegato, vt eius iuriſdictio per triennium
non deſinat, tamen communiter de omni
Iudice generaliter intelligunt Barboſ. in d.
cap.penult.nu.2. Guttierez de iuram confirm.
p.3.c.5.n.3.Verum Clarus in d.q. 51. hoc in-
telligit, quando agitur de ciuilibus cauſis,
& quod in criminalibus ius canonicum nil
immutauerit, ideoque in dictis cauſis in-
ſtãtia ſit biennalis, tamen Maranta in praxi
p. 5. in princ. dicit inſtantiam eſſe perpe-
tuam, tam in ciuilibus, quam in criminali-
bus cauſis, Zuccar.different.inter ius canoni-
cum, & ciuile different.28. & ratio eſt cur de
iure canonico inſtantia eſt perpetua, vt ſci-
13 licet lites celerius terminentur, nam cum
ex peremptione inſtantiæ ſolum acta ordi-
natoria pereant, non deciſoria, ideoque
lis poteſt denuò inchoari, & quoties vna
finitur toties alia renouari poterit, vel ex
Principis diſpenſatione, vel ex beneficio
reſtitutionis in integrum, ob impedimen-
ta data, vel alias ſimiles cauſas, & in
Regno noſtro omni facilitate obtinetur in-
ſufflatio ſpiritus vitæ, ideo ex peremptione
non ſolum lites non terminantur, ſed ſæpè,
& aliæ oriuntur, & protrahuntur, dum de
impedimentis, & cauſis peremptionis di-
ſputatur, vt videmus apud Reg. de Ponte
qui integrum conſilium 142. ædidit de
impedimentis datis ad inſtantiæ perem-
ptionem, ideo ad breuiter lites finiendas
noluit lex canonica triennio inſtantias fi-
niri, conſiderando tempus triennale deſi-
gnatum à leg. properandum, non fuiſſe op-
portunum ad aſſequendum celeritatis finẽ,
vt bene perpendunt, Scaccia loc.cit.d. q. 15.
num.275 in fin.& Fermoſin. in d. venerabilis
quæſt.1. num. 31. tom. 1. Addunt etiam
aliam rationem differentiæ inter ius ciui-
le, & canonicum, nam de iure ciuili non
14 datur regulariter appellatio à ſententia in-
terlocutoria, l.apertiſſimi 14.C. de iudic. ibi:
Cum poſt litem conteſtatam neque appellare
poſſe ante definitiuam ſententiam iam ſtatui-
mus, & l.7.ante ſententiæ,& ibi:Gloſ. in verb.
diſcuſſore, C.quor.appell.non recip.Carauita
in ritu 264.num.6.alijque relati à Scaccia
de appellat.qu.17.lim.47.memb.1.num.1. &
ſequ.niſi interlocutoria haberet vim defini-
tiuę, vel grauamen eſſet irreparabile, prout
de iure Regio Hiſpaniarum etiam dixit
fuiſſe ordinatum, Fermoſin. in dicto cap.
venerabilis quæſt.1.nu.26. Sed de iure cano-
nico licet ante ſententiam, & à quocumque
grauamine appellare cap.12.ſuper eo il 2.de
appellat. & in cap. 1. eod. tit. in 6. Carauit.
loc.cit.alijque citati à Scaccia loc.ſup.cit.num.
73. Adde etiam quia de iure ciuili limitati
ſunt gradus appellationis, pro prima, & ſe-
cunda vice, ſed tertia appellatio non eſt li-
cita, l. 1. Cod. ne liceat tertio prouocare, &
ſemel tantum ſupplicare licet, l. ſi quis ad-
uerſus 5. C. de precibus Imper. offer. at de iu-
re Canonico in foro Eccleſiaſtico ſeptuage-
ſies, & amplius in vna inſtantia appellari
poteſt, ſi credimus Fermoſin.in d.cap.venera-
bilis quæſt.1. num.15. qui citat Rebuff.in con-
cordat.rubric. de appellat. friuol. verſic. deci-
mum, & Narbonam; ideò videtur moraliter
impoſſibile ob multitudinem negotiorum,
quæ aſſiduè in Iudicio Eccleſiaſtico agitã-
tur, & ob tot appellationes lites triennio fi-
niri, vt notant idem Scaccia in d. tract. qu.
15.num.275.& Fermoſin.in d.qu.1.nu.24.

Nec aliquid innouauit circa hanc peremptio-
nem inſtantiæ Concilium Tridentinum in
ſeſſion. 24. de reformat. cap. 20. vbi ſtatuit
omnes cauſas ad forum Eccleſiaſticum per-
tinentes, etiam beneficiales in prima inſtã-
tia coram Ordinariis locorum, infrà bien-
nium à die litis motæ eſſe terminandas.
Nam d.Conſtitutio non præfigit inſtantiam
actis, vt ſcilicet elapſo biennio acta depe-
reant, ſed concedit facultatem partibus, vt
ſi velint poſſint proſequi litẽ, vel coram Or-
dinarijs, vel ſuperiores adire; ſicque vide-
tur potius auocatio cauſarum facta ad ma-
iores Iudices, ob negligentiam inferiorum,
quam actorum peremptio, vt aduertunt
Barboſ. in Concil. Tridentinum dict. cap. 20.
n.11. & in d.cap.venerabilis n.3. & ibi etiam
Fermoſin. qu.1. num.2. & 32. poſt Salgad. ab
eo citatum, & etiam præter Canoniſtas ad-
uertit Dom.Petra in d.ritu 248.n.14.

His cognitis circa peremptionem inſtantiæ,
tam de iure ciuili, quam canonico eſt vi-
dendum, an pereat inſtantia in Suprema
Curia Principis, prout eſt noſtrum S. Con-
ſilium, & dico, quod inſtantia eſt perpetua
15 ob PRÆSTANTIAM Supremi Senatus, ita
deducitur ex authent.ſed hic, & l.fin.§. ſi ta-
men, ibi perpetuari, C. de tempore appellat.
Bald.conſ.217.col.fin. vol.3. Rebuffus ad conſt.
Franc.in tract.de appellat.artic.1 20.gloſ.vnic.
Felin. in cap. in cauſis de re iudic. Natta om-
nino videndus in conſ.283.vol. 2. Ruin. conſ.
172.nu.11.lib.4. Carol.Graſſal.de regal.franc.
lib.1.

lib.1. verſ.item pag.176. & ex Regnicolis lo-
quentibus de noſtro SacroConſilio, dixerunt
Grammat.vot.31. nu.12. Amendol.ad Franc.
16 dec.250. num. 21. qui dicit hanc eſſe præe-
minentiam Supremi Senatus, Molfeſ.conſ.
47.num 3.& ſeq.tom.2. poſt.conſuet.Surgente
de Neap.illuſtr.cap.18. num.8. Maranta in
ſpecul.par.1.num.15.Borroll.de præſt.Reg.Ca-
thol.cap.62.num.93. & in ſumm. deciſ.tit.64.
num.20.& ſeq.lib.1. Carneual.de iudic.to.1.
diſp.2.qu.7.nu.913. Reg.Capyc.latro dec.123.
num.3.& 4.lib.2.Staiban.reſol.for.134.nu.6.
tom 2.qui in fine ita deciſum refert D.Alti-
mare d.qu.36.num.27.Vrſil.ad Afflict.deciſ.
283.num.9.qui citat d.deciſ. Afflict.283. pro
noſtra ſententia, idem comprobat de tali
præeminentia noſtri S.Conſilij ex longin-
qua Hiſpaniarum regione Fermoſ.in d.c.ve-
nerabilis de iudic. qu.1.nu.5. auctoritate no-
ſtri Maranta. Iniquum enim eſt per occu-
pationem Florentiſſimi ordinis, lites homi-
num deperire dicit tex.in d.l.fin.Franc.Pfeil.
conſ.159.nu.5.Valentin.in parthen.litig.lib.2.
cap.13.num.9 hac de cauſa in noſtro S.Con-
ſilio proceditur ad eſpeditionem cauſæ, pe-
remptione non obſtante, dixit idem Ca-
pyc.latro dec.58.& ſi fuerit ſententia lata per
SupremumSenatum inſtãtia perempta, nul-
litatis vitio non afficitur dicit Præſes de
Franchis dec.643. num.2. vbi pluries ita re-
fert deciſum Tapia dec. S.C.38. alijque infrà
citati num.19.

Ratio eſt cur in noſtro S.C. non perit inſtan-
tia, quia ibi proferuntur ſententiæ ſub no-
mine Regio, iuxta formam traditam à no-
ſtra prag.6.de offic.S.C. Afflict. dec.283. dum
quando illud fuit inſtructum, noſtri Reges
aſſiſtebant, vt ſup. dixi in præſt. 7. num.8.
& etiam notat Topius de orig. Trib. par.2. lib.
1. cap.1. & ſicut Princeps cum iudicat poſt
17 inſtantiam peremptam, videtur illam re-
ſtaurare, ſine vlla alia expreſſione deroga-
tionis iuris poſitiui, cum ſua ſcientia
habeat vim clauſulę derogatoriæ Afflict.dec.
391.Franch.d.dec.643.num.2. in fin. Amend.
ad Franc.dec.250. in fin. Capyc. latro d. deciſ.
68. num.21. & ſeq. eodem modo erit dicen-
dum de ipſo Conſilio Principis, vt eius ſen-
tentiæ non inualidentur in eius Conciſto-
rio, ex defectu iuris poſitiui Afflict. in deciſ.
283.quem approbat Franch. d. dec.643.n.2.
Guttierez de iuram.confirm.par.3. cap.5.n.4.
idcircò dixerunt DD.quod decretum latum
per S. C. perempta inſtantia ſit nullum, ſe-
cus ſententia, quia non promulgatur ſub
nomine Regio ad inſtar ſententiæ, vt aduer-
tunt Rouit.in d.prag.1. de inſtant. cauſ. nu.9.
& Capyc.latro in d.dec.68.nu.18.& 20. quod
non approbant Luca ad Franc.in d.dec.643.
& Dom.Petra in d.ritu 248.nu.4.

Fateor aliquos noſtros Regnicolas affirmaſſe
in noſtro S.C. perire inſtantiam, & ſunt Pi-
ſanell. in addit. ad Afflict. dec.283. Muſcatel.
in praxi S.C.lib.1.par.7.gloſ.ſententiam in ad-
dit.lit.F.Riccius in collect.1247. Maſul.ad Ca-
pyc.dec.109.Reg.de Ponte conſ.142. vol.2. An-
nechin de præuent.cap.2 qu.5.dub.vnico num.
64.& ſeq. de Marin. ad Reuert. dec.578. Ca-
ſar.Peregrin. qu.28.num.21. quibus inhæret
D. Altimar. d.qu.36.num.55. qui aſſignant
rationem dicentes, quod non poſſit in cau-
ſa procedi, poſt obtentam inſuflationem ſpi-
ritus vitæ, niſi refectis expenſis parte oppo-
nente, Molfeſ.d.conſ.47.num.5. & 11. Thor.
in comp. dec. verb. procedi an poſſit par.2. Ca-
pyc.latro dec.68.num.14.& ſeq. & tandem
Dom.Petra in d.ritu 248.

Sed eo magis fulget talis PRÆSTANTIA Su-
premi Senatus, quo magis talis præeminen-
tia oppugnatur, ad inſtar Aromatum, quæ
eo magis redolent, quo magis conteruntur
Iſti enim Doctores in contrarium allegati
nil aliud dicunt, niſi quod ſolet in noſtro
S.C.inſuflari ſpiritus vitæ, in illis cauſis pe-
18 remptis, hæc enim praxis vera eſt, ſed fit,
& petitur ad cautelam, & fuit introducta
ex prag.1. de inſtantia cauſ. quæ nullo modo
loquitur de cauſis introductis in S.Conſilio,
ſed loquitur ſimpliciter de Iudice, qui non
poteſt intelligi de ſuperiore, ſed de inferiore,
& ita explicat illam Molfeſ. d.conſ.47.n.14.
tom.2.& Staib.d.reſol.137.num 28.tom.2.in
generali enim loqutione non venit Su-
prema Curia, vt infra dicam, quia in gene-
rali ſermone quis non præſumitur lædere
ſe, vel ſuos, neque ipſi comprehenduntur
in prohibitione generali, Calderi. conſ.313.
inde dicimus in generali ſermone non cõ-
prehendi perſonam loquẽtis, l.inquiſitio C de
ſol.late Tuſch.pract.lit.G. concl.33. n.1.& ſeq.
& eſt ita verum, vt cauti practici cũ ſuppli-
ces libellos porrigunt Spectabili Pręſidi S C.
pro prorogatione inſtantiæ, inſuflationem
petunt ad cautelam, & non aliter, vt vide-
tur indicare idem Præſ.de Franch in d.deciſ.
643.num.5. per illa verba: Et vt omnes diffi-
cultates euitentur, quando eſt dubium, quod
inſtantia ſit perempta, datur ſupplicatio, &c.
ſed re vera Supremum Conſilium tali præe-
minentia gaudere, vno ore omnes exteri
DD. concludunt, & ex hac patenti ratione
cognoſcitur, quia ſi illa perimeret, eius ſen-
tentiæ poſt inſtantiam peremptam latę, nul-
læ iudicarentur, prout ſententiæ Curiarum
inferiorum, ſed res ita non eſt, quia ſemper
validæ fuerunt declaratæ, non obſtantibus
pluribus oppoſitionibus nullitatum ex d.ca-
pite propoſitarum, vt referunt Reg. Tapia
dec.38. Franc. deciſ.643. Afflict. d. dec.283.
Capyc.lat.dec.68.n.20.alijque in n.ſeq.

Nec etiam videtur obſtare conſideratio facta à *Dom. Petra* defenſore contrariæ ſententiæ, qui dixit in *d. ritu* 248. *num.* 34. *verſ. iſthæc*, quod ſi noſtra ſententia vera eſſet, quod non pereat inſtantia in S. C. ad quid noſtri Regnicolæ procurarunt peremptionem inſtantiæ per alias rationes, & cauſas euitare, ideo voluit concludere. quod ſi ob impedimenta data peremptio fuit excluſa apud *Reg. de Ponte conſ.* 142. *vol.* 2. non erat vera noſtra concluſio, quæ ſi vera fuiſſet, quod non periret inſtantia, hæc ſola propoſitio ſat erat ad excludendam peremptionem.

Sed reſpondetur quod nõ eſt nouum in Curijs, vt per rationes principales, & ob alias minus principales aliqua cõcluſio fũdetur, nec quia Iuriſconſultus ſe fundat in minus principalibus, igitur poterit dubitari de principalioribus rationibus, maximè ſi ad cauſam magis conferrent. Non enim poteſt officere noſtræ concluſioni, quod d. Reg. *de Ponte in conſ.* 142. *à num.* 2. multas alias cauſas, & rationes adduxerit in illa cauſa, ad fundandum inſtantiam non fuiſſe peremptam ob dilationes, & impedimenta data à parte aduerſa, & ob multitudinem cauſarum, quæ impediebant illius cauſę expeditionem, quando ipſemet *Reg. de Ponte in eod. conſ. num.* 5. dixit,
19 quod ſententia S. C. erat valida, lata etiam poſt peremptam inſtantiam, poſt *Capycium Marantam*, & *Franc. dec.* 643. qui ita iudicatum refert, quod confirmat *Afflict. in dec.* 283. *num.* 1. & *ſeq. Tapia dec. S. C.* 38. & *in lib.* 1. *iur. Reg. in annot. ad prag.* 3. *num.* 7. *de offic. S. R. C.* qui ita refert deciſum in cauſa Ducis Nuceriæ, nam lata ſententia per S. C. perempta inſtantia, fuit ex hoc capite oppoſita nullitas, & fuit reiecta, & ſententia declarata valida, *Rouit. in d. prag.* 1. *num.* 9 *de inſtat. cauſ.* vbi *Nouar. num.* 15. *Staiban. reſol.* 134. *nu.* 29. *tom* 2. & fatetur idemmet *Dom. Petra in d. ritu* 248. *num.* 3. & ex exteris *Papon arreſtor. lib.* 12. *tit.* 3. *arreſt.* 18. *Mynſinger. obſeru* 48. *cent.* 2. Sed quia in Curijs inferio-
20 ribus perit inſtantia, ſententia eſt nulla, lata poſt eius peremptionem, vt ex *d. l. properandum* concludunt *Vantius de nullit. ex defect. iuriſd. num.* 115. *Fermoſin. in d cap. venerabilis qu.* 4. *nu.* 1. & 8. qui ſubdit *nu.* 6. quod perempta inſtantia ſolum poteſt Iudex ſuper eius peremptione iudicare.

Sed cur volumus denegare hanc prerogatiuam noſtro Supremo Conſilio, dum legimus om-
21 nes Senatus Europeos hac excellentia fulgere, vt de Camera Imperiali fatentur *Mynſinger. obſeru.* 48. *nu.* 4. *cent.* 2. *Gayll. obſeru.* 141. *num* 7. *Schnuanm. lib.* 2. *proc. Cam. cap.* 4 *nu.* 6. *Valentin. in parthen. litig. d. lib.* 2. *cap.* 13. *nu.* 9. *Sigiſmund. Scacc. de appell. qu.* 15. *num.* 266. *Barboſ. in d. cap. venerabilis num.* 5. ideo dicunt DD. Germani, quod *tex. in d. l. properandum* non habeat locum in d. Imperiali Camera, vt dixi ſup. in *Præſt.* 1. *num.* 18.

De Regnis Hiſpaniarum loquuntur *Gregorius Lopez relatus à Fermoſin. in d. cap. venerabilis qu.* 1. *num.* 5. *tom.* 1. *Caldas Pereyra in l. ſi curatorem, in verb. intra legitimum tempus nu.* 1. *C. de in integr. reſtit.* & apud Luſitanos, nec in illo Senatu perimit inſtantia *Cabed. deciſ.* 15. *n.* 2. *p.* 2. *Caldas Pereyra in l. vn C. ex delict. defunct. p.* 3. *n.* 24. *Barboſ. in d. c. venerabilis n.* 5. & *in d. l. properandum n.* 9. *Guetierez de iuram. confirm. p.* 3. *c.* 5. *n* 4. qui dicit in Curia Placentina in Hiſpania nunquam vidiſſe practicari *tex. in d. l. properandum*, vbi per plures annos exercuit aduocationis munus *Fermoſin. in d. cap. venerabilis quæſt.* 1 *num.* 5. & 6.

In Regno Galliæ, vt ſcilicet in Senatu Pariſienſi non perimat inſtantia, dixerunt *Io. Imbert. Rupellan. lib.* 2. *for. inſtit. cap.* 2. *Borrell. de præſt. Cathol. cap.* 62. *nu.* 96. *Rebuff. ad l. Gall. in proœm. gloſ.* 5. *num.* 52. *Cald. Pereyra in d l. ſi Curatorem verb. infra legit. temp. num.* 1. *Scaccia d. qu.* 15. *num.* 267. *Barboſ. loc. ſup. cit. Theſaur. dec.* 10. alijque adducti à *Riccio in addit. ad Franc. dec.* 643. *in fin. Papon. lib.* 12. *arreſtor. tit.* 3. *arreſt.* 18. *Bald conſ.* 217. *num.* 5. *lib.* 3.

De Senatu Pedamontano fatetur *Theſaurus deciſ.* 10. *numer.* 16. *Borrellus dicto cap.* 62. *num.* 97. *Sola in conſuet. Sabaudiæ tit. de Iudic. num.* 8. Ita etiam in Curia Romana, vbi inſtantia nunquam extinguitur *Zerol. in praxi Epiſcop. verb. inſtantia verſ. quarto, & ſexto, Franciſ. Leo in theſaur. for. Eccleſ par.* 2. *c.* 1. *n.* 73. *Barboſ. in Conc. Trident. ſeſſ.* 24. *de reform. c.* 20. *nu.* 10. De Tribunali Auditoris Cameræ dixit *Ridolph. in praxi Iudic. par.* 2. *cap.* 1. *num.* 89. Et tandem in omni Conciſtorio Principis, quod iudicat nomine regio, dixerunt *Bald. conſ.* 217. *num.* 5. *lib.* 3. *Tuſch. pract. concl. lit. I. concl.* 203. *num.* 12. *Scaccia d. q.* 15. *num.* 266. & 270.

Idem dico de Supremo Tribunali Regiæ Cameræ noſtri Regni Neapolis, quod eſt Tri-
22 bunal Ærarij Regis, vt in iſto non perimat inſtantia, iuxta præfinitionem temporis *l. properandum Franc. dec.* 250. *ſub num.* 2. vbi *Amendol. num.* 13. *Afflict. in conſt. Regni accuſatorem num.* 5. *Caravita in ritu* 248. *num.* 1. *in fin. Riccius in collect.* 90. *Reg. Moles deciſ.* 38. *Galupp. in praxi par.* 2. *cap.* 17. *num.* 24. *Nouar. in prag.* 1. *de inſtant. cauſ. num.* 5. *Galeot. in diſſert poſt reſponſ. fiſcal. tom.* 1. *nu.* 58. *Reg. de Marin. ad Reuert. dec.* 139. *nu.* 3. *Dom. Rodoer. ad de Marin. cap.* 184. *num.* 14. *D. Petra in d. ritu* 248 *num.* 38.

Nec valet dicere aduerſus d. Præſtantiam d. Supremæ Curiæ, quod hoc modo lites protegeren-

rentur, cum vita ipſarum dilungatur, vltra
tempus à iure præfixum, quæ eſſent extir-
pandæ, vel euitandæ, vel ſaltem ad tenue
tempus reſtringendæ, vt etiam monet Poe-
ta *Oneun. lib. 2. epigram.* 123. qui alter Mar-
tialis noſtri ſeculi appellatur, his verſibus:

Si ſaperent homines rixis, auidiſq; carerent
Litibus, & queruli garrulitate fori.

Sed reſpondeo, quod Curiæ noſtri Regni mul-
tæ ſunt, ſed non decet omnes eadem regula
regere, & gubernare, concedimus perem-
ptionem inſtantiæ in omnibus alijs Curijs
vigere, ſed valdè indicens eſt omnes eodem
ſtylo iudicare, neceſſe eſt enim aliquid con-
cedere Supremæ Curiæ, quod non conceditur
inferioribus, aliter enim non eſſet Su-
prema, ſed æqualis reliquis. Præter quam
quod talis Præſtantia tantum conſiſtit, in re-
monenda illa iuris ſollemnitate à lege con-
ſiderata renouandi ſpiritum litibus, & cum
Conſilium Regis ſit, regia poteſtate vtitur.
23 Nec hoc modo lites proteguntur, nec dilun-
gantur, quia cum ſæpè, & pluries concedi
debet inſtātiæ reſtauratio, & lites denuo in-
choantur, faciliùs cauſæ expediuntur in Su-
prema Curia in illo termino, in quo repe-
riuntur, quam ſi in inferiori Curia pluries
reſtaurentur, ideo multi DD. dixerunt, quod
perpetuare inſtantias cauſat breuiorem
expeditionem, vt ſupra dixi *in num.* 13. cum
Fermoſin.

Hinc ſequitur vtilitas ad praxim ex d. PRÆ-
STANTIA S.C. vt ſcilicet, quod quia non
24 perimit inſtantia in eius cauſis, ideo liti-
gioſi vitium, quod iam fuit contractum per
illam primam inſtantiam, adhuc durat poſt
tempus triennij, ratio eſt manifeſta, quia
in tantum vitium prædictum ceſſaret, in
quantum inſtantia perimeret, ſi igitur ſem-
per durat inſtantia, ſemper durare debet
eius effectus, ſcilicet litigioſi vitium, ita
enim conuenit authoritati tam excelſi Se-
natus, nè eluſoria illa iudicia ibi propoſita
reddantur, ſed firmiora ſubſiſtant, ad diffe-
rentiam illorum, quę in inferiori Curia agi-
tantur: Quæ concluſio confirmatur, quia ſi
ſecundum multorum DD. ſententiam, in il-
lis Curijs, in quibus inſtantia perimit, talis
inſtantiæ peremptio non excludit vitium
litigij, quia actionem non extinguit, *Fer-
moſin. in d. cap. venerabilis qu.* 8. *num.* 8. *Ricc.
collect.* 139. *in fin. Guido Papè dec.* 337. *Viuius
dec.* 385. & ita iudicatum dicit *Nouar. in
rub. de inſt. cauſ. collec.* 1. *num.* 30. *Annichin. de
præuent. cap.* 2. *qu.* 5. *poſt num.* 3. quod non
potuit impugnare *Caſar. in Peregrin. quæſt.*
28. *num.* 16. ſed tantum de iudicio reali, &
perſonali diſtinguit, quanto magis erit
dicendum, hoc idem procedere in illa
Suprema Curia, vbi non extinguntur in-
ſtantiæ per temporis curſum. Bene ve-
rum eſt, quod alij DD. dixerunt contrarium,
ſcilicet poſt peremptam inſtantiam ceſſare
vitium litigij, in illis Curijs, vbi peri-
mit inſtantia, *Afflict. in conſtit. Regni earum
fraudib. num.* 16. & ſecundum iſtorum ſen-
tentiam, res litigioſa poteſt perempta inſtā-
25 tia validè alienari, *Bart. in l. cum lite mor-
tua ff. de iudic. ſolui*, & alienatio prædicta
ſubſiſtit, licet per Principem inſuffletur ſpi-
ritus vitæ aduerſus peremptionem inſtan-
tiæ, *Vrſil. ad Afflict. dec.* 331. *num.* 2. *Lancellot.
de attentat. par.* 2. *cap.* 4. *tit. de attent. lit. pend.
in præfat. num.* 66. *& num.* 593. *Rouit. in rub.
de inſt. cauſ. non reſt. num.* 12. *verſ. quod ſi poſt
lapſum, Paſchal. de patr. poteſt par.* 1. *qu.* 8. *nu.*
217 *Sanfelic. dec.* 144. *num.* 10. Sed ſi vitium
litigij habuit effectum ſuum, lite pendente,
quia fuerit facta alienatio pendente lite,
& ſic nulliter ob vitium litigij, ſi poſtmo-
dum perimat inſtantia, & inſuffletur ſpiritus
vitæ, non reconualeſcit, quia illa alienatio
lite pendente facta, habuit effectum ſuum,
vtpotè facta in tempore prohibito, ſed ſi fiat
perempta inſtātia poſt triennium talis alie-
natio, quia non fuit facta in tempore prohi-
bito, dicitur non habuiſſe effectum ſuum,
ideoque ſubſiſtit, vt ex doctrina *Bartol. in
d. l. cum lite mortua*, dixit *Rouit. ſuper prag.
in rub. de inſtant. cauſ. nu.* 11. *&* 15. ad exem-
plum præſcriptionis, cuius interruptio re-
26 ſultat ex ſimplici citatione, vel litis conte-
ſtatione, iuxta *l. cum notiſſimi* §. 1. *C. de præ-
ſcrip.* 30. *vel* 40. *ann.* & nunquam perit etiam
perempta inſtantia, quia talis interruptio
habuit ſuum effectum conſumatum, per il-
lam ſimplicem citationem, ſeu litis conte-
ſtationem, *Rouit. loc. cit. num.* 15. *in fin.* & di-
xit *Tiraquel. in tract. ceſſante cauſa lim.* 1. 12.
num. 6.

Ex qua concluſione multi iuris effectus reſul-
tant, & primo, vt ſicut pendente lite non
poteſt fieri ceſſio actionis, vel litis potentio-
tiori, per *tex. in l.* 2. *C. ne liceat potent.* ita non
poteſt fieri ceſſio litis vertentis in S. Conſi-
27 lio poſt tempus inſtantiæ, quæ alias poſt
triennium perimeret. Et ratio eſt quia dum
inſtantia non extinguitur, nec etiam extin-
guntur effectus litigij, cuius mater inſtan-
tia eſt. Sed ne etres nota, quod leges noſtræ
contra iſtas fraudulētes ceſſiones, ſolitas fie-
ri pendente lite, multas pœnas ſtatuerunt,
nam Titulus, *De alienatione iudicij mutandi
cauſ.* prohibet alienationem dolo malo fa-
ctam in potentiorem non ratione officij, ſed
diuitiarum, vel nobilitatis, aut ratione loci,
& hoc caſu cedens non perdit ſuum, ſed in
hoc tantum punitur, vt ille, qui ceſſit non
poſſit amplius agere, vt dicit *Gloſ. in l.* 1. *in
verb. potentiorum Cancer. var. reſol. par.* 2. *cap.*

t 2. Titulus vero, *Nè liceat potentioribus* In-
quitur de alienationibus, etiam sine dolo fa-
ctis in potentiorem ratione officij, cum me-
ro, & mixto Imperio, qui terrribilis dicitur
aduersario, isti enim cedentes puniuntur
pœna priuationis causæ, potentiores verò
auxilium præstautes puniuntur arbitrio
Iudicis illius loci, licet alias illius iurisdi-
ctioni non subiciantur, *l. t. & 2 C. ne liceat
potent. Cancer. loco cit.* & tradit etiam *Galeot.
controu. for. 2. n. 13. to. t.* & hoc procedit etiam
per viam procurationis *Glo. in l. iurisgentium
§. prætor ff. de pactis:* quæ conclusio extendi-
tur non solum in actore, sed etiam in Reo,
Cynus Bart. & alij *in d. l. t. Decius in cap. 1. de
offic. Deleg.* & parer ex generalitate rubrica-
rum, ibi: *Patrocinium litigantibus præstare.*
cuius nomine comprehenduntur tam actor,
qnam Reus, vt etiam aduertit *Galeot. loc. cit.
n. 15.* Imo in pœnā cessionis prædictæ, si Ec-
clesia cesserit potentiori, videtur dicendum
quod nō habeat restirutionem in integrum,
quia sumus in delictis, vbi non petitur resti-
tutio, *l. vnic. C. si aduersus delictū l. auxiliū ff. de*
28 *minoribus*, sed contrarium putat *Cancer. d.
c. 12 in fine*, quia nō esr delictū atrox prohi-
bitū à iure diuino, sed solum à iure ciuili. Sed
an cessio facta per laicum in Ecclesiam
dicatur facta in potentiorem, quia Ecclesia
dicitur de personis potentibus, ratione diffi-
cilioris conuentionis, affirmat *Ancharan.
cons. 65.* sed alij contrarium sentiunt, vt
Roman. cons. 518. vbi dicit posse cedi, nisi
haberet potestatem Ecclesia contra eum
Trentacinq. var. resol. tit. de postulando resol. 2.
Secundus esr iuris effectus, vt in odium litis,
cessio facta lite pendente de re in iudicio
deducta, non solum nil operatur, sed etiam
exequitur senrentia contra nouum posses-
sorem, rem lirigiosam recipientem, *l. 1. 2. &
fin C. de litigios. Afflict. dec. 331.* & dicam la-
tè in seq. *§. unico nu. 14.*
Tertius est iuris effectus, vt omnes iussiones,
quæ surgunt post litem motam, etiam
29 si emanentur ab Imperiali Culmine, quan-
tumuis de directo contrariæ prouisioni in
ea lite factæ à suo Judice etiam inferiori, de
iure sunt nullius roboris, & momenti, &
non derogant prouisiuni factæ à suo Iudice,
vt clarè disponit *tex. in auth. In medio litis
sacræ iussion. non fieri in §. si vero, dum cau-
sa dicitur*, qui *tex.* procedit tam in decisorijs,
quam in ordinatorijs, vt expressè animad-
uertit ibi *Angel. in § si vero aliqua*, & proba-
tur in *tex.* ibi: *Causam examinare, & legiti-
mo sui contrahere*, nisi expressè Princeps huic
legi derogaret per clausulā non obstante, vel
ex certa scienria, secundum *Bellugam in spe-
cul. Princip. rub. 44. §. quia multitudo num. 3.
vers. sed an contrarium videtur tex.* ista enim
conclusio procedit, licet elapsum esset tem-
pus instantiæ in S. Consilio per rationem
supra traditam.
Aduerte tamen, quod in multis causis cessat
vitium litigij, & primo quando agitur de
30 actione personali, per quam actionem res
non efficitur litigiosa, puta si ego ago actio-
ne ex empto contra te, vt domum mihi des,
quam mihi vendidisti, & pendente lite tu
domum alienas, non efficitur Domus liti-
giosa, vt contra *Couarru. pract. cap. 15.* dixit
Cancer. var. par. 2. cap. 12. nu. 3. quia in *auth.
litigiosa C. de litigios.* dicitur tunc rem effici,
& dici litigiosam, quando pendente lite
de dominio, alienatur, sed in casu proposi-
to non agitur de dominio, sed de actione
personali ad dominium cōsequendum, pun-
tualiter *Reg. de Ponte cons. 55. num. 22. tom. 1.*
vbi asserit, quod licet *Couarruu. pract. quæst.
cap. 15.* tenuerit aliam opinionem, tamen
hæc est communis, quam nostram senten-
tiam approbat *Rota in Bononiensi transa-
ctionis die 14. Nouembris 1636. coram Ve-
rospio*, relata à *Rubeo dec. 173. nu. 9. tom. 3.*
& confirmat *Casar. d. quæst. 28. num. 17.* vbi
omnes citat, sed si super actione personali
superuenerit præceptum Iudicis, hoc casu
ob contemptum Iudicis, alienatio facta in
iudicio personali annullatur, *Salgad. in la-
berinth. cred. par. 1. cap. 14. n. 14. & 15. Casar.
d. qu. 28. num. 19.* Vel si probetur alienatio-
nē fuisse factam in fraudem, *Rubeus decis.
193. num. 20. part. 8. recent.*
Sed si agatur actione hypothecaria, quam ha-
beo super re, an res illa dicatur litigiosa, di-
31 cunt, quod non, siue hypoteca sit genera-
lis, siue specialis, quia cum actione hypote-
caria non agatur de dominio rei, sed solum
ad debitam pecuniam consequendam, non
efficitur per eam res litigiosa, *§. ob hac au-
tem auth. de litigios. Bald. in d. auth. litigiosa*,
& post eum *Angel. De Ponte loc cit. num. 23.* &
prius dixit in *cons. 6. num. 14.* vbi adducit
d. text. in d. §. ad hac auth. de litigios. ibi: *Ab
hoc autem litigiosi vocabulo hypotecas separari
decernimus*, & confirmat *Pratus discept. for.
cap. 13. nu. 98.* nam cum sumus in edicto pœ-
nali, nō extēditur lex de vno casu ad alium,
ideo dixit *Bart. in l. 1. §. 1. ff. de litigiosis*, quod
si agatur de possessione rei, sola possessio di-
citur litigiosa, sed de hoc cogita, quia effe-
ctus talis edicti redderetur elusorius, & idem
dicerem de re, ac de actione ad rem, & pa-
tet, quia tam *Reg. de Ponte in d. cons. 6. nu. 14.*
quam *d. Pratus* non concludenter, sed dubi-
tatiuè loquuntur, dum ibi dicunt non esse
ponere os in Cœlum si id assererent, igitur
non omni ex parte conclusio certa est.
Nec etiam habet locum vitium litigij, quando
alienatio fit ex causa necessaria, puta ob æs
alie-

32 alienum ſoluendum, vel ob dotem, vel ob
donationem propter nuptias. *Gloſ. in l. 2. in verb. actor. C. de litigioſ. Afflict. in conſt. Regni eorum fraudib num. 28 verſ. tertiusdecimus, Reg. de Mariu. cap. 256. Gloſ. in cap. Eccleſia il primo, Vt lite pendent. Cancer. lib. 2. var. de reb. litigioſ. cap 12. nu. 42.* & eſt *tex. in l. fin. C. de litigioſ. Frāc. dec. 182. & dec. 578. n. 7. in fin. Prat. d. c. 13. n. 76. to. 1. Durā. dec. Rot. Rom. a 81. n. 3.*

Sic etiam, vbi litigantium voluntas interuenit, ceſſat vitium litigij, *Bald. & Paul. de*
33 *Castro in l. 1. C. com. diuid.* quos refert, & ſequitur *Peregrin. de iure fiſci lib. 4. tit. 6. n. 26.* vt per receſſum partium à lite, *Afflict. in conſtit. eorum fraudib. nu. 20. Peregrin. d. tit. 6. num. 40.* nam recedit vitium litigioſi, quando alienatio fit in gratiam finiendæ litis, *l. item ſi res §. 1. ff. de alien. iudic. mut. cauſ. fact.* magnum quippe commodū cōſequitur, qui à lite recedit, *Gloſ. in cap. penul. de emption. & vend. t. cum concord.*

Ita etiam ceſſat vitium litigij, quando res alienatur in ipſum Regem, quia Rex poteſt di-
34 ſpenſare tali vitio litigij, *Afflict. in conſt. Regni eorum fraudib.* poſt *num. 26. verſ. ſed quid ſi litigatur feudum* (imo & quilibet Iudex poteſt diſpenſare ex iuſta, & neceſſaria cauſa, *Angelus in l. Diuus ff. de petit. hæred. & Afflict. vbi ſupra num. 26.*) ſed hoc explicat *Reg. Galeota controuer. 2. num. 22. lib. 1.* vt hoc procedat in Rege ipſo diſponente, vel ex certa ſcientia alienante, ſecus vero quando in ipſum Principem diſponitur de re litigioſa, nam hoc caſu non tenetur Princeps illam recipere, vt mandat clarus *tex. in l. 1. & 2. C. ne Fiſcus, vel Reſpubl. procurationem alicui, patrocinij cauſ. in lite præſtet. Reg. de Ponte d. conſ. 55. num. 19.* ſi vero Princeps de lite fuerit inſtructus, & ſciens conſentit, cenſetur tali vitio diſpenſaſſe ſibi ipſi ſtipulanti, ex *reg. tex. in l. penult. C. de donat.* & ita declarat *Andreas in cap. 1. Quid ſit inueſt.* poſt *num. 3. verſ. non obſtat, de Ponte loc. cit.*

Similiter non officit vitium litigij, quando alienatio non fuit facta lite pendente, ſed
35 ex nunc, pro tunc ſequuta ſententia in eius fauorem, vel ea recuperata, nam hoc caſu ceſſat vitium litigioſi, vt inter alios notat *Guid. Papi dec. 337. per tex. in l. quod ſæpè, §. ſi quis amico ff. de contrah. empt.* iuncto *tex. in l. fuga C. ad l. Flauiam de plagiar.* nec mirum, quia regulariter actus à lege prohibitus ſubſtinetur, ſi confertur ad tempus habile, vt habetur in *regul. l. in tempus ff. de hæred. inſtit.* & eius ſententiæ poteſt cedi *l. in iudicio* vbi *Florian. & alij ff. famil. herciſc.* Idem dicas ſi non ipſa res litigioſa ceditur, ſed commodum reſultans ex ſententia, tunc ceſſio tenet, nec ſubiacet vitio litigij, quia tantum commodum actionis transfertur in ceſſionarium, *Innoc. & Abbas in cap. 2. de alien. Iudic. mutand. cauſ. fact. num. 3. Afflict. dec. 354. Soccin. conſ. 78. num. 2. vol. 4.* vbi dicit, quod ſtante ſtatuto prohibente ceſſionem, vel vēditionem in fraudem creditorum, ſi ceſſat intereſſe creditorum ceſſat ſtatutum, quia ceſſat finis, propter quem erat facta prohibitio per ſtatutum.

Sunt etiam aliqui caſus, in quibus litigioſi vitium non contrahitur per iudicium motum
36 & primo tradunt, quando lis eſſet iniuſta, *Caſſiodor. concl. 7. num. 1. de dolo, & contum. Sarnenſ. ſuper regul. Cancell. de annali poſſeſſ. qu. 45. Mendoſ.* vbi plura allegat ſuper *regul. de ſubrog. conlitig. qu. 11. n. 6.* de quibus infrà in ſequenti §.

§. VNICVS.

Referuntur caſus, in quibus non perit inſtantia, & vtiles effectus eius peremptionis traduntur.

SVMMARIVM.

1 *Inſtantia non perit in Curijs inferioribus in multis caſibus.*
2 *In cauſis fiſcalibus non perit.*
3 *Nec in cauſis criminalibus noſtri Regni.*
4 *Nec in cauſis vbi pars eſt confeſſa.*
5 *Nec ob impedimentum Iudicis, vel in magnis cauſis.*
6 *Nec tempore belli, vel alterius vniuerſalis impedimenti.*
7 *Inſtantia prorogatur per monitionem ad dicendum.*
8 *Inſtantia non perimit, quando curſus cauſæ fuit impeditus ob cauillationes, & impedimenta data per partem litigantem, & quando.*
9 *Nec etiam perimit pendente diſcuſſione incidentis.*
10 *Nec in cauſis mercantilibus.*
11 *Effectus peremptionis inſtantiæ multi referuntur.*
Inſtantia perempta Iudex debet abſoluere Reum ab obſeruatione iudicij, & condemnare Actorem in expenſis.
12 *Inſtantia perempta actor non priuatur iure ſuo, vſque ad quadraginta annos.*
13 *Fructus non ſunt reſtituendi à die litis conteſtatæ perempta inſtantia, & quando.*
Litigij vitium non cadit in fructibus alienatis peruentis ex re litigioſa.
14 *Litigioſa res non poteſt alienari.*
Sententia exequitur contra poſſeſſorem rei litigio-

tigiosæ ipso non citato, & quando.
Sententia exequitur per Iudicem Ecclesiasticum, contra Clericum emptorem rei litigiosæ.
15 *Instantia perempta si fuit facta alienatio rei litigiosæ, debet citari nouus possessor, qui nisi esset perempta non citaretur.*
16 *Instantia perempta si restauratur, non eadem, sed noua succedit instantia.*
Fideiussor de iudicio sisti, vel iudicatum soluendo, perempta instantia non amplius tenetur, & quando.
17 *Instantia restaurata non reuiuiscit fideiussio.*
18 *Instantia perempta, priuilegium superueniens facit mutare iudicium.*
Hæres non potest variare forum defuncti in iudicio cum eo cæpto, & quando.
Clericus succedens laico post litem contra laicum motam, quando potest variare forum.
19 *Clericus hæres laici, si instantia perempta conueniatur, remittitur ad Iudicem Ecclesiasticum.*
Clericus hæres laici, & cæteri priuilegiati, si ex contractu defuncti conueniantur, possunt variare forum.
20 *Instantia perempta effectus tunc resultant, quando renouatio fit ex gratia, secus si ex iustitia.*

SVnt tamen multi casus priuilegiati, in quibus non perit instantia, licet causę non agitentur in Supremo Consilio Principis,
1 & primo in Causis fiscalibus vnquam perit,
l. properandum, vbi Glos. in verb. Fiscus, & in verb. functiones Cod. de iudic. Afflict. dec. 210. Ann. a singul. 243. Alfar. de offic. Fiscal. glos. 16. priuil. 38. num. 150. D. Petra in ritu 246. nu. 22. D. Altim. d. qu 36. num. 44.

Secundo in causis criminalibus nostri Regni instantia vnquam perit, sic disponit *pragm.*
2 *50. & 51. de offic. Magistr. Iustit.* illa ratione,
ne ob multitudinem causarum debitæ pœnæ delinquentibus non irrogentur, *D. Altimar. d. qu. 36. num. 12.* hoc etiam fuit extensum ad Regias Audientias nostri Regni, per *pragm. 10. §. 33. de offic. Iudic. Reg. de Marin. lib. 1. resol. 184. num. 12. & ad Reuert. dec 139. num 3. Petra in d. ritu 248 num. 19. Altim. loc. cit.* vbi alios cumulat, & dixi supra in *Præst. 20. nu. 10.*

Tertio in causis summarijs, quæ executionem paratam habent, non perit instantia, *Pur-*
3 *porat. in l. admonendi nu. 58. ff. de iur. iurand.*
Menoc. de arbitr. Iudic. qu. 22. n. 3. Consil. Starb. resol. 134. n. 34. tom. 2. prout in possessorio summarijssimo non perire instantiam dixit *Polid. Ripa obseru. 11. num. 1.* & rationem assignant, quia in causis summarijs non requiritur litis contestatio, *Scaccia de Iudic. lib 1. cap. vlt. nu. 11. Mastril. dec. 185. nu. 12.* eadem ratione in causis executiuis, in quibus lis non contestatur, non habet locum, *Coruens cons. 210. par. 4. Soccin. cons. 31. nu. 9. & cons. 95 nu. 2.* Alij vero contrarium dixerunt, quod scilicet habeat locum instantiæ peremptio in dictis causis summarijs, *DD. & Abbas in cap. penult. num. 22. de iudic. Afflict. dec. 356. num. 7. Asinius in prax. iudic. in princ. cap. 3. num. 42. Magon. decis. Florent. 89. Carrocius de exception. exception. 127. num. 30. Roman. cons. 174.* qui *num. 5. in fin.* dicit conclusionem ita veram esse, sicut verum est esse Deum, & ipsum tunc vixisse in Mundo, *Ciarlin. contrтой. 55. lib. 1. Nouar. sup. pragm. in rub. de instit. caus. collect. 1. nu 3. D. Altim. d. qu. 36. n. 6.* & pariter defendit *Cæsar. Peregr. qu. 28. nu. 10.* qui etiam in executione sententiæ dicit perimere instantiam, ideo remissiuè loquutus fuit *Rouit. in pragm. 1. de instan. caus. num. 3* sed veriorem existimo primam sententiam, quia causæ executiuæ notorietatem continent, & in notorijs non perit instantia, vt infradicam.

Circa vero executionem, & ad eaque spectant ad executionem sententiæ, distinguit *Cæsar. d. qu. 28. num. 11.* dicendo, quod aut agitur officio Iudicis, vbi non esset necessarius libellus, & hoc casu quia talis executio est potius quædam compulsio, quæ petitur in principio litis in libello, nec requirit nouum libellum, hoc casu dicit in tali executione facienda non dari instantiam, quia pertinet solum ad Iudicis officium, quod prius dixerunt *Afflict. in d. dec. 346. sub n. 6. & in constit. Regni dilationes num. 28. vers. 3. conclusio Scacc. de appellat. qu. 11. num. 294. vers. in secundo casu.* Si vero executio non esset liquida, quia forsan poteretur post illud tempus, per quod perimit via executiua, & quia hoc casu actio in factum datur, quæ requirit libellum, & litis contestationem, hoc casu veram existimo conclusionem, quod detur instantia, cum *Afflict. loc. cit.* qui ita decisum refert, vbi *Vrsil. nu. 3. Asin. in praxi iudic. in princ. cap. 3. sub. nu. 46. Scaccia* alijsque citatis à *Cæsar. loc. cit. nu. 12.*

Quarto non perit instantia in casu, quo pars est confessa, nam tunc cum factum sit noto-
4 rium, poterit Iudex ferre sententiam post peremptam instantiam, quia in notorio nō requiritur iudicium, *Bal. in d. l. properandum in princ. Iafred. Balb. dec. 331. Franc. dec. 643. Tapia dec. 38. Abbas in d. c. venerabilis n. 18.* vbi etiam *Fermosin. qu. 4. nu. 12.* qui alios allegat *Rouit. in prag. 1. de inst. caus. nu. 9.*

Quinto non perit instantia in illis causis, quæ deferuntur per viam violentiæ in Supremis Tribunalibus, istæ enim illicò terminantur, potius per cognitionem extraiudicialem,

quam

quam per modum ordinariæ cognitionis,
concludit *Fermosin. in d. cap. venerabilis qu.*
11. num.2. vbi affirmat sic ex lege Regia
Hispaniarum ibi fuisse sancitum in *l. 36.*
tit 5.lib.2.recompil.

Sexto non perimit instantia, quando tempus
fuit ciapsum culpa Iudicis, nam instantia
5 non currit ob Iudicis impedimentom *Angel.in l.fin.C.de adult. Amad.in tract. de Syndic. num. 76.* propterea ne ex culpa Iudicis
tempus instantiæ laberetur *Ritus* nostri Regni 245. pœna quinquaginta florenorom
pro illa vice Iudicem puniebat, quem recessisse ab vsu dixit *D.Petra in d.ritu*, vel si non
adfuit colpa Judicis, tamẽ successit mors Judicis, vel remotio ab eius officio, & causa esset ante finem triẽnij, hoc casu successori datur alius integer annus ex *d. l. properandũ.§.*
fin autem vtraq;C.de Iud.Maran. d.p 5.n.28.
Carroc.de except.except.127.n.60. Altimar.d.
qu.36. nu.59. maximè in Regno nostro, vbi
restitota intelligitur ipso iure instantia, si
tempus fuit decursum ex culpa Judicis per
pragm.1 de instant.caus.non restit Dom.Petra
in ritu 245 num.6.circa fin. Idem dicit *Fermosin.d.cap.venerabilis qu.4.num.13.* in magna causa, quæ ob eius difficiles progressus,
non potuit sententiari in termino à iure
præfixo, non ex impedimento dato, *Abbas*
in d.capite venerabilis num.10. inde concludit in seq. *nu. 14.* quod si pendẽte quæstione
coram Iudice laico, excipiatur quod instrumentum sit vsurarium, vel ex defectu
natalium incapax, & articulus remitteretur
ad Judicem Ecclesiasticum, ob quod Judex
causæ non potuerit causam definire, tale
limitatum tempus nõ officit instantiæ causæ.

Septimo non perit instantia tempore belli, vel
alterius vniuersalis impedimenti, per quod
6 partes non possent in suis litibus vltra progredi, nam in istis casibus instantia dormit,
non perit, vt dixit *Grammat.dec.65.n.46.*
qui loquitur de impedimento belli, ob diuisionem huius Regni inter Aloysium Regem
Francorum, & Regem Catholicum, iuxta
pragm.editam *Thori*, & sequitur *Rouit. in*
sub pragm.de instant.caus.num.8. Idem dicerem in causa reintegrationis ad Sedilia, seù
Collegia Nobilium nostræ Ciuitatis, quæ
solet peti ab Officialibus nostri Regni, sed
quia per literas nostri Regis nouiter ordinatas, durante vita Officialis prohibetur
actio proponendi d. reintegrationem,
vel iudicij prius cœpti prosequtio, hoc casu
dormit actio, dum ad aliud tempus suspenditur, vt notat *Rouit. loc.cit.*

Octauo non perimit instantia, imo ipsa perpe-
7 tuatur ad aliud triennium per monitionem
ad dicendum *Carauit. in ritu 248. num. 4.*
Franc.dec.643.num.5. Capyc. dec.109.nu 5.
vbi *Masull.Merescot.var.lib.2.cap.135. Pisanell.ad Afflict. dec.283.* qoi dicit de stylo ita
practicari *Pascal.de patr potest. par.1. cap.8.*
num.30 Rouit.sup.pragm.in rub.de inst. caus.
nu.4.Muscatell.par.7. glos.sententiam nu. 55.
Reg.Capyc.latro dec.68. num.13. & dec.123.
num.6.Staiban.resol.15. num.30. & quod ad
solum trienniom instantiæ tempus per monitionem prolungetur, dixerunt *Carauit. &*
Franch.loc.sup.cit. Gallup.in praxi par.2.cap.
18.num.21. alios refert *Cons. Petra in d.ritu*
248.num.40. & ita apud nos obseruatur, vt
semper ac fit citatio ad dicendum, infra
aliud trienniom prorogetur instantia causæ, & ita per multas vices practicatur, absq;
necessitate insufflandi spiritum vitæ, & soluendi expensas, vt fatetur *Nouarius in dict.*
pragm.1.num.18. Idem etiam dicas, si fuerit
facta à Principe prorogatio ante finẽ triennij, *Franch.dec.250.Nouar.sup.pragm in dict.*
rub. de instantia caus. collect.1. num. 4 Imo
sufficere vnam citationẽ pro nouem annis
voluit *Pisanell.add.decis.283.Afflict.* qui ita
refert practicatum.

Nono non perit instantia, quando cursus
causæ fuit impeditus ob cauillationes, & im-
8 pedimenta data per partem aduersam, nam
hoc casu poterit Judex etiam post triẽnium
sententiam proferre, *Glos.in cap.venerabilis in*
glos.magna, vers. non obstat in fine de iudicijs,
Alex.cons.42.col.3.vers.& istud videtur n.11.
& cons.72.in princ.vol.3.Gaill.obseru.91. n.9.
lib.1. Staiban.resol.134.num 30. tom 2. qui
assignat rationem, quia hoc casu non poterit considerari negligentiá actoris in d. peremptione instantiæ, *Grammat. dec.69.n.3.*
Borrel.in sum.decis.tit.64. num.35. lib.1. Instãcia enim non currit, quando adest impedimentum partis *Riccius collect.1531. Narbona in l.59.tit.4.lib.2.recompil. nu.96.* omnes
latè citat *Fermosin.in cap. venerabilis quæs.3.*
per tot. de iudic. tom.1. Quod DD limitant,
quando impedimentum poterat de facili
ammoueri, nam si poterat tolli, & non fuit
ablatum, non poterit se iuuare, allegando
dict.impedimentum, *Riccius d.collect.1531.*
Fermosin. loc. cit. num. 3. Et etiam eo fortius
conclusionem limitant, quando pars non
fuit protestata, nam ad hoc vt impedimentum excuset, est necesse vt adhibeatur protestatio, *Osasch.dec.12. post Riccium,* & alios
Fermosin loc.prox.cit.num.4.

Decimo non perimit instantia, sed stat in suspenso in causa principali, pendente discus-
9 sione alicuius qoæstionis incidentis, donec
impedimentum d. incidentis remoueatur,
Grammat.c.dec.65.num.46. in med. vers. &
nihilominus, Aretin.cons.100.Reg.Rouit.cons.
66.num.4. & 7. vol. 1. sed intellige quando
impe-

impedimentum tolli non potuit, ſecus ſi tolli potuiſſet, *Caſtill. dec.44. nu.2.* & ibi additio, & in *dec.47. num.4. & ſeq. Conſ.Staiban. d.reſol.134.num.33.*

Vndecimo nõ perimit inſtantia in cauſis mercantilibus, *Calicius in margar. fiſci dub. 8.*
10 *num.18.caſu 101.* forſan ob illam rationem, quia ſunt cauſæ ſummariæ, ſed contrarium reſoluit *Ripoll.de regal.cap.13.nu.44. & ſequ.* Alios caſus referunt *Parìs de Puteo de Syndic. in verb.ſententia cap.reſtat num.5. & 6. Marant.in 5.pa.principal.ſui ſpecul.lim.11.in fin. de Ponte conſ.142.vol.2.* aliique.

Effectus peremptionis inſtantiæ multi ſunt, quorum principaliores refero, &. Primus
11 eſt, vt Iudex teneatur abſoluere Reum ab obſeruatione iudicij, & condemnare Actorem in expenſis, vt per *tex.in l.1. & 2. C. vt infra tempus certum*, dixerunt *Alexan. conſ. 136.vol.2.num.1. Fermoſin.in d.cap venerabilis qu.4.num.6.& ſeq. Vrſil. ad Afflict. deciſ. 346.n.6. Gallup.in praxi p.2.c.18. n.29.* alios citat *D.Petra in ritu 247.nu.29.* & ita eſt in Regno noſtro ſtatutũ per *prag.1. de inſt.cauſ.* Sed actor non priuatur iure ſuo per talẽ peremptionem, tantum enim deperditur tem-
12 pus, quod fuit elapſum actorum iudicij moti, actio vero perdurat vſque ad quadraginta annos, & refectis expenſis nouum poterit proponi iudicium, nouos teſtes actor poteſt producere, & nouum terminum petere, ideò parum præiudicium reſultat actori ex d.peremptione, *Bart. in auth.quæ ſupplicatio n.3. C.de appell. Sforaia Odd.de reſtit. in integ. par. 1.qu.13.artic.7.nu.26. Ripoll. de regalijs cap. 13.num.13. Maſtrill. dec.66. 70. lib.1. D.Petra in d.ritu 248. num.31.* & probat *Salernitan.deciſ. 28.* acta enim ordinatoria iudicij, quæ pereunt ſunt ſcilic. cautiones, citationes, iuramentum calumniæ, & ſimilia, ſecus acta probatoria, vt ſunt confeſſiones, depoſitiones teſtium, inſtrumenta, & ſimilia *Afflict. dec. 148.* alijque relati à *Nouar.ſup.pragm. in rub. de inſt. cauſ.nu 14. Maranta diſp.5.num.55. D.Altimare de nullit.d.qu.36.num.8.*

Secundus eſt effectus peremptionis, quia dum fructus ſunt reſtituendi à die litis conteſtatę
13 per *textum in l.certum.C.de re iudic.* quia ab iſto tempore mala fides incipit; attamen perempta inſtantia non ſunt fructus à die litis conteſtatæ reſtituendi, ita *Gloſ. in l. 2. C.de fructib. & lit. expenſ. Fachin. lib. 12. controu.cap.73. Merend.lib.5. controu. cap.27.* Imo perempta inſtantia non veniunt reſtituendi fructus, medio tempore percepti per conuentum, *Gloſ.in l 2. in fin. pr.gloſ. C. de fructib.& lit. expenſ.* cuius *Gloſ.* doctrinam afferit ſeruari in ſuo Senatu *Tiraquel. de retract.lignia. §.15. gloſ.2 n.19* ſed videtur cõtrarium affirmare *Bart.in l.2.num.4. C.de fructib.& lit.expenſ. Fachin.lib.1.controu.cap. 60.& Capyc.dec.11.* quibus adhæret *Fermoſin. in cap. venerabilis qu.6. num.6. de iudic.* qui aſſerunt teneri ad fructus à die litis conteſtatæ, etiam perempta inſtantia, quia per conteſtationem litis dicitur poſſeſſor in mala fide conſtitui, qui effectus durat etiam perempta inſtantia, ſed hoc explicat *Reg.Rouit.in rub.de inſt.cauſ. num.16.* vt tunc procedat, quando per actorem fuerint factæ plenæ probationes, & de his notitiam habuerit Reus, ſecus ſi probationes non eſſent claræ, ſed dubiæ, ex quibus non poterit Reus conſtitui in mala fide, citat *Aſin. in ſua praxi §.2.cap.15.nu.33. Afflict. dec.59. Garſiam de expenſ.cap.23.num.44.* & dicit *Rouit.* quod effectus non conſumatur à citatione, & à litis conteſtatione, ſed à probationibus, ſed quidquid ſit de iſto controuerſo articulo, tamen illud verum eſt, quod in ipſis fructibus alienatis, non cadit vitium litigij contra emptorem; vt poſt *Abbat.* concludit *Afflict.in conſtit.eorum fraudib.nu.19.verſ.decimus octauus caſus*, vbi dicit, quod ille Iudex, qui iudicauit venditionem Mulæ natæ ex iumento litigioſo non valuiſſe, vti fructum rei litigioſæ, non benè iudicaſſe, ſed condonatum fuit eius iuuentuti, quia Iuuenis erat, ad materiam vide *Theſaur.dec.29. in fin. Tiraquell.in tract.ceſ.cauſa lim.12.n.6. Menoch.de recup.poſſeſſ. remed.15 n.596. Faber in C.lib.3.tit.8. de lit.conteſt.defin.2.*

Tertius effectus peremptionis inſtantiæ verſatur circa executionem ſententiæ, nam
14 dum res litigioſa non poteſt alienari, *l.1. & 2 C.de litigioſ.* neque obligari, *Gloſ. in l.1. §. 1. vbi Bald.C.comm.diuid. Abbas in cap.Eccleſia Vt lite pend. Afflict.dec.331. Guid.Papè dec. 337.* & ſi alienatur, executio ſententiæ fieri debet cõtra nouum poſſeſſorem rei litigioſæ emptæ, etiam poſſeſſore non citato, & ſine nouo proceſſu ex *cap. Regni noſtri Conuentus* & ex *cap. Regni eorum fraudibus*, vbi *Afflict.* & per *tex. in l.1. & 2. C. de litigioſ.* vbi *Bald. Bart.in l.3 ff de pignor. Caualcan. de.16. n.7. par.1. Duran.dec.Rot. Rom.88. nu.4* Nec requiritur, vt concurrat ſcientia ex parte emptoris, in quem bona litigioſa fuerunt alienata, quia vitium tranſit ipſo iure in ſucceſſorem, vt probat *tex. in l.cenſemus C. de litigioſ.* & latè declarat *Couarru.pract.qu.cap.15. num 7.* reiecta contraria opinione *Angel. in auth.litigioſ.* qui cenſuit requiri ſcientiam emptoris, quod comprobat eadem *Rota in dicta deciſ. 163. num. 18. part. 8.* Quod procedit etiam ſi res litigioſa in emphytenſim concedatur, latè *Abbas in cap.3. Vt lite pend.* & ſequitur *Afflict. in d.conſtit. eorum fraudib.* niſi poſſeſſor feciſſet meliorationes

impen-

in te alienata, vel empta lite pendente,
nam tunc debet citari tertius poſſeſsor, *Bart.*
in l. fundo 26. ff de rei vendic. Cancer. var par.
2. cap. 12. num. 21. Natta conſ. 350. nu. 4. Du-
ran. d. dec. 88. num. 7. dummodo meliorattio-
nes non conſiſterent in ſola arborum plan-
tatione, & foſsatorum reparatione, nam
iſtæ vti factæ pro vberiori fructuum recolle-
ctione, non ſunt reſtituendæ, ex *l. diuortio §.*
impendi, vbi *DD ff ſol. matr. Ludouic. dec.*
peruſ. 24. num. 12. Paciſic. de Salman inte. lit.
inſpect 2. cap 2. num. 182. verſ. melioramenta,
ideo non impediunt executionem dictæ ſẽ-
tentiæ, *Duran. d. dec. 88. num 7. & ſeq.* Vel
niſi poſſeſſor in quem fuiſſet facta alienatio
eſſet Clericus, nam licet eſſet facta alienatio
lite pendente, executio ſententiæ eſt facien-
da à Iudice Eccleſiaſtico, *Franch. deciſ. 545.*
Thor. in verb. ſententia part. 1. in comp. deciſ.
Reg. de Mariu. cap. 256. & iſta eſt verior ſen-
tentia contra *Reg. Sanfelic. dec. 2. Rouitum*
in addit. ad dec 545 Fran. & Conſu. Roccum
reſponſ. 47. num. 13 part. 2. qui in fine ita de-
ciſum refert, & adducunt rationem, quia
nulla eſt alienatio per *l. fin. C. de litigioſ.* &
etiam quia vnicum eſt iudicium, adeo quod
eſſet per Iudicem laicum (iuxta eorum mẽ-
tem) ſententia exequenda, abſque alia for-
ma, & tela iudicij ex doctrina, *Bart. in l 1.*
verſ. quæro ff. de litigio Tamen in contrarium
eſt veritas, vt executio ſententiæ ſit facien-
da à Iudice Eccleſiaſtico, ratio aſſignatur,
quia *Capitulum* noſtri Regni *Conueniens* eſt
ſtatutum laicorum, ideo non debet com-
prehendere clericos, *Franc. loc cit. & Luca*
in d. ... add. dec 545 aliam addit ratio-
nem relatam à *Ferm...* à ſe allegato, vbi
dicit non mutari iudicium, quando exequi-
tur ſententia à Iudice Eccleſiaſtico, ſicut in
ſimili, laicus Reus conuentus ſi fuerit factus
Clericus, & eſſet cognoſcendus à Iudice laico,
executio ſententiæ à Iudice Eccleſiaſtico
erit facienda, *de Mariu. d. cap. 54. num. 10.*
Idem dicunt ſi fuiſſet facta alienatio ex cauſa
neceſſaria, puta ſi fuerint venditæ res liti-
gioſæ pro ſoluendis creditoribus neceſſarijs,
vel ex cauſa legati, in his enim caſib. dicere-
tur facta alienatio ex caſu permiſſo ex diſ-
poſitione iuris, & ceſſat vitium litigij, ideo
debet intelligi poſſeſſor, argum. tex. in *l fi-*
liusfamilias, §. diui. ff. de leg. 1. & in l. peto, §.
peculium ff de leg. 2. & probat tex. in *l. vltim.*
C. de litig. Duran. dec. Rot. Rom. 281. num. 5.
Rubeus dec. 193. n 14 p. 8. vbi licet aliter vi-
detur inclinare *Rota in ſeq. num. 17.* in
illo caſu quando fuit lata ſententia in actio-
ne reali, attamen hæc Rotæ declaratio de-
ſtruere regulam, quia in iſto caſu contrahi-
tur vitium litigij, quando ſcilicet proponi-
tur iudicium in actione reali, nam ſi ſuper
actione perſonali lis agitatur, non contrahi-
tur vitium litigioſi, vt dixi ſupra in præſ.
præſt. n. 30. igitur declaratio vana eſt.
Sed quando inſtantia eſt perempta, & duran-
te eius peremptione fuit facta alienatio,
15 hoc caſu debet citari nouus poſſeſſor, etſi
poſtea fuiſſet conceſſa inſufflatio ſpiritus vi-
tæ, quia talis inſufflatio eſt gratia, quæ non
intelligitur per Principem conceſſa in ter-
tij præiudicium, ita fuiſſe deciſum refert
Viſil. ad Afflict. d. dec. 331. num. 2. Molfeſ. conſ.
47. num. 2.. quem ſequitur *Thor in compend.*
deciſ. tom 1. in verb. executio ſententiæ fol. mi-
hi 196 vide *Beuintend. dec. 48. Couarru prac.*
quæſt. cap. 15. Minad. dec 5.
Quartus effectus peremptionis eſt, vt quando re-
ſtauratur, & ſpiritus cauſæ inſufflatur, non
eadem durat inſtantia, quæ prius erat, ſed
alia noua ſuccedit, *Angel. in l. 3 num. 1 C. de*
16 *tempor. appellat. Grammatic. dec. 10.. n. 117. &*
119 Coſta in tract de retrotract. c. 9. caſu 17
num. 1. & 2. Sanfel. d. c. 144 num. 14. tom. 1.
Dom. Petra in d. riu 248 num 44 Ideo fide-
iuſſor de iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluen-
do, inſtantia perempta poſt triennium ad ni-
hil tenetur, *Reg. Capyc. Latro dec. 138. nu. 40.*
Reg. de Mariu. d. cap. 184 num. 9. Altimar. d. q.
36. num. 10. quia fideiuſſio ſpectat ad acta li-
tis ordinatoria *Fermoſin. in d. c. venerabilis q.*
15. nu. 2. in fin. propterea ſemel eſtincta per
peremptionem inſtantiæ, non reuiniſcit per
17 illius reſtitutionem, *Paſchal de patria poteſt.*
lib. 1. cap 8. nu. 202 & ſeq Altimar. loc. cit. n.
10. Principis enim indulgentia intelligi-
tur conceſſa ſine preiudicio tertij, nec fide-
iuſsio preſumitur repetita in tempore reno-
uato, quæ vti ſtricti iuris non debet recipe-
re ampliationem, ſed reſtrictionem, vt eru-
dite probat *d. D. Petra in d. ri u 248. n. 60. &*
ſeq. cuius dictum declara non procedere in
inſtantia cauſarum criminalium, quæ cum
hodie ex iure nouiſſimo noſtrarum pragma-
ticarum ſupra relatarum nunquam pereat,
ideo fideiuſsor tenetur etiam poſt tem-
pus inſtantiæ, quod iam vigebat, vt fuiſſe
deciſum refert *Reg. de Mariu d. cap. 184 lib.*
1. Nouar. dec. Apul. 15. & in pragm. 10. §. 33.
de offic. Iudic. vbi etiam ita refert deciſum
Luca ad Franc. dec. 250.
Ex eodem effectu etiam reſultat, vt priuilegium
fori ſuperueniens perempta inſtantia faciat
18 mutare Iudicem, & cauſat declinatoriam
fori, etenim licet regulariter priuilegium
fori ſuperueniens pendente lite, non pariat
declinatoriam fori per *l. ſi Iudex poſtea quam*
ff de Iudic. Giurba dec. 82. num. 7. Franc. dec.
544. attamen perempta inſtantia ſi Reus
ſortitus fuerit priuilegium alterius fori, ori-
tur exceptio declinatoria fori, vt poſt *Ma-*
rantam, Annam, & alios dixerunt, *Rouit. in*

d. rub. de instant. causæ num. 13. qui num. 14. ita decisum refert per Sacrum Consilium, & in dec. 74. num. 9. vbi Dom Altim. in addit. ita etiam decisum fatetur num 9. Carneual. de Iudic. loc. cit. num. 311. vers. qui tamen, & de priuilegio Clericatus superueniente post litem contestatam perempta instantia concludunt Anton. de Amat. var. resol. cap. 86. nu. 54. Sperell. dec. Rot. Rom. 7. nu. 3. & 11. Reg. de Marin. lib. 1. resol. cap. 54. Cafar. Peregrin. qu. 28. num. 4. qui alios citat, & de priuilegio Ciuilitatis Neapolitanæ resoluunt Caran. in ritu 301 num. 7. in fin. & Carneual. de iudic. disp. 2. num. 682. lib. 1. Et de priuilegio Doctorum Collegij superueniente post litem contestatam loquuntur Præs. de Franch. dec. 544. Anton. de Amat. d. cap. 86. nu. 53. & Reg. de Marin. d. resol. 54. num. 4.

Aliud exemplum habemus in herede priuilegiato succedente defuncto, qui non potest eius forum variare, in iudicio cum eo cæpto, per tex. in l. hares absens, & l. si is qui Romæ, ff. de iudic. & ita de iure nostri Regni disponit Ritus M. C. 234. quem explicant Franc. dec. 234. & 364 Rouit. dec. 74. num. 3. Capyc. Latro decis. 123. num. 1. Carneual. de iudic. lib. 1. t. t. 1. disp. 2. num. 296. & 309. & seq. licet Clericus succeserit laico, post litem contra laicum motam coram Iudice seculari, quia nec etiam poterit variare forum, Carol. de Grassis de effect. Cleric. effectu 1. num. 282. vers. sed quod imo, Carneual. de iudic. lib. 1. disp. 2. qu. 5. post num. 309. fol. 144. vers. & prædictam limitationem, Salgad. de retent. bullar. cap. 12. num. 32. vers. & quando fol. 168. Ansald de iurisd. secul. part. 3. tit. vnico cap. 10. per tot. fol. 336. aliique relati à Cafaro in rec. Peregrin q. 25. num. 11 & ita pluries decisum per nostrum Sacrum Consilium referunt Sanf. lic. dec. 2. num 13. Cafar. d. q. 25. nu. 6. & 7. & q. 28. num. 15. & licet contrarium conetur defendere Molf. sui in Consuetud. Neap. p. 2. tit. de per. quis q. 8. n. 2. fol. 47. quod scilicet Clericus hæres laici non ligetur instantia cæpta cum defuncto laico, per multos DD. quos ipse allegat, attamen nerqosè impugnatur à d. Cafaro in d. q. 25. n. 12. vbi perpendit multos DD. à Molfesio allegatos, vel d. propositi nem non affirmasse, vel contrarium [illegible], & istam in praxi fuisse receptam vid. [illegible] prædictas decisiones allegatas, debet enim Iudex ecclesiasticus obseruare eandem formam iudiciariam, quam obseruant Iudices seculares, in laicos succedentes clericis, nam instantia cæpta contra Clericum in foro Ecclesiastico, in eodem [illegible] Clerico continuatur in laicum, R[illegible] 18 fo. Eccl. [illegible] 4. de Ma[illegible] 54 [illegible] Caf. [illegible] num. 2. qui [illegible] Surrentin. ad Capyc. dec. 165. cap. vnic. num 3. eodem modo erit dicendum de instantia cæpta in laicum, cui Clericos successit, qoia iudicia ciuudicari non debent, l. fin. C. de fruct. lib. & lit. exp. cap. erit autem lex distinct. 4. & dum Clerici vtuntur legibus laicorum pro se, tenentur etiam recipere contra se, Franc. dec. 285. num. 6. & decis. 411. In hoc tamen non conuenio cum d. Cafar. q. 25. n. 28. vbi voloit sufficere simplicem citationem factam cōtra defunctum laicum, vt Clericus excludatur à caosæ remissione, ex instantia cæpta cum defuncto cui Clericus vti hæres successit, Nam licet per citationem perpetuetur iurisdictio Iudicis citantis, cap. proposuisti de foro compet. cap. gratum, & cap. licet de Offic. Deleg. Regens de Marinis variarum resolutionum cap. 54. nu 15. (qui in num. 16. hoc tantum limitat, quando citatio fuisset circumducta per mensem intra nostram Ciuitatem, & per bimestre extra Ciuitatem de iure nostri Regni, Tamen ad præsentem materiam instantiæ cæptę contra defunctum cui Clericus successit, non sufficit simplex citatio, sed requiritur litis contestatio facta cum defuncto, vt Clericus hæres laici non possit forum variare, Capibl. nc in pragm. 8. p. 1. num. 315. de Baron. Franc. de Petris cons. 13. n. 3 qui malè vti contrarius allegatur, dum concludit, quod licet alias ex citatione facta cū defuncto excludatur remissio hæredis priuilegiati, attamen in Clerico succedēte laico requiritur litis contestatio, vt teneatur Clericus sequi cæptū iudicium contra laicum cui soccessit, & ita fuisse decisum per S. C. refert Hodiern in addit. ad Surd. dec. 109. quos confirmat D. Petra in d. ritu 234. num. 3. & ista est verior, & tutior sententia, tantum excepto casu executionis sententię faciendæ contra Clericum hæredem laici, quæ erit facienda per Iudicem Ecclesiasticum, Franc. dec. 545. Hodiern. loc. cit. Altimar. in obser. ad d. decis. 74 Rouit. num. 3 Reg. de Marinis dicto cap. 53. n. 17. & cap. 54. nu. 2. & 10. tom. 1.

Sed quando instantia est perempta, tunc Clericus hæres laici, si denuo conueniatur

19 post instantiæ restaurationem, causa remittitur ad suum Iudicem Ecclesiasticum d. l. si quis poste[illegible] ff. de Iudic. Carneual. loco cit. nu. 922. Fermosin. in cap. proposuisti qu. 17. num. 3. de foro comp. Pascal. de patr. potest. par. 1. qu. 8. nu. 218. Anna singul. 129. Nouar. in praxi electio for. sect. 4. qu 23. num. 13 Capyc. Latro dec. 123. nu. 2. Sanfelic. in praxi sect. 35. num. 17. & dec. 144. num. 13. Rouit. d. dec. 74 num. 10. vbi Altim. num. 3. idem de Marin. d. c. 54. nu. 4. Cafar. d. qu 28. num. 4. & hoc ex [illegible] ratione, quia instantia restaurata [illegible] nouum iudicium, & nouā instantiā, Trentacinq. lib. 2. resol. 9 [illegible] de Iu- lib.

dic.Minad.dec.5. Gallapp. in praxi par.2.cap.16.num.38. Caſar.d. qu.28. Rocc. reſpouſ.36. lib.2.& ſicut Clericus hæres laici, ſi ex contractu defuncti cõueniatur in nouo iudicio poterit variare forum,& cauſæ remiſſionem ad ſuum Iudicem petere, vt communiter concludunt *Canoniſtæ in cap.cum M. Ferrarienſis de conſtit.* & repetentes in *d. l. hæres abſens*, vbi *Bart.Barb.in l.ſi conſtante,§.fin.n.27. verſ.vlt.ff.ſol.matr.Caſar.d.q.25.nu. 9. Dom. Petra in ritu 234. num. 12.* qui alios refert, prout cæteri priuilegiati, ſcilicet pupilli, & aliæ miſerabiles perſonæ,qui gaudent priuilegio eligendi, & variandi forum, adhuc ſi ex paterno contractu conuenirentur, poterunt forum variare, *Reg.de Ponte conſ.18.nu. 10 Franc.dec.234.num.1.Carneual. tom.1.de iudic.lib.1.tit.1.diſp.2.q.5.num.292.& q. 6. ſectio.7.num.621.*alijque citati à *D. Petra loco cit.nu.1.* (quidquid aliter diſponat noſter *Ritus* 234. ſed in quo caſu loquitur eruditè explicat ibi *Dom. Petra*,) ita idem dicas quando noniter conueniuntur inſtantia reſtaurata *DD.ſup. cit.* Hoc tamen limita in vno caſu notabili, quando ſcilicet Clericus hæres laici conueniretur poſt ſententiam contra laicum latam, nam hoc caſu licet inſtantia ſit perempta, tamen quia in actu executionis non datur inſtantia, *Zuccar. dec.lucenſ.35.num.9.verſ. item fateor fol. 68.* ideo non poterit dici perempta, & conſequenter nõ competit cauſę remiſſio, vt fuiſſe pluries deciſum in noſtro S.C. refert *Caſar. Peregr.q.28.per totam*, & præcipuè *num* 15. & 23. contra ſua allegata, aliam notabilem deciſionem tradit *Vrſill.ad Afflict.dec.212.in fin.à Caſaro* non adductam, quia contrariam tuebatur ſententiam, ſed hoc debet intelligi, quãdo pro executione ſententiæ ageretur officio Iudicis, vt ſup. dixi in hoc *ſ.n.3.*

Declara tamen, vt omnes ſupradicti iuris effectus peremptionis inſtantiæ habeant locũ in ea reſtitutione inſtantiæ, quæ fit ex Gra-
20 tia à Principe per inſufflationem ſpiritus, vel quando eius nomine conceditur à Sacro Conſilio, ſeù à Spectabili eius Præſidente Maieſtatem Regis reprę ſentante, vt in hoc Regno practicatur, ſecus in illa reſtitutione, quæ fit per viam iuſtitiæ ex priuilegio iuris, quæ conceditur minoribus ex iuſta cauſa, nam in iſta iuris reſtitutione non habent locum omnes iſti iuris effectus ſupra enunciati, ſed inſtantia reſtituitur,ac ſi vnquam fuiſſet perempta, *l. fin. C. de ſent. paſſ. Rouit.in d.pragm.de inſtan.cauſ.n. 18. & 20.* & dicam infra in ſequent.*præſt.21.num.11.* ſed in caſu quando reſtauratur inſtantia ex gratia Principis, hęc gratia intelligitur conceſſa, abſque tertij præiudicio, per tex. in *l.2.C.pro quib.cauſis ſeru. pro præm. libert.* vbi quando ſerui libertatem aſſequntur in præmium indicati delicti, tamen tenetur fiſcus pretium ſeruorũ Domino ſoluere, concordant *tex.in l.nec actus C. de emancip.liber. l.2.§.merito,ff.ne quid in loco public.*& hæc eſt ratio antecedentis cõcluſionis ſuprapoſitæ, quod ſcilicet quando inſtantia reſtauratur ex gratia,non debet nocere Clericis, & alijs priuilegiatis, qui ex eius peremptione ius variandi forum acquiſiuerunt, ne Gratia ad iniquitatem extendatur, *Ripa in tract.de diuerſ.reſcript.reſponſ.12. nu. 21.* & quod inſufflatio ſpiritus vitę non detur in tertij prę iudicium,tenet *Vrſill.ad Afflict.dec.331.Annaſ ſingular.129.* reuiuiſcentia enim fit per fictionem, & retrotrahitur, quæ retrotractio non poteſt fieri in præiudicium conuenti, quando reperitur extremum habile mutatum per Clericatum, vel aliud priuilegium, *Gramatic.dec.103.num 117.*

PRÆSTANTIA XXI.

Præſtantia S. C. Neapolitani eſt, vt perempta inſtantia in Curijs Inferioribus inſufflet ſpiritum vitæ.

SVMMARIVM.

1 *Sacrum Conſilium Neapolitanum concedit inſufflationem ſpiritus vitæ inſtantijs cauſarum peremptis.*

a *Præſidens S.Conſilij Neapolitani reſtaurat inſtantias peremptas,nomine S.Conſilij.*

3 *Præſides Prouinciarum Hydrunti, & Barij noſtri Regni poſſunt etiam reſtaurare inſtantias peremptas, & cur.*

4 *Inſtantias peremptas reſtaurare ſolum poſſunt Supremi Principes.*

5 *Regalia ſuprema Regis eſt, inſtantias peremptas reſtituere.*

6 *Inſtantiæ peremptæ reſtauratio non requirit partis citationem.*

7 *Inſtantia reſtaurari poteſt per noſtrum S.C. licet pars de eius peremptione oppoſuerit.*

8 *Inſtantia per quot vices poſſit reſtaurari.*
Principibus non licet, ſic faciliter inſtantias pluries reſtituere.

9 *Inſtantiæ reſtitutio ſolet concedi à Præſide S.Conſilij, abſque legitima cauſa.*

1n *Inſtantia non poteſt reſtaurari in cauſa reconuentionis, niſi reſtauretur in cauſa conuentionis.*
Inſtantia in cauſa reconuentionis etiam perit.

11 *Inſtantias reuiuiſcere non poſſunt Curiæ inferiores, ſed tantum Supremus Princeps.*

12 *Inſtantiæ reſtitutio facta à Principe, vel eius Supremo Conſilio, non operatur in præiudi-*

cium illius, cui per peremptionem fuit ius quesitum.

13 *Instantia non potest insufflari, nisi prius refectis expensis.*

Exceptio solutionis expensarum, restituta instantia, impedit litis ingressum.

14 *Expensæ facta restauratione instantiæ, in multis casibus non debent solui.*

15 *Instantia causæ continuatur in hæredem.*

Possessionis manutentio debita defuncto si viueret, competit hæredi.

16 *Instantia transfertur in successorem vniuersalem, etiam quod non sit hæres.*

Instantia transit actiuè, & passiuè in hæredes, sed pro portione hereditaria.

17 *Instantia non transit in singularem successorem, nec actiuè, nec passiuè.*

Instantia si expressè caditur cum omnibus iuribus, vel per verba generalia, transit in singularem successorem.

18 *Instantia capta cum hærede grauato, non transit in fideicommissarium.*

19 *Instantia transit in successores maioratus.*

20 *Instantia transit in feudi successorem.*

21 *Instantia Vsusfructuarij continuatur in proprietarium, non in hæredes vsusfructuarij.*

22 *Instantia non transit actiuè in successorem beneficij.*

Instantia capta sub nomine dignitatis, transit in singularem successorem.

23 *Instantia transit in singularem successorem beneficij, quando beneficium esset affectum vitio reali violentiæ, spolij, &c.*

Instantia transit contra singularem successorem in iudicio reali.

24 *Fiscus ligatur instantia quādo venit vti hæres.*

Instantia non transit in Fiscum, quando succedit per publicationem bonorum.

25 *Fiscus non quia habet suos Iudices, ideo non ligatur instantia capta ante publicationem bonorum.*

26 *Fisci priuilegium non est, vt in eum non continuetur instantia, sed priuilegium est, vt causas antea ceptas ad suos Iudices aduocet.*

27 *Instantia super feudo de iure feudorum transit in Fiscum.*

Instantia eum afficit, quem afficit sententia.

28 *Fiscus si successerit ob lineam feudatarij finitam, instantia Iudicij in eum transit.*

COgnita veritate antecedentis conclusio-
nis, vt scilicet in S.C. non pereat instan-
tia, est etiam circa eandem materiam perem-
ptionis consideranda altera PRÆSTANTIA,
quod scilicet nostrum Sac. Consil. Neapolita-
num, eiusque nomine Spectabilis Præ-
sidens, à quo Regia Maiestas repræsenta-
1 tur, concedat insufflationem spiritus vitę in-
stantijs causarum peremptis, apud Curias in-
feriores nostrorum Tribunalium, scilicet
M.C. Vicariæ, Curiarum Admiratiæ Artis
Serici, & Artis lanæ, & omnium aliarum
Curiarum Nostri Regni, non semel duntaxat,
sed quoties opus fuerit, quæ prærogatiua
fuit concessa per *prag. 3. §. 1. de Officio S.R.C.*
vbi leguntur ista verba. *Vt autem Sacri Consilij
nostri authoritas omnibus innotescat, scire vos
volumus actorum, processuumque conualidationes,
in integrum restitutiones, cum temporis propagationibus,
quas spiritus insufflationes in Regno
nominant, à nobis illi concessas esse*, & tradunt
*Reg. Rouit. super prag. in rub. de instant. non
restit. num. 18. & in d. prag. 1. num. 9. Surgente
de Neapol. illustr. cap. 19. nu. 9.* & etiam dixe-
runt *Capyc. decis. 11. & 165. Afflict. in Constit.
Regn. sæpè contingit circa fin. Gramatic. dec. 64.
num. 4. & dec. 91. num. 1. Borrell. de præstant.
Reg. Catholic. cap. 62. num. 87.* & probant etiam
*Molfesius super consuetud. tom. 2. consil. 47. nu.
14. & Staib. resol. for. 34. nu. 28. tom. 2.* vbi di-
cunt quod *pragm. 1 de instantia caus.* non lo-
quitur de causis introductis in S. C. sed tan-
tum de Iudice, qui non potest intelligi de
superiore, sed de inferiore, cuius causas pe-
remptas Sacrum Consilium restaurat.

Hoc autem exercitium adimpletur hodiè per
nostrum Præsid. S. C. nam cum non pote-
rat exerceri per omnes Consiliarios, qui Sa-
2 crum Consil. repræsentant, fuit deputatus ipse
Præsidens, vti Caput d. Senatus, *Tasson. de an-
teph. vers. 3. obseru. 4. num. 212.* & licet hanc po-
testatem habuerit etiam Prorex huius Regni,
vt dixit *Tasson. in vers. 2. obseru. 2. nu. 45.* quod
etiam dixit *Franc. dec. 250. sub num. 5.* sed de
praxi nostri Regni talis potestas priuatiuè
tributa fuit Dom. Præsid. nomine S. C., taliter
interpretando *d. pragm. 3. num. 2.* dixit *Dom.
Petra in d. ritu 248. nu. 43.* nedum in hac Ci-
uitate, sed in omnibus causis vertentibus in
Curijs Regni, Regijs, & Baronalibus, atque
etiam in Regijs Audientijs, *Masull. ad Capyc.
dec. 306. Petr. ad Gramat. dec. 69. n. 1. Muscatell.
in prax. in Gloss. sententiam num. 69.* Verum
Præsides duarum Regiarum Audientiarum
3 nostri Regni, scilicet Hydrunti, & Barij ha-
bent potestatem insufflādi spiritum vitæ, quia
ibi Reges nostri iustitiam administra-
runt, ideoque libelli eorum Præsidibus por-
riguntur, cum titulo Sacræ Regiæ Maiestati,
*Tasson. loc. cit. n. 62. Rouit. in rub. pragm. de in-
stant. caus. nu. 19.* alios citat *D. Petra in d. ritu
248. n. 43.* propterea in istis duabus Audiētijs
Hydrunti, & Barij, potest recurri tam ad Præ-
sides illarum Prouinciarum, quam ad nostrū
Sacrum Consilium, & eius nomine ad eius
Præsidentem, vt causis vitæ spiritus insufflet.

Talis PRÆSTANTIA insufflandi spiritum vitæ
est excellis, quia instantia causæ perempæ
non

non poteſt reuiuiſcere, niſi Princeps qui Dei vicesgerit in Terris, ſpiritum vitæ iudicialis inſuflet, dixit *Afflict. in cap. 1. num. 36. tit. quæ ſunt Regalia, Reg. Tapia in lib. 1. iur. Reg. in annot. ad pragm. 3. de offic. S.R.C. nu. 4.* qui aie verba prædicta deſumpta fuiſſe ex *lib. Geneſis cap. 2.* vbi dicitur, quod poſt creatum hominẽ ex limo terræ, Spiritũ Deus inſuflauit, & quod ſolo Principi liceat ſpiritum vitę inſuflare inſtantię peremptę dixerunt *Bart in l. 1. §. ſi quis vltro, ff. de quæſt. num. 6. Caualcan. dec. 25. Maſtrill. dec. 70. Boer. dec. 247. Gramatic. deciſ. 69. Capyc dec. 165.* quos ſequitur *Nouar. in d. pragm. 1. num. 7. Paris de Puteo de ſyndic. in verb. ſententia, Rouit in d. rub. de inſtant. cauſ. n. 18. Caſtill. dec. 11. Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de diuerſ. prouiſ. tit 20. ſ. 1. num. 22.* & ita ſeruari in Gallia dixit *Boer. in conſuet. Bituric. tit. des couſtumes §. 23.* & in Senatu Mediol. *Coſta de remed. ſubſid. remed. 94.* Et eſt ius de

5 Supremis Regalijs Regis, *Afflict. in tit. quæ ſint regalia num. 26. Franch. dec. 250. in fin. Foller. in prax. crimin. in rub. ſiat litis conteſtatio n. 26. Muta dec ſicil. 97. ſub. num. 8. Rent in ritu 248. n. 41. in fin. Ripoll. de regalijs cap. 13. n. 6.* Proinde ex gratia Principis conceditur, & eius nomine per S.C. dixit idem *Gramaticus dec. 103. n. 1. & 7.* poſt alios *Borrell. loc. cit. n. 89.*

Similiter excelſis cognoſcitur Præſtantia iſta ſi conſideremus ius commune, ex quo non concedebatur reſtitutio inſtantię, niſi ex cauſis legitimis, *l. ſed & ſi per prætorem cum l. ſeq. ff. ex quibus cauſ. maior.* puta ſi erant minores, largiebatur ex cauſa minoris ætatis, *l. ſi ſine, § fin. ff. de minor. Bart & Cyn. in l. 1. in fin C. ſi aduerſus libertatem Soccin. conſ. 299 num. 1. & ſeqq. col 2. Rebuff. ad Conſtit. Galliæ tit. de reſtit. in integr. cap. 283.* Vel etiam maioribus ſi iuſta cauſa impedimenti intercesſerit *d. l. ſi ſine, § fin* ibi: *Conſtat autem, Ludouic. dec. Peruſin. 36. num. 1. Borrell. de præſt. Reg. Catholici cap. 62 num. 85* & noſter Præſidens omni facilitate, abſque cognitione cauſarum prædictã reſtaurationẽ inſtantiæ concedit, vt infra n. 9.

Talis autẽ inſuflatio non requirit partis citationem, *Capyc dec. 165 num 6* & poterit illa im-

6 petrari ab vno conlitigante, & prodeſt Correo *Borrell in Sum deciſ. tom. 1 tit 64 n 79 Conſil. Staib. reſol 15 num. 32. Conſil. Petra in ritu 248. num. 50.* Imo, & creditor ipſius litigantis poterit talem inſuflationem petere, probat *Reg. Rouit. in dec. 29* vbi ſic iudicatum teſtatur, & ſequitur *Nouar. ſup. pragm. in rub. de inſtant. collect. 1. num. 31 Conſil Hodiern ad Surd. dec. 110. n. 24.* quæ communis eſt, contra *Seſe dec. 89. num. 3.*

Amplia 1. Vt poſſit inſtantia reſtaurari per no-

7 ſtrum Sacrum Conſilium, licet pars oppoſuerit de eius peremptione, nam cum noſtrum S.C. talem poteſtatem habeat inſuflandi ſpiritum vitæ iudicialibus inſtantijs, per *d prag. 3.* non debet talis poteſtas dependere à partium voluntate, ſed debet prouidere neceſſitatibus litigantium, vt iuſtitia omnibus reddatur, & licet aliter dixerit *Reg. Rouit in d. pragm. 1. num. 7. de inſtant. cauſ.* vbi affirmat ita ſentiſſe à viua voce *Præſidis de Franchis* explicando eius *deciſionem 643*, ubi in noſtram inclinat ſententiam, dicẽdo, deberi dictam ſuam deciſionem intelligi de oppoſitione vocali, non de oppoſitione iudiciali, quam iudicialem oppoſitionẽ aſſerit, impedire eius reſtitutionem. Attamen valdè puerilis videtur mihi talis diſtinctio, digna potius communicari ſcholaſticis logicis, quã practicis Doctoribus, nam idem ius reddi debet vocalibus, & ſcripturalibus ſupplicationibus, ſicut idem operatur reſtitutio legalis, quod verbalis, *Gloſſ. in l. ſancimus, §. cum autem in verb. ipſo iure,* & ibi etiam *Bart. num. 3. C. ad Trebellian. Rubeus dec. Rot Rom. recentio. 180. num. 2. anni 1628.* ideo concludo poſſe inſtantiam cauſæ reſtaurari, etiam parte opponente, iuxta tradita per eundem, *Franch. in d. dec. 643. Reg. de Ponte conſil. 142. nu. 3. in fin. vol. 2. Annechin. de præuent. cap. 2. dub. vnico n. 60. Capyc. Latro dec. 68. Nouar. in d. prag. 1. nu. 19. Dom. Altimar. de nullit. rub. 9 q. 36 n. 141.* & tandem ita inueni fuiſſe deciſum per S C. in anno 1634. de qua dec. gauiſus fui, quam refert *Thor. in compend. deciſ. in verb. inſuflatio fol. 579.* & pluries etiam refert deciſum *Dom. Petra in ritu 248 num 49.*

Amplia 2. vt pluries poſſit ſpiritus vitæ inſufla-

8 ri, ſed quot vicibus DD non concordant, nam *Gramatic. dec. 69. & Capyc deciſ. 165. num 4.* fatentur bis, vel ter poſſe inſtantiam reſtaurari, quod confirmant *Riccius collect. 89 Fermoſin. in d. cap. venerabilis q. 15 n. 1. Ripoll. de regal. cap. 13. num. 20. Nouar. d. pragm. 1. de inſtant. cauſ. nu. 13. & Thor. in comp. tom. 1. verb. inſtantia ſemel.* Alij vero dixerunt, quod per quinque vices poſſit ſpiritus vitæ reſtitui *Anna in conſtit. Conſtit D. Memor. num. 291. Rouit in rub. de inſtant. cauſ. num. 1. Boer. dec 247. Vrſill. ad Afflict. dec. 356 num. 5.* Sed quod pluries indefinitè poſſit concedi dixerunt *Anna in d. conſtit. num. 191. Afin. in praxi §. 2. cap. 16. num. 14. Muſcatell. in praxi lib 1. Gloſſ. ſententia part. 7. num. 51. Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 3. cap. 4 num. 370. Capibl. inc. in prag. 8. nu. 139. de Baron lib. 1.* Imo millies fatetur *Vrſill. loc. cit.* quem videtur ſequi *D. Altimare d. q. 36. num. 140.* Sed conſulerem Principibus, eiuſque Supremis Conſilijs, ſi velint finem litibus imponere, vt non faciles ſint tot vicibus inſtantias cauſarum reſtituere, niſi ob iuſtum impedimentum litigantes fuerint impediti, & hoc eſt rationi conſonum, quia inſuflatio debet fieri ex iuſta cauſa, pu-

ra

ta ex causa absentiæ, pestis, vel alterius insti impedimenti, scilicet si dolo, aut dilationibus partis aduersæ instantia perit, *Cynus in l. sicum ipse de excusat. tutor. Paris de Puteo de syndic. in verb. sententia num. 6. Reg. Tapia in prægm. 3. in annot. n. 5. de Offic. S.R.C. Ripoll de regal. cap. 13. num. 9.* si igitur iustum impedimentum requiritur, vel iusta causa prodicta insuflatione concedenda, non conuenit tot vicibus ad partium voluntates sic de facili tales restaurationes concedere, quam meam sententiam' ganius fui post hæc scripta inuenisse apud *Dom. Petram* idem sentientem *in ritu 248. n. 47. in fin.* nè Principes lites immortalitati ascribant, adest enim interesse partis conuentæ, quæ tot vicibus molestatur ex Principis indulgentia, quod Principi non conuenit, ius partis quod ex peremptione quæsiuit lędere, nā si restauratio restitutio est, non nè disponitur in *l. fin. C. si sepius in integr. restit. postul.* quod non debeat in vna eademqꝫ causa iteratum in integrum restitutionis auxilium concedi, nisi nouæ defensiones producantur.

Amplia 3. Vt insuflatio prædicta soleat concedi in nostro Regno à Spectabili Præsidente S.C.
9 absque legitima causa; sed ad simplicem partis petitionem, & hoc iure vtimur, & licet *Paris de Puteo de syndic. in verb. sententia;* quem allegat *Maranta de ordin. Iudic. part. 5. tit. & omnia fiant durante instantia n. 32.* quos sequitur *Ripoll. de regal. d. cap. 13. nu. 9.* dixerit quod debeat concedi iusta existente causa, ob scilicet culpam Iudicis nolentem causam expedire, ob multitudinem causarum, vel ob impedimentum absentię, aut infirmitatis, tamen in nostro S.C. prædictę causæ licet nō concurrerint, statim ad partis petitionem conceditur spiritus insuflatio, *Borrell. d. cap. 62. num. 85. & 86.* imò iuxta mentem eiusdem *Ripoll loc. cit. num. 36.* sufficit causam allegare coram Principe, etsi non fuerit probata, vt instauratio instantiæ concedatur, citat *Gramatic. dec. 108. num. 117. Rolan. à Vall. consil. 4. vol. 3. num. 15. Costa de remed. subsid. remed. 94. num. 4.* & in hoc differt à restitutione in integrum, quia restitutio in integrum non datur sine causæ cognitione, *l. 3. vbi omnes ff. de restit. in integr. Odd. de restit. in integr. p. 1. qu. 31. art. 1. num. 4.* secus vero instauratio causæ *Ripoll. loc. cit. num. 34.*

Amplia 4. Vt non sufficiat insuflari spiritus vitæ in causa reconuentionis, nisi etiam insu-
10 fletur in causa principali, nam si insufletur in causa reconuentionis, quando est perempta instantia causæ principalis, restauratio nil iuuat, notabiliter dixit *Minado. dec. 5.* Instantię enim peremptio habet locum etiam in causa reconuentionis, *Aunichin. de præuent. cap. 2. q. 5. n. 10. Minad. d. dec. 5. Gamb. dec. 3. num. 5. Virgil. de legitim. person. cap. 32. num. 88. Muscatell. in praxi par. 3. Gloss. actorem num. 18. Dom. Petra in ritu 248. n. 15.* proinde quia habuit suum exordium a causa conuentionis, nisi ista restauretur, non iuuat restauratio causæ reconuentionis, & hic est sensus *d. dec. Minad.* qui allegatur à *Rouit. in rub. pragm. de inst. caus. n. 15.* quod in præiudicium tertij non possit restaurari instantia, loquitur enim de præiudicio actoris, cuius causa non fuit restaurata; sed tantum causa principalis Rei conuenti, qui reconuentionem proposuit.

Limita 1. Vt talem potestatem non habeant Curiæ inferiores, nisi solus Princeps, & eius Su-
11 premum Consilium, *Maranta in specul. p. 5. in verb. instantia num. 35. Sola in Consuetud. Suband. tit. de Iudic. in decreto ad causam glos. 3. n. 7. & 8. Roland. Conaguiol. in decret. Montis ferrat. 135. 6. q. 4. in fin. Surd consil. 199. num. 13. vol. 2.* quos refert, & sequitur *Borrell. d. cap. 62. num. 88.* ideo Barones nostri Regni non possunt illam restaurare, *Roland. à Vall. consil. 4.* & præcipuè à *n. 11. vol. 3. D. Petra in ritu 248. num. 42.*

Limita 2. Vt instantiæ restitutio facta à Principe, vel eius Supremo Consilio, non operatur in præiudicium illius, cui fuit ius quæsi-
12 tum per peremptionem, *Gramatic. dec. 103. num. 113. vers. nec obstat cum seq. vsq. ad num. 119. Vrsill. ad Afflict. dec. 331. num. 2. vers. sed in istis notæ, Minadou. decis. 5. Ripoll. de regal. part. 13. num. 24. Nouar. in d. prag. 1. num. 7.* & ratio est, quia instantia restaurata non est eadem cum prima, sed noua instantia, *Gramatic. dec. 103. num. 117. & 119. Reg. Sanfel. decis. decis. 144. num. 14.* nisi restauretur per restitutionem in integrum, *Sfortia Odd. de restit. in integr. q. 67. Mari ad Gramatic. dec. 103. nu. 56. D. Petra in ritu 248.* Hinc est quod licet regula sit, vt priuilegium superueniens pendente lite non pariat declinatariam fori, per *l. si Iudex postea quam, ff. de iudic.* at perempta instantia si pars sortita fuerit priuilegium alterius fori, competit remissio, vt post *Marantam, Annam,* & alios dixit *Reg. Rouit. in d. rub. de instaur. caus. num. 13.* qui in *num. 14.* ita decisum refert per S.C. post *Carneual de Iudic. num. 311. vers. qui tamen,* & dixi supra in *præl. 20. s. vnic. num. 18.* Ex his etiam deducitur quod si à tempore litis motæ, aut cōtestatæ sint elapsi anni quadraginta, & ius deductum in actis fuerit legitimè præscriptum, cum ex tali præscriptione sit ius parti plenè quæsitum, non poterit per Principem insuflari in causa, dum ei non licet ius tertio quæsitum auferre, *Ripoll. de regal. cap. 13. num. 53.* vbi citat *Mier. Cancer.* & alios.

Limita 3. Vt instantiæ insuflatio non habeat suum effectum, nisi reficiantur expensæ Reo
13 conuento, vt disponit nostra *pragm. 1. de in-*

stant.

ſtant. cauſ. ibi: *Nullateuns reſtituatur niſi prius*
refectis expenſis, quam eſſe in viridi obſeruan-
tia fatetur, *Rouit. in prag. 1 in fin.* & ita de iure
cauetur in *l. nouerint, C. vt intra certum temp.*
cauſ. & in *d. l. properandum, § illo cum, C de*
Iudic. Borrell. d. cap. 62. num. 90. qui omnes
citat, & ſi ſuperior inſuflat ſpiritum vitæ nul-
la facta mentione de expenſis, poterit pars
opponere de refectione expenſarum, quibus
non ſolutis pars non debet audiri, tradit *Ma-*
ranta in ſuo ſpecul. part. 5 nu. 24. & 25. & 32.
Tapia in d. pragm. 3. in annot. num 5. Ripoll. de
regal. d. cap. 13. nu. 28, nec poteſt in cauſa pro-
cedi niſi expenſe reficiantur, vt refert deci-
ſum per S.C. *Capyc. Latro dec. 68. num 14. &*
ſeq. Thor part. 2. deciſ. in verb. procedi, Molfeſ.
conſil. 47. num 5. & 11. D. Altimar d. q. 36. nu.
55. imo ſi procederetur ad ulteriora non facta
ſolutione expenſarum, proceſſus eſſet nullus,
Nouarr. ſup. pragm. 1. de inſtant. cauſ. nu 5. vbi
citat *l. Sancimus, C. de Iudic. Afflict. deciſ. 70.*
Cartar. dec. Genue 24. Caualcan. dec. 22. nu 56.
p 3. & ita deciſum refert *Maſtrill. dec. 70. n. 12.*
qui etiam docet, quod exceptio refectionis
expenſarum impediat litis ingreſſum, citat
Viuium dec. 11. Imo nec etiam mulieres, &
minores poſſunt audiri perempta inſtantia,
niſi ſolutis expenſis, *Maſtrill. dec. 70. num. 14.*
vbi deciſum refert, & ſequitur *Nouar. loc. cit.*
num. 17. Sed ſi pars non opponit de refectio-
ne, iudicium non eſt nullum. *Giurb. dec. 14.*
Sed talem limitationem ſublimitant in pluri-
bus caſibus, & primo, vt non debeant refici
14 expenſæ inſuflato ſpiritu vitæ, ſi pars propter
paupertatem non poſſit ſoluere expenſas,
Bald. in l. 2 §. ſi quis in iudicio. ff ſi quis cautio.
Cremenſ ſingul. 121, Io. de Arnono in epitom. 2.
Borrell. d. cap. 62. num. 92. Rouit. in pragm. 1.
de inſtant. cauſa num. 10 Secundo ſublimi-
tant in iudicijs fundatis ſuper officio Iudicis
mercenarij, *Bald in l. 2. num. 5. verſ modo quæ-*
ro, C. de except. rei iudic Rouit. loc. cit. num. 6.
Tertio ſublimitāt quando ſpiritus vitæ inſu-
flatur ad inſtantiam Rei, nam hoc caſu Reus
non tenetur reficere expenſas, ſecus ſi ab ac-
tore, *Gramatic. dec. 91.* qui ita deciſum dicit
per S.C. aliam deciſionem refert *Nouar. in d.*
pragm. 1. num. 8. Rouit. in d pragm. 1. num. 15.
Conſil. Petra in ritu 248. n. 54. alios citat *Sur-*
rent. in exam. dec. 165. Capyc. c. vn n. 9. qui alios
refert. Quarto quādo actor non poterit notari
negligentia, quod non proſequutus fuerit iu-
dicium, ob aliquod extrinſecum impedimē-
tū, nam hoc caſu non debet ſoluere expenſas.
Gratian. deciſ. 120 Creſcentius dec. 5. de excep-
tio. & ſequitur *Nouar. in d pragm. 1. num. 10.*
Vltimus erit caſus quando inſtantiæ perem-
ptio venerit ex culpa Iudicis, qui noluit cau-
ſam expedire, nam non ſolum non debent
refici expenſæ, ſed nec requiritur inſuflatio
ſpiritus, quia ipſo iure reſtituta intelligitur
vt ſtatuit *d. pragm. 1. de inſtant. c. n.* & aduer-
tit *Nouar. in d prag. 1. num 14.* qui iuſtum
impedimentum excuſat à mora *Gratian dec.*
120 & confirmat *Griuell dec. Dolan 72 Ripoll.*
de regal. cap 13. num 19 Sed hodie expenſæ
non reficiuntur, & introductus fuit in noſtris
Tribunalibus quidam Abuſus, vt pars quæ
petit inſuflationem ſpiritus, ſoluat vnum,
vel duos tarenos Magiſtro actorum, & obti-
net inſuflationem, ſed eſt etiam verum,
quod partes non conqueruntur de iſta modi-
ca ſolutione.
Et dum de inſtantia cauſæ loqutus ſum, non
omitto dicere, quod inſtantia cum defuncto
15 cœpta, continuatur in hæredem, *l. hæres ab'ns*
19 & l. ſi petitur, & l ſi is qui Romæ 34. ff de
Iudic. l. ſi eum hominem 34 ff de fid [illegible] *l.*
ſeruus, ff de his qui not. infam. cap qui [illegible]
de Iudic. adeoque quod triennium à Iuſtiniano
litibus conſtitutum, cœptum cum defuncto, in
heredes nouum non ſumat initium, ſed cœp-
tum continuatur *d. l. hæres abſens. & d. l. ſi is*
qui Romæ Reg. de Philippo diſſert fiſcal. 18. nu.
18. Baraius dec 36. & 49 Franc. Marcus deciſ.
311 col. 2. D. Altimar. d. q. 36. n. 37. Mar [illegible]
var. reſol. cap. 116. num. 19. lib. 2. Poſtius de ma-
nutend. obſeru 55 num. 46. Nouar in ſub prag.
de inſt cauſ. collect 1. num. 6. Imo ita, & taliter
tranſit inſtantia in heredem, cum defun-
cto cœpta, vt non poſſint Viduæ pupilli, &
aliæ miſerabiles perſonæ forum Principis, &
Mag. Cur. declinare ex priuilegio *l. vnic. C. quā-*
do Imper. ſed tenentur iudicium perficere,
vbi à defuncto cœptum fuit, tam actiuè quàm
paſſiuè, *Franc. dec. 364 Carauita in ritu 234.*
Amat. d. reſol 86. num. 27. ſed inſtantia ad hoc
vt ad heredes tranſmittatur, iudicium debet
eſſe cœptum à defuncto, *Menoch. de retin poſſ.*
remed. 3. n. 62 Rubeus dec. 123. recent. num. 8.
tom. 3. & ita, & taliter continuatur, in hære-
dem, vt eius heres poſſit petere manutentio-
nem debitam defuncto ſi viueret, *Rota* [illegible]
Pacifi. um de Saluiano interdicto dec 141, num.
3. Menoch. de retin. poſſeſſ. remed. 3. num. 62. Ro-
ta in Bononienſi de Carnalibus 11 Ianua ij
1602 coram Pamphilio Rubeus dec. Rot. Rom.
54. num 12. tom. 2 ſufficit enim, vt à defun-
cto fuerit petita manutentio, vt prædictum
remedium hæredibus competat, notabilis de-
ciſio *Rotæ in Leodienſi Caſtri de Moubeck 2.*
Martij 1638 coram Carillo relata à Rubeo
dec. 27. num 1. part. 8. recentior. Imo transfer-
16 tur inſtantia cœpta per defunctum in ſucceſ-
ſorem vniuerſalem, etiam quod non ſit hæ-
res, per text. in *l. tam ex contractibus, ff. de Iu-*
dicijs, vbi inſtantia filij tranſit in Patrem,
licet non hæredem, *Bart in l. ſi conſtante § ſin.*
ff. ſol. matr. qui per *d. tex* ita concludit [illegible]
talis tex. non loquitur de ſucceſſore vniuerſa-
di

li pro quo allegatur dixi infra *nu.25.in fin.*)& hoc multis exemplis probat *Ma tau. Socc in repet.c.venerabilis n.75 vers. circa tertium de Iud.vol.3. repet.can fol.*114. sed cum hac differentia, nam in successorem vniuersalem non hæredem transfertur, quando lis est contestata, iuxta tex in *l.etiam ex contractibus, ff. de iudic.* latè *Asin.in pract.iudic.part.*1 §.2.*cap.* 12.*n.*7.*& seq.* sicot transit in cessionarium omnium bonorum Reg. *de Ponte cons* 6.*&* 7. in hæredem verò absque contestatione erit.

Sed nota quod instantia actiuè, & passiuè transit in hæredes, sed pro portione hæreditaria, vndè si conuentus rei vendicatione decessit, superstitibus pluribus hæredibus, instantia non transit in solidum contra vnum ex hæredibus, nisi pro parte hæreditaria, etiam si solus possideat rem in iudicio deductam, *l.2.§ fin vbi omnes ff de prætor.stipul.* sed nouũ iudicium erit postea inchoandum contra illum hæredem insolidum possidentem, *Iacobin.de S. Giorg.in d.l.si petitor in fin.* Nec instantia contra hęredem transit ipso iure, sed hæres debet citari ad declarandum si est hæres, ac pro quota parte, & ad videndum translationem iudicij in ipsum faciendam, ex regul.tex.in *l.Paulus la 2.ff.quæ sent. sine appell. rescind.& in l. edictum ff.de iudicijs*, *Carauita in ritu* 234.*num.*6.*Viuius in tract.com.opin. regul*, 700 *num.* 3.

Sed si transit in hæredem, non tamen transit in
17 singularem successorem, sunt clara iura in *l.si rem la 2.ff.de rei vēdic.l.2.§.non solum, ff de hæred.vel actio.vendit. l.si pignori, § non solum, ff.fam.hercisc l.quicumq; & auth.nunc si hæres, C.de litigios.* quæ allegant *Valenzuola cons.* 60. *num.*42.*tom.*1. *& Dom Altimar.in obseru. ad cons.*82 *Rouit.num.* 1. Nec actiuè, nec passiuè, vt scilicet sicut non transit in singularem successorem, ita non transit contra singularem successorem, sed litem esse de nouo inchoandam, quia instantia non transit de persona in personam, per tex.in *d l.2.§.non solum*, vbi *Bart. leg* 2. *Cod. eod. idem Bart. in leg. si eum hominem, ff de fideiussor.*& in *leg. Lucius, § rogatus, ff. ad Senat. Consult. Trebell* dixerunt *Sesse dec.Aragon.*54. *&* 89 *n.* 2.*Peregrin.de fideicomm.art.*53.*num* 24. *Carneual.de Iudic.lib* 1.*tit.*1.*disp.*2.*q.*7.*sectio.*3.*n.* 934.*Capyc. Latr.dec.*33.*num.*5. *tom.*1. *Reg. de Marin.lib.*1.*resol.cap* 185.*num.*2.*Marcian. disp.*15.*num.*1.*lib.* 1. *Giurb.dec.* 107. *Muta dec. Sicil.*14. qui in fine, ita decisum refert Petrus *Barbos in l.si constante* 25 *§.fin.num.* 25.*ff. sol. matr. Menoch cons.*198.*in fin.Klock.cons.*39.*nu.* 46 *vol.*2. tantum enim iudicij vtilitas insingularem successorem, seu cessionarium transfertur, sed iudicium cum cedente prosequi necesse est, *Muta d.dec* 14. *num.* 3. *Giurb.d. dec.*107 *num* 1 Rationem diuersitatis inter hæredem, & singularem successorem ponit, *Bald in d.l.si cōstante.§.fin.* quæ fuit originalis *Iacob.de Aret.in eod.loco*, & ibi refert *Bart. n.* 2. quia hæres succedit personæ per rapræsentationem, & censetur vna persona cum defūncto, *§.*1.*auth.de iur. à mor. præst.* Sed singularis successor succedit per annichilationem personæ, sub qua erat fundatum ius instantiæ, merito ad eum non transit, quam rationem sequuntur, *Angel.Castrens.*& alij in *d.§.fin.*

Sed aduerte, quod talis conclusio procedit quādo generaliter facta fuisset cessio, absque expressione instantiæ ceptæ, sed si specificè fuerit instantia cessa, insimul cum iuribus cessis transit instantia in singularem successorem, quia ius instantiæ cędi potest, probant text.in *l.cum hæreditas ff.ad Trebell l.in causæ § fin.ff.de procur.Giurb.dec.*107.*num.*3. *Muta d.dec.* 14. *num.*6. licet in fine referat contrarium decisum, sed hæc conclusio communis est, quam etiam confirmant *Olea de cessio.iur. tit.*3.*q.*11.*num.*18.*Rouit in d.consil.* 82. *nu.* 11. *lib.*1. Idem dicas si instantia expresse non fuisset cessa, sed cessio facta esset cum amplissimis clausulis, & verbis generalibus, vel cū constitutione procuratoris in rem propriam, in his enim casibus cessio instantiæ facta dicitur *Giurba d.dec* 107.*num.*4. *& seq.Rouit. d.consil* 82 *num.*12.*&* 13.

Ex qua conclusione resultat, quod instantia cæpta cum grauato, non transit in fideicom-
18 missarium, *l.cum hæreditas l.si patroni, §. actiones, l Lucius, §.rogatus. ff. ad Senat. Consult. Trebell. Alex.et Castr. in l.*1.*ff.eod Tiraquell. de retract.ligniager.§.*26.*Gloss.*3.*nu* 26. *Amatus res* 86.*n.*18 Ratio est, quia instantia cæpta cum hærede grauato hæreditaria non est, cū à principio non remansit in hęreditate testatoris, sed propria ipsius hæredis, & dicitur eius actus, & industria, adeoq; ad fideicōmissarium citra cessionem illam non spectare, concludit *Amatus loc. cit.* qui omnes citat. Sed contrarium dicit Reg. *de Philippo dissert.fiscal.* 18.*num* 31. vbi dixit, quod instantia aduersus testatorem grauatum cæpta, non transit aduersus hæredem, qui fide impleta bona fideicommissario restituit, sed aduersus fideicommissarium erit expedienda, citat tex. in *l.*1.*ff ad S. Consult. Trebell. & Valenzuolam cons.* 60. *num.* 41. Sed salua pace prædicti Sapientissimi Viri, text.in *d. l.* 1. non solum non concludit pro sua propositione, sed potius contrarium, quod scilicet instantia non trāseat contra fideicommissarium, ita talis tex. allegatur à *Valenzuola* ab eo citato in d.*consil.* 60. *num.* 41. imo quod cum hærede hæredis grauati sit instantia finienda, videtur concludere tex.in *l.Lucius, §.rogatus.ff.ad Senat.Consult.Trebell.* nec Valenzuola à d.*Dom.Philippo*, relatus hoc dicit, sed tantum, quod instantia

non

non tranſeat in ſingularem ſucceſſorem. Ego autem ad conciliandas iſtas diſcordes ſententias diſtinguo duos caſus, vel agimos de inſtātia cæpta à defuncto teſtatore, qui fideicommiſſum ordinauit, & hoc caſu, quia hæreditaria eſt, & vocatus in iuribus omnibus actiuis, & paſſiuis ſuccedit, ideo inſtantiam in eum tranſire concludunt, *Caſtill. deciſ.24. num.17. Intriglial.ſingul.98.num. 2. lib.2.* alijque citati per *Amat. d. reſol.86.n.17.* Si verò non cum defuncto teſtatore, ſed cum hærede grauato inſtantia cæpta ſit, occaſione fideicōmiſſi, & ſubdiſtinguo, vel agitur de fideicommiſſo vniuerſali, & in iſto caſu inſtātia cæpta cum teſtatore actiuè, & paſſiuè tranſibit in fideicommiſſarium vniuerſalem, quia ſicut ſuccedit in iuribus hæreditarijs actiuis, & paſſiuis, ita trāſibit in eum inſtātia occaſione prædictorum bonorum cæpta. *Peregrin. de fideicom. artic.53. num.19.* & in hoc caſu poterit dici loquutum fuiſſe dict. *Dom de Philippo in dec. diſſer.ſ.fiſcal.18.num.31.ſupra cit.* & licet contrarium voluerit *Amatus d.reſ. 86.num.18* vbi dixit, quod ſit neceſſaria ceſſio, ad hoc vt inſtantia tranſire poſſit in dict. fideicommiſſarium vniuerſalem, attamen contrarium reſoluit *Peregrin. loc. cit.* imo ex traditis per dict. *Amatum.* talis concluſio deducitur, dum dixit in *d. reſol.* 86. *num.* 19. quod in alijs ſucceſſoribus vniuerſalibus, licet non hæredibus, actiuè, & paſſiuè tranſeat inſtantia, ſi enim tranſit in alijs ſucceſſoribus vniuerſalibus, debet etiam tranſire in fideicommiſſarium vniuerſalem, qui etiam ſucceſſor eſt; Vel tandem agitur de fideicommiſſo particulari, & hoc caſu inſtantia cæpta cum grauato non tranſibit in fideicommiſſarium, quia ſucceſſor ſingularis eſt, vt ſup. dixi *num.17.*

Sed quid dicendum de Maioratu, an ſcilicet inſtantia in Maioratu cæpta cum defuncto trā-
19 ſeat in ſucceſſorem Maioratus. Veritas eſt, quod non tranſeat, quia Maioratus non deſcendit iure hæreditario, ſed iure ſanguinis, & ex prouidentia prædeceſſorum, proinde non dicitur ſucceſſor rapreſentare grauatum, ſed primum teſtatorem, ideoque inſtantiam in eum non continuari, dixerunt *Suarez conſ. 10.num.13. verſ.cum ergo, Valenzuola Velaſq. d.conſ.60.à num.29. cum ſeq. & num.61.* qui dicit, quod hæc opinio ſit certior, & ſecurior *Amat. d.reſol.86. num.21. in fin.* Sed in praxi contraria opinio receptior eſt, hac ſcilicet ratione, quia Maioratus bona ex neceſſitate inſtitutionis pertinent ad ſequentem ſucceſſorem, ita ex eadem neceſſitate ligatur anteceſſoris inſtantia, & ex hac ratione concludunt *Molin. de hiſpan. primog. lib.4. cap.8. à num.6* vbi Additio *ad nu.6.* alios adducit *Caſtill.lib.2.controu.9. Aluar.Velaſc.dec.160.n.1. & ſeq. Caldas Pereyra lib.1.qu.2.for.ſeu recept. ſent.qu.23.num.81.* alijque citati ab *Amat.d. reſol 86.num.21. Cenſal.in addit. ad Peregrin. de fideicomm. articul.53. verſ.ſecundo obſeruo, & verſic. hæc concluſio*, qui alios citat, alijque citati à *Dom. Altimar. in d.conſ.82.Rouit. num.6.*

Aliam etiam rationem aſſigno ab alijs non inueſtigatam, quia ſententia ſuper bonis fideicommiſſi, ſiue Maioratus prolata omnibus ſucceſſoribus præiudicat, vt concludunt *Peregrin. de fideicomm. art.53. à num.39. cum ſeq. Mierez de maioratu part.4.qu.14. à nu.2. & 7. Caſtil.tom.5.contr.cap.157.per tot.* & ſignanter *num.16. & 20. Sanfel.dec.90.* alios citat *Cenſal.in addit.ad d. artic.53. Peregrin.verſ tertio obſeruo,* & licet multi DD. relati ab *Addition. ad Molin. in d. cap.8. num.3.* dixerint, quod tunc noceat ſententia, quando contentio eſſet, an bona ſint libera, vel reſtitutioni ſubiecta, ſecus ſi lata eſſet ſententia circa prælationem vocationis ſucceſſorum, quo caſu dicunt ſententiam non nocere ſucceſſoribus, attamen in vtroque caſu ſententiam prodeſſe, vel nocere ſucceſſoribus dixit eadem *Addit.ad Molin.d.nu.3.* quod confirmat *Cenſal.in d.addit.ad artic.53. verſ. atque hinc*. Si igitur ſententia nocet ſucceſſoribus Maioratus, ita etiam inſtantia, nam quos afficit ſententia afficit inſtantia, ad *tex in cap. inter dilectos verſ.nec atteſtantes de fide inſtr. Gloſ.in l.ſed etſi poſſeſſor § fin ff.de iur.iurando, l. lege Iulia ff.de manumiſ. Afflic.dec.396.nu.3.& 7.* alijque congeſti per *Molin.de primogen. lib.4. cap.8.num.5.*

Sed ſi petieris cur inſtantia cæpta à feudatario tranſeat in ſucceſſorem in feudo, ſicut ab vſufructuario continuatur in proprietarium, qui etiam ſucceſſores ſingulares dicuntur? Reſpondeo, quod reſpectu feudatarij, talis concluſio dubia viſa fuit *Reg. Rouit. in rub.de inſtit.cauſ.num.5.* ita vt noluit illam reſolue-
20 re, ſed poſtea re melius perpenſa in *conſ.82. nu.3. lib.1.* dixit inſtantiam continuari in feudatarium, non vti ſucceſſorem in feudo, ſed vti rappreſentantem perſonam Domini, cuius nomine agere videtur, & lis agitatur ex miniſterio ipſius feudatarij, quod confirmant *D.Altimar.in addit.n.2. & Reg.Capycius latro dec.33. num.24.* qui ita deciſum teſtantur, iden hodiè non amplius controuertitur, quod inſtantia tranſeat in hæredes, qui intra feodalis ſucceſſionis gradus exiſtunt. *Freccia lib.2.de ſubfeud.cap.pluribus pag.261.num.53. Franch.dec.593.num.9. Reg.de Philippo differt. 18 num.19. & 29. in fin.* In proprietarium etiam tranſit, puta ſi vſusfructuarius formaret iudicium, pro augendo vſuſfructu, per quod reſultat vtilitas proprietarij, nam continuatur inſtātia in proprietarium poſt mor-

tem vsusfructoarij, etiam quod non sit hæres *DD in l. si cum hominem*, & in *d. cap. quia*: nam vsusfructuarius dicitur procurator proprietarii, ideo in eum continuatur iudicium, tanquam in dominum, *Staib. var. resol. for. 122. tom. 2.* & quamuis de d. conclusione videatur dubitare *d. Dom. de Philip. differt fisc. 18. n. 41.* forsan quia vidit fuisse decisum per S.C. contra allegata per *d. Staib.* vt hic testatur in fin. *d. resol.* nesciens quo fato, vt ipse dixit, attamen talis conclusio communiter est recepta, vt tenent *Galinp. in praxi S. C. par. 2. cap. 17. nu. 14. Dom. Hodiern. ad Surd. dec. 193. nu. 58. Dom. Altim. in obser. ad cons. 82. Ronit. nu. 10. tom. 1.* & ita decisum per S. C. testatur *Anna alleg. 14.* Ad hæredes vero vsufructuarij non transit instantia litis de vsufructu ab vsufructuario cæptæ, nam quemadmodum vsusfructus contractus, siue stipulatio ad hæredes vsusfructuarij nõ pertrãsit, *l. stipulatio ista 38. §. si quis ita, ff. de verbor. oblig.* sic erit dicendum in iudicijs, in quibus quasi contrahitur *l. 3. §. idem scribit. ff. de pecul. de Philip. d. differ. 18 num. 39. & seq.*

Sed an transeat in successorem in beneficio instantia? dico, quod siue instantia sit realis
21 siue personalis, actiuè non transit in successorem in beneficio, latè *Petrus Anton. Angus. cons. 1. num. 8. & seq. & num. 12. lib. 3. ex Innocent. in cap. ex parte num. 2. de arbitris, & cap. quia V. de iudic.* quia in Iudicijs quasi cõtrahitur, ex quo resultat, quod actio personalis quæ oritur ex iudicio, non transit in singularem successorem, *Glos. in l. 2. §. fin. ff. de prætor. stipul.* quando verò instãcia est inchoata sub nomine dignitatis, transit in successorem dignitatis, licet successor singularis sit, dignitas enim nunquam moritur, *cap. quoniam Abbas de offic. Deleg. & cap. liberti 12. qu. 2.* ideo instantia transit in successorem, *cap. dilecti de foro compet.* quod pro hoc allegat *Abbas in cap. quia V. de Iudic. Franc. dec. 593. num. 5. Amatus d. resol 86. num. 23. Ronit. in cons. 82. num. 2. lib. 1.* vbi citat *tex. in cap. dilecti de foro compet. & Abbatem Peregrin.* & alios, & ego adduco alium speciale *tex.* à Ronito non consideratũ in *cap. 2. Vt lite non contestata in 6.* vbi est dispositum, quod si quis succedens in aliqua dignitate velit defendere causam antea motam contra eius prædecessorem, tenetur eum defendere in eo statu, in quo causa ipsa reperitur, per quem *tex.* ita in proprijs terminis firmauit *Paul. de Lenza*, quem refert, & sequitur *Felin. in d. c. quia V. in fin. de iudicijs, Alex.* & communiter scribentes in *l. si constante §. fin ff. sol. matr.* hoc idem firmauit *Rota in dec. antiqua 3. sub rub. Vt lite pendente*, per illa verba: *Nota, quod successor beneficij ex eisdem actis, & causa in eodem statu manente conuenitur, sicut principalis*, & in *dec. 447 in* [illegible] *rub.* vbi *Rota* dicit, quod per [illegible] correcta opinio Doctorum in *dict. cap.* [illegible] tenentium instantiam non transire [illegible] ssorem in dignitate, prout idem [illegible] in *d. cap. quia in penult. col.* [illegible], & *Anton. de Butrio in fine* [illegible] communiter scribentes, idem affirmat [illegible] *reg. protect. par. 4. cap. 8. num. 308.* [illegible] procedit, quando benefi[illegible] aliquo vitio reali, Violentiæ [illegible] vel Furti, tunc actio contra singularem [illegible] ssorem in beneficio conceditur, [illegible] essor illud restituere spoliato, [illegible] *in d. cap. quia V.* vbi latè post alios [illegible] *num. 1. & 19. de Iudicijs*, qui dicit non [illegible] *tex. in l. ab* [illegible] *ff. de diuers. & temporal. præscript.* & in *cap.* [illegible] *de restit. spoliat.* vbi dicitur, quod vitium authoris non possit singulari successori nocere, attamen dicit *Fermosin.* quod dicta iura in contrarium allegata non loquuntur, quando res affecta esset vitio reali violentiæ, aut furti, quod est tantæ malitiæ, vt semper sequatur rem, etiam contra singularem successorem, qui spolij vitium sciuit. de quo casu loquitur *tex in d. cap. quia V.* Idem etiam concludas in iudicio reali, vbi instantia transit in singularem successorem, *Puteu. dec. 181. lib. 2. Mohed. in dec. 41. Nouar. sup. prag. in rubr. de instant. caus. collect. 1. num. 9.* post alios *Ronit. in d. cons. 82. num. 14.* & ita decisum per S.C. testatur *Capyc dec. 20 num. 29.*

Sed an transeat instantia in Fiscum, non erit omittendum adnotare? pro resolutione quesi-
24 ti distinguo duos casus. Vel Fiscus venit vti hæres, & transit in eum instantia, sicut transit in quoslibet hæredes, est *tex.* expressus *in l. Fiscus, qui in priuati ff. de* [illegible] *Decius in cap. quia V col. fin. de* [illegible] *Bald. Angel. & Castrensis in l. si constante §. fin. ff. sol. matr. Peregrin. de iure fisci lib. 7. tit. 1 num. 11.* si verò bona peruenerint in Fiscum vti singularem successorem, puta per publicationem bonorum, & hoc casu conclusunt DD. non teneri Fiscum stare instantiæ cæptæ cum antecessore per *tex. in d. l. si constante §. fin.* ex qua lege DD. desumunt regulam, instantiam non trãsire in Fiscum, *Paul. de Castro in d. §. fin. nu. 5. Garron. de priuil. fisci d. cad. 1.* [illegible] *nu 4.* Sed *tex.* prædictum non posse allegari in decisionibus causarum ob varios intellectus, quos habet, dixeront *DD. in d. cap. quia*, adeout *Alex. in d. §. fin. num. 4.* dixit, quod pro explicatione dict. *tex.* tot adducuntur intellectus, quot sunt Capita, Bartolus enim assignando rationem dict. specialitatis in Fisco dixit, quia Fiscus suos habet proprios Iudices, coram quibus conueniri debet, quam sententiam amplectuntur, *Noal. de transm. casu 55. num. 21. Alfar. de offic. fiscal glos. 16 priuileg. 1. num. 24. Peregrin.*

regrin. de iure fiſci lib. 7. tit. 1. num. 11. alijque; Hæc enim ratio non ſatisfacit, nam non rectè deducitur, Fiſcus habet ſuos Iudices ſpeciales, coram quibus lis finiri, & terminari debet, igitur non tenetur ſtare inſtantiæ cæptæ ab illo, cui ſucceſſit, nam poterit aduocari cauſa cum toto proceſſu, & lis proſequi ipſis terminis, in quibus reperitur, vt in Senatu Veneto ſeruari dicit *Peregrin. loc. citat. num. 11. circa fin.* in quocunque etiam Principatu ſemper fiſcales cauſæ ſunt coram Fiſcalibus Iudicibus terminandæ, ſiue Fiſcus veniat vti hæres, ſiue vt ſingularis ſucceſſor vt in noſtro Regno ſeruatur, & tantum ſufficit, vt ſe habeat in cauſa intereſſe, vt ad proprios Iudices cauſa deuoluatur, ſed an cum noua inſtantia, vel illa eadem deducta in iudicio non reſoluunt DD., igitur tranſitus cauſæ ad aliud Tribunal nihil operatur, vt inſtantia inchoetur, vel continuetur; & hoc apertè cognoſcitur, quia ſi mutatio Tribunalis inſtantias perimeret, ſequeretur, quod nec etiam Fiſcus quando venit vti vniuerſalis ſucceſſor, teneretur inſtantiam cæptam proſequi, quod ita non eſt, vt ſupra dixi, nam tenetur illam continuare, ſicut quilibet hæres per clarum *tex. in d. l. Fiſcus, qui in priuati*; Ideo talis ratio ſpecialitatis Fiſco largitæ ex mente *Bartoli* fuit reprobata à *Bald. Angel. Paul. de Caſtro, Alex.* & alijs in *d. §. fin.* ac etiam à *Boſſio in tit. de Fiſco, & priuileg. eius num. 46. Surd. conſ. 222. num. 18. vol. 2.* & à *Garron. de iur. Fiſci decad. 1. cap. 8. num. 5. in fin.* vbi dicit, quod *Noalis* ſupra citatus, qui *Bartolum* ſequtus fuit non accuratè loquitur.

Alij verò DD. dixerunt ex *d. tex. in l. ſi constante § fin.* non deduci talem ſpecialitatem in Fiſcum, dicunt enim, quod in d. *tex.* nil aliud cauetur, niſi quod publicatis bonis dotalibus mulieris, iudicium expiret, non verò diſponitur, quod inſtantia non tranſeat in Fiſcum, expirat quippe iudicium quo ad mulierem, non autem quo ad Fiſcum, ita ante omnes gloſauit *d. tex. Iacob. de Arena in d. §. fin.* quem ſequti fuere *Raym. de Forl.* ibi, & *Raman. Cynus in l. 1. in fin. C. ſi pendent. appell. mors interf.* & licet *Alex.* niſus fuerit illum impugnare, ab eius tamen impugnatione optimè defenditur à *Decio in dic. cap. quia poſt num. 3. in 2. limit. verſ. non obſtat.*

Aliam rationem curauit inueſtigare *Stephan. Garon. de iure fiſci decad. 1. cap. 8. num. 6.* dicendo, ideo in fiſcum ſuccedentem per publicationem non tranſire inſtantiam, quia eſt ſucceſſor bonorum, & non perſonæ, quod etiam dixit *Barboſ. in d. § fin. num. 26.* & *ad leg. hæres abſens 19. in princ. num. 145. de Iudic. lib. 5. P. tit. 1.* ſed *Garron.* conſiderans *tex. in l. tam ex contractibus 57. ff. de iudic.* eius ſententiæ aduerſari, vbi diſponitur in Patre, licet non hærede filii tranſire Iudicium dumtaxat de peculio, & ad id, quod in rem eius verſum eſt, proinde deducit nõ in ſucceſſorem bonorum inſtantiam tranſire, quia teneretur pater inſolidum, non tantum de peculio, vel de eo, quod verſum eſt, hac de cauſa *Garron.* irreſolutam controuerſiam relinquit, dicendo, quod tranſeat inſtantia in Patrem virtute *d. l. tam ex contractib.* ex peculiari quadam ratione, quia pater eſt, quæ fuit doctrina *Anton. Fabri in ſuis rationabil. in d. l. tam ex contractib. verſ. Ratio.* & pertranſeunter etiam notauit *Amat. reſol. 85. num. 19.* cuius *tex.* diſpoſitionem non deberi ad caſus diſſimiles applicari, ſcilicet in Fiſcum, de quo loquebatur, quia Pater non eſt, concludere videtur idem *Garon. loc. cit.*

Quid igitur dicendum inter iſtos conflictus opinionum; & dico, quod dubitatio non conſiſtit ad videndum, an ex priuilegio inſtantia cæpta cum defuncto, cui Fiſcus ſucceſſit, in eum non continuetur; quia hoc certum eſt, quod vti ſingularis ſucceſſor inſtantia anteceſſoris non ligetur, per iura ſupra allegata in *num 17.* ne Fiſco denegemus, quod cæteris priuatis concedimus, tunc enim inueſtigandum eſſet priuilegium, quando contrarium de iure diſponeretur, ſed quando de iure communi hoc certum apud nos habemus, vt in ſingulares ſucceſſores non continuetur inſtantia, ad quid quærimus priuilegium in Fiſco, vt inſtantia in eum non continuetur, vt dixerunt *Alfar. & Peregrin. in loc. ſup. cit. num. 25.* Erit igitur concludendum, priuilegium competere Fiſco ad auocandas cauſas ab iſtis Iudicibus, vbi prius agitabatur, ſed hoc non euenire, quia ſingularis ſucceſſor eſt, ſed ob proprium intereſſe, quod cognoſci debet à Iudicibus Cameralibus ſpecialiter deputatis, licet in Senatu Mediolani nec etiam concedatur, ſed ſolet Senatus ad euitandas expenſas ordinare, quod cauſa, quæ reperitur inſtructa, coram eiſdem Iudicibus proſequatur, quamuis bona peruenerint ad Fiſcum per publicationem, ſed in aliis Dominiis talis vſus non viget.

De iure verò feudorum inſtantia ſuper feudo tranſit in Fiſcum, ſcilicet Dominum feudi, per *cap. 1. de controu. inter Vaſſal. & alium de benefic.* vbi Vaſſallos pro feudo, vel parte feudi poteſt agere, & conueniri, et ſi domino feudum aperiatur, et ſi iudicatum fuit, ratum à domino haberi debet, ex quo patet, quod iudicium tranſit in Dominum. Neque valet dicere, quod *tex.* loquatur de ſententia, & re iudicata, non autem de inſtantia. Nam reſpondetur regulare eſſe, quod inſtantia afficiat eum, quem afficit ſententia, vt ſup. dixi cum *Afflict. dec. 396. num. 3. & 7.* & cum aliis congeſtis ſupra in *num. 10. in fin.*

Si verò *Fiscus* sit successor propter lineam feudatarii finitam, quia dicitur successor necessarius, non voluntarius, ideo instantia iudicii in eum transit, ex regula *tex. in l. in iudicio ff. fam. hercisc.* quem sic summat *Bart.* ibi: *In successorem ex necessitate transit instantia iudicij*, per quem *tex.* sic expressè tenuit idē *Bart. in d. l. si eum hominem num. 4. vers. respondeo ff. de fideiussor.* vbi *Angel. & Paul. num. 2. idem Bart. in l. 1. nu. 4. ff. ad Trebell.* vbi etiam *Angel. col. 1. vers. sequitur, Iason. num. 10.* & alii quos congerit *Molin. d. lib. 4. c. 8 n. 6.* confert dispositio *tex. in l. si operarum, ff. de oper. liber.* vbi instantia cœpta per Patronum contra libertum transit in filium, licet non sit hæres, quia ipse quasi necessarius succedit in iure Patronatus, quem *tex.* sic ponderat, *Soccin. iunior. cons. 34. vol. 3.* & ante eum *Paul. de Castro in d. l. si eum hominem, ff. de fideiuss.* & singularem vocat *Suarez in allegat. 27. nu. 1. Anna alleg. 14. num. 6.*

PRÆSTANTIA XXII.

Præstantia S. C. Neapolitani est, vt possit cognoscere de causis violentiæ illatę per Ecclesiasticos, vigore Capitulorum nostri Regni.

SVMMARIVM.

1 *Mundi machina superioribus, & inferioribus ordinibus constatur, vt in pace consistat.*
Pax opulentiæ, & omnium bonorum mater est.
2 *Vis dicitur maioris rei impetus, cui resisti non potest.*
Violentia animos conturbat, & miseros reddit.
3 *Vim vi repellere licet ex iure naturali, ciuili, canonico, & diuino.*
Aggressorem occidere in omni loco licitum est, etiam in templo.
4 *Agressorem occidere licet, nedum pro defensione corporis, sed etiam rerum, & pro extraneo homine conseruando.*
5 *Violentiæ species quinque sunt, sc. Ablatiua, Expulsiua, Compulsiua, Turbatiua, & Inquietatiua.*
6 *Interdicti Quod vi aut clam vtilitas refertur.*
7 *Violentijs turbantium debent resistere Principes, & eorum suprema Subsellia, & num. 16.*
Violentias reprimere est de Regalibus Principis.
8 *Iudici nulliter, aut violenter procedendo poterit resisti.*
Potenti cuicumque incumbit, & Fortiori proximum vt oppressum, & à periculo liberare.
9 *Violentias repellendo Princeps duo regalia exercet, iurisdictionem, & protectionem.*
10 *Sacrum Consilium Neapolitanum, sicut & alia Supremorum Principum Subsellia hac PRÆSTANTIA fulgent, vt debeant de causis violentiæ cognoscere.*
11 *Senatus Regnorū Castellæ, Aragoniæ, Portugalliæ Galliarum, Cameræ Imperialis, & aliorū Regnorum cognoscunt de violentijs subditorū.*
12 *Sacrum Consilium Neapolitanum, per Capitula nostri Regni, cognoscit de causis violentiæ.*
Spoliatus potest propria authoritate possessionem recuperare.
13 *Capitula nostri Regni requirunt spolium violentum, ad hoc vt concedatur Regale Præsidium.*
Regale Præsidium non conceditur in nostro Regno ob solum timorem violentiæ.
14 *Praxis refertur pro implorando Regale Præsidium in nostro Regno.*
15 *Capitula nostri Regni, vt habeant locum requirunt possessionem ex parte spoliati, & violentiam ex parte spoliantis.*
Capitula Regni non conceduntur ob spolium causatum ex sententia nulla.
16 *Reclamatio, & nullitatum remedium competit aduersus decretum concedens, vel denegans Regale Præsidium.*
17 *Beneficia non conceduntur in causis Capitulorum Regni.*
Restitutio in integrum non competit aduersus decretum Regalis Præsidij, & quid de reconuentione.
Possessioni commodum non modicum est.
18 *Iudici laico cur competit cognitio contra Ecclesiasticos pro repellenda violentia, & num. 21.*
Remedia Capitulorum nostri Regni, Ecclesiastici condamnant.
19 *Remedia Capitulorum nostri Regni obseruantur per modum charitatiui subsidij, per viam facti, cognoscendo extraiudicialiter pro bono pacis.*
20 *Clericus si dixerit non spoliasse, sed iustè possidere, comparendo dicitur actor voluntarius & ordinariè proceditur.*
21 *Consuetudo immemorabilis est introducta non solum in hoc Regno, sed in toto Orbe Christiano apud Principes, cognoscendi de violentijs Ecclesiasticorum.*
22 *Tolerantia Summi Pontificis habet vim approbationis.*
Dissimulatio Papæ habet vim dispensationis.
23 *Iudices sæculares non possunt per viam Iudicij de violentijs cognoscere, sed extraiudicialiter.*

24 Ec-

24 *Eccleſiaſtici Principes non poſſunt cognoſcere de violentijs laicorum, ſicut poſſunt Principes ſeculares de violentiis Eccleſiaſticorum.*

25 *Iuriſdictio duplex reſidet penes Summum Pontificem ſecularis, & Eccleſiaſtica.*

HÆc mundialis Machina ſuperioribus, & inferioribus ordinibus conſtatur, non minus, ac Cœleſtis Orbis ex aſtrorom motu
1 magnitudine, & gradoum relatione, & ſplendore elucefcit, ideo dixit *Prudentius Pſcho mach.7.*

Sydera pace vigent, conſiſtunt terrea pace.

hoc enim ordine conſiſtente muodus regitur, nè maiores contra minores inſiſtant, neque minores vltra eorum ordinem aduerſus maiores aſſurgant, ſi quis autem vltra progreditur, & contra minorem, vel æqualem præualere præſumpſerit, & quaſi auis rapax illum oppreſſerit, vim, & violentiam induceret, & Reipublicæ pacem læderet, quæ opulentiæ, & omnium bonorum mater eſt, vt dixit *Iſaias cap.32.18. Et ſedebit populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulentiæ,* cui arridet *Virgilius Æneid.11.*

Nulla ſalus bello, pacem te poſcimus omnes.

quid enim eſt, quod Principem optimum prædicet, quam quietus Populus, concors Senatus, & tota Reſpublica morum honeſtate veſtita, dixit *Caſſiodor. lib.1. epiſt.23.* quoties igitur quis alteri contra ius præualeſcit, & alie ois factis reſiſtit, vel iuſtis operibus obſiſtit, ad vim dicitur prouocare, & contra eum armatur iura, ad propulſandum oppreſſiones, ex quibus violentia inducitur, & dicitur violentia, quaſi vis maior, nam Vis di-
2 citur maioris rei impetus, cui reſiſti non poteſt, *l.2. ff. quod metus cauſa, Cagnol. in l. quo tutela, §. vi factum uum. 1. ff. de regul. iur.* vbi *Decius.*

Inter maiora Arcana politica hoc principalius reputatur, vt Principes omnes violentias à ſuis territorijs tepellant, Imperia enim maxima, quæ violentias non eiecerunt ad interitum deuenere, nam iſta animos maximopere conturbat, atque præcipites reddit, iuxta monitum *Valerij Maximi in epiſt.62. Da operam, ne quid vnquam inuitus facias, non enim qui iuſtus aliquid facit miſer eſt, ſed qui inuitus,* itaque ſic animum componimus, vt quidquid res exigat, id velimus, & faciamus, & ad hoc propoſitum loquutus fuit *Auguſtin. lib. de confeſſione: Nemo inuitus bene agit etiam ſi bonum eſt quod facit,* quia vi quod factū eſt, præter naturam eſt, *Ariſtotil. lib.5. phiſic.*

Pro tali violētia compeſcenda quoddam ſpeciale cognoſcitur, nam Iuris publici tutela non permittit, vt quis ſibi ipſi vltionem ſuſcipiat, dixerunt *Theodoſ. & Honorius in l. nullus 14. C. de Iudeis,* ſed ſi aliquod ius contra aliquem habeat, iudicialem adeat poteſtatem, inquit *Federic. in §. ſi quis verò de pace iuram. firm. in vſib feud.* attamen pro propria defenſione om-
3 nia iura, omneſque leges vim vi repellere permittunt, ait *Paul. in l. ſcientiam 45. §. qui cum aliter ff. ad l. aquil,* & primo de iure naturali dicit *tex in cap. ius naturale diſtinct. 1. clem. paſtoralis de ſent. & re iudic.* vbi diſponitur licitum eſſe de iore naturali aggreſſorem, ſeu inuaſorem occidere, eſt enim naturalis lex pectoribus hominum inſita, vt vim vi repellere liceat, nam quod quis ad tutelam corporis ſui fecerit, iure feciſſe exiſtimatur, dixit *Florentin. in l. 4. ff. de iuſtitia, & iure,* & aduerſus periculum naturalis ratio ſuadet ſe defendere, ait *Gomez in l.itaque 4. ff ad l. aquil. Torreblanca de Magia lib.3. cap.26.* Culpa enim eſt in eo, qui prius agreditur, *l.ſi ex plagis 52.§.1. ff. ad l. aquil.* & omnia alia iura ad violentias repellendas poteſtatem concedunt, *l. vim 3. ff. de iuſt. & iur. l.ſed & partus 12.§.1.* ibi: *Nam cum liceat vim vi repellere. ff. quod met. cauſ. l. ſi ex plagis 52 ff. eod. cap. dilecto 6. de ſent. excom. in 6. l.1. §.cum arietes. ff. ſi quadrup. paup. feciſ. dic. l. is, qui aggreſſorem num 2. Cod. ad l. Cornel. de Sicar.* & alia iura ad ſatietatem adducit *Iacob. Ayrer in proceſſ. iur. obſeru. 4. nu. 6. pag. 57.* quod etiam voluit *Ouid. lib.3. de arte amandi.*

Iudice me, fraus eſt conceſſa repellere fraudem.

Armaque in armatos ſumere iura ſinunt.

& in omni loco etiam priuilegiato, licitū eſt aggreſſorem occidere puta in Templo, quia cum defenſio licita ſit iure naturali, ab omnibus, & in omni loco exerceri poteſt, *Panorm. in cap. Clerici de vit. & honeſt. Cleric. Decius in d.l. vt vim 3. num.8. Ayrer d. obſeru. 4. num. 9.* quia ius naturale ſemper, & vbique eandem habet naturam, ſicut ignis, qui æquè in Oriente, ac in Occidēte vrit: Quod eodum iure fori, ſed etiam iure Poli licet, & ratio eſt quia ſi licet de iure naturali, debet etiā licere de iure diuino. Natura enim Deus eſt, quia ius naturale à Deo nobis inſitum eſt, iuxta illud *Pſam. Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine,* & ius naturale dicitur ius diuinum, *cap. 1. diſt. 1.* & hoc etiam cognouit Gentilis ille Philoſophus *Seneca lib.4. de benefic. cap. 7.* vbi dixit: *Quid enim aliud eſt natura, quam Deus, & Diuina ratio toti Mundo, & partibus eius inſerta. Hilingerus notis ad Donell. lib.1. ca. 6. lit. A.* Imo de iure canonico idem diſpoſuit S. Pontifex in *cap. dilecto de ſent. excom. in 6.* per illa verba: *Cum omnes leges, omniaq; iura vim vi repellere, cunctiſque ſeſe defenſare permittant,* concordat tex. *in cap. olim cauſam 12. in fin.* vbi *Gloſ. in verb. exceſſiſti.*

Quod ampliant tam pro defenſione corporis, quam

quam pro conſeruatione terũ, vt cum mode-
ratione inculpatæ tutelæ vim propulſare li-
4 ceat, voluerunt *Diocletian. & Maxim. in l. 1. C.*
vnde vi, *DD. in d. l. vt vim 3.* vbi *Bart. num. 6.*
Fortun. Garſias in d. l. num. 24. Clarus in § homi-
cidium num. 24. Res enim dicuntur ſecundus
ſanguis hominis, *l. aduocati 14. C. de aduoc. di-*
uerſ. iudic. vbi *Gloſ. Bald. ibidem in fine*, & in
l. ſi cnis nummis, C. de operis liber. Iaſon in d. l.
vt vim num. 13. ideo dixit *Cic. 1. de Offic. Ex-*
penduntur diuitiæ ad vitæ vſus neceſſarios. Idem
dicunt, vt licita ſit defenſio, non ſolum pro
ſe ipſo, ſed etiam pro extraneo, *DD. in d. l. vt*
vim, vbi *Bart. num. 7. Iaſon num. 29. Decius*
num. 30. Fortun. Garſia num. 32. alijque *Clarus*
in d. §. homicidium num. 28. & patet, quia ſi
defenſio licita eſt pro conſeruatione rerum,
igitur multo magis licita reputatur pro con-
ſeruando humano corpore, *Iacob. Ayrer d. ob-*
ſeru. 4. num. 12. Et eo magis pro quocumque
vicino, & proximo poſſumus iniuriam pro-
pulſare, per clariſ. *tex.* in d. *cap. dilecto 6. de ſent.*
excom. in 6. poſt alios *Creſpi de Valdaura ob-*
ſeru. 60. num. 18. part. 2. vbi in *ſeq. num. 25.* ad-
uertit, quod licet de iure ciuili ad eam non
adſtringamur, per *l. cum fundus 16.* vbi *Go-*
thofred ff. de vi, & vi armat. attamen de iure
canonico non remanet hæc proximi defen-
ſio in nuda poteſtate, ſed in vinculum obliga-
tionis, & neceſſitatis, per d. *tex. in cap. dilecto*,
ibi: *Si poteſt, & negligit videtur iniuriam face-*
re, & eſſe particeps eius culpæ, alios canones
refert *Creſpi loc. cit.* dummodo tamen tuendi
cauſa tantum damnum inferatur, non vlci-
ſcendi, licet enim de vltione etiam loqua-
tur, *Vlpian. in l. qui cum maior 14. § ſi libertus,*
ff. de bon. libert. vbi dixit ignoſcendum ei, qui
voluit ſe vlciſci prouocatus, tamen explicat
Anton. Faber in rational. ad tex. in l. ſcientiam
§. qui cum aliter ff. ad l. aquil. id habere locum
in legibus Romanis, non Chriſtianis, nam
in iſtis cum vindicta iuris, non facti remé-
dium adhibetur, *Creſpi loc. cit. num. 23.*

Vt autem cognoſcatur in quibus caſibus liceat
violentias repellere ſciendum eſt, tres
5 violentiarum ſpecies enumerari à Doctorib.
vnam ſcil. Ablatiuam, alteram Expolliuam,
& vltimam Compulſiuam, *Caſtrenſ. conſ. 27. in*
princ. verſ. ad hoc ergo lib. 1. Chriſtin. dec. Bel-
giæ 114. num. 1. tom. 2. ſed *Ayrer in d. obſeru. 4.*
n. 2. alias duas addidit, ſcilicet Turbatiuam,
& Inquietatiuam Violentia ablatiua illa di-
citur, quando per vim aliquid aufertur, quæ
circa bona mobilia verſatur, pro qua com-
petit actio *vi bonorum raptorum*, vt in toto
tit. de vi bonorum raptorum, *Iaſon in l. ſi quan-*
do 9. num. 3. C. vnde vi, quæ actio competit
cuilibet, cuius intereſt *l. 2. §. & generaliter 23.*
ff. de vi bonor. raptor. & in quadruplum aduer-
ſus eum, qui dolo malo, vel ipſe rapuit, vel
rapi curauit, dict. *l. 2. § ſi quis 12.* Expulſiua
cadit propriè in rebus ſoli, vt quando quis ex
ſua deicitur poſſeſſione per vim, hanc enim
violentiam coercet Interdictum, *Vnde vi*, *l. ſi*
quis in tantum 7. Cod. Vnde vi, *Iaſon in d. l. ſi*
quando nu. 1. & iſta violentia etiam pertinet
ad actionem bonorum raptorum. Tertia eſt
violentia compulſiua, quando quis compel-
litur aliquid agere, vel tradere, vel per me-
tum inducitur ad conſenſiendum, & hoc ca-
ſu competit Interdictum, *Quod metus cauſa*,
Iaſon in d. l. ſi quando 9. num. 4. latè *Maſcar. de*
probat. vol. 3. concl. 1409. Quarta ſpecies vio-
lentiæ dicitur vis turbatiua, & quando duo,
vel plures ſe vnius eiuſdem rei poſſeſſores eſ-
ſe contendunt, & vnus turbat alium, vt à
poſſeſſione eiciat, quæ ſi verſatur circa bona
immobilia, cõceditur interdictum, Vti poſſi-
detis, & retinendæ poſſeſſionis, vt in toto
tit. ff. vti poſſid. dummodo ſuo nomine poſſi-
deat, non alieno, *l. 3. §. creditores, & §. cum*
inquilinus ff. vti poſſid. & probationes neceſſa-
rias pro probanda tali violentia refert *Ma-*
ſcard. de probat. vol. 3. concl. 1390 per tot. Vlti-
ma eſt violentia Inquietatiua, quando quis
nec poſſeſſor eſt, nec poſſeſſorem ſe eſſe præ-
tendit, me tamen in meo inquietat ædificare,
vel apertè, vel clam fecit, aut fieri curauit, *l.*
aut quis, § hæc verba 8. l. ſi ego 6. l. ſi denique
13. ff. quod vi, aut clam, pro qua competit In-
terdictum, quod vi, aut clam, vt in toto *tit.*
Quod vi, aut clam, *Iaſon in d. l. ſi quando nu. 6.*
C. vnde vi, DD. in l. 1. §. hoc autem ff de non oper.
nunc. Plot. de iure iur. § 3. num 1. & ſeq. Clam
vero factum, quod dicatur oſtendit *Maſcard.*
de probat. vol. 1. concl. 292. Vtilitas autem
huius interdicti conſiſtit, vt ſi poſſideat Reus,
6 quod factũ eſt proprijs ſuis ſumptibus reſti-
tuat, ſeu in priſtinum reponat ſtatum deſtru-
cto opere, quod vi, aut clam fecit, ſi non poſſi-
deat reſtitui curet à poſſeſſore, refuſo omni eo
quod intereſt, cum fructuum reſtitutione,
l. is qui 11. §. quod ait Prætor 4. l. ſemper 15. §.
hoc interdicto 7. & § fin. d. l. competit. 16. § fin ff.
quod vi, aut clam.

Sæpè ſæpius accidit, ne dum in hoc noſtro Re-
gno, ſed in alijs Regionibus, vt laici prædictas
violentias patiantur ab Eccleſiaſticis, di-
uerſis ex cauſis, itaut ad illas reprimendas,
neceſſe habeant recurrere ad ſuperiores, pro
ſuorum iurium tuitionibus, & in iſtis cauſis
violentiæ ſpecialitas quędam cognoſcitur ob
quietem in Republica conſeruandam, vt ipſi-
7 met Reges, & Supremi Principes ſint prote-
ctores oppreſſorum, eorumq; Suprema Sub-
ſellia debeant reſiſtere violentijs turbantium
& poſſeſſores in ſua poſſeſſione defendere, vt
deducitur ex *cap. Reg. 23. qu. 5.* Ad Principes
certè ſpectat turbatores quietis reprimere
ad inſtar Quercei compulſi, quod ſi manibus
quis

quis compellere nititur, truncus paulum cō-pulsus totius Arboris potentia, & vigore ad se reflectitur, & à compulsoris manibus assurgendo liberatur, sic oporter, vt Princeps sua protectione, & conatu oppressos defendat. Imperia enim maxima, quæ violentias non eiecerunt ad interitum deuenere, iden dicunt hanc cognitionem esse de regalibus, Castill. de tertijs deb. cap. 41. num. 163. & 171. & seq. Salgad. de reg. protect. par. 1. à num. 1 ri. eleganter exornat Soloriān. emblem. 65. & de iure Indiar. tom. 2. lib. 4. cap. 12. per tot. & in polit. Indian. lib. 5. cap. 17. Fermosin. in cap. 2. de iudic. qu. 19 per tot Crespi de Valdaura obseruat. 60. num 77. Pegas in comment. ad ordin. tit. 9. 12. & tanquam suprema regalia nunquam venit in generali concessione, Sitlin. de regal. lib. 1. cap. 5. num. 16. Crespi loc. cit. num. 78.

Et hoc cognoscitur, nam si dixerunt DD. posse priuatum impunè resistere Iudici nulliter, &
8 violenter procedenti, vt post multos allegatos, dixit Gurba cons. 29 num 9. & seq. Vel notoriè grauanti, Glossius in cap. super literis num. 332. de rescript. Carol. Tallaugus racemat. 3. in fin. & dixit Bart. in l. prohibitum 2. & 3. notab. C. de iure Fisci, quem multi sequti fuerunt, quos refert, & sequitur Pereyra de man. reg. par. 1. cap. 22. num. 6. sicut executori vetitam exactionem vindicanti, potest resisti, per clarum tex. in l. contra nostra C. de executor. lib. 12. Imo cuicumq; potenti, & fortiori incumbit proximum vi oppressum, vel aliter in periculo constitutum liberare, atgum. c. quanto 47. in fin. de sent. excom. S. Thom. 2. 2. qu 62 art. 6 ad tertium Gomes. tom. 3. var. resol. cap. 2. nu. 9. Couar. in clem. si furiosi par. 2. §. 2. n 3. Si enim defensio competit priuato, cur non licebit Principi, eiusque Supremo Consilio causas violentiæ Ecclesiasticorum cognoscere, illasque reprimere, vt euitentur scandala priuatæ defensionis; hodiè verò nō licebit defensionē facere à vim passis contra illas infligentes, dum prouisa iam sunt remedia, scilicet adeundi ipsosmet Principes, eorumque Supremos Senatus, vt oppressos à violentijs liberent, aduertit Pegas ad ordin. Portug tom. 3. lib 1. tit. 9 Glos. 14 num. 18.

Per talem enim cognitionem videtur Rex exercere duo præcipua iura regalia, quibus Regia
9 Maiestas persulget, scilicet Iurisdictionem, & Protectionem dixerunt Salgad. de regia protect. per tot. Pereyra par. 1. prælud 1. num. 6. Pegas ad ordin. tom. 3. tit. 9. §. 12. & tom. 2. lib. 1. titul. 2. glos. 11. num. 4. fol. 110. quæ per se semper denotat actum extraordinariæ cognitionis, cum non contentiosæ, sed voluntariæ sit iurisdictionis, Cabed. decis. 76. n. 23. Pereyra dic. cap. 22. n. 3. in fin. idcircò vnanimiter concludunt DD. quod ad Regiam Maiestatem spectet causas violentiæ cognoscere, Cabed. dicta decis. 76. num. 3. & part. 2. dec. 71. num. 1. Valasch. consul. 79. num. 2. Bart. in repert. var. concl. lit. T. verb. Tuitio pag 287. Oliua de foro Ecclesiæ part. 1. qu. 11 per tot. Postius de manutenend. obseru. 6. num. 29. Pegas ad Lordin. lib. 1 tit. 3. glos. 11. num 1. tom. 2 fol. 110. & resol. for. cap. 11. num. 191. & cap. 15. num. 187. & ita disponitur in Regno Portugalliæ, vt recurratur ad Regem, tanquam ad magnum Prætorem, quoniam ipse est expulsor violentiarum, fatetur Velasch. consul. 79. num. 2. & 14. in fine.

His cognitis, nedum Sac. Consilium Neapolitanum, sed omnia alia Supremorum Principum Subsellia, hac PRÆSTANTIA fulgent,
10 vt debeant de causis violentiæ cognoscere ad defensam oppressorum, nō minus ac competit Principis Maiestati, vi oppressis, & afflictis sua protectione subuenire, ita concludit Salzed. de leg polit. lib. 1. cap. 13. num. 73. per ista verba: Ex quibus omnibus dicendum est, quod iurisdictione ordinaria competit Supremis Consiliarijs de propulsanda violentia iudicare, quia Regale officium, & adiutorium conferre directè ipsis competit, tamquam iurisdictione cum ipso Rege exercent, quod confirmant Auendan. de exeq. mand. lib. 1. cap. 1. n. 32. Castil. de tertiis deb. tom. 7. controu cap. 41. nu. 169. Salgad de reg. protect par. 1. cap. 2. n. 32. & cap. 1. prælud. 3. num 97. & sicut competit talis cognitio ad Regiam Maiestatem, ita eius Supremis Consilijs, Mend. in praxi lib. 2. cap. 11. §. 1. num 5. & 6. Postius de manutend. obseru. 6. num. 29. Ribeiro in lib. intitulato Lustre ao Desembargo do Paco cap. 1. num. 74. Pereyra part. 2. cap. 37 num. 27. Pegas ad ordin. Portug. lib 1. tit. 3. glos. 11. nu. 3. tom 2. fol. 110. Bouadil. lib. 2. politic. cap. 18. num. 139. Roa de iurib. Princip qu. 1 Arauxo tom. 2. discur. moral. disp. 4. difficult. 2. à num. 20 & nouissimè Pater Didac de Auendan. in thesaur Indic. to. 1. tit. 2. cap. 7 Cenēd. canon qu. 45. Solorza. de iur. indiar. tom. 2. lib. 4. cap. 12. num. 89 Cortiada tom. 1. decis. 29. num. 111. Ceuall. de cognit. per viam violent. par. 2. qu. 11. num. 38. & ratio est quia si decet Principis Maiestatem, vi oppressis, & turbatis, siue à possessione eiectis & per vim spoliatis adiuuamen præstare, nè violentiæ subditis Regni inferantur, ex quibus pax turbari, & seditiones oriri possunt, vt probat Io: Anton. Velasquez in tractat. de optimo Principe lib. 3. annotat. 20. & dixerunt Afflictus decis. 2. num. 3. Camillus Borrell. de præst. Reg. Cathol. cap. 5. num. 7. idem dicendum de Supremo Senatu per quandam iurisdictionis communicationem, Castil. & Salgad. in loco cit. prout de hodierna praxi ita
11 obseruari à Regio Castellæ Senatu fatentur Perez in lib. 2. 96. ordin. Regu. tit. 1. l. 5 pag. 449. per leges illius Regni, quas sigillatim refert

Thom.

Thom.del Bene de immun.Eccles.cap.1 dub.15. section.6.nu.21.par.1. vbi Azeued.in noua recompil.l.1.tit.6.l.2. latè defendit iustitiam dictæ legis, & in alijs locis relatis à d. del Bene d.num.21.Feloaga in enchiridion iuris controu. cap.8.num.25.& ex nostris Doctoribus etiam affirmant Borrel. de præst. Reg. Cathol. cap.71. num.214.& seq. Pratus in d. obseru. pract.57. num.22.& tom.3.discept.for. cap.43. num.19. D.Petra in ritu 125.to.1. Et de generali consuetudine Regni Aragoniæ testantur, Molin. in repertor.foror. Aragon. verb. firma iuris, & Hieron.Porteles in 2. par.schol.in repertor. Moliu.s.firma num.101. etiam post Concil. Trid. & Bullam Cænæ dixit Cened. in collect.iur.canon.par.2.collect.num.17.Idem in Regno Portogalliæ obseruatur, vt ipsi Reges, & Suprema Consilia cognoscant de causis violentiæ Ecclesiasticorum, & cartas tuitiuas appellant vt ex lib.Ordinam.lib.3.tit.85.§.1.Barbos.in repertor.var. conclus. lit. T. in verb. Tuitiua pag.387.vol.1. Velasch.consul.79.num.2.Oliua de foro Ecclesiæ par.1.qu.11.per tot. Cabed.par. 1.dec.76.num.3.& part.2. dec.71. num.1.& dec.67.num.7.refert rescriptum Regis Sebastiani, quo mandauit, ne Archiepiscopus Primas illius Regni has tuitiuas cartas concederet, sequitur Pegas d.glos.11.n.2.to.2.fol 110. & resol.for.cap.11.num.191.& cap.15.n.183. quarum causarum tuitiuarũ quatuor species esse tradit in illo Regno Pegas d.glos.11.n.7. ad instar quatuor capitulorum nostri Regni.

Idem etiam in multis Europæ Principatibus obseruant Reges, & Principes ad publicam quietem conseruandam, nam in Camera Imperiali fatetur, Mynsinger obseru.63.centur.2. In Regno Galliarum Renat.Choppin.de sacra politic.for. lib.2.tit.1.num.2.& tit.5.sub.n.16. vbi Capitula nostri Regni refert, & dixerunt etiam Carol.Degrassal.lib.2.de regal.Franc.iur. 5.& 7.& Ferald. de insign. priuil. Reg. Franc. iur.11.vbi fatentur Reges Franciæ cognoscere de oppressionibus Clericorum, qui in alijs Regionibus idem demonstrant obseruari, atque Capitula nostri Regni approbari, tradunt Pratus, Borrell. & Dom. Petra in locis sup.cit. prout de his meminerunt Gregor. Lopez, & Choppin. à Prato loc. citatis, relati, & tandem in alijs Principatibus idem obseruari testatur Fontanel.dec.322.num.12.

Ita etiam nostrum S.Consilium Neapolitanum est Iudex competens in cognoscendo has vio-
12 lentias, & concedendi hoc Regale Præsidium violenter oppressis, non minus ac ipse Rex si præsens esset in hoc Regno cognosceret, tam si violentia causaretur ab Ecclesiasticis, quam à laicis, tum ad illam propulsandam ad fauorem Ecclesiasticorum, quam laicorum vi oppressorum, prout nostræ municipales leges statuerint, quę vulgo Capitula Regni appellamus, edita in anno 1332.à Sapientissimo Rege Roberto filio tertiogenito Caroli Secundi, qui Salomon sui temporis appellabatur, ad pacem inter Populos nostri Regni conseruandam, nè quispiam licentiam assumat propria auctoritate sibi iusdicendi, sicut de iure permittitur spoliato, vt possit propria auctoritate possessionem recuperare, l. cum qui l. qui possessionem, ff.de vi,& vi armat.Pereyra d.cap. 21.num.12. in fin. & post alios dixit Prat. respons.fiscali 40.num.32. quorum Capitulorum vnum incipit Ad regale Fastigium, aliud Charitatis affectus, aliud Finis præcepti Charitas, aliud Omnis prædatio, aliud denique Ad Præsidentis spectat Officium, quorum, Primum loquitur quando laici turbantur à Clericis, Secundum, quando Clerici à laicis, Tertium quando Laici à Laicis, & vltimum quando Clerici à Clericis, tradunt Tasson. de antefato vers.13. obseruat.1. à num. 62. Pratus loco cit. qui omnes citat, Ex istis enim capitulis aspicitur, quod tale remedium, quod nos appellamus Regale Præsidium competit tam Laico contra Clericum, quam Clerico contra Laicum, cum enim Ecclesiastici arma non exerceant, cap. perpendimus de sent.excom. cum eorum arma sint Orationes, & Ieiunia, ideo indigent defensione, & protectione laicorum, Genuens.in prax.Eccles.q.63. num.2.& 3.Marta de iurisdict. part.1.cap.49.

Sed in omni casu requiritur, quod aga-
13 tur de spolio violento, quod si deficit, proceditur contra Clericum, coram suo Iudice competente, Franc. dec.701. Tapia ad Constit. Regni in cap.finis præcepti num.11. Capyc.latro dec.69 num.22.Afflict dec.24. vbi Vrsil.nu.10. & non conceditur tale remedium in nostro Regno, Sanfelic. in praxi section.30. num.6.& 7. Staiban.resol.39.num.5.lib.1.Gizzius in obseru.69. Capyc.latro num.11. vbi ita decisum refert Dom. Altim.in obseru.ad decis. 58.Rouit.ad num.14.& in tract.de nullit.rub. 5.qu.6. Dom Reg.Petra in ritu 125. Pratus discept.for.lib.1.cap.43 num.16. & in obseruat. pract.57.num.18.& 21 quidquid aliter voluit in sequ.num.52.eiusd obseru.57.vbi dixit sufficere timorem violentiæ, vt tale præsidium peti possit, sed communiter refutatur, quia principale requisitum d.regalis præsidij est fundatum in actuali violentia, qua deficiente corruit iudiciale edificium, ideo à Prato dissentiunt, & bene Luca in obseru. ad dec.701.Franch.num. & Dom. Franc.de Constantio, Vir non mediocris doctrinæ in Comment.ad prag. vnic.de Conseruatorijs nu.4. & rationem assigno non adductam, nec à Dom.Luca, nec à Dom.de Constantio, quia tale regale præsidium concessum ad repellendas

das violentias regulatur ad instar interdicti *Vnde vi*, vt sup. dixi, vbi debet non fulum turbatio, sed etiam violentia probari, *l. 1. §. vlt. ff. vti possid. Menoch. remed. 3 nu. 559. & 468. Roland cons. 9. num. 28. lib. 3.* igitur non est attendenda futura violentia, Scio *Pereyram in tract. de manu reg. par. 1. cap. 21. num. 14.* etiam eandem conclusionem firmasse, (qui non fuit visus à d. *Doct. Prato*) vt scilicet ob timorem violentiæ non dum illatæ, sed futuræ competat recursus, quod prius dixit *Cenal. in qu. 897. com. contra com. part. 4. num. 464.* sed talis conclusio mihi non placet, quia repugnat regulæ iuris communis, sup. adducte, & ratio relata à d. *Pereyra*, vt scilicet Princeps teneatur, nedom præseotes tollere violentias, sed præcauere futuras, respicit personam Principis regimen politicum administrantis, non vero iustitiam exercentis, vt in præsenti materia, qui secundū iura ciuilia sup. allegata de actuali violentia loquentia, regulari debet, ideo suprema Subsellia, quibus hæc cura commissa est, actualem violentiam debent deijcere, non futuram præcauere.

Obseruantia nostri Regni circa implorationem huius Regalis Præsidij ab oppressis hoc mo-
14 do adimpletur, nam violentiam patiens porrigit supplicem libellum Regi, vel nostro Proregi, vbi exponit violentiam, quam patitur, & petit illam repelli, talis libellus remittitur S. Consilio, à cuius Præside committitur alicui ex Regijs Cōsiliarijs, qui relaxat citationem per edictū, Vt si quis suum putauerit interesse, compareat, & affigitur in loco contentioso, postea accusatis debitis contumacijs ordinatur decretum, quod capiatur informatio de concernentibus remedium capitulorum Regni. In isto termino summario quærelans debet probare suam possessionem rei controuersæ, & violentiam, quæ infertur à parte aduersa, constito denique de violentia, vel spolio à S. Consilio interponitur decretum, Regale Præsidium esse præstandum: vt scilicet non turbetur à sua possessione, imo in ea conseruetur, si fuit spoliatus, de qua praxi testantur nostri DD. Regnicolæ sup. cit quibus addo *Muscatel. in praxi S.C. par. 1. gloss. sententia num. 90.* & de simili praxi citationis generalis per edictum Regni Castellæ, in concedendis Chartis tuitionis in illo Regno, testatur *Pereyra d. cap. 21. num. 16. vers. quare*, & de eadem praxi in Regno Portugalliæ fatetur *Velasch. consul. 79. num. 14. tom. 1.* licet *Preyra* loc. cit. scripsit, quod in Regno Lusitaniæ fiat citatio, & iudiciario ordine perficiatur iudicium, & in hoc differat à praxi Regni Castellæ, vbi extraiudicialiter verificatur violentia, sed possunt conciliari isti DD. nationales, qui de contraria praxi testantur in eodem Regno, vt *Velasch.* loquatur de antiqua praxi, *Pereyra* vero de noua.

Obserua secundo, quod est ita verum, vt cognoscatur de tali violētia extraiudicialiter, & non in forma iudicij; vt talis citatio, quæ solet expediri per proclama amplectatur, nō solum personas expressas forsan in libello, sed omnes, ideo expeditur Regale præsidium cōtra omnes turbare præsumentes, & sic cognoscitur effectus extraiudicialis cognitionis, & citationis per edictum, vt aduertit *Pereyra d. cap. 21. num. 19.*

Obserua tertio, quod ista sunt duo requisita substantialia, vt habeant locum Capitula
15 nostri Regni, scil. possessio ex parte spoliati per nostram *pragm. 1. de conseru. it.* & violentia ex parte spoliantis *Afflict. dec. 303. Tappia in cap. sinis n. 13 Franch. dec. 163. & dec. 701. Reg. de Ponte cons. 96. Capyc. latro dec. 69. n. 22. Prat. d. obser. 57. n. 45. Rocc. respons. 36. tom. 2. Staib. d. resol. 39. n. 15. Dom Altimar. d. rub. 5. qu. 6. nu. 7. & 18.* ideo licet sententia nulla, & ex ea possessio habita inducat spolium, & spoliatus ex tali nulla sententia sit restituendus. *cap. conquerente de restit. spoliat. l. meminerint*, vbi *Bart. C. vnde vi*, tamen huc modo spoliatus petere debet restitutionem possessionis, non ex remedio Capitulorum Regni, quia non interuenit violentia, sed ex iudicio ordinatio. *Anna alleg. 7.*

Et nota, quod à decreto concedente, vel denegante Regale Præsidium competit reclama-
16 tio, vel remedium nullitatum, quæ essent, quando non processerunt citatio per edictum, probationes per quas constaret de violentia, & turbatione, & debitæ contumaciæ; vt dixerunt nostri Regnicolæ, scilicet *Tapia in d. cap. sin. praecept. Franc. dec. 163. Capyc. latro dec. 69. num. 11. 12. & 15.* vbi nullitates refert, & ibi *Giazzar num. 4. Prat. d. discep. 43. num. 58. & obseru. 57. num. 25. & seq.* qui ita refert decisum, aliam decisionem refert *De Altim. ire d. qu. 6. num. 4.* qui assignant rationem, quia in illa extraiudiciali informatione potest Iudex grauare, & nulliter procedere, igitur debent competere illa ordinaria remedia, quæ tollunt grauamen. Nec videtur obstare, *Reg. de Marin lib. 1. resol. 328.* vbi voluit, quod nō cōpetat reclamatio, aut nullitatum remedium, quia Iudex pro propulsanda violentia non iudicialiter, sed per viam extraiudicialis informationis sine citatione procedit. Nam respondetur, quod etiam competat remedium nullitatum, quādo sententia sine citatione processit, vt dixit *Bart. in l. furioso nu. 2. ff. de re iudic.* & ibi *Additio lit. A. V. ...tius de null. ... rub. 10. ex defect. citat. n. 10.*

Dixi, quod detur reclamatio absque expressio-
Ff ne

ne appellationis, quia loquor de Regno no-
ſtro, vbi tale Regale Præſidium impartitur
per noſtrum S.Conſilium, à cuius ſententijs
non appellatur, ſed tantum reclamatur, &
ideo competit illa appellationis forma con-
ueniens ſententiæ Supremi Senatus, in alijs
verò Regnis, vbi iſtæ cauſæ non agitantur
in Suprema Curia, datur appellatio à dictis
Chartis tuitiuis, prout in Regno Caſtellæ
practicari fatetur *Pereyra d. cap. 21. num. 17.
pag.* 194. vbi omnes citat, dum talis ſententia
aliam non expectat, maximè quia in *l. 1. C. ſi
à moment. poſſeſſ.* non repellitur appellatio,
quo ad deuolutiuum, *Couarr. practic. cap. 23.
num.* 8. *Afflict. dec.* 269 *Pereyra d. cap 21. pag.*
194. vbi omnes allegat.

Nota ſecundo, quod licèt hæc remedia recla-
mationis, aut nullitatis permittantur pro-
poni in Regno noſtro, non tamen conce-
17 duntur beneficia, *Sanfelic. in praxi iudic. ſe-
ction. 30. num.* 13. *Grazius in d. obſer. 69. nu.* 6.
ſicut nec etiam in integrum reſtitutio da-
tur *Pratus d. obſer. 57. num. 47. Sanfel. loc. cit.
de Marin. d. cap.* 328. *num.* 11. Nec etiam re-
conuẽtio, *Gloſ. in c. fin. de ordin. cognit. Fran. d.
dec.* 163. *n.* 11. *& dec.* 193. *n.* 10. quia eſt extra-
ordinarium iudicium, vt dixit *Franc. d. dec.*
193. *num.* 12. & confirmant *Pignatel. conſ. ca-
non. 27. num. 8. tom. 3. Anna ſingul.* 432. Si ta-
men Clericus voluntariè compareat contra
laicum poſt citationem per edictum, poſſe
reconueniri putat dict. modernus *Dom. de
Conſtantio in d. pragm. vnic. num.* 2. ſed debet
intelligi, quando Clericus comparens oppo-
ſuerit competentiam actionis, vel petierit
manutentionem. ſecus ſi non conſentiret in
Iudicem, ſed ſolum dixerit neminem ſpo-
liaſſe, aut turbaſſe, ideo. *Amendola ad Franc.
dec.* 193. *num.* 18. dat cautelam, vt Clericus
comparens non opponat d. exceptionem de
carentia actionis, nec petat manutẽtionem,
ſed ſolum dicat non conſentire in Iudicem,
nemineмque turbaſſe, aut ſpoliaſſe, & in
iſto caſu non poterit reconueniri, vt fuiſſe
deciſum in noſtris Aulis per S.C. in cauſa Vni-
uerſitatis Caſtelli Baronię refert idem *Amen-
dola loc. cit.*

Nota tertio, quod hoc decretum cõpetere ma-
num regiam, vel Chartas tuitiuas, vel apud
nos Regale Præſidium, nõ eſt ita definitiuum
vt pariat exceptionem rei iudicatæ in iudi-
dicio ordinario, nam per prædicta no-
ſtra ſtatuta nil aliud prouidetur, niſi eui-
tare violentias, nè partes veniant ad arma,
ob commodum poſſeſſionis, quod non mo-
dicum eſt *ſ. commodum inſtit. de interdictis*,
& cognoſcitur ex hoc, vt ad onera petitoris
aduerſarium compellat, dixit *Gaius in l. qui
deſtituunt 24. ff. de rei vendic.* ibi: *Quia longè
commodius eſt ipſum poſſidere, & aduerſa-
rium ad onera petitoris compellere*, quod etiam
expreſſit *Iuſtin. in §. retinendæ inſtit. de interd.*
ibi: *Si modo actor non poterit ſuam eſſe proba-
re, remanet in ſuo loco poſſeſſio*, ideo ſufficit
ſummariè cognoſcere, hinc eſt, quod ille, qui
obtinuit d. Regale Præſidium non remanet
verus, & certus poſſeſſor, ſed poterit contra-
dictor in iudicio ordinario ſuper eadem poſ-
ſeſſione litigare, & ita de praxi in Senatu
Luſitaniæ teſtatur *Velaſch. in d. conſult. 79. nu.
15. & 16.*

Cur autem competat talis cognitio Supremo
Principi, eiuſque Supremo Senatui tueri ſuos
Vaſſallos, vel Clericos à violentia Eccleſia-
ſticorum, quærunt DD. ad cognoſcendum
quomodo poſſit Iudex laicalis cogno-
18 ſcere de cauſis Clericorum contra Sacros
Canones, ſcilicet *cap. qualiter de Iudicijs*,
vbi S. Pontifex determinat Iudices Laicos
non poſſe cognoſcere de cauſis Clericorum,
concordant *cap. 2. de iudicijs clem. 1. de cauſis
poſſ. & proprietat. clem. 1. de ſequeſtr. poſſ. clem.
2. de iudic.* vbi non ſolum petitorium, ſed
etiam poſſeſſorium rerum Eccleſiaſticarum
tractandum eſt apud Iudicem Eccleſiaſticum,
& in ſpecie de recurſo ad ſeculares Iudices
interdicitur Clericis in *cap. 9. Tertij Concil.
Carthaginenſis*, & in *Concil. Trident. de reform.
cap. 3. § in cauſis ſeſſion. 25.* vbi prohibetur, vt
nec ob denegatam Iuſtitiam Iudices ſecola-
res ſe intromittant, aliter enim facientes
excommunicãtur per Bullam Cœnæ Domi-
ni, *clauſ.* 14. ibi: *Etiam ſub prætextu violentiæ
prohibenda, Duard ibi lib. 2. cap. 15. quæſt. 19.
num.* 48. idcircò plures DD. tale remedium
condamnant, vt *Farinac. de inquiſit. quæſt. 8.
num. 87. cum ſeq. Ambroſin. de immun. Eccleſ.
cap. 20 num. 73. Pergrin. dec. 145 n. 16. Carol.
de Graſſ. de effect. Cleric. effec. 1. num. 1035. Af-
flict. dec. 85. Maſtril. deciſ. 79. Squillant. de
priuileg. Clericorum cap. 7. dub. 7. num. 58.
Dian. reſol. moral. par. 1. reſol. 21. Thom. del Be-
ne de immun. Eccleſ. tract. 9. dub. 6. num. 19.
par.* 2. qui alios citat, & parum curantes eo-
rum oppreſſiones concludunt, non debere
Principes ſeculares ad eorum iuuamen ſe
immiſcere, ita *Azor. inſtit. moral. par 1. lib. 5.
cap. 14. qu. 2. Sarauia de iuriſd. adiun. 7. qu. 30.
per tot.* alijque relati à *Barboſ. de iure Eccleſ.
tom. 1. cap. 29 §. 2. num. 186. & à Pilata inſtit.
can. tom. 1. dec. 11. num.* 121.

Sed quod talis cognitio pro repellenda violen-
tia apud Principes ſeculares, eorumque Su-
premas Curias reſideat, & quod Eccleſiaſti-
cæ libertati, & iuriſdictioni non repugnet,
per plures rationes demonſtrant, ne dum
Iuriſtæ, ſed Canoniſtæ. Et primo aliqui di-
cunt huiuſmodi iuriſdictionem ſecularibus
Iudicibus de iure canonico conceſſam eſſe
allegantes *tex. in cap. Regum 23. qu 5.* vbi di-

citur

citur, Regum officium eſt proprium facere iudicium, & iuſtitiam, & liberare de manu calumniantium vi oppreſſos, melior tex. in cap. filijs 16. qu. 7. vbi de negligentia, & de denegatione Iuſtitiæ facta ab Epiſcopo, Rex adeundus erit, per illa verba: *Si autem Metropolitanus alia gerat, Regis hæc auribus intimare non differant*; maximè quia iſti duo gladij Eccleſiaſticus nempè, & laicalis, exigête neceſſitate ſibi ad inuicem ſuffragâtur, & in reciprocum iuuamen mutua ſubuentione exercêtur, dicit tex. in cap. dil. & in fin. de ſent. excomm. in 6. ideo ad Regis officium ſpectat auxilium præbere contra potentes, *Afflict. dec. 2 24. & 85.* & in Con. Regni de burgenſatic. *Lucas de Penna in l. ſi Coloni, C. de agricol. & cenſit. lib. 11.* Sed hanc poteſtatem conceſſam non eſſe ſecularibus Iudicibus, demonſtrant *Suarez in def. uſ. fid. lib. 4. c. 34. num. 28.* & latè tractat *Thom. del Bene de immunit. par. 2. cap. 9. dub. 6. ſection. 3. num. 7.* qui in dict. dub. 6. ſect. 1. num. 33. dixit, quod prædictus tex. in cap. filijs fuit abrogatus ab Innocentio Tertio in *cap. qualiter, & quando de Iudic.* vbi multos DD. citat.

Alij autem putarunt, quod talis cognitio, & defenſio competat, quia non proceditur iuriſdictionaliter, aut per modum iudicialis authoritatis, ſed tantum extraiudicialiter, & per viam facti cognoſcendo de articulo Eccleſiaſtico, per modum cauſæ, non per modum iuriſdictionis, ſuccurrendo oppreſſis

19 per viam charitatiui auxilij, nè partes veniant ad arma, & turbetur Regni tranquillitas, & licet Princeps non ſit dominus perſonarum Clericorum, tamen quia eſt dominus territorij, tenetur in ſua ditione violentias coercere, *Pereyra de manu regia par. 1. cap. 4. vſque ad cap. 10. Oliua de for. Eccleſ. par. 1. qu. 15. num. 45. & ſeq. Cenal. de violent. loc. cit. Salgad. de reg. protect. in proam.* & quaſi per totum opus *Velaſch. conſul. 79. n. 14. & 15. Cancer. var. par. 1. cap. 14. num. 8. Poſtius de manuten. obſ. ru. 6. num. 20. & 27.* & notabiliter etiam concludit *Anton. Faber in Cod. tit. de Epiſc. & Cler. defin. 55.* quem ſequitur *Pilaia inſtit. canon. lib. 1. dec. 12. nu. 134.* meritò ſatis rationabile remedium appellat *Fontanell. deciſ. 322. num. 12.* vt qui via facti, & propria authoritate in res aliorum manus iniecerint, eadem via facti publica authoritate pro bono pacis ab eo auferâtur, & recuperentur, *Pratus reſponſ. fiſcal. 40. n. 32.* Sed talis ſententia acerrime impugnatur à *Pegas ad ordin. Portugal. lib. 1. tit. 9. gloſ. 14. à num. 10. tom. 3. fol. 23.* qui poſt multos putat, talem cognitionem violentiæ ſine iuriſdictione exerceri non poſſe, ad quod citat *Couarr. cap. 35. num. 4. Nauarr. in cap. cum contingat de reſcript. remed. 1. § 2. infertur Suarez d. lib. 4. cap. 34. num. 37.* & latè demonſtrat *Thom. del Bene d. cap. 9. dub. 6. ſection. 2. num. 7. par. 2.*

Sed iſtæ rationes licet ſint communiter approbatæ à Doctoribus, attamen iſtæ ſequentes fortius demonſtrant noſtra Capitula Regni pro repellenda violentia non aduerſari Eccleſiaſticæ Iuriſdictioni; Nam iſta eſtraiudicialis cognitio practicatur apud nos per citationem per edictum, vt quiſquis ſua pu-

20 tauerit intereſſe compareat, quo caſu quando poſtea Clerici comparent repotantur actores voluntarij, quia non eſt vera citatio, vt aduertit *Viuius dec. 30. num. 1.* poſt *Nigrum in cap. ad regale faſtigium num. 18.* ſed potius monitio, quæ nullam præſupponit ſuperioritatem, vt dixerunt *Gloſ.* & *DD.* communiter in *cap. cum cauſa de offic. deleg. & cap. dilecti de except.* proinde non artat citatum ad comparendum, dixit *Viuius loc. cit. cum Innoc. in d. cap. dilecti*, ſi vero Clericus non compareat poſt citationem factam per edictum, quare ſpoliatus reſtitui non debet capta informatiue extraiudiciali? cōſtito igitur de ſpolio reſtituitur ſpoliatus, licet cauſa ſit inter Clericos de beneficio Eccleſiaſtico, vt dixerunt DD ſcilicet *Io: Anton. de Nigris in cap. ad regale faſtigium num. 7. & ſeq. Viuius d. deciſ. 30. num. 5. Afflict. dec. 24. num. 55. Franc. dec. 163 num. 2. & ſeq.* Et ratio ſupradicta eſt ita vera, vt ſi Clericus compareat, & dicat non ſpoliaſſe, ſed iuſtè ſe poſſidere oſtenderit, tunc ordinariè procedi debet, *Afflict. & Foller. num. 38. in conſtit. Regni de Burgenſatici*, & debet remitti cauſa ad ſuum Iudicem Eccleſiaſticum, dum apparet non ſpoliaſſe, ſed iuſte poſſidere beneficium, vel rem, quam prætenditur occupaſſe, *Viuius d. dec. 30. num. 6. Viſil. ad Afflict. in addit. ad deciſ. 380 num. 5. Gramatic. dec. 61.* latè, *Capycelatro dec. 59. nu. 19.* & confirmant *Reg. Sanfel. d. ſection. 30. in praxi, Rocc. reſponſ. 36. tom. 2. Altimar. de nullit. d. rub. 5. qu. 6. n. 20.* meritò dixerunt DD. quod poſſeſſoria iudicia retinendæ, & recuperandæ poſſeſſionis tractari poſſint coram Iudice ſeculari, non verò adipiſcendæ, vt poſt multos citatos ab eo, fundant *Farinac. qu. crim. 8. nu. 23. verſ. ſublimita ſecundo & Chriſtin dec. 20 Belg nu. 12 to. 2.* quia qui comparent pro d. duobus iudicijs debent eſſe actores voluntarij.

Tandem hæc omnia iſta etiam efficaci ratione confirmantur, ex antiqua ſcilicet conſuetu-

21 dine, & inueterato vſu tot annorum, ab anno 1332. quo fuerunt noſtri Capitula ordinata à Sapientiſſimo Rege Roberto, tunc huius Regni moderatore, annuentibus Summo Pontifice, ac Principibus Eccleſiaſticis, ac toto Cetu Prælatorum, in noſtro Regno eorum obſeruantiam, & exequutionem habue-

runt, non minus ac in cæteris Europæ Regnis, & Principatibus, d. Regiæ protectiones, & defensiones, & Chartæ tutiuæ pro oppressis à violentiis liberandis, ab immemorabili tempore exercentur, vt in Regnis Hispaniarum fassi fuerunt illimet Regnantes, quando leges in illis Regnis constituerunt. Ioannes enim Primus Rex Castellæ cum sanciuerit legem illam latam in *lib. 2. ordinam. tit. 1. l. 5. de tollendis violentijs Ecclesiasticorum*, in antiqua consuetudine se fundauit. Similiter Carolus V. Cæsar, & Ioanna Regina Mater quādo in anno 1525. ordinarunt illam *leg. a. nou. recompil. tit. 5. l. 36. pag. 62.* dixerunt, tam de iure communi, quam de immemorabili consuetudine ad se pertinere, tollere violentias, quas inferunt Iudices Ecclesiastici, de qua consuetudine legum partitarum Hispaniæ, atque nostrorum Capitulorum huius Regni testatur etiam *Gregor. Lopez in par. 2. tit. 13. lib. 13. vers. ninfuerza fol. 37. a terg.* & confirmant *Menoch. de retin. possess. remed. 2. num. 356. & seq. Conar in pract. qu. cap. 35. num. 3. & Nauarr. cap. 27. num 70.* Et respectu consuetudinis Galliæ eiusdem materiæ, dixerunt *Benedict. in cap. Raiuntius vers. & vxorem in 2. dec. num. 55. & 59. Ferald. de insign. priuileg. Reg. Franc. iur. 11. Anna loc. cit.* alijque. Stante igitur tam antiquissima, & immemorabili consuetudine per multa secula à Summis Pontificibus tolerata, & ab eis non ignorata, vt dixit *Sesse de inhib. cap. 8. §. 3. num 163.* talis tolerantia habet vim approbationis,
22 non minus ac dissimulatio Papæ habet vim dispensationis, *Innoc. in cap. quia circa de consanguin. & affin.* per illum *tex.* facit *tex. in cap. super eo eod. tit.* & notatur in *cap. aqua de consecrat. Eccles. vel Altar.* late *Glosa Pragmat. sanctionis tit. de collat. §. volumus vers. tolerantia lit. 1. fol. 78. Arnulf. Ruzzeus de iur. regal. cap. 38. num. 4. Benedict. in cap. Raiuntius vers. & vxorem nomine Adelasiam in 1. dec. n. 38. Fabius de Anna in pract. obseru. 17. num. 140. post collect. ad leges;* vbi cum *Speculat in tit. de Emphiteus. num. 7. vers. item Ecclesia Romana,* concludit, quod dissimulatio Ecclesiæ Romanæ operatur, vt valeat consuetudo circa contractus alienationis rerum Ecclesiasticarum. Non erit propterea amplius inuestigandum, an talis cognitio repugnet Ecclesiasticæ Iurisdictioni, cui si aduersaretur, tam lōga dissimulatio seu acquiescentia, non fuisset adhibita, vt concludunt *Salgad. loc. cit. par. 1. prælud. 3. num. 130. & 178. per tot. Garcia N[illegible] loc. num. 48 Cou[arr] pract. cap. 35. num. 5. Ceu[illegible] m. tom. 4. qu. 897. nu. 113. Leon. d[illegible] 1.* & alij, qui refert, & [illegible] *lib. 4. d. c. 11. num. 22.* [illegible] afferit cum *Salgad. loc. ci. num. 137. in fin.* quod ista consuetudo fuit fauorabilis Ecclesiasticis, & Regularibus, & introducta ab ipsis Ecclesiasticis, nec est laicorum absoluta Clericos non ligans, *arg. cap. quod Clericis de foro comp.* sed introducta ad repellendam violentiam, quæ est legibus obnoxia, & inimica *cap. Christianis 11. qu. 1.* & violentiam coercere est legi subsidium ferre, *cap. sicut de except. prælat.*

Neque valet dicere, quod talia capitula nostri Regni, & consuetudo supra allegata contra Sacros Canones nullius sint potestatis per *cap. Sanctæ Mariæ de constitutionibus*, cum concordantibus, nam talis immunitas est de iure diuino, cui humana iura famulatum præbere debent non superioritatem. Quia respondeo, quod hoc officeret quando consuetudo induceretur contra iurisdictionem
23 ordinariam, in qua propriè considerari potest acquisitio alicuius iuris prius non habiti postea aquisiti, non vero quando agitur de cognitione extraiudiciali per viam subsidij, & naturalis defensionis, quam Princeps non acquisiuit ex aliqua consuetudine, sed à iure naturali habet, illam eandem, nempè, quam quilibet priuatus pro sua defensione propria authoritate violentiam repellendo exerceret, sed quia priuatus vrbanius agere intendit, & cum possit resistere, tamen pro bono Pacis Principem adit, & ab ipso vti communi Domino protectionem expostulat, ideo Princeps quasi communis Pater suam protectionem dispensat, vt ponderarunt *Cenal. com. qu. 897. nu. 228. par. 4. & Pereyra d. cap. 22. nu. 7.* Præterquamquod si velimus illam appellare consuetudinem, esset consuetudo mista Ecclesiasticorum, & laicorum à S. Pontifice non ignorata, vt dixit *Sesse loc. cit.* & à Principibus vsitata, potius ad tollend[illegible] b[illegible] um Ecc[lesia]sticorum, qui irreuerenter contemnunt Sacros Canones, qui violentias prohibent, & hoc modo iniuriam partibus irrogant, & Sedem Apostolicam dedecore afficiunt, quem granem excessum reputat *tex. in cap. de priore de appellat.* hac de causa talem contemptum S. Pontificis, & Sacrorum canonum ipse Princeps corrigere potest, vti defensor Ecclesiasticorum, tollendo violentias, quæ contra Sacros Canones irrogantur, nè recursus ad Pontificem impediatur, vt probat *Pereyra d. cap. 22. num. 5. & 6.* & hoc etiam affirmarunt DD. morales, scil. *Coi dubens. in tract. de casos cap. 35. Bouadilla in politic. lib. 2. cap. 18 num. 139.* alijque relati à *Pereyra d. cap. 22. in fin.* possumus igitur affertere, quod sit consuetudo legibus, & Sacris Canonibus conformis, non destructiua Ecclesiasticæ Immunitatis.

Eodem modo respondetur ad alia iura canonica in contrarium allegata sup. *num. 18.* vt illa

illa procedant quando per viam iudicij vellent Principes, & Iudices laici causas Clericorum cognoscere, sicut explicat *Thom. del Bene d. cap. 9. dub. 6. section. 1. nu. 20 & section. 2. num. 7.* secus erit dicendum si per modum defensionis, in qua nulla cognoscitur iurisdictio, sed tantum extraiudicialis cognitio, ex qua tantum coercetur violencia, & hoc modo non offenditur Bulla Cœnæ Domini, nec Concilium Tridentin. dixit idem *Peregrin. d. cap. 22. nu. 26. & seq.* ita resoluunt ipsimet Canonistæ, scilicet *Layman. l. b. 4. tract. 9. cap. 4 Dian. par. 1 tract. 2. resol. 53. & par 3. trac 1. resol. 53. & p. 5. tract. 1. resol. 3. Suarez* contra *Reg. Angl lib 4 cap. 34. num. 6. & 9.* aliique relati à *Bellaf. in prompt. regul. in verb. Iudex nu. 15. & à Pilus d. dec. 11. num. 123. in fin. Sousa in Bulla Cœnæ cap. 16. disp. 82. Turreblanc. lib. 15. de iur. spirit. cap. 10. num. 24. Baldell. disp. 40. nu. 12.* alijque multi citati à *Thom. del Bene d. cap. 9. dub. 6. sect. 1. num. 1. & 27.* qui in *dict. sect. 1. num. 20.* hoc modo concedit residere apud Principes laicos talem cognitionem per viam violentiæ.

Sed curiosè poterit dubitari, an sicut possunt Principes seculares reprimere violentias Ec-
24 clesiasticorum, ita etiam possint Principes Ecclesiastici contra Iudices, & personas seculares vim inferentes potestatem habere repellendi violētias, & oppressiones. Et quod Ecclesiasticis Principibus id magis liceat, probant *Oliua de foro Ecclesiastic. par. 1. qu. 15. num. 28. Suarez de fide lib. 4. cap. 34. num. 32.* ob peccatum mortale euitandum ex violentia resultans, ad quod videtur concurrere *Pegas d. lib. 1. tit. 9. glos. 14. num. 22. tom. 3.*

At hoc dicere, omnem laicalem iurisdictionem euerteret, & vniuersæ Reipublicæ machina dissolueretur, ob confusionem, quam in dies esperiremur, fateor, quod duplex iurisdictio
25 resideat penes S. Pontificem, secularis scilicet & Ecclesiastica, vt habetur in *extrauag. Vnam tantum de maior. & obedient.* non tamen exercet vtramque, nam Ecclesiasticam iurisdictionem in actu retinet, secularem vero in habitu, testatur *Larrea dec. Granatens. 1. num. 5. tom. 1.* quem sequitur *Feloaga in enchirid. iur. controuersi cap. 8. num. 2.* vel vt melius fatetur *Bellarmin. de Rom. Pontifice lib. 5. cap. 6. 7. & 8.* indirectè, & ad bonum spirituale, vel casualiter, prout aduertit S. Pontifex *in cap. per venerabilem, qui filij sint legitimi.* Cum igitur S. Pontifex non habeat in toto orbe Christiano, imo vt melius dicam, non exerceat directam, & temporalem potestatem, vt dixit *Diana par. 1. tract. 2 res. 121. 122. & 123.* quomodo eius Principes Ecclesiastici inferiores illam possunt habere, & se ingerere in excessibus, vel violentijs Iudicum laicorum, habent enim Subditi Iudices, & Tribunalia superiora, imo & ipsum Principem, qui eorum excessus valebit punire, & violentias extirpare ferro, & igne, & satis agunt Ecclesiastici, si Clericorum causas benignè audiant, eorumque iustitiæ prouideant.

§. VNICVS.

Præstantia supra posita ampliatur, limitatur, & declaratur.

S V M M A R I V M.

1 *Violentiæ cognitio competit Supremo Consilio Principis, licet inter personas Ecclesiasticas sit contentio.*

2 *Appellationem Iudex non admittens dicitur violentiam inferre, sed hoc in quo Regno, & quando obseruatur.*

3 *Appellatio est iuris naturalis, sed quo ad circumstantias est iuris ciuilis.*

Capitula nostri Regni non possunt proponi, ob non admissam appellationem.

4 *Appellatio si denegetur à Iudice Ecclesiastico, & appellans ab eodem carceretur, conceditur recursus.*

5 *Possessori nedum competunt capitula nostri Regni, sed etiam detentori.*

Detentori non datur interdictum vti possidetis, sed etiam Vnde vi.

6 *Spoliatus debet docere de titulo, vt restitui possit, & quando.*

7 *Titulum suæ possessionis, si quis non iustificauerit, etiam potest petere regale præsidium.*

8 *Cessionario rei competit recursus pro violentia cedenti facta in re cessa, & quando.*

9 *Hæreditati iacenti si spolium fuerit factum, etiam competit regale præsidium.*

Hæreditas iacens gaudet omnibus priuilegijs, quæ in vita defunctus retinebat.

10 *Clerici vel minoris hæreditas iacens retinet omnia eius priuilegia, quæ cum viuerent habebant.*

11 *Regale præsidium non solum conceditur in contumaciam, sed etiam post partis citationem.*

12 *Capitula Regni possunt impetrari etiam pro spolio beneficij.*

Possessorium summarium rei spiritualis potest cognosci per Iudices laicos, per cognitionem extraiudicialem, non iudicialem.

13 *Beneficiatus non potest ad beneficium restitui si fuit spoliatus, nisi demonstret titulum.*

Titulus coloratus sufficit spoliato pro restitutione beneficij, & quinam sit.

14 *Regulares etiam possunt habere recursum ad Iudices seculares, pro repellenda violentia.*

15 Se-

15 *Senatus Principis potest causam violata securitatis, vel saluaguardiæ cognoscere.*

16 *Capitula nostri Regni non habent locum, quando illa postulans non reperitur in possessione rei.*

Recursus non datur violento possessori.

17 *Curiæ inferiores non habent potestatem cognoscendi de causis violentiæ Ecclesiasticorum.*

18 *Iustitiarius nostri Regni, & M. Curiæ Vicariæ cognoscit de causis violentiæ, sed quomodo.*

Officiales Terrarum demanalium, & Baronum non possunt cognoscere de causis violentiæ.

19 *Violentiam infert officialis aliquid ordinans, repugnante lege.*

20 *Iudices laici post cognitam violentiam, & rem restitutam, non possunt cognoscere de causa ordinaria violentiæ.*

Iudex spolij quisnam sit Iudex spoliati, vel spoliantis.

21 *Violentia an inferatur per receptionem, vel denegationem exequtionis Bullarum Pontificis.*

22 *Violentia non dicitur illata ob excommunicationem iniustè latam.*

Ordinarium quando habetur remedium, non debet recurri ad estraordinarium.

23 *Præfectus Regalis Iurisdictionis aditur ex stylo nostri Regni, si Episcopi irregulariter procedunt in censuris infligendis.*

Hortari verbum emanatum à Principe importat iussionem, secus ab eius Officiali.

24 *Præfectus Regiæ iurisdictionis solet sequestrare redditus Prælaterum, & quando.*

Bulla Cœnæ Domini loquitur de vsurpantibus non de sequestrantibus redditus Ecclesiasticorum.

25 *Violentiæ causas non debent sic de facili admittere Suprema Consilia Regum aduersus Ecclesiasticos.*

26 *Capitulis Generalibus, & Prouincialibus Regularium, solent de Mandato Principis assistere Ministri Regij, si esset timor Scandeli, vel grauis turbationis.*

HÆc supra posita conclusio, vt Suprema Consilia Principum debeant cognoscere de violentijs, & oppressionibus subdito-
1 rum, in multis casibus ampliatur, & primo, vt talis cognitio competat d Supremo Consilio, licet inter personas Ecclesiasticas sit contentio. *Auendan. de exeq. mand. lib. 1 c. 1. num. 32.* & in nostro Regno est speciale statutum, seù Capitulum incipiens *Regale Fastigium*, quod fuit latum ad tollendas vexationes inter Ecclesiasticos, dixerunt *Niger in d. c. 1 p num. 14. vers. & aduci te, Lucas de Penna in l. si Colon. C. de agric. & c. n. lib. 11. Afflict. in dec. 2. num. 4. & dec. 85 & 7 Franc. deci. 163. & 193. Anna alleg. 7. & 97. Cons. Prat. obseru. 57.* sed non exercetur talis cognitio ad formam iurisdictionis, sed economica tantum potestate, vt declarat *Salgad. de retent. bullar. par. 1. cap. 4. num. 46.* & sequitur *Feloaga loc. cit. n. 27.*

Amplia secundo, secundum aliquos, vt competat recursus, & dicitur violentia illata,
2 quando reijcitur appellatio iustè interposita, & admisibilis, hoc. n. casu quādo nō adest Iudex Ecclesiasticus superior, vel si adsit nollet admittere appellationem, vel ad illum non posset recurri ob longam distantiam, tunc potest Iudex secularis adiri de grauamine, non vt possit cognoscere per modum appellationis, sed solum vt succurrat pro illo iniusto grauamine tollendo, repellendo vim sibi factam, non per modum iurisdictionis, sed per viam facti, ita affirmant ipsimet Canonistæ, scilicet *Malder. in praxi par. 2. qu 96. artic. 2. Portel. in addit. ad dub. regul. in fin. opera in ver. appellare n. 3.* & ipsemet *Thom. del Bene* acerrimus protector immunitatis Ecclesiæ in *c. 9. dub. 6. section. 1 nu. 20. & seq. tom. 2. Costa in domo supp. annot. 8. n 55. & seq. Salgad. de reg. protect. par. 1. c. 1. Augustin. Barbos. vot. 48. num. 11. Oliua de foro Eccles. par. 1. qu. 4. per tot. Salzed. de leg. politic. lib. 1. cap. 9. Fermosin. in cap. 2. de iudic. ad cap. 2. quæst. 19. num. 28. Castill. de tertijs debit. lib. 6. controuers. cap. 41. num. 163. & seq. & num. 170. Pereyra de manu Reg. cap. 22. num. 5. par. 1. Pegas ad ordin. Portugal. lib. 1. tit. 9 glos. 14. num. 3. tomo 2. fol. 22.* & latè probat *modern. Pilaia in lib. 1. instit. canon. decis. 11. num. 120.* qui omnescitat, & ratio est, quia appellatio, quo ad substantiam continentem defensionem est iuris naturalis, *cap. cum speciali, vers. porro, ibi: cum appellationis remedium & cap. sugestum de appellat.* quamuis quoad circumstantias sit iuris humani, per *l. 1. ff. de appell.* prout post alios *Pereyra d. cap 22. num. 4.* qui ex hoc perbellè deducit, quod iudex denegando hanc appellationem, ne dum iniuriam parti irroget, sed etiam Summum Pontificem irreuerentia afficiat, & hoc modo delinquit, ideoque potest Princeps se interponere, vt debitus honor Sanctæ Sedi conseruetur. Sed ne erres scias, quod solum in Hispania reputatur violentia notoria, quando non admittitur receptibilis appellatio, vt dicunt *Couar. practic. cap. 35. Salgad.* & alii sup. cit. & etiam aduertit *Pegas loc. cit. num. 4.* per illam legem Castellæ latam Toleti à Carolo V. & Ioanna Regina die 11. Augusti 1525. vt habetur in *l. 36. tit. 5 lib. 2. non. recompil.* quam etiam refert dict. *del Bene cap. 1. dub. 15. sect. 6. num. 37. tom. 1. de immun. Eccles.* Imo in ipsa Hispania in aliquibus casibus, nec etiam datur recursus ex capite appellationis reiectæ, puta in causis tangenti-

bus

bus exactionem Bullæ S. Cruciatæ, vel ſubſidium Regibus conceſſum, *Pegas loc. cit. gloſ. 14. nu. 24. Fermoſin. par. 2. alleg. fiſcal. 13. n. 54. & ſeq.* Verum in alijs Regnis, & apud alias nationes, iſta non conſideratur violentia, cum de iure canonico Iudices Eccleſiaſtici poſſunt appellationes non recipere, *cap. cum appellationibus de appellat. in 6.* vel quando eſſet commiſſa cauſa remota appellatione, *cap. inter cæteras de re iudic. cap. Romana §. quod ſi obiciatur de appellat. in 6.* vel aliud legitimum obſtaret impedimentum, proinde in noſtro Regno nunquam fuit pretenſum, poſſe intentari noſtra Capitula Regni ob non
3 admiſſam appellationem à Iudicibus Eccleſiaſticis, quia hoc modo aperiretur via Iudicibus ſecularibus, de cognoſcendis ſententijs Eccleſiaſticorum, in præiudicium Eccleſiaſticæ libertatis, contra mentem Sacrorum Canonum, idcircò cum per ordinationem Regni Portugalliæ cæpit hoc introduci in illo Regno, Pegas Doctor illius Regni nō minus ſapiens, quã obſeruator Eccleſiaſticæ immunitatis, monuit Iudices illos, vt attentiſſimè illam cōſiderarent, ne circa eius obſeruantiam violarent Eccleſiaſticam Immunitatem, vt teſtatur idem *Pegas loc. cit.* Si tamen cum denegata appellatione iungatur carce-
4 ratio Clerici, vel Religioſi appellantis, quia in hoc caſu in pœnam defenſionis adhibetur talis violentia, affirmant *Bellaſius in promptuar. Regular. in verbo Iudex num. 15 & Salgad. de reg. protect. prælud. 5 nu. 25. & 26.* dari recurſum, quia manifeſta cognoſcitur neceſſitas regalis protectionis, *Pilaia loc. cit. n. 24.*
Amplia tertio, vt talia remedia capitulorum noſtri Regni, quæ alibi tuitiuæ Chartæ non-
5 cupantur, competunt non ſolum poſſeſſori, ſed etiam detentori, probant *Velaſch. conſul. 79. num. 10. Pereyra de manu reg. c. p. 21. nu. 6. & 7 Oliua de foro Eccleſiaſtic. par. 1. quæſt. 11. n. 49.* quos ſequitur *Pegas d. lib. 1 tit. 3 gloſ. 11. num. 16.* vbi latè. Scio hoc remedium repellendi violentias manu Regia, in effectu eſſe interdictum vti poſſidetis, de quo in *tit. ff. & Cod. Vti poſſidet.* alij vocant remedium de manutenendo, *Guid. Papè dec. 85. num. 2.* quod interdictum vti poſſidetis certum eſt, quod detur poſſeſſori ciuili, vel naturali, vel vtrique poſſeſſori, *l. 1. in princ. ff. vti poſſid. l. fin. ff. eod.* vbi datur vſusfructuario, qui poſſidet naturaliter, & proprietario, qui poſſidet ciuiliter, *Velaſch. conſul. 79. num. 9. Souſa dec. 44. num. 1. & ſeq.* dummodo poſſeſſio naturalis non fuerit ab altero occupata, quo caſu non ſufficit poſſeſſio ciuilis, vt declarant *Couarr. pract. cap. 17. num. 5. Souſa d. dec. 44. n. 6.* Sed detentori non conceditur tale interdictum, *l. ſi duo §. creditores, ff. vti poſſid. Velaſc. loc. cit. nu. 9. in fin.* Sic remedium recuperandæ, Vnde vi, nec etiam datur niſi poſſeſſori, & non detentori, *l. 1. §. deijcitur ff. de vi, & vi armat. Gomes in regul. Cancellar. in regul. triennal. qu. 27. num. 11.* Sed veritas eſt, quod competat tale noſtrum Regale præſidium etiam Detentori, & ratio eſt, quia capitula prædicta fuerunt ordinata pro bono pacis in Republica conſeruandæ, ne ciues ſua propria authoritate ſpolient poſſeſſores, ideo voluit Rex omnem violentiam expellere, quæ ratio habet locum, nedum in legitimo poſſeſſore, ſed etiam detentore, ſi violenter à ſua detentione eiciatur, probat *Velaſch. d. conſ. 79. num 10. verſ. ſed quamuis*, & refert deciſum *Franc. dec 163. num. 17.* vbi fuit conceſſum Regale Præſidium Emphiteutæ bonorum Eccleſiæ, licet ſuper emphiteuſi aſſenſus Apoſtolicus reſeruatus, nō fuerit impartitus, quando enim nullitas tituli concurrit, poterit actor adire Iudicem pro iuſtitia adminiſtranda, & non propria authoritate detentorem expellere, publicam pacem turbando; fateor contrarium fundaſſe *Reg. de Ponte conſ. 96. vol 1. & Marc. Anton. var. reſol. lib. 1. reſol. 56. contra d. dec. Franch. 163.* & ita refert deciſum *d. de Ponte in fine d. dec. ex tex. in cap. ad decimas fin. de reſtit. ſpoliat. in 6.* vbi
6 ſpoliatus debet docere de titulo, non de ſola detentione, vt reſtitui poſſit, concordat *tex. in cap. literis eod. tit.* cui reſpondet *Franch. in d. deciſ. 163. num. 17. d. capitulum ad decimas* non procedere in iudicio retinendæ poſſeſſionis, ſed melior intellectus d. tex. traditur à *Paul. de Caſtro, Menoch.* & alijs relatis à *Barboſ. in d. cap. ad decimas nu. 5.* qui noſtram ampliationem confirmat, cum diſtinctione inter cauſas Eccleſiaſticas, ſeu ſpirituales, & inter profanas, in his enim profanis admittunt reſtitutionem eſſe faciendam de vtroque iure ſpoliato detentori, quamuis ei ius commune, vel iuris præſumptio reſiſtat, ſecus vero in cauſis ſpiritualibus, puta de decimis, iure eligendi Epiſcopum, vel in cauſis beneficialibus, & ſimilibus, in his enim ſpoliatus debet docere de titulo iuxta tex. in *d. cap. ad decimas*, quia habet iuris reſiſtentiam, vbi *Barb.* alias explicationes reſcribit, ideo in ſpolio, ſeu reſtitutione beneficii, ſi petitur tuitio, ſeu Regia defenſio, neceſſe eſt oſtendere titulum prouiſionis, probat *Velaſch. d. conſult 79. num. 3 tom. 1.* vt infra dixi *num. 13.* & cum ſimilis caſus occurrerit annis elapſis, vt quidam Parrochus noſtræ Ciuitatis reiecerit ab atrio Eccleſiæ quoddam bancum ibi impoſitum à quibuſdam Ebdomitarijs, quod ibi tenere iuſtè prætendebant, fuit d. Parochus de violentia accuſatus vigore capitulorum noſtri Regni, at Parochus ſe excuſabat, dicendo, de iure eſſe ſancitum nulla ædificia in atrio Eccleſię poni debere,

niſi

niſi Clericorum, per tex. in *cap. nulla ædificia 12. qu. 1. & 6.* & *Gloſ.* ibi in atrio dicit, *in atrio, & circuitu Eccleſiæ per triginta paſſus*, per tex. in *c. ſicut antiquitas 17. qu. 4.* meritò dicebat, quod licet adfuit violentia, tamen quia poſseſſio, aut detentio non erat legitima, non intrabant Capitula noſtri Regni, etenim inuito Epiſcopo non poſſunt laici ſibi ius tale acquirere, *Abbas, & Hoſtienſ. in cap. abolendæ de ſepultur. num. 5. verſ. idem videtur dicendum*, Et ſi Eſtauritarij non poſſidebant, non habent locum dicta Capitola, per tex. in *l. 1. §. ſcæuola ff. ſi quis teſt. lib. eſſe iuſſus fuerit*, ibi: *Poſſeſſionis furtum non fieri, ſi nullus ſit poſſeſſor*, & ita fuit reſolutum, quia agebatur de cauſa merè Eccleſiaſtica, quæ titulum requirebat pro ſua manutentione.

Amplia quarto, vt competat hoc regale præſidium ſpoliato, licet non iuſtificaret titulum ſuæ poſseſſionis, aut haberet repugnantiam iuris communis, *Pereyra de manu regia par. 1. cap. 21. n. 8.* licet enim in interdicto re-
7 tinendæ debeat ſuccumbere ille, qui agit contra eum, qui eſt ſundatus de iure communi, niſi probet titulum, per *cap. ſunt perſonæ de priuileg. in 6. cap. licet cauſam de probat. Capyc. dec. 209. num. 5.* attamen regula prædicta procedit quando pendet iudicium ſuper petitorio, vel ſimplici retinendæ, ſed quãdo agitur de interdicto, Vnde vi, vel Vtì poſſidetis, non procedunt dicta iura, quia non licet habenti ius commune ſpoliare, vel turbare de facto, ſed requiritur via iuris, dixit *Capyc. d. dec. 209. num. 51.* & prius dixit in *dec. 189. num. 4. & 5.* & latè probat *Pereyra loc. cit. num. 9 & ſeq.*

Amplia quinto, vt talis recurſus ad Regem, vel ſupremos Magiſtratus competat etiam ceſſio-
8 nario pro repellenda violentia cedenti facte, & ratio eſt, quia in ceſſionarium omnia iura, & priuilegia rei ceſsæ competentia trãſeunt, ex *Maximiliani, & Diocletiani conſtitutionibus in l. ſi infolutum C. de action. & obligation.* vt per d. tex. & alios concordes probat *Menoch. conſ. 758. num. 3. lib. 8.* ex quo cognoſcitur vtilitas, nam in Regno Siciliæ vltra Pharum adeſt Ritus R. Alphonſi in hac materia ſpolij, vt quando agatur de ſpolio infra bimeſtre perpetrato, antequam audiatur aduerſarius in defenſionibus ſuis, fiat reſtitutio, & poſtea audiatur, vt tradit *Carol. Ialloug. racemat. iur. 3. n. 3.* ideo quemadmodum ipſi ſpoliato cõpetit exceptio aduerſus ſpoliatorem, vt non poſſit agere in petitorio, ſic etiam ceſſionarius eadẽ exceptione ſpolij vti valet, fundat cum multis Siculis *Iallongus loc. cit.* nam omnia priuilegia, & cõmoda cedẽti permiſsa ratione rei, tranſeunt in ceſſionarium, vt per plura exempla demonſtrat *Burſat. conſ. 55. num. 37. lib. 1.* dummodo tamen expreſsè ceſsum ſit poſseſsori hoc remedium recuperandæ, *Cumia ſup. d. ritu 40. num. 108* latè *Aymon Saulian. conſil. 783 num. 5. lib 5. Decian. conſ. 47. lib. 5. Alciat. conſ. 57. num. 18. lib. 7. Iallongus loc. cit.* vbi etiam *num. 3.* fundat, quod in terminis dicti Ritus non ſolum res, ſed etiam fructus ſint reſtituendi, antequã audiri poſſit ſpoliator.

Amplia ſexto, vt hoc remedium cõpetat, etiam ſi poſt mortem poſſidentis, & exiſtente hæreditate iacente ſpolium fuerit commiſsum,
9 nè dum capta poſseſſione per hæredem, *Afflic. dec. 325. Staiban obſer. ad ſuam reſol. 39. n. 25. Pratus d. obſeru. 57. nu. 45. Luca ad Fran. in dec. 70. n. 9.* rationem aſſignat *d. Staib. loc. cit. n. 26.* quia hęreditas iacens defunctum repreſentat, & ita, & taliter, vt gaudere debeat omnibus priuilegijs, & immunitatibus, quæ in vita defunctus retinebat, ac ſi ipſe viueret, *Barboſ. in l. hæres abſens in princ. nu. 199. ff. de iudic.* latè *Carneu. de iudic. par. 1. fol. 150. num. 322. & ſeq.* vbi probat, quod hæreditas
10 Clerici retineat priuilegia defuncti, licet ſit hæres laicus inſtitutus, donec hæreditatem adiuerit, prout idem è contra de hæditate laici dicitur, *Aloyſius Manſius conſult. rer. iudic. 163. tom. 2.* & patet etiam de hæreditate minoris, cui licet maior ſit inſtitutus, donec tempus aduenerit aditionis hæreditatis, tamen eius bona omnia priuilegia retinebunt, quæ ipſi minori dum viuebat concedebantur, vt ex *Alberico in l. num. & Seruius §. qui negotia num 4 in fin. ff. de neg. geſt. & Caſtrenſ. in l. ſiue hæreditaria 23. num. 3. ff. de negot. geſt.* concludit idem *Manſius loc. cit. nu. 8.* & hoc ita verum eſt, vt ſi defunctus aliquo priuilegio potiretur, quo immunis eſset à ſolutione gabellæ, ſi eius bona vendantur hæreditate iacente, non adhuc adire, erunt à ſolutione gabellæ immunia, *Barboſ. in d. l. hæres abſens num 200. Flores de Mena var. quæſt. lib. 2. qu. 21.* qui reprobat contrariam ſententiam *Laſſarte de Gabell. cap. 19. à num. 38.* & noſtram ſententiam vti veram comprobãt *Riccius in praxi for. Eccleſ. par. 3. reſol. 129. n. 2. & Manſius loc. cit. num. 12.* Ex qua concluſioſione multa vtilia ad praxim deducuntur, nam ſi exiſtente hæreditate iacente poſſeſſio propria authoritate fuerit capta per perſonam Eccleſiaſticam, poſt mortem defuncti poſſidentis, antequam fuiſset capta per eius hæredes, ſic ſpoliando hæreditatem prædictam, competit tale præſidium, licet hæres actualiter non poſſideat, quia attenditur poſseſſio defuncti ad eiciendum ſpolium, fundat, & refert deciſum per S. C. *Staiban. in d. reſol. 39. num. 42.* poſset etiam accidere caſus de Multiplico ordinato in teſtamento à defuncto, ad certum tempus ex fructibus bo-

nurum

nnium hæreditarinrum, quo elapso ad suos coniunctos perueniret, nam si pendente erectione Multiplici in eius bonis spolium fuerit commissum, licet iaceat hæreditas, competit tale remedium Capitulorum Regni ob prædictam rationem, quia attenditur possessio defuncti, iuxta tradita per *d. Mansium in d. consul.* 163. qui ad finem obtinendi immunitatem à solutione gabellarum pendente d. multiplico, fundat attendi exemptionem defuncti, qui cum vioebat immunis erat, & licet in suo casu referat in fin. contrarium decisum, tamen consideratum fuit in illo facto, quod hæreditas illa iam fait adita ab illis hæredibus, qui non erant immunes, sed tantum commodum suspensum, & ad tempus Multiplici dilatatum, vt fatetur idem *Mansius loc. cit. num.* 24.

Amplia septimo, quod hoc Regale Præsidium non sulum conceditur in contumaciã, quan-
11 do expeditur generalis citatio per edictum, vt quicumque sibi putauerit, interesse compareat, sed etiam concedi potest post partis comparitionem, & contradictionem, dummodo de violentia constet, vt habemus apud *Franchum dec.* 163. vbi fuit præstitum tale præsidium contra Abbatem præsentem, & contendentem, Sed si pars, quæ violentiam intulit, dixerit non vim intulisse, sed suo iure vlum fuisse, quod per scripturas demonstrauerit, non conceditur tale regale præsidium, *Gizzarell. dec.* 83. *Maur. alleg.* 90. *D. Petra in ritu.* 225. *num.* 9. Bene verum est, quod libellus pro imperrãdo hoc Regale Presidium non debet proponi contra expressam personam Ecclesiasticam, puta si dicatur, quod compareat ad proponendum iura, hoc enim casu, quia instantia non est generalis, sed dirigitur nomioatim contra personam Ecclesiasticam, non possunt subsistere Capitula Regni, sed iudicium, quod prius erat extraordinarium, vt dicit *Capyc. latro d. dec.* 69. *n.* 7. fit otdinarium, & pars debet se dirigere coram Iudice Ecclesiastico, *Tapia in lib.* 3. *iuris Regni, pag.* 29. & confirmat *Pratus d. cap.* 43. *num.* 52. *Gizzarus in obseru.* 69. *Reg. Capyc. latro num.* 3.

Amplia octauò, vt tale præsidium impetrari possit etiam in spolio, vel violentia causata
12 super beneficio, vel possessione ipsius, quod forsan altercaretur inter duos beneficiatos, ad quem ipsorum spectaret, & huius litis causa vnus alterum bonis beneficij spoliaret, vel fructus sibi applicaret, vel venisset spoliatus per Apostolicum Commissarium, nam pro d. violentia tollenda recurri poterit ad Principem, vel eius Magistratus designatos, *Afflict. in constit. Reg. de Burgensaticis petitur n.* 4. vbi dicit sic fuisse seruatum in nostro S. Consilio, post alios *Pilaia d. lib.* 1. *dec.* 12. *nu.* 136. & in his casibus procedunt allegata per *Barbos. de vniuers. iur. Eccles. cap.* 39. §. 2. *nu.* 161. *lib.* 1. *Velasch. consult.* 79. *num.* 4. *Fontanel. de pact. tom.* 1. *claus.* 4. *glos.* 13. *par.* 2. *num.* 27. *Oliua de foro Ecclesiast. qu.* 15. *num.* 40. *Postius de manuten. obseru.* 42. *num.* 24. *Gratiab. cons.* 80. *nu.* 32. *Pegas ad ordin. Portug. lib.* 1. *tit.* 3. *glos.* 11. *num.* 21. qui dicunt posse Iudices laicos cognoscere de summarissimo possessorio spirituali, & super eo non dari declinatoriam fori, scripsit *Sanfelic. dec.* 371. quia possessoria rerum Ecclesiasticarum, & spiritualium secularia censentur, *Velasch. d. consult.* 79. *num.* 2. vel posse cognoscere de mero facto causæ spiritualis, *Salgad. de supplic. ad Sanctiss. par.* 1. *cap.* 16. *nu.* 39. debent enim intelligi illi DD. de cognitione extraiudiciali, vel per viam violentiæ, non vero per cognitionem iudicialem, vt bene aduertit *Pilaia d. num.* 136. nam aliter in causis possessorijs rei spiritualis, vel beneficialibus Clericorum, Iudex Ecclesiasticus est competens, nè trahantur ad secularia Tribunalia, post omnes relatos *Barbos. tom.* 1. *de vniuers. iur. Eccles. cap.* 39. §. 2. *nu.* 173. & *Pilaia d. dec.* 11. *nu.* 115. Sed aduerte, quod in spolio beneficiorum cognoscitur quædam specialitas, quę non est necessaria in alijs spolijs, scil. quod debeat produci titulus prouisionis, ad hoc vt
13 beneficiatus ad possessionem beneficii restituatur, *Valasc. d. consult.* 79. *num.* 3. rationem assignat *Crauet. cons.* 322. *colun.* 2. *vers. a. considero*, quia beneficiatus nun est plenè Dominus beneficii, sed dicitur procurator, vt in *c. a. de donat.* vnde sicut procurator ante omnia debet producere mandatum, *cap.* 1. *de procur. l. si quis inficiatur ff. deposit.* ita Beneficiatus aote omnia debet titulum ostendere, Sed ratio principalis est, quia beneficium Ecclesiasticum sine canonica institutione possideri non potest, *Glos. in clem. vnica de caus. possess. Menoch. de recup. possess. remed.* 15. *num.* 458. proinde titulus debet probar, latè *Pereyra d. cap.* 21. *num.* 10. In alijs vero causis cui ius assistit, assistentia iuris habetur pro titulo, *Cancer. var resol. cap.* 14. *tit. de manuten. num.* 27. *Pereyra d. cap.* 21. *nu.* 8. sed omnes admittunt sufficere titulum coloratum, qui saltem ptima facie verus appareret, *Velasch. d. consul.* 79. *num.* 4. qui omnes citat. In hoc tamen nnn conuenio cum *dict. Velasch.* in explicatione tituli colorati, nam dixit in *num.* 5. *in fin.* quod titulus coloratus ille dicatur, quando aliquis recipit collationem ab eo, cui non prohibetur conferre à iure, vel ab homine, nam si conferenti hoc prohiberetur, diceretut intrusus, & non possessor cum titulo colorato. Sed hæc explicatio satis stricta est, quia quoties collatio nnn prohibetur à iure, vel ab homine, causat titulum verum,

& legitimum, non coloratum, aliud enim
non deſideratur pro natura tituli legitimi,
vt actus fiat ab eo, qui habet poteſtatē à iure
vel ab homine; dicarem propterea, quod il-
le dicatur titulus coloratus, qui prima facie,
& aſpectu validus, & iuſtus apparet ſecun-
dum formam extrinſecam, non intrinſecam
Guid. Papè dec.85. Decius conſ. 220. Natta
conſ.411.in fin. Tuſch.practic.concluſ.306.in
verb.Titulus tom.8.

Amplia nono, quod ne dum Clerici, ſed etiam
Regulares poſſunt habere talem recurſum
14 in caſibus violentiæ, quando ſcilicet oppri-
muntur à ſuis ſuperioribus, & eis interdici-
tur recurſus ad Iudices ſuperiores, vt eorum
defenſio, & iuſtitia occultetur, in his enim
caſibus poterit recurri ad Iudices laicos, vt
à violentia liberentur, & iſti poterunt op-
preſſos defendere prohibendo, nè ad vlte-
riora procedant, donec ſuperiores certioren-
tur de iuſtitia cauſæ, ſed poſt adhibita re-
media à Sede Apoſtolica non debent am-
plius Iudices laici ſe intromittare, ita poſt
Bellaſium in d.praptuar.regular.in verb.Iudex
num.15.& ſeq. affirmat *Pilaia in dict.dec.11.*
num.124. Eſt enim Princeps nedum Domi-
nos, ſed Pater omnium ſubditorum, & illo-
rum, qui ſub ſuo dominio morantur, ideo
nedum Clericos, ſed etiam Regulares pro-
tegere debet.

Amplia decimò, vt cauſæ violatæ ſecuritatis,
vel ſaluaguardiæ cognitio ſpectet etiam ad
15 Supremum Senatum Principis, proinde Su-
prema Curia contra violatores eiuſdem ſal-
ui conductus, vel ſaluaguardiæ procedit,
Chriſtin.dec.Belg.111.num.4.tom.2. nam ſe-
curitatem Principis violans incidit in cri-
men læſæ Maieſtatis, *Boer.deciſ.179. num.1.*
Menoch. de arbitr. Iudic. caſu 337. & 346.
Chriſtin.dec.cit num.3.in fin.

Limita primo, quando ille, qui Regale Præſidiū
poſtulat, non eſſet in poſſeſſione rei, à qua
16 dicit fuiſſe deiectum, vel turbatum, duo
enim requiſita principalia concurrere de-
bent ad finem impetrandi tale remedium,
nempè violentia ex parte ſpoliantis, &
poſſeſſio rei ex parte ſpoliati, vt vno ore
concludunt DD. noſtri Regni, ſcil. *Napodan.*
in cap.finis præcepti charitas, relatus à *Franc.*
dec.701.in fin. vbi *Luca num.1. Anna alleg.7.*
Sanfelic.in praxi ſect.30. Afflict. in conſtit.Reg.
de Burgenſatic. num.4.& ſeq. & in dec.2.24.
num.6.& 7.& dec.85. Capyc.latra dec.69.nu.
19.lib.1.Pratus dict.cap.43.num.23.& ſequ.
nam iudicium ſuper retinenda poſſeſſione
ſtare nequit, ſi actor non poſſidet, *l. ſi duo §.*
creditores, ff.vti poſſidetis l.1. §. eſt igitur, &
§.illud eod.tit. Valaſch.conſult.79. num.12.in
fin.& num.18. verſ. quinto quæſitum, vnde
cum caſus occurrerit, quod quidam pupillus
effectus maior propoſuerit remedium Capi-
tulorum Regni contra Clericum, aſſeren-
do ſe iniuſtè fuiſſe ſpoliatum, quia eius Ma-
ter, quæ nec etiam erat Tutrix rem vendi-
dit Eccleſiaſticæ perſonæ, & ſtante nullitate
contractus, iniuſtè ſe reperiri ſpoliatum aſſe-
rebat, at cum Clericus poſt publicata edi-
cta comparuerit, aſſerendo ſe non violenter
ſpoliaſſe, proinde non fuiſſe locum d. reme-
dio extraordinario, fuit ad fauorem Clerici
deciſum, vt refert *Luca in obſeru.ad Franch.*
dec.701. num.1. & ratio eſt, quia non ſolum
requiritur ſpolium, ſed violentia, vt ſit lo-
cus d. Capitulis, vt ex *Anna alleg.92. Tapia,*
& alijs concludit *Staib.in obſeru.ad ſuam re-*
ſol.39.nu.48.& ſeq. prout in ſimili caſu fuit
deciſum per noſtrum S.C., non competere
tale Præſidium contra eum, qui nulliter ex
decreto Iudicis iniuſto poſſeſſionem habuit,
quia ex nullitate decreti nullam vim intulit
refert *Anna alleg. 7.* Et nota, quod ſicut poſ-
ſeſſio vitioſa vi adepta non iuuat ſpolianti,
ad finem retinendi rem, vt ſupra dixi, ita
etiam non ſuffragatur ſpoliato, ſi vellet re-
cuperare rem, quam etiam vi, aut clam cum
poſſeſſione quæſiuit, quia violento poſſeſſo-
ri non datur recurſus, qui ſcilicet per vim
alterius poſſeſſionem occupauit, *Pereyra d.*
cap.22.num.40. ita per iura reſoluit *Velaſch.*
d.conſult.79.num.18.verſ.quinto quæſitum,
Annæus Robert.rer.iudic. lib.3.pag.567. Faber
in lib.4.Cod.defin.4.tit.11.de hæred.vel action.
vend. quos refert, & ſequitur *Surrentin. ad*
Capyc. dec. 209. num. 6. ita deciſum teſtatur
Maſul.ad dec. Capyc 72. num. 2. quem refert
Thor.in tom.1.comp. ver.poſſeſſor lite pendente,
Pereyra de manu regia cap.22.num.40. par.1.

Limita ſecundò in Curijs inferioribus, quæ ta-
lem poteſtatem non habent cognoſcendi de
17 cauſis violentiæ Eccleſiaſticorum, talis enim
cognitio non competit cuilibet Iudici, vel
Magiſtratui, ſed tantum Supremo Principi,
vel illo Supremo Tribunali, aut Iudici, cui
Princeps committit curam, & defenſionem
Regiæ iuriſdictionis, *Reg. Tapia in ius Regni*
in comment.ad cap.finis præcepti charitas nu.
11.verſ.& in quantum, Conſ. Pratus in obſeru.
57 à num. 32. & de hodierna praxi teſtatur
in noſtro Regno modernus *Dom. de Caſtan-*
tio in d.pragm.vnic.num. 3. me citando, ſicut
de Curijs aliorum Principatuum dixerunt
Pereyra de manu reg.par.2. cap. 95. num.19.
Themud.dec.8.num.21.52.& ſeq. Barboſ.vot.
48.num.14 idcirco in Regno Luſitaniæ Ter-
rarum Dynaſtæ, qui Baronibus noſtri Regni
aſſimilantur, non poſſunt in illo Regno has
chartas tuitiuas concedere, ſed ſolum Reges,
& eius Suprema Conſilia, dixerunt *Pereyra*
loc.cit.par.1.cap.21.& par.2.cap.37.num.27.
alijque apud *Pegas tit.3.gloſ.11.num.6.*

Scio

Scio aliquos Doctores noſtri Regni dixiſse, hanc poteſtatem etiam habere Iuſtitiarium noſtri
18 Regni, qui M. C. Vicariæ præeſt, & eandem M.C.V. fulgere tali poteſtate, ſicut & Præſides Prouinciarum noſtri Regni dixerunt *Capyc. in inueſtit. feudal. in verb. feuda officiorum verſ. 10. col. 1n. Io: Anton. de Nigr. in cap. ad regale faſtigium num. 13. verſ. & per iſtum Franc. dec. 163. num. 19. Muſcatell. in prax. lib. 2. par. 1. gloſ. ſententia num. 101. Staiban. in obſeruan. reſolut. 39. nu. 44.* Imo etiam ad Officiales Terrarum demanalium, & Baronum extendit idem *Muſcatell. in d. gloſ. ſententia num. 102.* & *103. poſt Franch. in d. deciſ. 163.* ſed non admittunt *Pratus d. obſeru. 57. à nu. 32. & Dom. Altimar d. qu. 6. num. 15. & 16.* nam licet per noſtra capitula videatur conceſſa talis poteſtas Magiſtro Iuſtitiario, hoc tamen fuit in illo tempore commiſſum, quãdo erat huius Regni Supremum Tribunal, vt aduertit idem *Tapia loc. cit.* quod confirmat idem *Prat. d. obſeru. 57. num. 37.* Et ego addo quod competat certè Magiſtro Iuſtitiario Præſidibus Prouinciarum, & alijs Curijs Regijs, ſed per viam ordinariæ cognitionis. In ordinario enim Iudicio quilibet Iudex poteſt cognoſcere de violentia, ipſamque repellere citata parte, atque ſpoliantem pœna punire, ſed PRÆSTANTIA Supremi Senatus conſiſtit in repellenda violentia per viam extraordinariæ cognitionis, abſque ſpeciali citatione, ſed cum generali tantum, ſcil. per edictum, ſi ſua putauerit intereſſe, vt armorum ceſſet ſtrepitus, & occurratur Populorum rapacitatibus.

Limita tertio, vt non ſit locus ad recurſum pro violentia, quando Iudex Eccleſiaſticus malè, vel nulliter iudicauit, nam licet dici poſſit, quod violentiam faciat legibus Iudex qui malè iudicat, adeòquod dixit *Giurba in conſ. 29. num. 9.* poſſe priuatum impunè reſiſtere Iudici violenter procedendo, attamen vt ſit locus recurſui ad Iudices pro violentia, non attenditur illa iudicialis violentia, quæ reparari poterit per appellationem, & alia remedia iuridica, ſed illa extraiudicialis cum coactione cumulata. Neque replicari poterit, quod non appellari poſſit violentia, quando Iudex malè iudicauit, vel regulas iuris, & fori violauit, nam reſpondetur, quod Vis duplex ſit publica, & priuata. Vis publica dicitur illa, quam publica perſona, id eſt imperium, & poteſtatem habens infert, priuata verò, quam priuati, ſiuè cum armis, ſiuè ſine armis committunt, *Ludouel in §. item lex Iulia 8. num. 1. inſtit. de public. iudic. Herm. Vulteu. de iuriſprud. Rom. lib. 1. cap. 49. pag. 294.* & patet ad exemplum naturalium, in quibus violentia non cognoſcitur, niſi prius inſpecta natura, & ſi res non habuiſſet motum naturalem, non diceretur habere motum violentum, vt dixit *Ariſtot. lib. 1. de Cœlo tex. 10.* ſic in Iudiciarijs tunc cognoſcitur violentia Officialis, quando aſpicitur repugnantia legis, & ſicut violenria dicitur, cum aliquod mouetur ab aliquo exteriore agente ad aliquid, quod ex propria natura aptitudinem non habet, *D. Thom. in 3. metaph. lib. 9. tex. 6.* ſic Iudex violentiam
19 infert cum decernit aliquid, quod iuris ordines, & regulas traſcendit. Admittunt vero violentiam DD. in Iudice Eccleſiaſtico in cauſis procedente, quando nollet executioni mandare aliquam publicam ſcripturã, vel ſententiam, & quod diceretur manifeſtè vexare, idcircò competere recurſum, affirmant *Oſaſch. dec. Pedam. 30. num. 7. Salzed. ad pract. Bernard. cap. 102. Cened. in collect. cap. 17. num. 2. Valenzuola conſ. 68. num. 47. & 48.* vel ſi negaſſet dilationem ad probandum, dicunt vim inferre *Salgad. de reg. protect. par. 2. cap. 1. num. 122.* vel etiam à denegata reſtitutione petita ad probatoria, *Gama dec. 159. num. 2. Barboſ. in Concil. Trident. ſeſſion. 24. cap. 20. Vinius dec. 302.*

Limita quarto, quando poſt cognitam violentiam, & rem reſtitutam vellent Iudices lai-
20 ci cognoſcere de cauſa ſpolij, nam circa cauſam ſpolij nullum debet fieri Iudicium, ſed ſat erit, vt ſpoliatus reſtituatur ad poſſeſſionem rei ſpoliatæ. Si verò cauſa ſpolij ſit legitima, vel iuſta, ad hoc vt ſpoliatus iterum recuperet rem, quam ſibi deberi præſumit, vel ordinariè agere velit pro re acquirenda, cauſa erit remittenda ad Iudicem ordinarium, qui iudicialiter cognoſcit merita cauſæ, *Pereyra d. cap. 21. num. 14 pag. 102 & num. 15. Pilaia in d. dec. 12. num. 138.* & dixi ſup. *num. 11.* regula enim tradita à *Pereyra d. cap. 21. num. 12. circa fin.* vt per manus regiæ appoſitionem, nullus alius Iudex ordinarius cognoſcere poſſit, procedit pendente regale iudicio, at illo completo, poterit tractati de petitorio coram Iudice cõpetẽte. Et notabiliter dixerunt DD. quod ordinarius Iudex ſpolij ſit Iudex ſpoliati, & quod ſpolians in hoc iudicio dicatur actor, Reus vero ſit ſpoliatus, ideo laicus ſpolians Clericum conuenitur coram Iudice Eccleſiaſtico, *Ciarlin. controu. 190. num. 24. Graſſ. de effect. Cleric. effect. 1. num. 133. Pilaia in d. lib. 1. inſtit. cauſar. dec. 11. num. 115.* ſed de hoc dubito, quia eadem regula militaret, quando Clericus ſpoliaret laicum, vt apud Iudicem laici, vti Iudicem Rei eſſet Clericus conueniendus, dum vti ſpolians pro actore reputatur, & ſic tota hæc intricata iuriſdictionis cõtentio cõciliaretur, quæ ſaluatur per modum extraiudicialis cognitionis, & ſi vera eſſet regula, quod ſpolians eſſet actor, benè poterit Iudex laicus

cus ne dum per viam extraiudicialis, sed
etiam iudicialis cognitionis de violentia
cognoscere, ideo benè erit consideranda isto-
rum Doctorum conclusio.

Limita quinto, quando tractatur de executio-
ne Mandati Apostolici, vel Bullarum Sum-
21 mi Pontificis, nam in istis casibus debet da-
ri executio, nec poterit ob prætensam vio-
lentiam, quæ ex eis allegaretur recurri ad
Principem, impedientes enim executionem
Mandati Apostolici incurrunt in excõmu-
nicationẽ Bullæ Cœnæ Domini, *c.* 15. *Conc.*
Trid. de reform. sex 25. *c.* 3. Dummodo tamen
nõ opponatur de subreptione, vel obreptio-
ne, nam hoc casu rescribitur Sedi Apost. & in-
terim retardatur executio, & ita de stylo no-
stri Regni practicatur, prout in Hispaniarum
Regionibus etiam obseruari fatetur *Pereyra*
d. cap. 22. *num.* 27. quo casu dicit, quod si exe-
cutor ad vlteriora procedit, conceditur tui-
tio. Sic executor datus ad collationem bene-
ficij, si tertius compareat, & ostendit se pos-
sessorem beneficij cum titulo colorato de-
bet rescribere Sedi Apostolicæ, alias vim
infert, dicit obseruari, *Flores Diaz de Mena*
lib. 1. *qu.* 4. *num.* 42. & idem dicit *Cenal. quæst.*
897 *com. num.* 458. *par.* 4. de prouiso à S. Pon-
tifice de iure patronatus laicorum, donec S.
Pontifex consulatur.

Limita sextò, in causis excommunicationis,
nam si prætenditur iniustè fuisse latam, non
22 causatur violentia, nec ex eius iniquitate
possunt concedi chartæ tuitiuæ, seù Capitula
nostri Regni ad finem illam remouendi,
ita disponit *Concil. Trident. session.* 25. *cap.* 3.
de reform. Thom. del Bene de immun. Eccles. d.
dub. 6 *section.* 1. *nu.* 35. latè fundat *Cons. Pratus*
d. cap. 43. *num.* 31. *lib.* 3. *post Valenzuelam cons.*
84. *num.* 28. & confirmat *Luca ad Franc. in*
obseru. ad dec. 701. *num.* 6. nam vis non infer-
tur, quod iure permittente fit, nec iniuriam
causat, qui iuridicè procedit, *l. continet* 3. §.
1. *ff. de eo quod met. caus.* & si sentiunt se gra-
uatos ex censura prædicta, poterunt de ini-
quitate censuræ se experiri apud superiores
per viam appellationis, quod est remedium
ordinarium, & quoties prouisum fuit reme-
dium ordinarium, non recurri debet ad ex-
traordinarium, *l. in causæ ff. de minor.* prout
est cognitio per viam violentiæ, ita *Auen-*
dan. respons. 36. *num.* 1. alijque adducti à dicto
Prato d. cap. 43. *num.* 34. Hac de causa in Re-
gnu nostro est introductus stylus, ne sic de
facili pateat aditus ad Iudices Superiores ob
prætensas violentias Ecclesiasticorum, quas
partes allegant intulisse in censuris emana-
tis, vt recurratur ad Magistratum primi Or-
dinis ad tale munus designatum, qui à no-
23 bis Præfectus, seù Delegatus Regiæ iurisdi-
ctionis nuncupatur. Iste enim si cognoscit
Prælatos Ecclesiasticos, eorumque Iudices
irregulariter, vel malè publicasse censuras,
illos monet, vt remoueant edicta monitoria,
aut censuras, nè turbent regiam iurisdictio-
nem, & quia hortatoriali diplomate, non
coactiuo, sed reuerenter hortatur, ideo
non videtur ledi Ecclesiastica iurisdictio,
tradunt de praxi nostri Regni *Borrel. loc. cit.*
cap. 71. *num.* 290. *vers. Concilium,* & *D. Pratus*
d. cap. 43. *num.* 38. & etiam Canonistæ, vt be-
nè *Coriolanus in bulla Cœnæ excom.* 6. *Thom.*
del Bene de immun. Eccl. cap. 9 *dub.* 5. *num.* 11.
& *seq. tom.* 2. alijque ab istis citati. Non enim
Princeps est qui hortatur, sed eius Minister,
proinde quod dixerunt de verbo hortari, vt
in Principem importet iussionem, *argum.*
cap. 1. *de testam.* ibi: *Hortamur, vt sollicite hoc*
discutias, vbi *Glos. in verb. hortamur,* explicat,
hoc est præcipimus, *Capiblanc de Baron. p.* 2.
pragm. 8. *tom.* 3. *num.* 17. *in* 1. *impress.* non ap-
plicatur ad eius Ministros.

At ego circa omnes expressos casus, & omnes
alios à Doctoribus numeratos concludo, Su-
25 prema Consilia non sic de facili debere in
istis causis violentiæ Iudicum Ecclesiastico-
rum procedere, sed magna cum circumspe-
ctione, & non nisi ob manifestissimas vio-
lentias, pro quibus repellendis alia via non
pateat, vt subditi iustitiam consequantur,
nam si negotium esset valde dubium, aut ob-
trusum, & per sententiam Iudicis Ecclesia-
stici esset decisus aliquis iuris articulus, quæ-
nam violentia poterit ex sententia sic lata
considerari? Etenim cur violentiam dici
poterit intulisse Iudicem Ecclesiasticum
vni parti, hoc vel in illo modo iudicantem,
& non illam infligere Iudicem laicum alte-
ri parti, contrarium sentientem, & hoc est,
de quo conqueruntur Ecclesiastici, cur scili-
cet credi debet Iudici seculari asserenti Ec-
clesiasticum Iudicem violentiam intulisse,
& non credi debet Iudici Ecclesiastico as-
serenti, non damnum intulisse, sed iustitiam
administrasse, quod etiam ad aliud proposi-
tum considerauit *Pegas loc. cit. glos.* 14. *tom.* 3.
nu. 28. & 40. proinde in nostro Senatu non
sic de facili aspiciuntur istæ causæ recursus,
cum raro cognoscatur violentia notoria,
quæ aliud non continet, nisi manifestam
iniustitiam, nec de facili nostrum S. Consi-
lium se ingerit in causis Iudicum Ecclesia-
sticorum, ob timorem censuræ contentæ in
Bulla Cœnæ Domini, sed tantum cognoscit
de violentijs notorijs, iuxta tex. in *cap. fin.*
de offic. Deleg. in 6. cum alijs, de quibus per
Barbos. in d. tex. Pheb par. 2. *dec.* 118. *num.* 4.
Pereyra par. 1. *cap.* 7. & 8. *per tot.* & *cap.* 9. *nu.*
35. vel per modum extraiudicialis cogni-
tionis per Capitula nostri Regni sup. relata.
Sic Suprema Curia Galliæ, licet cognoscat

de

de abuſu Iudicum Eccleſiaſticorum, vt in concord.in *rub.de protect. concl.* attamen cognoſcit quatenus ei à iure cōceditur, vel ex priuilegio, non alias, vt eſt tex.in *cap. ſi quis à proprio, & cap. ſi quis Epiſcopis 21. quæſt. 5. Dionyſius Gothofred. in praxi ciuil. lib. 1. tit. 9. Senator. verſ. octauo cognoſcit, fol.* 509.

Non omitto aduotare aliam praxim, quam
ſolent practicare noſtri Reges Hiſpaniarum,
26 Galliarũ, atque alij Principes ſeculares pro
tranquillitate in Regnis conſeruanda inter perſonas Eccleſiaſticas, vt ſi iuſta offeratur occaſio, vel timor ſcandali, aut grauis turbationis inter Religioſos, quando celebrant ſua Capitula generalia, vel prouincialia, vel electiones Prælatorum, aut alios tractatus generales inter ipſos voluĩt definire, ſolent eligere Officiales Regios, aut Præſides vt eorum congreſſibus, vel Comitijs aſſiſtant, vt teſtantur *Salzed. de leg. politic. lib. 1. cap. 12. §. vnico, Solorzan. de iur. Indiar. to. 2. lib. 3. cap. 26. num. 19. Renat. Choppin. de Dom. Franc. lib. 2. tit. 10. ſub num. 5.* ad euitandas enim ſcandaloſas controuerſias, poſſunt Principes ſuam interponere authoritatem economicam tantum, non iuriſdictionalem, quæ tantum debet deſeruire ad inducendam quietem inter Religioſos, & inter eos conſeruandam, vt latè fundat *Salgad. de retent. bullar. par. 1. cap. 4. num 47. Borrell. de præſt. Regis Cathol cap. 52. num. 4. Oliban. de iure fiſci cap. 14. num. 114. Anton. Theſaur. deciſ. 131. nu. 8. Petra de poteſt. Princip. cap. 6. n. 85. Cancer. par. 5. var. cap. 14. num.* 8 quos refert, & ſequitur *Feloaga d. cap. 8. num.* 34.

PRÆSTANTIA XXIII.

Præſtantia Sacri Conſilij eſt, vt concedat debitoribus dilationes quinquennales, & quando.

SVMMARIVM.

1 *Lex 12. tabularum rigoroſa erat contra debitores.*

2 *Imperator Valentianus debitores non ſoluendos ob ageſtatem interfici permittebat.*

Iudi animaduerſionem capitalem aduerſus debitores egenos obſeruant.

3 *Ægyptiorum lex eſt, vt ſi debitores æs alienum non ſatisfecerint, in proprio, vel alieno ſepulchro ſepelliri non poſſint.*

4 *Debitores ægeni ex lege Moyſis cum filijs creditoribus addicebantur, & per ſeptennium ſeruiebant.*

5 *Debitores de iure Hiſpaniarum, Galliarum, & Saxoniæ creditoribus aſſignantur ad ſeruiendum, donec ſoluerint.*

6 *Moſcouitæ poſtquam debitores non ſoluendos per ſeruos prætorianos verberibus exagitarunt, cogunt illos creditoribus ſeruire.*

7 *Debitorum carcerationes lex Romanorum non permittebat, ſed tantum bonorum executionem.*

8 *Debitores ſi non habent bona pro ſatisfaciendis creditoribus, carceribus mancipantur.*

Debitor poteſt ex vi pacti ad carcerem ſe obligare.

9 *Intellectus l. ob æs C. de obligation. & action. traditur.*

10 *Mulieres pro debito ciuili carcerari nequeunt.*

11 *Debitori pauperi triginta dierum ſpatium ad ſoluendum concedebatur, & de iure Codicis quatuor menſium.*

12 *Debitoribus confeſſis quodnam tempus ad ſoluendum indulgetur.*

Debitoribus de iure partitarum Hiſpaniæ quadrimeſtre tempus ad ſoluendum conceſſum, ad decem dies fuit reſtrictum.

13 *Debitores diuites non gaudent dilatione quadrimeſtri, vel decem dierum, ſed tantum pauperes.*

14 *Moratorias ſolent Principes concedere debitoribus, non valentibus ſuis creditoribus ſatisfacere.*

15 *Quinquennales dilationes ſpectat ad Sacrum Conſil. concedere ob eius PRÆSTANTIAM.*

16 *Principes debent pauperes debitores ſubleuare.*

Moratoriæ reſcriptum à Principe impetratum, ius tertij non lædit.

17 *Moratoria, quæ conceditur à Principe, differt ab illa, quæ cōceditur à Senatu, & quomodo.*

Moratorias ſolent Principes indulgere Nobilibus, licet bona haberent, ſed non ſecundum eorum indigentiam.

18 *Princeps poteſt aliquam debiti partem debitori remittere.*

Creditores maioris ſummæ poſſunt cogere creditores minoris ſummæ ad debitum remittendum.

19 *Maior pars creditorum ſumitur pro maioritate crediti, non pro maiori parte numeri creditorum.*

20 *Moratoriã, vel ceſſionem bonorum concedere debitori, electio eſt creditoris.*

Ceſſionis bonorum beneficium ab Auguſto, prius per l. Iul. introductum fuit, & per totum Imperium obſeruatum.

21 *Moratoria poteſt peti etiam ad inſtantiam debitoris, concurrentibus tamen creditoribus maioris ſummæ, vel æqualis.*

22 *Dilationes quinquennales non debent dari doloſis debitoribus.*

23 *Moratoriæ concedi debent illis debitoribus, qui caſibus fortuitis damnum paſſi fuerunt.*

24 *Moratoria, & ceſſio bonorum non conceduntur pro debitis contractis intra annum.*

27 *Di-*

25 *Dilatio an pluries possit concedi, & quid de Moratoria ex gratia, & quid de iustitia.*
26 *Clericus citatus pro Moratoria concedenda ad instantiam aliorum creditorum, an possit causæ remissionem petere.*
27 *Clericus non potest condemnari à Iudice laico ad concurrendum ad dilationem quinquennalem.*
Dilationem non possunt concedere Principes seculares ad soluendum debitum Ecclesiæ.

Per legem duodecim tabularum tantus fuit contra debitores non soluentes rigor, vt eorum bona propria authoritate capere cre-
1 ditoribus potestas concederetur, illosque in seruitutem redigere, ac verberare, & tandem creditoribus dilaniandos tradi permittebatur, per partitionem, & sectionem corporis debitoris, secundum libidinem creditorum, *Alex. ab Alex. in dies genial. lib. 6. c. 10.* vt constat ex verbis illius seueræ legis: *Æris confessi, rebusque iure iudicatis, triginta dies iusti sunto, Post deinde manus iniectio esto, in ius ducito, aut vim dicito, secum ducito, vincito, aut neruo, aut compedibus 15. pondo ne minore, aut si voles maiore vincito, si voles sua viuito, ni si no viuit, qui eum victum habebit, libras farris in dies dato, si voles plus dato, in vinculis 60. dies habeto, inter eos dies trinis nundinis continuis ad Prætorem in comitijs perducito, quantæque pecuniæ iudicatus erit prædicato. Tertijs autem nundinis (si interpactus non sit) capitis pœnas dato, aut trans Tiberim peregrè vanumito, & si plus forent quibus Reus esset indicatus, tertijs nundinis partes secanto. si plus, minusque secuerunt sine fraude esto,* quæ verba referunt *Marchesan. de commiss. p. 3. de commiss. super dilation. morat. c. 1. s. 1. nu. 2. & Aluarez de Velasco de priuil. paup. p. 1. qu. 44. n. 4.* eadem verba licet diminuta refert *Arum. de iure publico to 3. disc. 4. concl. 11.* vbi totam prædictam legem glossauit, ac etiam de seueritate d. legis meminerunt, *Glos. in l. 1. in verb. in eo in fin. C. qui bonis ceder. poss. Alciat. lib. 1. Parergon. cap. 32. Aul. Gellius noct. atticar. cap. 10. col. penult. Carol. Sigon. lib. 1. de antiq. iur. ciuil. Roman. cap. 6.* & alij multi relati à *d. Velasch. loc. sup. cit.* Et Imperatorem Valentianum, vbi debi-
2 torem ægestate obstrictum nil reddere posse dicebatur, interfici debere pronunciasse, tradit *Ammianus Marcellinus lib. 27.* quam animaduersionem capitalem etiam Indi, & Plidæ obseruant, teste *Alexand. ab Alexand. d. cap. 10.* hoc enim modo veteres illi audaciam vilissimorum, & leuissimorum hominum in contrahendis passim debitis reprimebant, *Mynsing. in s. vlt. instit. de actio. n. 18.* Ægypti etiam immanem legem protule-
3 runt, vt si debitor æs alienum non satisfecerit, neque in paterno, neque in alieno sepulchro sepelliri fas esset, vt testatur *Herodot. & Diodor. Sicul.* relati ab *Anneo Robert. rerum iudic. lib. 2. cap. 5. fol. 373.*

Æquiorem aspicimus legem Moysis, ex ea enim debitores, eorumque filij creditoribus
4 addicebantur, & ad septimum vsque annum eis pro debito seruiebant, *Deuterom. cap. 15. & in lib. 4 Regum cap. 4. in princ. & Matthei 18. vers. 25.* vbi sunt venditi, vel ad publicam carcerem, vsque quo soluant totum quod debēt damnati, *Domin. Arumeus de iure publico to. 3. disc. 4. concl. 9. pag. 16 a.* quod etiam disposuerūt leges Regię Hispanorum in *l. 2. tit. 8. lib. 3. Fori leg. & in l. fin. in fin. tit. 20. eod. lib. 3. for. leg. & in l. 4. tit. 16. lib. 5. nouæ recompil.* sicut ex *leg. Stili* testantur *Gaspar Baeza de inope debitore cap. 1. num 56. & Velascus dict. cap. 44. num. 23.* Imo nedum in Hispania, sed etiam in Gallia, & Italia talem consuetudinem vigere, vt debitores ob æs alienum non solum in carcerem detrudi, sed etiam ad ma-
5 nus creditoris assignari queant, dixerunt *Menoch. de arbitrar. casu 183. num. 3. & Hering. de fideiuss. cap. 6. num. 258. Arumeus dict. concl. 11. num. 5.* Quod etiam disponebat ius Saxonicum antiquum, quod si debitor nequiret ius creditori soluere, tunc Iudex loco debiti ipsum debitorem in manus creditoris tradere debeat, donec seruitijs personalibus debitum dissolueret, scripserunt *Coler. dec. 135. nu. 2. & Treutler. vol. 2. disp. 24. thes. 4. lit. K.* hodie vero per nouam constitutionem illius Ducatus, in pœnam publici carceris fuit commutata, fatetur idem *Arumeus loc. cit.* At Moscouitæ verberibus de-
6 bitores afficiunt, omnes enim debitores, qui æs alienum conflarunt, à seruis Prætorianis flagris, baculisque per suras, & crura pedum grauiter absque vlla miseratione ceduntur, tamdiù donec creditoribus sua reddant debita, quod si soluendi non fuerint, tunc verberibus multōties exagitati, creditoribus secundum valorem debiti coguntur seruire, testatur *Alex. Guagnunus in descript. Mosconiæ cap. 4.*

Benigniores fuerunt Romani ad fauorem debitoris, à quibus emanata fuit lex Petilia,
7 qua sancitum fuit, Nequis ob pecuniam in vinculis detineretur, sed tantum quod eius bona essent creditoribus obnoxia, affirmat *Linius decad. 1. lib. 8.* propter homines res omnes creatæ sunt, non homo propter res, *l. in pecudum 28. ff. de vsur.* quæ postmodum ex iure Codicis fuit approbata in *l. ob æs 12. cum auth. seq. C. de oblig. & action.* & de iure Pontificio confirmata in *cap. 2. de pign.* latè *Paschal. de virib. patr. potest. par. 2. cap. 9. num. 84. & seq.* Ex ista enim benigna lege nostrorum Romanorum, illa crudelitas, & sæua

ſæua atrocitas legis 12. tabularum ſublata fuit, ne eſſunderetur hominum ſanguis, & ſic fuit illa priſtina libertas reſtituta, teſte *Liuio lib* 8. *Theod. in prælect. ad l. cum ſit in iuſtum, C. de ſepulchro violato*, Bonis vero non ſufficientibus peruenitur ad executionem nominum debitorum, quę debitori debentur, *l.* 15. §. 3. *ff. de re iud.* At ſi hiſce modis ſatisfacere nequeat debitor, carceribus mancipatur, *l.* 1. *C. qui bon. ced. poſſ. Petrus Gregor. Tholoſan. in ſyntagm. iur. vniuerſ. lib.* 22. *cap.* 6. *num.* 10. *Vurmſ. pract. obſeru. lib.* 1. *tit.* 28. *nu.* 2. *Vinius dec.* 38. *num.* 6. qui enim non habet in ære luat in corpore, *l. ſi quis* 7. §. *in ſeruos, ff. de iuriſd. l. vlt. ff. de in ius voc. l.* 1. §. *vlt. ff. de pæn.* & ita etiam obſeruari in Germania fatetur *Arumeus d. diſcurſ.* 4. *concl.* 12. *pag.* 170. *in fin. tom.* 3. & in Gallijs debitor remanet carceribus mancipatus, donec ſoluerit, vel cautionem ſoluendi præſtiterit, vti in Senatu Pariſienſi refert iudicatum *Papon. lib.* 18. *arreſto* 27. *Petrus Greg. Tholoſan. d. l. nu.* 3. hæc enim carceratio reſultat ex pacto inito in inſtrumento, ex quo debitor obligat creditori nedum omnia ſua bona, ſed etiam perſonam, & valet iſta conuentio, qua debitor ad carcerem obligatur, iuxta notata per *Coler. de proceſſ. execut. par.* 1. *cap.* 6. *num.* 46. *& ſeq. Gayll. lib.* 2. *obſeru.* 45. *num.* 3. *& ſeq. Brunneman. in d. l. ob æs*, 12. *C. de oblig. & action. Cornel. Beninc. de priu. paup. ſpecial.* 5. *nu.* 3. Nec videtur obſtare tex. in *d. l. ob æs*, vbi dicitur, *Ob æs alienum ſeruire liberos creditoribus, iura compelli non patiuntur*, nam reſpondent aliqui DD. apud *Arumeum loc. cit. pag.* 173. Illud verbum *Liberos* intelligi de liberis debitorum, quod ſcilicet liberi, ſeù filij debitorum non ſint pro pignore creditori dandi, iuxta tex. in *l. qui filios, C. quæ res pignor. dari poſſ.* ſed talis explicatio non placet *Sichard. in d. l. ob æs num.* 1. vbi dicit de hoc caſu liberorum debitoris nullum eſſe dubium, quin liberi, ſeu filij noſtri non dentur pro pignore, ſeu obligatione pro debito ciuili, nam liberi homines præcipuè orthodoxi pignorari, vendi, vel aliter alienari non poſſunt, *l. ſi in emptione* §. *liberum hominem ff. de contrah. empt. l. liberi ff. eod. l. Neratius ff. de condict. indeb. l. cum quis* §. *qui hominem ff. de ſolut.* quia liberum corpus non recipit æſtimationem, *l. fin. ff. de his, qui deiecerunt; l. liber homo*, vbi *DD. ff. de verb. oblig.* res enim, quæ non eſt in commercio noſtro, ſicut homo liber §. 1. *inſtit. de inutil. ſtipul.* in obligationem deduci non poteſt, *l. quæ prædium, Cod. ſi aliena res pignoranda ſit*, excepto caſu famis, ſeù neceſſitatis, *l.* 2. *C. de patr. qui filios diſtrax. Tholoſan. in ſyntagm. iur. ciuil. lib.* 22. *cap.* 6. *nu.* 9. *Benincaſ. dict. ſpecial.* 5. *nu.* 15. qui omnes refert. Imo talis conſuetudo, quæ olim viguit, vt liberi ad debitum paternum in vinculis detinerentur, fuit improbata à Iuſtiniano in *auth. imo C. de oblig. & action.* & triplici pœna prohibita, ſcilicet amiſſionis debiti, reſtitutionis tantidem, & pœna corporali, *Brunneman. in d. auth.* ideo in genere de liberis hominibus legem intelligẽdam eſſe, in dict. tex. *l. ob æs* probat *Arumeus d. concl.* 12. *pag.* 173. Verus igitur intellectus d. *leg. ob æs* eſt, vt ipſa loquatur de ſeruitute, vt debitor ſeruituti mancipari non poſſit ob proprium debitum, vel alienum, quia libertas eſt inæſtimabilis, §. *vlt. inſtit. quib. ex cauſ. manum.* at quando in carceres detruditur non ſit ſeruus, ſed liber remanet, proinde *d. legi ob æs* non repugnat debitoris pactum, vt carcerari valeat, ita eleganter *Io. de Imol. & Felin. in cap. Raynutius de teſtam. Guid. Papæ qu.* 61. *Couarr. var. reſol. lib.* 2. *c.* 1. *nu.* 1. *Beninc. d. ſpec.* 5. *n.* 13. præter quam quod non obſtãte *d. leg.* dixerunt DD. ſtatuta valere, vt debitor tradatur creditori ad ſeruiendum, *Oldrad. conſ.* 54. *Petrus Barboſ. in l. alia* 15. §. *eleganter* 53. *ff. ſol. matr. Brunneman. in d. l. ob æs in fin.* ſed intelligi debent de certo & limitato tempore, non in perpetuum, nè libertas adimatur, poſt alios *Benincaſius dict. ſpecial.* 5. *num.* 14. Exceptis mulieribus debitricibus, quæ
10 pro nullo debito, vel obligatione ſpontanea carceribus mancipari debent, & ſi Iudices hoc fieri permiſerint, pœnis ciuilibus, & criminalibus puniuntur, *l.* 1. *& auth. ſed hodie, C. de offic. diuerſ. iudic.*

Sed intra quod tempus executio facienda ſit contra debitores condemnatos, vel confeſſos ſi petieris. Reſpondeo cum diſtinctione vel agitur de actione perſonali, vel reali. Si de actione perſonali ſubdiſtinguo vel debitor eſt pauper, vel diues; ſi pauper de iure legis duodecim tabularum triginta dierum
11 ſpatium debitoribus ad ſoluendum concedebatur, vt verba legis ſup. expreſſa demonſtrant. & referunt idem *Velaſch. d. cap.* 44. *n.* 4. *& Arumeus loc. cit. concl.* 11. De iure verò Digeſtorum ad duos menſes debitoribus ſententia damnatis fuit prorogatum, per *tex. in l. debitoribus* 31 *ff. de re iudic. Gloſ. fin. in l. ſi debitori* 21. *ff. de iudic.* vbi *Petrus Barboſ. num.* 168. 172. *& ſeq.*

At de iure Codicis ad quatuor menſes fuit ampliatũ per tex. in *l.* 2. *&* 3. *& fin.* § *fin. C. de vſur. rei iudic. Gloſ. fin. in l.* 1. *ff. iudic. ſolui, Trentacinq. var. reſol. lib.* 3. *tit. de ſolut. reſol.* 1. *num.* 2. *verſ. Marcus Antonius* poſt alios *Barboſ. loc. cit. num.* 169. *&* 172. *&* 176. alijque citati à *Valaſch. loc. cit. num.* 6. quod tempus de iure canonico etiam conceſſum fuit debitoribus, per tex. in *cap. quoad conſultationem* 15. *de ſent. & re iudic. & in cap. quærenti* 26. *de offic. & poteſt. Iudic. Deleg. Barboſ. loc. cit. nu.* 177.

quo

12 quo temporis beneficio gaudent etiam con-
fessi, per tex. in *l. certum 6. §. fin ff. de confessis*,
cum confessi pro iudicato habeantur, per
l. 1. ff. de confessis, Barbos. in l. si debitori, n. 163.
& seq. qui licet in *num.* 189. *& seq.* de con-
suetudine asserat, hodie confessis non idem
tempus concedi, quod condemnatis indul-
getur, sed tantum dierum spatium, attamen
concludit deberi in eo loco, vbi iudicium
vertitur, probari d. consuetudinem, quod
confirmat *Velasch. loc. cit. num. 8. in fin.* In Hi-
spanijs verò non est necessarium probari præ-
dictam consuetudinem, quia per leges illorum
Regnorum, quadrimestre à iure communi de-
bitoribus pauperibus concessum, etiam ad
prædictum spatium decem dierum restri-
ctum fuit, vt habemus de iure partitarum
in *leg. 5 tit. 27. & l. 7. tit. 3. partit. 1.* & de iure
Ordinamentorum nouæ collection. demon-
strat *Velasch. d. quæst. 44. num. 15.* Ista enim
13 tempora quadrimestra, vel decem dierum
pauperibus debitoribus concessa fuerunt, &
paupertatis fauore ordinata, sed diuitibus
denegantur dictæ dilationes, & absque mora
executio facienda est, *Barbos. in d. l. si debito-*
ri 21. nu. 180. ff. de iudic. & post multos con-
cludit idem *Velasch. d. qu. 44. nu. 13.* At con-
demnati in actione reali statim restituere
tenentur, absque aliquo dilationis benefi-
cio, vt in *§. 1. instit. de offic. Iudic. Glos. in d. l.*
si debitori 21. verb. dandum ff. de iudic. Carroc.
Barbos. alijque citati à *Velasch. loc. cit. nu. 17.*
De iure verò nostri Regni de communi obser-
uantia nulla dilatio conceditur debitoribus
condemnatis, vel confessis, sed statim credi-
toribus executio conceditur, nulla, vel mini-
ma data dilatione, & licet hodie istorum
pauperum debitorum deterior sit facta con-
ditio, cum eis ius commune magis indul-
geret, adhuc tamen hodie facilis aditus reli-
ctus est, vt ab asperitate creditorom liberari
valeant, vt possint scilicet Principi preces
14 offerre, quatenus eorum paupertate, seu im-
potentia attenta, moratorias dignetur lite-
ras concedere, quas frequenter solet Prin-
ceps impartiri ex benignitate, *l. 2. & in l.*
vniuersa 4. C. de precib. Imper. offer. & ibi *scrib.*
Trentacinq. var. resol. lib. 3. tit. de solut. resol. 1.
num. 1. Genua de scriptura priuata lib. 3. tit. de
literis iudicial. seu dilator. num. 1. & seq. intra
quod tempus à suis creditoribus molestari
nequeunt, *Coler. de process. execut. par. 1. cap. 4.*
num. 14. & conceduntur de iure Regio in Hi-
spania, vt in *l. 33. tit. 18. par. 3. & in l. 4. n. 24.*
ead. par. & ita de praxi in illis Regnis testan
tur *Acued. in l. 2. tit. 14. num. 33. & seq. lib. 4.*
noua recompil. Bouadill. in politic. lib. 2. cap. 16.
num. 125. & lib. 3. cap. 13. num. 20. Cucchus in
tract. de morat. præscript. num. 14. Apicell. in
tutam. pauper. tit. 2 de morat. Princip. n. 2. ver.
alij verò, qui fatentur, quod quotidiè in om-
nibus Principatibus Italiæ tales dilationes
conceduntur, quos longo Cathalogo refert
Valasch. d. cap. 54. num. 15.
Sed coram quo Iudice debeat debitor recurrere
contra creditores recusantes, vt beneficium
15 d. dilationis quinquennalis concedatur? Di-
cas, quod ad Sacrum Principis Auditorium
spectat, has dilationes concedere, vt dispo-
nit claros tex. in *l. fin. Cod. qui bon. ced. poss.* ibi:
Cum solito more à nostra Maiestate petitur;
ex quo colligunt DD. PRÆSTANTIAM Su-
premi Senatus in concedendo prædictam
dilationem, vtporè Maiestatem Principis
rapresentantem, ita affirmant *Vinius dec. 38.*
num. 7. Thesaur. dec. 186. in fin. Osuald. Hillin-
ger in Donell. enucl. lib. 22. cap. 9. lit. G. Velasch.
de priuileg. pauper. d. par. 1. qu. 44. num. 38. Reg.
Sanfelic. dec. 305. num. 5. tom. 2.
Et ita, & taliter talis præeminentia competit
Supremo Senatui, vt si talis moratoria a Iu-
dicibus inferioribus concederetur, talis sen-
tentia esset nulla, tanquam lata à non ha-
bente potestarem illam concedendi, notat
Vinius d. dec. 38. num. 7. & videtur approbare
Reg. Sanfel. dec. 305. num. 5. & non sine mi-
sterio loqutus fuit *Præses de Franch. dec. 82.*
vbi dixit, quod quotidie in S. Consilio nostro
concedatur talis dilatio, quia ad d. Senatum
Principis spectat illam concedere, et si ali-
quando videamus d. dilationem etiam con-
cedi à nostra M. Curia Vicariæ ad instan-
tiam creditorum maioris summæ, tamen
tunc tales dilationes impartitur, quando
ex Proregis, vel ex eius Collateralis Consi-
lij rescripto talis potestas fuit tributa, & or-
dinatur prouisio, vt M.C. Vicariæ super ex-
positis prouideat, & iustitiam faciat, & ita
hodierna praxis nos instruit, ex qua decreta-
tione conceditur potestas d. M. Curiæ, quam
prius non habebat.
Et merito quidem quia ad Principes spectat
pauperes debitores subleuare, & adiuuamen
16 præstare, vt in *auth. de non eligend. secund.*
nub. in princ. & in auth. Vt determinatus sit
numer, §. cum verò, & tandem in *auth. de Fi-*
deiuss. § agnoscant, ibi: *Infelicibus debitoribus*
auxiliamur, moderatur enim Princeps illam
rigorosam exactionem, quam creditor acer-
bus cum duritie expostulat à debitore, vt
monet *Vulpian. in l. si bene 33. ff. de vsur.* per il-
la verba: *Dummodo non acerbum se exactorem,*
nec contumeliosum præbeat, sed moderatum
& cum efficacia benignum, & cum instantia
humanum, vt præcipit Sacra litera in Deu-
terom. *cap. 24. Cum repetes à proximo tuo*
rem aliquam quam debet tibi, non ingredieris
domum eius, vt pignus auferas, sed stabis
foris, & ille tibi proferet, quod habuerit. Sin
autem pauper est, non pernoctabit apud te pi-

gnus,

gnus, ſed ſtatim reddes ei ante Solis occaſum, vt dormiens in veſtimenta benedicat tibi, & habeas iuſtitiam coram Domino Deo tuo. Ex hac enim charitatiua pietate moueri debent Principes ad beneficium pauperum debitorum, has dilationes concedendo, & ipſe *Cicero* dixit pro *Rabir. poſthum. Vrgere homines iacentes, aut precipitantes impellere, inhumanum eſt,* & oſtendit *Caſſiodor. lib. 2. var.* ibi: *Quatenus ſub induciis datis poſſint reparare pecuniam, & aliquatenus debitorum valeat reſpirare ſubſtantia, Arumæus d. concl. 11.* ideo nō ſine hac iuſta cauſa Princeps illam cōcedere ſolet, dixit *Fachin. lib. 8. controu. cap. 63. quæſ. 2.* nec talia reſcripta ius tertij lędere dicuntur quæ eſſent à Principe recuſanda, iuxta tex. in *l. reſcripta 7. C. de precib. Imper. offer. cap. reſcripta 25. qu. 2. l. ne auus C. de emancip.* quia talis dilatio non minuit quantitatem debitam, aut illam extinguit, ſed tantum differt ſolutionem, integrumque ius eius remanet, ideoque concedendam demonſtrat *Velaſchus d. cap. 44. nu. 28. & 29.* & prius dixerunt *M. Anton. Cucch. in tract. de morat. præſcript. num. 7. & ſeq. Theſaur. d. dec. 186. nu. 3.*

Sed eſt differentia inter Moratoriam, quæ conceditur à Principe, & illam, quæ profertur
17 ab eius Supremo Senatu, nam illa à Principe largita, abſque cauſæ cognitione impertitur, vel ſaltem cum aliqua extraiudiciali relatione, aut cum clauſula ſi preces veritate nitantur. At verò à Senatu cōcedi debet cum cauſæ cognitiōne, affirmat idem *Velaſch. loc. cit.* qui de iure Regio Hiſpaniarum ita ſancitum tradit. Eſt etiam alia differentia inter iſtas inducias conceſſas à Principe, & illas, quas ſolent Senatus emittere. Nam Principes, & Reges non ſolum pauperibus, ſed etiam ſoluendis debitoribus poſſunt indulgere, puta quando debitores bona haberent, ſed non ſecundum eorum indigentiam, & conditionem vt poſſint honeſtè viuere, & quia ſi omnia debita exoluerentur imminens aſpiceretur ægeſtas, ſolent Principes dilationes concedere, vt commodè valeant ſatisfacere creditoribus, quæ æquitas, vt plurimū exercetur erga Nobiles, vt conſeruentur illuſtres familiæ, nè ægeſtate pereāt, vt latè demonſtrat *Reg. Capyc. Latro deciſ. 192. per tot. tom. 2.* & precipuè *num. 72.* & vt magis decenter Principi ſeruire valeant, *Molin. de primogen. lib. 2. cap. 1. num. 3.* vbi *Gilmon. de la Mota in addit. Mieres de maiorat. par. 1. qu. 1. nu. 9.* intereſt enim Principi locupletes habere vaſſallos ad Reipublicæ bonum conſeruandum, eruditè probant *Carpaonius in ſuo aſylo debitorum prepoſ. 6. pag. 1029. Bnter lib. 7. de illuſtr. ſtat. cap. 20.* & cæteri politici, qui tyrannicum reputant dictum *Machiaueli. lib. 3. de Rep. c. 17. & c. 25.* qui voluit pro libertate cōſeruanda plurimū intereſſe, ne Ciues opib. admodū augeantur, ſed Chriſtiana politica experiētia munita cōtrariū ſuadet. Idem obſeruatur, ſi merces non aduenerūt, & ſperatur à longiquis Regionibus traici, ſolent Reges Hiſpaniarum Mercatoribus dilationes concedere, vt refert *Velaſch. d. qu. 44. num. 41.* Similiter poſſunt Principes non ſolum debitoribus dilationes concedere, ſed
18 etiam aliquam debiti partem remittere, vt Solon inter leges Athenienſes præcepit, quod teſtatur *Plutarch.* quem refert *Couarr. lib. 4. c. 24. n. 7.* atque alia beneficia ab Imperatoribus fuiſſe debitoribus largita, tradit *Velaſc. d. cap. 44. à num. 33.* Sed omnes iſtas dilationes non poſſunt Senatus ex eorum placito indulgere, quia Principes concedunt dilationes gratiæ, at verò Senatus emittunt inducias iuſtitiæ, ex conſenſu creditorum, ad *tex. in l. fin. C. qui bon. ced. poſſ.* quæ iuribus adaptantur. Cæterum reſpectu remiſſionis partis debiti, etiam iura ciuilia illā permittunt ad inſtātiam creditorū maioris ſummæ, & tenentur concurrere debitores minoris ſummæ, per tex. in *l. ſi unus hæredem 8. §. hodie, & l. ſequenti ff. de pactis,* vbi *DD. Afflict. dec. 288. num. 2. Apicella tit. 3. per tot. de remiſſ. debit. Velaſch. d. cap. 44. num. 111.*

In hac enim dilatione concedenda prompti ſe offerre debent debitores ad ceſſionem bonorum faciendam, vel dilationem, ſeù mo-
20 ratoriam petere, & nota quod electio datur creditori, vt vel eligat ceſſionem bonorum, vel dēbitori petenti dilationem quinquennalem concedat, iuxta tex. in *l. fin. in princ. C. qui bon. ced. poſſ. Ioachim. à Beust. in l. admonendi ff. de iureiur. num. 343. Arumæus d. diſcurſ. 4. concl. 11.* Eſt enim hæc ceſſio bonorum beneficium à *l. 1. & l. 4. Cod. qui bon. ced. poſſ.* conceſſum, quo decoctores ære alieno grauati omnia ſua bona cedūt creditoribus, ab Auguſto per *l. Iuliam* introductum, vt obſeruat *Ioachim Stephan. ad Conſt. Nouell. 135. in princ.* ſed an à Iulio, an ab Auguſto, dubius remanſit *Hotom. quæſt. illuſtr. 26.* certum tamen eſt, quod talis lex Iulia obſeruata fuit non ſolum in Vrbe Romana, & Conſtantinopolitana, ſed etiam ad omnes alias Prouincias Romano Imperio ſubiectas propagata, teſte Iulio Cæſare *lib. 3. com. bell. Gallic. 1. Ioach. Steph. in d. l. num. 6.* quia ceſſio bonorum non eſt inter infamias enumerata, in *l. debitores, C. ex quib. cauſ. infam. irrog.* ſed tantum grauat æſtimationem apud bonos, & honeſtos viros, *Rittberſ. ad conſt. Nouel. par. 2. cap. 3. num. 14.*

Cæterum etiam repugnantibus creditoribus poterit petere debitor, vt ei tale beneficium
21 induciarum quinquennalium concedatur, concurrentibus tamen creditoribus maioris

vel ſaltem æqualis ſummæ, *l. debitorib. 3. ff.*
de iudic. l. iuris gentium 5. hodiè, alias l. &
ſuum hæredem 8. ff. de pact. l. 2. Cod. de
precib. Imper. offer. ratio eſt, quia talis dilatio
temporis non cauſat graue præiudicium
parti aduerſæ, *l. ſi debitori 21. ff. de iudic. l. 2.*
C. de precib. Imper. offer. Anton. Faber in Cod.
d. tit. defin. 1. ideo æquitati non admodum
aduerſari dixerunt *Vmm. de proceſſ. diſput. 8.*
theſ. 4. num. 26. Arumeus d. concl. 11. pag. 163.
Gratian diſcept. for. tom. 2. cap. 222. à num. 4.
& ita per foros fuit ſancitum in Regno Ara-
goniæ dixit *Creſpi de Valdaura obſerv. 112.*
19 *nu. 12. par. 2.* vbi ita deciſum pluries refert.
Sed hæc maior pars creditorum intelligitur
de maiori parte crediti, non de maiori par-
te numeri creditorum, per clarum tex. in *l.*
maiorem partem 8. alias 9. ff. de iudic. ibi: *Ma-*
iorem partem pro modo debiti non pro numero
perſonarum placuit, confirmant tex. *in l. ſi plu-*
res 14 ff. depoſiti, & in l. cum bona 16. ff. de
bon. auth. Iud. poſſid. Creſpi de Valdau. d. obſer.
112. num. 29. Imo non tantum eſt neceſſaria
maior pars creditorum, ſed æqualis ſumma
creditorum concurrentium ſufficit per tex.
in *l. fin. C. qui bon. ced. poſſ. Genua de ſcript pri-*
uata lib. 3. tit. de annal. & quinq. dilat. nu. 41.
Viuius dec. 38. lib. 1. n. 1. Velaſc. d. q. 44. n. 12.
At inter creditores non numerantur credito-
res capitalium, ſed tantum annuorum introi-
tuum maturatorum, dum capitalia ſunt de-
mortua apud debitores, & non poſſunt peti,
Nouar. in pragm. 1. col. 2. num. 35. de ceſſion.
bonor. Ronit. in pragm. 3. de ceſſion. bonor. n. 11.
& ſeq. ita refert deciſum *Thor. in compen. de-*
ciſ. tom. 1. in verb. dilatio quinquennalis pag.
146. in fin.

Sed deplorabilis eſt abuſus huius Regni in con-
cedendo hodie iſtas dilationes quinquenna-
les, nam non minus de facili petuntur, quam
doloſis verſutijs obtinentur, fingunt enim
debitores ſibi creditores obſiſtere, atque ab
eis premi ſimulatis cautelis, & ſcripturis, vt
figuratis amicorum creditis, malitiosè
alios cogere valeant ad has moratorias
concedendas, hoc enim modo leges con-
temnunt, periuria committunt, impreca-
mina horrenda non timent, vt eorum collu-
ſiones in perniciem creditorum perducant,
& poſtmodum pro minima ſumma exceſſi-
uas remiſſiones creditorum extorquere va-
22 leant. Et quia deceptoribus iura non ſubue-
niunt, *l. cum vniuerſorum de rer. permut.* nec
auxilium à malefactoribus ferendum ſit,
cauſ. 14. q. 5. per tot. nec fraudatorib. reſcripta
priuilegij attribuuntur, *l. 6. C. Theod. de diuer.*
reſcript. atque omnis illicita vſurpatio rei
alienæ ſub furti nomine comprehendatur,
cap. penult. 14. qu. 5. cap. meretrices 32. qu. 4.
idcircò iſti fraudolentes debitores puniri de-
bent non miſereri, nedum, vt non obtineant
iſtas malitioſas inducias, ſed etiam ſi illis
fuerint conceſſæ, priuentur, dum tot doloſis
machinationibus iura ſubuertunt, & Iudices
deludunt, rationabiliter igitur agunt illi Se-
natus, qui non omnibus debitoribus has mo-
ratorias concedunt, ſed illis tantum qui ca-
ſibus fortuitis ſuis facultatibus lapſi, magnũ
23 aliquod damnum paſſi fuerunt, vt ſanxit
Gratian. Imperator in l. 2. Cod. Theodoſ. Qui bo-
na ex l. Iul. ced. ſtatuendo, ne debitor bono-
rum ceſſione vti poſſit (*Niſi qui per vim ma-*
iorem bonis euerſus fuerit) ſed vt ad reddi-
tionem debitæ quantitatis, congrua ac di-
gniſſima ſuppliciorum acerbitate cogatur,
refert *Hotoman. illuſtr. qu. 926. 2.* & etiam
tradit idem *Arumeus dict. diſcurſ. 4. concl. 11.*
num. 5. tom. 3. de iure public. idem etiam ex
noua conſtitutione Imperii in anno 1548.
promulgata teſtatur *Arumeus d. concl. 11.*
pag. 164. poſt Donell. in comment. lib. 22. cap. 9.
merito igitur in praxi obſeruatur, vt pro-
bentur inſortuuia aduerſitates, & paupertas
debitoris, vt valeat admitti ad d. dilationem,
notat *Gloſ. in cap. quæ in Eccleſiarum, verſ.*
probabiliter de conſtit. vbi *Bald. Staphil. de li-*
teris gratiæ, & iuſtitiæ, fol. 156. verſic.
quando quis petit admitti, alijque relati per
Apicellam in tutam. paup. r. tit. 1. de dilation.
quinq. num. 18. Thor. in compend. dec. tom. 2.
in verb. dilatio pag. 141. quia eſt miſerabile
auxilium, *l. 8. C. qui bon. ced. poſſ.* & flebile ad-
iutorium, *l. 7. C. eod.* quo non debent adiuuari
fallaces decoctores, qui bona dilapidauerunt,
& conſumpſerunt, *Hering. de fideiuſſ. cap. 5.*
num. 104. Hillinger. ad Donell. d. lib. lit. H. eſt
enim miſerorum ſubſidium, non doloſorum
præſidium, *Brun. de ceſſion. bon. dec. 11. qu. 4.*
prin. qu. 5. num. 3. decipientibus enim iu-
ra non ſubueniunt, *l. 2. §. 3. ff. ad S. Conſult.*
Vellei. & auxilium legis denegatur illi, qui
aduerſus leges delinquit, *l. auxilium 37. ff. de*
minor. competere igitur debet tale benefi-
cium ſolum aduerſa fortuna lapſis, *Matth.*
Steph. in collat. in pand. vol. 7. diſp. 3. theſ. 9. vt
à moleſtia carceris, & à quacumque alia pœ-
na liberetur, *d. l. 1. & l. 4. C. eod.* dum alioquin
homines frugi, integræque fidei, ac bonæ
æſtimationis fuerint, non illis, qui ſupina
negligentia, vel vitijs pauperes redditi ſunt
Burius dec. 349. Straccha de decoctorib. par. 6.
num. 20. Cothman. in reſponſ. 19. alijque, quos ap-
probat *Iurga Valentin. in parthen. litigioſ. lib.*
2. cap. 9. num. 23.

Hinc eſt, vt ad euitandas fraudes non ſoleat in
noſtro Supremo Conſilio concedi moratoria
24 ad inſtantiam creditorum concurrentium
pro debitis contractis intra annum, ſicut in
ceſſione bonorum diſpoſitum habemus in
noſtro Regno in *pragm. 1. de ceſſion. bonor.* ex
præ-

præsumpta fraude collusionis, quæ resultat ex breuitate temporis, vt decisum refert idem *Apicella in d. tutam. pauper. tit. 1. de quinquen. dilat. sub num. 27. & seq.* quem approbat *Thor. d. tom. 2. verb. dilatio pag. 140.*

25 Similiter ad dictas fraudes euitandas dixerunt DD. quod si debitor primam dilationem elabi passus sit, priuetur commodo sequentium dilationum, *Minsinger ad §. fin. instit. de action. num. 22.* cum regulariter in pecuniarijs causis tantum detur vna dilatio, *l. 10. ff. de ferijs, & dilation. l. 1. in fin. Cod. eod. Brun. de ceff. bonor. qu. 7. princ. num. 8. Hartm. lib. 2. tit. 12. pract. obseru. 3. num. 1. Ant. Faber in tit. Cod. de precib. Imper. offer. defin. 1. Arnmens d. concl. 11. num. 164.* Sed hæc intelligas procedere de Moratoria concessa ex gratia, seù munificentia Principis, de qua in *l. quoties C. de precib. Imp. offer.* quæ ad Principem spectat, *Oltrad. in tract. de liter. & mand. Princip. in prælud. num. 43. Brunus de cess. bon. q. 26.* Non de dilatione iustitiæ, quæ à creditoribus concedi potest, de qua in *l. fin. C. qui bon. ced. poss. Apicella d. tit. 1. num. 1.* qui in *num. 122.* fundat pluries concedi posse, assignans rationem, quia in materia fauorabili fit extentio ad plures actus, vt sæpè refert decisum *Thor. in d. tom. 3. p. 1. in verb. dilatio pag. 302.* nedum in secunda, sed tertia dilatione quinquennali ad instantiam creditorum concurrentium, licet enim non possint creditores maiorem temporis dilationem debitori concedere, quam illam quæ à iure concessa fuit, scilicet quinquennij, *Morla in empor. iuris par. 1. tit. 8. quæst. 1. n. 18 Io: Baptista Bouius de stat. illat. glos. 19. n. 228.* aliter enim in totum concurreret, *Apicella d. tit. 1. nu. 39.* sed tantum illam in ternas vices diuidere de biennio in biennium, vel ad triennium, &c. dumodo tamen vltra quinquennium non extendatur, vt refert practicatum *Thor. in d. tom. 3. par. 1. verb. dilatio pag. 303.* attamen possunt illam reiterare, & denuo concedere vsque ad decennium, *Alexand. cons. 216. lib. 2. Natta cons. 591. num. 2. & seq. lib. 3 Valentin. d. cap. 6. nu. 23.* cum de eorum interesse agatur.

Et tandè non gaudebit beneficio talis moratoriæ debitor, nisi idoneam fideiussionem super debiti solutione præstiterit, *l. 4. C. de pracib. Imper. offer. Gaill. lib. 2. obseru. 46. nu. 14. Iurga Valent. in. d. cap. 9. num. 22.* aliter Princeps, vel Iudex facerent litem suam, si hanc morosi satisdationem remiserint, *Thesaur. dec. 186. M. Anton. Cocch. de morat. prascript. Valentin. loc. cit.*

Sed si Clericus sit creditor communis debito-
ris, & citetor ad concurrendum pro d. dila-
26 tione quinquennali ad instantiam credito-
rum maioris summæ, an possit declinare forum, & causæ remissionem petere ad suum Iudicem competentem, *Vrsil. ad Afflict. dec. 380. num. 7.* refert decisum per S. Consilium fuisse concessam d. dilationem, non facta d. remissione, aliam decisionem refert *Viuius d. decis. 38. in fin.* & confirmat *Mastrill. decis. 79. in fin.* qui etiam fatetur ita fuisse decisum in illo Regno Siciliæ *Surdus dec. 26. Reg. Sanfelic. d. dec. 305. num. 1.* qui alios citat, & tandem *Thorus in compen. dec. tom. 1. verb. dilatio quinquennalis pag. 146.* vbi citat *Muscatell. in prax. in glos. veniens*, qui locus non reperitur, rationem assignat *d. Dom. Sanfelic. in num. 5.* dicendo, quod citatur Clericus per citationem generalem, si sua putauerit interesse, ideoque si Clericus compareat dicitur actor voluntarius, dum talis citatio non arctat citatum ad comparendum, & excluditur à remissione, *Bart. & alij in l. Titio, ff. de solution.* post alios *Gusm. in. de euict. on. qu. 7. à nu. 47. Aloysius de Leo in l. cum solito, C. qui bon. ced. poss. DD. in l. testamenta omnia, C. de testament. Afflict. dec. 24. Surd. dec. 26.* sed ratio supra adducta mihi non satisfacit, quia Clericus citatus si sua putauerit interesse, si postea compareat, & demonstrat in causa ius habere, & quod in illa causa Iudex laicus non sit competens, remittitur causa ad suum Iudicem competentem, *Decius cons. 699. Viuius d. dec. 38. num. 6.* imo nisi fiat remissio acta sunt nulla, *Grammat. cons. 61. Vrsil. in ead. dec. 380. Afflict. num. 5.* & talis remissio competit, licet Clericus voluntariè compareat coram Iudice laico, *Afflict. in dec. 380. in fin.* vbi licet in ead. *dec. num. 8.* referat decisum, quod quia Clericus voluntariè comparuit in S. C. fuit exclusus à remissione, attamen in fine d. decisionis idem *Afflict.* testatur se fuisse male contentum de dicta decisione, & quod illam scripsit Notarius Vincentius Saponus, cui ipse non consentit, dicendo hæc verba: *Et esto, quod Monasterium consentit in Iurisdictione Sac. Consil. porro non est competens.*

Alij autem istam rationem assignant, quæ resultat ex tex. in *l. fin. C. qui bon. ced. poss.* vbi disponitur, quod tunc cogi possint creditores ad concedendam dilationem quinquennalem, quando debitor est paratus suis bonis cedere, nisi sibi concedatur d. dilatio, & post petitionem debitoris, est electio creditorum, vel dare d. dilationem, vel admittere debitorem ad d. cessionem. post factam electionē vt concludit Imperator, & dat formā quando, & quomodo possint cogi creditores recusantes ad concurrendum ad dictam dilationem, ex quo deducūt quod Iudicium incipiat à debitore, & iste partem actoris in iudicio gerit, non vero creditores, vt aduertit *Viuius d. dec. 38. num. 2.* dum enim iudi-

cium explerur inter debitorem, & creditores, & ſuffi:it conſenſus maioris partis ipſorum, nou habetur in conſideratione diſſ.oſus minoris partis creditoɹum, quorum aliquis forſan eſſet Clericus, quia maior pars præiudicat minori, ideo Clericus diſſentiendo, & remiſſionem petendo, tantum ius ſuum conſeruat, nè cogi poſſit ad concurrentiam, non vero quod valeat impedire dilationem impetrandam ad inſtantiam creditorum maioris ſummæ.

Omnia igitur cumulando circà præſentem articulum vnica diſtinctione complector. Vel agimus de concedenda dilatione debitoɹi à Iudice laico, non obſtante petita remiſſione per Clericum creditorem recuſantem. Vel agimus de condemnando Clericum ad concurrendum ad d. dilationem. In primo enim caſu Clericus ob ſuam petitionem remiſſionis, non poteſt impedire curſum cauſæ aliorum creditorum ad inuicem altercaotium, quando maior pars concurreret pro illa concedenda, quæ valeos eſt ad ipſam obtinendam, & in hoc caſu debent intelligi deciſiones latè per Afflictum, & Viuiuni ſupra citatæ, quæ tantum loquuntur de cauſæ proſequtione in S.C. petita remiſſione non obſtante, non vero de condemnando Clericum recuſantem. Io ſecundo verò caſu quando
27 ageretur de condemnando Clericum recuſantem dictam concurrentiam, & hoc caſu dico non poſſe Clericum condemnari à Iudice laico, ad concorrendum ad dictam dilationem, non enim poſſunt Principes ſeculares dilationem concedeɪe ad ſoluendum debitum Eccleſiæ. *Carol. de Graſſis excep. 32. num. 35. & 36. Genua in tit. de annal. & quinquennal. dilation. lib. 3. tit. de lit. Iudic. ſeu morat. qu. 4. num. 65. & 66. Menoch. de arbitrar. caſ. 203. num. 20. Apicell. in addit. ad Patrem d. tit. 2. ad num.* 20. quos refert, & ſequitur *Velaſch. de priuileg. pauper. d. qu. 44. num. 103. vide Fabr. in C. lib. 1. tit. 9. defin.* 20 Nec ſuffragator doctr. *Steph. de Anfrer. in tract. de poteſt. Iud. ſecul. in 2. regul. limit.* 16. vbi dixit, quod quādo alij creditores laici iotimul cũ Clerico fuerint conuenti, nũ competat remiſſio Clerico. Nam reſpondeo, quod cauſa Clerici non dependet à connexione laicorum, tam pro, quam contra Clericum, ideo in noſtris Tribunalibus introductus fuit ſtylus, Clericum dimittendo, & laicum iudicando, iuxta tradita per *Capyc. dec. 173.* & ibi *Petra nu. 1. Franc. dec. 426. Sauſel. dec. 305. in fin.* cooclodendum igitur erit, ſemper ac tractatur de condemnando Clericum ad concurrendum in dilatione concedeoda, debet condemnati per ſuum Iudicem competentem

PRÆSTANTIA XXIV.

Præſtantia Sacri Conſilij Neapolitani eſt, vt poſſit cauſas Feudales, & Baronum cognoſcere, & quomodo.

SVMMARIVM.

1 *Feudi Dominus eſt Iudex competens inter Vaſſallos, tam in petitorio, quam in poſſeſſorio.*

2 *Pares Curiæ cognoſcunt de lite inter Dominum, & vaſſallum.*

Pares Curiæ dicuntur à paritate feudorum, & non requiritur paritas dignitatum.

3 *Pares Curiæ interueniunt, nè Dominus ſit Iudex in cauſa propria.*

Pares Curiæ cognoſcunt, etiam ſi lis ſit inter priuatos.

4 *Pares Curiæ ſunt adhibendi, etiam in inueſtitura à Domino facienda de nouo feudo.*

Senatores in Republica Romana coram Senatoribus conueniebantur.

5 *Parium iudicium obſeruant Germani in cauſis feudorum, ſicut & Galli.*

6 *Pares Curiæ ſunt à Domino, & Vaſſallo coniunctim eligendi, & quomodo.*

7 *Pares Curiæ ex conſtitutionibus noſtri Regni fuerunt ſublati, & cognitio cauſarum feudalium M. C. Vicariæ fuit conceſſa.*

8 *PRÆSTANTIA noſtri Sacri Conſilij eſt, vt cognitio cauſarum feudalium apud ſe reſideat, quæ prius apud Magnam Curiam Vicariæ reſidebat.*

9 *Iuriſdictio conceſſa noſtro S. Conſilio cognoſcendi de cauſis feudalibus, eſt priuatiua ad Magnam Curiam Vicariæ non cumulatiua.*

Iuriſdictio ſemper cumulatiuè intelligitur conceſſa, niſi expreſſe aliter conſtet.

10 *Dictio Niſi eſt modificatiua, & antecedentium excluſiua.*

11 *Iuriſdictio quam tenebat M.C.V. cognoſcendi de feudis quaternatis per Conſtitutionem noſtri Regni, erat priuatiua quo ad alias Curias.*

12 *Feudalium Iudicum iuriſdictio ſemper intellelligitur priuatiuè conceſſa.*

13 *Præambulum quando interponit M.C. Vicariæ ad fauorem ſucceſſoris in feudo, non dicitur cognoſcere de cauſa feudali.*

14 *Poſſeſſio rei feudalis eſt cognoſcenda à Iudice ordinario, non à Iudicibus feudalibus.*

Iuriſdictio Iudicum feudalium prorogari non poteſt apud Iudicem ordinarium.

15 *Barones Neapolitani in cauſis criminoſis, cum Parium Curiæ interuentu iudicantur.*

16 Ba-

16 *Barones parnorum Caſtrorum noſtri Regni non poterant reſiſtere violentijs Bannitorum.*

17 *Parium iudicium in cauſis Baronum Germani obſeruant.*

Pares Curiæ inuiti coguntur ad iudicium Baronum accedere.

18 *Barones, Marchiones, Duces, & Comites dedignantur ab alijs iudicari, quam à Paribus Curiæ.*

Familiæ illuſtriores à Germania originem cognoſcunt.

Familiæ Neapolitanæ multæ ſunt, quæ ex Regio ſanguine originantur.

19 *Conſilium Neapolitanum poteſt cognoſcere cauſas feudales, ſiue illæ ſint in actione reali ſiue perſonali.*

20 *Etiam ſuper poſſeſſorio feudi.*

21 *Siue ſint feuda quaternata, ſiue non quaternata.*

22 *Etiam de Regalijs ipſius Regis, ſed hodie ſpectat ad Regiam Cameram.*

23 *Tribunal Regiæ Cameræ cognoſcit de cauſis vbi habet intereſſe Regius Fiſcus, vel ſi dubitetur an res ſit feudalis.*

Tribunal Regiæ Cameræ in locum Parium Curiæ ſucceſſit.

24 *Pares Curiæ, vt non ſint Iudices in cauſa feudali, poteſt ex ſtatuto, vel conſuetudine induci.*

25 *Fiſci cauſa non remittitur ad Regiam Cameram, quando intereſſe eſt futurum non præſentaneum.*

26 *Bailum Feudatariæ dare non poteſt S. Conſilium, ſed ſpectat ad Regem, vel eius Collaterale Conſilium.*

Regia Audientia Licij cognoſcit de feudo quaternato, & poteſt dare Bailum, & cur.

27 *Tribunal Regiæ Cameræ non tractat alias cauſas, niſi illas, vbi habet intereſſe Regius Fiſcus, ſcil. quando eſt actor, vel reus, vel author laudatus.*

DE iure communi feudorom, vbi lis erat inter Vaſſallos Iudex cōpetens erat Dominus Feudi. *cap. Imperialem, §. præterea*
1 *ſi inter duos De prohib. feud. alien. per Federic.* vbi *Andreas Afflictus*, & cæteri omnes, *cap. vnico Apud quem, vel quos controu. feud. cap. vnico de lege Corradi, Arumeus de iur. public. diſcurſ. 11. tom. 1. pag. 190.* vbi teſtatur ex Coſtitotionib. tam Federici II. quam Alberti I. ac Ferdinandi Imperatorum, hoc in Imperio ſancitum fuiſſe, & habetur per Canoniſtas in *cap. cæterum de iudic.* de cuius tex. intellectu latè *Scrader. de feud. par. 10. ſect. 1. per tot. Amed. de Ponte in tract. quis ſit Iudex in cauſa feudal. cap. 1. in princ. Petrus de Gregor. de Iudic. cauſ. feudal. qu. 7. nu. 1.* quod procedit ne dum in iudicio petitorio, ſed etiam in poſſeſſorio, vt per *Menoch. de retin. poſſeſſion. remed. 3. num. 376. & ſeq. Vulteus de feud. lib. 2. cap. 2. num. 8. Petrus de Gregorio in tract. de iudic. cauſ. feudal. qu. 7. num 1. poſt Capan. de vita, & malitia,* idcircò de generali conſuetudine receptum eſt, vt Rex cognoſcat de beneficijs omnibus Regalibus, qoando vterque litigans ab eodem Rege ſe inueſtitum allegat, cæterum ſi diuerſos allegent inueſtitores, coram ordinatio Iudice rei couenti ſunt vocandi, *Montan. de regalijs in prælud. num. 54. fol. 48.*

Si vero lis ſit inter Dominum, & Vaſſallum,
2 tunc Pares Curiæ cognoſcebant, vt in *d. §. præterea. & in cap. 1. de contro. apud Pares term. tit. 10. lib. 1. feud. tit. 39. 20. 22. & § finitur dominium tit. 29. & § penult. tit. 55. lib. 2. feudor* latè *Schurmannum. cons. 7 & Euerard. Speckha. cent. 2. q. 35. claſ. 4* adeout iſtorum Iuriſdictio ſola videatur ordinaria, *Hartm. Hartm. ſub tit. de feud. obſ. 41. Vulteus de feud. lib. 2. c. 2. n. 5. & 24.* vbi latè de parium iuriſdictione *Rittherſ. in paratit. feudor. lib. 2 c. 9. n. 6. Chriſtop. Beſol. in theſ. iu. pract. in ver. Man. oder. pag. 617.* alios refert, & ſequitur *D. Reg. Petra in ritu 46. num. 26. tom. 1* Et dicuntur Pares Curiæ à paritate feudorum, quia habent paria feuda, puta ſi cauſa eſſet Comitum, alij Comites ſunt Iudices, de quibus in *cap. 1. ſi de feud. Vaſſal. ab aliq. interp. Hannet. 4. feud. 2. verſ. Pares autem,* rectius vero alij putant, vt dicantur pares Curiæ, etiam ſi inferioris ſiot conditionis, quam ſint litigantes & pro Iudicibus admittuntur, *Mozzins de natural. feudor. num. 113. verſ. quarto Ardizzon. in ſum. cap. 138.* alijque, quos approbat *Vulteus d. cap. 2 nu. 27. Struuius in ſyntagm. iur. feud. cap. 4. num. 18. pag. 144. Sigiſmund. Finckelthaus in controu. feud. diſput. 11. nu 10.* proinde ſofficit, vt ſint Conuaſſalli, qui ab eodem Domino feuda habent, *Alvarot. in tit. ſi de inueſtit. inter Dom. & Vaſal. Speckh. in d. quaſt. 35. claſ. 4. nu. 15.* at *Panorm. in cap. cæterum mihi in 6. column. de iudic.* dicit, quod conſuetudo Curiæ optima ſit interpres, ad finem iudicandi qui ſint Pares, *Eunnig. Goden. conſ. 29. vol. 2.*

Quod etiam diſponit noſtri Regni *Conſtitutio Vt vniuerſis, & ſingulis ſub tit. de ſeruand. honor. comit. Dom. Petra loc. cit. num. 25. in fin.*
3 qood ea ratione ſancitum fuit, ne Dominus ſit Iudex in cauſa propria, contra regulam textus in *l. 1. C. Ne quis in ſua cauſa iud.* ita *Andreas in d. §. præterea num. 72. Montan. de regalib. in prælud. num. 54. fol. 48. Beſold. loc. cit.* licet enim ſpeciale ſit in Rege, vt in cauſa propria iudicare valeat. *Iacob. de S. Giorg. in tract. de feud. in verb. ſed an Princeps num. 15.* attamen compilatores legum feudalium hanc authoritatem conceſſerunt Paribus

tecedentium exclusiua, *Menoch. cons. 3. n. 16.* latè *Barbos. in tract. var. in diction. Nisi nu. 12.* vbi latè, & operatur exceptionem in illis casibus relatis post illam dictionem *Nisi Gratian. discept. for. cap. 9. num. 16. Barbos. loc. cit. num. 14.* prout sunt omnes illæ causæ maiores excedentes summam vnciarum vigintiquinque, Sacro Consilio cognoscendæ cominissæ, vigore d. pragmat., quæ separatæ fuerunt à Iurisdictione M. Curiæ. Hæc enim est virtus clausulæ abdicatiuæ, quæ operatur separationem Iurisdictionis, eiusq; priuatiuam concessionem, *Franc. d. dec. 417. n. 2. circa fin. & dec. 722. nu. 5. & dec. 723. num. 3. Reg. de Marin. d. cap. 213. alijque sup. cit. num.*

Quod cōfirmatur, quia illa potestas olim tributa Magnis Curijs Regnorum vtriusq; Siciliæ, cognoscendi de feudis quaternatis, vigore prædictarum constitutionum nostri Regni *Statuimus*, & alterius incip. *Iustitiarij nomen*, fuit iurisdictio prædicta abdicatiuè cō-
11 cessa, cum priuatione respectu aliorum Magistratuum inferiorum, vt concludit *Petrus Gregor. in lib. de iudic. caus. feudal. d. qu. 7. n. 2. & 7.* vbi affirmat, quod satis conueniens erat, vt solus Magister Iustitiarius, & non alius Magistratus abdicatiuè cognoscere poterit de feudis prædictis: Et si hoc conueniebat Magnæ Reg. Curiæ illius Regni Siciliæ, virtute dictarum nostrarum Cōstitutionum, fortius conuenit dicere, quod competat nostro Supremo Senatui, qui Principis Supremum Auditorium est, vt scilicet talis Iurisdictio translata à M.C. ad nostrum S. Consilium ex pragm. nostri Regni, etiam priuatiuè ad d. M.C. intelligatur impartita. Nam si generalis cognitio causarum feudalium æqualiter resideret, tam apud Sac. Consilium, quam penes M. C. V. reseruatio minoris summæ eidem M.C. facta esset inutilis, & frustatoria, dum reseruauit illam potestatem, quæ non dubitabatur ad illam pertinere, dum igitur quo ad minorem summam fuit facta reseruatio, quo ad cætera fuit facta ademptio.

Adde quia quoties tribuitur iurisdictio cognoscendi causas feudales, intelligitur iurisdi-
12 ctio priuatiuè, quo ad alias Curias concessa, cum Iudicum feudalium iurisdictio priuatiua sit, *Marta de iurisdiction. lib. 2. cap. 2. nu. 5. Vulteus de feud. lib. 2. cap. 2. num. 5.* alijque ab istis citatis, & talis stricte naturæ est, vt illa concessa apud Iudices feudales, istis inuitis apud Iudicem ordinarium prorogari non possit, *Speckan. d. qu. 36. nu. 6. Pruckman. to. 1. cons. 16. nu. 4. Gentil. lib. 3. de iurisdict. n. 23. Clarus in §. feudum qu. 90. num. 10.* alios innumeros refert *Vulten. de feud. d. lib. 2. cap. 2. num. 47.* merito dixerunt nostri DD. vt talis prærogatiua nostro Sup. Senatui tributa, determinandi omnes causas feudales priuatiuè ad M.C. Vicariæ competat, *Camma ta in rit. 50. n. 6. Muscatell. in praxi loc. cit. glos. competens nu. 96. lib. 2. par. 1. glos. tenebitur n. 14.* sicut olim priuatiuè fuit concessa M.C.V. respectu aliarum Curiarum, ex nostris constitutionibus Regni, probat *Petrus de Gregor. de Iudic. caus. feudal. qu. 7. num. 2. & 7.*

Nec replicari iuuat, quod talis cognitio adhuc duret penes nostram Magnam Curiam, dum videmus, quod in dies cognoscat de legitimo successore feudi, cui ordinat decretum Præambuli, exceptis illis causis feudalibus, in quibus habet interesse Regius Fiscus, vt infra dicam, *Tapia in d. constit. Statuimus, vers. feudis quaternatis.* Quia respondeo, quod nostra M. C. non dicitur cognoscere de causa
13 feudali, quando interponit decretum præambuli, sed tantum cognoscit de summario feudi possessorio, vt competat ei, qui proximiorem gradum successionis, seu proximitatis detinet, & vt plurimum absque citatione alterius prætensi successoris, si cognoscit sibi ius non assistere, & dicere possumus, quod potius decernit liquidationem personæ succedere debentis, quam vt cognoscat de causa feudali, ideo dicunt practici, quod causa præambuli non operatur causæ connexitatem, aut præuentionem, quia non est verè iudicium formatum ex Iudice actore, & Reo, cum igitur agatur de mero possessorio summarijssimo, etiam si de possessione rei feuda-
14 lis sit contentio, iudicium erit expediendum coram ordinario Iudice loci, prout est M.C. non coram Iudicibus feudalibus, *Glos.* expressa in *cap. cæterum in verb. quando in vers. sed in iudicijs de iudic.* vbi allegat tex. in *cap. ex parte de foro compet* post omnes relatos concludit *Vulteus d. lib. 2. cap. 2. num. 43. & seq.* vbi licet in *n. 44.* alios contrariū sentientes referat, ad Iudices scilicet feudales cognitionem spectare, attamen in seq. *nu. 45.* cum prima nostra sententia concludit, ad Iudicem scilicet ordinarium causam possessorij esse proponendam cum *Rosental. de feud. c. 12. concl. 12. à n. 54. Sistin. de Regal. 8. nu. 78.* & si competit Iudici ordinario cognitio causæ possessorij feudalis, eo magis competere debet cognitio præambuli, vbi non feudalem materiam inquirit, sed tantum gradus successionem considerat, absque partis citatione.

Sed nota, quod si fuerunt sublati Pares Curiæ in nostro Regno, in iudicio ciuili causarum feudalium, non tamen in causis criminalibus Baronum, etenim Comites, Marchiones, Duces, Principes, Barones Neapolitani in criminalibus, non nisi per Iudices Regni
15 cum interuentu Parium Curiæ iudicantur, *Marin. Freccia de differ. feudor. regul. num. 9. & 11. & differ. 14. num. 47. Gramatic. in consit.*

ſit. proſequentes ſub tit. de pugna num. 3. fol. 69. vbi dicit, in cauſis grauibus de receptatoribus Bannitorum, & de participantibus ad latrocinia, fuiſſe adhibita Iudicia Parium, quod confirmant *Taſſon. de ant. f. ua verſ. 3. obſeru. 4. num. 97. & verſ. 14. obſeru. 1. à num. 88. Borrell. in tract. de magiſtrat. edictis lib. 1. cap. 1. num. 6.* attamen alij hoc reſtringunt, & dicunt, eſſe apud nos vſu receptum tantum in caſu criminis læſæ Maieſtatis, *Thom. de Marin. in tract. feud. lib. 1. tit. de feud. ex pacto num. 14. Reg. Sanfel. in ſua prax. iudic. ſection. 22. num. 10. fol. 60* qui ita ſua ætate fuiſſe obſeruatum teſtatur, & vltimum exemplum lego eueniſſe tempore Gubernij Ducis Medinæ de las Torres Proregis huius Regni, in perſonam infelicis Principis Sanzi Familiæ Orificiæ, inquiſiti de perduellione, qui in die 12. Ianuarij 1640. fuit pœna capitis damnatus per Regiam Iunctam Officialium deputatorum, cum interuentu Parium Curiæ, qui fuerunt duo alij Titulari eadem Principatus dignitate inſigniti, ſcilicet Princeps Rocchæ Familiæ Filomarinæ, & Princeps Colli Familiæ de Summa, vt refert *Parrin. in theatr. heroic. Proreg. um huius Regni to. 2. pag. 281.* de quo loquutus fuit idem *Sanfelic. loc. cit. num. 10. in fin.* non expreſſo nomine inquiſiti.

Non deſunt alij DD. noſtri Regni, qui contrariam ſubſtinent ſententiam, ſcilicet *Lanar. conſ. 88. num. 28. Reg. Tepta in dec. Supr. Senat. Ital. 24. Borrell. in ſumm. dec. par. 2. tit. 33. de appellat. num. 1326.* qui aſſerunt in criminalibus cauſis Baronum noſtri Regni Parium ſollemnitatem fuiſſe ſublatam, ſed praxis noſtra in caſu ſupra expreſſo contrarium indicat, & etiam alio moderniori exemplo comprobatur. Nam cum caſus occurrerit in anno 1657. vt D. Hieronymus Valua Marchio Terræ Valuæ (ex vetuſtiſſima Normannorum Familia deſcendens, quæ circiter annos octincentum feudo Valuæ potita fuit, cui etiam nomen dedit) fuerit inquiſitus de protectione Bannitorum, quodq; illos fouiſſet, commeatuſque præbuiſſet, proinde in crimen læſæ Maieſtatis incurriſſet, ob bannum emanatum à D. Prorege, vt receptatores Bannitorum eadem pœna puniantur, Infelix iſte Marchio capitis pœna fuit punitus, atque ex Iunctæ decreto, omnia bona confiſcationi applicanda declarata, at cum ex reſcripto Dom. Proregis fuerit Tribunali Regiæ Cameræ ordinatum, vt omnia bona prædicti Marchionis publicaret, illi integerrimi Præſidentes noluerunt Proregis mandato obtemperare, niſi ſibi acta traderentur, vt valuiſſent cauſæ merita perpendere, vti mixti executores, atq; propoſitis nullitatibus pro parte D. Beatricis Caracciolæ eius vxoris, conſuluit Reg. Camera non poſſe exequi ſententiam confiſcationis, ob euidentem nullitatem, quia non poterat d. Marchio damnari ſine Parium interuentu, & licet denuò fuerit ex nouo reſcripto replicatum, prædictam nullitatē non potuiſſe ſubſiſtere, eo quod nō de neceſſitate, ſed pro maiori cautela aliquando interuentus Parium fuerit adhibitus, & eo magis quia de tali Iudicum incompetentia opponebatur poſt ſententiam, nihilominus Tribonal hoc Supremum Regiæ Cameræ conſtanti animo occurrit Principis reſcriptis, nil prouidendo circa prædictam bonorum publicationem, ſtante tali manifeſta Iuriſdictionis incompetentia, ob parium interuentum omiſſum vt eruditè teſtatur *Dom. Petra in ritu 46. nu. 26. verſ. hinc factum pag. 264. & ſeq.* Verum vt verum fatear, quia prædictus Illuſtris Marchio Patruos erat conſobrinus D. Matthæi Valua mei Generi ad præſens Baronis d. Terræ, Mariti D. Vincentiæ Romanæ meę filiæ, ſcio iſtam tam conſtantem repugnantiam exercuiſſe Regiam Cameram, pluries denegando executionem reſcriptis Dom. Proregis demandantis confiſcationem prædictam, iſta alia ex ratione, quia innotuit dicto Supremo Tribunali Innocentia d. infelicis Marchionis, quod ſcilicet coactè in ſuo Caſtro Exules, ſeù Bannitos receperit, & hoc
16 ex generali notitia de Baronibus exiguorum Caſtrorum conſtabat. Hi enim erant maximis periculis ſubiecti, & furoribus ſceleſtium latronum expoſiti, quando iſti peruerſi noſtrum Regnum inquietabant (ante aduentum illius Glorioſi Proregis Marchionis Carpij, qui ſua virtute, Omnipotentis Dei brachio adiutus, omnes radicitus deleuit) proinde erant Barones noſtri Regni ita timore perterriti, ob minas malorum erga illos, qui eorum iuuamen non moliebantur, vt coactè omnia quæ exoptabant, ab eis extorquebant, nec poterant Barones, tam validis præſidijs ſe munire, vt eorum rabidū furorē, & ingentē vim in ipſorum perniciē propulſare valuiſſent. Diffidebat enim dictus Marchio de ſuis viribus, & ſua virtute non poterat in ſuo paruo Caſtro ſe tueri, nam ſi Banniti deiecebantur, periculoſam ſtragem alias paſſam in ſuo Caſtro, imminere non dubitabat. Vidimus enim illos audaciæ ſuæ, atquē immanitatis furorem tam vltrò extendiſſe, vt nullum crudelitatis, & ſeuitiæ genus auditum fuit, quod iſti proterui homines non exercuerint in noſtros Barones, idcircò talis ſeuitiæ, & improbitatis exceſſus Marchionem illum, adeo deterruerunt, vt eos recipere aliquando fuit coactus, non minus ac alij fortiores hoſpitalitatem recuſare non valuerunt, vnde de-

tecedentium exclusiua, *Menoch. conf.3.n.16.*
latè *Barbos. in tract. var. in diction. Nisi nu.*
12. vbi latè, & operatur exceptionem in il-
lis casibus relatis post illam dictionem *Nisi*
Gratian. discept. for. cap. 9. num. 16. Barbos.
loc. cit. num.14. prout sunt omnes illæ causæ
maiores excedentes summam vnciarum
vigintiquinque, Sacro Consilio cognoscendæ
commissæ, vigore d. pragmat., quæ separatæ
fuerunt à Iurisdictione M. Curiæ. Hæc enim
est virtus clausulæ abdicatiuæ, quæ operatur
separationem Iurisdictionis, eiusq; priuati-
uam concessionem, *Franc. d. dec.417.n.2. cir-*
ca fin. & dec.752.nu.5. & dec.753.num.3. Reg.
de Marin d. cap.213 alijque sup. cit. num.

Quod cõfirmatur, quia illa potestas olim tribu-
ta Magnis Corijs Regnorum vtriusq; Siciliæ,
cognoscendi de feudis quaternatis, vigore
prædictarum constitutionum nostri Regni
Statuimus, & alterius incip. *Iustitiarij no-*
men, fuit iurisdictio prædicta abdicatiuè cõ-
11 cessa, cum priuatione respectu aliorum Ma-
gistratuum inferiorum, vt concludit *Petrus*
Gregor. in lib. de iudic. caus. feudal. d. qu.7.n.2.
& 7. vbi affirmat, quod satis conueniens erat,
vt solus Magister Iustitiarius, & non alius
Magistratus abdicatiuè cognoscere poterit
de feudis prædictis: Et si hoc conueniebat
Magnæ Reg. Curiæ illius Regni Siciliæ, vir-
tute dictarum nostrarum Cõstitutionum, for-
tius conuenit dicere, quod competat nostro
Supremo Senatui, qui Principis Supremum
Auditorium est, vt scilicet talis Iurisdictio
translata à M.C. ad nostrum S. Consilium
ex pragm. nostri Regni, etiam priuatiuè ad
d. M.C. intelligatur impartita. Nam si gene-
ralis cognitio causarum feudalium æqualiter
resideret, tam apud Sac. Consilium, quam
penes M. C. V. reseruatio minoris summæ
eidem M.C. facta esset inutilis, & frustatoria,
dum reseruauit illam potestatem, quæ non
dubitabatur ad illam pertinere, dum igitur
quo ad minorem summam fuit facta reser-
uatio, quo ad cætera fuit facta ademptio.

Adde quia quoties tribuitur iurisdictio cogno-
scendi causas feudales, intelligitur iurisdi-
12 ctio priuatiuè, quo ad alias Curias concessa,
cum Iudicum feudalium iurisdictio priuati-
ua sit, *Marta de iurisdiction. lib.2. cap.2. nu.5.*
Vulteus de feud. lib.2. cap.5. num.5. alijque ab
istis citatis, & talis strictæ naturæ est, vt illa
concessa apud Judices feudales, istis inoitis
apud Iudicem ordinarium prorogari non
possit, *Speckan. d. qu.36. nu.6. Pruckman. to.*
1. conf.16. nu.4. Gentil. lib.3. de iurisdict. n.23.
Clarus in §. feudum qu. 90. num.10. alios in-
numeros refert *Vulteu de feud. d. lib.2. cap.2.*
num.47. merito dixerunt nostri DD. vt talis
prærogatiua nostro Sup. Senatui tributa, deter-
minandi omnes causas feudales priuatiuè ad
M.C. Vicariæ competat, *Caranita in rit. 50*
n.6. Muscatell. in praxi loc. cit. glos. competens
nu.96. lib. 2. par. 1. glos. tenebitur n.14. sicut
olim priuatiuè fuit concessa M.C.V. respectu
aliarum Curiarum, ex nostris constitutioni-
bus Regni, probat *Petrus de Gregor. de Iudic.*
caus. feudal. qu.7. num.5. & 7.

Nec replicari iuuat, quod talis cognitio adhuc
duret penes nostram Magnam Curiam, dum
videmus, quod in dies cognoscat de legiti-
mo successore feudi, cui ordinat decretum
Præambuli, exceptis illis causis feudalibus, in
quibus habet interesse Regius Fiscus, vt in-
fra dicam, *Tapia in d. constit. Statuimus, vers.*
feudis quaternatis. Quia respondeo, quod no-
stra M. C. non dicitur cognoscere de causa
13 feudali, quando interponit decretum pream-
buli, sed tantum cognoscit de summario feu-
di possessorio, vt competat ei, qui proximio-
rem gradum successionis, seu proximitatis
detinet, & vt plurimum absque citatione
alterius prætensi successoris, si cognoscit si-
bi ius non assistere, & dicere possumus, quod
potius decernit liquidationem personæ suc-
cedere debentis, quam vt cognoscat de cau-
sa feudali, ideo dicunt practici, quod causa
præambuli non operatur causæ connexita-
tem, aut præuentionem, quia non est verè
iudicium formatum ex Iudice actore, & Reo,
cum igitur agatur de mero possessorio sum-
marijssimo, etiam si de possessione rei feuda-
14 lis sit contentio, iudicium erit expediendum
coram ordinario Iudice loci, prout est M.C.
non coram Iudicibus feudalibus, *Glos.* ex-
pressa in *cap. cæterum in verb. quaudiu vers.*
sed in iudicijs de iudic. vbi allegat tex. in
cap. ex parte de foro compet post omnes relatos
concludit *Vulteus d. lib.2. cap.2. num.43. &*
seq. vbi licet in *n.44.* alios contrariũ sentien-
tes referat, ad Iudices scilicet feudales co-
gnitionem spectare, attamen in seq. *nu.45.*
cum prima nostra sententia concludit, ad Iu-
dicem scilicet ordinarium causam possesso-
rij esse proponendam cum *Rosental. de feud.*
c.15. concl.12. à n.54. Sistin. de Regal. 8. nu.38.
& si competit Iudici ordinario cognitio cau-
sæ possessorij feudalis, eo magis competere
debet cognitio præambuli, vbi non feuda-
lem materiam inquirit, sed tantum gradus
successionem considerat, absque partis cita-
tione.

Sed nota, quod si fuerunt sublati Pares Curiæ in
nostro Regno, in iudicio ciuili causarum
feudalium, non tamen in causis criminali-
bus Baronum, etenim Comites, Marchio-
nes, Duces, Principes, Barones Neapolitani
in criminalibus, non nisi per Iudices Regni
15 cum interuentu Parium Curiæ iudicantur,
Marin. Freccia de differ. feudor. regul. num. 9.
& 11. & differ.14. num.47. Gramatic. in con-
silit.

ſit. proſequentes ſub tit. de pugna num. 3. fol. 69. vbi dicit, in cauſis grauibus de receptatoribus Bannitorum, & de participantibus ad latrocinia, fuiſſe adhibita Iudicia Parium, quod confirmant *Taſſon. de ant. fato verſ. 3. obſeru. 4. num. 97. & verſ. 14. obſeru. 1. à num.* 88. *Borrell in tract. de magiſtrat edictis lib. 1. cap. 1. num.* 6. attamen alij hoc reſtringunt, & dicunt, eſſe apud nos vſu receptum tantum in caſu criminis læſæ Maieſtatis, *Thom. de Marin. in tract. feud. lib. 1. tit. de feud. ex pacto num. 14. Reg. Sanfel. in ſua prax. iudic. ſection. 22. num. 10. fol. 60* qui ita ſua ætate fuiſſe obſeruatum teſtatur, & vltimum exemplum lego eueniſſe tempore Gubernij Ducis Medinæ de las Torres Proregis huius Regni, in perſonam infelicis Principis Sanzi Familiæ Orificiæ, inquiſiri de perduellione, qui in die 12. Ianuarij 1640. fuit pœna capitis damnatus per Regiam Iunctam Officialium deputatorum, cum interuentu Parium Curiæ, qui fuerunt duo alij Titulati eadem Principatus digoitate inſigniti, ſcilicet Princeps Rocchæ Familiæ Filomarinæ, & Princeps Culli Familiæ de Summa, vt refert *Parrin. in theatr. heroic. Prorogum huius Regni to. 2. pag. 281.* de quo loquutus fuit idem *Sanfelic. loc. cit. num. 10. in fin.* non expreſſo nomine inquiliti.

Non deſunt alij DD. noſtri Regni, qui contrariam ſubſtinent ſententiam, ſcilicet *Lanar. conſ. 88. num. 28. Reg. Tapia in dec. Supr. Senat. Ital. 24. Borrell. in ſumm. dec. par. 2. tit 33. de appellat. num.* 1326. qui aſſerunt in criminalibus cauſis Baronum noſtri Regni Parium ſollemnitatem fuiſſe ſublatam, ſed praxis noſtra in caſu ſupra expreſſo contrarium iudicat, & etiam alio moderniori exemplo comprobatur. Nam cum caſus occurrerit in anno 1657. vt D. Hieronymus Valua Marchio Terræ Valuæ (ex vetuſtiſſima Normannorum Familia deſcendens, quæ circiter annos octincentum feudo Valuæ potita fuit, cui etiam nomen dedit) fuerit inquiſitus de protectione Bannitorum, quodq; illos fouiſſet, ſ'cōmeatuſque præbuiſſet, proinde in crimen læſæ Maieſtatis incurriſſe; ob bannum emanatum à D. Prorege, vt receptatores Bannitorum eadem pœna puniantur, Infelix iſte Marchio capitis pœna fuit punitus, atque ex Iunctæ decreto, omnia bona conſiſcationi applicanda declarata, ac cum ex reſcripto Dom. Proregis fuerit Tribunali Regiæ Cameræ ordinatum, vt omnia bona prædicti Marchionis publicaret, illi integerrimi Præſidentes noluerunt Proregis mandato obtemperare, niſi ſibi acta traderētur, vt valuiſſent cauſę merita perpēdere, vti mixti executores, atq; propoſitis nullitatibus pro parte D. Beatricis Cacracciolæ eius vxoris, conſuluit Reg. Camera non poſſe exequi ſententiam confiſcationis, ob euidentem nullitatem, quia non poterat d. Marchio damnari ſine Parium interuentu, & licet denuò fuerit ex nouo reſcripto replicatum, prędictam nullitatē non potuiſſe ſubſiſtere, eo quod nō de neceſſitate, ſed pro maiori cautela aliquando interuentus Parium fuerit adhibitus, & eo magis quia de tali Iudicum incompetentia opponebatur poſt ſententiam; nihilominus Tribonal hoc Supremum Regiæ Cameræ conſtanti animo occurrit Principis reſcriptis, nil prouidendo circa prædictam bonorum publicationem, ſtante tali manifeſta Iuriſdictionis incompetentia, ob parium interuentum omiſſum vt erudité teſtatur *Dom. Petra in ritu 46. nu. 26. verſ. hinc factum pag. 264. & ſeq.* Verum vt verum fatear, quia prædictus Illuſtris Marchio Patruus erat conſobrinus D. Matthæi Valua mei Generi ad præſens Baronis d. Terræ, Mariti D. Vincentiæ Romanæ meę filiæ, ſcio iſtam tam conſtantem repugnantiam exercuiſſe Regiam Cameram, pluries denegando executionem reſcriptis Dom. Proregis demandantis confiſcationem prædictam, iſta alia ex ratione, quia innotuit dicto Supremo Tribunali Innocentia d infelicis Marchionis, quod ſcilicet coactè in ſuo Caſtro Exules, ſeù Bannitos receperit, & hoc
16 ex generali notitia de Baronibus exiguorum Caſtrorum conſtabat. Hi enim erant maximis periculis ſubiecti, & furoribus ſceleſtium latronum expoſiti, quando iſti peruerſi noſtrum Regnum inquietabant (ante aduentum illius Glorioſi Proregis Marchionis Carpij, qui ſua virtute, Omnipotentis Dei brachio adiutus, omnes radicitus deleuit) proinde erant Barones noſtri Regni ita timore perterriti, ob minas malorum erga illos, qui eorum iuuamen non moliebantur, vt coactè omnia quæ exoptabant, ab eis extorquebant, nec poterant Barones, tam validis præſidijs ſe munire, vt eorum rabidū furorē, & ingentē vim in ipſorum perniciē propulſare valuiſſent. Diffidebat enim dictus Marchio de ſuis viribus, & ſua virtute non poterat in ſuo paruo Caſtro ſe tueri, nam ſi Banniti deiecebantur, periculoſam ſtragem alias paſſam in ſuo Caſtro, imminere non dubitabat. Vidimus enim illos audaciæ ſuæ, atquè immanitatis furorem tam vltrò extendiſſe, vt nullum crudelitatis, & ſeuitiæ genus audi tum fuit, quod iſti proterui homines non exercuerint in noſtros Barones, idcircò talis ſeuitiæ, & improbitatis exceſſus Marchionem illum, adeo deterruerunt, vt eos recipere aliquando fuit coactus, non minus ac alij fortiores hoſpitalitatem recuſare non valuerunt, vnde de

his omnibus plene instructum Tribunal Regiæ Cameræ, ooluit pœnam confiscationis exequi.

Quod parinm Iudicium in causis criminalibus in tota Germania viget *Arumeus d. discurs.*
17 11. *pag.* 189. & taliter in eos est radicata, potestas, vt ipsi fuli debeant reitatem Vassalli cognoscere, dominus verò consessui authoritatem præstare, atque illorū sententiam executioni mandare, *Frideric. à Sandè in consuetud. feudal. Gelriæ tract. 3. cap. 1. §. 1. n. 3. pag. 249. & seq.* qui adducit Imperatoris Rodulphi rescriptum hoc statuens. Imo tali iurisdictione ex moribus Germanorum, inoito Domino nedum priuari minimè valent, sed etiam inuiti cogi possunt, vt tale munus in se recipiant, & si ad Consessum vocati imperio non paruerint, prima vice quinorum, deinde deoorum, tertio vicioorum scutorum mulctam exoluere damnantur, ex coosuetudine Carolina, ita & taliter vt nec Viduæ, nec aliæ miserabiles personæ feudale iudicium declinare valeant, moribus enim Prouinciarum Geldriæ, & Zutphaniæ generaliter derogatum fuit Imperatoriæ Constitutioni, *C. quando Imperator inter pupil. & Vid. Sandè d. §. 1. num. 15.* Formam vocitationis vocandi ad feudale iudicium, cum Parium internentu, ponit *Sandè d. tract. 3. cap. 4. num. 4.* atque alia Parium acta indicialia refert in seq. *num. 5.*

Solent enim Principes, Duces, & Marchiones dedignari, ab alijs iudicari, quam à Paribus
18 Curiæ, prout Albertus Marchio Brandeburgensis causas Ducatuum, & Comitatuum ad Curiam Spirensem trahi conquerebatur, nam dicebat ille, quod quia in illis Iudicibus potestas non aderat Principes facere, aut tollere, sed apud solum Imperatorem residebat, ita ex eius iudicio iudicari postulabat, qui solus Principes, & Comites facit, teste *Arumeo d. discurs. 11 pag. 192.* Aliam etiam rationem Germani assignant, cur Barones à Paribus Curiæ sint iudicandi, quia scilicet in Germania adsunt Illustres Familiæ, quib. in toto Orbe terrarum Illustriores inueniri noo valent, si illarum antiquitatem spectes, subdunt, vt nullæ reperiātur Familiæ Nobiliores in Hispanijs, Gallijs, & Italia, quarum si originem scrutari exoptes, à Germania venisse gloriari non inuenies, vt testatur *Anton. Campan. apud Iacob. Vnimpaling. in epitom. rerum German. cap. 69.* & confirmat *Arumeus loc. prox. cit. pag.* 189. merito nobiliori modo etiam in foris tractari desideraot. Si enim hæc ratio potens existimatur à Principibus Germanis, & ab ipso Imperatore, vt eorum Barones à Paribus Curiæ indiceotur, quia ex Illustribus Familijs sont, eadem ratione debent nostri Reges peragere, adsunt enim in nostro Regno Præstantissimæ Familiæ, ne dum Procerum, & Magnatum, sed etiam Regiæ, quæ scilicet ex Regio sanguine progeniem agnouerunt vt sunt Familiæ *Aierbo de Aragonia*, *De Tocco*, *Gaetano*, & *Cantelmo*. Prima enim descendit à Iacobo Rege Aragoniæ, & Valentiæ, filiò Regie Petri dicto *il Conquistatore*, vt refert *Carol. de Lellis in descript. Familia Nobilium Regni nostri par. 1. fol. 453.* à qua descendit Princeps Cassani, & Dux Alesani, præter alios, qui in Hispanijs morantur, Familia de *Tocco* nostra Neapolitana descendit ex Dispotis Arte, Ducibus Leucatæ, & Comitibus Palatinis Cephaloniæ *Itacæ*, & aliarum dominationum, qui à Turcarum Tyranno è Principatu eiecti, eiusque potentiæ resistere diffidentes, ad Ferdinandum Regem se contulere, qui eorum infortunia misertus, noo solum feuda in Brutijs eis largitus fuit, sed etiam suam N. prem Fraocisсam Aragooeam voi ipsorum matrimonio copulauit, vt restantur *Volaterranus lib. 8. suor. comment. fol. 250. & Ælius Marchesius de Neapol. nobilit. in discur. de Tocchis pag. 94.* à qua Familia prodierunt in hoc Regno Princeps Montis Militum, seu Montismileti; Princeps Acayæ, Comes Montis aperti, alijque, qui ad præsens existunt, de quibus latissimè, & eruditissimè scripsit Dom. *D. Andreas Giptius*, Patritius Teatious, Beneuentanus, ac Romanus, Liber Baro Sacri Romanī Imperii, ac Cæsaris Pincerna, & à Consilijs, in Memoriali edito pro dicto Principe Achaiæ ad Catholicam Maiestatem pro Grandatu Hispaniæ, & in libro intitolato, *La Scettro del Despota*, per totum. Familia *Gaetano* naturaliter ex Regio sanguine non descendit, sed inter Regias enumeratur; etenim Honoratus Gaetanus Comes Fundorum huius Regni Logotheta, ob sua magna seruitia præstita Regiæ domui de Aragonia, fuit à Ferdinando Primo de Aragonia nostro Rege io anno 1466. in suam cognationem adoptatus, itaut possit cum suis descendentibus in perpetuum, cognomine Familiæ de Aragonia nominari, cum illis prærogatiuis, ac si de Familia Aragonia nati essent, vt patet ex priuilegio, quod refert *Carol. de Lellis d. par. 1. in cap. de Familia Gaetano pag. 215.* cuius Familiæ hodiè viuunt in hoc Regno Dux Laurenzani, & alij nobiles. Sed his omnibus non inuidet Familia Cantelma, quæ suam originem gloriatur habere ex Regibus Insulæ Albionis, quam Scotiam vocant, vt referuor tam historici nostri Regni, scilicet Mazzella, Terminius, Summonte, alijque, quam exteri scriptores relati à *Carolo de Lellis* in relatione dictæ Familiæ Cantelmo *par. 1. pag. 101.*

ostea-

oſtentant hodiè huius Familię decorem Dux Populi, & Princeps Pectorani, armorum Præfectus, & D. Iacobus Cantelmus S. Rom. Eccleſiæ Cardinalis, & noſter Amatiſſimus Archiepiſcopus. Iſtæ enim quatuor Familiæ, quæ in hoc Regno extant ex Regio ſanguine depromptæ, nedum gaudent honore Titulatorum, ita vt nobiles d. Familiæ licet Titulati non ſint, poſſunt introire ad Cellam, ſeu Aulam Regiam Titulatorum, vbi ſoli Titulati ingrediuntur, ac ſi Titulati eſſent, vt teſtatur *d. Borrel. in d. libello Vindictæ Neapo. nobil. in diſcur. de Toccbis pag. 95.* ſed etiam immunes ſunt à iure ſigilli, *Molfeſ. ad conſuetud. Neapol. tom. 2. par. 4. in additi. ad qu. 30. fol. 145.*

Amplia primo, vt poſſit cognoſcere S. Conſilium cauſas feudales, ſiue illæ ſint in actione
19 perſonali, ſiue reali, ſiue mixta, ſiue in rem ſcripta, aut tantum officium Iudicis ſit intentatum, vel aliud remedium ex lege feudi dependens, vt poſt *Schrader. de feudis to. 2. par. 10. ſection. 1. num. 68.* dixit *Reg. Rouit. in d. pragm. 3. num. 15. de offic. S. R. C.*

Amplia ſecundo, etiam ſi lis ſit ſuper poſſeſſorijs feudi, puta fructibus, intereſſa, damnis, &
20 expenſis *Schrader. de feud. loc. cit. ampl. 24. num. 98. Rouit. loc. cit. num. 2.* & fuiſſe deciſum per S.C. refert *Capyc. latro dec. 33. nu. 14.* Imo ſi alij Iudicas inferiores proceſſerint ſuper illis cauſis, feudum aliquo modo tangentibus, proceſſus erit ipſo iure nullus, *Rouit. loco cit. num. 2.*

Amplia tertio, vt etiam in feudis quaternatis, & nõ quaternatis idẽ procedat, vt cognitio
21 illarum cauſarũ ſpectet ad S.C. potius, quam ad Baronem, *Schrader. de feudis tom. 2, par. 10. ſect. 1. ampl. 12. & ſeq.* & concludit, quod alia Tribunalia Regia non poſſint cauſas prædictas ad ſe auocare, *Rouit. loc. cit. num. 4.* vbi citat *Afflict. Capyc.* & alios noſtros Regnicolas.

Amplia quarto, vt S.C. poſſit etiam cognoſcere de Regalibus, ſeu Regalijs ipſius Regis, *Mon-*
22 *tan de regal in prælud. nu. 55. circa fin. pag. 49.* licet de iure Iudex competens in Regalibus ſit ipſe Rex, etiam ſi illa conceſſa ſint perſonis Eccleſiaſticis, *cap. verum. de for. comp. Montan. de regal. in prælud. num. 6. in fine pag. 12. & num. 55. in fin. pag. 49.* attamen hodiè de iure noſtri Regni eſt Regia Camera Summariæ per *pragm. 62. de offic. Procur. Cæſar.* vt infra dicam, *Montan. loc. cit. num. 55. circa fin.*

Limita, quando tractatur de intereſſe Regij Fiſci, ſeu patrimonij Regalis Domini noſtri
23 Regis, vel ſi dubitetur, an ſit res feudalis, vel ne, nam iſtis caſibus de iure noſtri Regni fuit per ſpecialia ſtatuta diſpoſitum, vt procedat Tribunal Regij Patrimonij, quod nos Regiæ Cameræ appellamus, vt in *prag. 13. 14. 61. 62 & 63 de offic. procur. Cæſar.* & in hac vltima fuit ſpecialiter prouiſum, quod omnes cauſæ, in quibus Fiſcus eſt actor, vel reus, ſiue auctor laudatus remittatur ad Regiam Cameram, in alijs vero, vbi agitur de notorio Fiſci intereſſe, fuit reſeruata melior deliberatio facienda per Proregem Fiſco audito, *Tapia de offic. procur. Cæſar in princip. Freccia in lib. 1 de ſubfeud. tit. de antiqu. ſtat. Regn. num. 3.* Iſtud enim noſtrum Tribunal Regiæ Cameræ, in locum Parium Curiæ ſucceſſit, ita affirmarunt DD. noſtri Regni, ſcil. *Franc. dec. 601. Rouit. in pragm. 62. de offic. procur. Cæſar. Sanfelic. deciſ. 292. D. Petra in ritu 288. num. 53. tom 4.* Nec poterit controuerti, quomodo potuerit abdicari talis iuriſdictio à Paribus Curiæ, eis de iure feudorum tributa, nam talem dubietatem reſoluunt ipſimet Feudiſtæ dicentes, poſſe ex ſpeciali ſtatuto, vel conſuetudine induci, vt alij ſint
24 Iudices, quã Pares Curiæ, *Iacob. de S. Giorg. in verb. & dicti Vaſſalli n. 2. Menoc. de recup. poſſ. remed. 3. num. 445.* & alij multi quos approbat *Vulteus d. lib. 2. cap. 2. num. 41.* prout in Statu Pedamontano teſtatur hanc conſuetudinem introductam fuiſſe *Iacob. dict. num. 2. verſ. Aduerte*, & in Ducatu Mantuano fatetur *Surd. conſ. conſ. 193 n. 8. verſ. quinimo vol. 2.* & de conſuetudine Mediolani *Boſ. de for. comp. n. 74.* & de Prouincia Electoris Moguntini refert *d. Vulteus dict. cap. 2. nu. 45.*

Sed quia dupliciter cauſæ dici poſſunt feudales vel ob intereſſe partium, quod in feudo controuerſo habẽt, ex feudalib. legibus decidendum, vt inquit *Bald. in cap. 1. de inueſtit. in marito fact.* Vel dicuntur feudales, quia de natura, vel qualitate feudi contingit dubitari, idem *Bald. in cap. 1. num. 2. de l. Corradi*, ideo quæri poteſt quod intereſſe Fiſci requiritur, ad hoc vt cauſa ad Regiam Cameram remittatur? & dico quod id omne Principis arbitrio eſt reſeruatum, attamen, vt facilius Princeps concedat petitam remiſſionem, hodiè obſeruatur, quod ſi intereſſe Fi-
25 ſci ſit notorium, & præſentaneum, cauſa ſpectat ad Regiam Cameram, *Franch. dec. 132.* ſi vero intereſſe eſt dubium, & futurum, & hoc caſu cauſa non remittitur, ſed agitur in S.C. cum aſſiſtentia Aduocati Fiſcalis, idem *Franc. dec. 116. nu. 6. Tapia in tit. de offic. procur. Cæſar. pragm. 12. in fine*, ibi: *Quotieſcumque læditur Fiſcus, etiam in conſequentiam, & ipſe petit audiri, ſolent Dom. Regentes decernere, quod aſſiſtat, & vocamus eum, Dom. Petra in ritu 288. num. 93. in fin.* Et aduerte, quod in illis caſibus, in quibus Fiſcus debet aſſiſtere, ſi aliquod determinetur Fiſco non vocato, decretum redditur nullum, prout deciſum fuiſſe per S.C. in cauſa D. Lutij Pa-

lagani cum Vniuersitate S. Viti, referente D. Mistanza reperio notatum in *allegat. 2. tom. 146. mear. alleg.* & licet Fiscus assistat in causis, vbi non habet præsens, & notorium interesse, id tamen fallit in causis feudalibus, in quibus controuertitur de qualitate feudi, nam debent remitti ad Regiam Cameram, licet in futurum protrahatur executio, *Reg. Rouit. in pragm. 38. de offic. Procur. Cæsar. num. 7. Franc. Milanensi. dec. 6. num. 16.* ideo si controuertitur an in feudo viuatur iure Francorum, vel Longobardorum, causa erit remittenda ad Regiam Cameram, cum in hoc casu præsentaneum cognoscatur Fisci interesse, dum quando viuitur iure Francorum, successio non ita latè extenditur, sicut extenditur in casu, quo viuitur iure Longobardorum, & de isto iure deuolutio non sic faciliter euenit, sicut quando viuitur iure Francorum, cum de hoc iure Francorum in feudis succedit primogenitus, sed de iure Longobardorum succedunt omnes filij, & diuiditur feudum, *Rouit. vbi sup. n. 9.* proinde in causa illorum de Valignano, dum incidisset dubitari, an in feudo controuerso vigebat Ius Francorum, vel Longobardorum, articulus fuit remissus ad Regiam Cameram, vt haben in meis alleg. *tom. 147. alleg. 2.* similiter fuit iudicatum in causa Marchionis Bandini cum filijs Berardini Sabelli super feudo Antrodoco, vt in *alleg. 3. tom. 146.* relata à *Galeota controu. for. tom. 1.*

Ex hoc etiam euenit, quod si causa agitatur in S.C. & occurreret dubitari, an res immobilis deducta in iudicio sit feudalis, vel burgensatica, causa debet ramitti ad Regiam Cameram, ad finem cognoscendi qualitatem d. Rei, & interim silet Iurisdictio S. C. facta vero prædicta declaratione, iterum S.C. causam reassumit, procedando ad vlteriora, nec potest recedere à declaratione facta per Regiam Cameram, *Tapia in tit. de offic. procur. Cæsar. pragm. 12. in fin.* Et cum semel fuerit ramissa causa per S.C. ad Regiam Cameram Abbatiæ Ferrariæ, cum Duce Andriæ, per quam fuit declaratum territorium esse feudale, quia denuo contingit dubitari an esset quaternatum, vel planum, & de tabula, iste articulus fuit similiter per S.C. remissus ad Regiam Cameram. Si vero agatur de interpreratione alicuius priuilegij inter partes, vniuntur Tribunalia S. C. & Regiæ Cameræ, *Franc. dec. 117. nu. 2. vers. nouissime Dom. Petra in d. ritu 288. n. 53. in fin.*

Resultat etiam alius iuris effectus ob prædictā conclusionem, quod non possit S. C. cognoscere de causis vbi habet interesse Regius Fi-
26 scus, quod scilicet non possit S.C. dare Bailum feudatario, *Capyc. in inuestit. feudal. in verb. feudatariorum Baruh*, quia de iure Constitutionum Regni nostri ipse Rex, eius Locumtenens, suumque Supremum Collaterale Consilium constituit pupillis Baronum mortuorum ab intestato Tutorem, quem Baiulum appellant, vsque ad annum ceptū decimum quintum in bonis feudalibus tantum, vt in *Constit. Regni; In aliquibus in fin. & in constit. Minoribus, vbi Afflict.* idem *Afflictus in decis. 183. num. 6. Freccia de subfeud. Baron. lib. 2. author. 39. Franc. dec. 10. num. 1. Io. Vincent. de Anna alleg. 118. num. 5. Borrel. de præst. Reg. Cathol. cap. 62. nu. 1.* Quia ipse Rex est protector pupillorum, quod speciale est in Principe *Borrell. loc. cit.* quod limitat *Reg. Rouit.* in Audientia Licij, quæ non solum prouidere potest de Baiulo, sed etiam cognuscit de feudo quaternato, *Rouit. in prag. 11. de feudis n. 47.* & sequitur *Thor in comp. dec. tom. 1. verb. feudorum cognitio pag. 215.* & habet etiam d. Reg. Audientia ius insufflandi spiritum vitæ, *Rouit. in prag. de instant. cius. non restit.* tum quia est valde remota, tum quia vocata fuit talis Audientia S. Cōsilium legas *Barbat. de diuis. fructuum par. 1. cap. 86. num. 240.*

Et quia ob multitudinem causarum vertentium in d. Tribunali Regiæ Cameræ, impediebatur cursus causarum fiscalium, proinde fuerant emanatæ quamplures pragmaticæ sanctiones, quæ leguntur in *tit. de offic. procur. Cæsar. sub num. 13. 14 61. 62. & 63.* vbi fuit specialiter dispositum, quod in di-
27 cto Tribunali Regiæ Cameræ non tractentur causæ particularium personarum, sed tantum illæ, in quibus habet interesse Regius Fiscus, scilicet quando est Actor, vel Reus, vel Author laudatus, aliæ vero causæ Sacro Consilio commissæ fuerunt iudicandæ, & hoc ideo ne d. Tribunal tempus consumat in alijs causis, sed tantum in illis occupetur vbi Regis interesse agitatur.

PRÆSTANTIA XXV.

Præstantia Sacri Consilij est, vt possit in causis dubijs cogere partes ad compromittendum.

SVMMARIVM.

1 *Concordiam tam sensibilia, quam insensibilia appetunt.*
Arbores quædam ita eorum proximitate lætantur, vt vberiores euadant.
2 *Discordia vt venenum Dominationes, & Imperia extinguit.*
Discordia Ciuium Reipublicæ Romanæ parauit excidium.

3 Di-

3 *Diſcordia Principum Chriſtianorum Barbaro Traci dominatum peperit multorum Regnorum.*

4 *Diſcordia multos Principatus à ſinu Sanctæ Eccleſia abtraxit.*

5 *Iudex non poteſt ex officio cogere partes ad compromittendum, & quando.*

6 *PRÆSTANTIA S.Conſilij eſt, vt poſſit cogere partes ad compromittendum.*

7 *Reges debent pacem inter ſubditos fouere.*

Diſcordiam multi Principes inter populos aluerunt, donec eis dominati fuerunt.

8 *Certum nil eſt, quod non poſſit recipere interpretationem.*

9 *Senatus Mediolani adeo dubiam cauſam cognouit, vt indeciſam reliquit.*

Areopagiti Senatores dubiam cauſam etiam indeciſam reliquerunt.

10 *Litium abbreuiendarum remedium laudatur, ſi ex ſtatuto caueatur, vt litigantes teneantur compromittere.*

11 *Litigantibus lites transigere vtilius eſt.*

12 *Tranſactio ſemel facta, prætextu cuiuſcumque leſionis reſcindi non poteſt, & cur.*

13 *Tranſactio reſcindi non poteſt per leges Caſtella ex quacumque leſione.*

Pacis conciliandæ cauſa, in pactionibus admittuntur etiam ea, quæ alias prohibita ſunt.

Iuramentum præſtitum nolle in lite perſiſtere, non eſt obligatorium.

14 *Iudex ſuperior poteſt cauſas coram Iudicibus inferioribus vertentes, ad amicabilem compoſitionem committere.*

15 *Compromiſſa cauſarum poſſunt etiam ex ſtatuto ordinari, & multa ſtatuta Ciuitatum referuntur.*

16 *Statutum ordinans compromiſſum inter coniunctos, deberet extendi inter omnes litigantes fauore publico.*

Arbitratores debent attendere ſolum partium concordiam non iuſtitiam.

Arbitrium æquum iudicatur, quod bonus vir in ſe ipſo exoptat.

17 *Compromiſſum non poteſt ordinari à Supremis Senatoribus cauſa concluſa.*

18 *Sacro Conſilio Neapolitano an ſit adempta poteſtas cogendi partes ad compromittendum.*

19 *Officiales noſtri Regni non poſſunt compromiſſa ſuſcipere.*

Iudex ordinarius non poteſt compromiſſum acceptare de iure ciuili, ſecus de iure canonico.

20 *Compromiſſa poſſunt acceptare Conſiliarij Senatus Delphinatus.*

Aduocatus Pauperum poteſt compromiſſa acceptare.

21 *Compromiſſa poſſunt Officiales ſuſcipere, præuia diſpenſatione Proregis.*

Trigeſimam pro laudo non poſſunt Officiales accipere, cum ex diſpenſatione Regia laudum promulgauerint.

22 *Laudum factum à Sacro Conſilio habet omnes prærogatiuas ſententia S.C.*

ILlæ leges, aut inſtituta ſanctiſſima appellari poſſunt, quæ concordiam inter Ciues ſtatuunt, atque ciuium vnitatem in miſtico Reipublicæ corpore conſeruant, omnia enim entia appetunt naturaliter pacem, & quietem, dixit *D.Thom. apud Farinac. in pract. crim. artic. 14. num. 11.* ipſiuſque hominis ethimologia à græco vocabulo deriuatur ὁμόνοια, quod concordiam ſignificat, *Rein. Corſ. de priuil. reconc. cap. 2. pag. 5.* Et non modo illa, quibus natura ſenſum dedit, amore, & concordia augentur, ſed etiam agri ex ea
1 lætari videntur, ait *Cicero de leg. agrar.* itavo referunt naturales aliquas Arbores, ita ipſorum proximitate lætari, vt eo magis vberiores euadant, quo magis viciniores coniunguntur; ſicut enim inter viuentes nil concordia præclarius exiſtit; vt in *Nouell. 86 cap. 1.* ita inter Ciuitates ſemper adeſſe debet, nam ex ea paruæ res creſcunt, ex diſcordia vero licet maximæ dilabuntur, *Stobeus ſerm. 82 Franc. Patritius lib. 8. de Regn. tit. 14.* quæ vti vene-
2 num Dominationes, & Imperia extinguit, vt per longam hiſtoriarum ſeriem demonſtrauit *Sturm. dialog. 1. de bello Turc.* Quæ enim alia occaſio fuit, quæ noſtræ Reipubl. Romanæ parauit excidium? non quia omnia orbe intereunt, vt quo iure Regna quæſierat, ſtrage ſcilicet hominum, & bellicis furijs, eadem via perdidit, vt dixit *Limnæus de iure publ. lib. 2. cap. 8. num. 11.* ſed fuit diſcordia Ciuium inter ſe colluctantium, tunc enim præualuit Imperium Romanum, cum animorum concordia Romani Imperium regebant, & hac arte vniuerſum orbem ſubiecerunt, vt dixit *Agatias in lib. de bello Gothor.* dum poſtea diſcordia introducta fuit, fuit etiam ipſorum potentia diminuta, & certè mirum aſpicitur, vt quod totos Orbis terrarum, eiuſque cunctæ gentes conglobatæ contendere, imo nec mouere tam ingens Imperium nequierant, ſolus animorum diſſenſus illud motilauit. Vnde etiam tot malorum copia Reipublicæ Chriſtianæ obuenit, niſi ob Catholicorum Principum di-
3 ſcordias, quæ Barbaro Traci totius Aſiæ Regionum, aliarumque Europæ Prouinciarum dominatum pararunt. Diſcordia etiam Orientis Imperij interitum peperit. Pannoniæ Regnum totius olim Chriſtianæ Religionis firmiſſimum propugnaculum, gente ita feroci, & inſuperabili munitum, vt eius ſola fama, ſeu formido concuſſit Italiam, vſque ad noſtra tempora fractum, & comminutum aſpiciebatur ſub dominio Orientis Tyranni, ſed hodie Omnipotentis Dei manu, quæ

diui-

ribus Curiæ, non ipsi Regi In citatis titulis
feudorum, Imo nedum quando lis erat inter
Dominum, & Vassallum, sed vbicunque
concurrebat Domini interesse, etiam si lis
erat inter priuatos. Pares Curiæ cognosce-
bant, non autem Dominus, ita notabiliter
Iacob. de S. Georg. in sua inuestit. in verb. & dicti Vassalli num 1. Curtius in tract. de feud. par. vlt. num 7. Menoch. d. remed. 3. num. 426. Amed. de Ponte n. 2. loc. cit. subdens id proca-
dere generaliter, siue tractetur de inuestitura
feudi noui, siue de communione, vel de
quocumque iura directi Domini, idem di-
xerunt *Finckeltaus in controu. feudal. disp. 7. num 14. & Vulteus de feud. lib. 1. cap. 7. à n. 25.*
4 vbi dicunt pares esse adhibendos, etiam in
inuestitura à Domino faciende de nouo
feudo, per tex. *in cap. qui testes sint necessarii,*
& assignant rationam, ne quid excogitetur
falsitatis in perniciem Domini, ob alios te-
stes, qui gratie, vel pecunia corrumpi pos-
sunt, quæ non sunt suspicanda in Paribus, &
confirmat *Struuius loc. cit. cap. 8. num. 5.* ma-
gnæ quippe causæ, magnos requirũt Judices,
l. non distinguemus, s. de liberali, ff de recept. arbitr. l. iam dudum ff. vbi causa stat. agi oport.
sicut enim Senatores in veteri Republica
Romana, non nisi coram Senatoribus conue-
niebentur, *l. vlt. C. vbi Senatores, vel clarissimi, l. 1. C. de tutor. vel curat. Illustr. person.* ita
causæ Ducatus, Comitatus, vel Marchio-
natus coram Paribus Curiæ, qui etiam
Consiliatij Regis dicuntur, sunt terminan-
dæ.

Qui vsus fuit etiem obseruatus in Germenia
5 vbi tale vocabulum *Pares* originem habuit,
teste *Vulteo de feudis lib. 1. cap. 4. num. 13.* le-
gimus enim in Concilio Basiliensi, Impera-
rem Sigismundum literas scripsisse, cui
causam Erici Ducis Laueburgensis ad Con-
cilium delatam cum Saxoniæ Duce, ad fo-
rum suum remitti postulabat, vt more soli-
to, & consuetudine Imperij, cum Patium
Curiæ interuentu terminaretur. Sic idem
Imperator Sigismundus controuersiam inter
Henricum, & Albertum Ducem Bauariæ, iu-
dicio Patium Curiæ terminauit in Ciuitate
Costantiæ, & multa alia exempla tradit
Limneus de iure publ. tom. 1. lib. 2. cap. 9. n. 32.
quibus demõstrat, à Paribus Curiæ cum Im-
peratore cognoscentibus sententiam fuisse
latam, & licet postmodum videatur dubita-
re de d. conclusione, vtpotè quandam re-
strictionem Imperialis potestatis inducen-
te, attamen melius re explusa, in causis
feudalibus Parium Curiæ interuentum ab
Imperatore esse adhibendum concludit, &
dixerunt etiam *Cuiacius in cap. vnico Apud quem, vel apud quos controu. feud.* vbi alijs
exemplis hoc comprobare aititur, *Arumeus d. discur. 11. nu. 1. pag. 185.* maximè si Princi-
pes Imperij sint, quos nonnisi coram Prin-
cipibus Imperij conueniri debere dixit
Arumeus loc. cit. pag. 189. & confirmant *Zasius in epitome feudor. par. 11. Choppin. de domin. Franc. lib. 3. tit. 7. nu. 2.* idem etiam ob-
seruari in Saxonia refert *Schrad. de feud. par. 10. section 7. num. 40.* In Gallia quoque
Principes, & Magnates non coram Parla-
mento, sed Paribus Franciæ conueniuntur,
vt testantur *Hotoman. in Franc. Gall. cap. 14. Bodin. de Republ. lib. 3. cap. 1. & lib. 4. cap 6. Forcatul. de iure feudor. cap. 12 num. 15. vers. quinam autem. Petr. Mattheu in histor. Franc. tom. 2. lib. 3. narrat. 4. pag 297. Limneus dicto cap. 9. num 41.*

Et nota quod licet Pares Curiæ inuiti iudi-
care non debeant secundum vsus feuda-
les, tamen hodie ex moribus Germaniæ ad
id sunt obstricti, *Schuuanm. obseru. 11. nu. 9. Besold. loc. cit. pag. 620. à ter.* & confirmat idem
Besold. in tract. de process. iudic. post thesaur. pract. num. 22. pag. 1054. quando causa verti-
tur inter Dominum, & Vassallum, per *cap. vnic. de inuestit. in marit. fact. cap. vnic. An apud Iudicem, vel Curiam, Rosental. de feud. cap. 12. concl. 3.* Si vero Dominus coram Pa-
ribus conuentus, eum pro tali non agnoscat,
vel Vassallus à Domino conuentus coram
Paribus se Vassallum esse neget, causa ad or-
dinarium Judicem pertinebit, dixit idem
Rosental. d. cap. 12. conclus. 4. num. 9. Cui ta-
6 men competat electio, Domino ne, vel Vas-
sallo? & dicas, quod de iure communi feu-
dorum solus Dominus non potest Pares Cu-
riæ eligere, & eos ad judicium feudale con-
stituendum deputare, sed hoc Dominus, &
Vassallus Reus coniunctim facere debent,
itaut si Dominus vnum elegerit, Vassallus
secundum eligat, si Dominus tertium, Vas-
sallus quartum, & sic alternatim vsque ad
numerum à Domino comprobatum eligat
Besold. loc. cit. pag. 618. post alios *Vulteus dicto cap. 2. num. 28. & 29.* Si vero Vassallus Reus
non comperet, vel si compareat nolit Pares
ad iudicium feudale constituendum eligere,
tunc solus Dominus Pares eligere potest,
Besold. loc. cit. Vulteus d. lib. 2. cap. 3. n. 30.

De iure vero Constitutionum nostri Regni Pa-
res fuerunt sublati, tam in primo casu, quan-
7 do lis inter Dominum, & Vassallum agita-
tur, quam in secundo casu, quando lis esset
inter conuassallos, etiam quod de interesse
Domini tractaretur, & fuit sancitum prædi-
ctarum causarum cognitionem spectare ad
Magnum Regni nostri Iustitiarium, & per
consequens ad Tribunal M. C. Vicariæ, vt
in *Constit. Regni Statuimus de offic. Iustit.* & in
altera incip. *Præsides Iustitiarijque nomen, & normam de offic. Iustit. in fin. ac cap. Regni 258. incip.*

incip. Imunxit, *Caranit. in ritu 46. post Andream Afflict. & Foller. in d. constit. Regni Statuimus num. 6. idem Andreas in cap. 1. de controuers. apud Pares num. 7.* vbi inquit in
Regno Siciliæ Pares fuisse sublatos, & de
communi consuetudine totius Italiæ testa-
tur *Amod. de Ponte vbi sup. num. 12. Montan. in d. prælud. num. 54. Freccia de subfeud tit. de Magistr. Iustit. num. 1. & 2. Dom. Petra in ritu 50. num. 2. tom 1.* ex quarum constitutionum
obseruantia fuit compilatus *Ritus* 50. nostræ
Magnæ Curię, quo disponitur, vt dicta nostra
Magna Curia cognoscere possit tam de toto
feudo, quam de quacumque parte ipsius.

Superuenit dominium nostri Regni Siciliæ ci-
tra Pharum penes Aragoniæ Reges, quorum
Primus fuit Rex Alphonsus, qui nostrum
Tribunal Sacri Consil. erexit, vt sup. dixi,
& meminit *Freccia lib. 1. de subfeudis tit. de antiq. stat. Regni num. 38.* per istos enim no-
stros Reges, omnis illa Suprema authoritas
8 cognoscendi de feudis, fuit à Magna Curia
in Sacrum Consilium translata, per *pragm. 3. §. 2. de offic. S.R.C* ibi: *Vel quorumcumq; nobilium feudorum extiterint, cognitionem eidem subijcimus*, & ita testantur DD. nostri Regni,
scil. *Rou. in d. prag. 3. n. 1. & in prag. 3. de feud. num. 1. & sequ. Foller. in d. constit. Statuimus num. 6. Reg. Tapia in pragm. 13. de offic. Procur. Cæsar. & in rubric. tit. de offic. S. R. C. num. 5. Montan. de regal. in prælud. num. 55. Afflictus in constit. Regn. rub. 39 fol. 104. Borrell. de præst. Reg. Cathol. c 62. n. 20, & seq.* & tandem *Petrus de Gregor. de Iudic. caus feud. q. 7 n. 2.* vbi as-
serit, quod per easdem nostras Regni Consti-
tutiones, quæ in vtroque Siciliæ Regno vi-
gēt, in suo Regno Siciliæ M.R.C. illius Regni,
cum quatuor Iudicibus cognoscit de causis
feudalibus. Ista enim potestas cognoscendi
de feudis PRÆSTANTIAM demonstrat pe-
nes nostrum Supremum Consilium, quia si
inter M. C. V. priuilegia istud enumeraba-
tur, quia M. Curia cognoscebat de dictis
feudis quaternatis, vt dixerunt *Andreas in cap. 1. §. propterea si inter num. 83. de probib. feud. alien. per Feder. vbi Lepar. in addit. incip. In Regno num. 4.* qui hanc præeminen-
tiam sextam in numero describit *Freccia de subfeud. lib. 1. de offic. Mag. Iustit. num. 40. & lib. 3. de different. inter feud. quatern. & de tab. num. 8. Dom. de Marin. lib. 1. quotit. resol. cap. 338. num. 4. lib. 1. & Dom. Reg. Petra in d. ritu 50. num. 2.* dum postmodum talis pote-
stas à M. Curia ad Sacrum Consilium vigore
d. pragm. fuit translata, apertè patet, quod
illa cognitio, quæ penes M. C. ex priuilegio
residebat, penes idem S. C. per dictam prag-
maticam, quasi ex nouo Regis priuilegio fuit
communicata. Et quod maius priuilegium
considerari potest, dum aspicimus istam po-
testatem, quæ penes Regem, & Pares Curiæ
consistebat, postmodum apud Magnam Cu-
riam communicatam vigore dicti *Ritus* 50.
deinde vero apud nostrum Senatum transla-
tam; semper enim ac conceditur potestas
cognoscendi de feudis priuilegium imparti-
tur, quia de iure apud Dominum talis co-
gnitio residet, vt supra dixi *num* 1. faciunt
tradita per *Carol. Tapia in annot. ad constit. Regni Iustitiarijs per Prouincias num. 3. d. offi. Iustit. fol. 355. & Thor. in compen. decis tom. 1. verb. feudorum cognitio, fol. 215.* qui loquuntur
de priuilegio concesso Principi Bisiniani Fa-
miliæ Sanseuerinæ, ex Magnatibus nostri Re-
gni, cognoscendi de causis feudalibus, virtu-
te cuius fuit per sententiam S. Conf. remissa
causa eidem Principi controuersiæ feudalis.

Sed an talis iurisdictio concessa nostro Sacro
Consilio ex dicta *pragm.* 3. sit cumulatiua
9 ad Magnam Curiam Vicariæ, vel priuatiua,
dico, quod sit priuatiuè ad Magnam Curiam
concessa, non cumulatiuè, ita *Caraeit. in ritu 50. num. 6.* quem approbat *Muscatell. in praxi S.C. lib. 1. par. 1. glos. competens num. 96. & lib. 2. par. 1. glos. tenebitur num. 14.* & licet
de hoc dubitauerit *Dom. Petra in d. ritu 50. num. 3. & 4.* quem laudat *Dom. Altimare ad Rouit. cons. 39. num. 21. lib. 3.* ob illam vulga-
tam conclusionem, semper iurisdictionem
censeri cumulatiuè cōcessam non priuatiuè
quo ad ordinariam iurisdictionem, nisi ex-
pressè aliter de intentione concedentis con-
stet, *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. 2. §. 1. num. 15. Reg. de Marin. lib. 1. resol. cap. 213. Giurb. dec. 82 num. 6. Morla in empor. iur. par. 1. tit. 2. de iurisd. omn. iudic. num. 10. Cancer. var resol. par. 2. cap. 2. à num. 220.* alijque co-
piosè citati à *Dom. Petra in d. ritu 50 num. 3. & in ritu 288. num. 51.* attamen salua pace
dictorum *Dom. Reg. Petra, & Cons. Altimar.*
sapientissimorum Iurisconsultorum, non
possum prædictam eorum sentētiam appro-
bare, & ratio est, quia clarè cognoscitur ex
verbis *dict. pragm. 3. §. 2.* quod fuerit iurisdi-
ctio concessa nostro Sacro Consilio, cum
clausula abdicatiua, cognoscendi de omni-
bus causis feudalibus, his verbis: *Omnium de quibus cognoscere superiori tempore consueuit M.C.V.* sed cū expressione dictionis *Nisi*,
per ista alia verba: *Nisi tantum causæ eiusmodi fuerint, in quibus de minori summa, quam viginti quinque vnciarum agatur, tales enim causas ad Curias inferiores cognoscendas remittimus*, quarum causarum appellatio gra-
datim statuta fuit, scilicet prius ad forum
M.C. postmodum ad S. C. dum enim causas
vnciarum auri vigintiquinque Curijs infe-
rioribus nostra pragmatica cognoscendas re-
seruauit, cæteras omnes ademit, ob illam
10 dictionem *Nisi*, quæ est modificatiua, & an-
tece-

tecedentium exclusiua, *Menoch. cons.3.n.16.* latè *Barbos. in tract. var. in diction. Nisi nu.* 12. vbi latè, & operatur exceptionem in illis casibus relatis post illam dictionem *Nisi Gratian. discept. for. cap. 9. num. 16. Barbos. loc.cit. num.*14. prout sunt omnes illæ causæ maiores excedentes summam vnciarum vigintiqninque, Sacro Consillo cognoscendæ cominissæ, vigore d.pragmat., quæ separatæ foeront à Iurisdictione M.Curiæ. Hec enim est virtus clausulæ abdicatiuæ, quæ operatur separationem Iurisdictionis, eiusq; priuatiuam concessionem, *Franc.d.dec.417.n.2.circa fin.& dec.722.nu.5.& dec.723.num.3.Reg. de Marin d.cap.213 alijque sup.cit.num.*

Quod cõfirmatur, quia illa potestas olim tributa Magnis Curijs Regnorum vtriusq; Siciliæ, cognoscendi de feodis quaternatis, vigore prædictarum constitutionum nostri Regni *Statuimus*, & alterius incip. *Iustitiarij nomen*, fuit iurisdictio prædicta abdicatiuè cõ-
11 cessa, cum priuatione respectu aliorum Magistratuum inferiorum, vt concludit *Petrus Gregor. in lib. de iudic. caus. feudal. d.qu.7.n.2. & 7.* vbi affirmat, quod satis conueniens erat, vt solns Magister Iustitiarius, & non alius Magistratns abdicatiuè cognoscere potuerit de feudis prædictis: Et si hoc conueniebat Magnæ Reg. Curiæ illius Regni Siciliæ, virtute dictarum nostrarum Cõstitutionum, fortius conuenit dicere, quod competat nostro Supremo Senatui, qui Principis Supremum Auditorium est, vt scilicet talis Jurisdictio translata à M.C. ad nostrum S. Consilium ex pragm. nostri Regni, etiam priuatiuè ad d.M.C. intelligatur impartita. Nam si generalis cognitio causarum feudalium æqualiter resideret, tam apud Sac.Consilium, quam penes M. C. V. reseruatio minoris summæ eidem M.C. facta esset inotilis, & frustatoria, dum reseruauit illam potestatem, quæ non dubitabatur ad illam pertinere, dum igitur quo ad minorem summam fuit facta reseruatio, quo ad cætera fuit facta ademptio.

Adde quia quoties tribuitur iurisdictio cognoscendi causas feudales, intelligitur iurisdi-
12 ctio priuatiuè, quo ad alias Curias concessa, cum Iudicum feudalium iurisdictio priuatiua sit, *Marta de iurisdiction. lib. 2. cap. 2. nu. 5. Vulteus de feud. lib. 2. cap. 2. num. 5.* alijque ab istis citatis, & talis stricte naturæ est, vt illa concessa apud Judices feudales, istis inuitis apud iudicem ordinarium prorogari non possit, *Speckan. d.qu. 36. nu. 6. Pruckman. to. 1. cons. 16. nu. 4. Gentil. lib. 3. de iurisdict. n. 23. Clarus in §. feudum qu. 90. num. 10.* alios innumeros refert *Vulteus de feud. d. lib. 2. cap. 2. num. 47.* merito dixerunt nostri DD. vt talis prerogatiua nostro Sup. Senatui tributa, determinandi omnes causas feudales priuatiuè ad M.C. Vicariæ competat, *Caravita in rit. 50 n.6. Muscatell. in praxi loc. cit. glos. competens nu. 96. lib. 2. par. 1. glos. tenebitur n.14.* sicut olim priuatiuè fuit concessa M.C.V. respectu aliarum Curiarum, ex nostris constitutionibus Regni, probat *Petrus de Gregor. de Iudic. caus. feudal. qu. 7. num. 2. & 7.*

Nec replicari iuuat, quod talis cognitio adhuc duret penes nostram Magnam Curiam, dum videmus, quod in dies cognoscat de legitimo successore feudi, cui ordinat decretum Præambuli, exceptis illis causis feudalibus, in quibus habet interesse Regius Fiscus, vt infra dicam, *Tapia in d.constit. Statuimus, vers. feudis quaternatis.* Quia respondeo, quod nostra M. C. non dicitur cognoscere de causa
13 feudali, quando interponit decretum præambuli, sed tantum cognoscit de summario feudi possessorio, vt competat ei, qui proximiorem gradum successionis, seù pruximitatis detinet, & vt plurimum absque citatione alterius prætensi successoris, si cognoscit sibi ius non assistere, & dicere possumus, quod potius decernit liquidationem personæ succedere debentis, quam vt cognoscat de causa feudali, ideo dicunt practici, quod causa præambuli non operatur causæ connexitatem, aut præuentionem, quia non est verè iudicium formatum ex Iudice actore, & Reo, cum igitur agatur de mero possessorio summarijssimo, etiam si de possessione rei feuda-
14 lis sit contentio, iudicium erit expediendum coram ordinario Iudice loci, prout est M.C. non coram Iudicibus feudalibus, *Glos.* expressa *in cap. cæterum in verb. quandiu vers. sed in iudicijs de iudic.* vbi allegat tex. in *cap. ex parte de foro compet* post omnes relatos concludit *Vulteus d. lib. 2. cap. 2. num. 43. & seq.* vbi licet in *n.44.* alios contrariũ sententes referat, ad Iudices scilicet feudales cognitionem spectare, attamen in seq. *nu. 45.* cum prima nostra sententia concludit, ad Judicem scilicet ordinarium causam possessorij esse proponendam cum *Rosental. de feud. c.12. concl.12. à n.54. Sistiu. de Regal. 8. nu. 78.* & si competit Iudici ordinario cognitio causæ possessorij feudalis, eo magis competere debet cognitio præambuli, vbi non feudalem materiam inquirit, sed tantum gradus successionem considerat, absque partis citatione.

Sed nota, quod si fuerunt sublati Pares Curiæ in nostro Regno, in iudicio ciuili causarum feudalium, non tamen in causis criminalibus Baronum, etenim Comites, Marchiones, Duces, Principes, Barones Neapolitani in criminalibus, non nisi per Iudices Regni
15 cum interuento Parium Curiæ iudicantur, *Mariu. Freccia de differ. feudor. regul. num. 9. & 11. & differ. 14. num. 47. Gramatic. in constit.*

ftit. profequentes fub tit. de pugna num. 3. fol. 69. vbi dicit, in caufis grauibus de receptatoribus Bannitorum, & de participantibus ad latrocinia, fuiffe adhibita Iudicia Parium, quod confirmant *Taffon. de ant. fuo verf. 3. obferu. 4. num. 97. & verf. 14. obferu. 1. à num. 88. Borrell. in tract. de magiftrat edictis lib. 1. cap. 1. num. 6.* attamen alij hoc reftringunt, & dicunt, effe apud nos vfu receptum tantum in cafu criminis læfæ Maieftatis, *Thom. de Marin. in tract. feud. lib. 1. tit. de feud. ex pacto num. 14. Reg. Sanfel. in fua prax. iudic. fection. 22. num. 10. fol. 60* qui ita fua ætate fuiffe obferuatum reftatur, & vltimum exemplum lego eueniffe tempore Gubernij Ducis Medinæ de las Torres Proregis huius Regni, in perfonam infelicis Principis Sanzi Familiæ Orificiæ, inquifiti de perduellione, qui in die 12. Ianuarij 1640. fuit pœna capitis damnatus per Regiam Iunctam Officialium deputatorum, cum interuentu Parium Curiæ, qui fuerunt duo alij Titulati eadem Principatus dignitate infigniti, fcilicet Princeps Rocchæ Familiæ Filomarinæ, & Princeps Colli Familiæ de Summa, vt refert *Parrin. in theatr. heroic. Prorogum huius Regni to. 2. pag. 281.* de quo loquutus fuit idem *Sanfelic. loc. cit. num. 10. in fin.* non expreffo nomine inquifiti.

Non defunt alij DD. noftri Regni, qui contrariam fubftinent fententiam, fcilicet *Lanar. conf. 88. num. 28. Reg. Tapia in dec. Supr. Senat. Ital. 24. Borrell. in fumm. dec. par. 2. tit. 33. de appellat. num. 1326.* qui afferunt in criminalibus caufis Baronum noftri Regni Parium follemnitatem fuiffe fublatam, fed praxis noftra in cafu fupra expreffo contrarium iudicat, & etiam alio moderniori exemplo comprobatur. Nam cum cafus occurrerit in anno 1657. vt D. Hieronymus Valua Marchio Terræ Valuæ (ex vetuftiffima Normannorum Familia defcendens, quæ circiter annos octincentum feudu Valuæ potita fuit, cui etiam nomen dedit) fuerit inquifitus de protectione Bannitorum, quodq; illos fouiffet, comeatufque præbuiffet, proinde in crimen læfæ Maieftatis incurriffet, ob bannum emanatum à D. Prorege, vt receptatores Bannitorum eadem pœna puniantur, Infelix ifte Marchio capitis pœna fuit punitus, atque ex Iunctæ decreto, omnia bona confifcationi applicanda declarata, at cum ex refcripto Dom. Proregis fuerit Tribunali Regiæ Cameræ ordinatum, vt omnia bona prædicti Marchionis publicaret, illi integerrimi Præfidentes noluerunt Proregis mandato obtemperare, nifi fibi acta traderentur, vt valuiffent caufæ merita perpendere, vti mixti executores, atq; propulitis nullitatibus pro parte D. Beatricis Caracciolæ eius vxoris, confuluit Reg. Camera non poffe exequi fententiam confifcationis, ob euidentem nullitatem, quia non poterat d. Marchio damnari fine Parium interuentu, & licet denuò fuerit ex nouo refcripto replicatum, prædictam nullitatē non potuiffe fubfiftere, eo quod nō de neceffitate, fed pro maiori cautela aliquando interuentus Parium fuerit adhibitos, & eo magis quia de tali Iudicum incompetentia opponebatur poft fententiam, nihilominus Tribunal hoc Supremum Regiæ Cameræ conftanti animo occurrit Principis refcriptis, nil prouidendo circa prædictam bonorum publicationem, ftante tali manifefta Iurifdictionis incompetentia, ob parium interuentum omiffum vt eruditè teftatur *Dom. Petra in ritu 46. nu. 26. verf. hinc factum pag. 264. & feq.* Verum vt verum fatear, quia prædictus Illuftris Marchio Parruus erat confobrinus D. Matthæi Valua mei Generi ad præfens Baronis d. Terræ, Mariti D. Vincentiæ Romanæ meæ filiæ, fcio iftam tam conftantem repugnantiam exercuiffe Regiam Cameram, pluries denegando executionem refcriptis Dom. Proregis demandantis confifcationem prædictam, ifta alia ex ratione, quia innotuit dicto Supremo Tribunali Innocentia d infelicis Marchionis, quod fcilicet coactè in fuo Caftro Exules, feù Bannitos receperit, & hoc
26 ex generali notitia de Baronibus exiguorum Caftrorum conftabat. Hi enim erant maximis periculis fubiecti, & furoribus fceleftium latronum expofiti, quando ifti peruerfi noftrum Regnum inquietabant (ante aduentum illius Gloriofi Proregis Marchionis Carpij, qui fua virtute, Omnipotentis Dei brachio adiutus, omnes radicitus deleuit) proinde erant Barones noftri Regni ita timore perterriti, ob minas malorum erga illos, qui eorum iuuamen non moliebantur, vt coactè omnia quæ exopcabant, ab eis extorquebant, nec poterant Barones, tam validis præfidijs fe munire, vt eorum rabidū furorē, & ingentē vim in ipforum perniciē propulfare valuifsent. Diffidebat enim dictus Marchio de fuis viribus, & fua virtute non poterat in fuo paruo Caftro fe tueri, nam fi Banniti deiecebantur, periculofam ftragem alias paffam in fuo Caftro, imminere non dubitabat. Vidimus enim illos andaciæ fuæ, atquè immanitatis furorem tam vltrò extendiffe, vt nullum crudelitatis, & feuitiæ genus auditum fuit, quod ifti proterui homines non exercuerint in noftros Barones, idcircò talis feuitiæ, & improbitatis exceffus Marchionem illum, adeo deterruerunt, vt eos recipere aliquando fuit coactus, non minus ac alij fortiores hofpitalitatem recufare non valuerunt, vnde de-

his omnibus plene instructum Tribunal Regiæ Cameræ, noluit pœnam confiscationis exequi.

Quod parium Iudicium in causis criminalibus in tota Germania viget *Arumeus d. discurs.*
17 *11. pag.* 189. & taliter in eos est radicata potestas, vt ipsi soli debeant reitatem Vassalli cognoscere, dominus verò consessui authoritatem præstare, atque illorũ sententiam executioni mandare, *Frideric. à Sandè in consuetud. feudal. Gelriæ tract. 3. cap. 1. §. 1. n. 3. pag. 349. & seq.* qui adducit Imperatoris Rodulphi rescriptum hoc statuens. Imo tali iurisdictione ex moribus Germanorum, innito Domino nedum priuari minimè valent, sed etiam inuiti cogi possunt, vt tale munus in se recipiant, & si ad Consessum vocati imperio non peruerint, prima vice quinorum, deinde denorum, tertio vicinorum scutorum mulctam exoluere damnentur, ex consuetudine Carolina, ita & taliter vt nec Viduæ, nec aliæ miserabiles personæ feudale iudicium declinare valeant, moribus enim Prouinciarum Geldriæ, & Zutpheniæ generaliter derogatum fuit Imperatoriæ Constitutioni, *C. quando Imperator inter pupil. & Vid. Sandè d. s. 1. num. 15.* Formam vero citationis vocandi ad feudale iudicium, cum Parium interuentu, ponit *Sandè d. tract. 3. cap. 4. num. 4.* atque alia Parium acta iudicialia refert in seq. *num. 5.*

Solent enim Principes, Duces, & Marchiones dedignari, ab alijs iudicari, quam à Paribus
18 Curiæ, prout Albertus Marchio Brandeburgensis causas Ducatuum, & Comitatuum ad Curiem Spirensem trahi conquerebatur, nam dicebat ille, quod quia in illis Iudicibus potestas non aderat Principes facere, aut tollere, sed apud solum Imperatorem resideat, ita ex eius iudicio iudicari postulabat, qui solus Principes, & Comites facit, teste *Arumeo d. discurs. 11. pag. 192.* Aliam etiam rationem Germani assignant, cur Barones à Paribus Curiæ sint iudicandi, quia scilicet in Germania adsunt Illustres Familiæ, quib. in toto Orbe terrarum Illustriores inueniri non valent, si illarum antiquitatem spectes, subdunt, vt nullæ reperiãtur Familiæ Nobiliores in Hispanijs, Gallijs, & Italia, quarum si originem scrutari exoptes, à Germania venisse gloriari non inuenies, vt testatur *Anton. Campan. apud Iacob. Vnimpahing. in epitom. rerum German. cap. 69.* & confirmat *Arumeus loc. prox. cit. pag. 189.* merito nobiliori modo etiam in foris tractari desiderant. Si enim hæc ratio potens existimatur à Principibus Germanis, & ab ipso Imperatore, vt eorum Barones à Paribus Curiæ iudicentur, quia ex Illustribus Familijs sunt, eadem ratione debent nostri Reges peragere, adsunt enim in nostro Regno Præstantissimæ Familiæ, ne dum Procerum, & Magnatum, sed etiam Regiæ, quæ scilicet ex Regio sanguine progeniem agnouerunt vt sunt Familiæ *Aierbo de Aragonia*, *De Tocco*, *Gaetano*, & *Cantelmo*. Prima enim descendit à Iacobo Rege Aragoniæ, & Valentiæ, filio Regis Petri dicto *il Conquistatore*, vt refert *Carol. de Lellis in descript. Familiæ Nobilium Regni nostri par. 1. fol. 453.* à qua descendit Princeps Cassani, & Dux Aleifani, præter alios, qui in Hispanijs morantur, Familia de *Tocco* nostra Neapolitana descendit ex Dispotis Artæ, Ducibus Leucatæ, & Comitibus Palatinis Cephaloniæ Itacæ, & aliarum dominationum, qui à Turcarum Tyranno è Principatu eiecti, eiusque potentiæ resistere diffidentes, ad Ferdinandum Regem se contulere, qui eorum infortunia misertus, non solum feuda in Brutijs eis largitus fuit, sed etiam suam Neptem Franciscam Aragoneam vni ipsorum matrimonio copulauit, vt testantur *Volaterranus lib. 8. suor. comment. fol. 250. & Ælius Marchesius de Neapol. nobilit. in discur. de Tocchis pag. 94.* à qua Familia prodierunt in hoc Regno Princeps Montis Militum, seu Montismileri; Princeps Acayæ, Comes Montis aperti, alijque, qui ad præsens existunt, de quibus latissimè, & eruditissimè scripsit Dom. *D. Andreas Giptius*, Patritius Teatinus, Beneuentanus, ac Romanus, Liber Baro Sacri Romani Imperii, ac Cæsaris Pincerna, & à Consilijs, in Memoriali edito pro dicto Principe Achaiæ ad Catholicam Maiestatem pro Grandatu Hispaniæ, & in libro intitolato, *Lo Scettro del Despota*, per totum. Familia *Gaetano* naturaliter ex Regio sanguine non descendit, sed inter Regias enumeratur; etenim Honoratus Gaetanus Comes Fundorum huius Regni Logotheta, ob sua magna seruitia præstita Regiæ domui de Aragonia, fuit à Ferdinando Primo de Aragonia nostro Rege in anno 1466. in suam cognationem adoptatus, itaut possit cum suis descendentibus in perpetuum, cognomine Familiæ de Aragonia nominari, cum illis prærogatiuis, ac si de Familia Aragonia nati essent, vt patet ex priuilegio, quod refert *Carol. de Lellis d. par. 1. in cap. de Familia Gaetano pag. 215.* cuius Familiæ hodiè viuunt in hoc Regno Dux Laurenzani, & alij nobiles. Sed his omnibus non inuidet Familia Cantelma, quæ suam originem gloriatur habere ex Regibus Insulæ Albionis, quam Scotiam vocant, vt referunt tam historici nostri Regni, scilicet Mazzella, Terminius, Summonte, alijque, quam exteri scriptores relati à *Carolo de Lellis* in relatione dictæ Familiæ Cantelmo *par. 1. pag. 101.*

osten-

ostentant hodiè huius Familię decorem Dux Populi, & Princeps Pectorani, armorum Præfectus; & D. Iacobus Cantelmus S. Rom. Ecclesiæ Cardinalis, & noster Amatissimus Archiepiscopus. Illæ enim quatuor Familiæ, quæ in hoc Regno extant ex Regio sanguine depromptæ, nedum gaudent honore Titulatorum, ita vt nobiles d. Familiæ licèt Titulati non sint, possunt introire ad Cellam, seu Aulam Regiam Titulatorum, vbi soli Titulati ingrediuntur, ac si Titulati essent, vt testatur *d. Borrel. in d. libello Vindiciæ Neapo. nobil. in discur. de Tocchis pag. 95.* sed etiam immunes sunt à iure sigilli, *Molfes. ad consuetud. Neapol. tom. 2. par. 4. in addit. ad tit. 30. fol. 145.*

Amplia primo, vt possit cognoscere S. Consilium causas feudales, siue illæ sint in actione
19 personali, siue reali, siue mixta, siue in rem scripta, aut tantum officium Iudicis sit intentatum, vel aliud remedium ex lege feudi dependens, vt post *Schrader. de feudis to. 2. par. 10. section. 1. num. 68.* dixit *Reg. Rouit. in d. pragm. 3. num. 11. de offic. S. R. C.*

Amplia secundo, etiam si lis sit super possessorija feudi, puta fructibus, interesse, damnis, &
20 expensis *Schrader. de feud. loc. cit. ampl. 24. num. 98. Rouit. loc. cit. num. 2.* & fuisse decisum per S.C. refert *Capyc. latro dec. 33. nu. 14.* imo si alij Iudicea inferiores processerint super illis causis, feudum aliquo modo tangentibos, processus erit ipso iure nullus, *Rouit. loco cit. num. 2.*

Amplia tertio, vt etiam in feudis quaternatis, & nō quaternatis idē procedat, vt cognitio
21 illarum causarū spectet ad S.C. potius, quam ad Baronem, *Schrader. de feudis tom. 2. par. 10. sect. 1. ampl. 12. & seq.* & concludit, quod alia Tribunalia Regia non possint causas prædictas ad se auocare, *Rouit. loc. cit. num. 4.* vbi citat *Afflict. Capyc.* & alios nostros Regnicolas.

Amplia quarto, vt S.C. possit etiam cognoscere de Regalibus, seù Regalijs ipsius Regis, *Mon-*
22 *tan. de regal. in prælud. nu. 55. circa fin. pag. 49.* licet de iure Iudex competens in Regalibus sit ipse Rex, etiam si illa concessa sint personis Ecclesiasticis, *cap. verum. de for. comp. Montan. de regal. in prælud. num. 6. in fine pag. 12. & num. 55. in fin. pag. 49.* attamen hodiè de iure nostri Regni est Regia Camera Summariæ per *pragm. 62. de offic. Procur. Cæsar.* vt infra dicam, *Montan. loc. cit. num. 55. circa fin.*

Limita, quando tractatur de interesse Regij Fisci, seù patrimonij Regalis Domini nostri
23 Regis, vel si dubitetur, an sit res feudalis, vel ne, nam istis casibus de iure nostri Regni fuit per specialia statuta dispositum, vt procedat Tribunal Regij Patrimonij, quod nos Regiæ Cameræ appellamus, vt in *prag. 13. 14. 61. 62 & 63 de offic. procur. Cæsar.* & in hac vltima fuit specialiter prouisum, quod omnes causæ, in quibus Fiscus est actor, vel reus, siue author laudatus remittātur ad Regiam Cameram, in alijs vero, vbi agitur de notorio Fisci interesse, fuit reseruata melior deliberatio facienda per Proregem Fisco audito, *Tapia de offic. procur. Cæsar in princip. Freccia in lib. 1. de subfeud. tit. de antiqu. stat. Regn. num. 3.* Istud enim nostrum Tribunal Regiæ Cameræ, in locum Parium Curiæ successit, ita affirmarunt DD. nostri Regni, scil. *Franc. dec. 601. Rouit. in pragm. 62. de offic. procur. Cæsar. Sanfelic. decis. 295. D. Petra in ritu 288. num. 53. tom. 4.* Nec poterit controuerti, quomodo potuerit abdicari talis iurisdictio à Paribus Curiæ, eis de iure feudorum tributa, nam talem dubietatem resoluunt ipsimet Feudistæ dicentes, posse ex speciali statuto, vel consuetudine induci, vt alij sint
24 Iudices, quā Pares Curiæ, *Iacob. de S. Giorg. in verb. & dicti Vasalli n. 2. Menoc. de recup. poss. remed. 3. num. 445.* & alij multi quos approbat *Vulteus d. lib. 2. cap. 2. num. 41.* prout in Statu Pedamontano testatur hanc consuetudinem introductam fuisse *Iacob. dict. num. 2. vers. Aduerte*, & in Ducatu Mantuano fatetur *Surd. cons. cons. 193. n. 8. vers. quinimo vol. 2.* & de consuetudine Mediolani *Bos. de for. comp. n. 174.* & de Prouincia Electoris Moguncini refert *d. Vulteus dict. cap. 2. nu. 41.*

Sed quia dupliciter causæ dici possunt feudales vel ob interesse partium, quod in feudo controuerso habēt, ex feudalib. legibus decidendum, vt inquit *Bald. in cap. 1. de inuestit. in marito fact.* Vel dicuntur feudales, quia de natura, vel qualitate feudi contingit dubitari, idem *Bald. in cap. 1. num. 2. de l. Corradi*, ideo queri potest quod interesse Fisci requiritur, ad hoc vt causa ad Regiam Cameram remittatur? & dico quod id omne Principis arbitrio est reseruatum, attamen, vt facilius Princeps concedat peritam remissionem, hodiè obseruatur, quod si interesse Fi-
25 sci sit notorium, & præsentaneum, causa spectat ad Regiam Cameram, *Franch. dec. 132.* si vero interesse est dubium, & futurum, & hoc casu causa non remittitur, sed agitur in S.C. cum assistentia Aduocati Fiscalis, idem *Franc. dec. 116. nu. 6. Tapia in tit. de offic. procur. Cæsar. pragm. 12. in fine*, ibi: *Quotiescumque leditur Fiscus, etiam in consequentiam, & ipse petit audiri, solent Dom. Regentes decernere, quod assistat, & vocamus eum, Dom. Petra in ritu 288. num. 53. in fin.* Et aduerte, quod in illis casibus, in quibus Fiscus debet assistere, si aliquod determinetur Fisco non vocato, decretum redditur nullum, prout decisum fuisse per S.C. in causa D. Lutij Pa-

his omnibus plene instructum Tribunal Regiæ Cameræ, noluit pœnam confiscationis exequi.

Quod parium Iudicium in causis criminalibua in tota Germania viget *Arumeus d. discurs.*
17 *11. pag.* 189. & taliter in eos est radicata potestas, vt ipsi soli debeant reitatem Vassalli cognoscere, dominus verò consessui authoritatem præstare, atque illorũ sentẽtiam executioni mandare, *Frideric. à Sandè in consuetud. feudal. Gelriæ tract. 3. cap. 1. §. 1. n. 3. pag. 349. & seq.* qui adducit Imperatoris Rodulphi rescriptum hoc statuens. Imo tali iurisdictione ex moribus Germanorum, inuito Domino nedum priuari minimè valent, sed etiam inuiti cogi possont, vt tala munus in se recipiant, & si ad Consessum vocati imperio non paruarint, prima vice quinorum, deinde denorum, tertio vicinorum scutorum mulctam exoluare damnantur, ax cousuetudine Carolina, ita & taliter vt nec Viduæ, nec aliæ miserabiles personæ feudale iudicium declinare valeant, moribus enim Prouinciarum Geldriæ, & Zutpheniæ generaliter derogatum fuit Imperatoriæ Constitutioni, *C. quando Imperator inter pupil. & Vid. Sandè d. §. 1. num. 15.* Formam varocitationis vocandi ed feudale iudicium, cum Parium interuentu, ponit *Sande d. tract. 3. cap. 4. num. 4.* atque alia Parium acta indicialia refert in seq. *num. 5.*

Solent enim Principes, Duces, & Marchiones dedignari, ab alijs iudicari, quam à Paribus
18 Curiæ, prout Albertus Marchio Brandeburgensis causas Ducatuum, & Comitatuum ad Curiam Spirensem trahi conquerebatur, nam dicebat ille, quod quia in illis Iudicibus potestas non aderat Principes facere, aut tollere, sed apud solum Imperatorem resideat, ita ex eius iudicio iudicari postulabat, qui solus Principes, & Comites facit, teste *Arumeo d. discurs. 11 pag.* 192. Aliam etiam rationem Germani assignant, cur Barones à Paribus Curiæ sint iudicandi, quia scilicet in Germania adsunt Illustres Familiæ, quib. in toto Orbe terrarum Illustriores inueniri non valent, si illarum antiquitatem spectes, subdunt, vt nullæ reperiãtur Familiæ Nobiliores in Hispanijs, Gallijs, & Italia, quarum si originem scrutari exoptes, à Germania venisse gloriari non inuenies, vt testatur *Anton. Campan. apud Iacob. Vnimparling. in epitom. rerum German. cap.* 69. & confirmat *Arumeus loc. prox. cit. pag.* 189. merito nobiliori modo etiam in foris tractari desiderant. Si enim hæc ratio potens existimatur à Principibus Germanis, & ab ipso Imperatore, vt eorum Barones à Paribus Curiæ iudicentur, quia ex Illustribus Familijs sunt, eadem ratione debent nostri Reges peragere, adsunt enim in nostro Regno Præstantissimæ Familiæ, ne dum Procerum, & Magnatum, sed etiam Regiæ, quæ scilicet ex Regio sanguine progeniem agnouerunt vt sunt Familiæ *Aierbo de Aragonia*, *De Tocco*, *Gaetane*, & *Cantelme*. Prima enim descendit à Iacobo Rege Aragoniæ, & Valentiæ, filiò Regia Petri dicto *il Conquistatore*, vt refert *Carol. de Lellis in descript. Familia Nobilium Regni nostri par. 1. fol.* 453. à qua descendit Princeps Cassani, & Dux Aleisani, præter alios, qui in Hispanijs morantur, Familia de *Tocco* nostra Neapolitana descendit ex Dispotis Arte, Ducibus Leucatæ, & Comitibus Palatinis Cephaloniæ Itacæ, & aliarum dominationum, qui à Turcarum Tyranno è Principatu eiecti, eiusque potentiæ resistere diffidentes, ad Ferdinandum Regem se contulere, qui eorum infortunia misertus, non solum feuda in Brutijs eis largitus fuit, sed etiam suam Neptem Franciscam Aragoneam vni ipsorum matrimonio copulauit, vt testantur *Volaterranus lib. 8. suor. comment. fol. 250. & Ælius Marchesius de Neapol. nobilit. in discur. de Tocchis pag.* 94. à qua Familia prodierunt in hoc Regno Princeps Montis Militum; seu Montismileti; Princeps Acayæ, Comes Montis aperti, alijque, qui ad præsens existunt, de quibus latissimè, & eruditissimè scripsit Dom. *D. Andreas Giptius*, Patritius Teatinus, Beneuentanus, ac Romanus, Liber Baro Sacri Romani Imperii, ac Cæsaris Pincerna, & à Consilijs, in Memoriali adito pro dicto Principe Achaiæ ad Catholicam Maiestatem pro Grandatu Hispaniæ, & in libro intitolato, *Lo Scettre del Despota*, per totum. Familia *Gaetano* naturaliter ex Regio sanguine non descendit, sed inter Regias anumeratur; etenim Honoratus Gaetanus Comes Fundorum huius Regni Logotheta, ob sua magna seruitia præstita Regiæ domui de Aragonia, fuit à Fardinando Primo de Aragonia nostro Rege in anno 1466. in suam cognationem adoptatus, itaut possit cum suis descendentibus in perpetuum, cognomine Familiæ de Aragonia nominari, cum illis prærogatiuis, ac si de Familia Aragonia nati essent, vt patet ex priuilagio, quod refert *Carol. de Lellis d. par. 1. in cap. de Familia Gaetano pag.* 215. cuius Familiæ hodiè viuunt in hoc Regno Dux Laurenzani, & alij nobiles. Sed his omnibus non inuidet Familia Cantelma, quæ suam originem gloriatur habere ex Regibus Insulæ Albionis, quam Scotiam vocant, vt referunt tam historici nostri Regni, scilicet Mazzella, Terminius, Summonte, alijque, quam exteri scriptores relati à *Carolo de Lellis* in relatione dictæ Familiæ Cantelmo *par. 1. pag.* 501.

osten-

oſtentant hodiè huius Familię decorem Dux
Populè, & Princeps Pectorani, armorum
Præfectos; & D. Iacobus Cantelmus S. Rom.
Eccleſiæ Cardinalis, & noſter Amatiſſimus
Archiepiſcopus. Illæ enim quatuor Familiæ,
quæ in hoc Regno extant ex Regio ſanguine
depromptæ, nedùm gaudent honore Ti-
tulatorum, ita vt nobiles d. Familiæ licèt
Titulati non ſint, poſſunt introire ad Cel-
lam, ſeu Aulam Regiam Titulatorum, vbi ſo-
li Titulati ingrediuntur, ac ſi Titulati eſſent,
vt teſtatur *d. Borrel. in d. libello Vindictæ Nea-
po. nobil. in diſcur. de Toccbis pag. 95.* ſed etiam
immunes ſunt à iure ſigilli, *Muſſ. ad con-
ſuetud. Neapol. tom. 2. par. 4. in addit. ad qu. 30.
fol. 145.*

Amplia primo, vt poſſit cognoſcere S. Conſi-
lium cauſas feudales, ſiue illæ ſint in actione
19 perſonali, ſiue reali, ſiue mixta, ſiue in rem
ſcripta, aut tantum officium Iudicis ſit in-
tentatum, vel aliud remedium ex lege feu-
di dependens, vt poſt *Schrader. de feudis to. 2.
par. 10. ſection. 1. num. 68.* dixit *Reg. Rouit. in
d. pragm. 3. num. 11. de offic. S. R. C.*

Amplia ſecundo, etiam ſi lis ſit ſuper poſſeſſo-
rijs feudi, puta fructibus, intereſſe, damnis, &
20 expenſis *Schrader. de feud. loc. cit. ampl. 24.
num. 98. Rouit. loc. cit. num. 2.* & fuiſſe deciſum
per S. C. refert *Capyc. latro dec. 33. nu. 14.* Imo
ſi alij Iudices inferiores proceſſerint ſuper
illis cauſis, feudum aliquo modo tangenti-
bus, proceſſus erit ipſo iure nullus, *Rouit. loco
cit. num. 2.*

Amplia tertio, vt etiam in feudis quaternatis,
& nõ quaternatis idẽ procedat, vt cognitio
21 illarum cauſarũ ſpectet ad S. C. potius, quam
ad Baronem, *Schrader. de feudis tom. 2. par.
10. ſect. 1. ampl. 12. & ſeq.* & concludit, quod
alia Tribunalia Regia non poſſint cauſas
prædictas ad ſe auocare, *Rouit. loc. cit. num. 4.*
vbi citat *Afflict. Capyc.* & alios noſtros Regni-
colas.

Amplia quarto, vt S. C. poſſit etiam cognoſcere
de Regalibus, ſeù Regalijs ipſius Regis, *Mon-
22 tan de regal in prælud. nu. 55. circa fin. pag. 49.*
licet de iure Iudex competens in Regalibus
ſit ipſe Rex, etiam ſi illa conceſſa ſint per-
ſonis Eccleſiaſticis, *cap. verum. de for. comp.
Montan. de regal. in prælud. num. 6. in fine pag.
12. & num. 55. in fin. pag. 49.* attamen hodiè
de iure noſtri Regni eſt Regia Camera Sum-
mariæ per *pragm. 62. de offic. Procur. Cæſar.* vt
infra dicam, *Montan. loc. cit. num. 55. circa
fin.*

Limita, quando tractatur de intereſſe Regij
Fiſci, ſeù patrimonij Regalis Domini noſtri
23 Regis, vel ſi dubitetur, an ſit res feudalis,
vel ne, nam illis caſibus de iure noſtri Re-
gni fuit per ſpecialia ſtatuta diſpoſitum, vt
procedat Tribunal Regij Patrimonij, quod
nos Regiæ Cameræ appellamus, vt in *prag.
13. 14. 61. 62 & 63 de offic. procur. Cæſar.* & in
hac vltima fuit ſpecialiter prouiſum, quod
omnes cauſæ, in quibus Fiſcus eſt actor, vel
reus, ſiue author laudatus remittatur ad Re-
giam Cameram, in alijs vero, vbi agitur de
notorio Fiſci intereſſe, fuit reſeruata melior
deliberatio facienda per Proregem Fiſco au-
dito, *Tapia de offic. procur. Cæſar in princip.
Freccia in lib. 1 de ſubfeud. tit. de antiqu. ſtat.
Regn. num. 3.* Iſtud enim noſtrum Tribunal
Regiæ Cameræ, in locum Parium Curiæ ſuc-
ceſſit, ita affirmarunt DD. noſtri Regni, ſcil.
*Franc. dec. 601. Rouit in pragm. 62. de offic. pro-
cur. Cæſar. Sanfelic. deciſ. 292. D. Petra in ritu
288. num. 53. tom 4.* Nec poterit controuerti,
quomodo potuerit abdicari talis iuriſdictio
à Paribus Curiæ, eis de iure feudorum tribu-
ta, nam talem dubietatem reſoluunt ipſi-
met Feudiſtæ dicentes, poſſe ex ſpeciali ſta-
tuto, vel conſuetudine induci, vt alij ſint
24 Iudices, quã Pares Curiæ, *Iacob. de S. Giorg. in
verb. & dicti Vaſalli n. 2. Menoc. de recup. poſſ.
remed. 3. num. 445.* & alij multi quos appro-
bat *Vulteus d. lib. 2. cap. 2. num. 41.* prout in
Statu Pedamontano teſtatur hanc conſuetu-
dinem introductam fuiſſe *Iacob. dict. num. 2.
verſ. Aduerte*, & in Ducatu Mantuano fate-
tur *Surd. conſ. conſ. 193 n. 8. verſ. quinimo vol.
2.* & de conſuetudine Mediolani *Boſſ. de for.
compet. 174.* & de Prouincia Electoris Mo-
guntini refert *d. Vulteus dict. cap. 2. nu. 41.*

Sed quia dupliciter cauſæ dici poſſunt feudales
vel ob intereſſe partium, quod in feudo con-
trouerſo habẽt, ex feudalib. legibus deciden-
dum, vt inquit *Bald. in cap. 1. de inueſtit. in
marito fact.* Vel dicuntur feudales, quia de
natura, vel qualitate feudi contingit dubi-
tari, idem *Bald. in cap. 1. num. 2. de l. Corradi*,
ideo queri poteſt quod intereſſe Fiſci requi-
ritur, ad hoc vt cauſa ad Regiam Cameram
remittatur? & dico quod id omne Principis
arbitrio eſt reſeruatum, attamen, vt faci-
lius Princeps concedat petitam remiſſio-
nem, hodiè obſeruatur, quod ſi intereſſe Fi-
25 ſci ſit notorium, & præſentaneum, cauſa ſpe-
ctat ad Regiam Cameram, *Franch. dec. 132.*
ſi vero intereſſe eſt dubium, & futurum, &
hoc caſu cauſa non remittitur, ſed agitur in
S. C. cum aſſiſtentia Aduocati Fiſcalis, idem
*Franc. dec. 116. nu. 6. Tapia in tit. de offic. pro-
cur. Cæſar. pragm. 12. in fine*, ibi: *Quotieſcum-
que leditur Fiſcus, etiam in conſequentiam,
& ipſe petit audiri, ſolent Dom. Regentes decer-
nere, quod aſſiſtat, & vocamus eum, Dom.
Petra in ritu 288. num. 93. in fin* Et aduerte,
quod in illis caſibus, in quibus Fiſcus debet
aſſiſtere, ſi aliquod determinetur Fiſco non
vocato, decretum redditur nullum, prout
deciſum fuiſſe per S. C. in cauſa D. Lutij Pa-

lagani cum Vniuersitate S. Viti, referente D. Mistanza repetio notatum in *alleg. 2. tom. 146. mear. alleg.* & licet Fiscus assistat in causis, vbi non habet præsens, & notorium interesse, id tamen fallit in causis feudalibus, in quibus controuertitur de qualitate feudi, nam debent remitti ad Regiam Cameram, licet in futurum protrahatur executio, *Reg Rouit. in pragm. 38. de offic. Procur. Cæsar. num. 7. Franc Milanens. dec. 6. num. 16.* ideo si controuertitur, an in feudo viuatur iure Francorum, vel Longobardorum, causa erit remittenda ad Regiam Cameram, cum in hoc casu præsentaneum cognoscatur Fisci interesse, dum quando viuitur iure Francorum, successio non ita latè extenditur, sicut extenditur in casu, quo viuitur iure Longobardorum, & de isto iure deuolutio non sic faciliter euenit, sicut quando viuitur iure Francorum, cum de hoc iure Francorum in feudis succedit primogenitus, sed de iure Longobardorum succedunt omnes filij, & diuiditur feudum, *Rouit. vbi sup. n. 7.* proinde in causa illorum de Valignano, dum incidisset dubitari, an in feudo controuerso vigebat ius Francorum, vel Longobardorum, articulus fuit remissus ad Regiam Cameram, vt habeo in meis alleg. *tom. 147. alleg. 2.* similiter fuit iudicatum in causa Marchionis Bandini cum filijs Berardini Sabelli super feudo Antrodoco, vt in *alleg. 3. tom. 146.* relata à *Galeota contron. for. tom. 1.*

Ex hoc etiam euenit, quod si causa agitatur in S.C. & occurreret dubitari, an res immobilis deducta in iudicio sit feudalis, vel burgensatica, causa debet remitti ad Regiam Cameram, ad finem cognoscendi qualitatem d. Rei, & interim silet Iurisdictio S. C. facta vero prædicta declaratione, iterum S.C. causam reassumit, procedando ad vlteriora, nec potest recedere à declaratione facta per Regiam Cameram, *Tapia in tit. de offic. procur. Cæsar. pragm. 12. in fin.* Et cum semel fuerit remissa causa per S.C. ad Regiam Cameram Abbatiæ Ferrariæ, cum Duce Andriæ, per quam fuit declaratum territorium esse feudale, quia denuo contingit dubitari an esset quaternatum, vel planum, & de tabula, iste articulus fuit similiter per S.C. remissus ad Regiam Cameram. Si vero agatur de interpreratione alicuius priuilegij inter partes, vniuntur Tribunalia S. C. & Regiæ Cameræ, *Franc. dec. 117. nu. 2. vers. nouissime Dom. Petra in d. ritu 288. n. 53. in fin.*

Resultat etiam alius iuris effectus ob prædictã conclusionem, quod non possit S. C. cognoscere de causis vbi habet interesse Regius Fi-

26 scus, quod scilicet non possit S.C. dare Bailum feudatario, *Cyprc. in inuestit. feudal. in verb. feudatariorum Baiuli*, quia de iure Constitutionum Regni nostri ipse Rex, alius Locumtenens, seumque Supremum Collaterale Consilium constituit pupillis Baronum mortuorum ab intestato Tutorem, quem Baiulum appellant, vsque ad annum ceptũ decimum quintum in bonis feudalibus tantum, vt in *Constit. Regni. In aliquibus in fin. & in constit. Minoribus. vbi Afflict.* idem *Afflictus in decis. 183. num. 6. Freccia de subfeud. Baron. lib. 2. author. 29. Franc. dec. 10. num. 1. Io. Vincent. de Anna alleg 118. num. 5. Borrel. de præst. Reg. Cathol. cap. 62. nu. 1.* Quia ipse Rex est protectòr pupillorum, quod speciale est in Principe *Borrell. loc. cit.* quod limitat *Reg Rouit.* in Audientia Licij, quæ non solum prouidere potest de Baiulo, sed etiam cognoscit de feudo quaternato, *Rouit. in prag. 11. de feudis n. 47.* & sequitur *Thor in comp. dec. tom. 1. verb. feudorum cognitio pag. 215.* & habet etiam d. Reg. Audientia ius insufflandi spirituum vitæ, *Rouit. in prag. de instant. cens. non restit.* tum quia est valde remota, tum quia vocata fuit talis Audientia S. Cõsilium legas *Barbat. de diuis. fructuum par. 1. cap. 16. num. 240.*

Et quia ob multitudinem causarum vertentium in d. Tribunali Regiæ Cameræ, impediebatur cursus causarum fiscalium, proinde fuerunt emanatæ quamplures pragmaticæ sanctiones, quæ leguntur in *tit. de offic. procur. Cæsar. sub num. 13. 14 61. 62. & 63.* vbi fuit specialiter dispositum, quod in di-

27 cto Tribunali Regię Cameræ non tractentur causæ particularium personarum, sed tantum illæ, in quibus habet interesse Regius Fiscus, scilicet quando est Actor, vel Reus, vel Author laudatus, aliæ vero causæ Sacro Consilio commissæ fuerunt iudicandæ, & hoc ideo ne d. Tribunal tempus consumat in alijs causis, sed tantum in illis occupetur vbi Regis interesse agitatur.

PRÆSTANTIA XXV.

Præstantia Sacri Consilij est, vt possit in causis dubijs cogere partes ad compromittendum.

SVMMARIVM.

1 *Concordiam tam sensibilia, quam insensibilia appetunt.*

Arbores quædam ita eorum proximitate lætantur, vt vberiores euadant.

2 *Discordia vti venenum Dominationes, & Imperia extinguit.*

Discordia Ciuium Reipublica Romana parauit excidium.

3 *Di-*

3 *Discordia Principum Christianorum Barbaro Traci dominatum peperit multorum Regnorum.*

4 *Discordia multos Principatus à sinu Santæ Ecclesia abtraxit.*

5 *Iudex non potest ex officio cogere partes ad compromittendum, & quando.*

6 *PRÆSTANTIA S. Consilij est, vt possit cogere partes ad compromittendum.*

7 *Reges debent pacem inter subditos fouere.*

Discordiam multi Principes inter populos aluerunt, donec eis dominati fuerunt.

8 *Certum nil est, quod non possit recipere interpretationem.*

9 *Senatus Mediolani adeo dubiam causam cognouit, vt indecisam reliquit.*

Areopagiti Senatores dubiam causam etiam indecisam reliquerunt.

10 *Litium abbreuiendarum remedium laudatur, si ex statuto caueatur, vt litigantes teneantur compromittere.*

11 *Litigantibus lites transigere vtilius est.*

12 *Transactio semel facta, prætextu cuiuscumque lesionis rescindi non potest, & cur.*

13 *Transactio rescindi non potest per leges Castellæ ex quacumque lesione.*

Pacis conciliandæ causa, in pactionibus admittuntur etiam ea, quæ alias prohibita sunt.

Iuramentum præstitum velle in lite persistere, non est obligatorium.

14 *Iudex superior potest causas coram Iudicibus inferioribus vertentes, ad amicabilem compositionem committere.*

15 *Compromissa causarum possunt etiam ex statuto ordinari, & multa statuta Ciuitatum referuntur.*

16 *Statutum ordinans compromissum inter coniunctos, deberet extendi inter omnes litigantes fauore publico.*

Arbitratores debent attendere solum partium concordiam non iustitiam.

Arbitrium æquum iudicatur, quod bonus vir in se ipso exoptat.

17 *Compromissum non potest ordinari à Supremis Senatoribus causa conclusa.*

18 *Sacro Consilio Neapolitano an sit adempta potestas cogendi partes ad compromittendum.*

19 *Officiales nostri Regni non possunt compromissa suscipere.*

Iudex ordinarius non potest compromissum acceptare de iure ciuili, secus de iure canonico.

20 *Compromissa possunt acceptare Consiliarij Senatus Delphinatus.*

Aduocatus Pauperum potest compromissa acceptare.

21 *Compromissa possunt Officiales suscipere, præuia dispensatione Proregis.*

Trigesimam pro laudo non possunt Officiales accipere, cum ex dispensatione Regia laudum promulgauerint.

22 *Laudum factum à Sacro Consilio habet omnes prærogatiuas sententiæ S.C.*

ILLæ leges, aut instituta sanctissima appellari
possunt, quæ concordiam inter Ciues
statuunt, atque ciuium vnitatem in mistico
Reipublicæ corpore conseruant, omnia
enim entia appetunt naturaliter pacem,
& quietem, dixit *D. Thom. apud Farinac. in*
pract. crim. artic. 14. num. 11. ipsiusque homi-
nis ethimologia à græco vocabulo deriua-
tur *quasi*, quod concordiam significat, *Reim.*
Cors. de priuil. recone. cap. 2. pag. 5. Et non mo-
do illa, quibus natura sensum dedit, amore,
& concordia augentur, sed etiam agri exhi-
1 larari videntur, ait *Cicero de leg. agrar.* itaut
referat naturales aliquas Arbores, ita ipso-
rum proximitate letari, vt eo magis vberiores
euadant, quo magis viciniores coniungun-
tur, dicit enim inter viuentes nil concordia
prestantius existit; vt in *Nouell. 86 cap. 1.* Ita
inter Ciuitates semper adesse debet, nã ex ea
paruæ res crescunt, ex discordia vero licet
maximæ dilabuntur, *Stobeus serm. 82 Franc.*
Patritius lib. 8. de Regn. tit. 4. quæ vti vene-
2 num Dominationes, & Imperia extinguit,
vt per longam historiarum seriem demon-
strauit *Sturm. dialog. 1. de bello Turc.* Quæ
enim alia occasio fuit, quæ nostræ Reipubl.
Romanæ parauit excidium? non quia om-
nia orta intereunt, vt quo iure Regna quę-
sierat, strage scilicet hominũ, & bellicis fu-
rijs, eadem via perdidit, vt dixit *Limneus de*
iure publ. lib. 2. cap 8 num. 11. sed fuit discor-
dia Ciuium inter se colluctantium, tunc
enim præualuit Imperium Romanum, cum
animorum concordia Romani Imperium
regebant, & hac arte vniuersum orbem
subiecerunt, vt dixit *Agatias in lib. de bello*
Gothor. dum postea discordia introducta fuit,
fuit etiam ipsorum potentia diminuta, &
certè mirum aspicitur, vt quod totus Orbis
terrarum, eiusque cunctæ gentes conglobatæ
contendere, imo nec mouere tam ingens
Imperium nequierant, solus animorum
dissensus illud motilauit. Vnde etiam tot
malorum copia Reipublicæ Christianæ ob-
uenit, nisi ob Catholicorum Principum di-
3 scordias, quæ Barbaro Traci totius Asiæ
Regionum, aliarumque Europæ Prouincia-
rum dominatum pararunt. Discordia etiam
Orientis Imperij interitum peperit. Panno-
niæ Regnum totius olim Christianæ Reli-
gionis firmissimum propugnaculum, gente
ita feroci, & insuperabili munitũ, vt eius sola
fama seu formido concussit Italiam, vsque
ad nostra tempora fractum, & comminutum
aspiciebatur sub dominio Orientis Tyran-
ni, sed hodie Omnipotentis Dei manu, quæ
diui-

diùlnam potentiam Imperatori Leopaldo indulsit, quasi totaliter suo dominio vindicauit . .Discordia etiam Germaniam ferè vniuersam labefactauit, nouas saerorum formam suscitauit, atque nouos mores nouam doctinam, vitæqoa normam in illa
4 Regione induxit. Brittaniam pariter omnem è sinu, gremioque sacrosantæ communionis Ecclesiæ abstraxit. Heluetiorum tot pagos pro antiqua Patrum institutione, & à Republica Christiana desciuit. Ipsam etiam Galliam, quæ olim semper fuit quasi alomna, & nutrix verè pietatis, tandiu turbulenter tumultuauit, vt vitiosas, & corruptas consuetudines pessimos, & teterrimos mores hæreticorum opera irrepsisset, nisi sua pietate, & vigilantia suus hodiernus Rex Ludouicus XIIII. occurrisset. At è contra, quæ alia causa ab alijs malis orbem Christianum liberauit, nisi concordia Principum Christianorum, aduarsus communem inimicum colligatorum, quæ rupta einecernice annis elapsis Pannoniæ Regnum ab eius Tyrannide liberauit, & Dalmatiæ, & Moreæ Principatus Leonis vnguibus iterum submisit. Concordia enim valens est vnanimes animare ad prælia fratres, funeraque hostibus inferre, & mille nocendi artes communi hosti prufligere,

Cum enim tot bona ex corcordia vaniant, ideo Iurisę tanquam ciuilis politię expertes quærunt, an possit Iudex partes litigantes cogere ad compromittendum, vt cum concordia viuant, in qua quæstione dixerunt DD.
5 Iudicem non posse ex officio cogere partes ad compromittendum, *Bald. in l. ex stipulatu 7. C. de sent. & re indic.* vbi ait concordiam suaderi, non imperari posse. Pax enim est bonum persuasibile non compulsibile, *Bald. loc. cit. num. 17. Ayrer. in process. indic. par. 1. cap. 2. obseru. 3. num. 9. Menoc. de arbitr. lib. 2. cent. 5. casu 442. num 8.* & poterit Iudex potius pertes monere, quam litigantes compellere, *Molin. de instit. & iur. tract. 5. disput. 32. Magon. dec. Lucens. 73. num. 11.* nisi in illo casu quando non poterit causam expedire, & sentẽtiam proferre, quo casu poterit suum officium interponere, & partes cogere ad compromittendum, *Blanc. de compromiss. num. 1. Caputaquens. decis. 66. par. 1.* vel in casu scandali imminentis, quo caso non solum potest cogere partes ad compromittendum, sed etiam consangnineos ad acceptandum compromissum, *Menoch. dict. casu 442. n. 9 Keller. lib. 2. de offic. iurisd. polit. cap. 7.* Vel si causa esse valde dubia arg. tex. in *c. placuit 90. distinct. DD. in l. qui se, C. vnde liberi, Belluga in specul. Princ. in rub. de Principe de Petris cons. 1. num 29. Gall. lib. 2. cap. 18. nu. 6. & 7.* Vel quando lis esset talis, quæ Rempublicam inquietaret, *e. tot auth. de mandat. Princip. Scaccia de iudic. lib. 2. cap. 2. num. 24. Roman. cons. 136. Afflict. dec. 194. num. 7. Borrell. de comprom. §. 2. glos. 3. num. 6. Ayrer. d. obseru. 3. num. 10.* & in alijs casibus positis à *Valentin. in parthen. litig. lib. 2. cap. 4 num. 22.*

Sed PRÆSTANTIA Sacri Consilij est, vt possit nedum hortare partes; sed etiam illas cogere ad compromittendum in idem
6 Sacrum Consilium de iure, & de facto, tanquam in Arbitratorem, & amicabilem compositorem, à quo laudum fieri poterit, sicut melius sibi videbitur, de bono, & æquo, dixerunt *Afflict. in constit. præsenti lege, tit. Vt causæ prius inchoatæ terminentur nu. 4. & in dec. 13. in fin. idem Afflict. in decis. 149.* & ibi *Vrsill.* vbi scribit hæc verba: *Regulariter Iudicem non posse compellere partes ad compromittendum, quod fallit, nisi esset Papa, aut Rex, qui habent liberam administrationem, vel Sacrum Consilium, quod rapresentat personam* Regiam, idem dixerunt *Capyc. in dec. 76 n. 34.* vbi ait, quod cum Sacrum Consiliom habuerit illam causam pro difficili, induxit partes ad compromittendum in posse Sacri Consilii, *Gramatic. dec. 9. Anna singular. 114.* qui pluries practicatum testatur *Tasson. in pragm. de antefato vers. 12. obseru 2. num. 22.* qui dicit ita sernatum in causa Fabij Cicinelli in banca de Sarno, & rationem assignat *num. 23.* quia ius intricatum equiparetur ignorantiæ facti, quæ excusat, *cap. cum dilectus de consuetud. Capyc. decis. 69. num. 4.* idem comprobant *Rouit. dec. 95. num. 19.* vbi refert decisum, quod quia causa erat valde dubia, attenta etiam qualitate litigantium, Sac. Consilium ordinauit, vt causa compromittatur in idem Sac. C. cum expressa potestate vni auferendi, & alteri tradendi, & causa discussa laudum fuit promulgatum ab eodem S. Consilio. Simile exemplum tradit *Thor. in compen. dec. tom. 1. verb. votorum paritas pag. 581.* quod quia post primam votorum paritatem factam in S. Consilio, secunda paritas in eodem resultauit, fuit decisum per nostrum Collaterale Consilium, quod causa compromittatur in idem S. C. vt dixi supra *Præst. 13. §. 2 num. 15.* confirmant *Muscatell. in praxi lib. 1. par. 7. glos. condemnando num. 49. Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. de prouis. fieri solit. in princ num. 10. fol. 4.* vbi refert practicatum per S. C. quod coegit partes ad compromittendum via facti, non iuris, ob aliquam suspicionem scandali *Molfes. in proœm. consuetud. Neapol. quæst. 18. num. 14. idem Thor. d. tom. 1. in verb. stylus, & in verb. Praeminentia S. Consilij fol. 405* qui alias obsernantias enumerat. Idem etiam solebat practicare Regia Camera in causa dubia, vel propter antiquitatem, val exem-

plaris

plaritatem, vt illa compromittatur in idem
Tribunal Regiæ Cameræ, vt habemus in
Arreſto Reg. Cam. 55. collecto à Reg. de Marin.
post dec. Reuert. & ratio eſt, quia cum poſſint
Princeps, & Papa, aut Imperator cogere
partes ad concordiam. *Imola per illum tex.*
in cap. cum inter verſ. in præſenti de electio.
Paul. de Castro in l. quidam æſtimarunt ff. ſi
cert. pet. Reg. de Marin. reſol. 211 nu. 15. lib. 2.
eodem modo poteſt cogere partes ad com-
promittendum, & via facti non iuris cauſas
definire, *cap. cum inter R.* vbi *DD. de electi.*
vt lites terminentur, quod ſpectat ad publi-
cam vtilitatem, *l. 1. ff. de arbitris, l. quoties*
C. eod. l. vbi pactum 40. C. de tranſact. Bellug. in
ſpecul. princip. rub. 11. tit. de propoſ. grauam. §.
compendioſe.

Ratio eſt cur poſſint Supremi Senatores cogere
partes ad compromittendum, illa eſt, quia
Chriſtianis Principibus intereſt, vt ſubditi
mutuam agant concordiam, & ex pace tran-
quillitatem obtineant, eſt enim Regij ani-
mi concordiam inter ſubditos fouere, ne
hoſti cumulent regiones, bene igitur Poeta
7 cecinit: *Vox Regum lingua ſalutis*, at vero
diabolicum eſt diſcordias in Republica ſe-
minare, ſi enim ita agerent tyrannidem
profiterentur, non chriſtianam politicam
exercerent. Scio inter Græcos diſcordias fo-
uiſſe Artaxerſem, Philippum Macedonem
& Romanos, vt tandem eis potirentur, *Po-*
lyſen. lib. 7. Iuſtin. lib. 8. & Herod. lib. 5. ſic Cæ-
ſar inter Aruernos, & Eduos tandiu lites, at-
que diſſentiones aluit, donec vtroſque ſibi
ſubiecerit, *Cæſar lib. 1. & 6.* taceo alios Prin-
cipes, qui Magnatum controuerſias mira
ſimulatione aluerunt, vt multis atriti cla-
dibus, ab ipſis demum ſine longo conatu
deleri potuerint, adeout Taciri tempora
aduenisse dici poterat, qui *lib 11. annal.* di-
xit, Magiſtros habemus, qui nil ſpei, niſi per
diſcordias habent. Sed hæc demoniaca poli-
tica abſit à Principibus Chriſtianis, qui tan-
tum armorum exercitio, vſu militiæ, iuſti-
tiæ cultu, reuerentia legum, finitimarum
gentium amicitia, maturitate Conſiliario-
rum, atque Populorum beneficientia pacem
& concordiam inter ſubditos conſeruant.

Alia ratio etiam aſſignari poteſt cur poſſit Su-
premus Senatus cogere partes ad compro-
8 mittendum, quia nil eſt adeo certum, vt non
poſſit recipere interpretationem, vt dixit
Imperator in §. & *non fingant, auth. de Tabel-*
lion. quod magis hoc cognoſcitur in Iudici-
bus, qui varia cauſarum, & iudiciorum aſpi-
ciunt argumenta, & obiecta, diuerſas legum
interpretationes, multiplices Doctorum ſen-
tentias, & in tāta obſcuritate ipſi aliquando
reperiuntur, vt veritatis lumen eis adum-
bretur, quod ſua ætate contigiſſe fatentur
Polidor. Ripa deciſ. 21. & Vinius dec. 92. quo
9 tempore adeo confuſus ſe reddidit Mediola-
nus Senarns in illius cauſæ procelloſo opi-
nionum diſcrimiue, vt licet diu anceps ex-
titerit, tandem ſyrtibus obrutus rem pla-
nam indeciſam reliquit, prout ſua ætate
idem eueniſſe in noſtro Senatu teſtatur *Af-*
flict. dec. 384. in fin. Non minus ſimilis ardua
controuerſia exitum habuit in Aſia, nam
cauſa à Proconſule commiſſa Athenienſium
& Mileſiorum Senatibus, iſti ob ambiguita-
tem rerum diu agitari, cauſam indeciſam
depoſuerunt, at cum eius inextricabile du-
bium Proconſul ille agnouerit, ad Areopa-
gitas Iudices illam iudicandam commiſit,
qui cum etiam tam nodoſum dubium defi-
nire deſperauerint, mandarunt Actorem, &
Reum poſt centum annos ad ſe reuerti, de-
monſtrantes inſolubilem quæſtionis perple-
xitatem, referunt *Valer. Maxim. memorab.*
lib. 4. & 8. & Gellius noct. Attic. lib. 5. cap. 10.
& lib. 12. cap. 7. & lib. 14. cap. 2. Franc. de Pe-
tris in ſextiu. lection. lib. 1. cap. 6. & lib. 2. cap.
1. qu. 11. & conſ. 1. num. 13.

Benignè igitur agunt Iudices, qui partibus li-
tigantibus amicabilem compoſitionem ſua-
dent, adeo quod ſi poſſint in principio litis
partes ad æqualem concordiam redigere, &
non faciunt, peccatum mortale committerēt
dixit *Caſtriti ad practic. Maſueri fol. 39. n. 1.*
ideo inter remedia abbreuiendarum litium
aliud vtilius dari non poſſe exiſtimat *Iurga*
Valentin. in parthen. litigioſ. lib. 2. cap. 4. nu 13.
quam vt in cauſis duo, vel tres conſtituan-
tur amicabiles compoſitores, qui litiganti-
bus litium incommoda, periculoſam iura-
mentorum grauitatem, & dubium litis euen-
tum ante oculos ponant. Sed melius conclu-
dit in ſeq. *n. 23. & 24.* fore remediū, per ſta-
10 tutum ordinare, vt omnis litigans teneatur
compromittere, quod poſſe fieri teſtatur *Bald.*
in proœm. in 1. conſtit. Cod Caſtrenſ. in l. qui-
dem. 21. num. 6. C ſi cert. petat Blanc. de com-
prom. in proœm. iu 1. conſtit. C. ſeq. vt fuit ſan-
citū in Ciuitate Bergomi, vt legitur in illis
ſtatutis, ſub *rub. de his, qui cogi poſſ. ad com-*
promitten. cum ſit ſtatutum fauorabile, ratio-
ne publicæ vtilitatis ordinatum, ad tollen-
das diſcordias, notat *Borrel. de comprom. ſ. 2.*
gloſ. 3. num. 1.

Vtilitas etiam reſultat litigantibus litem tran-
ſigere, nam non eſt ſapientis, fortunæ arbi-
11 trio committere, quod per concordiam ha-
beri poteſt, *Anton. de Gueuar. lib. 2. cap 38.*
& vtilior eſt macra concordia pingui ſen-
tentia, *Andr. Knich in comment. iur. ſax.*
cap. 3. fol. 260. maximè ſi dubium ius cogno-
ſcatur ſibi aſſiſtere, ideo melius erit rei ſuæ
conſulere tranſigendo, vel paciſcendo, quam
in totum à lite decedere, *cap. dudum clem. 2.*
de

de electiõn.cap.vltim.de transact. Pra km,cons.
18.num.161.vol.2. eo magis si causa magnæ
quantitatis sit, fugiat dubium litis euentum,
l.in summa 65.ff.de condict. indeb. l.sub præ-
textu C.de trãsact.Morla in empor. iur.part.1.
tit 4 qu.2. num.4. quamuis etiam totum vi-
cisse dicatur, qui ob causam concordatam
à lite recedit, *Glos. fin. in l.fin. ff. mand. cap.*
statutum §. ass. verb. confer. de rescript. in 6.
Guid.Papè dec.102. Heig.par.2. qu.34.nu.28.
Vtilitas tandem cognoscitur lites compo-
nendo, nam euitantur sumptus litis, iactura
temporis, corporales molestiæ, iurisiurandi
præstatio, & aliarum mentis perturbationes,
adeout vidi multoties istos pertinaces liti-
gantes, se pœnituisse vicisse litem, tot sum-
ptibus, & laboribus redemptam.

Hinc deducunt Doctores, ad hoc, vt con-
cordia inter partes semel facta perduret,
12 transactionem semel factam, prætextu cu-
iuscumque lesionis resciodi non posse, *Sali-*
cet in l.2 num.6.Cyn.nu.15. & alij repet. *C.de*
rescind. vend. P.nol. par.1.cap.4. num.12. Ioa
Pichard. cons.31.num.8 vol.2. Zasius cons.18.
lib 1.num 16.Plot.cons.32. Pruck.cons.50.nu.
206.Cothm cons.20 num.300. qui alios alle-
gant. Nam cum sæpè sæpius neutri tota res
adiudicatur, vel abiudicatur, sed vtrique
aliquid quasi transigendi causa conceditur,
difficile est inuestigare, quænam pars iu-
stiori munitur ratione, argum. *l.si quis 18 ff.*
ædilit.edict l.10. §.si menta ff. de quæst. l.6.§.
non vno ff.de pœnis. & consequenter neutra pars
paciscientium ante sententiam dicitur ledi,
vbi futurus euentus lesionis æquale pondus
sustinet inter partes litigantes, *l. fideicom.*
C.de transact.l.si pater C. de inoffic. testam.

Sed ratio principalis est, quia nullus litium fi-
nis esset, si transactionis rescissio se-
mel irruptionem in Rempublicam faceret,
l.fratris 10. C.de transact. cap. ex literis eod.
tit.Vuesembec.cons.50. n.2.Decian. cons.29.n.
11. vol.1. & hac ratione cautũ fuit in Regnis
13 Valẽtiæ, & Castellæ in *lib.34.const.tit.14 p.5.*
nullam transactionem rescindi posse ex qua-
cumq; lesione, ob prædictam rationem, ne li-
tes fiant immortales, & Reipublicæ pax tur-
betur, *Morla in empor. iur. par.1.tit.4.qu.2.*
num.9 Valentin. in parthen. litig.lib.2.cap.4.
num.27. Tantus enim est pacis fauor, vt eius
conciliandæ causa, in pactionibus admit-
tuntur etiam ea, quæ alias prohibita sunt,
Cotta in memorab. in verb. Pax, Cravet. cons.
490 num 4 Roman.cons.332.num.16. nam
quidquid pro bono pacis fit, iure fieri cen-
setur, *Anton. Cartar. in tract. de priuileg.pac.*
priuil.60.Corneus cons.185.col.fin.vol.3. hinc
affirmant DD. iuramentum datum velle
persistere in lite vsque ad finem, nec vnquam
se concordare non esse obligatorium, *cap.*
qui sacram 11.c.ap.22,qu.4. Zesehl.de tat.Ele-
ction.cap.8.num.385. Valentin.d cap.4.nu.12.

Amplia, vt possit Iudex superior nedum cau-
sam apud se pendentem, sed etiam coram
14 Iudicibus inferioribus vertentem ad ami-
cabilem compositionem committere, post
multos tradunt *Carpzou. par.3. dec.220. Co-*
uarr.pract.qu.9.nu 4. Alber. Brunus cons.92.
Gayl.lib.1. obseru.41. Christin. dec.259. vol.1.
Berlich.par.1. dec.vlt. & par.1. concl.6. Brun-
nem.in l.iudicium 58. ff. de iudic. num.5. Ia-
cob.Ayrer.par.1.process.hist.cap.2. obseru.3.nu.
15.Iurg. Valentin.in parthen.litig.lib.2. cap.4.
num.22.

Amplia 2., vt talis coactio reducendi partes ad
concordiam, vel compromissum possit fieri
15 etiam per statutũ, quod pro bono pacis ar-
bitri eligãtur, vt lites concorditer, & amica-
biliter componantur, antequam litigia in
foro proponantur, ita per statutum Almæ Vr-
bis habemus sancitum, *lib.2. cap. 83. & 85.*
Linius lib.2.dec.1. In Imperio Germanico si-
milia vigent statuta, vt amicabilis tentetur
compositio, tradit *Valentin. d.cap.4. num.20.*
& præcipuè in Ciuitate Lubecæ scripsit *Si-*
brand.par.1. iur. Lubec.sect.16.num.36. Hoc
idem Constitutionibus Gallicis dispositum
fuisse, & obseruari refert *Anton. Faber lib.9.*
Cod.tit.22. & tandem similia statuta in mul-
tis Italiæ Ciuitatibus, vigere, referunt *Fulgos.*
cons.152. Blanc. cons.350. vol.5. Fulgos. cons.
151.Iason.cons.35.vol.1.Alex.cons.125.vol.4.
Roman. cons.262. Castrens. cons.170. vol.2. &
tandem in nostro Regno sancitum fuit
laudatissimum Statutum, vt omnes agna-
ti, & cognati proximiores, vsque ad quar-
tum gradum teneantur lites suas com-
promittere in duos arbitres, vt in *pragm. 1.*
& 2.de arbitris, quo stante statuto, pars liti-
gans conuenta Reo potest cogi per Iudicem
ad compromittendum, *Modestin. Pistor.qu.*
69.lib.2. illamque à lite repellere, & insana
litigantium irritamenta, & vafrimenta offi-
cio suo temperare, sed ad omnes litigantes
16 tale statutum extendi debere, & non solum
ad agnatos, vel cognatos restringi, dixit *Va-*
lentin. d.cap.4. num.11. quia inter vniuersos
homines natura suam constituit cognatio-
nem, & Fides Christiana inter omnes
Orthodoxos multo maiorem, dixit *Anton.Fa-*
ber in Cod. lib.9.tit.22. Et nota, quod isti Ar-
bitri non semper secundum iustitiam,
sed secundum quod credunt verisimi-
liter litigantes acquieturos, arbitrium
ferre debent, quoniam arbitrator solum at-
tendere debet partium concordiam, idcircò
eis permittitur, vt possint pro bono pacis
vni aliquid dare de iure alterius *cap. nisi es-*
sent de præbend. Mynsing.in §.respons.1.nu.37.
instit.de ius.natur.gent. & cum Keller.lib 2.de
offic.

offic.iur.pol.cap.7. Ad iudicium enim venimus, vt totam litem obtineamus, ad Arbitros vero, vt neque nihil, neque tantum, quantum postulanimus, *Cicero pro Rosc.Tholos.lib.47. sintagm.cap.1. num.21.* Illud verò arbitrium in alio æqnum erit, quod bonus vir optat in se ipso *l. vnic. C. de his, qui pen. nom.Roman.conf.55.nu.1.Tiraquell.de vtroq; retract.num.1.§.1.*

Amplia, quod sicut possunt Supremi Iudices cogere partes ad concordandũ,ita è contra, iusta suadente ratione possunt illas cogere ad litigandum, vbi interest Tertij, puta Reipublicæ, Ecclesiæ, vel priuati, aut vbi periculum animarum imminet, *Glos. in l. si vsufructus §. æquissimum vers. iurisdictione in princip. ff. de vsufructu Card.Zabarell.in clem.4.de appellat. Reg.Rouit.in prag.1.nu.45. de arbitris.*

Limita 1. vt post causam cõclusam nullatenus possint Supremi Senatores actori iusta petẽ-
17 ti, vel reo iusta excipienti cõcordiam persuadere, si cum detrimento alterutræ partis illa esset perficiẽda *Heuuing. Goden.in protes. iudic.rub.2. num.17.* hoc enim casu, quia veritas patefacta apparet,litem iudicialiter, non concordia terminare debent.

Limitant 2.nostri DD. hanc potestatẽ hodiernis temporibus penes nostrum S.Consiliũm
18 non residere, imo illam dicunt fuisse ademptam per Decretum RegijCollateralis Consilij ad instantiam nostræ Fidelissimæ Ciuitatis Neapolitanæ obtentum, quo fuit ordinatum, vt causas omnes, prout Sacro Consilio videbitur expediat, allegant *Reg. Rouit.in dec.95.nu.19. Conf. Pratum practic.obseru.67.num.7.Reg.de Marin.in annot.ad Arrestum Reg.Cam.55.in fin. Conf. Rocc. de offic. rub. 12. num. 72.* Sed durum videtur hanc excelsam præeminẽtiam tam de facili euellere à nostro Supremo Senatu, ob simplicem assertionem vnius Doctoris, scilicet *Dom. Reg.Rouit.* qui primus omnium voluit illa asserere, sed perpendamus quæso dicta nostrorum Doctorum, dixit enim *Rouit. in d. dec.95.* loquens de dict. præeminentia, hæc tantum pauca verba: *Licet nuper ex nouissimis ordinationibus prohibeatur*, sed quænam sint istæ ordinationes, verbum nullum apud *d.Dom.Rouit.Reg.de Marin.ad Reuert in d.arresto 55.* solum refert *Reg. Rouit.* attestantem de d.Regijs ordinationibus, & nihil vltra progreditur. Similiter *Consil. Roccus in dict. tract.de offic.rub.12.num.72.* nil aliud dixit, nisi quod non possint Regij Officiales, nec præcedente dispensatione in Arbitros eligi, quod nos non negamus in seq.*num.19.* Sed non loquitur de præeminentia S.C.quam habet in causis dubijs cogẽdi partes ad cõpromittendum, quod est diuersum, igitur male ad hoc vti contrarius allegatur, dum prius in *rub.5. §. 2. num. 29. pag.43.* hanc præeminentiam concessit nostro S. C. *Dom. Conf. Pratus in d.pract. obseru.97.num.7.* post adductam nostram præeminentiam, quam dixit competere nostro S.C. vti Summo Iustitiæ Prætorio, & post relatam obseruãtiam adductam in illa causa relata à *d. Rouit.* noluit in attestatione dicti Rouiti persistere, deponentis de dictis ordinationibus, ideo dixit loquendo de dicto Rouito: *Licet asserat ex nouissimis ordinationibus, &c.* Sed dubius de assertis per dictum Rouitum, contrarium refert practicatum in causa successionis Comitis Roccæ Aspidis, inter Comitem Conuersani cum Principe Roccæ, quæ fuit compromissa in personam Comitis Mõtis Regij tunc Regni Protegis, qui cum duobus Officialibus causam concordia terminauit, si enim veræ essent istæ Regiæ Ordinationes, non illis contrauenisset Idem Prorex,cum compromisso litẽ cõcordando, sed sententia iudiciali determinauisset. Si etiam veræ essent istæ Regiæ Ordinationes in Catalogo pragmaticarum insertæ aspicerentur, vbi omnes collectæ reperiuntur, dum igitur ibi non leguntur, signum est, quod vti leges generales semper, & in omni casu nõ reputatæ fuerũt. Et dato, quod veræ essent, deberent cognosci in quo casu loquntur. Et si latę essent à Collaterali Consilio, etiam inquirẽdum esset,an placito Regis illas ordinauerit, vel sola volontate eiusdem Collateralis Cõsilii; Et si sola ordinatione Collateralis Consilij absque Regia iussione, poterit dubitari, an possint semper in omni casu, & in futurum prædictæ Regiæ ordinationes exequi, eo magis quia asseritur ex decreto Collateralis Consilij illas fuisse mandatas, quo casu solet decretum tantum partes litigantes comprehendere, non cæteros casus aliorum litigantium, meritò igitur de dictis Ordinationibus dubitauit etiam *D. Pratus loc. cit.num.7.* dum d.literæ non aspiciuntur.

Limita 3. quando litigantes voluerint causas compromittere in Regios Officiales nostri
19 Regni, nam de nouo iure municipali Officiales Regij non possunt talia arbitramenta suscipere, & compromissa acceptare, hoc enim expressè prohibent *prag.7. n.3. de offic.Iudic.& Pragm.6. de trigesima, Rouit. in pragm.1.de armis num.31. Cons. Rocc. in tract.de offic.d.rub.12.num.72.* qui absque mentione pragmaticarum prædictarum dicit,hoc ex literis S.Cath. Maiest. prohiberi, *Sanfelic. dec.365. num.10.* quæ nostra statuta iuri communi concordant, de quo iure Iudex ordinarius in se arbitrium, & compromissum suscipere non potest, *l.sed & si in fernum §.1.* vbi *Glos. ff. de arbitr. auth. si vera*

Cod. de Iudic. vbi *Iacobin. Lanfranc. dec.* 411. *Goadin. conf.* 72. *num.* 7. de iura vero canonico poteſt compromitti in Iudicem ordinarium, vel Delegatum, *cap. niſi de præben. & cap. literas de præſumpt. Additio ad deciſ.* 554. *Guid. Papè*. Et licet non idem videretur dicendum de Conſiliarijs Principum, quia in eis ceſſant rationes prohibitionis, quas refert *Goffred. in ſum. tit. de arbitris §. item prohibetur compromitti Additio ad dict. dec. Guid. Papè* 554. proinde Humbertus Del-
20 phinatus Dominus, cum erexerit in anno 1340. Conſilium ſuum Supremum in Ciuitate Grationopolitana, expreſsè iuſſit, vt poſſint eius Conſiliarij Arbitria, & Compromiſſa ſuſcipero, teſtatur *d. Guid. Papè d. dec.* 554. merito antiquitus in hac noſtra Ciuitate practicabatur, quod compromitteretur in S. Conſilium, *Gramatic. dec.* 9. *Gratian. deciſ.* 51. Sad quia pragmaticæ noſtri Regni generaliter loquuntur de omnibus Officialibus, ne poſſint compromiſſa acceptare, ne eorum exeicitium impediatur circa adminiſtrationem iuſtiriæ, ideo Conſiliarij etiam includuntur in d. generalitate pragmaticarum de Officialibus loquentium, cum eadem ratio vigeat; Quæ tamen prohibitio ceſſat in Aduocato Paupetum, vt deciſum per Collaterale Conſilium refert *Thor. in verb. Aduocatus Pauperum par.* 3.

Si vero Regiam diſpenſationem Officiales obtinuerint à Rege, vel Domino Prorege, vt
21 valeant amicabiliter compromiſſa ſuſcipere, poterunt vti Arbitres litem definire, vt ita pluries refert practicatum *Anna ſingul.* 114. *Ronit. in pragm.* 1. *de arbitris num.* 31. alios caſus refert *Thor. in comp. deciſ. tom.* 1. *in verb. Praeminentia Sacri Conſilij.* Quando vero de mandato Regio, ſeù regia diſpenſatione Arbitri alicuius cauſæ eliguntur, poterunt laudum promulgare, & vt cæteri Arbitri negotium definire, ſed non poterunt trigeſimam accipere pro laudo, quod tulerunt, ita diſpouit *pragm.* 7. *§. item ſtatuimus de arbitris*, & ad ſunt literæ Catholicæ Maieſtatis ita ordinantis ſub die 18. Iulij 1625. alias literas eiuſdem Maieſtatis refert *Reg. Sanfelic. deciſ.* 365. *nu.* 10. *Conſ. Rocc. de offic. d. rub.* 12. *nu.* 72. ratio eſt ne Regij Officiales procurent talia arbitramenta lucri cauſa, & hoc modo alienarētur à Regijs ſernitijs, propterea quando Rex ipſa diſpenſat pro acceptatione d. laudi apponit clauſulam, dummodo non recipiant trigeſimam, *Ronit. in d. pragm.* 1. *de arbitris num.* 32.

Et nota, quod quando fuerit factum compromiſſum in Sacrum Conſilium Principis, à quo laudum fuerit latum, tale laudum ha-
22 bet paratam exequtionem, ac ſi fuiſſet ſantentia S.C. *Gramatic. dec.* 9. imo & ſi petatur à d. laudo reductio ad arbitrium boni viri, eius reniſio debet cognoſci per eoſdem Cōſiliarios, non minus ac obſeruatur in reclamatione à ſentantia lata per idem S. C. & ſic dicas, quod tale laudum habeat omnes alias prærogatiuas, quas habet ſententia Sacri Conſilij, etiam circa reuiſionem, vt illa committatur alteri Conſiliario eiuſdem Aulæ, ſicut committitur reclamatio à ſententia S. C. & ita fuiſſe obſeruatum, & iudicatum per Collaterale Conſilium refert *Reg. Reuit. in prag.* 1. *de Arbit. n.* 71. nouiſſimè tamen dixit *Rocc. in tract. de offic. rub.* 12. *num.* 72. ex peculiaribus literis ſuæ Catholicæ Maieſtatis non poſſe Regios Officiales in arbitros eligi, etiam præcedente diſpenſatione, aut Tutelæ regimen, vel Baliatum eis commendari, ſed debet hoc intelligi de diſpenſationa Collateralis Conſilij, vel Proregis, nam ſi ipſe Rex diſpenſauerit, quis dubitare poterit de eius poteſtate, vt ad præſens videmus Dominum Don Andream Guerrero Regentem noſtri Collateralis Conſilij Baliatum, & Tutelam geſſiſſe Infantis Principis Plumbini ex familia Ludouiſia, Regio reſcripto ita ordinante; qui in die 26. Decembris 1699. vltimum clauſit diem ex malo Variolarum (quod fuit ita malignum in hac Ciuitate, vt circa tres menſes extinxit circiter ſeptem mille Infantes) per cuius obitum remanſit extincta Familia Ludouiſia Pontificis Gregorij Decimiquinti.

PRÆSTANTIA XXVI.

Præſtantia Sacri Conſilij Neapolitani etiam cognoſcitur ex obſeruantia Feriarum.

SVMMARIVM.

1 *Feriarum definitio, & diuiſio.*

2 *Romani erant ſuperſtitioſi, & ex cœleſtibus ſignis comitia ſoluebant.*

Germani in die Martis ſententiam mortis reis proſcriptam exequuntur.

3 *Iudei habuerunt Feſtos ad honorem Dei.*

4 *Ferias ad honorem Dei, Meſſium, Bathanales, & Imperatiuas Neapolitani obſeruant.*

5 *Feſta polluta dicebantur antiquitus, ſi eis aliquod ſeruile opus miſcebatur.*

6 *Feriæ Meſſium ad commodum Ruſticorum fuerunt introductæ, & ſunt arbitrariæ ſecundum conſuetudinem Populorum.*

7 *Feriæ Imperatiuæ ad libitum Principis indicuntur.*

Natalitium diem Principis, Romani hilariter colebant.

Reſtitutio in integrum conceditur ex ferijs repentiuis.

8 Fe-

8 *Ferias obseruat Sacrum Consilium Neapolitanum.*

Feriæ indictæ ad honorem Dei sunt de iure diuino, & naturali.

Natalitium diem nostri Regis Hispaniarum Neapolitani magno festo celebrant.

9 *Dominico die Dene multa opera perfecit, & Christus alia multa compleuit.*

Sabatus dies festiuus Hebreorum, in diem Dominicum fuit translatus in lege noua.

10 *PRÆSTANTIA Sacri Consilij Neapolitani cognoscitur ob quiescentiam in diebus feriatibus.*

Tribunalia M.C.Vicariæ, & Regia Camera non obseruant ferias.

11 *Ferias non obseruant Consiliarij Regni Franciæ, nec Curia Romana.*

12 *Ferijs solemnibus durantibus, acta iudicialia facta nulla sunt, licet partes consenserint.*

Renunciatio iuris publici nil suffragatur.

13 *Feriæ introductæ ad honorem Dei, non possunt statuto, vel contraria consuetudine tolli.*

14 *Ferijs Messium potest renunciari tacitè, & expressè.*

15 *Feriæ an sint introductæ ad fauorem litigantium, vel etiam Iudicum.*

16 *Citatio non potest fieri in die feriato, tam de iure Regni, quam de iure communi.*

17 *Citatus in die feriato non tenetur comparere.*

18 *Sententia lata in die feriato non valet.*

Executio sententiæ non potest fieri in die feriato, nec etiam pœnalis, & quando.

Debitor arrestari nequit in die feriato.

19 *Iuramentum in die feriato deferri non potest, tam in iudicijs, quam in contractibus.*

Testes non possunt examinari in die feriato, & quid si in die non feriato dederint iuramentum.

20 *Iuramentum si nulliter sit præstitum, contractus in solo iuramento firmatus corruit.*

21 *Obligatio penes acta non corruit ob iuramentum datum in die feriato.*

Iuramentum si nulliter detur in die feriato à minore, actus non subsistit.

22 *Iuramenta Iudei litigantes in Curijs Christianorum, non debent præstare in diebus festiuis.*

Iuramenti forma, quod præstant Iudei de iure Hungarico, traditur.

23 *Festiuis diebus fieri possunt actus concernentes publicam vtilitatem.*

24 *Feriarum tempore potest procedi in causis fiscalibus, publicis, alimentorum, debitoris suspecti de fuga, miserabilium personarum, &c.*

25 *Feriarum intermissione non gaudent insignes latrones, & malefici grauium delictorum.*

26 *Feriarum tempore si potest in causa criminali procedi ex rescripto Principie, non potest eodem modo procedi in causa ciuili, dependente ex causa criminale.*

27 *Causas expedire in vltimis diebus imminentibus ferijs est periculosum.*

FEriæ sunt illi dies cessationum ab operibus, ita nuncupatæ, vel à feriendis victimis, vel ab epulis ferendis, in ijs enim tem-
1 poribus epulæ fiebant ex pecorum, frugumque prouentibus, vel quia forensibus immunitatem præstant, *l. diuus ff. de ferijs*, quia causant dies quietos à causis *Fermosin. in rub. de ferijs num.* 2. A legibus duodecim tabularum etiam cognitæ fuerunt, dum in eis erat ordinatum (*Ferijs Iurgia ammouento*) *Cicero lib. 2. de legibus, & lib. 1. de diuinat.* Istarum feriarum publicarum genera antiquitus multa erant, de quibus *Macrobius lib. 1. saturn. cap.* 16. & apud Romanos, quibus ius dicere licebat, dies fasti dicebantur, quibus non licebat, quia erant feriales, dies nefasti appellabantur, quia non licebat Prætori fari illa tria verba: *Do, Dico, Addico*, quæ pronunciabat in ferendis sententijs, *Surgente de Neap. illustr. cap.* 27 *num.* 50. *Consil. Pratue obseru pract.* 47. *nu.* 4. Notabantur quoque à Romanis candido lapillo fausti dies, atro infausti, vnde *Persius satyr.* 2. dixit:

Hunc Macrine diem numera meliore lapillo,

Qui tibi labentes apponit candidus annos.

quod exponit *Cosma Magalianus in Mosis cantica lib. 3. sect. 3. num.* 100.

Feriarum genera apud nostros Romanos, à quibus plura habuerunt initia, quatuor fuerunt, vt legimus apud *Anastasium Germon. lib. 1. de sacror. immun. cap.* 89. *num.* 3. *Fermosin. in rub de ferijs num.* 5 *in* 2. *tom. de Iudicijs*, scilicet Statiuæ, Conceptiuæ, Imperatiuæ, & Nundinales. Statiuæ erant vniuersi Populi communes, quæ certis, & præfixis diebus fiebant, in quibus præcipuè seruabantur *Agonalia*, quæ erant sacrificia cruenta, quibus victimæ sacrificabantur, *Carmentalia* etiam exercebantur, quæ erant quædam iubilationes, in quibus carmina, & laudes proferebantur, & etiam agebantur *Lupercalia*, quæ erant sollemnia quædam sacra, quæ mense Februarij à lupercis fiebant in honorem Panos Pastorum Dei, Luperci erant Sacerdotes Panos, qui Lupercaliorum die nudi per Vrbem cursitabant, & pregnantium mulierum manus, vterosque caprina pelle feriebant, ex qua fecunditatem, & facilè partum sortire putabant, dixit *Plutarch. in vita Romuli Germon. loc. cit. num.* 6.

Conceptiuæ erant illæ quæ quotannis à Magistratibus, vel Sacerdotibus indicebantur, per certos, seù incertos dies, in quibus *Paganalia, & Compitalia* celebrabantur, dixit *Cicero lib. 1. de natura Deorum*, erant Paganalia illæ feriæ, quibus sacra fiebant Cereri, & Tel-

luri à Paganis frugum, & sementorum causa, & Thesmophoria appellabantur, quæ
describuntur ab Aristophone in Comedia
sub titulo Θεσμοφοριαζουσαι, idest Cereris sacra celebrantes, *Choppin. de priu. rustic. lib. 2. c. 7. pag.* 85. de quibus *Ouid.* scripsit
lib. 1 fastor.

Pagus agat festum, pagum lustrate Coloni,
Et date Paganis annua liba focis.

Compitalia festa illa erant, quæ in compitis
peragebantur à Seruio Tullio Dijs laribus
instituta; dixit *Plinius lib. 7. cap. vlt. Gellius*
lib. 10. cap. 24.

Imperatiuæ Feriæ illæ erant, quas Consules,
vel Prætores pro arbitrio indicebantur, sic
Imperator Orientis Emanuel Comnenus edidit Nouellam Constitutionem, qua recensentur dies feriati apud Græcos, quæ extat
lib. 2. constit. iur. oriental. tit. de ferijs, & à Pacio, & Dionysio in corpus iuris ciuilis transcripta. Similiter in *Constit. Reg. Galliæ sub*
tit. 16. recensentur feriæ apud Gallos vsitatæ

2 Et quia antiqui nostri Romani erant superstitiosi, & tam de cœlestibus signis studiosi,
quod ex eis omnes suas actiones regulabãt,
etiam ad præsentem materiam feriarum
cœlestes obseruationes præscrutabãtur, nam
cum tonuisset, aut ventorum procellæ tempestatesue successissent, Senatum haberi non
decebat, tradit *Alex. in dies genial. lib. 4.*
cap. 11 in fine, hinc scripsit *Plutarch. in Catone Minore,* quod Pompeius licet mentitus se
Tonitrum audiuisse, turpissimè comitia
soluerit, & Appius Claudius imbris beneficio sententiam damnationis effugit, fatetur
Valerius lib. 8. cap. 1. erat enim apud eos morum institutio, vt si de Cœlo aliquid seruaretur, nil perageretur, hoc enim prodigium
cum accidisset, nundiale sacrum inducebatur. quod erãt nouem dies expectationis,
Macrobius lib. 1. cap. 16. saturn. Ita etiam legimus apud veteres Germanos, præsertim
Saxones, quod feria tertia hebdomadæ, scilicet dies Martis erat iuridicus, quia Martem pro Præside Iudiciorum tenebant Gentiles, hac de causa illo die pœnam mortis
Reis proscriptam exequebãtur, & præcipuè
in partibus Vuestphaliæ ita obseruabant,
tradit post *Gobelinum Frideric. Brummerus de*
Scabinis cap. 4. num. 11. in fin. & cap. 8 §. 5.

Et tandem erant Fariæ Nundinales pro commodo Rusticorum, de quibus etiam discurrit *Thesaur. in dec. 39. num. 4.*

Iudei etiam habuerunt dies Festos ad honorem Dei, quas Neomenias appellabant, &
3 erant illæ, quæ per singulos menses designabant, habuerunt etiam Festá Pascalia, &
Pentecostalia, nec non & Tabernaculorum
per septem dies cõtinuanda, præter Sabata à Deo eis constituta, imo & alia celebrabantur pro Victoria Iudith, pro liberatione
Populi per Hester, &c. vt memorat *Bunderius*
à Gaudano in compen. concertat tit. 26. art. 3.

Nos autẽ Itali veri obseruatores Rituum nostri
Romani Imperij, ad illius exemplum etiam
quatuor species feriarum obseruamus, scili-
4 cet Ferias ad honorem Dei, Ferias Messium,
& Ferias Bachanales, & tandem Ferias Imperatiuas ad placitum Principis, ex aliquo
felici, vel contrario euentu indictas, & vt
de his sigillatim discurram.

Dico, quod Feriæ ad honorem Dei in nostra
Ciuitate, & Regno institutæ, sunt omnes Festæ Natiuitatis Domini, quæ per 15. dies
celebrãtur à die 25. Decembris vsque diem
8. Ianuarij, sequntur Feriæ Parasceuæ in
die Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi, quæ per alios quindecim dies præfiguntur. Feriæ Pẽtecostales per tres dies, & omnes
aliæ Festæ B. Marię Virginis, & Sanctorum
à Summo Pontifice ordinatæ, quæ designantur in Calendario, & in *pragm. 2. de Ferijs,*
& in *ritib. 80. & 116.* quibus cõstitutionibus
nostri Regni concordat ius canonicum in
cap. 1. & fin. de ferijs. Reipublicæ enim interest festorum sollemnia seruare, *Rebuff. in*
constit. Regni tom. 1. tract. de senten. prouis. nu.
34. Faber in suo Cod. tit. de ferijs defin. 3. & 4.
Christin. dec. Belg. 158. num. 14. qui in illis
Prouincijs dixit illas obseruari sub pœna
25. librarum, & quanti partium interest.
Quarum feriarum mirabilis Religio apud
antiquos erat, & maior certè, quæ hodiè à Christiano Populo obseruatur, nam ta-
5 lis reuerentia tribuebatur, vt polluta dicerentur festa, quibus aliquod seruile opus miscebatur, teste *Seneca lib. 1. qu. vltim.* vbi dixit: *Nam affirmabant Sacerdotes pollui ferias,*
si opus aliquod fieret, & eleganter cantitat
Barnabas Brisson. lib. 1. de formu. pag. 130. sed
melius *Tibull.*

Luce sacra requiescat humus requiescat Arator.
Et graue suspenso vomere cesset opus.
Omnia sint operata Deo, non audeat ulla
Lanificam pensis imposuisse manum.

non itaque sit Christiano Populo durum, si
pro diuersis à Christo, & Sanctis nobis præstitis beneficijs dies celebres aliquãdo agãtur, vt illis diebus simus grati beneficiorum
collatorum, Sanctorum exempla ad imitationem nos prouocent, eorumque imploremus patrocinia, non igitur reiciamus festa
Sanctorum, quemadmodum faciunt Vualdenses, Armeni, & Nestoriani, vt scripsit
Guido in libro de haresi relatus à *Bunderio, à*
Gaudano in comp. n. concert. tit. 26. artic. 3.

Feriæ Messium, & Vendemiales sunt illæ, quæ
antiquitus indictæ dicebantur, causa colli-
6 gendorum Messium, Vindemiarum, & aliorum

rum fructuum, præfigebantur ad commodum ruſticorum, *l.1.& 2.ff.de ferijs, l.2.& l.7.C.eod.Pratus obſeru.praſt.47.num.18.* iſtis enim temporibus omnes alias curas omittunt Ruſticani, vt fuorum laborum totius anni fructus colligant, & conſeruent, iuxta *Heſiodi* monitum.

Cum æſtas non ſemper fuerit componite Nidos.

Hic labor, hinc laudem fortes ſperate Coloni.

hac de cauſa ſolitum fuit apud Romanos feriari per quinquaginta dies in æſtate, tradit *Gregor. Gir. de Deis gentium ſyntagm. vlt.* relatus à *Surgente de Neapol. illuſtr. cap. 27. num. 50.* Sed iſt feriarum tempora arbitraria eſſe dixerunt *l.4.ff.de ferijs, & l.2.C.eod.* ideo ſecundum locorum congruentiam, & opportunitatem regulari debent, atque ſecundum conſuetudinem Populorum, & Regionum clementiam, vel aſperitatem, *Magiſtrill.de magiſtrat.lib.3.cap.4.num.195. Surgente de Neapol. illuſtr.cap.17.num.50.* vnde dixit *Speckh in an qu. iur.61. num.4. cent.1.* iſtarum meſſium ferias, in Septentrionalis Cœli Prouincijs, & Germaniæ Ciuitatibus non eſſe congruentes, ſed magis conuenire Gothorum, & Hiſpanorum Curiis, quæ feruidibus caloribus ſubiciuntur, & addit prædictam conſtitutionem *l.2. Cod.de ferijs*, licet aſpiciatur facta ab Imperatore Conſtantino, attamen à Gothicis Regibus Tholoſanis, & Hiſpanis, diu poſt occaſum Romani Imperij fuiſſe inuentam, inde dixit *Venſenbec. in comment. ad d. it.de ferijs num.6.* d.conſtitutionem non fuiſſe ab interpretibus Germanis agnitam, nec commentarijs explicatam. Nos autem Neapolitani, qui aeris amenitate & temperie fruimur, habemus noſtras ferias Meſſium, & Vendemiales, à die 15. Iulij, & durant per totum diem octauam Septembris vt colligitur ex *Ritu 72. Caraccita iuritu* 108. ſed de communi conſuetudine extenduntur vſque ad diem decimum octauum Octobris, & aliquando ex aliqua rationabili cauſa grau[illegible] ſcente calore, vel aeris intemperi[illegible], v[illegible]d li[illegible]n qua[illegible]tam, vel vndecimam N[illegible]mbri prorogantur ex Principis reſcripto, [illegible] *Dom. Prato d. obſeru.præſt.47. num.52.* Fe[illegible] Bachanales, ſ[illegible]u [illegible]arnis priaui durant d[illegible] c[illegible] in noſtr[illegible] Sac.Conſilio, aliiſque [illegible]bunalibu[illegible] n[illegible]ſtræ Ciuitatis per ſeptem di[illegible], incluſo primo die Quadrageſimæ.

Feriæ tandem Imperatiuæ, ſeu repentinæ illæ ſunt, quæ ex voluntate Principis indicuntur,
7 ob præclaram victoriam receptam contra infideles, aut ob [illegible]iam rem proſperè obuentam, forſan ob diem Natalitium Principis, vel ob ſalutem Principi reſtitutam, aut per obitum Regis, vel alterius conſanguinei Regio ſanguini coniuncti, aut ob aliam cauſam Principi benè viſam, de quibus eſt textus in *l.ancilla C.de ferijs & in l. ſed & ſi. §. ſi feria. ff. ex quib. cauſ. maior.* quales fuerunt illæ, quas ob bellum cum Carthaginenſibus proſperè geſtum Scipio indixit, apud *Liuium lib.38.* aut ob prodigioſi caſus accidentiam, vt propter vehementem terremotum in Cõſulatu L. Cornelij, & Q. Mutij contingit teſte *Liuio lib.34.* idemque obſeruatum fuit in hac Ciuitate, tempore horribilis terremotus anni 1688. quo Ciuitas Beneuenti, & multa Oppida ſolo æquata fuerunt, tunc noſtri ciues huius Ciuitatis habitationes dereliquerunt, ob alios terremotus qui continuabantur, ideo multos dies feriarum, & vacationes Curiarum aſpeximus, vt ſupra retuli In *Præſt. 4. num.20.* Diem Natalitium Principis nos hilariter colimus, quem etiam obſeruabant Romani, apud quos ex decreto Trium Virorum fuit ſancitum. *Vt qui Senatores, aut Senatorum Filij diem Natalem Cæſaris lauro coronati non celebraſſent multi dices H.S. penderent*, ſcripſit *Dio lib.[illegible]* relatus à *Zamoſc. de Senatu Romano lib. 1. pag.70.* Indicebantur etiam dies Natalitii maximarum Vrbium Romæ, & Conſtantinopolis, *Germonius de ſacror. immun. lib.3. cap.12. à num.1.* Vnum tamen notatur ſpeciale in his feriis repentinis, quod quia iſtæ præuideri non poſſunt, ſi quis ex eis læditur, datur reſtitutio, quæ non conceditur in aliis feriis, poſt alios *Pratus d. obſeru.47.num.24.*

Et dum de die natalitio Principis verba protuli, nolo omittere ad laudem noſtrorum Neapolitanorum, & gloriam noſtri Potentiſſimi Monarchæ Celebrem Feſtum in hac Ciuitate, & Regno nouiter introductum ab Excellentiſſimo, & Magnanimo noſtro Prorege Duce Medinæ Cæli in die Natali noſtri Regis, quem quolibet anno celebramus in die 6. Nouembris. Conſiderauit enim iſte Vigilantiſſimus Prorex, quod dies Natalitius Principis apud omnes nationes ſumma lætitia, & alacritate colitur, & cum non minus obſequium noſtro Monarchæ debeatur, quod cæteris Regibus à ſuis ſubditis præſtatur, ideo primus omnium inſtituit talem diem ſollemni pompa celebrandum, & ad Romanorum, Græcorum, & aliorum Ethnicorum imitationem, primò introduxit in hac Ciuitate hanc perennem memoriam in ludis, & Theatris ſuum natalem diem celebrare. Ad exemplum dixi antiquorum, nam legimus ludos quamplures apud diuerſas gentes inſtitutos fuiſſe, ſcilicet Olimpicos celebraſſe Salomonem, vt feſtum ſonis in toto terrarum Orbe ageretur, à quo die inſtituta fuit pri-

ma Olimpias, qoæ in poſterum fuit ſta tuta qninto quoq; anno ad formatioñe illios diei qui qhinto quoq; anno cõficitur è ſenis horis quotannis curſui Solis additis, teſte *Suida*, & confirmat *Athenens lib* 1. *c*. 6. Sic Iſthmia erant quidam ludi dicati Neptuno apud Græcos. Aleæ ludi Mineruæ conficiebantur apud Tegetes, de his *Horat. in epiſt*.

Quem damnoſa Venus, quem praeceps Alea nudat.

Pythij ludi apud Delphos in Apollinis honorem conſacrabantur. Dionyſia in honorem Bacchi apod Athenienſes frequentabantur, vt refert *Alex. in dies genial. lib.* 6. *c*. 9. Equitia apud Romanos in honorẽ Martis à Romulo inſtituta, ab equorũ curſu ita dicta, fatetur *Alex. lo. cit.* deinde Auguſtales Tiberij tẽpore in Auguſti honorẽ, & tandem (alijs omiſſis) Olympiaci lodi apud Leontinos Herculi directi fuerunt, teſte Diodoro Siculo; Si igitur falſæ Deitati tot ſumptus, & feſta Populi illi Gentiles direxerunt, meritò Sapientiſſimus noſter Prorex noſtro Regi, & Numini Tutelari in ludorum apparatu, cultu, & magnificent[illegible] omnes anteceſſit, sui Natalis memori[illegible] per multos annos augmtando. Per ſingulos enim annos ſui gubernij ante Regium Palatium Circum maximum ordinauit Spectaculis deſignatom, qui eſt locus tabularum contextu, & apparatu mirificè excultos, vbi Popoli per diuiſas Gellulas, ſeu Curias ſpectant, ad inſtar ludorum Circenſium Romanorum, ſic olim dictis, qoia circum enſes, & flumina lodi celebrabantur, vt ab vtraque parte eſſet ignauis præſens periculum, dum rudis vetuſtas, ne dum loca huiuſcemodi ludis apta edificauerat, cum poſtea Romani ex Capitolio Circom maximum conſtruxerint, ibi publica exercitia variaque ſpectacula coordinabantur. In hoc enim Neapolitano Circo, octuaginta circiter Nobiles primi ordinis equitando militaria certamina exercẽt, aureis veſtibus exornati, quæ ad rem bellicam addiſcendam non inutilem fore exiſtimo, ibi enim ad Tubicenis ſonitom repreſentant bellicas actioues militaribus artibus intextas, ſcilicet Iaculorum certamina, pugnantium Curſus, inſimul Diſco, Cæſtu Paleſtra, Pilis, & Telis dimicantes, & tandem porrecta haſta in pectus excipientis, illam equitatos decurſu frangiunt, & mira celeritate deſulrant. Vt autem pugnantium dona merentibus offerantur, Iudices in ſingula certaminum genera deligontur, pro quorum arbitrio qui animi, & corporis fortitudinem eximiam oſtenderunt, præmiantur. His enim Spectaculis comitatur loxus magnos Procerum, Matronarum, & Nympharom, habitu ad Gallicos modulos hodiè vſitato. Sic enim exteris gentibus oſtenditur qualis, quantæque Nobilis Neapolitanæ iuuentutis iodoles ad Regium ſeruitium, & in ſpẽ Ciuitatis ſuboleſcat, & tam ingentis Populi lętitia, qui in colluuione totius Ciuitatis plauſu, & tripudio ſpectaculis conſidet, hæc enim conſuetudo ab anno 1696. inualuit, communibus oblectationibus Natalem noſtri Principis celebrans ad obſequium noſtri Iberi Monarchæ ingenio, & directione noſtri Prudentiſſimi Proregis.

Cognitis noſtris feriis dico, qood noſtrum Sacrum Conſilium Neapolitanum obſeruat fe-
8 rias, nam in his diebus ab omni opere, & actu iudiciali quieſcere debemus, tex. in *l*. 2. §. 1. ibi: *Quia dies feriatus fuit, ff. ſi quis in ius vocatus, l. omnes, l. dies feſtos C. de ferijs cap. 1. cum ſeq.* 15. *qu*. 4. *cap. decreuit* 22. *qu*. 5. *cap. fin. de ferijs*, multa iura, & DD. adducit *Fermoſin. in rubr. de ferijs per tot. Diana par.* 5. *tract.* 5. *reſol.* & *reſol.* 83. *tract.* 13. *Ceuall. qu.* 366. & 760. *Lauor. var. Lucubrat. cap.* 8. *num.* 344. *Narbon. de legit. horar. internal. hor.* 24. *num.* 41. *Velaſch. de priuileg. miſerab. perſ. par.* 2. *qu.* 65. *num.* 42. & aduertant Iudices, vt exactè curent eorum obſeruantiam, quia d. ferię ad honorem Dei, & Sanctorum deſignatę, ſunt de iure diuino, dum ex lege veteri inſtitutum fuit, vt Sabata cuſtodirentur, vt in 3. *praecepto Decalogi*, & in *cap.* 5. *Deuteronom. Exodi cap.* 22. & 30. *Exechiel. cap.* 20. quod pręceptum in geoere eſt morale, quo ad ſubſtantiam venerationis, ſed cerimoniale quo ad tempus, ideoque de iure diuino obligatorium, vt dixi ſup. in *Præſt.* 14. *num.* 32. & etiam *Fermoſin. in d. rub. de ferijs num.* 17. qui à *n.* 14. & *ſeq.* demonſtrat eſſe etiam pręceptum iuris naturalis, quod ex lege euangelica non ceſſauit, idem *Fermoſin num.* 21. Vnde licet lex diuina veteris teſtamenti diem ſeptimum, ſcilicet Sabati deputauerit ad quietem, & cultui diuino, quia veteres cerimoniæ antiquandæ erant per legem Chriſti, quo ad moralia vero tempus aliquod arbitrio Põtificis definiendum ſignificabat, ex quo fuit dies Sabati in diem Dominicum translata, & ab Imperatore Conſtantino confirmata, *in l.* 2. *Cod. de ferijs*, in memoriam Reſurrectionis Domini noſtri IeſusChriſti, quę in dicto die fuit adimpleta;
9 talis etiam dies Dominicus fuit primus Seculi dies, in quo fuerunt formata Elementa Mũdi, creati Angeli, & in eo Manna pluit de Cœlo, veterẽ Hebreorũ Populum liberaliter, & mirificè pauit Dominus, in eo tranſgreſſi ſunt Iſraelitæ mare rubrum, Chriſtus in eo naſci dignatus eſt, in eo Stella Magis reſulſit, in eo Baptiſmum à Ioanne in Iordane ſuſcepit, *cap. Redemptor Pius à mortuis reſurrexit, cap. Sabato* 13. *de conſacr. diſtinct.* 3. in eo deſcendit de Cœlis ſuper Apoſtolos Spiritus

ritus Sanctus, in eo vinum de aqua factum est in Cana Galileæ, & saturauit
quinque panibus tot millia hominum, &
alia fecit, & deniq; expectamus Iesum Christum venturum ad iudicandum in die Iudicij, quæ omnia tradit *D. Augustin. serm. 54. de tempore, & Anastasius vbi sup. d. cap. 2. n. 8. & 9. Fermosin. in d. rub. num. 31.*

Ex qua feriarum obseruantia cognoscitur quædam PRÆSTANTIA nostri S. C. Neapol.
quia negari non poterit, quod talis quiescé-
10 tia à negotiis non secumferat aliquam æsti-
mationem in illis viris, qui ab opere desistunt, & experientia ipsa obseruat, vt quo viles sunt personæ, eo longius laboris tẽpus eas ad seruiendum præmat, at in mediocris conditionis viris non sic continuum opus assignamus, sed sufficit si aliqua hora de mane, & vespere opus insectentur, at verò in excelsioribus personis, puta in Professoribus scientiarum vna diei hora de mane, & altera de vesperi sat est, vt dicantur suo muneri satisfecisse, sic ad propositum concludo de nostris Consiliarijs, quod PRÆSTANTIA in eis consideratur etiam ex hoc, quia obseruant ferias, tam æstiuas, quam alias à nostro iure municipali præfixas, vt scilicet ob maximam dignitatem à suo munere per aliquod tempus quiescant, & vacui sint à strepitibus, & gemitibus Curialium, qui duris laboribus Iudices afficiunt, sic enim conuenit homini, vt dum naturaliter corpore, & anima constat, aliquo feriato tẽpore corpore, & anima interquiescat, intentus venerationi Creatoris, sic nostra mens ab externis laboribus refecta, Curiarum clamoribus fortior redibit, iuxta illud Poetæ:

Fortior ad studia mens ablectata redibit.

& hoc comprobatur ex munere aliorum Officialium inferioris ordinis, scilicet Iudicum M. C. V. quibus non ita commodè indulgetur has ferias obseruare. Isti enim quotidie debent negotia in domo tractare, & si sint Iudices Criminales deputati ad prosequenda crimina, non debent interuallum interponere, ideo dixit *Surgente de Neapol. illustr. cap. 27. num. 49.* quod tales nostri Iudices Criminales feriarum requie non iuuantur. Similiter in Tribunali R. Cameræ feriæ estiuæ, sc. Messium, & Vindemiales non obseruantur, & præcipuè si de rebus spectantibus ad Regium patrimonium agatur, quia sunt causæ publicæ, quas expedire publica vtilitas postolat, *l. publicas 5. C. de ferijs, Barbos. in l. 1. ff sol. matr. par. 1. num 51. Rouit. in rubr. de ferijs num. 6. vers. ita quoque, Dom. Pratus d. obseru. 47. num. 123.* Et magis fulget PRÆSTANTIA nostrorum Supremorum Senatorum, dum legimus Supremas

11 Curias aliorum Regnorum non quiescere
in diebus feriatis, prout de Parlamento Franciæ scripsit *Carolus de Grassalijs de regalijs Franc. lib. 1. §. hinc est quarto pag. 171.* quod in diebus etiam feriatis aliquibus exceptis reddit ius, quod dicit esse valde æquum pro litigantibus, vt citius causæ expediantur *Speculat. in tit. de ferijs §. 1. Martin. Laudens. in tract. de Principe artic. 43. Chassan. in catalog. par. 5. consid. 24. nu. 120.* ex quo subdit *Degrassalius loc. cit.* quod Curia Franciæ in sollemnibus diebus sollemnes facit processus, prout de Curia Romana idem fatetur *Federicus de Senis cons. 41.* si igitur nostri Regij Consiliarij multis temporibus feriantur, ex harum obseruantia etiam excelsiores alijs magistratibus illos esse iudico.

Amplia in diebus festiuis, & sollemnibus Deo, eiusque Sanctis dicatis, in quibus acta indi-
12 ciaria si fiant, nulla reputantur, *cap. 1. &*
fin. de ferijs, vbi *Barbos.* latè omnes citat *Fermosin. in cap. 1. de ferijs quæst. 1. num. 1.* Quæ conclusio procedit, etiam si partes consenserint, per tex. in *d. cap. 1. in fin. & cap. fin. de ferijs, Gizzarell. d. dec. 58. num. 8. post Marantam in specul. par. 4. distinct. 16. num 41. Caranita in ritu 80, Cons. Pratus d. obseru. 47. num. 35* Renunciatio enim circa ea, que publicam vtilitatem concernunt, nil iuuat, *l. ius publicum, ff. de pactis, l. Neratius, §. si vero, ff. de relig. & sumpt. fun.* & si circa ea, quæ iuris publici sunt Principis dispensatio requiritur, per tex. in *l. 3 §. 1 ff. de bon. liber.* tamen circa ea, quæ ad honorem Dei introducta sunt, nulla cadere poterit renunciatio, etsi cum iuramento renunciatum esset, *Barbos. in l. omnis di. 5 num. 11. Cod. de ferijs, Sansel. dec. 173. num. 1. Fermosin. in cap. 1. & fin. de ferijs quæst. 6. num. 3. tom. 2. de iudiciis, Thesaur. dec. 39. nu. 4. vers. sciendum est.* Idem dicas de ferijs Apostolorum, *Menoch. loc. cit. num. 11. & 12.* Sic etiam tanta debet esse reuerentia feriarum constitutarum ad hono-
13 rem Dei, vt non possint statuto, aut contraria consuetudine tolli, docet *Alberic. in d. l. omnes C. de feriis, Gizzarell. dec. 58. nu. 10.* prout nec etiam poterit renunciari ferijs repentinis, *Damhouder. in praxi ciuil. cap. 119. num. 19. Christin. dec. Belg. 158. num. 9. & 15. tom. 2. Andreas Vallens. in paratit. iur. canon. tit. de ferijs num. 6. Tulden in tit. Cod. de ferijs num. 3. Menoch. de arbitrar. qu. 30. nu. 3. Fermosin. d. qu. 6. num. 4.* At ferijs Messium, & Vindemiarum: & similium inductis potius ob necessitatem hominum, quæ respiciunt magis publicam, vel priuatam vtilitatem
14 quam honorem Dei poterit renunciari, & in causis potest procedi de partium consensu absque vllo periculo nullitatis, *l. 1. & l. solet, l. Prouides, l. si feriatis,* vbi *Glos. & DD.*

ff. de

ff. de fer. l. in die, l. omnes C. eod. DD. in l. 2. ff. de ferijs, Vantius de nullit. cap. 9. num. 130. Thesaur. dec. 39. num. 1. & 7. & omnia acta facta de partium consensu esse valida in huiusmodi ferijs dixit *Vlpian. in l. si feriatis ff. de ferijs, Pratus d. obseru. pract. 47. num. 49.* & nedum expressè, sed tacitè poterit renunciari, quando scil. pars patitur procedi ad vlteriora parte non contradicente in prædictis tẽporibus, & acta esse valida communiter dicunt DD. nempè *Alex. cons. 253. num. 3. lib. 2. Berettus cons. 248. num. 2. Caranita in ritu 42. Afflict. in praxi §. 3. cap. 7. Gizzarell. dict. dec. 58. nu. 1. Rouit. super prag. in rubr. de ferijs nu. 3. Pratus d. obseru. 47. num. 61. Barbos. in d. cap. vlt. num. 35. de ferijs.* Et licet esset statutum negatiuum, quod scilicet non reddatur ius tempore Messium, & feriarum, prout viget Cæsene, adhuc d. statuto potest renunciari, *Alex. cons. 36. Visothemate nu. 6. & seq. lib. 2. Tusch. pract. concl. tom. 7. verb. statutum concl. 549. num. 2.*

Ex qua conclusione est introductus stylus in nostris Curijs, quod quoties Actor, vel Reus contentatur procedi ad vlteriora in ferijs æstiuis, ordinatur rescriptum per Collaterale Consilium, quod procedatur ad vlteriora ferijs non obstantibus, sed si pars aduersa noluerit præstare cõsensum, denuo Collaterale Consilium mandat, quod parte reluctante non procedatur, quæ praxis hodie viget, quam per annos elapsos etiam fuisse vsitatã dixerunt *Pratus d. discept. 47. nu. 58. & Dom. Petra in ritu 92. nu. 13. & 16. tom. 1.* quæ dispensatio etiam vsitata est in Curia Romana, teste *Mandos. in sua prax. commis. 13.* & aduerte quod talis dispensatio nõ requiritur in prorogatione feriarum, semel enim obtenta licentia, quod procedatur ferijs non obstantibus, comprehendit etiam prorogationem illarum, vt benè fundat idem *Pratus d. obseru. 47. num. 71. & seq.* Sed verum est, quod parum proficua est talis dispensatio feriarum in nostris Tribunalibus, quia rara est illa causa, quæ expeditur durantibus dictis ferijs, dum nostri Consiliarij volunt etiam participare de illis, & dicunt, quod partium consensus nequeat eis officere, prout etiam sibi refert euenisse *Thesaur. in d. dec. 39. num. 3. in fin.* quia feriæ
15 nedum in fauorem litigantium sunt introductæ, sed etiam in beneficium Judicum, dixerunt *Castrens. in l. 1. §. 1. num. 7. ff. de ferijs, Baldax. de Angel. in addit. ad dec. Gizzarell. 61. num. 6. Rouit. super pragm. in rub. de ferijs num. 6.* sed grauibus Doctoribus talis sententia displicet, scilicet *Anna singul. 102. in verb. Feria. & Prato in addit. ad Muscat. in glos. dilationes col. 2.* licet in *obseru. practic. 47. à num. 82.* hanc quæstionem indecisam reliquit, sicut *Dom. Reg. Petra* post varios DD hinc inde allegatos, nec etiam resoluit in *ritu 92. à num. 28.* sed veriorem existimo hanc vltimam sententiam, scilicet ferias Messium introductas esse principaliter in fauorem litigantium, causa recolligendorũ fructuum, non ob commoditatem Iudicum, & si dicerent, vt etiam ipsi debeant colligere fruges, attamen non est receptibilis talis replicatio, quia non decet eorum officium curis domesticis, & agrorum culturæ insistere. Imo si hoc dubitari poterit de alijs Iudicibus, in nostro Supremo Senatu inutilis esset talis excusatio, quia nostri Consiliarij semper assistunt expeditionibus causarum in illis diebus cuiuslibet hebdomadæ tempore feriarum designatis, & si non expediunt causas dispensatas tempore feriarum, debẽt alias proponere ad Iustitiæ Auditorium, idcircò parum curare debent an istas dispensatas, vel non dispensatas definiant, sunt enim Ministri iustitiæ ad hoc deputati, sufficiat igitur eis hanc messem litium colligere, quæ vberior est agraria collectione, & non vltra pauperes litigantes sub Curialium pressuris detinere.

Amplia secũdo, vt nec citatio possit fieri in die feriato in nostro Regno per Ritum M. C. V. 116. *Rouit. in prag. 2. de citation. num. 14. & in*
16 *rub. de ferijs num. 9.* & concordat ius commune in *l. 1. & fin ff. de fer. l. si vt proponis l. 1. & 2. C. quomodo, & quando Iudex, cap. placita 15. qu. 4.* vbi citatio nec in die feriato, nec ad diem feriatum fieri potest, *Damhoud. in pract. ciuil. cap. 60. de competenti die, §. citationes, Maranta de ordin. Iudic. par. 6. cap. de citat. à num. 119.* innumeros DD. citat *Barbos. in cap. vlt. de ferijs num. 2.* qui ita dicit dispositum de iure Regni Lusitaniæ *Muscatell. in praxi par. 1. glos. intimata num. 20. Viuius dec. 274. num. 13. & 14.* Idem dicas si mandatum de citando sit factum in die feriato, quod nec etiam valet, *Azeued. l. 4. nu. 6. tit. 1. lib. 1. nou. recomp. Azor. par. 2. lib. 1. instit. moral. cap. 27. qu. 15. Fermosin. in cap. 1. & fin. de ferijs qu. 2. à num. 6. & 8.* hinc dixerunt DD. quod citatus in die feriarum non tenetur comparere sequenti die, quia citatio facta in die feriata non valet, *l. 2. ff. si quis in ius voc. non ierit, l. 6. vbi DD. ff. de ferijs, l. fin. C. eod. Speckhan. qu. 59. nu. 3. cent. 1.* at de iure canonico citatio facta ad diem
17 feriatum valet, differtur tamen comparitio ad sequentem diem, *Canonistæ in cap. 2. de ferijs*, per tex. notabilem in *cap. cum dilecti de dolo, & contumac.* & ibi *Panorm. nu. 4. & in cap. veniens de accusat. nu. 5. Felin. in cap. quo ad consultationem nu. 3. & 4. de re iudic. Speckhan. d. quæst. 59. num. 9. Gaill. obseru. 53. num. 2.* quod communiter obser-

uari

uari in Curia Belgiæ tam Eccleſiaſtica, quam laicali, refert *Chriſtin.dec.Belg.158.num.15. Fermoſin.in cap.1. & fin.de ferijs qu. 3. nu.5.*

Amplia 3. vt nec etiam ſententia prolata in die
18 feriato in honorem Dei ſit valida, *cap. vlt. de ferijs*, vbi *Barboſ.num.31. Papon.lib.7.arreſtor.tit.10.arreſto 15. Gratian.dec Marchiæ 144.num.2.cum ſeq.* Imo nec executio ſententiæ poteſt fieri in die feriato, quia ratione temporis ſuſpenditur iuriſdictio, & illius exercitium, ſiue feriæ ſint introductæ ad Dei cultum, ſiue non, *l. omnes dies, & l. fin. C.d.ferijs, cap.fin.de ferijs*, ſiue etiam à Principe indictæ ſint, *l. à nullo C. de ferijs, l. & ſi forte ff ex quib. cauſ.maior. Theſaur. dec. 79. num.7. & dec. 95.* qui *num.3.* ſubdit, quod executori in die feſtiuo poterit impunè reſiſti, ſed in ſuo Senatu non fuit talis concluſio practicata, quia fuit mitius punitus, ſcilicet pœna pecuniaria. Similiter nec pœna corporalis exequi poteſt in die faſto, *cap.1. de ferijs*, niſi vrgente neceſſitate, veluti ſi immanitas notorij ſceleris exigat captum ſubito ſuſpendi, aut decollari abſque proceſſu, *Clarus in § fin.qu.97.num 6.Tiraquel. de pœnis cauſ.49 num.35. Barboſ. in d.cap.1. num.7.Fermoſin.in cap.1.& fin de ferijs qu.3. num.6. Sayr. in claui regia lib.7 cap.2.nu.18. Pratus d. obſeru.47. num.41.* & ratio eſt cur talis executio prohibeatur, ne ſcilicet per iniurioſam creditorum aſperitatem aliquod damnum contingeret, *l.& ſi quis 14.§.diuus autem Marcus ff de relig.& ſumpt funer. Tulden in Cod.tit.de ferijs num.1.* vide ad materiam *Parlador. rer. quotid. cap.fin.par.5. §.4. Anneum Robert.rer.iudic.lib.1.qu.30. Menoc. de arbitrar. lib 1.qu.30.* & in hoc Regno licet contraria vigeret obſeruantia, vt teſtatur *Carau. in ritu 172.n.4.* at paucis ab hinc annis noua praxis fuit introducta, vt in diebus feſtiuis ad honorẽ Dei nulla executio fieri poſſit, imo nec poſſe arreſtari debitorẽ in die feriato affirmat *Pequius in tract. de iure ſiſtendi cap.1.* & hoc multa cum religione receptum fuit, nam ſi talis immunitas conceſſa ſoit tempore nundinarom, vt res debitoris ſiſti, & arreſtari non poſſint, *l. 1. C. de Nundinis*, maius priuilegium concedere debemus temporibus Deo dicatis, vt ſaltem eadem, nedum maior immunitas diuino honori tribuatur, quæ ſecularibus nundinis impartitur.

Limita antecedentem ampliationem in debitore ſuſpecto de fuga, cuius captura etiam in feſtiuitate in honorem Dei permittitur, vel Paſcatis *Gloſ.in l.fin.C.de ferijs, Alberic.& alij in l.ſi ſtatu ff. de ferijs, Bald. in cap.fin. de ferijs, Mauſonius de cauſis executiuis, ampliat.1. Riccius collect. 1203. Barboſ. in d.cap. fin. num.28.* & ita iudicatum refert *Chriſtin. dec.Belg.158. num.10.tom.2.* imo nedum debitor ſuſpectus de fuga, ſed quilibet debitor eſtraneus alibi migrans, ſi periculum ſit ne abeat, & timeatur de eius receſſu, poterit arreſtari, *Pecquius de iure ſiſtendi cap.1.num.2.Chriſtin.loc.cit.num.12.* qui hoc admittunt etiam in die feſtiuo.

Amplia 4. vt nec iuramentum in die feriato deferri poſſit, nec quilibet contractus in illo
19 die celebrari, *cap. 1. & fin.de ferijs, Cardoſo in ſumm.prax. Iudic. & Aduoc. in verb feriæ §.2.& §.8. Pratus d.obſeru.47.num.36.* tam ſi iuramentum defereretur in iudicijs, quam in contractibus, *Suarez de diebus feſtis lib.2. de religione cap 30.num.17. Fermoſin.in cap.1.& fin.de fer.qu.1.num.25.* & latè in *ſeq.qu.eſt.3. num.1.* nam teſtium receptio, & iuramentum ſunt de proceſſu, *cap. quoniam contra de probat. Guido Pape dec. 125.* & ſicut ſi ſet actorum confectio in diebus feſtiuis, ita non defertur iuramentum, inde eſt, qood in die feriato non poſſunt recipi teſtes, quia deberent in d. die iuramentum præſtare, quod non permittitur, ſed cautela eſt, vt præſtent iuramentum in die iuridico, & poſtea poterunt examinari in die non iuridico, quia examen refertur ad diem iuramenti, ita *Speculat. in tit. de ferijs §. ſequitur verſ. quid ſi tunc, Tuſch.pract.concl.tom.8.verb teſtes concluſ.166.num 3. Fermoſin. in d. cap.1. & fin. de fer.qu.3.num.3.* & licet in *ſeq.n.4.* referat alios DD. contrarium dicentes, hac ex ratione, quia teſtium examẽ eſt actus iudicialis prohibitus in die feſto ſecluſo iuramento, attamen primam ſententiam in praxi eſſe receptam fatetur idem *Fermoſin.* ſicut in noſtris Curijs in dies practicatur. Quę concluſio procedit tam in actibus contentioſæ, quam voluntariæ iuriſdictionis, vt contra *Guidonem Pape dec.215. & Mancinum de iuram. par.2. art 17.& de iuram.Iudic.& Official.quæſt.3. num. 9.* de magis communi opinione plenè probat *Fontanel.de pact.nuptial. clauſ.4. gloſ. 10.par.1.num.117.* ex tex.in *cap.1. de ferijs*, in quo non ſolum iuramenta iudicialia, ſed extraiudicialia præſtari prohibentur die Dominico, licet idem *Fontanell.* dicat hoc de contraria conſuetudine eſſe abrogatum, quaſi quod contractus teneat, & iuramentum ſimul, ſed quod peccent mortaliter contrahentes, cuius ſententiæ fuit *Nicolaus Euerardus in locis legalib. in rub. de tempore ad locum, verſ.hinc etiam*, apud nos vero obſeruatur, vt poſt miſſarum ſollemnia concedatur licentia à Vicario Generali noſtri Archiepiſcopi, & cum d. licentia ſtipulantur contractus, & recipiuntur iuramenta à Notarijs.

Si vero contractus, vel quilibet actus ſit talis, vt eius vis à iuramento pendeat, omni ca-

20 rebit efficacia, ſi datum fuerit iuramen-
tum in die feriato, cum remaneat ſpoliatus
iuramenti vinculo, vt benè *Lanfranc. in cap.*
quoniam contra de probat. in princ. num. 50.
Plotus in l. ſi quando nu. 755. C. vnde vi, Hip-
polit. ſingul. 624. Surd. in conſ. 87. nu. 14. vol. 1.
Carauita in ritu 128. nu. 14. Caualcan. dec. 19.
num. 13. & 14. Ex hoc ſequitur, quod cum
in ſtrumenta publica paratam habeant exe-
cutionem vigore iuramenti, *Bald. in l. 2.*
ff. de iur. iurand. vbi Paul. Iaſon, & alij, ſi con-
tingat tale inſtrumentum fieri in die feria-
ta, non habebit viam executiuam, cum in
eo deficiat iuramentum, *Paſchal. de patr. po-*
teſt. par. 2. cap. 1. num. 103. in fin. licet hoc ſe-
cus ſit in obligatione penes acta, nam etiam
ſi ſtipulata ſit in die fariata in honorem
21 Dei paratam habet executionem, *Viuius*
dec. 35. par. 1. Ratio eſt, quia talis obligatio
eſt actus voluntariæ iuriſdictionis, quæ
etiam in die feriata non prohibetur exar-
ceri, *l. actus omnes, vbi Albericus, & alij, C. de*
ferijs, proinde ſi careat iuramento paratam
habet executionem, quia eius vigorem
non recipit à iuramento, ſicut inſtrumen-
tum, ſed à præſentia Iudicis, *Afflict. dec. 130.*
num. 3. Sequitur etiam, quod cum remiſſio
facta à minore ſine iudicis decreto eatenus
valeat quatenus intercedat iuramentum,
vigore *tex. in auth. Sacramenta puberum, C. ſi*
aduerſus vend. Abbas conſil. 108. Simoncel. in-
ſpect. 16. num. 140. Sfortia Odd. de reſtit. in
integr. quaeſt. 85. art. 7. num. 59. quæ concluſio
eſt conformis deciſioni Sac. Conſilij apud
Franc. deciſ. 575. in fin. vbi ex facto ibi narra-
to apparet, quod ſolus Tutor remiſſionem
fecerat, & quia quando pupillus contrahit
cum iuramento, & eſt doli capax, non opus
habet Iudicis decreto, quia iuramentum
ſupplet ætatis defectum; & contractum ab
eo factum confirmat, ac ſi eſſet factus à ma-
iori, DD. omnes per illum *tex. in d. auth. Sa-*
cram. puber & in cap. cum contingat de iure
iurand. Seraphin. de iuram. priuileg. 83. quod
non ſolum procedit in pubere minore 18.
annis in Regno noſtro, ſed etiam in Impu-
bere pubertati proximo, *Bar. in d. auth. num.*
9. Salicet. num. 8. Paul. num. 6. Iaſon. num. 15.
Vrſill. dec. 322. Surd. conſil. 25. lib. 1. Simoncell.
de decret. lib. 3. tit. 8. inſpect. 18. num. 139. Ideo
ceſſante efficacia iuramenti, ſi forſan illud
præſtetur à minore in die feriata, remanet
remiſſio penitus nulla, quia caret robore,
ex quo poterat ſubſtineri, *DD. ſup. cit.*

Sed quia dixi ſupra in hac *Praeſt. num. 3.* quod
Iudæi obſeruant feſta ad honorem Dei,
nunc eſt videndum, an ſi litigent co-
ram Iudicibus Chriſtianis, iuramentum
debeant præſtare in diebus feſtiuis noſtræ
legis Chriſtianæ? & videtur dicendum
quod ſic, quia tales noſtri dies feſtiui apud
ipſos reputantur, ac ſi feſtiui non eſ-
ſent, proinde videtur affirmandum poſſe
tale iuramentum præſtare in his diebus
ſollemnibus noſtræ legis; ſed in contrarium
eſt veritas, quia quando litigant coram Iu-
22 dicibus Chriſtianis, debēt obſeruare noſtros
ritus, & ſtatuta Chriſtianorum, vt ſup. dixi
Praeſtan. 14. § 5. num. 30. in fin. & cum de no-
ſtro iure, iuramenta in diebus fæſtiuis, in iu-
dicijs, & contractibus præſtari prohibeatur,
eodem iure vti debent. In diebus vero iuri-
dicis Iudæi iuramentum debent dare ſe-
cundum eorum legem Moiſis, non ſecundū
legem Euangelicam, quam non obſeruant,
vt dixi in *d. ſ. 5. num. 30.* & ita lego diſpoſi-
tum fuiſſe de iure conſuetudinario *Hunga-*
rico par. 3. tit. 36. pag. 136. collecto à Io: Sam-
buco, qui refert, quod Iudæus iuramentum
præſtiturus, contra Solem verti, & nudi pes
ſtare debet, chlamyde, vel palio indutus, &
pileum Iudaicum in capite ſuo habens, vo-
lumenque legis, quod tabulam Moiſis vocāt,
manu ſua tangat, atque teneat, & ſic dicat.
Ego N. Iudæus iuro per Deum viuum, per Deū
Sanctum, per Deum Omnipotentem, qui fecit
Cælum, & Terram, Mare, & omnia, quæ in
eis ſunt, quod in hac cauſa, qua me inculpant
innocens ſum penitus, & immunis, & ſi Reus
ſum, paralyſis, & lepra me inuadat, quæ pre-
cibus Eliſei Naaman Syrum dimiſit, & puerū
Eliſei inuaſit. Et ſi Reus ſum, caducus morbus,
fluxus ſanguinis, & gutta repentina me tan-
gat, mors ſubitanea me rapiat. deſpeream que
in corpore, & anima, ac rebus meis, & in ſinu
Abrahe nunquam perueniam; Et ſi Reus ſum
lex Moiſis in Monte Sinai data me deleat, &
omnis ſcriptura, quæ in quinque libris Moiſis
ſcripta eſt me confundat. Et ſi iſtud iuramen-
tum meum non eſt verum, & iuſtum deleat me
Adonai, & ſua Deitatis prouidentia Amen,
quæ iuramenti verba refert etiam *Io: Lim-*
neus de iure publico lib. 3. cap. 2. num. 39. to. 1.
Limita, quando ageretur de actibus concer-
nentibus publicam vtilitatem, ex quibus
23 ſalus, & incolumitas procuratur, vt annuit
Imperator in l. 10. C. de ferijs, aut quando ad
ſalutem, & pacem ſpectat publicam, *arg. l.*
penult. ff. eod. ferijs enim agi licet, quod præ-
termiſſum noceret, reſpondit Scæuola apud
Macrob. 1. ſaturnal. 16. & notauit ipſe
Virgilius 1. Georg.

Quippe etiam feſtis quædam exercere die-
bus
Fas, & iura ſinunt.

idcircò excuſatur Imperator Carolus Quar-
tus à *Limnæo de iur. public. lib. 1. cap.*
11. num. 95. qui auream Bullam pro-
mulgauit in die Natalis Domini, idque
ſine ulla nota impietatis feciſſe demon-
ſtrat.

ſtrat,ex traditis per *Hillinger.ad lib.24.comment.Donel.cap.9.lit.V.* laudantur propterea Reges, & reliqui Proceres, qui ſacratis diebus, & omnibus Chriſtianis feſtiuis, magis Reipublicæ curam ſuſcipiunt, quam voluptatibus ſe ſubmittunt, aut ſcenis Theatralibus, & alijs ſpectaculis tempus conſumunt,contra monita legum, ſcilicet *l. 7. & ult. C. de ferijs*,vt legimus de ſtulto illo Rege Angliæ, qui terram dedit cuidam per ſeriantiam, vt loquitur *Cambdenus in Icenis pag. 337.* cum hoc onere, vt in die Natali Domini ſingolis annis coram Rege faceret vnum ſaltum, vnum ſufletum, & vnum bubulum, hoc eſt ſaltaret, buccas cum ſonitu inflaret, & ventris crepitum ederet,ſcripſit idem *Limneus loc.cit.num.97.*

Ex qua conclusione infertur, quod in multis caſibus poteſt procedi iudicialiter tempore feriarum,etiam parte reluctante, quos enumerant *Lucas de Penna in l. cum collatores num.14. C.de re militar. & Barboſ. in cap.vltimo de ferijs num.26.* & habetur in *l.2.& 3.*
24 *ff. de ferijs*, primo in cauſis fiſcalibus, & publicis, *l.publicas C.eod.* Sic in cauſis miſerabilium perſonarum, *Velaſcus de priuileg. paup.par.2.quæſt.5 num.43. Nouar.de priuileg. miſer. perſon. priuil. 93.* inter quos infirmi veniunt *Actius de infirm.par.2.verſ.feſtis diebus*,non minus ac ipſa paupertas excuſat in diebus Dominicis, & feſtiuis laborare, vt per Sacram Scripturam, & cum multis Doctoribus probat *Velaſc. loc.cit.num.39.* confirmant *Cornel. Beninc.q.de paupert.quæſt.4. num.78. & Suarez lib.2. de religion: cap.32.* Item in cauſis alimentorum, quæ ſummariæ ſunt, *l.2.* ibi *alimenta conſtituuntur ff.de ferijs, Perez in lib.3.ordin.tit.1. col.752 verſ. ſummaria etenim, Pratus d.obſeru 47.n.102.* dumodo tamen de alimentis futuris agatur, non de præteritis, *Rouit.ſuper pragm. in rub. de ferijs num.5. Milanenſ.dec Sicil.5.num.30. lit.1.* & idem dicit *Rouit.* de alimentis debitis iure naturæ,vel ex vltima voluntate,non autem de illis debitis ex contractu, *Bald.in l. non vnquam in 2. lectur. ff. de iudic.* Vel ſi debitor ſit ſuſpectus de fuga, ex qua periculum amiſſionis debiti immineret, *Nouar. dec 17.* vel timeretur rem eſſe perituram, *Theſaur.dec 95. in fin. Moditus in 5.prudentum reſponſa dub.9.* Vel in omnibus actibus voluntariæ iuriſdictionis, *l. actus omnes Cod. eo. Rouit.in d. rub.de ferijs num.6.*

Idem dicas quando proceditur contra inſignes latrones, vel maleficos grauium ſcelerum,
25 iſti non gaudent feriarum ſollemnium intermiſſione, ex *cap. Reg. incip. Prouiſa iuris ſancti*. Sic etiam illa delicta, quæ requirunt breuem expeditionem, quæ ſunt atrocia, & in quibus proceditur per horas, poſſunt cauſæ prædictorum decidi, & ſententiari in quocumque die, etiam feriato,ſtatuitur in noſtra *prag.84 n.7.de Off.S.R.C.*ratio eſt,quia licet feriæ ſint introductæ de iure diuino, tamen quoad indicia ſunt de iure poſitiuo, ſcilicet ciuili, & canonico, ergo iuſta exigente ratione, ne ſcilicet mora veritatem conculcet, poſſunt contraria conſuetudine, vel ſtatuto declarari, vt bene *Decian lib.2.tract. crim.cap num.15.verſ. tertio fallit*, *Reg. Sanfel.dec.173 nu.2.tom.2.* vbi multa exempla tradit de inſignibus latronibus, vel de atrociſſimis criminibus conuictis, qui in maioribus feſtiuis diebus fuerunt ſententiati, & circa ſuſpenſi, licet enim Princeps non poſſit generaliter ſtatuere,quod in die feriato ob honorem Dei poſſit procedi, tam in cauſis ciuilibus, quam in criminalibus,*Decian. Perez lib.3. ordinam.t.7.l.vnic.* attamen in aliquibus caſibus poteſt in diebus feſtiuis diſpenſare, vt in *l.15.Prouinciar.C.de ferijs R.Sanfel d.dec.173.* vel in illis, quæ in facto conſiſtunt,puta in libelli oblatione, & ſimilib.ſed in iis, quæ iuris ſunt minimè ſtatui, per Principē poſſunt, vt poſt *Alberic.de ſtat. lib.1.q.57.*fundat *Giazar.dec.58. n.12.& 13.* Ita etiam pro perſecutione delictorū,ne veritas pereat, ſolent in diebus feſtiuis recipi teſtes, & ab eis recipi iuramentum dixerunt *Theſaur. deciſ.95. in fine, Caualcan.de brachio reg.de probat. eſt.num.55.verſ.vel niſi.*

Si tamen cauſa criminalis annexam habeat cauſam ciuilem, ſi proceditur in cauſa cri-
26 minali in die feriato,vigore reſcripti Principis, non poterit eodem modo procedi in cauſa ciuili dependente à criminali, vt conſului in quadam cauſa fideiuſſoris cuiusdā inquiſiti, cui fuit impoſitum mandatum de tenendo domum loco carceris,contra quem procedebatur etiam in die feriato, ordine Dom. Proregis huius Regni, ob contrauentionem mandati.& dom à Magna C.V. fuit incuſata fideiuſſio contra fideiuſſorē in die feriato ob contrauentionem, dixi nulliter fuiſſe in die feriato incuſatam fideiuſſionem,quia talis incuſatio reſpectu d. fideiuſſoris erat cauſa mere ciuilis, & reſcriptum Principis loquebatur de cauſa criminali, ideo nulliter fuit contra fideiuſſorē proceſſum, nam licet reſpecto principalis inquiſiti contra quem applicandi erat pœna iudicabatur cauſa criminalis, ita, & taliter quod pro d. pœnæ ſolutione, inquiſitus non admittitur ad beneficium ceſſionis bonorum, vt refert deciſum *Franc. dec.358.* attamen reſpectu fideiuſſoris dixit idem *Franc. dec. 507.* quod fuit admiſſus ad beneficium ceſſionis, dum reſpectu fideiuſſoris iudicatur cauſa mere ciuilis, dum ille in nihilo deliquit, ſed tantum punitur pro contrauentio-

tione per alium commissa, vt bene aduertit idem Francus d. dec. 507. num. 4.

PRÆSTANTIA XXVII.

Præstantia S. Consilij Principis est, vt possit maiores mulctas infligere.

SVMMARIVM.

1 *Mulctæ definitio traditur, & differt à pœna.*
Iudicis præceptum contemnere graue est.
2 *Mulctam an possit quicumque Iudex imponere, vel tantum maior, & quando.*
Magistratus municipales ius mulctandi non habent.
3 *PRÆSTANTIA Supremæ Curiæ est, vt possit maiores mulctas imponere.*
Mulctare possunt Curiæ inferiores vsque ad duas, tres, vel sex vncias auri, Suprema vero vsque ad quinquaginta libras.
4 *Mulcta est arbitraria, sed ex delicto commensurari debet.*
5 *Mulctas imponere est de Regalibus Principis.*
6 *Mulctæ taxatio per l. fin. C. de mod. mulctar. non recessit ab Aula.*
7 *Mulcta si excessiuè fuit inflicta, ipso iure nulla est.*
Mandata pœnalia exequuntur in Regno nostro pro bono pacis.
8 *Tex. in l. fin. C. de modo mulctar. non habet locum in criminibus grauibus, vel quando pœna est certa.*
9 *Delegati Iudices possunt mulctas imponere, & quando.*
10 *Mulctare possunt Curiæ Regiæ sub pœna Regiæ indignationis.*
Pœna R[illegible] indignationis est arbitraria.
11 *Mul[illegible] excessiua pro pœna contumaciæ imponi nequit.*
Contumaciæ pœna comparendo purgatur, & ita Visigoti etiam obseruabant.
12 *Contumaciæ pœna in Regno nostro fuit tertia pars bonorum mobilium, sed hodie in criminalibus Aduocatus Fisci illam taxat.*
13 *Confiscationis pœna non potest pro mulcta imponi sine iussu Princi[illegible].*
Confiscationis pœnam solus Princeps imponere potest.
14 *Neapolitani confiscationis pœnam pro delicto non patiuntur ex priuilegio.*
15 *Contumaciæ pœnam tertiæ partis bonorum mobilium Neapolitani non soluunt.*
16 *Manda[illegible] pœnalia an debeant Neapolitani soluer[illegible].*
Principis interest subditos habere locupl[illegible]tes.
17 *Mandata pœnalia pro bono [illegible]egimine contra Neapolitanos exiguntur.*
18 *Mandatum pœnal[illegible] potest [illegible] [illegible] con-trahant matrimonium Curia, v[illegible] Principe inconsulto, sed an pœna exigi possi[illegible].*
19 *Mandata pœnalia si fiant contra Neapolitanos, tamen pœna non exigitur integra, & aliquando condonatur.*
20 *Mandata pœnalia inquisitis, vt compareant, fieri non debent.*
21 *Mulcta debet esse pecuniaria non corporis afflictiua.*
22 *Mulctæ applicantur Superiori Domino, non inferiori.*
23 *Mulctæ, quas imponunt Barones nostri Regni pertinent ad Barones, non ad Fiscum.*

MVlcta est coërctio pecuniaria. quæ arbitrio Iudicis irrogatur, contra inobedientes *Brunnem. in l. 1. C. de modo mu[illegible].* &
1 dicitur à mulgendo, quia mulget cr[illegible], & differt à pœna tanquam genus à specie, qu[illegible] pœna est genus, & mulcta est species, *l. aliu[illegible] §. inter mulctam ff. de verbor. signif.* nam mulcta accipitur tantum pro pecuniaria pœ[illegible] pœna vero pro pecuniaria, & corporali [illegible] *xein. de regalib. lib. 2. cap. 8. num. 4. Ripo[illegible] de regal. cap. 34. num. 5.* Differt etiam pœn[illegible] à mulcta, quia pœna est illa, quæ ex disposi[illegible]ge legis, vel statuti est imposita, & certa est, *l. aliud 131. §. inter mulctam, & l. penult. ff. de verbor. signific. Peregrin. de iure fisci lib. 4. tit. 8. num. 2. Sixtin. de regal. cap. 8. lib. 2. Christin. dec. Belg. 86. num. 3. in fin. tom. 2.* Mulcta vero imponitur ab homine, scilicet à Iudice, *d. l. aliud §. 1. Consil. Rocc. in tract. de offic. rub. 14. §. 8. num. 117.* ad hoc vt ei obediant Inferiores, & obseruent eius mandata, *l. vnica, ff. si quis ius dicenti non obtemper. Afflict. in cap. 1. quæ sint regalia in ver. mulctarum,* ideo mulcta imponitur ad correctionem eius, qui mulctatur, pœna vero ad punitionem, *Rebuff. in d. l. aliud. la 2. §. inter mulctam ff. de verb. signific.* Nam satis graue est Iudicis præceptum contemnere, *cap. conquestus de restit. spoliat. Ripoll. loc. cit. num. 7.* dummodo sit iustum, alias non ligat, & est nullum, *l. factum [illegible]1. vbi Decius ff. de reg. iur.* Differt etiam à pœna, quia pœna nascitur ex delicto, quæ [illegible]tummodo fuerit indicta infamiam irrogat, *l. 63. ff. de furtis.* Sed mulcta non item, quia pœna est extraordinaria, & non semper dolum præsupponit, *Brunneman. in d. l. 1. C. de mod. mulctar.* sed dici potest impropriè pœna, *Glos. fin. in l. si qua pœna ff. de verbor. signif.* alias differentias inter pœnam, & mulctam ponit *Rebuff. in l. aliud la 2. §. inter mulctam ff. de verb. signific.*

His præmissis dico, quod *Glos. in l. [illegible] §. fin ff. de iudicijs in verb. publicum Iudicium, & Af-*
2 *flict. in vsib. feudor. in verb. mulctam num. 7.* dubitarunt, an quicumque Iudex etiam pedaneus possit mulctam imponere, an m[illegible] habe-

habemus in *l.2. & 3. C.de mod.mulct.ar.* non omnes Magistratus, vel Iudices ius mulctandi habere, sed tantum maiores, quibus ius adiudicandi victuri datum fuit, & est etiam *tex.in l.131. ff.de verbor.signific. B. unneman. in d.l.2. C.eod.* propterea Magistratus Municipales, & Procurator Cæsaris, licet iurisdictionem habeant, ius tamen mulctæ dicendæ nō habent, *l.2.& 3.h.tit. Brunneman.loc.cit.* attamen verius est etiam Iudices minores mulctas imponere posse, non tamen principaliter mulctare, sed incidenter ad suam iurisdictionem conseruandam, *l cui iurisdictio.ff.de iurisdictio. omn. Iudic. l.vnic.ff.si quis ius dicen. non obtemp.cap.p.isto alii, 5.1.ff. de off.D.* ... *Brunneman in l.2.C.de mod.mul.* tamen possunt illas imponere p... praecepti generalis, & ... nisi habet merum imperium, *la in l imperium col.6 ff.de iurisdict.omn iudic Rivun. & alij relati per Roland.conf.42. Brunneman. in d.l.2.C.de mod.mulctar. Men ch.de arvitr. lib.1.quæst.74.num.9 & 12. Klock.cons.11.n. 106.& cauj.3... num.244. vol. 1.* ideo dixit *Afflict.in constit.Instit.... nomen, & norma in ... notab.* Barones si simplicem iurisdictionem habeant non posse maiorem pœnam ... ere in ba... nisi vnius aug... alis, si vero merum, & mixtum imperium, ex priuilegio, vel consuetudine acquisierint, nedum pœnam p... iariam, sed corporalem indicere valent, post alios *Magirill. de Magistrat.l b.4 cap.18.to.2.num.16.* Si vero mulcta non imponitur per viam præcepti generalis, sed ... sententiæ per Iudicem latæ, tunc quilibet Iudex etiā non habens merum imperium poterit mulctam imponere, *Peregrin. de iure fisci lib. 4. tit.8. num. 28. Rolandus a Valle ... conj. 42.* cuiusuis iurisdictionis sit, etiam non criminalis, *Peregr.de iur. fisci d lib. 4 tit. 8. nu.29. Brunneman.in l.5. C.de m... mulct.*

Sed PRÆSTANTIA nostri Sacri Consilij, & cuiuscumque Supremæ Curiæ est, vt possint

3 mulctas vsq... libras auri indicere, seu sex ... *C. de ... l.* licet aliæ Curiæ ... *l.eos fin.C.de mod. mulct.* Magistratus ... inferiores scilicet Præsiden... vsque ad ... varias, ... ad sex vn... condemn... *Brunnem. in d. ... Alex.con. 35 ... num. 5. lib.2 ... prastic. concl. verb. mulcta concl. 409.num.3.* & ista quæ ab ordinarijs Iudicibus irogatur pro Tribunali sedente decerni debet, *l.aliud, & l.si qua, ff de verbor. signif.* vbi ... Curia ... vsque ad quinquaginta ... si facinus ... graue, ... potetit, ... *l. ... 4 ... cod.* ... quæ maxima mulcta dicitur, ... excedit summam trium millium aureorum, *Bald. in l. 2. ff. de iudic. Alex. ab Alex. in dies geniales lib. 3. cap. 5. vbi Tiraquell. post alios Surgente de Neapol.illustr. cap.15. nu.5.* qui dicit, quod hanc maximam mulctam imponere tantum possit Præfectus Prætorio, & nulli alio licet ipsam indicere, cui hodie dicit successisse Proregem huius Regni, qui debet hanc mulctam publicare cum voto Collateralis Consilij, imo si viderit expedire maiorem imponere potest, cum locum Principis teneat, *l.1. §.de qua autem, ff de postul. Dionysius Gothofred.in praxi ciuil. ... 1. tit.9. de Senator. in rub.de priuileg. Cu... nemo pot.ff. l.509.* & probatur etiā *in l.4 ... d. mod.mulctar.* vbi Præfectus Prætorio habet ius supremam mulctam irrogandi, vsque ad quinquaginta libras auri. Prop... enim habet esse inter pœnam, & iurisdictionem, *Sixtin.de regal.lib.2.cap.8 nu. 25.* inde est, vt Iudices minores mulctas minores, superiores verò maiores possint indicere, *Ripoll. ... cap.34. num.58.*

Nec huic PRÆSTANTIÆ officit, quo minus mulcta nō sit arbitraria, iuxta tex.in l.aliud

4 *§.1.ff.de verbor.signif. ibi, & mulcta ex arbitrio eius venit, qui mulctam dicit,* & dixerunt *Christin. d.dec. 86.num.4. Sixtin.d.cap.8 nu. 22.Ripoll. d. cap.34. Borr ell.de præst.Reg.Cathol.cap. 13.num.6.* nam licet excedere non possit ... modum, intra tamen suum modum rès est ... arbitrio, vt dixerunt *Cuiac.in ... 11.C.de mod. mulct. vbi Faber in l.4. eod.tit. Christine.dec.86.Cur. Belg.num.4.* attamen debet Iudex in quantitate mulctæ cōsideratè procedere, & p... pendere suum arbitrium secundum ... materiam, *Gloss. in l. ... conditt. & demonstr.* pœnam non imponendo, quæ excedit modum, & prude... iusti, & sinceri Iudicis, *Menoch de arbitrar. lib. 1. quæst.14 num. 8. Marant.a de ordin iudic. par.4. num.72. cum seq.* ... impositus titulus Codicis de modo mulctarum, ne scilicet Iudex modū, & m... excedat, datur enim ibi modus, quem quilibet Magistratus in dicenda mulcta sequi debet, ... licet exigat illam summam in ... qualitatem delicti, & personæ, non totam illam in del... ... nominatam, sed iuxta mores Regionum, quia pœna debet correspondere delicto, *cap. non afferamus 24.quæst.1. l.respici. udum, ff. de pœn.* & ex eo commensurari, *auth. omnes Peregrini, C.com de ... M... de iuris.dist. par.4.centur.1. casu 60. n. 2.* ... qui excessiuos ... imponunt, agunt sicut Med... Populorum infirmitatibus, & ... ibus. ... ca... legantur, sic ... mulctis subditorum delic... in mulctis indicendis

gau-

gaudere ſolent, Deus enim non applaudit huiuſmodi officialium malitias, quia melius eſt propter miſericordiam ratione reddere, quam propter crudelitatem, *cap. alleg. autem 20. q. vlt.* exceſſiuæ enim mulctæ, vti illicitæ nullo iure probantur, *Marſil. in l. de vnoquoque num. 175 de re iudic. Bonacoſ. par. 1. com. opin. pag. 116* Roland. *à Valle conſ. 47 num. 51. vol. 2.* crudelis enim, & ſeuera eſt omnis mulcta, *l. mulctarum, C. de mod. mulct.*

Hæc autem poteſtas non leuis eſt imponendi mulctas, quia eſt de Regalibus Principis,
5 *Afflict. in vſib. feudor. tit. Quæ ſint regalie §. panarum, Roſenthal. de feud. tom. 1. cap. 5. de regal. concl. 49. Peregrin. de iure fiſci lib. 1. tit. 5. nu. 10 & lib. 4. tit. 8. in princ. Ripoll. d. cap. 34. num. 1. & 28. Zaſius de feud. par. 5. num. 11.* alios citat, & ſequitur *Montan. de regal. in §. mulctarum compendia, Borrell. de Præſt. Reg. Cathol. cap. 13. num. 1.*

Neque dicas, quod talis Mulctæ taxatio impoſita per *d. l. fin.* ab Aula receſſit, vt dixit idem
6 *Brunneman. in d. l.* Sed reſpondetur, quod loquitur ſine authoritate, & Doctori atteſtanti de contrario vſu non creditur, niſi referantur deciſiones in contrarium ordinatæ, per iſtam enim *legem fin.* voluit Imperator publicæ ſaluti prouidere, & occurrere rapacitatibus Officialium, vel Tyrannidi Præſidum, vt teſtatur idem *Brunnem. in d. l. fin. §. 3.* ne ſubditi exhauriantur, & patet, quia ſtatuit idem Imperator in *d. l. fin. §. 4.* quod ſi Iudex modum præfixum exceſſerit, in condemnando Reos vltra ſummas impoſitas in *d. l.* teneatur triplum reſtituere, duplum ſcilicet condemnato, & ſimplum fiſco, *Soccin. in r. gul. 1. Magiſtratus mulctam taxatam*, quia talis exceſſiua taxatio ſapit quandam furti manifeſti ſpeciem, fatetur idem *Brunneman. in d. §. 4.* incideret enim in cenſuram, *Gell. lib. 11 noct. att. cap. 18.* vbi dixit Fures priuatorum furtorum in neruo, atque compedibus ætatem agunt: Fures publici in auro, & purpura. Si enim criminis figuram aſſumit talis exceſſus, quomodo poterit dici abolita per contrarium vſum iſta lex, tam æqua determinans, introducta pro Reipublicæ commodo, lex enim pœnalis à Principe impoſita ſemper durat, niſi à Principe reuocetur, v[illegible]ur, maximè ſi fuerit pro publica populorum vtilitate compoſita.

Adde quod non poſſit dici talis mulctarum taxatio abolita, quia DD. etiam moderni
7 dixerunt, quod mulcta exceſſiua ipſo iure nulla [illegible] & [illegible]atus poteſt nullitatem allegare, [illegible] *Aug. de Peruſ. con. 8. nu. 3. Natta* [illegible] *594. nu. 4 Vinius d[illegible] 50 nu. 3.* & etiam ipſimet Germani, [illegible] *Kock con. [illegible]1. num. 10[illegible]. v[illegible] l. 1.* & idem *Brunneman. in d. l.* *fin. §. 4.* nec tenet talis exceſſiua mulctatio, etiam in ea ſumma, quæ eſt licita, & à iure permiſſa, *l. certa cum ibi not. C. quando prouoc. non eſt neceſſ. Bart. in l. fin ff. de iuriſd. omn. iudic.* aliique relati per *Cancer.* quos approbat in *var. reſol. par. 3. cap. 13. num. 234.* & de alio exceſſu non poſſunt loqui, niſi de mulcta indicta vltra formam à d. iure taxatam. Etſi replicetur, quod ſaltem in noſtro Regno d. legi fin. fuerit derogatum per contrarium vſum, dum aſpicimus, quod noſtra M. C. Vicariæ in ciuilibus, quæ non eſt Tribunal Supremum, & tamen promulgat mandata pœnalia vnciarum 25. contra traſgreſſores, vel non comparentes, & ſic vltra formam ſancitam in *d. l. fin.* Atque etiam eadem M. C. in criminalibus ſolet in dies præcipere mandata multorum milliariorum pecuniæ ſecundum conditiones perſonarum, ne partes ſe offendant, & veniant ad arma, & rigoroſè illa exigit à contrauenientibus Nam reſpondeo, quod hæc omnia vera ſunt, ſed reſpectu Mandatorum ciuilium, comminatorum à dicta M. Curia ſub pena vnciarum 25. vnquam vidi mea ætate fuiſſe exacta, proinde potius chartularia illa appellari poſſunt, cum ad ſimplicem citationem reducantur. Reſpectu vero Mandatorum criminalium illa promulgantur tam exceſſiua, vt plurimum contra Nobiles pro bono pacis ne veniant ad arma; quæ eſt materia ita fauorabilis, vt DD. communiter dixerint, poſſe tolli dominia rerum, vt pax tranquillè fruatur; *Amaya in leg. 1. tit. 16. Cod. de fundis limotrophis num. 19.* qui omnes citat, & dixit etiam *Harpreßt. in §. vltimo inſtitut. de replication. num. 9. tom. 4.* vnde non eſt mirum ſi pœna augeatur, pro cauſa tam graui, & vrgenti & in hoc caſu loquti fuerunt Doctores, qui dixerunt, quod dict. *l fin.* non habet locum in criminibus grauibus, nec
8 quod præceptum continet pœnam certam, *Oltrad. conſ. 15. circa proceſſum*, vbi in fine dicit ita ſeruari de conſuetudine generali. *Iul. Clar. in § fin. qu. 3. num. 6. verſ. item quo, Soccin. in d. regul. 1. Magiſtratus mulctam taxatam in 1. fallent.* quos ſequitur *Tuſch. in d. verb. Mulcta con. l. 412. nu. 1. Boſſius in tract. de Mulctis num. 10. & ſeq.*

Amplia 1. vt nedum Iudices Ordinarij, ſed
9 etiam Delegati poſsint mulctare, *l. 2. C. de ſportul. Marant. de ordi. iudic. par. 4. s. an ſit iudicium Ripoll. de Regal. cap. 34. num. 61. & ſeq.* Delegatus enim Principis maior eſt quocumque Iudice ordinario, *Petrus Barboſ. in l. 2. §. vl. ff. de iudic. vbi etiam Farinac. in d. l. nu. 49. Auguſtin. Barboſ. in l. vlt. C. de mod. mulct. nu. 8. vbi etiam Brunneman.* ita etiam in Curia Romana obſeruatur de Delegato

Prin-

Principis *Angel. de Peruſ. conſil.* 8. *Regulares num.* 1. & licet *Petrus Barboſ. in d. l. num.* 94. *& ſeq. & num.* 100. *& ſeq.* in dubium ponat hanc ampliationem poſt *d. Angel. d. conſ.* 8. *num.* 1. *verſ. primo quia Alex. conſ.* 35. *viſo themate num.* 5. *verſ. aut volumus lib.* 2. ſed debet intelligi de ſimplici Iudicis Delegato, qui ius mulctandi non habet, per dicta *l.* 2. *§. vlt. ff. de Iudic.* vbi idem *Petrus Barboſ. num.* 85. *Menoch. lib.* 1. *de arbitrar. quæſt.* 74. *num.* 7. *& ſeq.* non de Delegato Principis, vel de Delegato ad Vniuerſitatem cauſarum, & in hoc caſu loquitur tex. in *d. l. fin. Cod. de ſportul. Angel. dict. conſ.* 8. *num.* 1. *&* 2. Sed aduerte, quod intra annum Delegatus debet exequi ſuam ſententiam, quo elapſo debet executionem committere ordinario, *d. cap. ſignificaſti, & cap. ſane eod. tit. Ripolla. loc. cit. num.* 66.

Amplia ſecundo, vt tam Supremus Senatus,
quam Regiæ Curiæ principales Regni,
10 prout noſtra Magna Curia Vicariæ, & Re-
giæ Audientiæ Regni poſſunt abſque pœna
pecuniaria mulctare, ſcilicet cum pœna
Regiæ indignationis, vt aliquod fiat, vel
non fiat, ſi caram habeant gratiam Regis,
aliqui DD. dixerunt, quod talis pœna Regiæ
indignationis importet pœnã mortis, vt ex
ſacr. ſcript. prouerb. 16. vbi dicitur Nuntius
mortis eſt indignatio Regis; ſed hoc indi-
ſtinctè non eſt verum, quia in tali præcepto
Reg. indignationis nulla expreſſa pœna cõ-
tinetur, ſed ſi certa alia pœna cumularetur,
illa eſſet exequenda, quando verò alia non
exprimitur pœna prædicta Regiæ indigna-
tionis eſt arbitraria, ſecundum qualitatem
facti, & contempti mandati, *Bald. conſ.* 363.
Venerabilis in Chriſto num. 4. *verſ adde vnum
lib.* 3. *Tuſch. concl.* 412. *num.* 2. *Menoch. de ar-
bitrar. caſu* 365. vbi pœna indignationis
S. Petri, & Pauli cauſat ſolam pœnam arbi-
trariam, *Gramat. dec.* 80. & licet in ſacro tex.
dicatur, quod Nuntius mortis dicatur indi-
gnatio Regis, tamen vir ſapiens eam pla-
cabit, dixit *Dauza de pugna Doctor. tit. de
præemin. Reg. Audient in fin.*

Limita primo ſi ageretur de mulctando pœnam
contumaciæ, pro qua mulcta exceſſiua non
11 poteſt à Iudice talis pœna imponi, debet
enim eſſe honeſta, alias ab ea appellari po-
terit ad ſuperiorem, vel per viam quere-
læ recurri, *l. & in multis Cod. de appellat. La-
narius conſ.* 98. *num.* 8. *Cancer. var. reſol. par.* 3.
cap. 13. *num.* 177. quia magna mulcta inter
capitales pœnas connumeratur, *l.* 2. *ff. de pu-
blic. iudic.* & æquiparatur pœnæ perſonali,
cum bona dicantur ſecundus ſanguis homi-
num, *l. aduocati*, vbi *Gloſ. C. de aduoc. diuerſ.
iudic.* imo dicuntur hominis vita, *cap. ſi
quis obiecerit* 1. *qu.* 3. *Lucas de Penna in l. do-
mini Cod. de agric. & cenſit. lib.* 10. *Tiraquel. de
pæn. caſu* 31. *Surgente de Neap. illuſtr. cap.* 15.
num. 7. Quam æquitatem in mulctis infli-
gendis etiam feroces Vuiſigoti obſeruarunt,
nam apud eos ſancitum fuit ab Eurico Rege,
ſeu Theodorico, vt ſi quis ammonitus Iudi-
cis epiſtola, vel ſigillo ad iudicium venire
contempſerit, pro ſola dilatione quinque
auri ſolidos petitori, & pro contemptu quin-
que alios Iudici coactus exolueret, quos ſi nõ
habuerit vnde componat, quinquaginta fla-
gellis contemptor coram Iudice verberare-
tur, ſubdit poſtea eadem lex Vuiſigotorum,
vt ſi poſt tempus indictum infra quatuor dies
non occurrat in manibus Curiæ, & quinta
die venerit, omnes illius pœnas euadet, vt
habetur in *leg.* 18. *tit.* 1. *lib.* 2. legis Vuiſigo-
torum, compilata in 1. *tom. C. legum antiqua-
rum fol.* 20. cui legi concordant noſtra iura
Romanorum in *l. quis ſit fugitiuus* §. 1. *ff. de
ædil. edict. & in l.* 1. *C. de requiren. Reis.* vbi
contumax comparendo poteſt purgare om-
nem contumaciam, ex quo ortum fuit anti-
quum dicterium, Quod contumacia abſtulit,
reſtituit obedientia, *Carrer. in pract. crimin.
pag.* 51. *Cruſius de indic. delictor. par.* 1. *cap.* 36.
num. 7. adeout dixit *Carrer. loc. cit.* quod in-
dicia orta ex cõtumacia, per comparitionem
euacuantur, eodem modo, ac ſi prouocaſſet
à banno volens purgare contumaciam, me-
ritò *Bald. in l.* 1. *C. de poſtul.* ait, quod ſententia
ſuper contumacia ſit eius naturæ, vt duret
quandiũ contumacia perſiſtit, ita, & taliter
vt bannum, ſeu decretum contumaciæ com-
parente Reo reſoluitur in ſimplicem cita-
tionem, purgata enim contumacia, pœna
vltra ſuos limites extendi non debet, quia
ceſſante contumacia ceſſat ipſum bannum,
cap. ex literis de conſtit. Cruſius loc. cit. num. 8.

In Regno noſtro cõtumaci ſolebat infligi pœna
amiſſionis tertiæ partis bonorum mobilium
12 vt in *Conſtit. Regni pœnam nouem vnciarum*,
& in *ritu* 133. quam tam in cauſis ciuilibus,
quam criminalibus procedere dixerunt *Vi-
uius in ſylua com. opin.* 678. *& Dom. Petra in
ritu* 132. *nu.* 1. ſed hodie talis ritus non ſer-
uatur in cauſis criminalibus, nam Aduocatus
Fiſci ex ſpeciali Principis reſcripto d. pœ-
nam taxat vt fatetur *R. Capyc. latro deciſ.* 77.
nu. 27. & ſponte comparens hodie ſoluit pœ-
nam carolenorum triginta duorum, & in
hac Ciuitate Neapolis ſoluitur ducatum
vnum, *D. Petra in d. ritu* 132. *num.* 4. *&* 5. &
ita hodierna praxis obſeruat. In ciuili-
bus vero cauſis Rex Ferdinandus Primus
de Aragonia, tunc huius Regni modera-
tor in anno 1486. inter alias gratias, quas
conceſſit ad poſtulationem noſtræ Ciuitatis,
iſta fuit, vt pro accuſationibus contumacia-
rum M. C. V. debeat ſolui tornienſis vnus
pro

pro qualibet contumacia, vt in *capit. nostri Regni Ferdin. Primi d. anni* 1486. *cap.* 5. *fol.* 16. Limita secundo si Curia superior vellet inobseruantes mulctare pœna confiscationis, quia 13 ad istam pœnam non possunt Iudices superiores mulctam extendere, sine iussu Principis, *Cyn. & alii in l.* 1. *C. ne sine iuss. Natta cons.* 214. *nu.* 2. *Roland. à Valle cons.* 47. *nu.* 46. *lib.* 2. *Iul. Clar. in § fin. qu.* 31. *num.* 6. qui dicit communem, nam doctrina *Bald. in cap.* 1. *de test. cogen.* contrarium sentientis communiter damnatur, quos sequitur *Tusch. d. conc. l.* 412. *num.* 4. & 5. & ratio est, quia solus Princeps superiorem non recognoscens confiscationis pœnam tam ordinariam, quam extraordinariam imponere potest pro mulcta, *l.* 1. *Cod. ne sine iussion.* vbi *Cynus Angel. Fulgos.* & alij, *Cravetta cons.* 373. *Capyc. dec.* 30 *num.* 40. vbi late post alios *Mastrill. de Magistr. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 397. bonorum enim confiscatio est de primo gradu meri Imperij, *Mastril. loc. cit. num.* 399. A qua pœna nostri Ciues Neapolitani sunt exempti ex priuilegio, vt non possint eorum bona publicari, tam 14 feudalia, quam burgensatica, nisi in duobus casibus, scilicet in crimine hæresis, & læsæ Maiestatis, & in istis duobus casibus debent reseruari dotes mulieribus, antefatum, & lucra dotalia, hoc enim priuilegium diu optauerunt nostri Neapolitani, nam illud petierunt à Magno Capitaneo in anno 1503. cui petitioni respondidit, vt obseruentur constitutiones, & capitula Regni, vt in *Capit. Neapol. fol.* 36. *cap.* 38. sed liberaliter hoc priuilegium indulsit absque vlla clausula Rex Catholicus, in suis Capitulis cap. 14. fol. 41. à ter. & constat ex alio *Capit. d. Regis Cathol. cap.* 6. *fol.* 62. *à terg.* ex quibus emanata fuit *pragm.* 3. *de immun. Neapol.* quod priuilegium esse in viridi obseruantia testantur nostri DD. scilicet *Afflict. in const. Reg. Adulterinum* 2. *notab. in fin. Franc. dec.* 102. *in princ. & dec.* 313. *num.* 10. *& dec.* 416. *num.* 4. *Reg. de Ponte cons.* 69. *nu.* 7. *& seq. & de potest. Pror. g. tit.* 1 *n.* 23. *Minado decis.* 39. *Vrsil. ad Afflict. decis.* 461. *Molfes. in coniunct. Neapol. par.* 1. *qu.* 4. *num.* 2. *&* 3. *& par.* 2. *in addi. ad d. quæst.* 4. *num.* 6. *Reg. Tapia dec.* 50. *à nu.* 6. *Dams* [illegible] *DD. tom.* 2. *tit. de immun. Neap. num.* 4. *Scalo* [illegible] *for. compet. cap.* 46. *num.* 3. *Capyc. latro cons.* 1. *num.* 118. *tom.* 1. *Sansel. dec.* 135. *num.* 24. *to.* 1. *Thor. in compen. par.* 1. *verb. bona Neap. Pratus respons. crim.* 8. *num.* 21. *Nouar. in d pragm.* 3. *& Rouit. in prag.* 1. *num.* 12. *de immun. Neapol.* ex his colligo, quod si sunt immunes Neapolitani à pœna confiscationis debent esse etiam immunes à pœna contumaciæ, quia semper quod Fisco soluitur pœna [illegible], dicitur Fiscus proscribere, [illegible] *C. de bonis proscript. Afflict. in con* [illegible] *Reg.* [illegible] *nu.* 6. *de pœna contum.* quia proscribere est in publicum ducere, *l. si pupillus §. proscribere ff. de instit. action.* proinde illa pœna contu- 15 maciæ, pro qua publicabatur tertia pars bonorum mobilium ex *Constit.* nostri Regni, *Pœnam nomen vnciarum*, est sublata contra Neapolitanos, virtute dicti priuilegij concessi, vt habemus declaratum per Collaterale Consilium die 14. Ianuarij 1578. in volum. capitulorū Neap. fol. 41. à ter. cap. 13. & testatur *Reg. Sansel. dec.* 135. *num.* 24 *&* 25. *tom.* 1. Quæ igitur pœna erit exigenda pro pœna contumaciæ contra Neapolitanos, dum pœna tertiæ partis bonorum mobilium fuit ex priuilegio sublata? Dicas, quod in ciuilibus causis sit pœna vnius tornensis pro qualibet contumacia per citatum *Capitulum Regis Ferdinandi Primi latum in anno* 1486. *cap.* 5. *fol.* 16. dum alia specialis sanctio non fuit ordinata, in causis vero criminalibus de praxi nostrarum Curiarum obseruatur, vt pro contumacia solum exigatur contra quoscumque contumaces Neapolitanos pœna carolenorum vndecim.

Sed an mandata pœnalia Neapolitanis possint ab officialibus Regijs ordinari, & in casu 16 contrauentionis exigi? pro explicatione huius quesiti est sciendum, quod multoties succedit rixa, & eueniunt discordiæ, seu differentiæ, tam inter nostros Ciues, [illegible] Nobiles, vel occasione confinium, vel matrimonij, aut ex causa iniuriarum, & simili, quæ cum ad notitiam Officialium perueniunt, solent pro bono regimine, ne partes veniant ad arma ordinare mandata, vt sub graui pœna duorum, trium, vel plurium milliariorum ducatorū, iuxta qualitates personarum Fisco Regio applic[illegible], detineāt domū loco carceris, vel [illegible] se offendant, & si ex causa matrimonij [illegible] euenit, solet puella sequestrari in Monasterio cum mandato graui ne contrahat matrimonium Iudice, vel Curia, aut Principe in consulto. Si partes prædictis mandatis non obtemperent quærunt DD. an exigi possint à Fisco prædicta mandata pœn[illegible] ratio, quam proponunt nostri Ne[illegible] itani illa est, quia cum ex priui[illegible] sui bona publicari nequeant, eodem modo non possint mandata pœnalia imponi, & graui pecuniaria pœna mulctari, dum semper [illegible] exigitur pœna pecuniaria [illegible] conf[illegible] atio, à qua exempti sunt Neap[illegible] ex prædicta ratione ita concludunt *Surgente de Neap. illustr. lib.* 1. *cap.* 15. *nu.* 28. *& seq.* & sequitur *Sanfelic. dec.* 135. *num.* 14. *tom.* 1. qui dicit, quod ista synonima sunt, contemptus mandati, & contumacia, proinde ne sit elusorium hoc priuilegium, concludit, quod bona Neapolitanorum non possint pœna spreti mandati publicari, maxime

ximè quia in iſtis mandatis ſolet apponi pœna grauior, pœna tertiæ partis bonorum mobilium, ſtatuta per Conſtitutionem noſtri Regni pro pœna contumaciæ, & hoc modo Iudices agerent contra mentem noſtrorum Regum, qui hoc priuilegio munierunt noſtros fideles Neapolitanos, tam ob præmium fidelitatis, quam ob politicam rationem, ob conſeruationem bonorum in ſuis ſubditis, ne pro qualibet leui cauſa pœna pecuniaria infligatur, quia Principis intereſt ſubditus habere locupletes, *l. cum ratio ff. de bonis damnatorum, c. 3. gloſ. 1. de except. prag. ad ſubditorum, de Off. S.R.C.* & eſt Conſtitutio Regni *Capitaneorum*, *Surgente de Neap. illuſtr. cap. 17. num. 41. Cancer. var. reſol. par. 3. cap. 13. num. 121.* vt ſup. etiam notaui *Præſt. 23. num. 17.* & hoc dicunt videri conceſſum per Cæſaream Maieſtatem Caroli Quinti in anno 1550. quo tempore cum noſtra Ciuitas ipſum ſupplicauerit, vt ſicut Neapolitani ſunt exempti à pœna publicationis bonorum, per Capitulum conceſſum per Regem Catholicum, intelligatur etiam d. Capitulum comprehendere tam pœnas ſpreti mandati, & pro citatione ad informandum, quam pro qualibet alia contumacia, Reſpondidit Imperator, quòd obſeruentur Conſtitutiones, & Capitula Regni, vt in *lib. Capitulorum Neap. fol. 149. cap. 8.* ex quo colligitur, quod dum ordinauit, vt circa pœnas ſpreti mandati obſeruentur Capitula Regni, per quæ Capitula eſt ſublata pœna publicationis, deducitur, quod circa pœnam ſpreti mandati, eſt ſublata publicatio, quod idem eſt dicere, vt pœna pecuniaria in eis præfixa non poſſit exigi, vt notauit *Sanfelic. dicta dec. 135. num. 25. tom. 1.* & in terminis d. Capituli etiam concludunt *Reg. de Ponte conſ. 94. num. 19. vol. 1.* & deciſum fatetur *Tapia in conſtit. Regn. pœnam. Capyc. latro dec. 77. nu. 3. & conſult. 1. num. 118. & ſeq.* qui *num. 123.* affirmat, quod licet aliquando fuerit aliter practicatum, tamen fuit potius de facto, quam de iure. Non negn, *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. loc. ſup. cit. tom. 1. num. 28.* inpugnare prædictam concluſionem dicendo, quod ex prædictis verbis Cæſareæ Maieſtatis Caroli Quinti, non deducatur illatio ſupra explicata, ſed impugnatur à *Sanfel. loc. ſup. cit. & à Capyc. latro d. conſult. 1. nu. 120. tom. 1.*

Sed politica ratio boni regiminis contrarium ſuadet, ratione publicæ vtilitatis, ne eue-
17 niant ſcandala poſſe fieri dicta mandata, quando vrget neceſſitas imminentis periculi, ne ſcilicet partes veniant ad arma, vel ad finem impediendi homicidia, vt ſolet in dies practicari cum Nobilibus, qui ſe prouocant ad duellum, ob repellendam illatam iniuriam, ita affirmat *de Ponte de poteſt. Proreg. tit. 1. num. 20.* qui aſſignat rationem, quod ratione publicæ vtilitatis non teneatur Princeps leges ſequi, ſed omnes leges eſſe penes eum arbitrarias, & dixerunt etiam *Sanfelic. dec. 141. num. 6. verſ. præterea tom. 1. Dom. Conſil. D. Carolus Antonius de Roſa* Miniſter integerrimus, & doctus in ſua *praxi crimin. par. 1. cap. 4. num. 10.* Sed melior ratio, qua d. communis praxis conualidari poteſt illa eſt, quia Capitulum prædicti Regis Catholici eximens Neapolitanos à pœna confiſcationis de delictis tantum loquitur, pro quibus de iure communi fit confiſcatio, ſed talis mulcta à Iudice, ſcilicet ab homine imponitur, igitur talis gratia hunc caſum non poterit comprehendere, ita diſcurrit *Surgente de Neap. illuſtr. cap. 15. nu. 16.*

Eadem ratione dico, quod pro bono regimine poſſit fieri mandatum puellis ad inſtan-
18 tiam ſuorum conſanguineorum, ne matrimonium contrahant inconſulta Curia, vel Senatu, aut Principe ſub certa pœna, ob timorem ſubductionis voluntatis puellæ, violentiæ, Scandali, aut pudicitiæ, quod poſſe fieri fundant *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de aſſenſu Regis ſuper dote num. 48. & ſeq. Maſtrill. de magiſtr. lib. 5. cap. 6. num. 120. Couarr. de ſponſalib. par. 2. cap. 3. §. 6. num. 2. Azened. conſ. 37. Capibl. de Baron. num. 5. & 10. Capic. latro conſult. 1. num. 86. tom. 1.* & idem fuit obſeruatum in perſonam meæ cariſſimæ vxoris Domin. Luciæ Golino in anno 1664. cui etiam fuit impoſitum mandatum duc. decem mille, ne contraheret matrimonium inconſulto S. Conſilio, ad inſtantiam ſuorum conſanguineorum prætendentium matrimonium ſecum contrahere, ſed explorata voluntate, & præſtito cõſenſu, ſe voluiſſe mecum in matrimonio coniungi, fuit ablatum mandatum & matrimonium completum. Sed an pœna ſpreti mandati exigi poſſit, ſi puella Neapolitana mandato non obtemperauerit, *Reg. Capyc. latro conſul. 1. n. 124. tom. 1.* videtur inclinare in negatiuam ſententiam, in cauſa Duciſſæ Termularum, à qua prætendebat exigere Regius Fiſcus pœnam ducatorum quinquaginta millium, ob violationem d. mandati facti, ne contraheret matrimonium, & cauſa diſcuſſa in Collaterali Conſilio iudicantes decernere volebant, quod Duciſſa non moleſtaretur pro dicta pœna, ſed re melius perpenſa fuit datus terminus in cauſa, & non amplius fuit de d. pœna loqnutum, idem etiam fundat, non poſſe ſcilicet exigi d. pœnam *Franciſcus de Petris conſ. 58.* ſed *Dom. Reg. de Marinis* hoc limitat, ſi timor eſſet, ne puella quemdam indignum virum ſuſciperet.

Et licet apud nos talis vſus ſit introductus, vt

possint mandata pœnalia contra Neapoli-
19 tanos fieri, attamen etiam verum est, quod
pro qualibet causa leui, & apparenti, pæna
non exequitur, & si exequitur non pro tota
summa, sed pro aliqua parte, & vt pluri-
mum solent Proreges ob aliquam iustam
causam, etiam leuem, pęnam incursam con-
donare ex generali consuetudine, vt
referunt plures casus nostri Regnicolæ, sci-
licet *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. 1. n. 28.*
in fine, vbi dicit quod fuit facta gratia pæ-
næ ducat. viginti mille spreti mandati per
Dom. Proregem Commendatorem Maio-
rem, ad quam erat incursus Marchio Pa-
dulæ, licet fuisset cæpta exequi, & cogno-
scebatur euidens violatio, & hoc quia man-
datum spreuit d. Marchiu ex iusta causa ho-
noris, & *Surgente loc. cit. num. 59. & seq.* re-
fert etiam, per Dom. Proregem Marchio-
nem de Mondeiar fuisse factam gratiam cui-
dam Titulato, penæ duc. decem mille spreti
mandati, ad instantiã nostræ Ciuitatis Nea-
polis, quæ institit coram Dom. Prorege non
posse contra Neapolitanos talia mandata
fieri, & mea ætate cum fuerit factum man-
datum duc. quadragintamille Dom. Duci
Magdaloni per Iudicem D. Ignatium Pro-
uenzalem, postmodum dignissimum Regen-
tem meum Compatrem Carissimum, pro
impedienda dicta exactione penæ fuerunt
propositæ nullitates, inter quas ista fuit, quia
erat dictus Ill. Dux Neapolitanus, ideoque
per dictum modum indirectum non pote-
rat puniri pœna publicationis, & patroci-
nante Dom. Vincentio Raitano suo Aduo-
cato famigerato, postmodum Consiliario, &
Regente, Ministro virtutibus, & qualitati-
bus animi ita ornato, vt meliorem mea
ætate non aspexerim, fuit latum decretum;
Nullitates obstare apud Scribam Piatum.

Caueant tamen boni Iudices talia mandata
pœnalia delinquentibus ponere, vt hodie
20 corruptis moribus obiiciunt ignorantes, &
proterui Iudices, etenim cum inquisitis de
aliquo crimine hoc practicare, satis impiũ,
& durum est, vt pœna exequatur ante con
demnationem, hoc enim non esset cum bo-
no regimine Rempublicam administrare,
sed Subditorum bona subripere, vnquam
enim in iure reperitur dispositum, vt crimi-
nosus cum pœnali mandato ad rigidi Iu-
dicis arbitrium imposito, ad Curiam vocari
possit, sed tantum citatur ad comparendum,
qui si non compareat pæna contumaciæ
plectitur, sed cum pæna suo arbitrio limi-
tata, ante promulgatam sententiam quis
vnquam audiuit? nec apud barbaras regio-
nes hoc practicatur, & vidi annis elapsis
ipsum Deum vltorem talis impietatis,
nam cum quidam Assessor Regiæ Curiæ no-
stri Regni sub pæna duc. sex mille citauerit
quemdã Nobilem diuitem Neapolitanum,
sub colorata inquisitione contrauen-
tionis bannorum, vt extorquere valuisset
considerabilem summam, ita res euenit,
nam fuit incusatum mandatum ob calliditatem, & versutiam Impij Assessoris, sed
Deus, qui protector est Innocentium, suam
temeritatem, & vindictam sibi retribuit,
dum post paucos menses assessor ille è vita
excessit, & sua familia extincta, & è contra
ipse Deus patientiam præfati inquisiti di-
uinis, & humanis beneficijs remunerauit.

Limita tertio si mulcta imponeretur super
corpore, quia debet esse pecuniaria, non
21 corporis afflictiua, licet à superioribus Iu-
dicibus imponeretur, ideo non potest fie-
ri mulcta, vt quis posset per certum tem-
pus impunè offendi, nam non valeret, *Tu-
schus post Bartol. ab eo citatum d. concl. 409.
num. 13.*

Sed pro coronide, nota, quod mulctæ non ap-
plicantur ad inferiorem Dominum territo-
rij, sed ad Supremum Dominum, scilicet
22 Fiscum Principis, *cap. vnico quæ sint regalia,*
quia mulctæ potius meri Imperij dicuntur,
quam inferioris iurisdictionis, *Arumeus de
iure public. tom. 1. discurs. 13. de concurrentia
iurisdict. qu. 9. pag. 264. Rutg. Rul. dec. Camer.
qu. 1.* Imo si aliquando inferioribus Iurisdi-
ctionibus quærerẽtur, illę faciliter amitterẽ-
tur, nam cum per appellationem, aut recur-
sum causa ab vtili domino ad directum, seù
Ordinarium superiorem defertur, hoc casu
non Iudici à quo, sed ad Iudicem ad quem
mulcta applicatur, *Kniche. de pact. inuest. par.
2. cap. 3. num. 25. Menoch. cons. 604. num. 39.
lib. 7. Arumeus loc. cit. pag. 264.* Sed quia Baro-
nes nostri Regni de feudis inuestiuntur, cum
23 concessionibus prouentuum, & pœnarum,
hoc modo inuestiti in locum Fisci succe-
dunt circa has pœnas exigendas, *de Nigris
in cap. Regni exercere num. 3. Capyc. decis. 27.
num. 17. & dec. 185. num. 4. Dom. Petra in
ritu 47. num. 15.* vbi etiam Carauita, & non
sine ratione, quia mulctæ de fructibus iu-
risdictionis sunt. *Bart. in l. fin. ff. sol. matrim.
Chassan. in consuetud. Burgund. rub. 1. §. 7. vers.
l'amende num. 2. Thesaur. dec. 266. nu. 5.* cum
exoluantur in vltionem transgressæ iusti-
tiæ. *l. 1. ff. si quis ius dic. non obtemper. Natta
cons. 580. num. 16. Capiblanc. in pragm. final.
num. 25. de Baron. Dom. Petra in ritu 47. nu.
15. tom. 1.* & quia inuestitus de iurisdictione
censetur inuestitus priuatiuè ad Principem
*Abbas in cap. ceterum de iudic. Grammatic.
dec. 30. num. 7. Petra de potest. Princip. cap. 6.
nu. 46. Cancer. var. resol. par. 3. cap. 13. nu. 155.*
ideoque ad Fiscum non pertinere, sed ad
Barones concludunt *Vuesenbec. in rub. C. de*

modo

modo mulctar.num.6.Matth.Stephan.de iurisd. lib.2.qu.1.cap.7.memb.1. num.240.Carpzou.par.4.iurisprud.consist.10.defin.9.Brunneman.in l.5.C.de mod.mulctar. nisi ageretur de pœnis peruentis ex edictis Proregum, vel Principis, istæ enim ad Fiscum applicantur, non ad Barones, *Carauit.in ritu 47.num.15.* vbi etiam *Dom. Petra num.15.* prout de pœnis contrauentionum Regiorum Bannorum, quæ Fisco, non Baronibus applicantur. *Franc.dec.434 in fin.* quia in istis causis non sunt Iudices competentes Barones, *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. de pronis. fi. ri fol. num.46.Reg.Costant.in l 1. C. pen. fiscal.cred. praeferr. Moles de iure tract. in qu Incip. aliquis Baro, Reg.de Marin.lib.2.resol.170. à num. 4. Rocc. de offic. in rubr. pœnæ pecuniariæ, & transact.§.5.Luca ad Franch.dicta decis.434. num.5.*

PRÆSTANTIA XXVIII.

Præstantia Sacri Consilij est, vt possit pœnas commutare, vel minorare.

SVMMARIVM.

1 *Pœna imponitur pro medicina Reipublicæ.*
Iudex an, & quando minorandi, aut arbitrandi pœnam, potestatem habeat.
2 *Iudex existente partiter emissione potest pœnam corporalem in pecuniariam commutare.*
Iudex ex defectu probationum an possit pœnas minorare, & num.8.
3 *Iudex ante sententiam, vel post sententiam an possit pœnam minorare.*
4 *Pœnam potest minorare Iudex ex causa à iure communi consideratam, secus si ex causa extrinseca à lege non deducta.*
Pœna antequam Fisco applicatur debet Iudex declarare Reum in eam incidisse.
5 *PRÆSTANTIA Supremi Senatus est, vt possit pœnam corporalem in pecuniariam commutare.*
6 *Pœnam minorare potest solus Princeps ex sua libera potestate, Senatus vero ex iustis causis.*
7 *Senatus Supremus potest mulctas, etiam per Regias ordinationes taxatas diminuere.*
Sacrum Consilium Neapolitanum solet moderare mulctas excessiuas à Baronib. impositas.
9 *Mulcta potest remitti ob iusta causam paupertatis, vel in pœnam corporalem commutari.*
10 *Pœnam pecuniariam ex delicto impositam Senatus potest in corporalem conuertere, & quando.*
11 *M.C.Vicaria, & Regia Audientia nostri Regni habent potestatem commutandi pœnas, & quando.*
12 *Pœna ex causa poterit minorari, licet imposita sit à Statuto.*
13 *Delegatus à Principe potest minuere, & commutare pœnam, iusta ex causa.*
14 *Senatus Supremus potest etiam pœnam infamiæ ortam ex sententia minorare, cum clausula in sententia, sine nota infamiæ.*
Iudex potest in sententia reseruare sibi facultatem immutandi sententiam.
15 *Supremus Senatus ex facti circumstantia potest alterare pœnas à legibus impositas.*
16 *Senatus potest gratiam à Principe concessam considerare, an sit interinanda, scilicet exequenda.*
17 *Senatus potest suo arbitrio pœnam imponere, quando pœna à lege non fuit imposita.*
18 *Senatus licet possit minorare pœnam, an etiam teneatur si nolit.*
19 *Iudex inferior non habet potestatem pœnas minorare.*
20 *Supremus Senatus non potest Reis gratiam, vel indulgentiam impartiri.*
Indulgendi facultas in delictis, & gratias concedere solo Principi competit.
Remittendi pœnas est effectus supremæ potestatis Principis.
21 *Consilio Supremo Principis si ius remittendi communicatum fuisset, poterit gratias facere.*
22 *Baronibus nostri Regni fuit concessa Iurisdictio cum mero Imperio ab Alphonso Primo de Aragonia Rege.*
23 *Baronibus potestas illa agratiandi, quæ competit non oritur ex concessione meri Imperij, sed ex speciali concessione facta in priuilegio cum quatuor literis arbitrarijs.*
24 *Baronibus competit iurisdictio agratiandi, licet prouentus ad eos non spectent.*
25 *Barones post sententiam non possunt facere gratiam de delictis.*
26 *Barones non possunt facere gratiam delinquentibus sine partis remissione, aliquibus exceptis.*
27 *Proreges non debent agratiare Reos sine partis remissione.*
28 *Barones non possunt concedere guidatica, & saluacondocta inquisitis.*
29 *Pœnas non debent de facili Supremi Magistratus in tenuiores commutare.*
30 *Sacrum Consilium Neapolitanum potest imponere pœnas alternatiuas.*
31 *Pœna composita cum Fisco debet solui infra quindecim dies de iure nostri Regni, aliter transactio reuocatur.*

PÆna imponitur delinquentibus pro medicina in qualibet bene instituta Republica, vt ex illorum flagitio illa purgetur
1 prauis hominibus, atque ex illorum damna-

 tio-

tione, cæteri mali perterriti abſtineant à criminibus committendis, vt tuta ſit inter improbos innocentia, *cap. factæ ſunt leges diſtinct.4. Marta de iurisd. par.4. cent.1. caſ. 60. num.1.* vt igitur Reſpublica bene regitur, conceſſum fuit Iudicibus merum Imperium puniendi delinquentes. Vt autem Præſtantia Supremi Senatus circa pænas minorandas, vel commutandas cognoſcatur, iuuat inueſtigare quæſtionem, an, & quando Iudex minorandi, aut arbitrandi pænam poteſtatē habeat, multi DD. dixerūt quod Iudices hanc poteſtatē teneāt per tex. in *l. quid ergo §. pæna grauior ff. de his, qui notant. infam.* vbi *Bart. id. Bart. & DD. in l. ſi ſeuerior C. in quibus cauſ. infam. Tiraqu. de pæn. temper. in præfat. à nu.20. Farinac. quæſt.98. de pænis.* Dumodo tamen præcedat iuſta, & rationabilis cauſa, quo caſu poteſt augere, vel minuere pænam ordinariam à iure impoſitam pro aliquo delicto, vel maleſacto, *d. l. quid ergo §. pæna grauior.* Cauſa vero minorationis eſſet defectus plenæ probationis, hoc enim caſu poteſt Iudex minorara pænam pro aliquo crimine impoſitam, *DD. in cap. afferte de præſumpt. Sarmient. lib. 1. ſelectar. cap.1. Menoch. lib.1. præſ.97.* & tam pænas à iure impoſitas, quam à ſtatuto *Guido Papè dec.206. Viuius comm. opin.408. num.7.* qui DD. multos citat, latè *Tiraquell. de pæn. temper. per totum tract.* tam ſi agatur de pæna extraordinaria, quam de ordinaria, poſt alios relatos *Viuius loc. cit. num.8.* ideo exi-
2 ſtente partis remiſſione, poterit pænam corporalem in pecuniariam commutara, concurrente cauſa minorationis, *l. ad beſtias ff. de pænis, Tiraquel. in d. tract. loc. cit. Pegner. dec.41. Paul. Grilland. in tract. de relaxat. carcerat. Paris de Puteo de Sindic. in verb. pæn. § licet dicatur §. an ſi ſtatutum, & §. quia multa,* vbi ampliat hoc militare, ſiue Iudex per inquiſitionem ſiue per accuſationem procedat. Sed ſcias, quod in Regno noſtro per *Ritum 272.* non poteſt fieri compoſitio, niſi parte concordata, & præuia eius remiſſione in ſcriptis, *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de prouiſion. fieri ſolit. §.4. num.33.* Sed inter noſtros Nobiles ſufficit pax inter eos facta, quæ in iudicio loco pleniſſimæ remiſſionis habetur, idem *de Ponte loc. cit. nu.37.*

Alij vero dixerunt Officiales iuriſdictionem exercentes pænam à legibus expreſſam augere, vel minuere non poſſe, *l. 1. §. 1. ff. ad S. C. Turpill. cap. fin. de tranſact. Sarmientus lib.1. ſelectar. cap.1.* aliter ipſe ponitur *Tiraquell. loc. cit. in præfat. num. 13. Farinac. par.1. qu.17. notabilis gloſ. in cap. 3. de pæn.* qui dixit Iudicem, qui non poteſt diſpenſare ſuper crimine, neque poſſe minuere pænam à lege ſtatutā, *cap. vt commiſſi §. nec non faciendi,* & ibi *Gloſ. & DD. de hæret. in 6. Innoc. in cap. dilectus col.2. de temp. ordin.* alios refert *Loazes in allegat. de Mula 1. dub. in reſponſ. ad 5. & 6. fundam. num.39. & 40. pag. 327. Azeued. in lib. 8. nouæ recompil. tit.22. leg.5. num.19.* Ratio eſt quia vbicumque lex imponit pænam ab illa recedere non licet, vt probatur in *l.1. §. calumniatoribus ff. de priuat. delictor. Gloſ. in cap. licet de pænis,* poſt alios *Viuius comm. opin.408. num.1. Sarmientus d. lib.1. cap.1.* qui in ſpecie dicit Iudicem ex defectu probationum non poſſe minorare pænam ordinariam Reo debitam, dicens quod aut clarè conſtat aliquem Titium occidiſſe, & erit pæna ordinaria puniendus, aut non conſtat, & erit abſoluendus, aut probatio eſt dubia, vt ex ea animus Iudicis non quieſcat, & etiam erit abſoluendus, cum dubia probatio nihil proſit, *l. duo ſunt Titij ff. de teſtam. tutel.* & ſatius eſt relinquere nocentem impunitum, quam innocentem condemnare, *l. abſentem ff. de pænis.*

Eo magis ſi pæna eſſet applicanda parti ob damnum eidem datum, nam talis pæna neque à Principe minui poteſt, qui ſi de facto illam remiſerit, peccat, & ad reſtitutionem tenetur, *Gloſ. & DD. in l. venia C. de in ius vocando, Gramatic. conſ.34. Cancer. par.2. var. in tit. de pace, & treug. cap.11. à nu.111.* eſt enim Iudex legis Miniſter, ideo pænam à lega taxatam minuere nō poteſt, nec augere, *l.1. C. ne ſine iuſſu,* inde eſt quod Iudex ſi per inquiſitionē procedat, poteſt pænā minorare, ſecus ſi per accuſationē *Marſi. ſing. 524.* quia in hoc ſecundo caſu de intereſſe partis offenſæ tractatur, ſed hanc diſtinctionē reprobauit Camera Imperialis apud *Minſinger. obſeru.30. cent.2. Chriſtin. dec.106. num.4. tom.2.*

Alij DD. diſtingunt, dicendo, vel ſententia fuit lata iuxta legem, hoc caſu non poteſt Iudex
3 pænam mitigara, dum diſpenſare non poterat ſuper eo crimine, verum ante ſententiam, vel dum eam profert poteſt minuere, licet non habeat facultatem diſpenſandi, dicunt enim aliud eſſe diſpenſare ſuper crimine, & eius pæna, aliud vero rigorem lagis pænalis, ex aliqua cauſa ſententiando, temperare, *Farinac. in d. par.1. qu.17.*

Alij autem melius diſtingunt, quod aut pænam à ſtatuto ſancitam alterare Iudex intendat, ex cauſa quam ius commune conſi-
4 derauit, & hoc caſu dicunt, & optimè, quod talem pænam minuere poſſit, quia non ipſe Iudex, ſed lex pænæ minorationem inducit, vt eſſet caſus in minore delinquente, cuius pænam lex noſtra minorauit in *l. auxilium §.1. ff. de minor.* vel commutauit, vt in *l. aut facta §. fin. & l. hodiè ff. de pæn. & in l. quid ergo §. pæna grauior ff. de his, qui not. infam. Bald. in l. & ſi ſeuerior col.3. C. de infam.* & de-

pla-

clarat *Felin.in c.canonū statuta n.48. de const. Viu.d.op:n.*408 *n.*3.nam in hoc casu tale arbitriū,seu authoritatem Iudex habet à lege, ex iuribus citatis *Viu loc.cit. n.*4. causas autem minorationis ennmerat *Menoch. de arbitrar. Iudic. lib.* 2. *casu* 324. *& seq.* imo debet causam minorationis pænæ exprimere in sententia, post alios *Christin. d.dec.* 106.*nu.*5. Aut vero Iudex talem pænæ minorationem ex causa extrinseca à lege non deductam , aut consideratam vellet minorare , & tunc non poterit statutum pænale, aut legem alterare , sed debet Principem consulere causam granis minorationis cōcurrentem,*Blanch.in pract.crim.s.post quem num.* 77. quem sequitur *Hippolit. Riminald. in conf.*135.*nu.*27. *inter conj. crimin. tom.*1. quos sequitur *Conf.Petra in ritu* 270.*nu.*29. *to.*3.& fuit doctrina *Iul. Clar.in s.fin.qu.*85. *num.*10 *vers.vlterius*, qnia Iudex non debet esse clementior,lege *Iacob.Nouell.in tract.ad defens. vers.bis bassenus num.*44. Solus enim Princeps potest pænam in iure expressam minuere , vel augere , quia est supra legem *l.Princeps ff.de legib. Alciat.in l. quos nos hostes ff. de verbor. signif. Guid. Papè dec.*206. *à num.*4. *Ripoll. de regalib. cap.*34. *num.*38. ex hoc credo fuisse introductā praxim , vt antequam pæna Fisco applicetur,debeat prius Iudex declarare delinquentem in ea incidisse,*Ripoll.loc.cit num.*17.& hoc modo exercet officium mercenarium deseruiendo accusationi , & legis dispositioni, *Peregrin. de iur.Fisci lib.*4. *tit.*8. *num.*2. *vers. rursus, Ripoll.d.cap.*34.*num.*36.& dum est merus executor non poterit pænam alterare.

Hæc autem,quæ cōtrouertuntur,agitātur inter Iudices inferiores,an possint pænas minuere
5 re , vel alterare , sed Supremus Senatus ob eius PRÆSTANTIAM non dubitatur,quin hoc possit facere , & etiam commutare pænam corporalem in pecuniariam , quando æquum,& expediens sibi videbitur , *Guido Papè qu* 437.*& qu.*579.prout de Parlamento Franciæ fatetur *Carol. de Grassalijs de regal. Franc. lib.* 1. *vers. item euocat pag.* 174. *Schonborner in politica lib.*5. *cap.*24. *Thesaur. dec.*182.*num.*2. *Christin.dec.Belgiæ* 86.*nu.*7. *tom.*2.*Modittus in dubit. iur.lib.*2. *in s. Magistrat. seu Prætorum edicta dub.* 14. *num.*4. *Clarus in S.fin.practic. crim. qu.*85.*num.*10. *vers. vlterius quæro* , per illa verba: *Sed hæc quidem conclusio intelligenda est , vt procedat in maioribus Magistratibus , illi enim possunt pænas statutas minuere ex causa,sine talis causa sit coherens delicto , siue sit causa extrinseca, sed minores Magistratus bene possunt minuere pænam ex causa coherente delicto ,sed si volunt pænam alterare ex causa extrinseca,debent Principem consulere* , & idem confirmat dict. *Clar.in seq. qu.*95. *num.*2. *circa fin.* per ista verba: *Bene verum est,quod hæc commutatio in hoc ducatu non fit, nisi per Senatum , & ideo fuit grauiter reprehensus quidam Prætor, qui fecit castigare inconsulto Senatu quendam Rauarium , qui non habebat modum soluendi pænam pecuniariam , in qua fuerat pro blasphemia condemnatus.*Ratio est quia si ex causa rationabili potest pænā à lege statutā Iudex iuxta aliquorū sententiā minuere,per tex.cum *Glos. in l. hodie ff.de pæn.* & de communi opinione post multos relatos fundat *Vinius comm.opin.*408.*num.*2.fortiori ratione DD. supra citati concludunt de Supremis Magistratib. quod possint hac præeminētia vti,& approbat *Sola in consuet. Saband. in tit.de fals.not.glos.vltim.nu.*12.*& seq.vers. conclusionem* , qui citat *Bald. Castrens. Iason.* & alios.

Sed ratio principalis est , quia à Senatus omne quod mandat , aut præcipit , nomine ipsius Principis agit , vti pars corporis eius , ideō sicut pænæ non remittuntur,nisi à solo Principe,quia est supra legem, *l. Princeps ff.de legibus* , & omnis pæna apud eum est arbitraria, *Bald.in l.*1.*col.*8. *& in l.cunctos populos C.de Summ.Trinit.& Fid.Catthol.Delgrassalius loc.sup.cit.Grammatic.dec.*36.*num.*12. *Chassan.in Catalog.par.*5. *consid.*24. *Borrell.de Præst Regis Catthol.cap.*13.*num.*12. eodem
6 modo apud Senatū ,sed cum hac differētia, vt à Senatu ex instis causis minorantur, vel commutantur, *Xamar.de offic.Iudic.& Aduoc.par.*1.*qu* 6.*a num.*33. *Bouadill.in politic. tom.*2.*lib.*4.*cap.*6. *num.*68. *Brunneman. in l. fin.S fin.C.de mod.mulct. Peregrin.de iur.Fisci cap.*8.*num.*19.à Principe vero ex sua libera potestate.

Hinc est , vt Supremus Senatus ex causa possit mulctas etiam per regias ordinationes ta-
7 xatas diminuere,vel in totum remittere , si viderit expedire, *l.illicitas s. fin. ff.de offic. Præsid.*facit *l.quid ergo s.pæna grauior*, & ibi *Bart.ff.de his,qui not.infam.& in l.si seuerior, C.eod.tit.Glos.in l.omnes* 1.*C.de annon.& trib. lib.*10.*Guid.Papè dec.*206. *Aufrer.decis.*271. *Dionysius Gothofred. in praxi ciuil.lib.*1.*tit.*9. *de Senator.rub.de priuileg.Curiar.vers.decimo fol.*509.inde est,quod solet Sacrum nostrum Consilium moderare pænas excessiuas per Barones impositas , *Lauar. consf.* 98. ex quo laudatur noster Senatus à *Mastrill. de magistrat.lib.*4.*cap.*18 *num.*18. *& à Cancer. var. resol.par.*3.*cap.*13.*num.*177.

Amplia primo , vt eo magis conclusio supra posita procedat,quando iusta concurrit causa commutandi pænam corporalem in pē-
8 cuniariam, puta ob defectum probationum *Menoch.de præsumpt. lib.*1.*præsumpt.*97. qui restatur, quod omnes Senatus possint minorare

rare

rare pænas ob defectum probationum, contra Sarmientum loc. sup. cit. & confirmat Xamar par. 1. de offic. Iudic. & Aduocat. quæst. 6. à num. 20. latè Farinac. de pænis qu. 17. vol. 1. num. 61. & ratio est, quia quando concurrit iusta ratio legis, Iudex debet esse clementior lege scripta, Aristot. lib. 5. Modit. d. dub. 14. num. 5. Ita etiam propter iustam causam
9 paupertatis mulcta potest remitti, vel diminui, iuxta tex. in d. l. illicitas §. penult. ff. de offic. Præsid. l. fin. § fin. C. de mod. mulctar. vbi Brunneman. Azenod. in l. noua recompil. lib. 2. tit. 5. in l. 15. fol. 136. tom. 1. qui ex hoc infert, quod poterit exilij pæna etiam remitti, cum Aviles in cap. Prætorum in verb. derechamento num. 6. fol. 35. Tiraquell. de pæn. temper. caus. 32. Bernard. Diaz. in pract. crim. canon. cap. 126. vel ob dictam paupertatem in pænam corporalem commutari, vt tradit Iul. Clar. in pract. crimin. §. fin. qu. 95. vers. hæc autem post Vasquium in controu. illustr. cap. 24. num. 15. qui fatetur hanc esse communem opinionem, quam etiam confirmant Iason in l. si quis id num. 28 vers. 4. limita, ff. de iurisdict. omn. Iud. vt qui non habet in ære luat in corpore, l. fin. C. de in ius vocando Thesaur. dec. 332. Vel in aliam mitiorem, l. eos C. de mod. mulctar. in fin. Excobar. de ratiocin. cap. 24. num. 11. Sed hoc non admittit Peguera dec. 6. num. 4. & 16. in fine, vbi ait, quod regula, qui non habet in ære luat in corpore, non habet locum in mulcta, proinde ob impotentiam soluendi debet fieri eius condonatio, & hanc sententiam approbat Clarus in §. fin. qu. 95. num. 8. Menchaca controu. illust. cap. 24. num. 15. & facit doctrina Glos. vltima in cap. finem litib. de dolo, & contum. quod condemnatus in expensis litis, si non habet vnde soluere punitur arbitrio Iudicis, quod arbitrium quomodo sit regulandum, demonstrat Menoch. de arbitrar. iudic. cent. 5. casu 147. num 5. ad commutandam pænam pecuniariam in corporalem, sed talis pænæ commutatio à solo Senatu fieri potest Christin. d. dec. 86. num. 6. & seq. tom. 2.

Amplia secundo, vt non solum possit Supremus Senatus pænam corporalem in pecu-
10 niariam commutare, sed etiam è contra pænam pecuniariam in corporalem conuertere, ob debitoris impotentiam, quando ex delicto imponitur pæna pecuniaria parti applicanda, latè per intra demonstrat Peguera dec. 6. num. 6. Clar. in § fin. qu. 95. vers. sed quid, & vers. quæro, & ita practicauit Senatus Mediolani apud Solam in consuet. Sabaud. tit. de falsis glos. vlt. num. 13. vers. secundo in fine, sed concurrere debet partis consensus, dum de eius interesse agitur, Peguera loc. cit. num. 11. & quia pæna debebatur Fisco, in illa decisione relata à Sola loc. cit. ideo Fisco instante fuit pæna pecuniaria in corporalem commutata, quæ conclusio limitatur si pæna esset à Nobili condemnato soluenda, nam hoc casu nõ debet corporaliter puniri, si Nobilis soluendus non sit, Additio ad Peguer. d. dec. 6. nu. 20.

Amplia tertio, vt hac potestate vti possint, tam Magna Curia Vicariæ, quam Reg. Au-
11 dientiæ nostri Regni, nam cum istæ sint Iudices causarum appellationum, aliarum Curiarum inferiorum, maiores Magistratus appellari possunt, argum. l. 1. ff. de appellat. sed hoc est intelligendum cum distinctione supra tradita à Claro loc. cit. qu. 85. quãdo scilicet causa pænæ temperãdæ delicto cohæreret, quia esset intrinseca, secus si causa sit remota, & extrinseca, tunc in pænarum comtatione Princeps esset consulendus, sequitur glos. vltima num. 13. in fin. & 14. vers. Nono, vbi explicat causas coherentes delicto esse illas, quando impetu, calore iracundiæ, vel æbrietatis, aut iuuenilis ætatis crimen esset commissum; & in hac facti specie loquitur idem Sola loc. cit. d. num. 13. in fine, qui refert decisionem nostri S. Consilij, quod ordinauit male fuisse per nostram M. Curiam Vicariæ iudicatum, & benè appellatum, eo quia d. M. C. non temperauit rigorem pœnæ legis Corneliæ ad fauorem Reorum homicidij iusta ex causa patrati, sub prætextu hanc potestatem minorandi pænam residere penes nostrum Consilium, non apud Magnam Curiam, quia ibi concurrebat causa intrinseca minorationis, quæ erat illa iusta causa à Sola loc. cit. expressa; quæ potens erat ad minorationem pænæ faciendam per Curiam inferiorem.

Amplia quarto, vt licet pæna esset imposita à statuto, etiam ex causa poterit Iudex il-
12 lam minorare, Decius in cap. de causis nu. 19. de offic. Deleg. Couarr. lib. 3. var. resol. cap. 9. num. 8. Clar. loc. cit. d. qu. 85. num. 10. vers. vlterius quæro, qui omnes citat Moditius d. dub. 14. num. 6. puta si mulctatus comparet re integra pariturus, Clarus in dict. §. fin. qu. 95. vers. hæc autem omnia, vel si alia iusta causa minorationis concurrat.

Amplia quinto, vt etiam Delegatus à Principe possit minuere, vel commutare pænam
13 iusta concurrente causa, quia iste Delegatus à Principe dicitur Magistratus Maior, qui habet hunc potestatem, vt supra dixi Innoc. in cap. 1. de constit. vbi Felin. num. 49. maximè si pæna non esset à lege determinata, nam arbitrium ei concessum potest ad æquum reducere, Specul. in tit. de legato §. generaliter Modit. d. dub. 14. n. 8. qui secus dicit in Delegato ab inferiori Magistratu, & sequitur Sola in d. glos. vlt. n. 12. vers. conclusionem, & vers. Septimo.

Amplia

Amplia ſextò, vt Supremus Senatus poſſit
etiam pænam infamiæ ortam ex ſententia
14 minorare, ſeu reſeruare, apponendo clau-
ſulam in ſententia, ſine nota infamiæ, licet
crimen de ſe infamet, quod ſecus eſt in alijs
Curijs inferioribus, *Rebuff. in l. aliud eſt fraus*
§. 1. ff. de verbor ſignific. facit tex. in *l. ex mili-*
tari ff. de teſtam. milit. Dionyſius Gothofred. in
praxi ciuili lib. 1. tit. 9. de Senator. in rub. de
priuileg. Curiar. verſ. vigeſimo octauo fol. 511.
Paul. de Caſtro conſ. 45. num. 9 inter conſilia
criminalia diuerſor. vol. 1. Farinac. de pæn. qu.
17. num. 20. vol. 1. & probatur, nam ſi licet
Judici in ſententia reſeruare ſibi poteſta-
tem immutandi ſententiam, *Gloſ. in l. labeo*
§. 1. verſ. ſed ſi pur. ff. famil. herciſc. Cancer.
var. reſol. par. 3. cap. 2. num. 156. dummodo
tamen reſeruationem apponat in ſententia
ante verbum condamno, vt voluit idem
Cancer. loc. cit. & confirmat *Luca ad Franc.*
d. dec. 370 num. 4. eo magis poterit notam
infamiæ in ſententia declarare quod minus
eſt.

Amplia ſeptimo, vt poſſit Supremus Senatus
ex cauſa, & facti circumſtantia augere pœ-
15 nas à legibus impoſitas, *Marſilius ſingul. 182.*
incip. Iudex non debet. Boer. dec. 289. Additio
ad Clarum in § fin. qu 85. num. 23. notabiliter
Caluin. de æqu tate lib. 1. cap. 1. num. 23. vbi
aſſerit ita pluries practicaſſe Senatum Me-
diolani, attenta facti grauitate, & conſide-
ratis circumſtantijs contra quemdam per-
cuſſorem cum baculo, in perſonam cuiuſ-
dam Iuriſconſulti fracta pace, & licet ob ta-
le delictum pœna aureorum quincentum
erat impoſita per conſtitutiones illius Du-
catus, attamen Senatus reſcripſit Prætori
Derthonæ, vt d. delinquentem ſub pœna vi-
tæ citaret.

Amplia octauò, vt Senatus non ſolum poſſit
minorare pœnam, ſed etiam gratiam à Prin-
16 cipe conceſſam conſiderare, an ex debitis
& veridicis circumſtantijs Principi expoſi-
tis ſit interinanda, ſeu approbanda, hic
enim vſus apud multas Curias Supremas
Ducatuum, & Regnorũ fuit introductus, vt ſit
à Senatu gratia interinãda antequam exe-
quatur, vt de Ducatu Mediolani teſtatur
Clarus in pract. crim. lib. 5. qu. 59. verſ. & quia
plerumque, ſicut in Senatu Sabaudiæ adeſt
decretum Principis Caroli id ſtatuens, vt
fatetur *Th. Gratr. dec. 21.* vbi refert quamuis
gratiam non fuiſſe a Senatu illo interinatam
vti ſubreptitiam, & cum fuerit ex gratia
Principis iterum ampliata, vt habeatur pro
interinata, voluit ille oculatiſſimus Sena-
tus perpendere an ſatisfactio parti læſæ tri-
buta fuit, quæ cum non fuerit data, dicebat,
gratiam Principis nil opitulari, Vnde quo
ad pœnam corporalem delicti fuit à Senatu
interinata, quo vero ad partis ſatisiſfactio-
nem fuit à Senatu exceſſiua partis petitio
moderata, & gratia exequta apud *Theſaur.*
d. dec. 21. col. 2.

Amplia nono, vt ex Arbitrio Iudicis, vel Se-
natus poſſit pœna imponi, cum de iure com-
17 muni non reperitur à lege limitata, *l. 1. §.*
effractores ff. de effractorib. l. ſanctio legum ff. de
pœnis, Vinius poſt alios in *comm. opin. 417.*
num. 1. qui ſubdit in *num. 2.* quod tale arbi-
trium poſſit extendi vſque ad mortem, quã-
do pœna eſt arbitraria per *Gloſam in §. in*
ſumma inſtit. de iniurijs, quam communem
citat *Maranta in praxi par. 4. princip. nu. 43.*
cum ſeq. Siguirol. de Homedeis conſ. 170. ſed
hoc intelligunt DD. tunc licere Iudici pœ-
nam mortis arbitrare quando concurrunt
qualitates, & circumſtantiæ, quæ talem pœ-
nam imponi ſuadent *Vinius loc. cit.*

Amplia 10. vt licet poſſit Senatus minorare, vel
mitigare pœnam, non tamen tenetur, *Pelin.*
18 *in tract. de conatu in fin. Cagnol. in l. ſi quis ma-*
ior num. 17. C. de tranſact. Plaza in epitom. de-
lictor. lib. 1. cap. 22. num. 10. Additio ad Cla-
rum in §. fin. qu 85. num 28. ſed talis libertas
apud Iudices iniquitatem pareret, ſi ad eo-
rum arbitrium, quando ſibi placuerit poſſent
pœnam mitigare, ſunt enim Miniſtri Iuſti-
tiæ, igitur debent omnes circumſtantias, &
cauſas minorationis pœnarum attendere,
bene igitur contrarium dixerunt *Gra-*
matic. dec. 23. num. 12. Decian. in l. ſi fugitiui
col. 4. num. 63. C. de ſeru. fugitiu. nec curanda
eſt prima opinio, quam defendit *Menoch. de*
arbitr. Iudic. caſu 329. nu. 9. nam cum com-
pilauerit ſuum librum de Arbitrariis Iudi-
cum, omnes concluſiones vti arbitrarias cu-
mulauit, hac de cauſa eius doctrinas nõ parũ
damnum peperiſſe in animas Iudicantium,
exiſtimo, ſed longè maius Reipublicæ, vti
cauſam præbens ſuſcipiendi ſacra Dianæ
bene igitur conſulunt Politici, vt quantum
poſſibile ſit, omnia ſint legibus determi-
nanda, & quod pauciora ſint arbitrio Iudi-
cum committenda, vt per rationes demon-
ſtrat *Ægidius Romanus Gentilis meus in aureo*
tract. de regim. Princip par. 2. 3. libri cap. 20.

Limita 1. in Iudice inferiore, qui nõ habet po-
teſtatem pœnas minorare, licet habeat me-
19 rum, & mixtum Imperium, *Decius in cap.*
de cauſis num. 18, vbi omnes DD. *de Offic. De-*
leg. l. 1. §. 1. ff. de queſtion. nam hæc poteſtas
à Principe dependet, nec cenſetur Iudicibus
conceſſa lędendi Fiſcum, & Rempublicam
ſuo iure priuandi, *Boſſius de cauſis crim. tit.*
de pœnis num. 9. Roland. conſ. 18. num. 79. vol.
1. latè *Cancer. d. cap. 2. num. 155.* Imo Iudex,
qui minorem pœnam indicit, efficitur infa-
mis, *l. ſeruos C. ad l. Iul. de vi public.* & tradi-
tur Carolum Primum huius Regni claues
tenen-

tenentem, laqueo suspendi Iudicem iussisse,
quia quemdam pæna mortis plectendum
solum manum abscindi iusserat, vt refert
Clar. in §. fin. practic. criminal. dicta quæst. 85. num. 10. vers. ulterius quæro, Moditius loc. cit. num. 3.

Limita secundo, quando Reus condemnatus,
suam pænam corporalem in pecuniariam
conuertere affectauerit, vel è contra, hoc
enim modo sua voluntate arbitrium Supremi
Senatus eluderet, dum ista mutatio à sua voluntate penderet, vt post *Thesaurum* aliosque citatos aduertit *Christin. d. decis. 86. num. 7.*

Limita tertio, quando vellet Supremus Senatus per viam gratiæ, & indulgentiæ totaliter
20 Reis remittere pænas à Reis incursas, hoc
enim prohibetur omni Magistratui, ita cõmuniter DD. apud *Couarru. pract. qu. cap. 34. Iul. Clar. in d. qu. 85.* Ratio est quia facultas indulgendi in delictis, & concedendi gratias, vel bãnitos restituẽdi, aut capitales pænas remittẽdi, solo Principi Supremo Imperialia, seù regalia iura habenti reseruata est, *l. 1. §. fin. ff. de quæst. l. relegati 4. in fine, l. ad bestias, l. 1. §. 11. in fin. l. 27. l. 31. ff. de pænis l. acta §. de amplianda ff. de re iudic. Georg. Schönbor. politic. lib. 5. cap. 24.* ideo solo Regi competit exilium mutare, & remittere, *Azeued. in lib. 2. tit. 5. leg. 15. num. 1. & lib. 8. tit. 22. leg. 5. nu. 17. Didac. Perez in lib. 8. tit. 11. glos. tiempo l. 5. Rolandus à Valle cons. 4. nu. 53. lib. 3.* cum ius remittendi pænas sit effectus supremæ potestatis ipsius Principis, *d. l. ad bestias, l. diui fratres ff. de pænis § planè instit. de iur. nat. gent. & ciuil. Ripoll. de regal. cap. 45. num. 7.*
Nisi Supremo Consilio Principis eadem po-
21 testas communicata fuisset, ad instar Ducum, Marchionum, & Comitum Imperij, quibus iura Imperij concessa sunt, hoc enim casu poterit pænas capitales minuere, & etiam remittere, *Roland. à Valle cons. 4. n. 56. lib. 4. Schonbor. ner. dict. lib. 5. cap. 24. Thes. iur. dec. 21.* & in hoc casu loquuntur *Decius in cap. de causis num. 18. de offic. Deleg. Iason. in l. 1. num. 8. C. de precib. Imper. offer.* vbi dixerũt quod Maiores Magistratus, habentes merum & mixtum Imperium, possint pænas Fisco applicandas remittere, quod debet intelligi de illis Magistratibus, qui Principem non recognoscunt, vt sunt illi Rerumpublicarum, *Moditius loc. cit. num. 2.* hinc nullateous Iudices ordinarij possunt nec bannitos remittere, nec gratiam delinquentibus facere, *Bart. Alberic.* & alij in *d. l. relegati*, & est tex. in *l. fin. ff. de offic. procur. Cæsar. Gomes. to. 3. de delictis in tit. de exilio, & releg. num. 4.* quia tales Iudices ordinarij potestatem habent iudicandi, non verò remittendi, & indulgentiam concedendi, ad hoc enim mandatum Iurisdictionis non extenditur, *l. pænam C. de pænis Farinac. par. 1. in praxi crim. qu. 6.* nisi aliter seruetur de consuetudine, *Riccius collect. 661.* qui de Episcopis loquens ait, habere eos facultatem de generali consuetudine, & quasi possessione, in qua manutenentur, faciendi gratiam de omnibus delictis, etiam post sententias.

Sed quia Baronibus nostri Regni fuit concessa
Iurisdictio cum mero Imperio ab Alphun-
22 so Primo Aragoneo nostro Rege, vt dixerunt *Afflict. in constit. Regni, Eaque ad decus in 4. not. ib.* & in alia *constit. Contingit in 3. notab. Caranita sup. ritu 49. Item quod Curia ipsa in 1. qu. 2. col. num. 5. vers. respondetur fol. 36. Franc. dec. 370. num 8.* vel à Rege Roberto, deinde à Rege Alphonso confirmata, vt voluit *Tasson. de antefato vers. 3. obser. 1. n. 17.* ideo possunt nostri Barones facere gratiam de delictis Vassallorum, quando adest partis remissio, *Rouit. in pragm. 5. de Abolit. n. 9.* prouentus enim sunt fructus iurisdictionis *Moutan de regal. verb. mulctarum fol. 82.* Ista iurisdictio iure proprio competit Baronibus non in officium, ex qua oritur potestas agratiandi, *Giurba cons. crim. 74. num. 21.* Et hæc est differentia inter iurisdictionem concessam in officium, seu in exercitium, vt est illa quæ conceditur Iudicibus, & alijs Officialibus, & iurisdictionem concessam iure proprio, scilicet in dominium, nam in primo casu non potest fieri pænæ remissio ab Officialibus, qui tenent iurisdictionem in officium, vt de Vicario Episcopi, sed Vicarius Capitularis, qui exercet iurisdictionem iure proprio, potest gratiam facere de delicto, sicut Barones, sed magis cauti DD. scilicet *Anna in cap. 1. de Vassall. decrep. ætat. num. 134. Hodiern. controu. 30. num. 3. Luca ad Franc. in d. dec. 370 num. 1. Capyc. in inuestit. f. n. lor. fol. 126. col. 2. vers facultate,* alijque, voluerunt potestatem agratiandi, & condo-
23 nandi delicta non venire ob concessionem meri Imperij, sed indigere speciali concessione in Baronum priuilegijs, cum quatuor literis arbitrarijs, quæ tribuunt potestatem agratiandi *Luca ad Franc. in d. dec. 370. n. 1.* quam vltimam sententiam veriorem existimo, & in praxi admittendam, quam in vno casu limitat *Dom. Hodierna in d. contr. 30. per totam*, & præcipue in fine, quando prouentus ad beneficium Vniuersitatis, non Baronis applicandi essent, in quo casu denegat Baronibus hanc potestatem componendi. Sed salua pace d. Dom. Hodierna, qui fuit Consiliarius Doctissimus, & omni laude venerandus, in hanc suam sententiam
24 non possum concurrere, quia iurisdictio est quid diuersum ab exactione prouentuum, nec valet consequentia, prouentus non spe-

ctant

ſtant ad Baronam, igitur non habet pote-
ſtatem componendi, vel agratiandi delicta,
videmus enim exerceri mille actus iuriſdi-
ctionis à noſtra M.C.Vicariæ, & alijs Curijs
inferioribus ſine aliqua prouẽtuum exactio-
ne, nec aliquis opinatur aſſerere, quod non
competat iuriſdictio, quia vacua eſt iuriſ-
dictio à prouentuum exactione, ſic in no-
ſtro caſu bene poſsunt cõiungi poteſtas com-
ponendi, & agratiandi maleficos, & contu-
maces, & pœnas applicare ad Vniuerſita-
tem. Et confirmatur, nam ſi vera eſſet dicti
Hodiernæ propoſitio quærerem ab eo, cui
competit poteſtas Reos agratiandi, dum
ille negat competere Baroni? forſan Vniuer-
uerſitati, cui prouentus fuerunt conceſſi?
& quis illam concessit, nam ex ſola prouen-
tuum conceſſione non inducitur iuriſdi-
ctionis conceſſio, vt cognoſcitur in Magi-
ſtris actorum, qui exigunt dtiritus ad inſtar
prouentuum abſque iuriſdictione. Nec re-
plicetur quod competat Regi, quia reſpon-
detur quod bene competeret, ſi iuriſdictio-
nem à ſe non abdicaſſet, ſed quia Baroni-
bus illam conceſſit, & omnem quam habe-
bat ad Feudatarios tranſtulit, erit dicẽdum,
vt Barones exerceant ſuam iurisdictionem
in componendis delictis, quando aſpiciunt
congruentia, gratiã, vel tranſactionem ſua-
dentia, & pœnas applicent Vniuerſitati,
quando ei ex priuilegio, vel conceſſione
competunt, ne ſint in eodem Feudo duo
Domini in proſequendis delictis, vnus in
caſtigando, alter vero in componendo, & ſic
obſeruatur in Caſali Afragolæ, cuius Vni-
uerſitati fuit conceſſa à Dom. noſtro Rege
omnium pœnarum exactio, ita conuenta
cum Regio Fiſco, quando ad Regium dema-
nium fuit admiſſa, & hodie Gubernator
tranſactiones perficit in componendis de-
lictis parte concordata, & Vniuerſitati ſol-
uuntur pœnæ tranſactæ.

Sed aduerte, quod Barones ante ſententiam
poſſunt facere gratiam de delictis Vaſſallo-
25 rum, quando adeſt partis remiſſio, ſecus ve-
ro poſt ſententiam, nam per ſententiam
functi fuerunt eorum officio, *l. Iudex poſtea-
quam. ff. de re iudic. l. diui fratres. ff. de pænis,
Franc. dec. 370. num. 1. & 11. Hodiern. d. con-
tro. 30. num. 4.* Nam facultas remittendi, vel
commutandi pœnam conceſſa intelligitur
ante condemnationem, non autem poſt *Ro-
landus à Valle d. conſ. 4. nu. 54. Additio ad Cla-
rum, ſ. fin. quæſt. 85. num. 3 a & ſeq.* ideo non
poterunt amplius ſuam ſententiam altera-
re, tollere, vel in aliquo mutare, *l. 1. ſ. ſi quis
vltra, ff. de quæſtio.* vbi ſi Iudex condemna-
uerit aliquem ad mortem, & poſt ſentẽtiam
conſtet de innocentia condemnati, non po-
teſt illum abſoluere, & ſuam ſententiam re-
uocare, niſi Principe conſulto, *Couarru. pra-
ctic. q. 34. Farin. in praxi p. 1. q. 11. n. 12. & 20.*
ſolus enim Princeps poteſt facere gratiam
lata ſententia, *l. 1. ſ. ſequitur. ff. de poſtul. Boſſ.
in tract. crim. tit. de remed. ex ſola clementia
num. 51. verſ. an Feudatarij. Roland à Vall. d.
conſ. 4. n. 58.* Sed quid ſi à ſententia Baronis
ſit appellatum, an pendente appellatione
concedi poſſit gratia à Barone, refert deci-
ſum quod ſic *Franch. dec. 370. in fin.* & di-
xit etiam *Additio ad Clar. in ſ. fin. qu. 61. nu.
22.* Sed hoc intelligit de appallatione ad Iu-
dicem ſecundarum cauſarum Baronis, non
ad Curiam Regis, *Taſſon. verſ. 3. obſeru. 4. nu.
148.* Sed melius dicerem, vt de vtraque ap-
pellatione eadem diſpoſitio procederet,
nam ratio, qua talis concluſio firmatur illa
eſt, quia appellatio ſuſpendit ſententiam, ip-
ſamque reducit ad terminos litis conteſta-
tæ, *per l. ita demum, C. d. Procurator.* & quia
illam ſuſpendit, ſiue ad Curiam Regis illa
deuoluatur, ſiue ad Curiam Baronis, igitur
non debet iſta appellatio, quæ ad Curiam
Regis producitur aliqua ſpecialitate muni-
niri, proinde de vtraque eadem debet eſſe
concluſio, & ita inueni pernauca verba
confirmatum ab *Addente ad Clarum, ſ. fin.
quæſt. 61. num. 23.* ibi: *quamuis appellatio
introducta fuiſſet in M.C.*

Aduerte etiam, quod talis poteſtas remittendi
ſine partis remiſſione Baronibus non fuit
26 tributa, ſed penes Principẽ remanat, pro-
bat *Capiblanc. de Baron. prag. 6. nu. 32.* & ſe-
quitur *Hodierna d. contr. 30. num. 5.* contra
Rouit. in prag. 5 de abolit. num. 9. qui voluit
Barones habentes imperium poſſe aggratia-
re Foriudicatos. Solus enim Princeps poteſt
facere abolitionem generalem in crimini-
bus, & alicui ſpecialem, vt id quod alias erat
vendicandum tranſeat impunitum, per *l. ſi
interueniente, ff. ad Turpill. Roland. à Valle
d. conſ. 4. num. 58.* & teſtatur *Boſſius in dicto
tract. crim. tit. de remed. ex ſola Clementia
Principis num. 51. verſ. an Feudatarij,* quod
in ſtatu Mediolani vidit ſuſpendi quemdã
Subditum Feudatarij, cum gratia ipſius Ba-
ronis collo annexa, & refert etiam *Roland.
d. conſ. 4. num. 59.* In Regno vero noſtro ali-
qui Barones habent priuilegium agratian-
di Reos delinquentes, etiam parte non con-
cordata, ob præclara ſeruitia præſtita Regiæ
Coronæ, tale enim priuilegium conceſſum
fuit Principi Biſiniani, de quo teſtatur
Franc. d. dec. 270. num. 1. & de Duce Martini
refert *Capiblanc. prag. 6. de Baron. num. 32. &
in prag. 7. num. 23. Scialoa de foriudic. cap.
24. num. 96. Luca ad Franc. d. dec. 370. num.
3. verſ. Barones,* de quo conqueruntur noſtri
DD. ſcilicet *Caramit. in ritu 272.* qui inuehit
27 contra Proreges crimina indulgentes abſq;

partis remissione, nulla publica causa con-
currente, vt infra dicam.
Sed nota, quod non quia *Barones* possunt gra-
tias facere de delictis ante sententiam præ-
28 uia partis remissione, potennt etiam gui-
datica, seu sàlnum condnctum inqnisitia cō-
cedere, vt delicta reuelentur, & licet videa-
tur minus, cum tribnat solnm temporalem
securitatem, non perpetuam, sicut gratia,
attamen vsibus introductum fuit, vt hæc
potestas apud solum Principem resideat,
Rouit. in prag. 1. de guidat. num. 4. Danza
tom. 2. de pugna Doct. tit. de guida. cap. 12. No-
uar. de grau. vassall. lib. 2. gra. 55. & refert de-
cisum *Thor.* in Colllaterali Cons. *par. 3. in*
verb. Barones an possint indulgere, Luca ad
Franc. dec. 370. n. 6.
Aduertant tamen Supremi Magistratus non
sic de facili pænas Reis debitas in tenniores
29 commutare, ne laxior peccandi licentia
inducatur, *l. si operis, C. de pænis,* & intempe-
stina est misericordia nocentem dimittere,
ne nimia indulgentia amplissimum ordinē
inqninet, *l. 1. ff. de collus. vide l. aliud est fraus,*
ff. de verbor. signif. Dionysius Gothofred. in pra-
xi ciuil. lib. 2. tit. 9. de Senator. in rub. de priui-
leg. Curiar. vers. nemo potest, fol. 509. Nec
ipsi Reges debent esse faciles ad remitten-
dnm, vt testantur *DD. in l. 3. C. de Episcop. &*
Cleric. Molin. de *Hispan. primog. lib. 2. cap. 3. n.*
47. Ripoll. de regal. cap. 45. num. 30. & ita con-
sn lunt DD. nostri Regni, scillcet *Carauit. in*
ritu 272. *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. 1.*
§. 4. nu. 7. Reg. de Marin. in obseru. 238. ad Re-
uert. num. 1. Grammatic. cons. crim. 34. num.
1. & voto 35. num. 7. & 9. Thesaur. decis. 21.
num. 3. qui cnm alijs dicit peccare Princi-
pem hoc facientem, & satis rigide fundat
Plotus cons. 73. nu 45. non posse Principem
facere gratiam de homicidio deliberato, li-
cet inquisitus remissionem obtinuisset. sed
hoc non obsernatur, quia minueret Princi-
pis potestatem, & nihil differret Principis
plenitndo à Iudicis potestate, late *Farinac.*
quæst. 1. quæst. 6. n. 15.
Ex supradictis deducitur, quod *prag. 45. de*
offic. Mag. Iustit. quæ prohibet M.C.V. impo-
nere pænas alternatiuas v.g. Exulet per tres
annos, vel soluat centum, sicut solebat anti-
quitus decretare d.M.C. in isto casu erat in
electione Rei, quam pænam velit eligere,
l. quicumque, vbi Glos. in verb. vel viginti, Cod.
de Seruis fugit. Talis pragm. nō poterit com-
prehendere decreta alternatiua pronnn-
30 cianda per nostrum S. Consilium, ob præ-
dictam Præstantiam, quam tenet pænas cō-
mutandi, & probatur, nam si de iure poterit
Index has pænas alternatiuas per senten-
tiam ferre, vt dixerunt, *Bart. in l. cum duobus*
§. fin. ff. pro socio, Reg. de Ponte de potest. Proreg.
§. 4. num. 5. quando postea superuenit præ-
dicta prag. hoc prohibens, quæ loquitur de
Tribunali M.C. Vicariæ, de ipsa tantum
debet intelligi, prout loquitur, vel de alijs
Tribnnalibns, & Curijs inferioribus, non
de Sacro Consilio, quod est Senatus supe-
rior, & supremus, & in isto casu Iudex, qui
alternatiuas pœnas imponere potest, mitio-
rem eligere tenetur, post multos *Barbos. in*
c. 4. per illum tex. *de offic. & potest. Iud. Deleg.*
Aduerte etiam circa præsentem materiam
notabilem sanctionem nostri Regni in
prag. 9. de composit. vt si forsan ex iusta causa
31 pęna fuerit minorata, & certa summa pe-
cuniaria composita, si Reus distulerit illam
solnere elapsis quindecim diebus, composi-
tio, sen transactio facta poterit reuocari, &
condemnari Reus, ac si compositus non
fuisset, quæ pragmat. licet de pæna exi-
lij loquatur, tamen ad alias compositiones
factas pro alijs criminibus extendi poterit,
quia ob fauorem Fisci fuit promulgata, vt
citius debita fiscalia exoluantur, quæ ratio
in omnibus delictis procedit, & probatur,
nam si valet statutum, vt sententia possit
condemnare in centum, quos si non solue-
rit reus infra mensem possit condemnari
in quadruplum, *Clar. in §. fin. qu. 93. num. 3.*
Tusch. in practic. conclus. in verb. Statutum
concl. 619. nu. 6. vel in pænam corporalem,
puniri, vt refert decisum *Peguer. decis. 91. n.*
1. Thesaur. decis. 79. nu. 2. eo magis debet va-
lere nostrum statutum, vt transactio irrite-
tnr, non facta solutione infra breue tempus.

PRÆSTANTIA XXIX.

Præstantia Sacri Consilij Neapolitani, & cuiuscumque Senatus est, vt possit cognoscere de Crimine læsæ Maiestatis.

SVMMARIVM.

1 *Politicum preceptum bene administrandi Rempublicam traditur.*
Principum vitia causant omnia mala in Republica.
2 *Alphonsi Primi Regis dictum pro bene imperando.*
3 *Criminis læsæ Maiestatis definitio.*
Crimen læsæ Maiestatis est primi, & secundi capitis.
4 *Perduellis quis dicatur.*
5 *Pœna criminis læsæ Maiestatis est vltimi supplicij, sed diuersimode irrogatur apud exteras Nationes.*
6 *Lex Iulia Maiest. lata fuit in honorem Iulij Cæsaris Imperatoris, post crimen in eius personam commissum.*

7 Per-

7 *Perduelle mortuo poteſt etiam eius memoria damnari, cum pæna confiſcationis.*
Crimina per mortem extinguntur.
8 *Memoria Reorum damnatorum refertur.*
9 *Memoria damnanda iudicium non eſt ita priuilegiatum, ſicut iudicium perduellis viuentis.*
10 *Pæna mortis fuit ex Imperatoris clementia filijs perduellis condonata.*
Filij ſunt ſepe imitatores paternæ voluntatis.
11 *Filijs perduellis confiſcantur bona paterna, ſecus filijs damnati, & domus deuaſtantur.*
Crimen perduellionis ſi Ciuitas committit pæna aratri ſubicitur.
Confiſcationis pæna de generali Conſuetudine Italiæ eſt abrogata.
12 *Confiſcationis pæna in crimine perduellionis procedit, non in crimine leſæ Maieſtatis.*
13 *Filij confiſcationis pænam patiuntur ob crimen perduellionis quando nati ſunt poſt delictum Patris, ſecus ſi ante.*
Filius natus in ſtatu innocentiæ Patris, non portat iniquitatem Patris.
Nepotes damnati de perduellione non patiuntur pænam criminis leſæ Maieſtatis.
14 *Affectus punitur in crimine leſæ Maieſtatis, licet non ſit ſequutus effectus, & quando.*
15 *Crimen leſæ Maieſtatis ſcientes, & non reuelantes, puniuntur pæna l. Iuliæ Maieſtatis.*
Filii non excuſantur ex voluntate paterna, ne incidant in crimen leſæ Maieſtatis.
16 *Aduocato ſubdito indignum eſt defendere inquiſitum de crimine leſæ Maieſtatis.*
Intercedere pro inquiſito de crimine læſæ Maieſtatis nefas eſt.
17 *S. Conſilium Neapolitanum cognoſcit de cauſis criminis læſæ Maieſtatis.*
PRÆSTANTIA Senatus eſt cognoſcere de crimine læſæ Maieſtatis.
18 *Criminis læſæ Maieſtatis Rei cognoſcuntur ab ipſo Principe, vel ab eius Curia.*
Conſilium Principis, ſeu eius Suprema Curia debet cognoſcere de crimine læſæ Maieſtatis.
19 *Crimen læſæ Maieſtatis eſt de reſeruatis Principi, & priuatiuum quo ad Iudices inferiores.*
20 *Crimen læſæ Maieſtatis committitur quando offenduntur Conſiliarij, & Officiales Principis.*
21 *Maledicentia Principis crimen eſt reſeruatum ſolo Principi.*
22 *Crimine læſæ Maieſtatis non punitur exterus, licet puniatur ratione delicti, ſi contra dominum territorij, vbi moratur delinquerit.*
Feudatarius externus ſi felloniam committit feudo priuatur, non tamen pæna l. Iuliæ punitur.
23 *Explorator ſecreta reuelans ſuo domino naturali, pæna proditionis non legis Iuliæ punitur.*
24 *Crimen læſæ Maieſtatis committitur, non ſolum quando contra Imperatorem hoſtiliter molitur, ſed etiam contra omnes Reges, & Principes non recognoſcentes ſuperiorem.*
Maieſtatis definitio traditur.
25 *Maieſtas olim Imperatori conueniens, cuilibet Regi hodiè debetur.*
26 *Venetiarum Reſpublica ex crimine læſæ Maieſtatis læditur, non minus ac Maieſtas Imperatoris.*
Maieſtas non ex amplitudine Imperij, diuitijs, & alijs opibus terminatur, ſed à ſola independentia.

DVm de eſecrando crimine læſæ Maieſtatis elloquuturus ſum, congruit, vt aliqua ſcribam de cauſis, quæ valent prædictum abominabile ſcelus inter populos ſuſcitare, vt poſſint illas Principes euitere, & qoietè Regne gubernare. Multa præcepta tradiderunt politici, vt Regnantes pacificè Regni gubernacula exercèrent, ſed qoia ars artium, & ſcientia ſcientiarum eſt, hominem regere Animal tam varium, & mutabile, propterea eorum politica documenta ſæpè pluribus pararunt ſeditiones, coniurationes, & extrema exitia, vt manifeſtas perduelliones à populis collexerint: ſi mihi autem meam ſententiam dicere liceret, vnum tantum præceptum præ omnibus monerem Principibos, vt ſi Rempublicam rectè ad-
1 miniſtrare optauerint, auro, & ferro ſe munitos eſſe oportebit, ferro quidem contra hoſtes vti, ſuos vero obſeruentes auro remunerare, ita conſuluit eruditus politicus Aurelieno Imperatori, teſte *Zonora annal. to. 2. in Aureliano*, quo cõſilio imperiũ feliciter rexit, circa reliqua ſat eſt dicere, vt à vitijs ſint alieni; Qui enim alijs præeſt vacuus debet eſſe affectibus, alias rectum quidam cernere non poterit, odium enim ad iniqua impellit, amor iudicium impedit, tradit ad vim inferendam libido, ſtimulat ad vindictam dolor, præcipitanter agit inuidia, ſic alijs nocuit oimia profuſio, oon minus ac multis rapacitas, aliquibus etiam parſimonia, vel auaritia; multosq; frequẽtes oblectationes, nimia fiducia, vel credulitas neglectis publicis curis Imperio priuarunt, alij vero, qui tumidi, & inſolentes fuerunt, odium, & vindictam à populis reportarunt, nam qoid aliud magis Medorum delenit imperium, quam crudelitas, & ſuperbia Principum; quid igitur mirum ſi ex nonnullis expreſſis cauſis Populi impatienter irritati, in execrandas incidant perdoellionesto.

Rectè igitur Principes imperabunt, si moni-
tum Alphonsi Primi nostri Regis Aragoniæ
semper meminerint, Tātò priuatis homini-
bus Reges meliores esse debere, quantò ho-
noribus, & potentia alios antecelluot. Cæ-
terum si velint omnia mala euitare, cum
fortitudine benignitatem, & mansuetudi-
nem Principes seruent, vt non formidolosi,
sed reuerētia digni suis subditis videantur,
His consideratis dico, quod crimen læsæ Ma-
iestatis sit flagitium, quó humana Maie-
3 stas leditur, sic describit *Dom. Petra in ri-
tu 474 nu. 47.* sed dessuitur à *Besold. in opusc.
de crim. læsæ Maiest. thes. 1. num. 4.* vt sit Cri-
men publicum, quo quis Ciuis Romanus,
contra Imperatorem, vel Populum Roma-
num, eiusque securitatem dolosè aliquid
molitur, *Harpręct. in §. 3. instit. de public. iu-
dic. num. 12. Bocer. de regal. cap. 3. num. 7 &*
nota, quod appellatione Populi Romani ve-
nit Maiestes illa Senatus, quæ vigebat ante-
quam Populus per legem Regiam à se suam
potestatē abdicauerit, vt benè aduertit *Mo-
dern. Maresca* olim Aduocatus primi nomi-
nis, postea Iudex Mag. C. in *tract. de legib. pu-
blic. iudic. tit. de leg. Iul. Maiest. glos. 1. num. 31.*
Hoc autem diuiditur in crimen læsæ Maie-
statis primi, & secundi capitis, vt colligi-
tur ex *l. 2. ff. ad l. Iul. Maiest.* & dicitur com-
missum in primo capite, quod conspiratur
contra personam Principis, eiusque consan-
guineos, & Collaterales per *tex. in l. quis-
quis C. ad l. Iul. Maiest.* vel quando conspira-
tur contra Statum, seu Regnum, *Sfortia
Oddus cons. 27. num. 17 Roui. in pragm. 1. de
abolit. num. 20.* quando vero non offenditur
directè Princeps dicitur in secundo capite
commissum tale crimen, *Reg. de Ponte cons.
22. num. 14. Dom. Petra loc. cit. num. 48. in fin.*
prout esset offensio facta in personas Officia-
lium Principis, vel quando ageretur de cri-
mine falsæ monetæ, ex quibus offenditur
Princeps, sed non eius persona, *Brunneman.
in d. l. quisquis in princ.* Venit aliquando te-
4 le crimen sub nomine perduellionis, sed re
vera Perduellio dicitur, qui hostiliter in
Rempubl. aut Imperatorem molitur, vt dixit
Vulpian. in l. vlt. ff. ad l. Iul. Maiest. si forsan vi-
tam Imperatoris insidiauerit, vel offenderit,
vel statū, aut formā Imperij labefactauerit,
aut euertere curauerit, vel coniurationem,
aut confederationem contra Imperatorem,
vel eius statum inierit, vel concitauerit. Ma-
iestatis vero crimine tenentur illi, qui vel
partem aliquam Reipublicę læserint, puta, si
quis Duces hostium accepta pecunia libera-
uerit, vel fugientem susceperit, vel occulta-
uerit, *& Metrodorum ff. de pœnis.* Vel Magi-
stratibus officium, & potestatem exercenti-
bus offecerit, vt dixit *Besold. loc. cit. in glos. ad
...*

nu. 16. & 18. vnde crimen læsæ Maiestatis
se habet vt genus, perduellionis vero vt spe-
cies, *Maresca loc. cit. glos. 2. n. 2. & 10.* sed *Brun-
neman. in d. l. quisquis* breuiter explicat, di-
cendo, quod perduellio sit hostilitas contra
Principem, vel Rempublicam tentata. Ma-
iestatis vero crimen sit, quod aduersus splē-
dorem, & dignitatem Principis, aut Reipu-
blicæ sine hostilitate committitur.
Pœna criminis læsæ Maiestatis apud Græcos
fuit excecatio, teste *Zonara*, sed apud omnes
5 Europæ Principes pœna vltimi supplicij
puniuntur, sed diuersimodè irrogatur, ete-
nim in Anglia Maiestatis Reus ad Crucem
supinus colligatur, vel collo suspenditur, sed
viuus in terram dimittitur, deinde per Car-
nificem abscissis prius virilibus, intestinis
exectis, corde euulso, & in pyram proquin-
quam singulis coniectis, reliquum corpus
capite priuatur, & truncus in quatuor par-
tes securi dissecatur, quæ palis publicis affi-
guntur, donec vel à volucribus deuorentur
vel sublimè putrescant, vt referunt *Io: Cou-
vellus lib. 4. instit. iur. anglici tit. 18. §. 8. &
Thom. Schmith. lib. 2. de Republic. Anglorum
cap. 18.* In Gallia Transalpina quatuor equis
alligati viui dilacerantur, tradit *Gigas dict.
qu. 1. num. 18. & rub. de proditor. qu. 6. num. 5.*
In Germania læsæ Maiestatis condemnati,
arboribus suspenduntur, vt dicunt *Tacit. de
morib. German. & Tholosan. lib. 35. syntagm.
iuris vniuers. cap. 5. num. 22.* De iure saxonico
Rota antiquitus percutiebantur, hodie vero
de consuetudine in quatuor partes corpora
diuidūtur, & in territorio, vbi delinquerunt
appenduntur, *Clar. lib. 5. sentent. in §. læsa
Maiestatis num. 8.* In Italia præsertim apud
Venetos Rei huius flagitij suspendio necan-
tur, *Gigas d. qu. 1. num. 7.* In hoc Regno Nea-
politano pæna est mortis naturalis ex *Con-
stit. contingit, & Constit. Comes, & Barc.* & ex
*Cap. Regni Nuper ad Tranum, Capyc. dec. 136.
Scialoa de forindic. cap. 3. nu. 57.* & Rei mal-
leo percutiuntur more Germanico. De iure
vero nostrorum Romanorum antiquitus
Cruci affigebantur tempore Ciceronis, re-
fert *Maresca loc. cit. glos. 3. num. 3.* sed ex *l. Iu-
lia* gladio feriuntur publicatis insimul om-
nibus Rei bonis, & memorie defuncti dam-
natur, *l. quisquis 5. in fin.* ibi: *Maiestatis Reus
gladio feriatur, l. eorum 9. & l. vlt. ff. ad l. Iul.
Maiest. l. Maiestatis 6. in princ. Cod. eod. Capyc.
dec. 130. num. 18. & seq. Gomes. tom. 3. var. cap.
2. num. 11.* Introducta fuit lex Iulia Maiesta-
6 tis, vel ab Augusto Octauiano, vel Caio post-
quam occisus fuit Iulius Cæsar, & in eius
personam crimen læsæ Maiestatis commis-
sum, idque in honorem Iulii Cæsaris primi
Imperatoris eam legem indictam esse veri-
similius asserit *Besold. in d. opusc. thes. 1. nu. 1.*

Vel

Vel vt dixit *Harprecſt.in §.3.inſtit. de public.*
*iudic.num.*8. lata fuit d. lex ab ipſo Caio Iu-
lio Ceſare Maieſtatis conſeruandæ cauſa,
teſte *Cicerone Philip.*1. *& in orat. in Piſonem,*
Balduin.in præfat.tit.de publ.iudic. Mareſc.de
*leg.publ.iud.tit.de leg.Iul.Maieſt.gloſ.*1.*nu.*11.
Pœna etiam huius delicti eſt, vt poſſit damna-
ri memoria perduellis, etiam poſt mor-
7 tem, & judicium inchoatur cum pœna con-
fiſcationis, ac ſi viuens eſſet, *Bellus de crim.*
*læſæ Maieſt.cap.*5.*num.*5. *Farinac. qu.*10.*nu.*
42.alios citat *Mareſca loc.cit.gloſ.*3. *num.*17.
& 16. *verſ.reſtringitur*, quod ſpeciale eſt
in tali crimine perduellionis, quia regula
eſt in contrarium, vt ſcilicet per mortem
crimina extinguantur, *l.*1. *&* 4.*C.ſi Reus,vel*
*accuſ.l.*1.*§.fin.ff.de requir. reis Bockel. de publ.*
*iud.diſp.*4.*fol.*46.*n.*9.*Mareſca loc.cit.n.*12.*&*
*in gloſ.*9.*n.*11.quia actio ex delicto trãſmitti
nõ poteſt contra hæredes mortui, *Iuuic.Cod.*
*ex delict.defunct. de Marin.reſol.lib.*2. *c.*244.
Sed quomodo damnatur memoria, ſcripſit
*Harprec.in d.§.*3.*n.*49.de cuius damnatione,
8 & proceſſu poſt Rei mortem formato teſtãtur
ſeruatum Venetijs in damnatione memo-
riæ Baiamontis, & ſociorum, qui contra pa-
triam coniurauerunt *Petr. Iuſtin. lib.* 4. *hi-*
*ſtor. Venet. Gigas in rub.de rebellib. qu.*13. &
de Caſparre Colinio Regni Galliæ Magno
Thalaſiarcho, ob perduellionis crimen me-
moria damnato per Parlamentum Pariſien-
ſe in anno 1572. refert *Thuan. lib.*53. *hiſtor.*
fol. 845. & verba ſententiæ ſcribit *Harprecſt.*
*d.§.*3.*num.*49.& latè *Mareſca d.gloſ.*3.*per tot,*
ſententia autem contra mortuum non erit
ferenda, ſed contra memoriam Rei pronun-
cianda eſt *Roman ſingul.*431. *Mareſca loc.cit.*
*num.*28.Bene verum eſt, quod tela iudicia-
ria memoriæ damnandæ non eſt ita priuile-
9 giata, ſicut iudicium viuentis perduellis de
tali crimine inquiſiti, nam in iudicio dam-
nationis memoriæ poteſt interuenire Aduo-
catus, qui ſine licentia non poteſt interueni-
re in iudicio Rei viuentis, *Gigas lib.*1.*tract.*
crim.læſ.Maieſt.rub.qualiter in crimi. quæſt.
28. qui ita refert ſeruatum in Pontificatu
Clementis V. quando Philippus Rex Fran-
ciæ petijt vt memoria Bonificacij VIII. dã-
naretur. Similiter aduerſus hoc iudiciũ de-
bent citari hæredes mortui inquiſiti de tali
facinore, *Gigas in d.rub.qu.*21. omnes citat
*Mareſca loc.cit. n.*26. & probationes debent
eſſe concludentes, nec ſufficiunt inditia,
& præſumptiones, quæ Reo in humanis exi-
ſtente ſufficerent ad illum criminandum,
cap.accuſatus, §.in eo de hæret.in 6.*Brunnem.*
*in l.*7.*C.ad l.Iul.Maieſt.in fin. Mareſca d.gloſ.*
3.*n.*39.atque etiam cõcedi debet appellatio
à ſententia contra prætenſum perduellem
Reo viuenti de tali crimine inquiſito, *De-*
*cian.lib.*5.*cap.*57.*&* 58.alios *Mareſca d.gloſ.*
3.*n.*40 qui *n.*41.refert multas ſentẽtias per-
duellionis reuocatas in gradu appellationis
interpoſitæ à ſententia dãnationis memoriæ.
In ſimplici autem crimine læſæ Maieſtatis
memoria damnari non poteſt, *Vrſill.ad Af-*
*flict.deciſ.*21.*num.*7. *Molin. de iuſt. & iure*
*tom.*4.*tract.*3.*diſp.*43.*num.*3.*Capyc.dec.*130.
*num.*17.*Clar.in §.læſa Maieſtas num.* 16. *Pe-*
*regr.de iure fiſc.lib.*4.*tit.*5.*n.*22.*Brunnem.in l.*
*fin.ff.ad l.Iul.Maieſt.n.*1.quia tale crimen nõ
eſt ita execrãdum, ſicut illud perduellionis.
Contra autem filios delinquentis fuit pœna
vltimi ſupplicij comminata, ex Imperato-
ris vero clementia condonata, nam ſat
10 eſt eis ſi vita non adimatur, qui paterno de-
berent puniri ſupplicio, ſed in ægeſtate, &
infamia perpetua duratura, itaut ſit eis
mors ſolatium, & vita ſupplicium, vt loqui-
tur, *tex.in d.l.quiſquis,* §. *filij vero*, vox enim
Patris, vox filij eſt, & caro Patris caro filij, *l.*
22.*§.fin.C.de agr.& cenſit.Tiraquel.de primog.*
qu. 40. nam ſæpe filios experimur volunta-
tis paternæ imitatores, *l.ſi operarum.ff.de*
oper. libert. & non ſolum labem ſanguinis,
ſed & morum à Patribus ad poſteros deri-
uari notauit Virgilius his carminibus:

Qui viret in folijs, venit à radicibus humor,
Et Patrum in natos abeunt cum ſemine mores.

hac de cauſa apud Macedones, non modo
damnati ex tali crimine, verum etiam eorũ
parẽtes, amici, & propinqui interficiebãtur,
cuius tamen pœnæ aſperitatem Alexander
Magnus mitigauit, & ad Reos huius crimi-
nis tantum reuocauit, *Quint.Curt. lib.*7. *hi-*
ſtor. Io: Ferrar. in annot. 1. *de hæred quæ ab*
inteſt.defer.in verb.perduellis verſ. Maieſtatis
apud, & idemmet Imperator Arcadius *in l.*
ſancimus, C.de pœnis, voluit ibi eſſe pœnam
vbi noxa eſt.
Pœnæ vltimi ſupplicij fuit etiam vnita pœna
confiſcationis omnium bonorum ipſius
11 perduellis, licet filij ſuperſint, qui priuan-
tur bonis paternis, maternis, auitis, & quo-
rumcomque proximorum etiam legitima,
per d.l. quiſquis, §. filij, quæ fuit confirmata
per auream Bullam, *tit.*24.*& Conſt.Carol.ar-*
*tic.*218. vt parentes liberorum amore ab
hoc crimine abſterreantur, *Menoch.conſ.*99.
*num.*218.*Farinac.quæſt.* 116. *nu.*15. *& ſeq.*
Paſchal de patria poteſt. par. 4. *cap.*5.*num.*9.
& 10.*Caball.reſol.crim.caſu* 276. *n.*3. *alijque*
*apud Mareſcam gloſ.*6.*num.* 25. vbi latè, ſed
hoc intellige in ſolo crimine perduel-
lionis, ſc. criminis læſæ Maieſtatis primi ca-
pitis, in alijs vero capitibus nõ ſunt inſuc-
ceſſibiles filij, vt poſt omnes citatos DD. cõ-
memoria damnatum, quæ non conceditur
cludit *Tuſc. in verb. Maieſtas concl.*8. *nu.*23.
Succeſſiones vero, quæ alijs adimuntur, nõ
Fiſco

Fisco deferuntur, sed proximis, *Gomes. lib. 3. resol. cap. 2. num. 4. Peregrin. de iure fisci lib. 5. cap. 9. num. 1. Ant. Matth. de crim. cap. 3. nu. 18. Brunneman. in l. fin. nu. 7. ff. ad l. Iul. Maiest. & in d. l. quisquis, §. 2.* Domus verò vbi fuerunt talia scelera machinata, vel conclusa funditus euertuntur, & deuastantur, *Decian vbi sup. num. 27. in fine, Gigas in d. tract. rub. de Reb. lib. quæst. 13.* & ita seruari dixit *Muscatell. in prax. in rub. de pœnis num. 39. Maresca d. glos. 3. num. 8. & 20.* Si Ciuitas autem, aut Vniuersitas congregato Consilio in hoc delinquerit, aratri pœnæ subicitur, diruuntur eius domus, atque sal super eas aspergitur, *Tholosan. vbi sup. num. 19. Bockel. de publ. iudic. fol. 44. col. 2. Parlador. rer. quotid. lib. 1. cap. 21.* sed requiritur Principis declaratio, Ciuitatem incidisse in pœnam prædictam, proinde quod aratro subiciatur, *Boss. de crimine læsæ Maiest. num. 132. Niger in cap. Regu. nuper apud Fran. num. 81. in fin. Maresc. d. glos. 3. n. 6.*

Non tamen omitto aduotare sententiam aliquorum DD. existimantium pœnam confiscationis *d. l. quisquis* potius ad terrorem, quam ad futurã obseruãtiam promulgatam fuisse, sic dixit *Alciat. cons. 467. incip. in propos. quæst. num. 5.* qui fatetur vnquam illam vidisse obseruari, vel fuisse abrogatam respectu filiorum, de generali consuetudine totius Italiæ, testantur *Angel. in l. fallaciter, C. de abolit. Soccin. cons. 275. col. 2. vol. 2. Rolan. cons. 74. num. 20. vol. 3. Surdus cons. 386. num. 17 vol. 3. Tusch. conclus. 13. num. 22. in verb. Maiestas, Reg. Rouit. in alleg.* ab ipso facta pro D. Ferdinãdo Sãseuerino Comite Saponariæ cõtra Iuliam Vrsinam, quam habeo *in alleg. 53. tom. 128. mearum diuersarum allegationum,* inde dixerunt DD. pœnas perduellionis, quæ ex legibus filijs infliguntur hodie cessare, quos allegat *Farinac. d. quæst. 116. n. 144.* & videtur inclinare, *Brunnem. in d. l. quisquis, §. 2. in fin.* exemplum traditur de Ludouico Bauaro, qui cum fratris sui in ipsum delinquentis filios conspexisset, dixit Pater non filij in me delinquerunt, ideoque non est æquum, vt alieni sceleris pœnam luant, *Tribem. in cron. Duc. Bauariæ, fol. 113. Sixtin de regal. lib. 2. cap. 20. nu 94. Besold. in d. opusc. de crim. Maiest. in glos. ad n. 30. in fin.*

Sed quidquid sit de tali sententia, quã si aliqui Clementissimi Principes obseruant, attamen reliqui rigorosam pœnam confiscationis exigunt, dico, quod d. pœna confiscatio-
12 nis in crimine perduellionis procedat, in crimine autem læsæ Maiestatis tunc locum habet pœna publicationis, quando nulli supersunt liberi, siue ascendentes, & constat ex notabili *l. eorum, qui 9. ff. ad l. Iul. Maiest.* vbi clarè habetur, quod bona Rei criminis Maiestatis non publicantur, quando damnatorum adsunt liberi, sed vt tunc sequatur cõfiscatio, si nemo damnati liberorum existat, quam legem de simplici crimine læsæ Maiestatis intelligunt *Menoch. cons. 99. nu. 184. & Brunneman. in d. l. 9.* & idem notauit *Glos. in d. l. 9* dicendo, quod hic de simplici crimine Maiestatis loquatur, in alijs vero Codicis legibus de crimine contra Principem, vel Rempublicam fit sermo; concordat *Nouella 134. cap. vltimo vers. vt autem non solum,* & confirmatur *ex l. substantiam, Cod. Theodos. de bonis proscript.* vbi Imperatores Theodosius, & Valentianus præcipiunt, vt substantia damnatorum integra ad liberos perueniat, & licet subdant (*excepta solum illa Maiestatis quæstione, quam si quis sacrilego animo assumit, iustè pœnam ad suos posteros mittit*) Sed d. Imperatores loquuti fuerunt de crimine perduellionis, dum de atrociori Maiestatis crimine loquuntur, vt explicat *Besold. in d. opusc. de crim. læs. Maiest. in glos. ad num. 28. circa fin.* ita etiam quod disposuerunt Imperatores Arcadius, & Honorius *in l. quisquis, §. 1. C. ad l. Iuliam Maies. & in auth. bona damnatorum,* de publicandis bonis, & de liberis ab hæreditate paterna arcendis, & de memoria damnandis, de crimine perduellionis, non autem læsæ Maiestatis loquuntur, vt dixi sup. n. 11. quod crimen perduellionis est illud, quod aduersus Principem perpatratur, vt dixi sup. n. 4. & declarat etiam *Io: Robertus lib. 2. sent. iur. cap. 12. Hunnius in resol. ad Treutler. vol. 2. disp. 32. thes. 1. quæst. 12. pag. 499.* post *Bocer.* aliosque comprobat *Harprect. in in d. §. 3. num. 46. & seq.* qui in *num. 48.* respondet *ad tex. in l. Maiestatis* 6. & ad duas sequentes *C. ad l. Iul. Maiest.* in quibus generaliter dicitur, quod Reorum Maiestatis bona fisco applicentur, & dicit, quod non fideliter à Compilatoribus Codicis, ex libris Basilicorum fuerunt d. leges transumptæ, sed à Iurisconsultis priuatis, partim ex d. libris Basilicorum, & partim ex scriptis quorumdam Iurisconsultorum exceptæ, & Codici insertæ, absque iussu Imperatoris Iustiniani, ideo si benè d. leges considerentur, non de læsæ Maiestatis crimine, sed de crimine perduellionis loqui deprehenderentur, ita *Hunnius, & Harprect. loc. cit.* & confirmat noster Doctor *Marta tom. 2. ff. nou. tit. de læs. Maiest. crim. cap. 10. & seq. fol. 96.* ita iudicatum refert *Gramatic. dec. 6.* qui ponit casum decisum de Patre inquisito in hoc Regno, nedum de proditione contra Regem, sed etiam quod ligium homagium præstiterat Regi Francorum, ex hoc filij pœnam confiscationis non fuerunt passi, quia non erat crimen læsæ Maiestatis primi capitis,

con-

confirmat cum multis Doctoribus relatis *Cenſal.in l.vn.C.ſi quis Imper.maled.§.2.n.55.* ratio aſſignari poteſt, quia maiori pœna dignus exiſtimatur, qui in Principis necẽ perduellionem coniurauerit, quam qui in Reipublicæ perniciem conſpirauerit, quippe quod vulnus magis lethale exiſtimatur, quod caput percuſſit, illo quod aliquas corporis partes ſauciatur, igitur dignior tali pœna exiſtimabitur, qui maius ſcelus commiſit, illo qui minus, vt pœnæ criminibus correſpondeant.

Sed nota, quod illi filij pœnam confiſcationis bonorum patiuntur ob delictum Patris,
13 quando nati ſunt poſt delictum, ob connexionem naturalem, quæ communicatur inter Patrem, & filium, ex genituræ coninquinatione, filij vero nati ante crimen patratũ non includuntur ſub dicta pœna confiſcationis, vti nati in ſtatu innocentiæ, non culpæ, à qua fuerunt ante delictum præſeruati, ex ſententia *D. Auguſtini in deuter. quæſt. 42. Ioſeph.lib.4.antiq.iuda. vbi Phil.* qui dixerunt, quod ſi Adam peperiſſet filium cum erat in ſtatu innocentiæ, talis filius non portauiſſet iniquitatem eius, hanc concluſionem probat per iura canonica, & leges Hiſpaniarum, *D.Mareſca loc.cit. gloſ.6.num. 51.* poſt DD. longo cumulo relatos, confirmãt *Arumæus de iure publico diſp. 25. digeſt. theſ. 3. & Harpreƈt.in d.S.3.n.67.*

Nec etiam Nepotes comprehenduntur in dicta pœna confiſcationis, nam in odioſis non veniunt appellatione filiorum, *l. 21. vbi Gothofred. ff. ad l. Iul. de adulter. Gaill.lib. 2.obſeru. 36.* cum enim Archadius Imperator loqnutus fuit de filijs, non eſt intelligẽdus de Napotibus, *Clarus in §.læſæ Maieſt. n. 10. & 12. Cenall.com.quæſt.653.nu.14.* alios ſequitur *Decian.lib.7.cap.41. num. 7. & 12. Gomeſ.tom.3.var. cap.2.nu.15. Sixtin. de regal.lib.2.cap.20. num.76.* alijque apud *Harpreƈt. loc.cit. num. 67. in fin. & Mareſcam d.gloſ.6.num. 69.* quod etiam dixerunt *Farinac.quæſt.116. num. 19.* alijque quos ſequitur *Brunneman. in l.fin. num. 6. ff. ad l. Iul. Maieſt. & in l.quiſquis § 1.*

Huius criminis execrandi talis eſt grauitas, vt puniatur affectus, licet nõ ſequatur effectus,
14 & licet in contrarium ſit regula, ne ſimplex cogitatio pœnam reatus patiatur, quod iura non permittunt, *in l. cogitationis ff. de pœnis cap. cogitationis eod. tit. in 6.* nam actus voluntatis interiores legi humanæ non ſubiciuntur, *Brunneman. in d. l. quiſquis.* Adde quia animus difficilis eſt probationis, *Gloſ.in l.fulcinius, §.quid ſi latitante ff.quib.ex cauſ.in poſſ. eat. Clar. in §. fin. quæſt. 92.* attamen in multis grauibus delictis punitur affectus, licet non ſit ſequutus effectus, prout in crimine proditorij, *cap. 1. de homic. in 6. Cenſal.in dec. Cur. Genuæ poſt tract. l.vnica, C.ſi quis Imp. Maled. voto 9.n.62.* In crimine parricidij, *gloſ. in §. alia deinde lex verb. præparauerit inſtit. de public. iudic.* & in alijs atrocioribus delictis relatis à *Mareſca loc.cit.gloſ.7.num.19. & ſeq.* ſic in tali grauiſſimo crimine læſæ Maieſtatis eadem ſeueritate punitur affectus, ac eius effectus ſi ſortitus fuiſſet, ita Arcadius, & Honorius Imperatores ſtatuerunt *in d. l. quiſquis C.ad l.Iul.Maieſt.* per illa verba, *nam ex eo tempore, quo hanc cogitationem ſubijt propter cogitationem dignus eſt pœna.* Sed ad praxim hodie reducitur dicta lex, vt non de nuda voluntate intelligatur, licet alijs communicata, ſed de illa, quæ ad actum aliquam extrinſecum deuenit, *Foller.in prax.tit.com. miſit crimen læſæ Maieſtatis num. 89. Capyc. deciſ.151.num.16. & 21. Clar.in §.fin.quæſt. 92.in fin. Farinac.de carcer. & carcer. quæſt. 28. num. 3. & in tit.de crim.læſ.Maieſt.quæſt.16. num. 151.* poſt alios *Raphael. de Viloſa* Miniſter integerrimus, olim Locumtenens noſtræ Regiæ Cameræ *in tract.de ſeru.fugitiuis cap.8. num. 2.* vbi non ſolum voluntatem requirit, ſed aliquam factionem, ac quod ad inſidias deuentum ſit, alios cõgerit eruditè *Dom.Petra in d.ritu 274.num.117.tom. 3. poſt Harpreƈt.in d.§.3.num. 42 Beſold.in d. tract.de crim.læſæ Maieſt.theſ.1.in gloſ.ad nu. 4.in fin.* & latè modern. *Mareſca loc.cit.gloſ.7. num. 10. & gloſ.9 num.120.ad tertium, & n. 122.* vbi refert exemplum D. Cæſaris Carafæ, qui licet confeſſus de tractatu, & conſilijs pro inuaſione Regni, commoratione cum hoſtibus, & diligentijs pro habendis armis, & equis, quia tamen infirmitate impeditus in Claſſes Gallorum non ſe contulit, tãtum pœna perpetui carceris fuit condemnatus.

Scelus etiam prædictum talis eſt ponderis, vt
15 incidant in eandem pœnam, qui illud ſciuerunt perpatrari, vel machinari, & Principi nõ reuelarunt, per *tex.in d.l.quiſquis, §.ſane, Bart.in l.vtrum num.3.ad l.Iul.de parricidio*, qui fuit huius ſantentiæ anteſignanus, licet reprehendatur à *Bald.* ibidem, qui dicit Bartoli animam ob tam barbaram, & inhumanam opinionem cruciari in Inferno, in quam Baldi ſenentiam concurrunt *Salicet. in l.plura, C.de raptu, Affliƈt.in cap.1. §.præterea num.7.in vſibus Feudor. tit. Quæ ſit prima cauſ.benefic.amiƈt. Neguſant. in ſylua reſponſ. qu.59. num. 9.* alijque apud *Harpreƈt. in §. publica num. 52.inſtit.de public. iudic.* attamen communior opinio eſt, & Reipublicæ ſalutaris Bartoli ſententia, quam ſequuntur *Carauita in ritu 4. à num.4. Clar. in §.fin qu. 87. Farinac.qu.51.num.70. Menchac. illuſtr. qu.cap.32.in fin.* aliſque adducti à *Dom.Pe-*

tra

tra in d.ritu 274.num.103.verſ.at pro Bartolo, quibus adde *Larream lib.1.alleg.fiſcal.65. à nu.53.Capyc.latro tom.1.conſult.6.nu.109.* & ita contra fratrem, qui non reuelauit conſpirationem alterius fratris refert deciſium *Thor. par.3. comp. deciſ. ſect.3.* Imo licet filio patrem prodere, & è contra in hoc crimine *l.11.ſ.non ſolum ff.de his qui notan.infam.l.veluti de iuſt.& iur.* nec lege Pompeia tenetur ſi perduellem Patrem filius interficiat, ſed præmio dignus erit, *l.35.in fin.ff. de relig. & ſumpt. fun.* quapropter non fuerũt excuſati filij Ducis Nortubelord in Anglia ex præcepto paterno, ſed inſimul cum Duce Patre ad mortẽ damnati, eo quod coniurauerunt contra Mariam legitimã illius Regni Reginam, vt narrant Anglorum hiſtoriæ, naſcuntur enim homines prius Patriæ, quam parentibus, *l.1. ſ. & generaliter ff. de ventr.inſpic.* & ſalus Reipublicæ carior eſt filiorum, & parentum caritate, *l.15. ſ. filius ff.de capt.& poſt lim.reuerſ.* quem vſum legimus vſitatũ fuiſſe apud Ethnicos Regnãtes, dum habemus Themiſtoclem morti traditum, ob non reuelatam Pauſoniæ coniurationem, refert *Diodorus Siculus lib.11.* Philotam ab Alexandro extinctum ob eandem cauſam, de quo *Curtius lib.7.* & apud Principem Chriſtianum, ſcilicet Galliarum Regẽ eandem pœnam paſſus fuit Franciſcus Auguſtus Thuanus, qui ex ſententia Tholoſani Parlamenti capite pleſſus fuit cum Duce Cinemartio, ex ſola iſta cauſa, quia non reuelarunt coniurationem, ſed tantum deteſtabilem perſuaſerũt, cuius Thuani Ephitaphium traditur à *Coſtantino Hugerdino lib. 6.epigrammatum*, & refert *D.Petra in ritu 274. num. 104.pag 534.* Nec ſufficit ſera reuelatio, ſed debet eſſe feſtinata, non magis longa vnius horæ per *l.ſi quis forte.ff.de pœnis*, ibi; *Neque enim debebant tam magnam rem tãdiu tacere*, *Larrea dec. 65. num.* 86. vbi aduertit, quod Mariſciallus Bironeus tardus reuelator mortem non euitauit, latè *Dom. Petra in d.ritu num.* 104. *poſt Reg.Capyc.Latro conſult.6.num.138. & 182.*

Et tandem ita abominabile facinus iudicatur tale læſæ Maieſtatis Crimen, vt indignum ſit Aduocato ſubdito Regis, tam impium de-
16 linquentem defendere, qui in ſui domini perniciem conſpirare præſumpſit, *Koppen. lib.2.obſeru.practic.124.ſub num. 8.Dom.Petra in ritu 274.nu. 81. tom. 3.* & dixit etiam *Matthei lib.48. de geſt.tit. 2. cap. 3. num. 19.* Sed quod de iure talis Aduocatorum interuentus non ſit prohibitus, demonſtrat eruditè *Mareſca loc.cit. gloſ.10. num. 42.* nam habemus Rabirium perduellem à Cicerone fuiſſe defenſum, & Piſonem à M. Lepildo, & Liuentio Regulo ſub Tiberio Imperatore patrocinium ſuſcepiſſe, *Heidem. de public. iudic.concl.18.fol.101.* & fatetur *Tacit. lib.3. annal.cap 42.* Id tantum fuit prohibitum, ſcilicet intercedere pro perduelle ſub pœna infamiæ, *l.5 ſ.2 ff hoc tit.* & in *l.quiſquis* §.2. *Brunneman. in d.l.fin. num.8.* quia præſumitur contagium ſceleris, & de hac interceſſione loquuntur DD. in cõtrarium allegati, ne quis pro læſæ Maieſtatis Reo intercedat, & legimus, quod Artoxerſes Eunucum in exilium miſit, quia pro Magalizone perduelle interceſſit, hæc autem pœna infamiæ habet locum in eo, qui pro ipſo criminoſo intercedit non pro filijs, *Matthæſ. in d.l.quiſquis num.19. Brunneman.ibid.§.2.in fin.* Fidelitas autem, & reuerentia populorum hoc introduxit, quod licẽtia Principis adhibeatur, vt Aduocatus, vel Procurator ad patrocinium inquiſiti admittatur. *Iſernia in cap. 1.verb. ſatisfactionem de ſtatu contra libertatem Eccleſ.Clar.in §.hæreſis num.19.Anna ſingul.10. Rouit.in prag.1.de bonis prodit. à nu.26.* alios refert, & ſequitur *Dom. Petra in d. ritu 274. num.81.verſ.has atque alias tom.3.* hinc praxis inoleuit in hoc Regno, vt Regius Conſiliarius ex Principis licentia deputetur ad patrocinium inquiſitorum de tali crimine, vt fuit obſeruatum in cauſa D. Ferdinandi delli Monti inquiſiti de tractatu, & conſilio pro inuaſione huius Regni ab inimicis noſtri Regis, & pro eius patrocinio fuit à Domino Prorege deputatus Dom. Conſiliarius Antonius Capiblancus, poſtea digniſſimus Regens Regiæ Cancellariæ electus, cuius celebrem allegationem reſcripſit *Mareſca loc.cit. gloſ. 9.num.83.* & in alia cauſa relata ab eodem *Mareſca in ſeq.gloſ. 10.nu. 46.* fuit datus Aduocatus Dom. Conſiliarius Aloyſius Gamboa, & pro Comite Io: Baptiſta Montealbano fuit electus Ill. Marchio la Tertiæ, poſtea Regius Conſiliarius, & Regens electus, cuius allegationẽ etiam tradit *Mareſca loc.cit.gloſſ.13.num.19.verſ.fermendo*, & tandem pro Iulio Forte etiam de eodem ſcelere inquiſito, fuit electus Aduocatus Dom. Conſiliarius D. Carolus Petra, pro quo late ſcripſit *in ritu 274. num. 81. verſ. has atque alias*, iſte tamen Miniſter electus ad patrocinium, tantum pro exploranda facti veritate interuenit, non ad iuuamen tam grauis delicti, vt habetur in *l. famoſi 7. §.5.ff.ad l. Iul.Maieſt.*

His cognitis deuenio ad prærogativam, qua fulget noſtrum Sacrum Conſilium Neapolitanum circa cognitionem tam deteſtabilis
17 criminis, & dico antiquitus fuiſſe introductum, cum Reges Normanni Sueui, & Aragonenſes hoc Regno potiti fuerint, talis ſceleris proſequutionem cognoſci à noſtra Suprema Curia huius Regni, vt conſtat ex

Afflict.

*Aſſlict.in tit.Quæ ſint regalia cap.1. in verb.& bona committentium num.*18. & 46. vbi dicit, quod noſtra M.C. de hoc crimine cognoſcebat, quem laudat *Farinac. quæſt.* 118. *nu.* 14.& dixit *Mareſca loc.cit. gloſ.8.nu.* 4. quia noſtra M.C. tunc Suprema Curia erat huius Regni, ante inſtitutionem noſtri Supremi Conſilij, dum enim agebatur de re tam graui, quæ excidia Populorum, & alia grauiſſima mala molitur, conueniens fuit, ſcelus tam execrandum à Supremis Magiſtratibus contra iſtos perduelles vindicari, & quod hoc antiquis temporibus obſeruaretur, cõſtat ex noſtra *pragm. 37. de offic. S. Conſ.* vbi ad iuriſdictiones ſeruandas apud quodlibet Tribunal noſtri Regni, oculatiſſimus Rex Ferdinandus Primus iuriſdictionum Claſſes diuiſit, & ne cauſarum ordo confunderetur, ſtatuit illam prudentem ſanctionem, vbi mandauit cauſas priuatarum perſonarum non poſſe agitari vllo modo in Tribunali Regiæ Cameræ, quando Fiſcus nullum intereſſe habet, licet Regis commiſſio præceſſerit, vel partes conſenſu iuriſdictionem prorogauerint, Sic è contra cauſas omnes fiſcales, ſcilicet inter Fiſcum, & partes vertentes in quacumque Curia ad Tribunal Regiæ Cameræ auocauit, ſub pœna nullitatis. Similiter cauſarum criminalium, in quibus de capite, vel membri abſciſſione tractatur Mag. Curiæ Vicariæ cognitioni conceſſit, non S.C. quod de cauſis ciuilibus, non criminalibus affirmat cognoſcere ſolitum fuiſſe. Subdit poſtea in fine *d.prag. Niſi forte de crimine læſæ Maieſtatis ageretur, vel alia urgenti ex cauſa eidem S. C. aliud viſum fuerit;* ecce ergo enunciata poteſtas, quam prius habebat cognoſcendi de d. crimine læſæ Maieſtatis, quam denuo in d. pragm. Rex ille confirmauit, cum ampla facultate cognoſcendi de alijs cauſis criminalibus, quando vrgenti ex cauſa eidem Conſilio viſum fuerit.

Hæc enim poteſtas cognoſcendi de crimine læſæ Maieſtatis inter Maiores PRÆSTANTIAS connumerari poteſt, & omnibus Supremis Senatibus eſt communis, quia de iure Rex, & eius Curia procedit contra omnes inquiſitos de crimine læſæ Maieſtatis humanæ, vt in *l.1. C.ad l.Iul. Maieſt.*& in
18 noſtro Regno eſt conſtitutio incipiens *Statuimus de offic. Mag. Iuſtit.* vbi *Matthæus de Aſſlict.num.* 3. qui hoc ampliat procedere, etiam ſi delinquentes eſſent Viri exercentes ſeptem officia noſtri Regni, idem repetit *Aſſlict. in conſtit. Regni literas num.*9. *Ioſeph Cumia in ritib. Siciliæ cap.* 82. *num.*21. & poſt iſtos affirmat *Borrell.de præſt.Reg.Cathol.cap.*62. *num.*16. dum ergo Curia Regis eſt Iudex competens debet intelligi de ſuperiori Curia, vbi Rex aliquando ſeduit, ſicut grauitas delicti expoſcit, Curiæ enim inferiores licet etiam Regiæ ſint, attamen non veniunt ſub generali ſermone loquente de Curia Regis, quæ per antonomaſiam interpretatur illa Curia ſuprema Iuſtitiæ, quæ Regis nomine iudicat, quæ maior in hoc Regno non eſt, niſi noſtrum Supremum Conſilium, vt eſt *tex. in l.5. C. de legib.* vbi Conſtantius, & Conſtantinus Imperatores Curiam Senatorum Romanorum ſuam Curiam appellant, *Harprect.in §.3. inſtit.de public. Iudicijs num* 16. Hinc dixerunt DD. quod de hoc crimine læſæ Maieſtatis non cognoſcũt Iudices inferiores, ſed ſolus Princeps, eiuſque ſuprema Curia, etiam in prima inſtantia, & limitatur tex. in *l.vnic. Cod. ne quis in ſua cauſa iudicet*, vt poſt *Marſilium Boſſium* & alios concludit *Farinac. de crim.læſ.Maieſt.qu.*118.*num.*14. qui hoc pro ſpeciali notat in d. crimine, & comprobant *Iodoc.in praxi crim.cap.*62. *rub.de crim.læſæ Maieſt.nu.*13. vbi affirmat, quod ſolus Princeps, aut Principis Conſilium de tali crimine cognoſcit *Decian.tract.crim.lib.*7.*cap.*38. *num.*5. *Beſold. de crim. læſæ Maieſt. theſ.*1. *in gloſ.ad nu.*22. *Card.de Luca de regal. diſcurſ.* 124. *num.* 2. *in fin.* alios refert, & ſequitur *Hieron. Gigas in eod. tract. cap.*4. *num.*1. Eſt
19 enim hoc crimen de reſeruatis Principi *Aſſlict.in tit.Quæ ſint regal.in verb.& bona committentium num.*18. & 46. & de priuatiuis, quo ad alios Iudices *Mareſca loc. cit. gloſ.* 8. *nu.*4. Sicut in Regno Franciæ ſolus Rex cognoſcit de hoc crimine *Boer. in tract. de ſedition in 6. præſuppoſito num.* 20. & 21. ſic in Ciuitate Venetiarum talis criminis cognitio ſpectat ad Concilium decem Viralium *Gigas loc.cit. lib.*1. *rub. Quis de crimine læſæ Maieſtatis cognoſc.poſſ.qu.*1.*num.*1.*& ſeq.* ad inſtar noſtræ Reipublicæ Romanæ, qua florente perduellionis Reus à Duumuiris, vel à Populi Romani Comitijs Centuriatis in Campo Martio cognoſcebatur, fatentur *Cicero pro Rabir. & Valer. Maximus lib.*6. *c.*5. Nec erit curandum de aſſertione *Honuphrij Donadei de renunciat.cap.*29.*num.*123. *in fin. tom.*2. vbi dicit contrarium vſum hodiè obſeruari circa cognitionem faciendam de tali crimine à Sacro Conſilio. Quia circa talem contrariam praxim nulla fides eſt præſtanda d. Donadeo, nam licet fuerit iuuenis eximij ingenij, cum in ſua prima ætate circiter viginti quatuor annorum duos tomos legales compilauerit de renunciatione, non tamen poterat de contraria praxi teſtari, dum tantum vixit per annos viginti ſex, & in dicta ſua prima ætate Tribunalia non deguſtauit, præter quam quod talis vſus eſt de iure introductus, & com-

muni consensu omnium Tribunalium approbatus, vt supra demonstraui, quomodo potest contraria praxi abrogari, voluit forsan asserere d. *Donadeus*, quod soleant nostri Proreges has causas delegare Regiis Iunctis Officialium diuersarum Curiarum, à quibus talia crimina vindicantur. Sed hoc licet verum sit, attamen non poterit talis delegatio à Principe facta contrariam praxim inducere, tam quia isti Judices Delegati pro maiori parte sunt Regij Consiliarij, quam etiam, quia non potest dici derogata talis præeminentia à Rege nostro concessa, & de consensu omniũ Europę Tribunalium practicata, quia Princeps committit alijs causas iudicandas, non minus ac non dicitur derogata generalis potestas cuiuscumque Iudicis ordinarij, quia aliqua causa, quæ ab ipso cognoscenda erat, alteri à Principe dalegetur, quia iurisdictio delegata non extenditur ad alias personas, de quibus in rescripto non fit mentio, *cap. P. & G. 40 de offic. & potest. Iudic. Deleg.* vbi *Barbos.* omnes collexit, nam rescripta delegatoria sunt stricti iuris, idem *Barbos. loc. cit. n. 6. & in cap. cum alim num. 3. eod. tit.*

Hæc enim Delegatio, seu congregatio selectorum officialium, sub nomine Regiæ Iunctæ deputatorum fuit reseruata ab ipso Rege in eadem *pragm.* 37. vbi subdit Rex Ferdinandus ista sequentia verba: *Criminis læsæ Maiestatis cognitio nobis, vel Iudicibus per nos Delegandis reseruatur*; ex his habetur, quod quando placuerit Regi possit Iudices Delegatos deputare in prosequendo vindictas talis criminis, dũ enim ad arbitrium Regis est istam Delegationem committere, quando postea tali facultate non vtitur, remanet iurisdictio penes Sacrum Consilium in suo robore, sicut fuit ex vi d. pragm. concessa, vel cõfirmata, nec dicatur per illa sequẽtia verba eiusdem pragm. derogata, quia reseruata, ne videretur idem Rex in incontinẽti se reuocasse in eadem sanctione, ad tex. in *l. iudicium soluitur ff. de iudic. & cap. vt nostrum de appella.* vbi dicitur iudiciũ soluitur vetante eo, qui iudicare iusserat, non dicit tex. potestas soluitur, sed iudicium, quod consistit tantum in illa causa controuersa, formata à Iudice Actore, & Reo, sed potestas generalis remanet in suo robore. Adde, quod si voluisset Rex statuens tali prerogatiua priuare suum Supremum Consilium, non illam concessisset in antecedentibus verbis eiusdem pragm. in illis supra expressis verbis: *Nisi forte de crimine læsæ Maiestatis, &c.* & dum postmodum sibi eius cognitionem reseruauit, idem voluit denotare, ac si suo Consilio reseruasset, quod eius nomine omnia garit, conciliando igitur vltima primis, dicimus potestatem cognoscendi de tali crimine penes S. Consilium residere, potestatem vero alijs delegare penes Regem, qua nisi vtitur ipse Rex alijs Iudicibus delegãdo, iurisdictio Sacri Consilij remanet illesa.

Amplia, vt tale crimen nedum aduersus Imperatorem, vel Reges committatur,
20 sed etiam aduersus Consiliarios, Senatores,
aliosque Officiales ipsorum, *Sixtin. de regal. lib. 2. cap. 20. nu. 23. & seq. Bocer. de crim. læs. Maiest. cap. 2. num. 18. & de regal. cap. 3. num. 104. Decian. in tract. crim. lib. 7. cap. 5. num. 3. Harprect. in d. §. 3. num. 16.* qui alios citat, & hoc procedit tam in odium, & contumeliam Principis, quam si ob priuatum odium ipsorum Senatorum, vel Consiliariorum perpetretur *Harprect. loc. cit. num. 15.* alijque ab eo citati contra *Roland. à Valle cons. 1. nu. 32. vol. 3. & cons. 15. nu. 13. vol. 4.* aliosque à *d. Harprect.* citatos *num. 15.* & latius dicam in *lib. 2. rub. de offendentib. Consiliarios.*

Limita in crimine maledicentiæ Principis,
21 quod non potest reputari vti crimen læsæ
Maiestatis, *Mascard. de probat. concl. 463. nu. 35. Menoch. de arbitrar. Iudic. lib. 2. casu 377. num. 14. Crauett cons. 6. nu. 1. & 71. Farinac. qu. 105. num. 417. Klock cons. 192. num. 27. vol. 3.* Imo nec authores famosorum libellorum contra Principem directorum puniri possunt pœna criminis læsæ Maiestatis, *Heig. par. 2. qu. 31. num. 47. & seq.* (quidquid aliter dixit *Tusch. pract. concl. in verb. Maiestas concl. 7. num.* 40. per *Glos. in l. famosi in verb. parcendum ff. ad l. Iul. Maiest.*) licet graue delictum sit, & solo Principi, eiusque Supremo Consilio reseruatum, per tex. in *l. vnica C. si quis Imper. mal. d. Besold. in tract. de crim. læs. Maiest. thes. 1. in glos. ad num. 22. lit. C.* alijque DD. quos sequitur *Anton. Matthei lib. 48. tit. 2. cap. 2. in fin.* qui illud verbũ *remittendum* scriptum in *d. l. vnica* interpetrãtur, ac si tota causa ad Principem esset remittenda, sed hoc impugnatur à *Brunneman. in d. l. vnic. Carpzov. par. 1 pract. crimin. qu. 41. num. 115. & Menoch. de arb trar. lib. 2. casu 377. num. 9.* qui dicunt ex d. verbo *remittendi* non posse deduci ad Principem debere fieri causæ remissionem, dum illud verbum fuit absolutè appositum sine expressione personæ, ad quam sit causa remittenda, Committitur tale crimen, quando aliquod conuicium ex leuitate, contumalia ex temeritate, vel blasphemia ex lubrico linguæ, vel insania Cæsari, Populoque Romano inficitur, *l. famosi 7. §. hoc tamen 3.* ibi: *Nec lubricum linguæ, ff. ad l. Iul. Maiest.* Maleficium enim comprehandit non solum malefactum, sed etiam maledictum, & male-

leſcriptum, *l.ex maleficijs in princ ff.de actio. & obligat.* vbi *Gloſ. Alex.conſ.77. in cauſis accuſationis nu.10. Clar.in §.blaſphemia nu.11.* vbi latè. In praxi autem obſeruatur, quod ſi verba maledicentię ad ſeditionem poſſunt animos Populorum inducere, iuxta *leg.1.in fin.C.de crim læſ.Maieſt.* vel turbulentiã, aut acclamationes, quibus ſalus Principis periclitari poſſet, iuxta *l.28 s.3.ff.de pœnis*, tunc ſunt ad Principem referenda, qui ſecundum qualitatem perſonæ, pœnas retribuet, cæterum ſi ſola leuitate prolata ſint, de eis non curandum, ſi ex fatuitate miſerendum, ſi ex iniuria condonandum, dixit *Tuſch. dict. concl.7.num.40.* legimus enim multos Principes regio animo maledicentias neglexiſſe, Tyrannos vero ſeuere vindicaſſe, *Decian. lib.7. cap.50. num. 3. & ſeq. Klock conſ.192. num 24.& ſeq.vol.3.* qui varia exempla refert, quibus conſtat, quod maledici ſemper vtiles Reipublicæ fuerint.

Sed queſtio eſt inter Doctores an ſi exterus, qui ſcilicet non eſt ſubditus Regi mediatus, vel
22 Immediatus, tale facinus perpatrauerit, crimen læſæ Maieſtatis contrahat, negant DD. per *clem.paſtoralis 2.§.rurſus*, vbi *Gloſ.Imol.* & alij *de ſentent.& re iudic.* vbi Robertus Siciliæ Rex faciendo confederationes, & conſpirationes in offenſam Henrici Imperatoris Romani, non dicitur incurriſſe in crimen læſæ Maieſtatis, hinc dixerunt DD. forenſem non tenere reuelare Principi tale crimen, nec incurrere in pœnam non reuelantis, *Roland. à Valle conſ.4. num. 3. lib 1. Tuſch.d. concl.8. num.59.* Corpus quippe fictum eſt Romana Reſpublica, ad tex.in *l.1. ff.quod quiſqu. vniuerſ.nom.* nam eſt in ea caput, quod eſt Imperator, membra, quæ Ciues ſunt, quicumque enim in Republica non eſt, illius non eſt membrum, & caput ſuum non agnoſcit, quam opinionem vti communiter receptam ſequuntur *Sixtin.de regal.lib.2.cap.20.nu.23. & ſeq. Dambauder. in praxi crim.cap.62. num.7. Bockelius de public.iudic diſquiſ.4 pag.36. Iul.Clar.in lib.3. §.lex Maieſtatis num.5. Beſold.in d.tract.de crim.læſ.Maieſt.theſ.1.in gloſ.ad num.4* alijque longa ſerie relati à *Tuſch.in d verb. Maieſtas concl.8.num 46. Io: Harprect.in §.3.nu. 16.inſtit.de publ. Iudic. & à Mareſca loc.cit. gloſ.2.num.4. & ſeq.* qui in ead. *gloſ.num.22.* idem dicit procedere, etiam ſi exterus delinquens ſit feudatarius illius Regis, contra quem delinquit, nam licet ratione feudi ſubditus ſit, & ob felloniam feudo priuetur, ob defectam fidelitatem, non tamen in perduellionis crimen incurrit, ita per Senatum Sabaudiæ refert deciſum *Faber in lib. 9.Cod.defin.11.& Nauarrette in alleg.* facta pro Comite Io: Baptiſta Montealban. impreſſa à *Mareſca gloſ.13.pag.358. verſ.para* innumeros collexit *Bocer de crim.læſ.Maieſt. c.1.n.20.Decian.lib.7.c.8.n.7. Harprect.in d. s.3.n.39.* & ratio eſt, quia cui nõ cõpetit definitio, nõ cõpetit definitũ, dum enim definitur delictom lęſę Maieſtatis, vt ſit crimẽ, quo Ciuis Romanus contra Imperatorem Romanum doloſè aliquid molitur, vt dixi ſup. *num.3.* dum exterus non habet iſtam Ciuilitatis qualitatem neceſſariam, quando hoc deteſtabile crimen committit, non debet pœna ſtatuta contra Ciues Romanos puniri. Illud tamen verum eſt, quod quando exterus tale crimen patrauerit coniurando contra Principem illius territorij, vbi appulit, vel populum ſeducendo, vel arma contra eum mouendo, hoc caſu non poteſt negari, quin delictum graue non committat publicam pacem turbando, ex qua rapinæ furta, homicidia, & alia belli mala eueniunt, etſi non ſit ratione originis ſubditus, tamen ſit ſubditus ratione delicti, ſed non pæna l.Iuliæ Maieſtatis erit puniẽdus, abſq; illis pœnis comminatis à dicta *l.Iulia*, ſcilicet pœna confiſcationis, & damnationis memoriæ, quibus tantum ſubditi afficiontur, non extranei, idem *Nauarrette in d. alleg.* relata à *Mareſca pag.360. verſ.y aunque, & verſ.ſe reſponde, & pag.364.verſ.y ſi,* hoc enim modo conciliatur contraria Doctorum ſententia, vt ſcilicet iſti Rei puniantur graui pœna, ſecundum qualitates, & circumſtantias, etiam pœna mortis, ſed non pœna *l.Iuliæ Maieſtatis*, quod videtur approbare *Mareſca d.gloſ.2.num.4. in fin.* Eodem modo dicunt de extero eſploratore, qui ſi ſecreta Principis illius territorij, vbi moratur ſuo naturali domino reuelauerit, licet pœna proditoris puniri poſſit, non tamen punitur pœna *l. Iuliæ Maieſtatis*, ita deciſum in Senatu Sabaudię refert *Anton.Faber.in C.lib.9. defin.vlt.* quem laudat *Mareſca d.gloſ.2. n.31.* hac ex ratione legimus exteros ſeductores,
23 qui tentarunt noſtram pacem turbare, pœna vltimi ſupplicij damnatos, vt de Hieronymo Fabrano, refert *Mareſca d.gloſ.2.n.12. in fin.* & de Iulio Forti, qui ſubditos noſtri Regis ſolicitare pręſumpſit ad proditionem, fuit per Ciuitatem captus, dein de ad mortem malleo ferreo percuſſus, idem *Mareſca loc.cit.n.18.*& prius in *n.16.* idem refert practicatum in perſonam Io: Baptiſtæ Montealuan. Hoc tamen approbo, quod ſi non ſubditus cum ſubdito vnitus proditionem, coniurationem, vel ſeditionem patrauerit, aduerſus Principem loci, ratione complicitatis eadem pœna *l. Iulia* damnabitur, *Fachinæus lib.9. contr.25. Carneual. de iudic.lib.1. diſp.2.qu.7.ſect.1.n.732.Mareſ.d.gloſ.2.n.16.* alios refert, & ſequitur *Tuſc. loc.cit.concl.8. num 50.*

Sed an tale crimen solum committatur, quando quis nõ in Imperatorẽ, sed in alios Reges,
24 & Principes non recognoscentes superiorem hostiliter molitur, vt sunt nostri potentissimi Reges Hispaniarum, Galliarum, Poloniæ, Daniæ, & similium, vel Respublicæ liberæ: credebam non posse de tali conclusione dubitari, quod eodem modo omnes Principes superiorem non recognoscentes reputari debeant, ad punienda talia execranda crimina, sed vidi hoc controuersum apud *Harprecht. in d. §. 3. à num. 19.* qui tenet tale facinus ex vi d. rigorosæ legis Iuliæ Maiestatis, à solo Imperatore posse vindicari, dum de eius Maiestate solum loquuta fuit, & de his, qui Consilijs, & Concistorio Imperatoris intersunt, eique militãt, proinde ad alios, cum odiosa, & pœnalis sit, porrigenda non est, *l. cum quidam 19. in fin ff. de liber. & posthum. l. penult. ff. de pœnis.* Maiestatem enim læsam, dicunt intelligi debere de summa, & absoluta potestate, quæ Imperatori conuenit, quæ tamdiu durat, quamdiu Imperium durabit, iuxta illud Germanorum dicterium.

Astra Deo nil maius habent, nil Cæsare Terra
Sic Cæsar Terras, vt Deus astra regit.

Siquidem in illa Vrbe sita est Imperij fortuna, nobis autem dispensatio tantum, atque administratio Principatus vna vobiscũ demandata est, *Besoldus de crim. læs. Maiest. thes. 1. num 4. pag. 7.* quam Harprecht. sententiam inueni receptam à *Bartol. in extrauag. quoniam nuper in tit. Qui sunt rebell. glos. rebellando col. 1. num. 3. Bodin. de republ. lib. 1. cap. 9 pag. 169. & cap. 11. pag. 2'3. & seq. & lib. 2. cap. 6. pag. 259. Soccin. cons. 275. col. 3. & 4. Arnisens de iure Maiest. lib. 1. cap. 2. Fichar. cons. Germ. 120. num. 4. par. 3. Decius cons. 41. col. penult.* alijque Germani citati à *d. Harprecht. in d. §. 3. num. 33. in fin.* qui solum Imperatorem pro Domino cognoscunt, eique omnem potestatem tribuunt, dicendo:

Diuisum Imperium cum Ioue Cæsar habet.

Sed re vera contraria sententia verissima est, & incontrouertibilis, quod tale facinus perpetratur, nedum aduersus Imperatorem, sed etiam contra omnes alios Principes non recognoscentes superiorem, Etenim Maiestas à magnitudine dicitur, & nil aliud est, quam summa, & maximè reuerenda quædam amplitudo, authoritas, decus, vel potestas regiminis, quæ in vetusto tempore penes Populum Romanum sola fuit, *l. 1. §. 1. l. 3. vers. sed autem ibi Maiestatem publicam ff. ad l. Iul. Maiest. l. non dubito 7. §. 1. ff. de captiu. & postl. reu. vs.* & dixit *Cicer. in partitio Orat.* Sed quia deinde Populus Romanus omne ius suum siue Imperium, potestatem, & Maiestatem lege Regia in Imperatorem totaliter transtulit, *§. sed & quod Principi 6. de iure natur. gent. & ciu. l. 1 ff. de constit. Princ. l. 2. §. nouissime 11. in fine. ff. de orig. iur. Harprecht. in d. §. 3. nu. 6.* cæpit deinde Maiestas dici Imperatoria, & Principalis, *l. fin. in princ. C. de legib. l. famosi 7. §. hoc tamen ibi principalis Maiestatis. ff. ad l. Iul. Maiest.* nec post legem Regiam Populus illam Maiestatem amplius retinuit, sed omni Imperio, & potestate se abdicauit, & fecit, vt Status, qui erat democraticus in Monarchicum commutaretur, *Harprecht. in d. §. sed & quod Principi nu. 7. & seq & in d. §. 3. num. 24. & 25. instit. de*
25 *pub. iudic.* Dum enim Imperialis suis effecta illa Maiestas, res eo deuenit, vt tractu temporis, vel ex Imperiali munificentia, vel ex legitima præscriptione, vel ex iusto bello aduersus Infideles, & Tyrãnos vsurpatores à diuersis Principibus fuerit acquisita, quis ergo dubitare poterit penès istos legitimos Regnorũ possessores, Maiestatem cum Regnorum dominio nõ deuenisse, & hodie non residere, & si non illam tam amplam, & tam vasto Imperio correspondentem, nihilominus ista maior, & minor amplitudo species non variant, nec genera distingunt, sed gradus dumtaxat constituunt *Hunnius in resol. ad Treutbler. vol. 2. disput. 32. thes. 1. quæs. 3. pag. 486.* solum vero in pœnis infligendis maius, & minus diuersum ius costituũt *§. atrox 9. de iniur. l. aut facta 16. ff. de pœnis cum concord.* erit igitur dicendum, quod apud alios Reges, & Principes non Subditos hodie Sacro Romano Imperio, non recognoscentes superiorem Maiestatem residere, *arg. l. non dubito 7. § 1. ff. de captiu. & postlim. reuers.* ibi, *alterius Populi Maiestatem conseruaret*, bene igitur *Gigas de crim. læs. Maiest. lib. 1. cap. 2. in princ.* explicans humanam Maiestatem dixit esse quadruplicem, scilicet Pontificiam, Imperatoriam, Regiam, & Populi Romani, quod cõfirmat *Farinac. in praxi crim. lib. 4. tit. 13. de crim. læs. Maiest. quæst. 112. inspectio 1. nu. 18. & seq.* igitur ne dum Maiestas apud Imperatorem existit, sed etiam apud Summos Pontifices, & Reges, tam ad finem vendicãdi hoc scelustam execrãdum, quam ad omnia alia, quæ publicum regimen conspiciũt, & in specie de Summo Pontifice, vt habeat iura Maiestatis discurrit *Besold. tit. de crim. læs. Maiest. thes. 1. in glos. ad num. 13. & 14.*

Contra vero Populum Romanum crimen commissum, hostili animo illum offendendo, vel contra eum coniurando, licet diceretur crimen læsæ Maiestatis committi, vigore *d. l. quisquis Alex. cons. 13 lib. 6. Ruin. cons. 3. lib. 5. late Gigas lib. 1. quæst. 28. eod. tit. Tusch. practic. conc. 8. in verb. Maiestas num. 25. & 32.* proindè ad vindicandum tale crimen ad-

aduersus

uerſus d. Rempublicam commiſſum, etiam poſt mortem memoriam damnari poſſe dixerunt *Bald.conſ.59.punctus lib.4.Angel.conſ.223.in princ.Tuſc.loc.cit.n.42.* attameu hodie nõ videtur poſſe cõmitti tale crimẽ cõtra d. Populũ Romanũ, dum penès illum amplius nõ reſideat illa Maieſtas, à qua ſe abdicauit, nã iſta trãslatio fuit facta irreuocabiliter, vt nunquam Populus ad primeoa iora redire poſſit. *l.1. §. ſed & hoc ſtudinſum, C. de veter. iur.enuclea.late Balboa de Monarch. Reg.quæſ.2 par.* 1. poſt multos relatos *Mareſca loc. cit. gloſ.1.nu.34.* niſi velimus dicere, quod etiam lædi diceretur Populus, quando proterui aliquàm ſeditionem in Rempublicam concitauerint, vt eam hoſtibus proderent, aut aliud quoduis malum ad vniuerſæ Reipublicę ſtatum labefactandum, atque euertendum hoſtili animo molirentur, *l.t. l. penult. & vlt:ma, ff. ad l. Iul. Maieſt. l. quiſquis 5.C. eod. Althuſ. lib.1. iur.Roman. cap.69.* ſed hæc quando eueniuut, reſpectu Populi publicaqoies diceretur lędi, non aliqua Populi Maieſtas; reſpectu vero Principis tale crimen committeretur, ſi ad ſubtrahendam Ciuitatem à Principe, & ab eius obedientia tractaretur, iuxta nõtata per *Bald.conſ.59. licet eleganter lib.* 1. & dixit *in conſ. 58. col. fin. verſ. in contrarium d.lib.1.*

Contra vero Reſpublicas liberas crimen prædictum commiſsum, non dubito eadem l.In-
26 lia puniri poſse, cum libertatem ex priuilegio, aut alio legitimo titulo acquiſiuerint, prout de Republica Veoetiarum, quam Regia iura tenere dixerunt *Arumens diſp. feud.tom.3.theſ.12.cum ſeq.Gigas de crim.læſ. Maieſt.lib.1.rub.2.num.15 Decian. lib.7. cap. 4.num.6.in fin.* acquiſita, vel ex tranſactione inhita intet Carolum Magnum cum Irene Imperatrice Conſtantinopolitana, vbi inter alia capitula caotum fuit, vt Veneti ſuis vterentur legibus, & in bello paceue neutrius cenſerentur iuris, vt tradunt *Egnat.lib.3.Rom.Princip.Sigonius lib.4.hiſtor.Ital.* Vel ex priuilegio Imperiali, quod teſtatur vidiſſe *Albericus de Roſate in l.cunctos populos C.de Sum. Trinit.* vbi dicit hæc verba: *Ego vidi priuilegium exemptionis conceſſum Duci, & Ciuitati Venetiarum, bullatum bulla aurea*, & per iſtam exemptionem, & præſcriptionem dicunt ſe Imperio non ſubeſſe, de quo etiam meminit *Bart.in l.hoſtes ff. de capt. & poſtlim.reuerſ.* Idem dicont de Heluetiorum Prouincijs, vt eodem iure vtantur *Beſold. in tract.de appellat.cap.1. num.6. Romellius in differt. 1. par. 3. ad auream bullam theſ. 11. pag. 12.& ſeq.* licet eos ab Imperio totaliter non eſſe exemptos probat *Limnens de iure public.cap.9. lib.1. num.35.* qui taotum admittit eſſe exemptos à Iudicio aulico Camurali, & ab omnibus realibus oneribus Imperij, ſed non à totali exemptione.

Si vero aliquod facinus committatur contra magnas Ciuitates aliquid hoſtili animo moliendo, non diceretur commiſſum crimen læſæ Maieſtatis, quia Maieſtas apud eas non reſidet, nec exercẽt iuriſdictionem nomine Imperij, ſed proprio nomine, & propter ſe *l.amiſſione, §. qui deficiunt, ff. de cap. dim. Tuſch. d.concl.8. num.29.* tantum enim hoc priuilegio fruitur Ciuitas Romana, *Alex. conſ.13.lib.6.* alijque relati à *Tuſch. d.concl. 8.num.25. & 32.* aliæ vero Ciuitates non veniunt ſub nomine Supremi Principis, vt poſſint punire Reos talis criminis pœna legis Iuliæ, prout de Ciuitate Florentiæ, Lucana, Mutina, Ianuæ, Duce Mediolani, alijſque cum multis Doctoribus confuſè collexit *Tuſch d.concl.8.à num.34. & ſeq.* Sed *Tuſch. & DD.* ab eo citati, vel loquuntur de iure antiquo antequam Principes prædictarum Ciuitatum iura ſuperioritatis acquiſiuerũt, vel de crimine commiſſo aduerſus Ciuitates prædictas, vti Ciuitates: non contra ſtatum politicum Principum dominantium, ſiquidem omnes Principes prædictarum Ciuitatum Italiæ legitimo iure libertatem ſubiectionis ab Imperio receperunt. Nam Florentini libertatem ſuam à Rudolpho Primo Imperatore coemerunt ſex millibus ducatorum, *Natta conſ.637. num.13.* vel duodecies mille ſcutatis; *Choppin. de dom. Franc. lib.2.tit.1.nu.9. Limnens loc.cit. cap.9.nu.30.* pari paſſu Reſpublica Luce libertatem ſuam ab eodem Rudolpho Primo emit duodecim millibus ducatorum, teſtantur *Sigon.de Regn. Ital.lib.4. Fulgoſ. conſ.212. Tiber. Decian.reſponſ.19.num.29.* & nemioem ſuperiorem cognoſcere dixit *Soccin.iunior conſ.83. in princ. vol.4.* Ianuenſis Reſpublica gloriatur ſuam totalem exemptionem haboiſſe ex antiquis priuilegijs Imperialibus, vt demonſtrant *Andr. Barbat conſ.38. Decius conſ.534. & conſ.646.Menoch.conſ.2. num.59.& ſequ.* De Duce Mediolani multa eſsent ſcribẽda, quod non ſit Subditus Imperio in ſuo Ducatu, atque Imperatorem vti Supremum Dominum non cognoſcere, dixerunt latè *Curtius ſenior conſ. 65. num. 5. verſ. ſed præmiſſis*, alijque innumeri relati à *Tuſch. practic.concl.lit.M.concl.165.num.8.* & vt non minorem poteſtatem habeat Dux Mediolani in ſuis Ciuitatibus, quam habeat Rex in ſuo Regno, *Io: de Anan. conſ. 81. num.2.* ex priuilegio, quod acquiſiuit à Vincislao Romanorum Imperatore in anno 1396. dicit *Bald. conſ. 355. factum tale per tot lib. 3.* & ita teſtantur *Curtius Iunior conſ. 157 nu. 32. Alba conſ.64.num.45.* ex quo omnia iura Imperialia in Ducem tuiſse translata, dixit

Bald.

Bald.loc.cit.& ſubdit, *tex.in l.bene à Zenone*,& omnia alia iura loquentia de Imperatore habere locum in Duce Mediolani,& confirmat *Bald.in conſ.363.quæritur an ſi lib.1.pertet.* ac alia iura Principis habere, *Aretin.conſ.133.quia in caſu num.* 6. ideo poſse committere cauſam appellatione remora, *Soccin conſ.195.circa primum in princ.lib.* 2. quapropter dicunt de Imperatore dici poſse, quod ſolet dici de Polo autarrico, vt non ſit noſtri Emiſperij, *Curtius ſen.d.conſ.65.n.15.& 16.& conſ.49.num.50.verſ.nono oſtenditur*, alijque, & de alijs Ciuitatibus, & Prouincijs ab Imperio auulſis, latè diſcurrit idem *Limnous d.cap.9*, dum enim, quilibet ex d. Principibus totalem independentiam ab Imperio recepit, quilibet eſt Monarcha in ſuo dominio, dum ſuperiorem non cognoſcit, vt dixit *Beſold. in d. opuſc. de crim. læſ.Maieſt.theſ.1.in gloſ.ad num.*8.& ſequitur *Mareſc. d.gloſ.1.nu.29.& 35.*& conſequenter tale crimen poſsunt pæna l. Iuliæ Maieſtatis vindicare, ſicut agunt omnes Principes non recognoſcentes ſuperiorem, quando malum machinatur, vel contra eos, vel contra Statum politicum, *Boſſius de crim. læſæ Maieſt.lib.1.rub.3.qu.28.& 61.& lib.3.rub.3.qu.23. Gigas in eod tract. num. 2. cum ſeq. Vurmſer.de regal.lib.2.cap.10.num.14.* alijq; apud *Harpreƈt.d.s.3.num.19.*

Ad contraria allegata per *d.Harpreƈt.* reſpõdeo, quod illa lex licet loquatur de Imperatoris Maieſtate, & de his, qui Cõſilijs Imperatoris interſunt, cuius Maieſtas ſublimior eſt cæteris Regijs Maieſtatibus, vtpotè habens quædam ſingularia, quæ alijs Regibus non communicãtur, nempè poteſtatem creandi Reges, Electores, Archiduces,& ſimiles, quia totius Mundi Dominus appellatur, *l.deprecatio ff. ad l.Rodiam de iactu*, vt poſt omnes relatos latè demonſtrat *Harpreƈt. in d. s. 3. num.29.* non tamen *d. l. quiſquis*, debet reſtringi ad ſolum Imperatorem, vti Imperatorem, ſed vti dominum, debet igitur amplectere omnes alios Principes, qui iura Imperij acquiſiuerunt, vel Imperij iugum nunquam cognouerunt, cum eadem ratio militet, ſumma enim poteſtas, ſiue Maieſtas neque opibus, vel diuitijs, neque locorum ſpatijs, ſeu interuallis, neque numeroſa prouinciarum multitudine terminatur, ſed à ſola independentia excludente omnem ſubiectionem, vt declarat *Koning.in diſſert. de iur. publ. theſ. 15. pag.550. Daniel Otton.in diſp. de Maieſt. theſ.15.& Rumellin. d.theſ.2.theſ.4.pag.27.*

PRÆSTANTIA XXX.

Præſtantia S. Conſilij eſt, poſſe cognoſcere de cauſis criminalibus in prima inſtantia, vel in gradu appellationis omiſſo medio, quando ſibi videbitur.

SVMMARIVM.

1 *Tribunalium iurisdictiones non debent confundi.*

Appellari non poteſt ad Principem omiſſo medio, nec ad eius Senatum.

2 *Criminales cauſas poteſt cognoſcere Sac.Conſilium, quando ſibi videbitur ex ſua PRÆSTANTIA.*

Dictio; Niſi, contradicit antecedentibus verbis.

3 *Magna Curia Vicaria habet Præeminentiam cognoſcendi de appellationibus Curiarum inferiorum omiſſo Iudice medio.*

4 *Appellatio nec ad Senatum, nec ad Principem conceditur omiſſo Iudice medio.*

5 *Appellare ad Papam licet, omiſſo Iudice medio.*

6 *Appellatio vt deuoluatur ad Iudicem Superiorem omiſſo medio, quæ cauſæ ſufficiunt.*

7 *Pragm. 37. de Officio S.Conſilij non eſt correcta per Prag.3.43.44.& 46. eiusdem tituli.*

8 *Priuilegium conceſſum per modum legis, non tollitur per ſecundum, niſi ſit facta mentio de primo.*

9 *Priuilegium non derogatur per ſecundum abſque ſpeciali expreſſione.*

10 *Lex ſubſequens vt corrigat antecedentem, requiritur clauſula derogatoria.*

11 *Priuilegia conceſſa ratione publicæ vtilitatis, non veniunt in generali derogatione.*

12 *Poſteriora derogant prioribus, quãdo ſunt incompatibilia, vel repugnantia.*

13 *Conſtitutio vltima cenſetur facta pro exequtione primæ, quando non eſt repugnantia.*

14 *Apellari poteſt ad Sacrum Conſilium Principis omiſſo medio Iudice.*

15 *Barones, qui habent priuilegium primarum, & ſecundarum cauſarum, poſſunt edicere banna pœnalia, ne ſuam iurisdictionem declinent.*

TRibunalium iurisdictiones non debent confundi, *l.nemo,& ibi gloſ.in verb. anxiſium, C.de iurisd. omn.Iudic. Gaill.in practic.*
1 *obſeru. lib. 1. obſeru.119.num.2.* eruditè demonſtrat *Roland.à Vall.conſ.48. Magnificus n. 29 & ſeq.lib.2.Scaccia.de appellat. quæſt.7.n.*

2.&

2. & ſicut non debet Vaſſallus venire ad
Principem per ſaltum, pro conſequenda
iuſtitia, *l.Imperatores 21. ff. de appellat. Paris
de Puteo de Syndic. in rub. de exceſſ. Baronum
in verb.an Baro num.4. tom.2. fol.231.* ita nõ
debet prouocare ad eius Supremam Curiam
omiſso medio, qui iuſtitiam impartitur, *Menius
dec. 87.par. 1. Brunneman.in d. l. Imperatores
num.3.* merito Principes in bene inſtituta
Republica, cuilibet Tribunali ſuas
cauſas diſtribuit, tam ciuiles, quam criminales,
& feudales, vt omnes iuriſdictiones in
toto miſtico corpore Reipublicæ ſint colligatæ,
ſic etiam in noſtro Regno ſtatuit Rex
Ferdinandus I. Aragoniæ olim noſter Rex
in ſua *Pragm. 37. de offic.S.R.C.* relata in antec.
Præſt. 29. *n.* 17. vbi mandauit cauſas
criminales tam huius Ciuitatis in prima
inſtantia, quam deuoluendarum à Curijs, &
& Audientijs Prouincialibus noſtri Regni, à
noſtra Magna Curia definiri, ſed vt aliqua
prærogatiua fulgeret noſter Supremus Senatus
preter ordinem concinatum, & determinatum,
excepit duos caſus cognoſcendos
à d. Senatu, ſcilicet crimen læſæ Maieſtatis,
de quo in antecedenti Præſtantia diſſerui,
& ſecundum caſũ reſeruauit, nempè cognoſcẽdi
ad arbitriũ S.C. de cauſis criminalib.
de quibus ſolet cognoſcere Magna Curia
per iſta verba. *Vel ſi aliud vrgenti ex cauſa
eidem Sacro Conſilio viſum fuerit*, ecce igitur
poteſtas vel confirmata, vel tunc nouiter
impartita d. Sacro Conſilio cognoſcendi, &
2 definiendi cauſas criminales, ſi vrgens cauſa
hoc requireret, nam cum ex antecedentibus
verbis eiuſdem conſtitutionis talem iuriſdictionem
commiſit noſtræ Magnæ Curiæ
Vicariæ, ſicut hactenus conſueuerat, prædictos
duos caſus excepit, per illam dictionem,
Niſi, quæ de ſui natura eſt contradicere antecedentibus
latè *Barboſ. in tract.var.rub.de
dictio. in verbo niſi, dictis. 217. num.5*, & cauſat
exceptionem à regula, *Gratian. diſcept.
for.cap.9.num.26.Barboſ.loc.cit. num.14.*

Neque officit conſideratio facta à *Donadeo de
renunc.tom.2.cap.29. nu.* 125. dicente, quod
illa ſequentia verba prædictæ Pragmaticæ,
*vel ſi aliud vrgenti ex cauſa eidem Conſilio viſum
fuerit*, debeant intelligi de eodem crimine
læſæ Maieſtatis, de quo in antecedentibus
verbis Rex loquutus fuit, & excèpit à
iuriſdictione M.C. Vicariæ, quia (dicit ipſe)
relatio debet fieri ad proxima, per *textum in
l.hæredes palam §. ſed ſi notam, ff. de teſtam.*
Sed certè errauit d. Donadeus, nam nulla
relatio fuit facta in d. pragmatica prædictorum
vltimorum verborum ad antecedentia,
ſed ſunt duæ loquutiones comprehendentes
duos caſus diuerſos, nempe crimen
læſæ Maieſtatis, vel aliam vrgentem cauſam
criminalem, quæ melior videretur Sac.Conſilio
ſua iuriſdictione cognoſcenda, igitur
ſumus inter diuerſa per illam dictionem,
vel, quæ de ſui natura ſolet apponi inter diuerſa,
vt *in rub. ff. de acquir. vel amitt. hæred.*
latè *Barboſ.* qui omnes citat in dictione *Vel*
415. *nu.* 1. abſque vlla relatione vnius caſus
ad alterum.

Hæc enim noſtra Regia Conſtitutio huius prag.
loquitur generaliter abſque expreſſione
cauſarum criminalium, vel in prima inſtãtia
introductarũ in d.M.Curia, vel per viam
appellationis ad eandem deuolutarum, igitur
erit etiam generaliter intelligenda, vt
vtraſque cauſas comprehendat, & colligitur
ex verbis d. pragmat. quæ loquitur de illis
cauſis criminalibus, quæ ſolent definiri in
d.M.Curia per illa verba: *Ad quam propriè
cauſarum criminalium cognitio ſpectat*, dum
igitur ad d.Magnam Curiam ſpectat cognitio
ambarum ſpecierum cauſarum, vtraſq;
iuriſdictioni S.Conſilij Princeps reſeruauit,
eo fortius quia agitur de iuriſdictione Supremi
Senatus conſeruanda, qui nomine
ipſius Principis iudicat, propterea debet largè,
& non ſtrictè interpretari.

Cum enim probatum fuit ex vi d. noſtræ conſtitutionis,
iuriſdictionem adeſſe penes noſtrum
Supremum Senatum, cognoſcẽdi de appellationibus
cauſarum criminalium deuolutarum
ad Magnam Curiam Vicariæ, ſi
vrgens cauſa concurrat, bene viſa noſtro Sacro
Conſilio, ex hoc PRÆSTANTIA duplex
cognoſcitur eidem conceſſa, vna aduerſus
noſtros Ritus M. Curiæ, altera contra ius
commune. Dixi aduerſus Ritus, quia habemus
diſpoſitum in *Ritib.52.& 62.* & in *Conſtit.Regni
Cum noua*, altera *Appellationum
3 tempora*, poſſe M.C. Vicariæ cognoſcere
immediatè de appellationibus à Curijs inferioribus,
ex quibus noſtris ſanctionibus
ſeptimam præeminentiam noſtræ M.Curiæ
enumerat *Dom.Reg.Petra in ritu 52. num.3.*
quia appellatio interponi debet ab inferiori
Iudice gradatim, non ad vltimum omiſſo
medio *l.Imperatores ff. de appellat. Specul.in
tit. de appellat. §. nunc tractemus in princip.*
cumque liceat prouocare ad Magnam Curiam
Vicariæ omiſſo medio, *Marant. in
ſpecul.par.6.act.2.num.377.Afflict.in Conſtit.
Regni Cum noua num. 6.* *Muſcatell.in praxi
appellat.par.1. gloſ.tenebitur num.9.* iſta prærogatiua
noſtra M.Curia cognoſcitur ornata,
imo à Delegato ipſius Regis appellatur
ad M.Curiam Vicariæ, quæ cognoſcit de appellationibus
omnium Delegatorum, *Freccia
de ſubfeud.lib.2. author.13. nu.8. fol.346.
Scaccia de appellat. qu.8. num.50.* licet contrarium
dixerit *Caranit.ſup. ritu 52.num.2.*
& adeo eſt radicata hæc poteſtas penes noſtram

ſtram M.Curiam, vt ſi contingerit à Curijs
inferioribos appellari ad noſtrum Sacrum
Conſilinm, ſine vrgenti cauſa, omiſſa M.Cu-
ria, non teneret appellatio, imo cauſam eſſe
remittendã ad M. Curiam dixit *D. Petra in
ritu 47. num.* 16. verum declarat ex vſu re-
ceptum eſſe, vt hoc intelligatur de cauſis
criminalibus, non ciuilibus, teſte *Rouit. in
pragm. 3. de Offic. S.R.C. num.* 2. cum igitur ta-
lis iurisdictio Sacro Conſilio fuit impartita,
concurrente tamen aliqua vrgenti cauſa,
videtur diminuta iuriſdictio Mag. Curiæ,
& aucta illa S.C. circa cauſas criminales.

Altera PRÆSTANTIA videtur conceſſa d. Sa-
cro Conſilio, repugnante regula iuris com-
4 munis circa d. cognitionẽ cauſarum crimi-
nalium, de quibus iuriſdictio erat penes
Magnam Curiam, quia ad Supremum Tri-
bunal recurri non poteſt, niſi prius adeatur
medius Iudex, aut alia iuſta ratio cõcurrat,
quæ moueat Supremam Curiam ad proce-
dendum *Menius dec. 87. par. 1. Brunneman.
in d. l. Imperatores num. 3. ff. de appellat.* imo
nec ad Imperatorem appellatio omiſſo me-
dio regulariter admittitur, *d. l. Imperatores
& Nouella 23. cap. 3. Dom. Petra in ritu 62.
num. 1. Scaccia de appellat. qu. 7. num. 15. verſ.
retenta*, adeo quod dixit *Speculator. in tit. de
appellat. §. nunc tractemus lib. 2. fol.* 188. *Quod
ſit Benedictus Imperator, qui etſi dominus ſit
totius mundi tamen non patitur in præiudi-
cium inferiorum ordinatorum, & in dam-
num, & laborem ineſtimabilem litigatorum
ad ſe appellari omiſſis medijs*, at ſi appelletur
non eſt nulla appellatio, ſed reputatur, ac ſi
ad debitum Iudicem foret appellatum, & ad
d. Iudicem remittitur appellatio, vt in *d. l.
Imperatores*, & declarant *Franc. in cap. dile-
cti 66. ſub num. 13. verſ. concludo ergo de ap-
pellat. & in cap. Romana 3. num. 6. eod. tit. in 6.
Scaccia loc. cit. num.* 22. ſolum enim ad Pa-
5 pam poteſt recurri omiſſo medio, *Maranta
in ſpec. par. 6. act. 2. princ. in verb. & quando-
que appellatur num. 369. fol. 511. Rebuff. in
tract. de priuil. ſchol. priu. 164. n. 2. & 3. tit. 18.
fol. 60. Scaccia de appellat. qu. 7. n. 46.* ratio-
nem differẽtiæ inter appellationem propo-
ſitam ad Papam, vt poſſit fieri omiſſo me-
dio, & illam, quæ defertur ad Imperatorem,
vt non poſſit fieri niſi gradatim, aſſignat
*Io: Ferrar. in pract. Papienſ. tract. de appellat.
cap. 5. ſub num. 134. verſ. ius Pontificium to. 5.
fol.* 69. vt habeat maiorem Curiam, vt ſcil.
plora negotia forenſia ad ſuam Curiam per-
traherentur, quaſi quod voluerit notare
auaritiam Clericorum; ſed impugnatur
acerrime à *Scaccia in lib. de appel. qu. 7. n. 46.
in fine* 4. qui dicit nõ id fuiſſe diſpoſitum,
vt habeat Papa maiorẽ Curiam, ſed maio-
rem [illegible], vt ſcripſit *Bartol. in l. 1. §. ſi quis in
appell. ff. de appell.* vt ſcilicet euitentur ſum-
ptus litium, & vt ob expeditiorem aditum
Iuſtitiæ ſubditi ſubleuentur, & ad exem-
plum Speculatoris, qui benedixit Impera-
torem per verba ſupra relata, *Scaccia loc. cit.*
benedicit Papam per hæc verba: *Sit terque
quaterque benedictus Papa, qui ſubditos liti-
gantes ab iſtis inutilibus diſpendioſis, laborio-
ſiſque controuerſijs vtiliter liberauit, non fa-
ciendo alicui præiudicium.* Rationes vero dif-
ferentiæ inter Papam, & Imperatorem cir-
ca appellationes omiſſo medio, notauit *Scac-
cia loc. ſup. cit.*

Vrgens enim cauſa à noſtra *pragm.* 37. arbitrio
Sac. Conſilij commiſsa, poterit eſse non vna
ſed multiplex à Doctoribns conſiderata,
nempè quando Medius Iudex fuerit impe-
ditus, quominus cognoſcat, quod impedi-
mentum non tam facile remoueri poſſit, for-
ſan quia medij Iudicis controuerſa ſit iuriſ-
dictio. Vel Iudex ſit inhabilis, vel denega-
ret iuſtitiam, vel tandem ſuſpectus ſit ex
his, & ſimilibus cauſis relatis à *Scaccia dict.
qu. 7. num. 36. & ſeq.* & à *Berlich. par. 1. concl.
50. num. 68. & ſeq.* poteſt appellari ad Prin-
cipem, vel eius Supremam Curiam omiſso
medio, *Gayllus pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 119.
ſub num. 2. Minſinger. cent. 1. obſeru. 67. Me-
nius par. 1. dec.* 117. nam ſi talis aditus dene-
garetur iniquitas reſultaret, vt quis ob alie-
num impedimentum iuſtitia non frueretur
*Menius par. 3. dec. 384. Scaccia d. quæſt. 7.
num.* 37. Imo & ſi vrgens cauſa non appa-
reat, ſed cauſa ob aliquam probabilem ra-
tionem in inferiori iudicio cognoſci non
poſset, Supremum Tribunal in prima in-
ſtantia adire licet *Menius par. 1. dec. 87. &
238. Brunneman. in l. 1. num. 5. ff. de Offic. Præ-
fect. Vrbis*, prout eſset etiam caſus quando
ageretur de crimine, per quod eſsẽt offenſæ
aures ipſius S. Conſilij, puta de falſitate com-
miſsa apud acta d. S. Conſilij. hæc enim cau-
ſa licet criminalis ſit, debet cognoſci in pri-
ma inſtantia ab eodem S. Conſ. *Franch. dec.
147. in fin. Rouit. in d. pragm. 37. in fin.* bene
igitur d. noſtra *pragm.* 37. has cauſas diſcre-
tioni S.C. commiſit.

Nec noſtræ concluſioni aduerſantur *pragm. 3.
43. 44. & 46. de off. S.R.C.* vbi omnes cauſę cri-
7 minales, quæ prius agitabantur in Curijs
Baronalibus, vel Regijs noſtri Regni, intro-
ductæ per viam appellationis in noſtro Sa-
cro Conſilio, debent remitti ad M. C. Vica-
riæ, etiam reſpectu incidentium, ſalua ap-
pellatione à decretis d. M. Curiæ, quæ co-
gnoſci debet à Sacro Conſilio, vt per d. prãg.
46. & hoc vt gradatim appellationes ad Sa-
crum Conſilium deferantur, verba ſunt d.
pragm. 3. quæ licet de cauſis ciuilibus infra
ſummam a 5. vnciarum loquatur, tamen

reli-

reliquæ citatæ *pragm.* loquuntur etiam de
cauſis criminalibus, dum enim in dictis
ſequantibos pragmaticis non fuit facta ea-
dem reſeruatio, quæ fuit prius in d. *prag.* 37.
conceſſa eidem S. C. vt ſcilicet ſi vrgenti ex
cauſa alitet ei viſum foerit, poſſit cognoſce-
re de cauſis criminalibus, ſed generaliter
prouiſum, vt omnes cauſæ criminales per
viam appellationis introductæ ad S. Conſi-
lium, eidem M. C. remittantur, videtur di-
cendom, quod prima illa poteſtas, ſeu pri-
uilegium fuerit ademptum per generalita-
tem verborum dictarum ſequentium prag-
maticatum, quia poſterior lex derogat prio-
ri, *l. ſed, & poſteriores ff. de legib. Bald. conſ.*
223. *primo ſtatuta in princip.* & de priuilegio
cōceſſo per viam legis, vt poſſit reuocari ſi-
cut lex *Caſtrenſ. conſ.* 229. *Viſis, & ponderatis*
col. fin. verſ. vltimo probatur lib. 1. *num.* 65.

Sed reſpondetur, quod non aduerſetur citatis
prag. noſtra PRÆSTANTIA S.C. cognoſcen-
di de cauſis criminalibus ſi vrgens cauſa
videbitur, concedimus certè appellationes
gradatim eſſe proponendas à Curijs Baro-
nalibus ad M. C. Vicariæ per viam appella-
tionis, poſtmodom eodem ordine ad idem
Sacrum Conſilium, & iſta eſt praxis per no-
ſtras leges patrias introducta iuri commu-
ni conformis, ſed ſi vrgens aliqua cauſa
concurrat peruertendi talem circuitum
Rex ille Ferdinandus legislator diſcretioni
Sacri Conſilij commiſit in *pramg.* 37. imo
potius iudicio ipſius met Principis legisla-
toris, cuius nomine Senatus omnia determi-
nat, dum enim nouiſſimæ ſanctiones lo-
quuntur de ordine concinnato, nec corri-
gant illam prærogatiuam, ſeu generalem
ſuperioritatem noſtro excelſo Senatui con-
dignam, ſibi à Principe participatam, quis
hodiè dubitare poterit, quod d. poteſtas
apud d. Senatum in ſua firmitate non ſub-
ſiſtat, ſi enim legislator voluiſſet illam re-
uocare, debebat ſpecialiter de ea mentio-
nem facere, iuxta tradita per *Federic. de*
Senis conſ. 233. *in princip. num.* 2. *verſ. & pri-*
mo, & Tuſch. concl. 752. *nu.* 1. *in verb. priuile-*
gium, qui dicunt, quod priuilegium, quod
8 foit conceſſum per modum legis, non tollitur
per ſecundum priuilegium, niſi ſit facta
mentio de primo, per tex. in *cap.* 1. *de re-*
ſcript. qui eſt caſus magis notabilis, dum
in caſu noſtro non habemus nouum priui-
uilegium contra primum; vt in caſu ſupra
eſpreſſo à d. Doctoribus, ſed ſimplex noua
diſpoſitio conformis primæ, quæ ſolum
omiſit illam prærogatiuam in prima con-
ſtitutione conceſſam, ſcilicet cognoſcen-
dam de cauſis criminalibus, ſi vrgens cau-
ſa viſa fuerit Sac. Conſilio; Ita etiam non
tollitur priuilegiom per contrariam legem,
niſi facta fuerit mentio de primo, *Caſtrenſ.*
in l. fin. C. ſi contra ius num. 4. *verſ. ſed contra*
prædicta, nec ſufficeret mentio generalis
ad derogandum priuilegium prius conceſ-
9 ſum, abſque ſpeciali expreſſione, *cap.* 2. *de*
dolo, & contumacia cap. cæterum de reſcript.
Federic. de Senis d. conſ. 233. *num.* 2. *verſ. item*
certum, Tuſch. d. concl. 752. *num.* 2. 3. & 4.
Sic ſtatutom, vt corrigat aliud præcedens
requiritur ſpecialis expreſſio, *Alex. conſ.*
123. *ſcripſit num.* 2. *& ſeq. verſ. quod probo*
10 *lib.* 4. Et etiam requiritur clauſula deroga-
toria, vt lex ſubſequens corrigat anteceden-
tem, *Bald. conſ.* 107. *conſiderandum eſt lib.* 5.
Ancharan. conſ. 268. *num.* 7. *verb. reſpondetur*
aliter Tuſch. in verb. lex concl. 260. *num.* 3.

His addo conſiderandum, quod licet eſſet facta
generalis, & ampla derogatio per has ſequē-
tes pragmaticas prædictæ conſtitutioni
prag. 37. quæ nō legitur, nec etiam officiret,
dum ageretur de priuilegio conceſſo am-
pliſſimo Senatui, qui pars corporis Princi-
pis eſt, & ſi dixerunt DD. priuilegium impar-
titū ſimplici Collegio Decurionum nō cen-
ſeri derogatum ex ampliſſima derogatione
Roman. conſ. 436. *quod indultum nu.* 10. *verſ.*
tertia principalis, vbi *Apoſtilla in verb. iuxta*
intellectum plurimos citat, & *conſ.* 498. *nu.*
15. *Berous conſ.* 146. *num.* 43. *verſ. adduco*
etiam lib. 3. ſunt enim priuilegia conceſſa
11 Collegijs, quæ cenſentur conceſſa ratione
publicæ vtilitatis, quæ non veniunt in ge-
nerali derogatione, *Roman. d. conſ.* 436. qui
idem dicit de alio priuilegio conceſſo Au-
ditoribus Rotæ, idem de illo conceſſo Col-
legio Cardinaliom, qui ſunt Conſiliarij
Papæ, ſcripſit idem *Roman. d. conſ.* 498. *n.* 15.
& ſeq. vbi latè, à fortiori idem erit dicen-
dum de priuilegio conceſſo Collegio ipſius-
met Principis, vti eſt noſtrum S.C.

Nec obſtat argumentum in contrarium addu-
ctum, quod ſcilicet poſteriora derogant
priora, nam derogant quando poſteriora
ſunt incompatibilia cum prioribus; ſed ſi
pro parte ſunt contraria, & repugnantia,
& non in alijs, poſſunt priora in ea parte
12 valere, vbi non adeſt repugnantia, *Alex.*
conſ. 122. *Viſo puncto in princ. num.* 1. *in fin. &*
num. 2. *lib.* 4. vel compatiuntur, *Angel. conſ.*
214. *primo eſt videndum num.* 2. *verſ. ſi autem*
diuerſæ ſunt, *Lapus alleg.* 88. *num.* 5. *Tuſch.*
in verb. lex concl. 260. *num.* 3. cum igitur in
caſu noſtro nulla adeſt repugnantia, nam
prædictæ nouæ conſtitutiones confirmant
primam, vt ſcilicet omnes cauſæ crimina-
les introductæ per viam appellationis ad
S.C. debeant remitti ad M. C. V. ſed tantum
iſtæ ſequentes omiſerunt prouidere de vr-
genti cauſa, quæ forſan S. C. videbitur, vt
fuit in prima *pragm.* 37. diſpoſitum, de-

bent intelligi istæ vltimæ pragm. quod fue-
rint latæ pro esequtione primæ dispositio-
nis, cum possint simul stare, vt remittantur
causæ ad M. C. V. sed excepto casu vrgentis
causæ bene visæ S.Consilio, vti erat prius di-
spositum, quod non fuit innouatum, & con-
sequenter cum non videatur adesse repu-
13 gnantia, istæ vltimæ constitutiones censentur
factæ pro exequtione primæ dispositionis,
vt bene discurrunt *Alex. cons. 40. super primo
num. 2. vers. sed istis, & num. 7. lib. 4. Tusch.
lit. P. concl. 451. num. 19. &* 33. Et dum non
fuit derogata lex antiqua, lex noua genera-
lis recipit declarationem à lege antiqua de
eadem materia loquente, *Fulgos. cons. 215.
in primo proposito, Tusch. in d. verb. lex concl.*
260. *num.* 14. maximè si in lege noua non
fuit expressum, *Bart. in estrauag. Qui sint re-
belles in verb. transit in fine.*
Sed cur tantum laboramus ad probandum ta-
lem facultatem arbitrio nostri S.C. commis-
sam, cognoscendi de causis criminalibus, re-
moto Iudice medio, si vrgens causa concur-
rat suæ discretioni regulanda, non fuisse
ademptam, si præcisa d. potestate, dixerunt
14 multi DD. in causis ciuilibus omisso medio
appellari posse ad S. Consilium Principis
fundat *Cabed. decis. 11. par. 1.* & de nostro Sa-
cro Consilio tradit *Apostill. ad* Roman. *cons.
332. in ver. gradatim in fin.* & meminit *Card.
Tusch. in concl. pract. tom. 5. lit.* N. *concl.* 107.
num. 2. quod in multis Imperij statibus con-
suetudine introductum est, vt licitum sit
subditis præterire Curias Dominorum, &
prorogando iurisdictionem, statim Supre-
mum adire, vt refert *Nicol. Myler. de princip.
& statib. Imper. cap. 42. num.* 12. cum *Ruland.
de commis. lib. 2. cap. 3. num.* 18. *Ritt. de homa-
gio conclus.* 129. alijsque, vt infra dicam in
Præst. appellationis. In vno tantum casu talis
facultas restringitur, quando scilicet vellent
Vassalli declinare iurisdictionem Baronum,
qui priuilegium secundarum causarum re-
tinent, in isto enim casu possunt banna
15 penalia Barones edicere, ne suam declinent
iurisdictionem, & regia adeant Tribunalia,
omisso Iudice primarum, aut secundarum
causarum, *Capyc. dec. 9. num. 15. Capiblanc.
de Baron. pragm. 3. num. 127. Freccia de sub-
feud. de auth. Baron. 9. &* 10. *Prat. obseru. 3. per
tot. Hodiern. ad Surd. dec.* 147. alijque colle-
cti à *D. Petra in ritu 52. num.* 4. sunt enim
istæ iurisdictiones emptæ à Baronibus, me-
ritò non debent de earum fructibus defran-
dari.

PRÆSTANTIA XXXI.

Præstantiæ multæ fuerunt concessa nostro Sacro Consilio Neapolitano circa ordinem Iudiciorum.

SVMMARIVM.

1 *Bellum ciuile lis est.*
Litium cessiones, & emptiones cur prohibentur.
2 *Contumax vt fiat citatus, debet ter citari, vel vno peremptorio pro tribus.*
3 *Contumax in Germania citatus non condemnatur, sed sub conditione, & quomodo.*
4 *Citatus vna vice à S. C. reputatur contumax ob suam PRÆSTANTIAM.*
5 *Citatio semel facta sufficit, vt contra contumacem possit proferri sententia definitiua, & quando.*
6 *Exceptiones dilatorias dolose proponens in Curijs inferioribus, pecuniaria pæna punitur, sed in S.C. arbitrio d. S.C.*
7 *Falsitatis querelam calumniose proponens in Regno contra testes pæna pecuniaria punitur, sed in Sacro Consilio grauiori pæna mulctatur.*
Falsitatis exceptio aduersus testes de iure nostri Regni non impedit cursum causa ciuilis, sed quando.
8 *Falsi procuratoris exceptio iudicium nullum reddit, & quando.*
Exceptiones dilatoriæ, quæ iudicium nullum reddunt, etiam post litem contestatam opponi possunt.
Falsi procuratoris iudicium nulliter agitatum, potest dominus ratum habere, & quando.
9 *Procuratoris falsi iudicium agitatum in S. C. non potest Dominus ratificare ob Senatus PRÆSTANTIAM.*
10 *Positiones negans in Sacro Consilio punitur pæna ad arbitrium Senatus, si fuerit conuictus de mendacio.*
11 *Pæna iuris communis intelligitur sublata per pænam statutariam.*
12 *Pænam nullitatum olim Sacrum Consilium suo arbitrio taxabat, si temere proponebantur.*
13 *PRÆSTANTIA S.Cons. est, vt possit in eo stare filius in iudicio sine consensu Patris, & cur num. 16. secus de iure.*
Filius in causis criminalibus non potest esse in iudicio sine consensu Patris, sed hodie non obseruatur, & num. 16.
14 *Pater si consentire recusauerit filium sistere*
in

in iudicio , compelli poteſt.
15. *Conſenſus Patris, vt filius adſit in Iudicia, in quibus bonis requiritur.*
17 *Cauſæ primo concluſæ , primò debent expediri.*
18 *Cauſæ relatæ in Sacro Conſilio debent continuari, & expediri de iure noſtri Regni.*
19 *Pœnas ſuſpicionum Officialium Sacrum Conſilium antiquitus partibus imponebat.*

ANtequam ad Præſtantias maiores deue-
niam, quæ circa ſententiarum Supremi
noſtri Senatus promulgationem , exequtio-
nem, vel reclamationem verſantur, metho-
dus conteſturæ ſuadet , vt Præſtantias refe-
ram , quæ telam iudiciariam concernunt
litium, quæ in d.Senatu agitantur, quæ non
fuerunt conceſſæ litibus vertentibus in Tri-
bunalibus inferioribus, & quia ſolius ordi-
nis formam continent, nō de eis ſingillatim
diſcurro, ſed breuiter illa attingam, ne ne-
gligenter omiſiſſe dicatur. Omnea iſtæ præ-
rogatiuæ ordinis iudiciarij noſtri Senatus
fuerunt à noſtris municipalibus Conſtitu-
tionibus conceſſe , vt celeris expeditio liti-
bus procuretur , etenim naturalis ratio ex-
optat , vt populi quietè viuant , & ſine con-
tentionibus vitam ducant, ſed eorum bonis
1 fruantur , nam quid aliud eſt lis , niſi ciuile
bellum, quod animos perturbat , ſenſus de-
primit , bona diſſipat , & tandem ſi ad lon-
gum protrahatur familias depauperat, quo-
rum incommoda , & perturbationes nemo
rectiur agnouit, quam qui pro eius infortu-
nio lites paſſus fuit , hic enim illarum dam-
na, iactoras, diſcrimina , & pericula curioſè
enarrabit , ex his cognoſcitur ratio cur li-
tium emptiones, & ceſſiones prohibeantur,
imo puniuntur iactura cauſæ, *cap.ex parte de alien.iudic.mut.cauſ.* & in odium litigan-
tium multi actus prohibentur, de quibus in
tit.C.de alienat.iudic.mutand.cauſ.& in Conſtit.Regni Eorum fraudibus cum concord.imo
etiam ad expenſarum diſpendia euitanda
ſtatuit S.Pontifex in *cap. diſpendia 3. de reſcriptis in 6.* vt Iudices æquitate debeant il-
las coarctare.

Vt autem noſtrum Sacrum Conſilium attentè
inuigilet expeditionibus cauſarum, noſtræ
municipales ſanctiones mulcta ſtatuerunt,
quæ leguntur in pragmaticis noſtri Regni,
& vt aliquas referam incipio à citatione, in
qua eſt ſciendum, quod antiquitus Regij Of-
ficiales obſeruabant , vt poſt intimationem
non procederetur in contumaciam contra
non comparentem citatum, niſi prius ordi-
naretur aliud decretum , quod intimetur
parti , & interim ſuſpendebatur proceſſus
ad vlteriora , etenim licet omnia citatio in
perſonam facta ipſo iure peremptoria intel-
ligatur ad omnes actus, etiam ſi dictum non
ſit, attamen quando perſonaliter non fuit
facta citatio , debet bis citari , & ſecunda
citatio peremptoria intelligitur , quia con-
tumax de iure ille dicitur, qui tribus edictis
vel vno peremptorio pro omnibus citatur,
2 *l.contumacia 53.in princip verſ.contumax.ff. de re indic. l.conſentaneum, C. quomodo , & quando Iudex, Sola in conſtit.Sabaud.tit.de citation.gloſ.7.num.2. Carpan.ad ſtat. Mediol. cap.10.rub.de in ius vocand. num.23.pag.43. tom.1.Menoch.conſ.100. nu.172. vol.1. Chriſtoph.Frideric.in proceſs.iudic.cap.32. de contumacia num. 2.* & aliam æquitatem obſer-
3 uant Germani , vt ſi Reus citatus in primo
termino non comparet, non ſtatim pro con-
feſſo, & conuicto reputetur , ideoque non
ſimpliciter , & purè condemnatur , ſed ſub
conditione, niſi ſcil.legitimum impedimen-
tum , & iuſtam cauſam ſuæ abſentiæ in ſe-
quenti termino allegare, & docere poſſit, vt
poſt *Hartm. Piſtor.* alioſque refert *Frideric. loc.cit.de contumacia Rei, cap.34. num.22.* at
4 vero ob reuerētiam noſtri Supremi Senatus,
& in pœnam contumacis fuit per *pragm.39. de offic.S.R.C.* ordinatum , vt poſt intimatio-
nem procedatur à Conſiliarijs in contuma-
ciam contra non comparentes, abſque alia
intimatione , & hoc ob PRÆSTANTIAM
noſtri Senatus, vt debita obedientia tribua-
tur, ſicut etiam in Statu Mediolani obſerua-
ri de conſuetudine , & ſtylo teſtatūr d.*Carpan. loc. ſup. cit.* quod ampliatur , vt poſſit
5 procedi ad ſententiam definitiuam abſque
alia citatione , vt probat *Franch. deciſ. 457. Lanfranc.dec.42. Rota Roman. dec.259. nu 8. tom.2.in nouiſſ. Cenall.pract.qu.com.contra com.qu.22. tom.1.* quod limitat *Reg. Rouit.in prag.39.n.2.*& in *prag.4.de ord.iud.n.2.*dum-
modo Iudex non ſit mutatus , alias ſi Iudex
nouus effectus fuerit in eadem cauſa, erit ne-
ceſſaria noua citatio corā nouo Iudice, *Fran. dec.457.* nam per mutationē Iudicis rema-
net extincta illa contumacia, *Rouit. in dict. pragm.4.num.2. Capyc.latro dec.69. num.31. verſ.maior difficultas, Gallupp.in praxi par.2. cap.4.num.2.*

Item cum quis doloſè ad litis ingreſſum impe-
diendum exceptiones dilatorias oppoſuerit,
6 pro qualibet exceptione pœna duorum du-
catorum mulctatur , vt fuit ſancitum in
pragm.33.de offic. S.R.C. at vero ſi exceptio-
nes prædictæ doloſè opponantur in Sacro
Conſilio, arbitrio eiuſdem Sacri Conſilij au-
ctiori pœna puniri poſſe, ſtatuit eadem
pragm.33.

Item querelam falſi contra teſtes, vel principa-
lem ſi litigans propoſuerit doloſè , vel per
7 calumniam, ad elonganda tempora cauſarū
expediendarum , pœna ſex aureorum duca-

torum punitur, ita disponit nostra *pragm.*
34. de offic. S. R. C. si vero contingerit hanc
falsi querelam proponi in causis verteoti-
bua in oostro S. Cons. poterit talis dolosus
accusator grauiorj pœna mulctari, arbitran-
da per S. Consilium, vt disponit eadem
pragm. 34. pendente autem exceptione falsi-
tatis aduersus testes in iudicio examinatos,
superseditur io causa ciuili, quando totum
ius litigatoris iu illa falsitate consistit, *Ant.*
Faber in defin. 1. C. quando ciuil. caus. crimin.
præiudicet. Sed in Regno nostro per *pragm.*
2. de fals. non impeditur cursus causæ, sed in
vtraqne causa proceditur, etiam vsque ad
sententiam, at oostri Regnicolæ hoc limi-
tant, quando falsitas constaret ex eisdem
actis, nulla alia adhibita extrinseca proba-
tione, quo casu expedirio causæ retardatur,
Gramatic. dec. 60. Rouit. in pragm. 3. de falsis,
Galluppus in praxi par. 2. cap. 27. in fin.
Et dum de falsitate loquotus fui, notabilis est
etiam Supremi Senatus PRÆSTANT. circa
ratificationem actorum factorum cum falso
Procuratore, Regula enim est, quod iudiciũ
8 nullum reddat exceptio falsi Procuratoris,
ideo potest quandocumque opponi, *l. licet*
24. C. de procuratorib. nam licet sit exceptio
dilatatoria, attamen illæ exceptiones dila-
tatoriæ, quæ judicium nollum reddũt, etiam
post litem contestatam opponi possunt, pro-
ut est hæc exceptio, & etiam exceptio Iudi-
cis incompetentis, *l. 2. C. si à non competenti*
Iudic. Brunneman. in d. l. licet. Potest tamen
Dominus confirmare, seu ratum habere in-
dicium agitatum per falsum procuratorem
l. licet 56. ff. de indic. Gaill. lib. 1. obser. 47. Ric-
cius collect. 244. *Vantius de nullit. tit. quib.*
mod. sont. null. num. 10. quem *tex.* latè expli-
cat *Parlador. lib. 2. rer. quotid. cap. fin. par. 3. §.*
2. à num. 9. & potest talis ratihabitio sequi
sententiam latam *Gaill. d. obseru. 47. num. 1.*
lib. 1. Minsing. cent. 1. obseru. 44. nam dum
actos alterius nomine gestus habet omnia
essentialia, solo consensu deficienre, quando
postea superuenit consensus actus omoi ex
parte subsistit, *l. 16. §. 1. ff. de pignor.* & retro-
trahitur ad tempns incepti iudicij *Costa de*
retrotract. cap. 8. casu 4. num. 5. & 8. verum
tamen est, quod *Iason in d. l. licet 24. C. de*
procur. num. 10. limitat tex. prædictum tres-
decim limitationibus, quarum principalio-
res sunt, quando procurator semel habuit
maodatum, & dominus illud reuocauit,
quia tunc gesta per Reum non censentur ra-
tificata, quod semel enim reprobauit am-
plios approbare non potest. *l. dispensationem*
ff. de solution. Vel si resultaret ex tali ratifi-
catione præiudicium tertij, nam hoc casu
nil iuuat ratificatio, latè *Barbos. in cap. ra-*
thiabitio de reg. iur. in 6. à num. 9. cum nec ip-
se Prioceps habeat potestatem validandi
scripturam nullam in præiudicium tertij,
cui ex tali nullitate ius quesitum fuerat, *Pi-*
nell. post alios *par. 1. in rub. C. de rescind. ven-*
dit. cap. 2. num. 13. tale præiudicium tertij
etiam resultaret quando sententia haberet
plura capita, & principalis pro parte vellet
ratificare iudicium, pro parte non, nam non
erit audiendus, quia senteotia quo ad for-
malia est indiuisibilis per *l. 27. ff. famil. her-*
cisc. Brunneman. in d. l. licet in fin. ff. de iudic.
vel si exceptio fuisset opposita ante ratifica-
tionem falsi procuratoris factam per domi-
num DD. communiter per illum tex. in *d. l.*
licet, C. de procurat. Cepolla. in cautel. 22.
Sed alijs omissis ad præseotem materiam oon
tangentibus, hæc sequens limitatio facit ad
9 nostrum propositum, quando scil. causa agi-
tatur in Concistorio, vel Audientia Princi-
pis, hoc enim casu non possunt ratificari acta
à Domino, etsi ratificentur non recoouales-
cunt, quia in Concistorio Priucipis est de-
testabile falsum assistere procuratorẽ, elude-
ret enim illam Supremam Curiam, eam
detinendo cum temporis iactura circa ea,
quæ nullius subsistentiæ sunt, hac de causa
etiam puniri posset, prout in simili statuit
Imperator *in l. fin. C. qui à non non dom.* ibi:
Qui in conspectu nostro libertatem monstrabit
à non domino consequtus, & postea subdit,
fallendo Principis conscientiam, ideoque in
casu d. legis ad duplum condemnauit Im-
perator Constantinus illum, qui alienũ ser-
uum manumisit, quia nõ dominus, *Iason. in*
d. l. licet, Innocen. in c. ex parte de rescrip. Bald.
in l. falsas C. de furtis, vers. permitte, licet ali-
qui contrarium dicant cum *Anton. Gabriell.*
lib. 2. com. conclus. tit. de procur. concl. 4.
Item positiones, seu posita in articulis negans,
quorum notitiam habere credibile extimari
10 poterit, si quæ negauerit, & mẽdax per testes
fuerit reputatus, punitur pœna arbitraria
ab eudem S. C. iuxta persooarum, & causa-
rum qualitates estimanda, habemus sanci-
tum per *pragm. 35. de offic. S. R. C.* sed grauiori
pœna punitur negans positiones, si conuictus
fuerit de mendacio in Statu Mediolani, nam
per statuta illius Ducatus punitur pœna
vigintiquinque Imperialium, quæ pro me-
dietatẽ applicantur Communitati Mediola-
lani, & reliqua medietas parti adoersæ, vt in
cap. 84. tom. 1. tit. de pœna negantis positiones
apud Carpan. loc. cit. qui latè, sed querit *Rouit.*
in d. pragm. 35. an per d. pragm. censeatur de-
rogatum legi aotiqoæ, scilicet iuris commu-
nis, vbi fuit dispositum, quod deponens cum
iuramento super positionibus aduersarij,
perdat causam ex *cap. fin. de iure iurand.* & di-
cit non censeri derogatum legi communi,
sed salua pace istius doctissimi viri, non erit
tam

& certè iſta cõclnſio reſoluenda, quia tã an-
ceps eſt talis qneſtionis veritas, vt dixerint
DD.apud *Clar.in §.fin.q.85.n.5.verſ.debet etiã*,
quod indigeret deciſione Cæſareæ, nam li-
cet ſententiæ *Rouiti* etiam fuerit, *Bart.in l.1.
ff.de vi bonor. raptor*, quem ſequuntur pluri-
mi, apud *Clar.in d. qu.85. num.5. verſ.debet
etiam*, attamen communior eſt contraria
11 ſententia, nempè vt per pœnam ſtatuta-
riam ſemper cenſeatur ſublata pœna iuris
communis, *Decius in cap. de cauſis num. 14.
de offic.Deleg.* vbi dicit communem, & magis
communem *Clar.in d.qu.85.nu.3. verſ. con-
trarium*, vbi infinitos DD. cumulauit, &
ſubdit; quod totus mundus hanc ſententiam
ſeruat, & confirmaut *Roland.à Valle conſ.35.
num.44.vol.2.& Sola in conſtit. Saband.tit.de
viſit.carcer.gloſ.1. num.2.pag.459.* Sic in pœ-
nis criminalibus ſi ſtatutum imponit pœ-
nam pecuniariam, videtur recedere à pœ-
na iuris communis, quæ eſſet dubia *Roman.
conſ.117.hac præmiſſa* prope fin. *verſ. ope-
ratur ergo*, vbi *apoſtilla in verb. omiſſa*, alios
citat *Tuſch. pract. concluſ.lit. P. concluſ. 234.
num.5.*

Antiquitus pœna erat impoſita duc. ſex cui-
cumque, qui auſus fuit proponere nullita-
tem ad exequtionem differendam ſenten-
tiæ, vel decreti Curiarum, vt habetur in
pragm.32.de offic.S.R.C. at vero ſi continge-
12 rit de nullitate excipere aduerſus ſenten-
tiam S. Conſilij, poterit præter d. pœnam
aliam grauiorem idem S. C. imponere, ſe-
cundum ſuum arbitrium, ſtatuit eadem
pragm.32. ex nouioribus poſtmodum prag-
maticis fuit ordinatum, vt cum de nullitate
ſententiæ S. Conſilij redarguantur, grauiori
pœna aduocati puniantur, vti habetur in
pragm.5.§.3.eod.tit.de offic S.R.C. & dicam
latè infra in *rub. de Praeſt.S.C.in proponendis
nullitatibus aduerſus ſuas ſententias.*

Notatur etiam alia PRÆSTANTIA Supremi
Senatus, vt in eo poſſit filius eſſe in iudicio
ſine conſenſu Patris, vt dixit *Guid.Pape de-*
13 *ciſ.54.* qui dicit ita practicari in Parlamen-
to Franciæ, & vt talis PRÆSTANTIA co-
gnoſcatur eſt ſciendum, quod de iure filius
familias in iudicio ſine patris conſenſu eſſe
non poteſt, *l.fin. §.neceſſitate C. de bonis que
liber.* neque in cauſis criminalibus poteſt
filius ſtare in iudicio ſine cõſenſu Patris, vel
Curatoris, aut Tutoris, *l.clarum 4.C.de author.
præſt.* alias iudicium eſt nullum, nulla cõfeſ-
ſio, nullaque ſententia, vt colligitur ex illa
dictione *omninò* appoſita in *d. l. 4.* quæ ne-
ceſſitatem importat *Brunneman. in d.l.4.* ra-
tio eſt, quia videtur filium non eſſe integrũ
hominẽ ad agendũ, ſed medius homo, ideo
per patris conſenſum reintegratur, ſic dixit
*Gloſ. notabilis in d.§.neceſſitate verſ.argumen-
tum*, & colligitur ex *d.l.clarum*, ibi: *Ne ex
ſua imperitia, vel iuuenili calore aliquid vel
dicant, vel faciant*, & *Gloſ.in d.§.neceſſitate*,
ex hoc deducit, quod non ſufficiat patrem
propter hoc interpellari ad conſenſum, ſed
debet conſentire, argum. *l. 1. in fin. ff. quod
quiſq; iur.* Sed ſi Pater conſentire recuſaue-
14 rit, compellitur captis pignoribus, vt in
*§.quibus conſtitutionibus inſtit.de ſatiſdat.tu-
tor.* vel per indictionem mulctæ, vel alijs
remedijs prætorijs, vt in *l.1.§. quid ergo ff.
de ventre inſpic.Gloſ.in d. l.fin.§. neceſſitate
in verb. imponenda.* In praxi autem obſer-
uatur talem cõſenſum ſubſequi poſſe actum
Afflict.dec.180.R.cc.collect.414. licet diſſen-
tiat *Barboſ.in d.l.3 num.9.*

Sed ſuper quibus bonis requiratur talis con-
ſenſus explicat *Brunneman.in d.l.fin.* diſtin-
15 guendo hoc modo, vt in illis bonis, in qui-
bus Patri vſusfructus acquiritur, in his
ſolus pater agere, & conueniri poteſt, quæ-
dam vero ſunt, quorum vſusfructus acquiri
non poteſt Patri, & in his ſolum filius age-
re, & conueniri poteſt, quædam vero ſunt,
quorum vſusfructus acquiri poteſt Patri, ſed
non acquiritur, quia nolente, & repudian-
te patre acquiritur filio, & quia aliquam
miſtam naturam conſtituunt, in his voluit
Iuſtinianus, vt ageret filius, ſed conſentien-
te Patre, *Barboſ. à d.l.3.& 4.ff.ſolut.matr.
num.7.& 8. Caſtill.de vſufructu cap.3.nu.15.
Brunneman.in d.§.neceſſitate.*

In criminalibus *d.l. 4.* non vſu ſeruari dixe-
runt *Farinac.qu.81.num.370.& ſeq. Clar.in
§.fin.qu.50. Menoc.de arbitrar.lib.2.caſu 86.*
16 *num. 2. Boſſius in tit. Si aduerſus rem iudic.
in crim.Chartar.in tract. de forma exam.Reor
tit.3.cap.3. num.5.* & ita obſeruari in Ger-
mania ſcripſit *Brunneman. in d.l.4.circa fin.*
Etſi non ſeruatur talis *l.4.* diſpoſitio in cau-
ſis criminalibus, iuxta mentem prædicto-
rum Doctorum, in Supremo Senatu nec in
cauſis ciuilibus illam obſeruari dixit *d.Gui-
do Pape qu.54.* qui non aſſignat rationem,
ſed tantum dicit ita practicari in Parlamen-
to Franciæ, at ego aliam rationem aſſigna-
re non poſſum niſi iſtam, quia videtur quæ-
dam ſollemnitas extrinſeca ſtandi in iudi-
tio ſine conſenſu Patris, de qua Suprema
Curia non curat, dummodo tamen filius
non ſit minor, qui omnino cum conſenſu
Patris, vel Curatoris adeſſe debet in iudi-
cio, quod non controuertitur.

His, & alijs omiſſis, non videtur eſſe alienum
adnotare alias regias ordinationes, quæ non
poſſunt numerari inter prærogatiuas Sacri
Conſilij, cum nil diuerſum diſponant inter
Curias inferiores, & Supremam Senatus
Curiam, ſed quia fuerunt latè ad publicum
commodum, vt citius cauſæ terminentur,
con-

congruit aliqua pauca dicere, quæ ad proxim conferunt. Fuit enim sancitum in *prag. 10. de offic. S.R.C. num. 3.* quod fiat liber, in quo describantur conclusiones omnium causarum, cum nota diei, & anni, & quod talis liber custodiatur à Mag. Secretario S.C. Similiter in *num. 4.* iubetur, vt conclusio dictarum causarum denuncietur per Relatores nostri S.C. litigantibus, vt curent eorum expeditioni, hodie vero quia fuerunt remoti Relatores, sat erit si denunciatio fiat à Dom. Consiliario Commissario. Fuit etiam prouisum in eadem *pragm. 10. num. 5.* vt causæ, quæ prius fuerint conclusæ, pri-
17 mo debeant expediri, & votari in S. Consilio, exceptis causis priuilegiatis, scilicet fiscalibus, Carceratorum, Ecclesiarum, Viduarum, pupillorum, pauperum, & aliarum miserabilium personarum, vel causis summarijs, quam sanctionem esse conformem iuri communi, dixit *Reg. Rouit. in dict. pragm. 10.* quæ fuit confirmata per Carolum Quintum in anno 1540. vt in *pragm. 15. de ordin. iudic.* & tandem per Proregem Comitem de Oliuares in anno 1596. *in pragm. 71. de offic. S. R. C.* ita per leges Hispaniæ fuit etiam ordinatum, vt scil. lites determinentur cum prærogatiua antiquitatis, fatetur *Azeued. in leg. noua recompil. lib. 2. tit. 5. l. 27. & 77. pag. 136. tom. 1.* nisi fuerint causæ Ecclesiæ *Couarru. pract. qu. cap. 7. num. 7. vers. his accedit.* Tandem fuit sancitum, vt in quolibet die Sabati ordinentur causæ, quæ debent in S.C. votari in sequenti hebdomada, & de illis fiat memoriale in scriptis per singulos dies causarum expediendarum, & affigatur in valuis Aularum, vt Aduocati instructi accedant ad expeditiones causarum, vt in *d. pragm. 10.* quæ per sequentes regias ordinationes fuit confirmata.

Circa prosequtionem litium introductarum in S.C. vt non remoreretur earum definitio-
18 nes, multæ salutares sanctiones fuerunt prouisæ, nam si relatio alicuius processus per aliquem ex Consiliarijs semel cepta fuit in Aula d. Senatus, alterius processus relatione turbari, vel interrumpi prohibetur, donec prorsus d. causa terminetur, ita præcipit *pragm. 12. eod. tit. de offic. S.R.C.* idemque fuit confirmatum in *pragm. 69. eod. tit.* vt scilicet causę inceptæ non debeant intermitti, ob relationes aliarum, sine vrgenti causa. Et quia aliquando euenit, vt quamplures causæ indigeant lectura scripturarum in processu existentium, ideo fuit statutum, vt debeat inchoari lectura in prima hora diei præfixi pro illius expeditione, & non intermitti, sed continuari in sequentibus diebus, donec compleatur, qua terminata, assignari debet dies pro decisione causæ, ita disponit *pragm. 4. §. 11. de dilation.* & si completa d. lectura superuenerit denuo aliquis nouus Iudex in illa Aula, qui non assistit lecturæ, non debet in illa causa votare, nisi deficeret numerus Iudicum.

Pœnas autem imponere litigantibus, quando dolosè allegant suspectos Consiliarios ad li-
19 tem retardandam, tributa fuit antiquitus potestas Sacro Consilio per *prag. 40. de offic. S.R.C.* deinde per nouiores pragmaticas fuit ordinatum, vt non solum debeant causæ suspicionum proponi, sed etiam depositum debet facere alicuius certæ quantitatis allegans suspicionem, ad hoc, vt calumniosa recusatio euitetur, vt infra latè dixi in *rub. de Præstantia ex causa suspicionis.*

PRÆSTANTIA XXXII.

Præstantia Sacri Consilij Neapolitani est, vt habeat prærogatiuas Præfecti Pretorio.

SVMMARIVM.

1 *Pretoris, & Pretorij nomina cur ita dicta.*
2 *Præfectus Pretorio non fuit eiusdem potestatis tempore Romuli, sicut tempore Iustiniani.*
3 *Præfectus Pretorio ex Equitibus eligebatur, postea ex Senatoribus.*
4 *Tribunus Celerum, & Consules Romani habebant potestatem Præfecti Pretorio.*
Pretores duo, vnus Vrbanus, alter Peregrinus Romæ iura dicebant.
5 *Imperator Romanorum vniuersi Orbis tenebat Imperium.*
Præfectis Pretorijs fuit diuisum regimen Imperij.
Costantinus Imperator officium Præfecti Pretorio extinxit.
6 *Præfecti Pretorijs quatuor fuerunt instituti per omnes Imperij Prouincias.*
7 *Præfectos Pretorijs tres Iustinianus creauit per Imperium.*
Africa recuperata, Iustinianus in ea quartam Præfecturam instituit, diuisam ab Italia.
9 *Magistratus Romanorum, & nomine, & exercitio sunt hodie mutati in Italia.*
10 *Sacrum Consilium Neapolitanum habet prærogatiuas Præfecti Pretorio.*
Vulpianus, & Cassiodorus præfecturam Pretorij exercuerunt.
11 *Præfecti Pretorijs ex hominibus militaribus creabantur, postea vero ex togatis.*
12 *Præfectorum Pretorijs iudicijs multa specialia fuerunt concessa, quæ recensentur.*

16 Pra-

13 *Præfectum Prætorio habet in sua Aula Rex Hispaniarum.*

14 *Sacrum Consilium Neapolitanum representat Præfectum Prætorio.*

15 *Præses S. C. successit in locum Supremi Præfecti Prætorio.*

16 *Senatus Supremus Galliæ habet prærogatiuas Præfecti Prætorio.*

17 *Concistorium Regni Siciliæ gaudet prærogatiuis Præfecti Prætorio.*

Prætorium etiam dicitur, licet extra Palatium Principis resideat.

18 *Præfectus Prætorio etiam dicitur, qui præest Senatui, licet assideat in Aula ipse Princeps.*

19 *Senatus Neapolitanus, & cæteri Senatus non possunt habere illas prærogatiuas Præfectorum Prætorijs, qui per Orbem vagabantur.*

20 *Præfectorum Prætorijs prærogatiuæ referuntur, & honores.*

21 *Officium Præfecti Prætorio inter illa tria maiora officia Imperij numerabatur.*

22 *Præfecti Prætorio Officium plura in se officia continebat.*

Diocesis nomen comprehendit plures prouinciarum regiones.

23 *Præfecti Prætorijs, Præsides Prouinciarum promouebant, remouebant, & de eorum criminibus cognoscebant.*

24 *Leges condebant Præfecti Prætorio, & quomodo.*

25 *Legis vim obtinebant adicta Præfecti Prætorio.*

Præfecti Prætorio releuabant Prouincias à tributis.

26 *Præfecti Prætorio potestas non multum distabat à regia potestate.*

27 *Præfecti Prætorio officium hodie fuisse aboletum aliqui existimant.*

28 *Cardinales an assimilentur Præfectis Prætorijs.*

29 *Proreges nostri Regni dici possunt Præfecti Prætorijs*

Historicam narrationem continet præsens
Præstantia, vbi Magistratus illius felicis
Imperij Romani referuntur, & antequam
inuestigemus quas prærogatiuas noster Su-
premus Senatus, & alia Supremorum Re-
gum Auditoria illius excelsæ dignitatis Præ-
fecti Prætorio hodie retineant, opere pre-
tium est demonstrare, quondam fuit hoc of-
ficium Præfecti Prætorio ab Imperatoribus
Romanis olim constitutum, vt participa-
tionem aliquam eius potestatis habere co-
gnoscatur. Et vt à nominibus incipiam di-
1 co, quod Prætor ita dicebatur, quia præie-
rat iure, & exercitu, *Cicero lib. 3. de legib. Iu-
stinian. in Nouell. 24. de Præsid. Pysi.* & præto-
ria porta in Castris appellabatur, qua exer-
citus in prælium inducebatur, ita *Festus* re-
latus à *Tholosan. in syntagm. iur. vniuers. lib.
47. cap. 30. num. 2.*
Prætorium adiectiuè sumptum illud est, quod
ad Prætores pertinebat, domus scilicet vbi
Præses habitabat, vel ius dicebat, vt in dict.
Nouell. 24. tunc temporis in Castris recceba-
tur, vbi erat Tabernaculum Ducis vel Im-
peratoris, proindè milites Prætoriani nun-
cupabantur, ob sedem, quam in Cohorti
Prætoria detinebant, vt refert *Amaya in l.
fin. Cod. de Decurionibus cap. 2. num. 2.* Ho-
diè vero sub hoc nomine Prætorij intelli-
gitur illa Magnifica Domus Prætorum Præ-
sidum, & Iudicum iuris dicendi causa in
Vrbibus extructa, *l. omnes §. nullus, Cod. de
Episc. & Cleric. l. penult. C. de offic. Rector. Pro-
uinc.* & eius Præfectus est ille, qui in excel-
siuri, & eminentiori Prætorio præsidet, cui
cura, & regimen totius Senatus committi-
tur.
Talis dignitas Præfecti Prætorio in ipsa na-
scentis Vrbis infantia dispar fuit à potestate
illa, quæ claruit in Orientis Imperatoribus,
2 ille enim qui fuit tẽpore Romuli (vt liquet
ex Pomponio leto) militibus, & Cohortibus
Prætorianis circa Palatium Principis tan-
tum præerat, at Iustiniani temporibus sum-
mam rerum gerebat dignitatem, id-
circo dixerunt DD. talem Dignitatem
Præfecti Prætorio non fuisse à primo anti-
quitate cognitam, sed post traslatum in
Principem Imperium à Cæsaribus institu-
tam, dicunt colligi ex *l. vnic. ff. de offic. Præ-
fect. Pretor.* Non creabatur ex Senatorum
3 Cætu, sed ex Equitibus eligebatur, teste *Dio-
ne lib. 52. istor.* qui scilicet militari potentia
secundus apud Imperatorem præeminebat,
ideo Magister equitum dicebatur, vt in *d. l.
vnica*, sed orta seditione inter Plebem, &
Senatum de Consule creando, vt refert *Li-
uius in fin. 6. p. decad.* ideo dictator consensit
Tribunitijs rogationibus, & primus de Ple-
be factus fuit Consul L. Sextus, sed sedatis
animis fuit conciliatio inhita, & concessum
Plebi à Nobilitate de Consule Plebeo crean-
do, & à Plebe fuit concessum Nobilitati de
Prætore vno, qui ius in Vrbe diceret ex Pa-
tribus eligendo, vt refert post *Liuium Tho-
losan. in syntagm. iur. lib. 47. cap. 30. num. 5.*
postmodum actum fuit, vt Præfecti Præto-
rijs è Senatorum numero creari potuissent,
ne quis non Senator de Romano Senatore
cognosceret, Alexandro Imperatore man-
dante, vt refert *Lampridius in Alex.* idem
etiam Mecenas Augusto suasit, vt ex Equiti-
bus tantum eligeret Præfectum Prætorio, ne
quis generis nobilitate spretus, aliquid co-
naretur aduersus Principem, dixit *Clapm.
lib. 2. de arcanis rerum publicar. Arumeus d.
discurs. 15. concl. 28.* oportuit certè Nobiles,
imo

nia, de quibus eruditè *Pancirol. in not. Imper. cap. 5. Bulenger. de Imper. Rom. lib. 3. cap. 4. Guther. de offic. dom. august. lib. 2. cap. 6.* & tandem *Amaya d. tit. 38. num. 22.*

Sub Iustiniano vero Imperatore tres in Orbe Præfecti Prætorio creabantur, scilicet Orien-
7 tis, Illirici, & Africæ. *l. raptores, C. de Episc. & Cleric.* & aduertit *Tholosan. d. cap. 30. n. 17.* & sub eorum cura Diœceses, seu Prouinciæ quinque, scilicet Oriens, Ægyptus, Asia, Pontica, & Tracia, & vniuscuiusque Diœcesis, aliæ Prouinciæ sub dispositione Præsidum singulorum, at omnes Præsides à suprema cura, seu dispositione Præfecti Prætorio regabantur. Illirici verò Præfecto Prætorio Dioceses duæ erant præfixæ, quorum edicta generalia vim legis obtinebant, *l. 2. C. de offic. Præfect. Prætor. Orient. & l. 27. C. eod. tit.* Similiter ab eodem Iustiniano Præfectus prætorio Italiæ fuit constitutus, de quo *Nouell. 69. & 70.* quæ erat Occidentis præfectura, & Africæ Prouinciæ vniebantur. At quia sub Cæsaribus Arcadio in Oriente, & Honorio in Occidente regnantibus, Imperium
8 in varias partes scissum fuit ob Præfectorum perfidiam, tunc temporis Africa fuit ab Imperio erepta, teste *Socra. lib. 6. histor. Ecclesi. tom. 1.* Sed postea Iustinianus Imperator recuperata Africa, & deuicto Castroe Parthorum Rege, directione Magni illius Ducis Bellisarij Parthos reduxit, & Tyrannos Vandalorum in Africa superauit, anno salutis 523. *Procop. lib. 1. 2. 3. 4. Paul. Diac. de gestis Romanorum lib. 14. cum alijs sequentib. Greg. Turonens. in histor. Francor. lib. 2. cap. 3. Guido Pancirol. in Thesauro variar. lection. lib. 1. cap. 187.* post quam igitur Africam Romano Imperio restituit, illam ab Italiæ Præfectura cui suberat ademit, & maximam Præfecturam in Carthagine Vrbe constituit, *Cuiac. lib. 2. obseru. 40.* & primum Archalaum ad eum Magistratum prouexit, ibiq; propriam sedem Præfecti Prætorio Africæ assignauit, *vt in l. 1. & per tot. C. de Præfect. Prætor. Orien.* sub cuius dispositione Prouincias septem præfixit scil. Sesitanam, Tripolim, Numidiam, Mauritaniam, Carthaginem, Sardiniam, & Bisaciuam, vt legitur *in eod. tit. Cod.*

His cognitis deuenio ad resolutionem conclusionis nostræ PRÆSTANTIÆ, pro qua formanda fateor certum esse, quod quamuis Magistratus, quibus ad præsens nostra vtitur
9 Respublica, originem, & similitudinem potissimum ducant à Magistratibus Romanis, qui nedum nostrum Regnum, sed quasi vniuersum Orbē subiugauerunt, tamen labente tempore multum fuit illa primæua institutio, potestas, & iurisdictio immutata, nam declinato Imperio Romano illa nomina supremæ potestatis Officiorum, etiam mutata fuerunt, cum surrexerint quamplures Principatus pro maiori parte Imperio perduelles, & secundum eorum propria idiomata, suis Officijs diuersa alia nomina cōstituerunt, ita ut nostra ætate plurimum differant ab illa antiqua, & nomine, & exercitio, attamen & si in alijs mutatio aspiciatur, in illis vero prærogatiuis Præfecto Prætorio cōcessis circa administrationem iustitiæ, illibata eius potestas in nostro Supremo Senatu aspicitur, vt scil. habeat prærogatiuas il-
10 lius Præfecti Prætorio, qui in Aula Principis residebat, non illas potestates, & præeminentias, quæ concessæ fuerunt aliis quatuor Præfectis Prætorijs, qui ad vniuersale regimen Imperij cōstituti fuerunt, erant enim vt sup. dixi in hac *Præst. 32. num. 6.* quinque Præfecti Prætorijs ab Imperatoribus electi ad Prouincias Imperij regendas, quorum Primus Præfecturā Prætorij Principis in Imperiali Aula exercebat, vt scripsit *Tholos. in syntagm. iur. lib. 47. cap. 30. n. 13.* istam obtinuit Vulpianus apud Alexandrum Imperatorem, qui vti eius Præfectus Prætorio plurimum potuit, nam Alexander nulla peragebat sine consilio Vulpiani, illumque Præceptorem, & parentem appellabat, *l. ex diui 14. C. locati, Arument. de iur. public. discurs. 15. concl. 26. lib. 1.* quod officium etiam exercuisse gloriatur, *Cassiodor. lib. 6. epistolar.* vbi eius singula munera recenset.

Et probatur nam, & si verum sit, quod tale Officium hominibus militaribus commanda-
11 retur, adeout Præfectus Prætorio disciplinæ militari, & vniuersali regimini Prouinciarum sibi commissarum incumberet, & antecedentibus annis Cohortibus Prætorianis circa Palatium Principis tantum præerat, vt liquet ex *Pomponio Læto loco cit. cap. 5.* attamen quia dictum videbatur officia ista politica, sed cum administratione iustitiæ mixta, imperitis cōcedi, Vulpiani, Papiniani, aliorumque Sapientum industria factum fuit, vt amplissimum hoc munus togata potius, quā bellica arte administraretur, ideo eius potestas aucta fuit, & ad forenses etiam causas discernendas Præfectum deputatum fuisse lego apud *Pomponium Lætum de Magistrat. Rom. & Cassiodor. epist. 6. 8. 11.* & sic iuris scientia hunc lucrum sibi vindicauit, *Clapmer. lib. 2. de arcanis Rerumpublic.* ob quam commissionem causarum ad iustitiam exercendam Magistratus Palatinus fuit nuncupatus, cum veste togata, vt fatetur *Cabed. dec. 1. Iust. num. 8.* & ei porrigebantur Schedulæ supplicatoriæ, non minus ac nostro Sūmo Præsidenti S. Cōsilij Neapoli nunc, & alijs Cancellarijs aliorum Regnorum Supremorum Principum hodie porriguntur. Merito igitur cōcessa fuerunt Iudicijs Præfecti Præ-

torij administrationis iustitiæ multa singu-
12 laria, quorum principaliora ad tria redu-
cuntur, & istorum primum est, quod non
appellatur ab ipso, sed supplicatur, Secun-
dum quod minores contra eius sententiam
ab alijs non restituuntur, nisi ab eo, vel à
solo Principe, Tertium est, quia potest con-
dere leges, vt refert *Nepos à Montealbano de
except. art. 24. num. 5. fol. 120. in tom. 3. tract.
diuersor. par. 2* Quod ad primum spectat, vt
ab eis non appelletur, sunt iura in *l. 1. §. 1.
ff. de offic. Præfecti Prætor. l. Præfecti, ff. de
minor. l. si quis, C. de sent. Præfect. Prætor. l. à
Proconsulibus. C. de appellat. in Cod. Theodos.
ibi: à Præfectis autem Prætorio, qui soli vice
sacra cognoscere verè dicendi sunt, prouocare
non sinimus,* vbi illa verba, *vice sacra*, idem
sonant, ac vicem Principis gerere, dixerunt
*Symmach. lib. 8. epistol. 57. Amaya d. cap. 2.
num* 10. cum Principis auditorium Sacrum
appelletur, dixi sup. *in Præst. nu.* ex
quibus cognoscitur verum esse quod dixit
Tholosan. in d. lib. 47. cap. 28. n. 5. quod tempo-
re Theodosij, & Valentiani Imperatorum, in
iudicijs sacris præsidebant Præfectos Prætó-
rio, & Questor Sacri Palatij, concordant
*auth. quæ supplicatio C. de precib. Imper. offer.
& in Nouell. 23. quæ est Auth. de appellat.
Auth. vt sponsalit. largitas, §. illud, l. Episcopale,
C. de Episcopal. audien. Surgente de Neap. illust.
cap. 19. num. 4. Amaya in tit. C. de decur. tit.
31. cap. 2. num.* 10. non minus ac à sententia
Regis nō appellatur, *l. 2. §. ex actis, ff. de orig.
iur. l. 1. § 1. ff. à quib. appellar. non licet Bald. in
l. si quando, C. de appellat. Guid. Papæ quæst.
436. Surgente loc. cit. num.* 3. Sicut à senten-
tia Papæ, vel Imperatoris non appellatur,
*cap. anteriorum quæst. 7. cap. cuncta 9. quæst.
3.* sed supplicatur *cap. ex literis de in integr.
restit. cap. cum causam de re iudic. d. l. præfecti,
ff. de minor.* Item ab inferiorum Iudicum
sententijs bis appellare licet, à Præfecti ve-
ro sententia non appellatur, sed semel tan-
tum intra biennium supplicatur, *l. si quis, C.
de precib. Imper. offer. l. vnica, C. de sentent.
Præfect. Prætor. Cabed. dec. 1. num. 9. Christin.
decis. belgic. 81. n. 2. tom.* 2. & post duos annos
eius sentētia transit in rem iudicatam. *Glos.
in l. 1. C. de sent. Præfect. Præt. Affl. dec. 98. n. 2.*
Imo appellatio, quę aduersus alias sentētias
proponitur, detegit imperitiā Iudicis, à quo
prouocatur, vel eius iniquitatem, *l. 1 ff. de
appell.* Supplicatio verò, quæ Præfecto offer-
tur dolum aduersarij, vel proprium errorem
continere debet, *l. Præfecti, ff. de minor.*
Quo ad secundum speciale spectat circa in
integrum restitutionem dico, quod Mi-
nores ab alio Magistratu non restituuntur,
sed ab ipso met Præfecto, *d. l. 1. de offic. Præf.
Prætor.* vel à solo Principe, *l. in causa in fin.
& l. sequ. ff. de minor.* Tertium speciale est,
quia Præfectus potest condere leges, seù con-
stitutiones, *l. formam ff. eod. Nepos à Montealb.
loc. cit.* aliaque specialia refert *Forcatula
in cupid. Iurisperit. par. 1. cap. 17. num.* 2. quæ
omnia communicata videntur sententijs
nostri Supremi Senatus, à quibus non ap-
pellatur, sed supplicando reclamatur, vt
in nostra *pragm. 6. de officio S. R. C. Maran-
ta in specul. par. 5. 6. par. principal. quæst. 1.
num. 11. Afflict. decis. 235. & 341. Theodor.
allig. 13. fol. 110. num. 11. Muscatell. in praxi
par. 1. glos. 1. num. 305. Capyc. Latro dec. 100.
fol. 394 num. 15.* cum omnibus illis circum-
stantijs sup. expressis. Ita etiam restitutio-
nem in integrum noster Senatus concedit,
vt latè dicam infra in *Præstantia restitutio-
nis in integrum*, & circa speciale conden-
di leges dixi sup. in *Præstant.* 10. idcirco
bene dicere possumus prędictis pręeminen-
tijs esse nostrum Senatum ornatum, quæ
concessæ fuerunt Præfecto Prætorio, qui
in Aula Principis iura dicebat. Rex enim
13 noster Hispaniarum est Monarcha in suis
Regnis, & sicut Imperator habebat in
sua Aula Præfectum Prætorio, ita Reges, &
Principes non recognoscentes Superiorem
decet illum habere, *Gomes in prætorio Regę
Cancellar. quæst. 1. col. 11. & ex cap. nostre Re-
gni Se cum accusatis* tradit *Io. Franc. de Leo-
nardis de Magistrat. Reg. cap. 1. num. 87. vide
Capyc. dec. 180. num. 45.*
Ob quas prærogatiuas vno ore fatentur omnes
Regnicolæ, & Itali, nostrum Supremum
14 Consilium Neapolitanum representare
illum antiquum Præfectum Prætorio, ita
*Auendan. in tract. de secund. supplicat. post re-
sponsa nu. 1. vers. cum ergo, Garon. de Senator.
lib. 1. cap. 9. in prælud. fol. 52. num. 1. Grimell.
decis. Dolan. 72. num. 27. vers. hocque ideo à
nu. 28. Franc Zipeus de Magistrat. Cabed. dec.
1. num. 4. & 5. Thesaur. decis. 2. num. 1. Scac-
cia de Iudicijs cap. 16. limit. 4. Fabius Opel-
lellus in l. Imperium num.* 335. & ex nostra-
tibus *Franc. dec. 148. nu. 3. in fin. & dec. 646.
Grammatic. dec. 15. num. 1. in fine, & decis. 19.
num. 13 Muscatell. in praxi par. 1 glos. 1. fol.
296. num.* 107. vbi additio *Frati. Staiban. re-
sol. 50. num. 6. & resol. 94. nu. 5. & resol. 134.
n. 15. tom. 1. Reg. Capyc. latro dec. 100. n. 15. &
seq. & consul. 159. num. 7. Reg. Galeota contr.
39. num. 37. & controu. 43. num. 2. lib. 2.* post
alios *Cons. Altimar. in tract. de nullit. rub. 1.
qu. 5. contra Cæsar. in qu. peregr. quæst. 12. §. 2.
num. 33. & seq. Prat. discept. for. cap. 10. nu. 9.
tom. 1. & tom. 3. cap. 12. num. 31. & practic.
obseru. cap. 67. num. 36. & seq.*
Ideo Supremus Senatus Galliæ Præfecti Præ-
16 torio gaudet prærogatiuis, vt dixerūt *Guido
Papæ qu. 50. & qu. 454. Carolus Degrassalius*
de

de Regalijs Francia lib. 1. verſ. Item Parlamenta pag. 180. & in quibus conueniunt, & differunt, ſcribit *Io: Montan. in repet. rub. de Iuriſdict. omn. Iudic. & in tract. de author. Mag.S.C.* & ibi *Nicol. Boer. in addit. verſ. hoc præſſumpto*. Idcirco non appellatur à ſententijs Parlamentorum Franciæ, quia Supremum Præfectum Prætorium repreſentãt, dixerunt *Speculat. in tit. de appellat. §. videndum circa finem, & Gloſ. in pragm. ſanctio in verb. parlamenta de concluſ. Eccleſ. Gall.* & notant *Bald in proœmio ff. Panorm. in rub. de appellat. Petrus Gregor. lib. 47. ſyntagm. tit. 27. in tract. de appellat. lib. 3. cap. 11. num. 6. Hillinger. in Donell. lib. 28. cap. 6. lit. T.* & licet de iure communi liceat ſupplicare vſque ad triginta annos, tamen in Regno Galliæ hac ex ratione tempus fuit reſtrictum vſq; ad biennium, per ordinationem Ludouici XI. publicatã in Parlamento Pariſienſi anno 1479. vt notant *Chaſſan. in proœm. conſuetud. Burgund. in verb. deuoz parlamens*, & etiam *Degraſſalius de regalijs Reg. Franc. §. & quia pag.* 166. Sic in Hiſpania adeſt etiam Præfectus Prætorio, quem Præſidentem illius Sacri Conſilij eſſe dicunt, ex illa *leg. 8. tit. 184. par. tit.* quam refert *Io: Redin. de Maieſt. Princip. verſ. legib. num. 70. 71. & 96. fol. 156. tom. 16. tract. diuerſ.* & confirmant *Cabed. dec. Luſit. 1. n. 4. & 9. & Bonadil. in politic. tom. 2. lib. 5. cap. 3. num. 57.*

Similiter Supremum Conciſtorium Regni Siciliæ, quod gaudeat prærogatiuis Præfecti
17 Prætorij, & in eius locum ſit ſubrogatum, probat *Muta ſuper conſuetud. Senat. Panorm. cap. 3. num. 18. & in cap. 18. Regis Alphonſi. nu.* 3. vbi omnes citat.

Sed nota, quod Conciſtorium Principis dicitur Supremum Prætorium, ſed re vera eius Præfectus eſt Præſidens illius Prætorij, & ita communiter tradunt DD. Præſidentem Conſilij Principis ſucceſſiſſe in locum Præfecti Prætorio, *Guid. Pape dec. 29. & 50. n. 3. Gramat. d. dec. 19. num. 13. Gregor. Lopez in l. 4. tit. 24. par. 3. Auendan. de ſecund. ſupplic. poſt reſponſ. num. 1. verſ. cum ergo, Rendin. de Maieſt. Princip. loc. ſup. cit. Bonadill. d. cap. 3. num. 57. Cabed. d. dec. 1. num. 4.* qui in Francia Cancellarius nuncupatur, quem Præfecto Prętorio comparari dixerunt *Budeus* relatus à *Rendina loc. ſupra cit.* & noſter *Surgente de Neapol. illuſtr. cap. 14. num. 12.* quia Aſſeſſoribus Principis, ſeu Conſiliarijs præpoſitis ad lites dirimendas in Auditorio cauſarum aſſidet, vbi non licet appellare.

Nec officit quod antiquitus Prętorium in Palatio Regio, vel Imperiali inſpiciebatur, vbi Præfectus Senatoribus præſidebat iura partibus dicentibus, quia vt bene dicit *Cabed. deciſ. 1. num. 12.* non per hoc dignitas, vel prærogatiua fuit diminuta, quia extra Palatium Regium hodie reſidet, ſufficit enim, vt in Prætorio ius cum Senatoribus dicat, vbi de cauſis cognoſcunt, & ibi locus Prętorium nuncupatur, *l. Prætorium, vbi Gloſ. C. de oper. publ. Gloſ. in l. omnes, C. de Epiſcopis, & Cleric. & ibi DD.*

Nec obſtare poterit, quod Pręfectura antiquitus vni committebatur, non toto Senatui,
18 ille enim qui Pręfectus Pretorio aſtabat, gubernabat diſpoticè tot amplas Imperij Prouincias; vt quędam ipſarum ſolę aliud Imperium conſtituerint, vt de Imperio Medorum in Aſia, & Parthorum in Africa, quæ duas tantum Prouincias ex illis multis, vno Pręfecto Pretorio commiſſis conſtituebant, poſtmodum vero ex eis duo ampla Imperia ſuborta fuerunt, ſicut Imperium Gręcum in Illirico, quę omnia non adimplentur per vnũ Senatum. Nam reſpõdeo, quod hoc verum ſit de Pręfectis Pretorijs, qui extra Vrbem vagabantur, non de illo, qui in Vrbe in Aula Imperatoris morabatur, vt dixi ſupra cum *Tholoſano*. Nec etiam replicari poterit, quod non poſſit Pręfectus Pretorio appellari ille, qui pręeſt illi Pręfecturę, vbi pręſidet Princeps, vt dixit *Tholoſan. d. cap. 30. num. 8.* ſed hoc verum eſt in ſtricta ſignificatione ſumptus, vel quando Princeps in Aula reſidere intendit hoc enim modo reſpectu Subditorum, quibus pręeſt Princeps, in ſua vera ſignificatione nequit appellari Pręfectus Pretorio, quia ibi non pręeſt ſolus, ſed Princeps, vel Imperator, proinde non conuenit ei Pręfecturæ nomen, dum Pretor, & Pręfectus eſt ipſe Princeps, ſed nominatur tali nomine, quia adminiſtrat Pretorianam, & primam Principis Curiam, vt benè aduertit idem *Tholoſan. d. cap. 30 num. 12.*

Illas vero poteſtates, pręrogatiuas, & pręeminentias, quas tenebant illi quatuor Pręfecti
19 Pretorijs, qui per Orbem, & Prouincias Imperij circumferebantur, non tenet noſter Supremus Senatus, nec habere poſſunt alij Senatus Supremorum Principum, & Regum, nec illis Præfectis comparari valent, qui potius ſtatum politicum diſpoticè regebant, quam adminiſtrationem iuſtitiæ exercebãt, iſti enim cum per remotas Imperij Regiones vagarentur, negotijs Orbis occupati, neceſſe fuit omnimodo, & totali poteſtate eos pręmunire, cum ampliſſima iuriſdictione, quę potius Regibus non recognoſcentibus ſuperiorem conueniebat, eorumque Vicarijs generalibus, quam Supremis Magiſtratibus, dum non poterant ob locorum diſtantias illa vrgentia negotia, quę in dies accidebant Imperatori, vel Senatui referre, propterea ob decorem Imperij, honori-

bus, poteſtatibus, & totali iuriſdictione
fuerunt inſigniti. Erat enim illis Præfectis
ampla, & totalis poteſtas ad regimen Pro-
uinciarum ſibi ſubiectarũ tributa, ne dum
circa adminiſtrationẽ iuſtitię ſed etiam ge-
20 neralis cura ipſarum committebatur, atq;
varijs honoribus, & elogijs à Romanis cõde-
corati, *l. quilibet 40. C. de Decurion. l. 2. C. de
curſu publico, l. in honoribus 7. cum ſeq. Cod.
Theodoſ. de honor. & Codicill. l. 1. C. de offic. Vi-
carij, Tholoſan d. lib. 47. cap. 30.* & Patres Pro-
uinciarum, & Imperij appellabantur, *Caſ-
ſiodor. lib 8. epiſt. 10.* titulos, & excellentiam
d. officii explicat *Pancirol. de notit. dignit.
vtriuſque Imper. cap. 5.* eius inſignia *Bulen-
ger. de Roman. Imper. lib. 3. cap. 3.* eiuſque di-
gnitatem referunt *Feneſtrell. de Magiſtrat.
Rom. lib. 7. cap. 33. fol. 730. Garon. de Senator.
lib. 1. cap. 7. in prælud. fol. 52. num. 1. Zipeus de
Magiſtrat. Reg. Neapol fol. 81 in princ.* adcirco
21 tale officium Pręfecti Prętorio inter illa
tria maiora officia illius feliciſſimi Imperij
numerabatur, quorum vnum erat Dictato-
ris, Secundum Magiſtri Militum, & Vlti-
mum Pręfecti Pręctorio, quod comprobat
Surgente de Neapol. illuſtr. cap. 14. num. 18.
& adeo erant ipſa officia inter ſe æqualia,
& in pari gradu dignitatis, vt qui eorum
prius illud adipiſceretur, pręcedebat, *l. 1.
& 2. C de Præfect. Prętor. Iosde Platea in l. fin.
C. de Decurion. lib. 10. Chaſſan. in catalog. glor.
Mundi par. 9. conſid. 17. in fin.* Tantique ab
Imperatoribus extimabatur, vt ab eis ap-
pellaretur parens meus, *l. 4. C. locati, Gloſ.
in l. ſecundum reſponſum, C. de contrah. & pul.
lit. E.* Et ob eius excellentiam plura in ſe
22 officia continebat, illi enim Pręfecti Prę-
torijs Magiſtrarum, Comeſtabilem, Recto-
rem Iuſtitiæ, Cancellarium Maximum Scri-
bam ab aure, & ſimilia officia gerebant, de
quibus teſtantur *Io: Rendina de Maieſtate
Principum cap. 3. num. 71. Alciat. in l. 1. Cod.
de offic. Præf. Prętor. Budeus in l. vnica ff.
eod. tit. Feneſtrel. de Magiſt. Rom. c. 12. Pancirol.
de notit. dignit. vtriuſq; Imper. c. 5. Adam. Con-
tzen polit. lib. 7. c. 10 Bulenger. de Rom. Imper.
lib. 3. c. 2. & c. 8. Petrus Faber in ſemeſtr. lib. 1.
c. 1. & 2. num 3. & 4 & lib. 3 c 12. Matien.
in dialog. relat. par. 1. c. 3. n. 3. & par. 2. cap. 1.
n. 1. Maſtrill. de magiſtr. lib. 1. cap. 7.*
Cirça vero Pręfectorum poteſtates, quæ eis
conceſſæ fuerunt à Romano Imperio, multæ
erant, legimus enim, quod eorum curæ
Diœceſes multæ commiſſæ fuerunt, quas
ſupra retuli, ſub cuius Diœceſis nomine
veniunt plurium prouinciarum regiones
ſub vno à pluribus adminiſtratæ, vt fatetur
Barboſ. in rub. tit. C. de offic. Pręfect. Pręt. Afric.
atque ſub eorum cura Pręſides prouincias
23 regebant, *l. nequis de Decurion.* imo illi
Pręſides promouebant, *l. 9. C. de aduocat. di-
uerſ. iudic. l. vit C. ad l. Iul. repetund.* illoſque
à munere retrahebant, & ſontes pœnis ſubi-
ciebant, non expectato Principis reſcripto,
l. 3. C. de offic. Præfect. Prętor. vbi *Brunneman.
Caſſiodor. in formul. præfat. Præfect. Pretor. &
in lib. 6. epiſt.* ſubdit, quod Curiales etiam
verberabant, & ne dum de eorum cauſis
cognoſcebant ratione officij commiſſis, ſed
etiam cum iniurias committerent aduerſus
Tribunum militum, etiam à Pręfecto Pręto-
rio, tales Iudices, vel Pręſides cognoſcebãtur,
l. 4. C. de offic. Præfect. Prętor. vbi *Barboſ.* & latè
Brunneman in l. 3. C. eod.
Adde, quod tales Præfecti leges condebant,
l. formam, alias normam 2. C. de offic. Præfect.
24 *Prętor Orient.* vbi *Gloſ. & Gothofred. in notis
ad eandem legem, Bellin. de re milit. lib. 11. nu.
6. in tract. diuerſ. tom. 16.* etſi credimus *Capi-
tolino in Marc. Antonin.* ipſe Antoninus iuriſ-
dictionem dedit Præfectis Prætorijs, vt iura
dictarent, & annuit *Siden. carmin. 15. verſ.
156* quos refert *Amaya loc. cit. num. 7.* ſed
verius eſt, quod formam non legem Præfe-
cti conſtituebant, vt explicat *Forcatul. in
cupid. iuriſpirit. par. 1. cap. 17. num. 2. in fin.*
ſub cuius formæ nomine venit id, quando
ſpecies quædam facti acciderat, formam
certam requirens, vt in exemplis poſtea
traheretur, *d. l. formam C. de offic. Præfect. Pręt.
Orien.* vbi ſorma appellatur ex bono, & ę quo
edita ſanctio, decretumue, vt in *l. 2. ff. de
var. & extraord. cognit. & Barboſ. in d. l. for-
mam num. 2.* explicat formam, ſeu edictum,
non tamen poterant ſuu iure per eorum for-
mam, ſeu legem antiquis legibus derogare,
quæ à Regibus fuerunt conſtitutę, *d. l. for-
mam, Forcatul. loc. cit. num. 1. in fine,* nam
non habens poteſtatem condendi leges non
poteſt ſtatuere contra ius, *Gregor. Lopez in l.
12. gloſ. 1 verſ. 3 limita tit. 1. par. 1.* ideo po-
puli non poſſunt ſtatuere contra legem iu-
ris communis, *Guid. Papę dec. 354. Soccin.
conſ. 171. num. 5. & 8. lib 2. Barboſ. in l. 2. C. de
offic. Præfect. Prætor.* qui alios allegant *Brun-
neman. in d. l. 2.*
Imo Pręfectorum edicta vim legis obtinebant
l. 2. C. de off. Præf. Pręt. Orien l. apertiſſimis 16.
25 *C. de iud. l. ſi fideiuſſor 27. C. de fideiuſ. Cuia. lib.
6. obſeru. cap.* 10. hinc Prætorum ædicta, quę
annalia antea Pręt ores conſtituebant, effe-
cta fuerunt perpetua, & eiuſdem authorita-
tis, ac ius ciuile, *§. ſed cum paulatim inſtit.
de teſtam.* Et hæc erat differentia cum
Principe, nam Pretor conſtituebat ius non
per epiſtolam, aut per decretum, ſed per
edicta tantum, ſed Princeps vtroque modo,
vt aduertit *Theophil. in §. quatuor inſtit. de
iure natur.* vbi aſſignat rationem differentię
quia Magiſtratus multis ſuſpicionibus ami-
citę

citię est obnoxius, corruptionis nempè per dona, vel odium, quæ in Principem non cadunt; Princeps enim auro non inescatur, quia fortunarum, & personarum subditorum est dominus, nec gratia ducitur, quoniam ei quem diligit aliter prodesse potest, nec odit quem aliter necare potest, vt bene dixit *Tholosan.d.cap.30.num.21.* merito per edicta Magistratibus prędictis iura constituere permissum fuit, quia edicta res ipsas pręcedunt, antequam singularum personarum causæ proponantur.

Releuabat etiam Tributis prouinciis, *Sidonius lib.7.epist.12.* vbi Foreolus Præfectus ille Pręrorio exhaustas Tributis Gallias releuandas esse determinauit. Et tandem tantæ ex-
26 cellentię prædictum officium reputarunt, quod Regi ipsi cōpararunt, vt dixerunt *Lancellottus Conrad in templo omnium Iudicum par.3.de pronoc. concl.77. num.4.* alijque relati à *Surgent.de Neap.illustr.cap 19.num.2.* & non multum abesse à Regia potestate, dixit *Budeus in l.vn ff.de offic.Præf.Pręt.* nam cum prius Rex nemo appellaretur, sed qui supremam regiminis curam habebat, Pręfectus Pretorio dicebatur, dum postea recessit nomen Pręfecti Regis nomen fuit vindicatum, *Alex. ab Alex. in dies genial. lib. 6. cap.23.* Vel saltem Dictatori Pręfectus Pretorio assimilabatur, cuius cura, & administratione diù stetit Imperium, & æqualem regiam dignitatem habebat *Pompon. Latus de Magistrat. Rom. cap.de Consulib.* relatus à *Surg. loc.cit.* adeout Eonapius Pręfecturam pretorianam, instar Imperatoris dignitatem, se habere dixerit, & in hoc ab Imperatore distabat, quia purpuram non gestabat, refert *Vuesemb.in paratit.à quib. appell. num.3. Peucer.5.Chronic pag.5003. Arumeus de iure public.tom.1.discurs.18.concl.72.* itaut Præfectus Pretorio, & Questor Sacri Palatij, quasi Principes ita pronunciabant: *Nostra Pietas, Nostra Serenitas ita decernit*, quod abstulit *Nouella 126.de appellat.* per quam appellationes ad Principē porrectæ ad iudicium Pręfecti Pretorij, & Questoris commissæ fuerunt. Bene igitur dixerunt DD. quod hæc dignitas hodie Regibus comparetur, vt censuę *Schrader.in princip.instit.in procem.* & dixit *Theodoric.apud Cassiodor.l.6 cap.3.* qui in *lib.8.epist.20.* prędicti Pręfecti singula munera recenset his verbis: *Magna quantitate mulctat errantes, Fiscum pro sua deliberatione constringit, euectiones distribuit, vacantia bona largitur, delicta Prouincialium Iudicum punit, leges potest condere, & negotia sine appellatione finire, nullus ei miles de fori sui authoritate præscribit, Curiales verberat, Palatinum Imperatoris sua prouisione substentat, fermentibus procurat annonam,* & alia fugerit, ac etiam repetit in *lib.6.serm.3.* ex quibus apparet, quod eius potestate nulla dignitas sit ęqualis, ob iurisdictionū cumulum quę eis concessæ fuerunt, miranda certè fuit eius potestas, non minus ac mirati fuerunt Pyrri Regis legati Romanum Senatum, quem Regum Consessum iudicarunt, *Flor. lib. 1. cap. 18.* Cum enim hæc omnia non exerceat noster Supremus Senatus, nec partem ipsorum, quis hodie audebit dicere in eorum locum, vel vnius ipsorum successisse, cuius potestas Regiæ ęquipollet, sufficiat igitur asserere illius Pręfecti Pretorio hodiè potestatem retinere, qui in Aula Principis, seu Imperatoris residebat, circa administrationem Iustitiæ causarum forensium, quæ in Suprema Aula agitabantur, & non vltra progredere, cum adulationis nota, scriptori veridico non digna.

Cui autem sit Præfectus Prætorio hodie comparandus, diuersæ sunt Doctorum opiniones, *Bald. in l.obseruare § proficiscenti ff. de offic.Proconsul* dixit Præfectum Prætorio in
27 Italia hodie non extare, quem sequitur *Clar. in pract. criminal. lib.2. § fin. qu. 35.* dicunt enim, quod hoc Præfecturæ genus gliscente Imperatorū potentia exoleuit, adeoque desisse Prætorianas potestates dixit *Tholosan. d.cap.30.n.17.* & *Petrus Bellinius in tract.de re milit. tit.12.num.6.in tract.tom 16.* putat, vix posse Præfectos alicui ex nostris Magistratibus comparari, cum sint in aliquibus similes in multis absimiles, putat vero *Duarenus in tit.de offic.Præfect.Prætor cap.3.* nulli prorsus ex nostris magistratibus, nisi tantum Regi esse comparandum, quem sequitur *Pancirol. in notit. Imper. Oriental. cap.5.*

Alij dixerunt Cardinales in eius locum esse subrogatos, vt *Bart.in l.1. ff. quod quisque iur.num.2. Iason.in l.quacumque sub num.8.*
28 *ff.de offic.eius, cui mand.est iurisdictio, Andr. Barbat.de præstant.Cardin.1. qu.balilic.1.par. nu.39.fol.67 tract.diuers.tom.13.par.2. Mastrill.ad Petrum de Gregor. de Indic.caus.feudal. qu.47.lit. D. Muta ad consuet. Panormi d. cap.3. num. 19.* & non sine fundamento, quia, vt supra dixi Præfectus Prætorio Regibus assimilabatur cum *Cassiodor.lib.6.cap.3. Arum.d.discurs.18. concl.25.* ita etiam Cardinales ob Romani Pontificis eminentiam, & gradus amplitudinem Regibus equiparantur *Paleot.de sacr.consistor. consult.par.5. qu.1.pag.266.per tex in cap.felicis de pœnis in 6* Sed hæc est vera adulatio, & constat apertè, non quia conclusio vera non sit, quod Cardinales assimilentur Regibus, sed quia non habent illam plenipotentem administrationem, quam exercebat Præfectus Prętorio. Dignitas quidem

dem est sublimis, qua sublimior inueniri
nequit, sed exercitio vacua, & sic deficit illa
potestas absoluta, qua vtebantur illi Præfe-
cti, qui Vniuersum Orbem regebant, pote-
stas inquam tam maxima, vt cum Traia-
nus Imperator inuestiuerit suo tempore tali
præfectura illum, quem Præfectum creauit,
Accipe, dixit, *gladium, quo si rectè fecero pro
me, si secus contra me vtaris*, vt refert *Xiphi-
linus in vita Traiani*. Vide igitur, quod po-
testas nedum equalis cum Imperatore erat,
sed aliqualem superioritatem tenebat, dum
animaduersionem erga ipsummet Impera-
torem poterat exercere, *Arumeus de iur. pu-
blic. discurs. 15. conclus. 27.* potius tandem
concluderem cum nostro *Surgente de Neap.*
29 *illustr. cap. 14. per tot.* quod hodie offi-
cium Præfecti Prætorio apud nostrum
Proregem huius Regni resideat, competit
certè d. nostro Proregi illa ampla potestas,
quæ apud nostrum Regem existit, sed potius
illum Regis Vicarium appellarem huius
Regni, quam Præfectum Prætorio, dum circa
exteras prouincias aliorum Regnorum
nullam habet potestatem.

PRÆSTANTIA XXXIII.

Præstantia Sacri Consilij est, vt possit iudicare ex causis, quas non tenetur exprimere.

SVMMARIVM.

1. *Controuersia abstrusa solent remanere inde-
cisa, & casus referuntur.*
2. *Iudex debet sententiam ex actis iustificare.
Causam iudex non debet exprimere in sen-
tentia.
Causam in libello non debet actor exprime-
re.*
3. *Sententia annullatur, si causa in ea expressa
non esset vera.
Decretum latum ex falsa causa, etiam si pro
parte sit verum ruit in totum.*
4. *PRÆSTANTIA S.C. est, vt possit ex causis si-
bi bene visis iudicare.
Curia inferior non potest ex causis iudicare.*
5. *Reclamatio denegatur aduersus sententias,
vel decreta ex causis lata.
Restitutio, vel nullitatum remedium concedi-
tur aduersus decretum à Senatu ex causis
pronunciatum.*
6. *Curia Suprema non tenetur exprimere illam
causam, ex qua mota fuit.
Causam Princeps non debet assignare, cur ita
agat.
Causam non assignat indicati Curia Romana.*
7. *Arbitratores habent potestatem iudicandi ex
causis, quas non tenentur exprimere.*
8. *Consiliarius vnus non habet potestatem indi-
candi ex causis.*
9. *Iudex si recederet à pœnis in iure statutis, de-
bet causam exprimere in sententia in actis
contentam.
Causa grauaminis debet allegari quando agi-
tur de appellatione decreti interloquutorij.*
10. *Iudex tenetur in Syndicatu, si non exprime-
ret causam sententiæ, qua mutauit pœnas
legales.*
11. *Iudices superiores non tenentur exprimere
causas sententiæ latæ circa minorationem,
vel alterationem pœnarum.*

ACciduot casus ita abstrusi, vt eos per iu-
dicium definire non liquet, ideo eos in-
decisos, & intactos relinquere consolitos
1 existimant, vt legimus apud *Dionem Cas-
sium lib. 35.* de controuersia orta inter duas
Vrbes Cappadociæ, non procul inter se di-
stantes, nam vtraque dicebat se habere gla-
dium Iphigeniæ, & quia vtraque gladium
ostendebat, indecisa contentio remansit. Si-
milis fuit inter Romanos, & Athenienses
controuersia de Palladio, quod Sacrum ap-
pellabant Imperij pignus, illud translatum
Romæ, & à Vestalibus seruari Romani exi-
stimabant, sed furtiuè fuit ab Atheniensi-
bus sublatum, quod Athenienses negabant,
& se adhuc post Graiorum direptionem ha-
bere putabant, & quia anceps iudicium
apud illas nationes visum fuit, irresoluta
remansit definitio, sicut testatur *Dionys. Ha-
licar. lib. 1. antiq.* & refert etiam *Tholosan. in
syntagm iur. vniuers. lib. 2. cap. 12. num. 4.* Si-
mili perplexitate concurrente fuit obserua-
tum in illo iudicio relato à *Gellio lib. 12. cap.
7.* cuiusdam matris familias, quæ Smyrnæ
virum, & filium interfecerat, quia maritus
alterum mulieris filium, ex alio viro geni-
tum occiderat, causa fuit delata ad Dola-
bellam Asiæ Proconsulem, qui cognoscens
scelus ex vultione commissum, ab se causam
reiecit, & ad Senatum Areopagi remisit, at
Areopagitæ sapienter causam inspectantes
iudicium dissimularunt, accusatorem, &
Reum post centum annos ad se redire sta-
tuerunt, quod etiam refert *Tholosan. in syn-
tagm. iur. lib. 36. cap. 14. nu. 27.* & dixi etiam
sup. in *Præst. 25. nu. 9.*
Sed si Iudex tales inuolutas controuersias vel-
let decidere, non dubitatur, quin debeat
2 sententiam ex actis iustificare, vt dixit *Ro-
ta in par. 1. recentior. decis. 665. num. 2. par. 1.*
relata à *Rubeo decis. 271. num. 6. par. 7. recen-
tior.* sed an debeat in sententia exprimere
illam causam, ex qua motus fuit, & pro re-
gula

gula traditur, vt non fit in fententia explicanda caufa, fed fufficit fi appareat ex actis *cap. ficut cap. cum Bertoldus de re indic* vbi *DD. & in l. in fumma ff. eod. tit.* notat *Glof. in l. fi me & Titium, ff. de except. rei indic. Bald. in l. quid ergo §. pœna grauior. col. 5. n. 2. verf. quæro iuxta præ lict. ff. de his qui not. infam. Alex. & repetentes* ita concludunt *in l. properandum §. de illa, C. de Iudic. Cancer. par. 3. cap. 17. num. 407. Ancheran. conf. 208. num. 8. Socein. regul. 244. Tiraquell. de pœn. temper. in præfat. num 54. Farinac. part. 1. de delict. & pœn. qu. 17. num. 62. Cenall. quæft. 218.* ficut in libello quis non tenetur caufam exprimere, nifi aduerfarius petat, *l. vlt. C. de annal. excep. cap. oblata,* vbi *Glof. in verb. obnoxium de re indic. in 6. Pereyra de manu reg. cap. 22. num. 10 par 2.* & effectus non le-
3 uis refultat, quia poterit fententia faciliter annullari, vel refcindi, fi caufa exprimeretur, quæ non effet vera, ficut & Principis refcriptum vitiat gratiam, fi caufa expreffa non reperiatur vera, fic in fententia fi caufa exprimatur, quæ non fubfiftit, *Felin. in cap. fuper literis num. 5. de refcript. Geminian. conf. 53. nu. 15. Alex. conf. 69. num 3. lib. 3. & conf. 141. nu. 1. lib. 7. Decius conf. 403. num. 20. Rota coram Ludouif. dec. 2. nu 4.* & coram *Buratto dec. 855. nu. 1. & ibi Addentes, Rubeus decif. 36. num. 6. recentior. par. 13.* & dixit etiam *par. 5. recent. n. 14. to. 2. Afflict. dec. 47. nu. 4. verf. fed Bartolus Mobeda. dec. 8. de refcrip.* ideo dicunt practici fatuum effe Iudicem, qui exprimit caufam in fua fentētia, nam poffet caufare eius litatem *Ancheran. d. conf. 208. nu. 8.* & hic eft vnus ex cafibus, vbi expreffa nocent, non expreffa non nocent, dum certum in iure eft, quod decretum latum ex falfa caufa, etiam fi pro parte fit verum, ruit in totum, *l. cum vero §. fubuenium, ff. de fideicom. libert. l. 1. § hæc verba ff. ne vis fiat ei l. 3. §. puberi ff. de carbon. edict. l. magis vti §. mineui, ff. de reb. eor. l. fi Præfes C. de prædijs minor. Ciriac. contron. 257. num. 15. & feq. Capyc. decif. 51. num. 2. Rubeus dec. Rot. Rom. recent. 238. num. 19. anni 1628. Rota dec. 630. nu. 2. & 3. par. 2. recent. & dec. 610. num. 4. par. 3. recent.* adductæ à *Rubeo dec. 409. num. 4. par. 14. recentior.*

Hæc enim omnia afferunt DD. de Iudicibus inferioribus, at Iudices fuperiores ne dum
4 non tenentur exprimere caufas in fentētia, fed etiam poffunt iudicare ex caufis fibi bene vifis, & in Aula difcuffis, vt fepè fepius obferuat noftrum Sacrum Confilium Neapolitanum, *Dom. Reg. Petra in ritu 288. nu. 86. tom. 4.* & prius dixit *Anichin. de prauent. inftrum. cap. 3. qu. 6. num. 16.* & fuit doctrina *Menoch. de arbitr. Iud. lib. 1. qu. 96. num. 17. cent. 1.* ibi: *Quando iufta fubeft caufa, & quando Iudex, qui ex maioribus eft, caufam generatim exprimit*.. quæ PRÆSTANTIA excelfa eft, quia præter Principem, & Curias fuperiores nulla Curia inferior poteft ex caufis iudicare, nec vti tali poteftate, vt demonftrat *Gulielm. Ant. de refcrip. marat. concl. 49 fub n. 119. lit. Q. 3. D. Petra in d. num. 86.* ideo M.C. Vicariæ nō poteft vti tali prærogatiua, quia Curia Suprema non eft, idem *D. Petra loc. cit. Anich. d. qu. 6. num. 16.* Effectus refultat non leuis ex hac PRÆSTAN-
5 TIA, quia reclamatio denegatur aduerfus fententias, vel decreta ex caufis lata, *D. Petra in d. ritu 288. num. 88.* qui concludit, rarò debere Supremum Senatum prædictum decretum interponere, fed fi denegatur reclamatio, non tamen denegatur reftitutio, vel remedium nullitatum, latè *d. Dom. Petra loc. cit. num. 88.*

Amplias, vt nec etiam teneatur Curia Suprema exprimere illam caufam, ex qua mota fuit,
6 idem *Gulielm. in d. concl. 49. fub num. 119. lit. Q. 3. Giorg. Acac. de priuileg. lib. 1. cap. 9. nu. 33. & lib. 3. cap. 4. num. 6. & cap. 10. num. 9. Io: Ferrar. in comment. ad l. 3. verf. recte itaque ff. de reg. iur. Anichin. loc. cit. num. 17. Minfinger fingular. obferu. cent. 2. obferu. 30. & cent. 4. obferu. 82.* quod etiam aduertit *Cæfar. in fpecul. peregr. qu. 28. nu. 23.* fufficit tantum, vt Iudex dicat in fententia, ex iuftis caufis animum fuum mouentibus, caufam non exprimendo, communem dixit fententiam *Menchaca controu. illuftr. cap. 14. num. 5. Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 1. qu 96. num. 17.* ratio eft, quia ficut non erit inueftiganda caufa in Principe, cur ita agat *Marta de Claus. par. 1. claus. 159. num. 1.* imo in pœnam incurreret, fi caufa fibi declarari peteretur, *Maynard. dec. 85. lib 3. n. 2. Anichin. loc. cit. num. 17. Dom. Petra d. num. 86.* eodem modo non erit poftulanda à Suprema Curia, quæ Principis nomine omnia refoluit, fic Camera Romana non habet ftylum affignandi rationes iudicati, vt dixit *Cardin. de Luca de regalib. cap. 144 num. 2. in fin.*

Amplia 2 vt hanc eandē poteftatem iudicandi ex caufis fibi bene vifis, abfque obligatione illas exprimendi, teneant Arbitratores, & amicabiles compofitores, qui poffunt litigia determinare, ficut melius eis videbitur, nam ob amplam poteftatem à partibus conceffam procedendi de iure, & de facto, poffent vnam rem pro altera dare, vel retinere, aut apponere illam conditionem, vel terminum eis bene vifum, *Butreus in cap. quintauallis differ. 24. inter arbitr. & arbitrator. de iure iurand. Gratian. dec. Marcu. 6. num. 22.* quia funt arbitri volūtarij, *Balbus dec. 467.* quando enim hæc ampla poteftas conceditur

mo mnemen, igitur loquitur de Iudicibus inferioribos, dum debent reddere rationes Dominis de Consilio, qui sunt Iudices superiores, consequenter erit dicendum Iudices
11 de Consilio non esse eodem modo regulandos, sicut Iudices inferiores, sed possunt ex causis assertis, non iustificatis ex actis sententiam pronunciare, & ita sunt conciliandi Doctores contrarium tenentes, aduersus conclusionem *Bouadillæ*; vt scilicet sufficiat Iudicibus allegare causam in sententia, non specialiter iustificare, vt dixerunt *Menchaca contron. illustr. cap. 14. num. 5. Jul. Clar. in §. fin. qu. 85. num. 10. ad finem, Salcedo in addit. ad Bernard. Diaz in pract. cap. 144. lit. B.* debent enim intelligi isti DD. de Iudicibus Superioribus, sed *Bouadillæ*, & omnes ab eo citati loqnuntur de Iudicibus inferioribos.

PRÆSTANTIA XXXIV.

Præstantia Sacri Consilij est, vt neminem ad mortem condamnet, nisi coram se Reus asportetur.

SVMMARIVM.

1 *Vitia erunt donec homines.*
Criminum pœnæ secundum circumstantias locorum, temporum, & personarum regulantur.
2 *Delicta grauiora pleniorem examinationem, & probationem desiderant.*
3 *Iudicis præsentia veritatem ex ore inquisiti eruit.*
4 *Sacri Consilij Neapolitani PRÆSTANTIA est, vt nunquam Reum morti tradat, nisi illum aspiciat.*
5 *Magistratus Supremus æternæ Maiestati assimilari debet.*
6 *Iudices superiores possunt moueri ad iudicandum ex aliqua confessione coram eis emanata.*
7 *Caput natura omnium sensuum iuribus exornauit, sed reliquis membris capite inferioribus tantum dedit tangendi potentiam.*
Aquila è Cœlo pisces in profundo maris introspicit.
8 *Lege duodecim tabularum nemo inauditus & ex incognita causa occidi poterat.*
9 *Persæ neminem condemnabant nisi ad iudicium vocaretur cum inquisitione totius illius vitæ.*
10 *Innocentes melius quam Aduocati sciunt calumnias, & imposturas euitare.*
11 *Præeminentia Curiæ est Reum de capitali crimine ad se adferri.*
Lingua Maledica multos commouit, & gentes dispersit.
Alexander Magnus vnam aurem accusatori, alteram Reo reseruabat.
12 *Iudices ex solis indicijs quantumuis vehementibus, ad pœnam capitalem non debent procedere.*
Rei ex indicijs damnati, postea detecta veritate innocentes reperti sunt.
13 *Magistratus supremi à diuino suflamine diriguntur, ad iusta iudicia proferenda.*
Iudicium Salomonis inter mulieres latum, cælitus dermatum fuit.
14 *Crimen qualecumque sit donari meritis, & virtute potest.*
15 *Senatus iustis concurrentibus causis pœnas Reorum potest lenire.*
Excellens in arte leniori pœna punitur.
16 *Physiognomonia est indicium innocentiæ, vel Reatus.*
Pitagoras ex faciei inspectione discipulos admittebat.
17 *Physiognomoniæ signa traduntur, quæ bonos, vel malos mores diiudicant.*
Pulchritudo bonorum morum index est.
18 *Signa externa deformia arguunt coniecturam prauorum morum.*
Claudi Gibbosi, & defectuosi animorum nequitiam demonstrant.
19 *Physiognomonia mala arguit malam fidem in genere, non in specie.*
20 *Magistratus non debent gaudere de pœnis Reorum, sed supplicia dolenter inferre.*

NVlla Respublica fuit, nec esse poterit, quæ peccaminosis, & sceleftibos hominibus careat, qoia vt *Tacitus* dixit: *Vitia*
1 *erunt donec homines*, & innuit etiam *Seneca lib. 1. de benefic. c. 10. Hoc maiores nostri questi sunt, hoc posteri nostri quærentur, euersos esse mores, regnare nequitiam, in deterius res humanas, & in omne nefas ruere*; debet igitur à Principe, eiusque Magistratibus procurari, vt crimina à Republica debitis pœnis abijciantur, sed tali methodo, vt in cuiuslibet causæ trutinatione personarum, rerum, locorum, & temporum, ac etiam qualitatis, quaotitatis, & euentus, aliarumque occurrentium circumstantiarum diligens cunsideratio habeatur, sicut *Vulpianus I.C.* scriptom reliquit in *l. aut facta, §. sed hæc, ff. de pœnis §. atrox iniut. de iniur. Farinac. in praxi par. 1. qu. 15. à num. 64. & qu. 115. à num. 13.* hæ enim circumstantiæ solent sæpe ita inuicem implicari, vt Iudicantes ancipites reddant, in rigorem nè, an in æquitatem, & misericordiam propendeant, & hæc est illa sapientia, quæ edocuit, *Scire iustitiam, esse radicem immortalitatis.* Aspiciuntur certè multi Iudices sapientes, qui

benè cognoſcunt, quod delicta, quò grauiorem animaduerſionem requirunt, eo plenioremexaminationem, & probationem
2 deſiderant, iuxta monitum *Caſſiodor. in orat. pro Roſc.* ſunt propterea ita vigilantes, vt ſtatim ac grauia delicta ad eorum notitiam peruenerint, nullum non lapidem moueant in facinoribus inueſtigandis, & competentibus ſupplicijs infligendis, & ſi aliqui maligni inueniantur, vt in delictorum inquiſitione nimis importuni eſſe ſoleant, vt magis ad auaritiam, quam ad morum emendationem intendant, attamē Supremi Magiſtratus vti graues, & ſapientes ſemper à ſorditate alieni ſunt, & in rebus iudicandis aſſiduè cogitant, quid vtilitas Ciuitatis, quid communis ſalus, quid Reipublicæ tempora poſcunt, iuxta perpenſa à *Cicerone in orat.pro Flacco.*

Sed ſi omnes prædictæ circumſtantiæ veritatem aperiunt, maximopere Præſentia Ma-
3 giſtratus veritatem eruit ex ore inquiſiti,ne valeat aliter rem afferere ac fuit geſta, legimus enim ſolam Catonis præſentiam, inſolitam Romanæ iuuentutis inſolentiam continuiſſe in Theatro Veneris, nil minus operabitur conſpectus Principis, vel Supremi Magiſtratus in Supremo iuſtitiæ ſacrario.

Ex his inoleuit obſeruantia PRÆSTANTIÆ Sacri noſtri Neapolitani Conſilij, vt nunquam Reum morti tradat pro capitali delicto, niſi prius illum præſentem aſpiciat, il-
4 lumq;coram ſe conſtitutum, ex vultu ſcrutetur, an ex phiſonomia, verbis, & aſpectu veritatem criminis indagare poſſit, vt refert de ſtylo obſeruari *Dom.Reg.Petra in ritu* 288.& in *num.*118.ſic practicatum refert in cauſa perduellionis Thomæ Caraccioli Marchionis Hyeracij,& Comitis Terræ nouæ in anno 1458.quem Rex Alphonſus ante ſe adduci voluit, & coram Paribus Regni, & ex voto Sacri Conſilij in Caſtro nouo congregato,aduerſus illum mortis damnationem emanauit,cuius ſententiæ verba refert *d.Dom.Petra in d.num.*120.Non enim ad terrorem hæc praxis fuit introducta, vt videtur alloqui, *Caſſiodor.lib.*12.*epiſt.*5. vbi dixit : *Timeat latro indicium, quod ſemper expauit, Adulter gremium Iudicis extremiſcat, Falſarius vocem præconis exhorreat, &c.* ſed quia prædictus Senatus ex ore Principis iudicat, & ad inſtar Principis omnes diligentias adhibet ad ſcrutandum an probationes, & teſtes contra Reum producti veri ſint, vel falſi, cum bonitas,vel malitia hominum ex vultu, & aſpectu ipſorum facilè cognoſcatur,proindè aſpectum Rei deſiderat tempore condemnationis, & ſicut Rex qui ſedet in ſolio Iudicij diſſipat omne malum intuitu ſuo, vt in *prouerb.* 20.8. vbi Sacra pagina loquitur de Salomone, qui in illa duarum meretricum cauſa, quæ de filio inuicem contendebant, feliciter coram ſe iudicium protulit, ita Supremus Principis Senatus, qui ex ore Principis iudicat, lumine cœleſti accenſus, veritatis occulta penetrat. Et ratio prædictæ concluſionis eſt, quia quò Magiſtratus eſt Supremus, eò magis æternæ poteſtati aſſimilari debet, atque coniungi, ideoque ad inſtar
5 Altiſſimi Iudicii debet omnia cernere, vti certus de Dei conſpectu, qui omnia videt, cum & ipſi Iudices Dij ſint, *Exod.* 22. Cum enim Deus iudicat, omnia præſentia tenet, dum ipſe vbique ſit, non immerito Supremi Iudices, qui Dei nomine in Terris iudicant, illam normam, qua Deo vtitur, debent ipſi obſeruare,& Reum coram ſe vocare, & coram ipſo cauſam examinare, atque ſententiam propalare, vt valeant per ſigna, & varba veritatem deducere, omiſſis probationibus in actis deductis, & hoc in ſignum ſupremæ authoritatis,vt poſſint quocumque modo veritatem indagare.

Confirmatur quia poſſunt Iudices ſuperiores moueri ad iudicandum ex aliqua confeſ-
6 ſione,coram eis emanata viua voce *Bald. in l.*2.*in fine, verſ.queritur numquid C. mandati*, vel ſecundum propriam conſcientiam, *Franc. Marc. dec.*13. *num* 7. *Bertrand. conſ.* 137.*vol.* 1. quod mirabile exiſtimat *Felin. in cap.cum venerabilis num.*42. *de exception. Bald.in l.*1. *C. de vindic. liber.prope fin.nu.*9. *Marant.in* 2.*par.ſingul. in verb. Index*, quod approbant *Bouadill. lib.*2. *cap.* 10. *num.*12. *vſque ad fin.& cap.*21.*num.*134. *cum ſeq.& lib.*1.*cap.*5.*nu.*32. *Morla in empor. iur. tit.*2. *par.*1.*qu.*1.*num.*27. *Rouit.in pragm.*1. *de ordin.iudic.num.*32.& puntualiter *Afflict.dec.* 28.*num.*5.& 6.*Cacheran.dec.*1. *num.*45. qui ex Alexandro dicit doctrinam eſſe auream, & nunquam obliuioni tradendam, quia mirabilis, idcirco vt facilius confeſſionem poſſint euellere ex ore Reorum,iuuat eorum præſentiam habere in iudicijs.

Quod etiam ex ratione naturali deſumitur,eſt enim noſtrum Supremum Conſilium Caput
7 omnium aliarum Curiarum, & ſicut natura membris capite inferioribus tantum dedit tangendi potentiam,ſolum vero caput omnium ſenſuum iuribus exornauit, vt dixit *Marſil.ad Tim.Platon. apud Canonb. in apho. polit.*1.*tom. pag.*451. ſic voluit homines admonere, vt ſuprema Curia, quæ cæteris tanquam Caput præeſſe aſpicitur, ita proſpicere debeat per omnes alios ſenſus Reorum culpas, vt viſu Reorum,& auditu confeſſionum, vel loquela exculpationum, aut aliorum ſenſuum modis, res occultas præcate-

cæteris rimari valeat, Aquilæ Realis simi-
litudine, quæ cum in Aerem referatur, pi-
sces in profundo maris introspicit, vt con-
siderauit *Pierius in Hierog.lib.32.c.2.fol.225.*

A legibus Romanorum hoc etiam cognitum
fuit, nam licet olim Romanis Dictatoribus
8 concessum fuerit, vt quem vellent, indicta
causa occidere valuissent, teste *Cicer.lib.1.de
legib.* contrarium tamen veteri duodecim
tabularum lege cautum fuit, neminem inau-
ditum incognita indictaque causa occidi
posse, vt memorat *Solorzan. in emblem.* 61.
num. 16. qua Iustitiæ gloria collaudati fue-
runt Theodosius, & Archadius Imperatores
à *Symanc.lib* 10. *epist.*47. dicendo: *Quis vn-
quam sententiam Numinis vestri inauditus
excepit?* Lex hęc etiam apud Persas viguit, vt
cum quis in iudicio argueretur, delictum
aliquod perpetrasse, non statim condemna-
retur, nisi prius ex iudicantis officio ad iu-
dicium vocaretur, vt inquireretur diligen-
tissimè in omnem illius vitam, & habeba-
tur ratio, plura ne turpiter, & flagitiosè, an
benè laudabiliterque gessisset, tunc si vi-
gebat turpium numerus, condemnabatur,
secus si præpōderabantur honestis turpia,
cogitabant enim non esse humanarum vi-
rium, rectum cursum perpetuò tenere, ha-
bendosque pro bonis viros eos, non qui vn-
quam peccarent, sed qui sepius honestè age-
rent, notabiliter dixit *Muret lib.4.var.c.vlt.*
& ante omnes probauit Eminentissimus ille
Theologus Gentilis meus *Egid. Rom. de re-
gim.Princip.lib.3.p.11.2.cap* 23.*vers.sextum.*

M aximè si inquisiti innocentes fuerint, nam
10 isti melius præsentes sua viua voce, quam
Aduocati sciunt calumnias, & imposturas
euitare, legimus enim apud *Xenoph. lib.7.
rerum Græc.* 1. *& Cicer. de inuention.* The-
banum Epaminondam à Græcis accusatum
fuisse, quod ad dicendum causam euocatus,
non paruisset, sed in Senatu productus, &
audita eius excusatione, quod tunc pro Re-
publica aduersus Lacedemonios militaret,
inspectisque eius meritis, quæ longè hanc
inobedientiam excessisse videbantur, ius
æquo, & bono, lex gratiæ, & honesto cessit,
& ipse à suis ciuibus capite puniendus, ab-
solutus fuit.

Confert etiam, ne dum ad veritatem indagan-
dam, sed etiam ad præeminentiam Senatus
11 conseruandam, Reum de capitali crimine
ad Senatum adferri. Ad veritatem dixi,
quia non debet necessario Senatus Supre-
mus rigorosam testium depositionem atten-
dere, vt sup.dixi in *Præst.*16. *num.* 23. ideo
poterit illas probationum conflictus, ex Reo-
rum præsentia, vel eorum excusationibus
arbitrare. Certum enim est, quod lingua
maligna multos commouit, & dispersit illos
de gente in gentem, Ciuitates muratas di-
nitum destroxit, & domos Magnatorum
effodit, Virtutes Populorum concidit, &
gētes fortes dissoluit, vt dixit *Eccles.*28.15.
Quotidie enim aspiciuntur falsitates iudi-
ciorum, ad quas euitandas Alexander Ma-
gnus cū de iudicijs capitalibus iudicaturus
esset, manum alteri auri, dum diceret accu-
sator admouere, illamque occludere solitus
erat, interrogatusque cur id faceret, respon-
debat, Reo vt alteram integram, & inta-
ctam à calumnijs reseruaret, vt commemo-
rant *Plutarch.in vita Alex. & Anton.in Me-
lissa par.2.serm.*53.

Et si probationes inter se dimicantes non
sint, sed Rei ex indicijs reperti, aduertant
Iudices Supremi, ne ex solis indicijs quātū-
12 nis vehementibus, ad pœnas capitales pro-
cedant, nec temerè quæ dumtaxat proba-
bilia sunt, pro necessarijs accipiant, & incer-
ta pro certis, dubia pro compertis, cum sæ-
pè accidisse legimus, vt ex his damnati,
postea detecta veritate innocentes reperti
sint, teste *Liuio*, qui casum Turni Hordonij
refert, ex causa proditionis damnati, qui
magnam armorum vim domi habuisse cō-
pertus fuit, quæ tamen Tarquinij Superbi
corruptis seruis, & nil tale cogitante Hor-
donio, clam in eius domo immitti fecerat.
Simile legimus de Iudicio Othonis Tertij
Imperatoris, damnātis Comitem Mutinen-
sem, ob tentatam Augustæ pudicitiam, quod
postea falsum apparuit, refert *Sigon.lib.7.de
Regno Ital. Lipsius in monit.& exempt.lib.2.c.*
9. & tandē refert *Paris de Puteo de Syndic.in
verb. Tortura, c.6.n.3.f.*318. quamdā mulie-
rē ob homicidiū suspēsā, quia mutuo cędes
paulo ante ab ea minata fuit, quem tamen
euentus ostendit non ab ipsa, sed ab alte-
ro eiusdem inimico occisum fuisse. Sed si
velamen aliquod Iudiciorum, vel proba-
13 tionum in Curijs inferioribus mentes Iudi-
cantium adumbrabit, attamen Supremi Se-
natores spiritù Dei suffulti, faciliter pote-
runt illas examinare, semper enim in Tri-
bunalibus, & præsertim Supremis, diui-
nū quoddam assistit, à quo multum spera-
re debemus, cuius suffamine iustum ab in-
iusto, & æquum ab iniquo secernere pos-
sunt, & congrua emergentibus causis iudi-
cia proferre, vt dixit *Solorzan. In emblem.*
63. *num.* 18. qui etiam Angelos assistentes
dicit astare, vt memini supra in *Præst.* 2.
*num.*22. Hinc dicunt Historici Iudicium
Salomonis cælitus deriuatum fuisse, quia
latum à scientia Dei sibi infusa, quando il-
lud inter mulieres de filio disceptantes pro-
nunciauit in *lib.3.Reg. Cap.3.in fin.* vbi Sa-
cra Scriptura de eo alloquens dixit: *Audiuit
itaque omnis Israel iudicium, quod iudica-
uit Rex, & timuerunt Regem videntes sapien-
tiam esse in eo, ad faciendum iudicium.*

Ad PRÆSTANTIAM Supremæ Curiæ conseruandam, atq; Reorum tutamẽ, iuuat etiam præsentialiter Reos adduci coram Supremis Senatoribus, vt ex circumstantijs concurrentibus ex eorum verbis, & vultu, seu phisonomia crimen, vel innocentiam patefaciant. Ex circumstantijs dixi, quia apud Iu-
14 dices Supremos qoalecumque crimen donari meritis, donari virtuti potest, teste *Quintiliano declam.* 310. *& in lib. 7. instit. orat. cap. de qualitate*, asserit communiter locum ipsum receptum apud Oratores fuisse, quem deprecationem vocant, qua in Senatu, & apud Populum apud Principem, & vbicumque iuris clementia est, vti solent, in qua plurimum valent ex ipso, qui Reus est hæc tria in vita præcedente, Si innocens, Si benemeritus, si denique spes in futurum innocenter victurus, & in aliquo vsui futurus. Sed omisso innocentiæ clypeo, qui securitatem coram omni Iudice promittit, aliqua dicam de benemeritis. Isti enim intelliguntur esse, qui ob eorum insigne artificium, vel peritiam, maximè Reipublicæ vtiles sunt, qui si aliquod facinus commiserint, eis pœna, aut in totum remittitur, aut saltem minuitur *l. ad bestias ff. de pœnis*, per quem tex. ita concludit *Paris de Puteo de Syndic. in verb. pœna cap. 1.* qui refert ita obtinuisse in nostro Regio Consilio authoritate *Diui* dicentis, quod cum quidam insignis Faber percussisset socium, propter quod debebat sibi manus amputari, fuit sibi mitigata pœna ratione sui artificij, & ita etiam fatentur *Roman. singul. 725. potestas vnius loci, Couarru. var. resol. lib. 2. cap. 9. num. 6. Farinac. in praxi qu. 98. num. 134 Tiraquell. de pœnis temper. caus. 50. num. 1.* qui *num. 3.* inuehit in Tiberium Cæsarem, qui teste *Plinio lib. 36. cap. 26.* interimi mandauit insignem artificem, non obstante sibi nota peritia suę celebris artis, quam exercebat, & licet aliqui DD. aliter explicent tex. prædictum, attamen talis conclusio æquitate nititur, & communiter esse receptam fatentur *Clar. in §. fin. qu. 60. num. 32. verb. pariter & Modern. Brunneman. in d. l. ad bestias*, dummodo tamen Princeps consulatur, vt habetur in eadem *l. ad bestias*.

De illis vero, quorum spes habetur innocenter victuros, alloquendo dico, quod potesta-
15 ti remittitur Senatus, iustis concurrentibus causis, criminum pœnas si non indulgere, tamen lenire, vt de memorabili exemplo Lucij Pisonis relato à *Valer. lib. 8. cap. 1 in 2. par. §. 6.* instructi sumus, qui cum ob graues & intolerabiles iniurias socijs illatas, propè damnatus esset, quia tamen postratos humi ad pedes Iudicum osculandos, os suum cæno replenit, hoc conspectu totam inquisitionem à seueritate ad mansuetudinem trãstulit, quia satis iam grauibus eum pœnis socios affecisse, Iudices arbitrati sunt, illuc deductum necessitatis, vt abijcere se tam simpliciter, aut attollere tam deformiter cogeretur.

Nec tandem lene iudicium arguitur ex Physiognomia, quæ est ars, qua natura hominum, ex corpore, vultuque cognoscitur, ex ea scripsit *Paris de Puteo in tract. de Syndic. in verb. mandauit col. 8. vers. quando delictum* se bis iudicium fecisse Innocentię, vel Reatus, quia Rei sepe sepius ex verbis, & vultu crimen commissum patefaciunt, & insinuat Sacra pagina in *Genesi cap. 4. vers. 6.* dum Dominus Cain alloquens dixit: *Quare iratus es, & cur concidit facies tua*, ex facie enim, & aspectu ipsius videbatur proprias animi passiones detegere, alios scripturæ locos refert *Lemnius de occultis naturæ miraculis lib. 2. cap. 26.* Non mirum si Pitagoras ex faciei inspectione discipulos admittebat, vel recusabat, vt scripsit, *Turreblanc. lib. 1. de Magia diuinatrice cap. 9. de diuinat. Physiognomonica*. Sic Socrates illos, quorum indoles probata ex vultu eminebat, ad Philosophiam rapiebat, Idem Alcibiadem ex specie, & optima corporis modulatione, ad Supremum Reipublicæ gradum peruenturum prædixit, & Philo Lacedemonius ex sola facie, morum coniecturam eliciebat. Hippocrates etiam vir sapientissimus ex physiognomia, & faciei delineatione, ma-
17 los, aut bonos mores arguebat in 2. *epidem. tex. 1. sect. 5.* vbi ex pilo ruso, ex nasi acuitate, & oculorum paruitate, morum prauitatem cognoscebat, è contra vero ex Nasi simitate, oculorum magnitudine, eidem pilo iuncta, bonitatem promittebat. *Aristotiles* denique in suis *Physiognomonicis* etiam per signa à contrario sumpta, mores diiudicari posse docet, v.g. pilorum duriciem, fortitudinem, & salacitatem, molliciem vero continentis, & mansueti animi esse indicem, dixit, aliasque animorum qualitates ex corporum signis enumerat *Riccius de publicis iudicijs in genere qu. 21. nu. 6.* ratio omnium prædictorum traditur ab Aristotile ad Alexandrum scribente, vbi dixit in homine omnium animalium mores reperiri, est enim audax vt Leo, formidolosus vt Lepus, amarus vt Canis, austerus vt Coruus, mitis vt Turtur, simplex vt Columba, & tandem stolidus, & salax vt Asinus. Hinc non esse vanam Physiognomiam probat *Lemnius d. cap. 26.* & concludunt ex Iurisconsultis *Vincentius Carrar. de Medic. & in eius Offic. par. 2. nu. 359.* & ex Canonistis *Roderic. in pract. crim. regul. tit 17. cap. 50. nu. 50. Turreblanc. in epitom. delict. lib. 1. cap. 7.*

Et

Et ficut mala Phyfiognomia malos mores indicat, ita bona arguit animi excellentiam & dignitatem, Tanta enim eft in corpore, & animo humano cognatio, vt ijs plerumque infint præftantiffimę animi dotes, qui forma corporis antecellunt, eius fpecies fimulacrum eft mentis, & figura probitatis, dixit *D.Ambrof.2.de Virgin.* merito antiquitas ex pulchritudine ne dum bonos mores arguebat, fed imperio digniores effe exiftimabat, iuxta illud *Euripidis, Facies eft digna Imperio*, & dixerunt etiam *Ariftotel.lib.1. de republ.* ac *Lucretius lib.5. de rerum natur.*

Nam facies multum valuit, viresque vigebant.

formæ enim corporis, afpectus dignitas, frontis grauitas, vultus Maieftas, fulgor, vigor, ac lumen oculorum mouent, & admonēt ad obfequium, ad obedientiam, atque ad conciliandum afpicientium beneuolentiam; Imo etiam Barbari in corporum Maieftate venerationem pofuerunt, magnorumque operum non alios capaces putant, quam quos eximia fpecie ornare furtuna dignata fuit. Hinc in iure dixit, *Vela differt.4. n.65. 69. & 70.* ex doctrina *Bald.* ab eo allegati, quod ex duobus gemellis, quorum prioritas ignoratur, in Regno fuccedat formofior, & licet *Bald.* videatur cooiugere qualitatem robuftitatis, cum qualitate formofitatis, attamen fufficere folam formofitatem ad prælacionem, & quod illa coniunctiua fumatur pro disiunctiua, quod lex aliquando permittit, vt in *l.fæpe 53.ff. de verbor.fignific.* vt fcilicet formofior fit ex illis gemellis in Regno admittendus, fed fi ambo fint æquè formofi, robuftior præcedat, femperque formofiorem elexiffe variæ gentes, quæ Regem fibi eligere confueuerunt, affirmant *Tiraquell. de legib.connub.par.2. num.44. & de primog. opin.7.& 8.nu.vltim.Io: à Kocbier in thefaur. polit.aphorif.lib.3.cap.4.Vela d.differt.4.num. 69.& 70* fatendum igitur erit, quod natura ipfa magnis mentibus domicilia corporum digna metitur, & huc perfnadet ratio naturalis, quia pulchritudo nafcitur ex bonitate interni temperamenti, ideo maximopere fulfit in corpore Chrifti, cuius pulcherrimum vultum defcribit *Nicephor.lib.1.hiftor. cap.vlt.* cum ratione igitur Ifocrates, & Plato ad fcholam defformes non admittebant, Lycurgus vero longius amandabat, lex quoque Moyfis à facris arcebat.

Sed hæc omnia, quæ dixi de mala Phyfiognomia, intelligas procedere de fignis manifeftis exteruis, ex quibus defumi po-
18 teft aliqua extrinfeca coniectura prauorum
morum, & naturalium paffionum, vt de
Claudis communiter affirmant, vt malorum morum fint, ficut & Gibbofi Strabones, & alij, quos refert *Cardan. aphor. 31.* & de admodum defformibus dixit *Manfr ed. lib.2.de homine cap.4.* ac ex qualibet corporis defformitate malam mentem, malofque mores arguunt *Vincent.Carrar.* vbi fup.*par. 2.num.403. Farinac. in prax. part.1.tom.2. qu.52 nu.165. Lemn. de occult.natur. mirac. lib.2.cap.26. Paris de refign.benefic.lib 5.qu.6. num.35.Zachias in qu. Medic. legal.lib.2.tit. 3.qu.12.nu 13.* ita etiam pallore deformes, oculis defectuofi, genibus laffati faciliter animorum nequitias demonftrant, ideo infignis deformitas impedit ordinum fufceptionem, vt in *tit.Decretal.de corpore vitiat.* & habetur in *Leuit.cap.21. num. 18. Non offert panes Deo fuo, nec accedet ad Minifterium eius, fi Cecus fuerit, fi Claudus, fi paruo, vel grandi, vel torto nafo*, hinc criminum perfecutores obferuant, vt vbi torquendi plures fint, is primus fit, qui deformem habet effigiem, *Roderic.* vbi fupra alios refert *Zachias dict. lib. tit.1. quæft.5.num.50.*

In reliquis vero occultis delineationibus, vel apparitionibus, nullam habet certitudinem talis naturalis præfagitio, cum non curre-
fpondeant internæ paffiones externæ effi-
giei, vt ex locis fcripturæ oftendit *Zachias*
d.lib.4 tit.1. qu.5. in fin & confirmat *Riccius*
de public.Iudic.in genere qu.21 n.1.& 7. Non
enim debent Iudices effe curiofi, & natu-
ralium exploratores, ac ex afpectu vitia ani-
mi cognofcere, nam mens humana multis
fimulationum regitur inuolucris, & quafi
velis quibufdam obtenditur. Sepe etiam
natura, frons, oculi, vultus, & efficies ho-
minum mentiuntur, oratio vero fæpiffimè,
& frequenter animos prodit. Concluden-
dum igitur erit, malam Phyfiognomiam ar-
19 guere malam fidem in genere, non in fpe-
cie ad aliquod delictum, cum *Farina.in pra-*
xi tit.de inquifit.& tortur.lib.2. & quæft.52.
num.147.Cafon.de iudic.tract.2.cap.3.nu.11.
Riccius loc.cit.d.qu.21.num.1.& 7.poft.Bald.
aliofque citatos.

Aduertant primo Supremi Magiftratus, quod
non tenentur ex neceffitate ante pronun-
20 ciationem fentētiæ capitalis contra Reum,
illum afpicere, eiufque perfonam confide-
rare, vel cum eo alluqui, fed hoc eorum ar-
bitrio committitur, quando fcilicet probationes effent inter fe dimicantes, vel aliquod dubium ex actis refultaret, quod ex Rei præfentia poffet refolui, fed quādo probationes claræ effent ad condemnandum, nec aliqua vtilitas cognofceretur ex eius afpectu confideranda, quæ ad caufæ decifionem conferret, poffunt Reorum afpectum omittere, ne tempus confumant in re non neceffaria, vt euenit in menfe Septembris 1698. dum agebatur in noftro Sacro Confilio

lio de causa appellationis capitalis sententiæ prolatæ à M. C. Vicariæ contra Carminum de Martino Casalis Cardeti in Aula Dom. Consiliarij D. Petri Antonij Chiauari, fuit sententia mortis M. C. confirmata per S. C. non vocato, nec viso infelice illo Reo, vt dixi sup. in *præl.* 13. *s.* 1. *nu.* 8. quia non fuit reputatus necessarius eius aspectus.
Aduertant 2. Magistratus, vt si Reos aspicere vti necessarium deliberent, non gaudeant
21 de pœnis, & cruciatibus, quibus illos miseros afficiunt, nam vera iustitia est, quæ debitam criminis pœnam, quantumlibet iustam, non sine intimo cordis dolore irrogat *Anton. Faber in iurisprud. papin. tit. 2. priuc.* 3. *illat.* 7. *in fin. pag.* 45. & comprobat *Christophor. Besold. de arcan. rerumpublicar. cap.* 1. *num.* 9. vbi dicit, quod ferina rabies est sanguine, & vulneribus gaudere, è cōtra humanum est supplicia non nisi dolenter, & commiserante animo inferre, sicut tradit *Plutarch. de Biante*, qui damnaturus hominem ad mortem lachrimatus fuit, & interrogatus quare fleret, cum penes illum esset absoluere, & condemnare, respondisse fertur, ideo se lugere, quia necessarium erat naturæ condolere, & legibus suffragari, & ipse etiam Nero antequam capitalem sententiam infixisset, asseruit se voluisse literas ignorare, ne illā scripsisset. Et licet monuit *Callistratus I.C. in l. obseruandum, ff. de offic. Præsid.* Iudices, ne motum animi sui vultu detegāt, neque cum calamitosis collachrimentur, hoc tamen intelligi debet, quando commiseratione ducti vera iudicia peruerterent, non vero quando iustitiam seruantes naturæ condolent, & peccata non peccatores odio habent.

PRÆSTANTIA XXXV.

Præstantia Sacri Consilij Neapolitani est, vt eius sententiæ sub nomine Regis promulgentur.

SVMMARIVM.

1 *Titulus rebus, vel personis adheret.*
Titulus dicitur inscriptio operis, vel Trophei, qui rebus imponitur.
Rauenna inscriptio magna Cladis viginti millium hominum trucidatorum refertur.
Tituli vox diuersas alias habet significationes.
2 *Titulus personæ adherens accipitur pro laude, & dignitate.*
Titulorum vanitate omnes lædantur.
Adulatio semper Comes est magnæ fortunæ.
Attila Hunnorum Rex vanis titulis gloriabatur.
3 *Iulius Cæsar damnatur vti superbissimus, ex vanis titulis, quibus exornari voluit.*
4 *Iustinianus Imperator vanis titulis fuit honoratus ab astutissimo Triboniano.*
D. Ludouicus Francorum Rex vanos titulos recusauit.
Summus Pontifex titulo Serui Seruorum Dei gloriatur.
5 *Patritiatus dignitate Nobiles debent esse contenti.*
Patritiatus dignitas in Romana Republica secunda fuit à Iustiniano imperatore constituta.
Carolus Magnus antequam Imperator crearetur, Patritius Romanus factus fuit ab Adriano Pontifice.
6 *Nobiles maiorum Nobilitatem conseruent non deturpent.*
7 *PRÆSTANTIA Sacri Consilij est, vt eius sententiæ sub Regis nomine pronuncientur, & promulgentur.*
Sententiæ Sacri Consilij Neapolitani reputantur, ac si ab ipso Rege latæ essent.
8 *Senatus Supremus est Prætorium Regis, quod ipsum Regem repræsentat.*
Libelli supplices, qui Præsidenti Sacri Consilij porriguntur, sub nomine Regiæ Maiestatis formantur.
9 *Camera Spirensis sub nomine, & sigillo Regis sententias emittit.*
Parlamenta Franciæ sub nomine Regis decreta ordinant.
10 *Tribunal Regiæ Cameræ, sicut & Magna Curia Vicariæ non promulgant decreta sub nomine Regis.*
11 *Sacrum Consilium Neapolitanum Proceres, & Magnatos nostri Regni, cum solo titulo Illustris illos appellat.*
12 *Assertioni Supremi Senatus creditur, sicut creditur Principis assertioni.*

Dum ad formam sententiarum Sacri Consilij deuenimus, earumque PRÆSTANTIAM examinare, cur sub Regis nomine, & titulo illæ promulgentur, non erit alienum aliqua adnotare de Tituli significatione, vt facilitet cognoscatur ratio, cur Regio nomine sententiæ Supremi Senatus publicentur.
Est enim hæc tituli vox equiuoca, dum sub hoc nomine plura significari soleant, sed quolibet modo sumptus, in duas species diuidi
1 potest, vel scilicet quando rebus, vel quando personis adheret. Titulus qui rebus adaptatur dicitur Index cuiuscumque operis, puta in Statutis, quæ inscribuntur sub appellatione Statutorum Romæ, v. g. Genuæ, Perusiæ, Mediolani, &c. Sic in picturis titulum dicimus esse illas literas, quæ vel artificis,

ficis, vel eius cuius opus eft, nomen demonftrant, vel tempus quo factum eft declarant. Vel fignificant infcriptionem, vt titulns libri, titulus Crucis, vel Vexilli, vel eft fignificatio Trophei, Victoriæ, aut egregij facinoris, prout prope Rauennam in faxea columna hæc infcripta funt verba: *Heu cladem horrendum, hic ille celebris ager eft, Viator, in quo acerrimè vtrinque pugnantes XX. hominum millia ceciderunt.* alia refert *Beyerlinck. in theatro vitæ hum. in verb. Infcriptio, pag. 315.*

Aliquando etiam fumitur Tituli dignitas à nomine alicuius Sancti, in cuius honorem Ecclefiæ intitulabantur, ideft nominabantur, vel confecrabātur, vt Titulus S.M. Arecæli, S. Laurentij ad Damafum: Titulus S. Cæciliæ, Titulus S. Praxedis, à quibus Cardinales fuos titulos fumpferunt, vt refert *Plato in lib. de Cardin. dignit. cap. 2.* Aliquando accipitur titulus pro fundamento, fiue ratione fundandi, ex quo refultat dominium Rei, prout dicimus rem poffideri iufto titulo, quem caufant illi contractus, vel actiones, qui pariunt dominium, fcilicet emptionis, donationis, teftamenti, &c. vel præfcriptionis, & fimiles fpecies à legibus conftitutæ. Vel fumitur pro prætextu, feu caufa, vt fcripfit *Paul. in l. fi quis tutor, §. quid ergo, ff de ritu nuptiar.* ibi: *Quid ergo fi cum fe vellet excufare aliquo titulo, nec in promptu probationes haberet.*

Quando vero hoc tituli nomen perfonæ adhæret, accipitur pro laude, & dignitate, quam nomini alicuius adiicimus, de quo late *Rouit. in pragm. 1. de titul. feu infcrip. abuf. nu. 1.*
2 *& 33.* Ea enim eft mortalium vanitas, vt femper de fe maiora opinentur, quam in veritate fubfiftant, & nunquam contenti fint fua forte, fed maiora fectentur, qui fane exceffus etiam in titulis, & nominibus afpicitur, maximè inter Nobiles commune vitium eft titulorum, ditionumque nominibus fibi plus æquo applaudere, & appellationum figmentis fe exornare, quod nil vanius eft, nomina fcilicet quærere, & titulos fupplere velle, quod fcientiæ, & arti deeft, dum enim omnes Titulorum inanitate lætantur, ideo ambitiofæ cupiditati quidquid voluimus titulorum conceffimus, & ita fit, vt qui parcè adulatur, aut inuidus, aut malignus reputetur, dixit *Senec. in epift. natural. in præfat.* quod eo magis in Aulis Principum afpicitur, vbi femper magnæ fortunæ comes eft adulatio, *Patercul. lib. 2.* cum potius cum ipforum fortuna, quam cum ipfis loquamur, prout refertur de Attila Hunnorū Rege, qui nuncupari volebat: *Attila Bedebut Filius, Nepos Magni Nebrotti, nutritus in Egaddi, Terror Mundi, & Flagellum Dei.* Ex
3 hoc etiam damnatur à Suetonio Iulius Cæfar vti fuperbiffimus, non folum ob tot honores quos recepit, fcilicet continuum Confulatum, Dictaturam perpetuam, Præfecturam, pronomen Imperatoris, cognomen Patris Patriæ; Statuam eius inter Reges collocari, fed etiam ampliora humano faftigio fibi decerni paffus fuit, nempe Templa, Aras, Simulacra iuxtà Deos, Puluinar, Flamineam, Lupercos, appellationem menfis, à fuo nomine, aliaque miranda, de quibus loqui videtur *Ouid. lib. 2. faftor.* his verfibus:

At tua profequimur ftudiofo pectore Cæfar.
Nomine per titulos ingredimurque tuos.

quæ omnia quàm vana fuerint, & quæ damna attulerint, eius vitæ tragicus exitus demonftrauit.

Sed non funt omittendi Iuftiniani Tituli defcripti in præfatione primi libri inftit. iuris
4 ciuilis, à prouincijs defumpti per eius Duces debellatis, quos omnes referre prima pagina inftitutionum vix fufficit, de quibus fcripfit *S. Chrifolog. ferm. 57. Reges triumphorum fuorum titulis nuncupantur, & fubiectarum gentium nominibus conquirunt numerofiffima cognomina.* Sed fcriptum inuenio ex adulatione Triboniani viri aftutiffimi, & fagaciffimi hoc euenisse, qui vt eius beneuolentiam compararet, etiam ei aufus fuit ftultè perfuadere, fe tandem immortalem in Cœlum affumendum, quod ipfum crediditfe quidam putarunt, fed hanc fuiffe veram adulationem, melius cognouit Attila, licet Barbarus, & efferus, qui dum Vrbes Italiæ expugnabat Patauij, Marulli Calabri Poetæ carmen de laudibus fuis confcriptum, in ignem coniici iuffit, quia licentiā Poetica originem eius ad Deos retulerat, refert Olaus Magnus de Attila, *Bonum quippe eft laudari, fed præftantius eft effe laudabiles*, monet *Solorzan. in emblem. polit. 50. num. 43.* merito Chriftiani Principes has titulorum magnificentias recufarunt, ficut gloriosè egit Diuus Ludouicus Francorum Rex, qui rogatus, quorum cognomine geftorum fuorum vellet exornari. *Victoria*, inquit, *quæ mihi occurrit in Ecclefia Poffiaca, quæ pro Chrifti gloria clariffimè obtingit, in ea fola glorior, & triumpho, & ab ea Ludouicus Poffiacus nominari volo*, tefte *Ægidio Corrozeto de dictis, & factis memorab.* ex hoc exemplum fumant reliqui Principes, modeftè de fuis titulis gloriari, & ante oculos habeant Mirabilem Titulum noftri Summi Pontificis, Dei vicem in toto Orbe Terrarum fubftinentis, qui alio non vtitur, nifi ifto fcilicet Seruum Seruorum Dei fe appello.

Et fi gloriofi Reges hos vanos titulos refpuerunt, eo magis Nobiles hæc vana figmenta fper-

ſpernere dabent, & contenti ſint de eorum
5 nobilitate, quæ ſub Patritiatus titulo fuit à
Fortuna conceſſa, vt dixit *Diogen. apud Laertium*, ſed re vera à Deo liberaliter largita.
Dignitas quippe in noſtra Romana Republica mea originaria patria vſitata, & poſtmodum apud omnes Europæ Ciuitates diffuſa aſpicitur, adeout omnes Nobiles Patritij titulo decorentur. In noſtra olim florente Repubiica eximiæ fuit extimationis, quia ſecunda fuit apud Iuſtinianum poſt Imperatoriam conſtituta in *l. nemini C. de Conſul. lib.* 12. & ita in Græcia à Cæſaribus habita, vt Carolus Magnus antequam Imperator crearetur, Patritius factus fuerit ab Adriano Pontifice in Synodo Romæ celebrato, poſt victoriam de Deſiderio Rege Longobardorum, relatam in *cap. Adrianus* 22. *ſub* 63. *diſt.* cuius Patritiatus formulam ſcriptam reliquit *Caſſiodor. lib.* 6. *var.* Actionibus igitur nobilibus, & eorum decori correſpondentem
6 Nobiles illam conſernent, & non ſolum ſe maioribus, in quibus gloriantur dignos ſe efficiant, ſed ſi fieri poteſt valde præſtantes, ita vt lucem iſtam nobilitatis, à primo familiæ capite diffuſam, & ex eo in alterum perpetua quadam ſerie deinceps deriuatam, ſemperque nitentem, quaſi per manus poſteris traditam, ipſi ſplendidiorem ſuis ſucceſſoribus derelinquant.

Ad materiam vero rediens dico, quod PRÆSTANTIA Sacri Conſilij Neapolitani eſt,
7 vt in eius ſententijs Regis titulus aſcribatur, qui ad illud tempus Regnum gubernat, & hoc modo eius ſeotentiæ promulgantur, *Carolus Dei gratia Rex, Viſa ſupplicatione Maieſtati noſtræ porrectæ pro parte N.N. Per hanc noſtram definitiuam ſententiam dicimus, pronunciamus, decernimus, & declaramus, &c.* ita de iure noſtri Regni fuit ſancitum in *pragm.* 6. *de offic. S.R.C.* vbi ſtatuitur ſententias noſtri S.C. ſub nomine Regio eſſe proferendas, *Sanfelic. dec.* 6. *num.* 7. *tom.* 1. imo fatetur *Surgente de Neap. illuſtr. cap.* 19. *nu.* 4. quod in actis antiquis legitur, quod Conſiliarij cum ſententiabant dicebãt in principio, *Nos Philippus Dei gratia Rex*, & hoc modo denotabant, quod communitatem cum Rege habebant in promulgatione ſententiarum, & eius vices gerebant, quod etiam aduertit *de Magiſtris in ſtatu Eccleſ. Neapol.* 5. 6. *num.* 10. *verſ. hoc Tribunal.* Et hoc ſemper antiquis temporibus fuit obſeruatum, & ad præſens in praxi quotidiè practicatur, adeout eius ſententiæ iudicantur, ac ſi latæ eſſent ab ipſo Rege, dixit *Afflict. dec.* 120. & nota quod in hoc errauit *Fabius Optinellus in l. Imperium num.* 157. relatus à *Io: Franc. de Leonardis in opuſculo de magiſtr. Reg. cap.* 4. *num.* 20. vbi dicit, quod ex Regis tolerantia potius, ſententiæ Sac. Conſilii ſub nomine Regis proferantur, aſſerendo id in Regijs pragmaticis non diſponi, & citat *Afflict. dec.* 283. *in fin.* ſed erit cenſura dignus, nam ſi conſideraſſet *d. prag.* 6. *loc. cit.* quæ clarè loquitur, non id aſſeruiſſet. Iuuat Reipublicæ, Supremi Senatus ſententias tali Regali ſublimitatis titulo attolli, vt ſtatim exequantur, & eis debita obedientia tribuatur, nam Tituli vſus introductus fuit à tuendo, vt authoris factum ſine cõtentione ſubſiſtat, quapropter Milites Tituli dicebantur, quaſi Tutuli, vt patriam tuarentur, notat *Paſarat. in verb. Titulus.*

Ratio cur ſententiæ noſtri Supremi Senatos ſub Regis nomina pronunciantur illa eſt,
8 quia noſter Senatus eſt Prætorium, quod Regem repreſentat, vt conſtat ex noſtra *pragm.* 4. *incip. ad ſubditorum. de Offic. S.R.C.* vbi ſtatuitur quod omnes cauſæ appellationum, quæ ad Regiam Maieſtatem deferuntur, per Sacrum Conſilium definiantur, nec amplius ſit neceſſe ad Regem recurrere, ſed ſat erit ſi ad Sacrum noſtrum Conſilium à Rege deputatum appellationes proponãtur, *Camillus de Medicis conſ.* 146. *num.* 8. *Muſcatell. in praxi S.C. lib.* 1. *gloſ. ſententia num.* 108. *& ſequ. Scaccia de re iudic. gloſ.* 4. *qu.* 24. *num.* 8. *&* 58. & patet quia etiam primi libelli, qui eius Præſidenti offeruntur, non ipſi Præſidi diriguntur, ſed potius noſtro Regi proponuntur, præuia perſona eius Præſidis, cum titulo *Sacræ Regiæ Maieſtati*, & licet Præſes ſuper eis de iuſtitia prouideat, non tamen ſuo, ſed Regis nomine, cui titulum Maieſtatis inſcribunt, ac ſi ipſi Regi ſuos ſupplices libellos præſentaſſent, vt aduertunt *Afflict. in dec.* 96. *in fin. & dec.* 120. *nu.* 6. *& dec.* 190. *& dec.* 283. *Gramatic. dec.* 13. *num.* 1. *Staiban. reſol.* 50. *num.* 10. *cent.* 1. *& reſol.* 174. *à nu.* 14. *cent.* 2. *Golin. de procur. par.* 1. *cap.* 4. *num.* 33. *fol.* 28. *Imbrian. de iudic. Reg. dialog* 2. *fol.* 104. *num.* 220. *Capyc. latro dec.* 68. *num.* 7. *&* 20. *& conſult.* 6. *num.* 3. *tom.* 1.

Et non ſolum noſtrum S. C. ſub nomine Regis pronunciat, vti Supremum Tribunal, verum
9 etiam hoc obſeruant alij Supremi Senatus nam legimus, quod Camera Imperialis Spirẽſis cum fuerit inſtituta Summum Imperij Tribunal à Maximiliano Primo Imperatore anno 1495. in Conuentu Vormatiæ, conſentiẽtibus Imperij Statibus, ei pleniſſimam Iuriſdictionẽ Cæſar conceſſit, adeout nec controuerſias ad eam ſemel delatas auocare poſsit, *Schrader de feud. par.* 10. *ſect.* 1. *n.* 183. & ab eo tempore, vſq; ad præſens obſeruatur, quod mandata ſententiæ, & decreta ſub nomine, & ſigillo Cæſaris emanatur, *P. Ægidius lib.* 1. *qu.* 9. *num.* 4. atque ideo Cameram prædictam Cæſarem repreſentare dixerunt,

Schra-

Schrader. d.par.10.ſect.2.num.41.& Georgius Scomborner.polit.lib.4 cap.20.circa fin.

Sic in Francia Cancellarius Regni ſententias concipit nomine Regis, & quando Cancellarius loquitur, Rex ipſe loqui videtur, dixit *Scaccia de ſentent.& re iudic.cap.1.gloſ.1. qu.1. num.* 16. vbi noſtri Regni praxim obſeruat, dicendo, quod noſtri Conſiliarij ſub Regis nomine ſententias proferunt, ſimiliter idem aduertit in Dominis Parlamenti *Guido Papè qu.29.* Eodem modo Senatus Pedamontanus ſub nomine Sereniſſimi illius Ducis ſententias promulgat, *Theſaur.in præfat.ſuar.deciſ.num.38.Scaccia loc.cit.* prout de Senatu Montisferrati notauit *Becius conſ.52. num.89.* ex quo adducit rationem *Scaccia loc.cit.gloſ.14.qu.24.num.58.* Cur à Conſilij ſententijs non detur appellatio, quia ſub nomine Regis proferuntur, vt infra dicam in *Rubr.Præſtantia Reclamationis.* Ipſe enim Princeps omnes Prouincias regere nequit, cumulata Imperij mole, expedit propterea curas negotiorum Supremis Curijs committere, quæ Regiam Maieſtatem repreſentant, *Bart.in l.Æmilius 38.in fin.ff.de minor.Rol in. à Valle conſ.76.nu.36. lib.1. Decius conſ.200. circa fin.Cravetta conſ.198. num.7. Schrader. d.ſect.2.num.41.*

Maior etiam cognoſcitur PRÆSTANTIA noſtri Neapolitani Conſilij circa d.promulga-
10 tionem ſententiarum ſub Regis nomine latarum, ſi conſideramus alias Curias, licet Superiores noſtri Regni tali prærogatiua non fulgere, vt de ſententijs Tribunalis Regiæ Cameræ, ſcilicet Regij patrimonij, quod licet gaudeat prærogatiuis Præfecti Prætorij, de quibus ſup.dixi in *Præſt.32.* attamen quādo decreta pronunciat, non ſub nomine Regis illa diſponit, ſed nomine Tribunalis, hoc ſcilicet modo: *Per Regiam Cameram prouiſum eſt, &c.* Eodem modo obſeruat noſtra M.C.Vicariæ, quæ ſub nomine M.C.decreta relaxat, non ſub nomine Regis, clarè igitur conſtat differentia inter Senatum noſtrū, & alias Curias, licet Supremas noſtri Regni, ex Regijs Titulis, quibus vtitur, qui non conceduntur alijs Curijs, licet pluribus prærogatiuis inſignitis, prout idē aduertit *Montagn.de author.magn. Conſil.num.11.poſt Boer.* vbi dicit, quod Præſides Parlamenti in cognuſcendo, & definiendo loquuntur nomine Curiæ, & Cancellarius Regni Galliæ (qui illius Conſilij caput eſt, & noſtro Præſidenti aſſimilatur) cuncta pronunciat nomine Regio, *Scaccia d.gloſ.1.qu.1.num.16.*

Hac de cauſa, quia omne, quod agit S. Conſilium ſub Regis nomine agit, ideo quando occurrit in dies vociferari cauſas Titulatorū,
11 & huius Regni Procerum, & Magnatum Poterij non eos appellant alio titulo, niſi cum illo, quo à Rege ipſo vocantur, ſcilicet Illuſtris, & proinde audimus vociferari cauſas prædictorum Magnatum, quæ in Senatu determinari debent, *Pro Illuſt. e Duce Magdalon.* pro *Illuſtri Princip. Abellinarum, &c.* Imo, & Proreges huius Regni non cum alio titulo nominantur à Domino Rege noſtro, niſi cum titulo Illuſtris, licet ab alijs ſubditis, & ab alijs perſonis tribuatur titulus Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi, vt aduertunt *Taſſon.in pragm.de antefato verſ.3 obſeruat.3. num.66. & Topius de orig. Tribunal. part.2. lib.1.cap.4.num.4.*

Et etiam idem videmus obſeruari, quando accedit noſtrum Sacrum Conſilium ordine Dom.Proregis, innctis duabus Aulis in Collaterali Conſilio, ad definiendas cauſas graues, & magnæ importantiæ, prout pluries accidit in cauſis Nobilium pretendentium reintegrationes ad noſtra Sedilia, his enim caſibus offeritur in exordio decreti inferendi à S.C., fuiſſe Conſilium congregatum ordine Ill.Dom.Proregis, abſque alio titulo. Imo addo, quod quando Collaterale Conſilium aliquid determinat, vel decernit coram D.Prorege, profert decretum, vel ſententias ſub nomine Proregis, hoc modo, *Illuſtriſs. & Excellentiſſimus Dom. Prorex mandat, &c.* At verò quando Sacrum Conſilium decreta reſoluit, & ſententias definitiuas pronunciat coram d.Dom.Prorege, illas concipit ſub nomine Regis, dicendo, *Carolus Dei gratia Rex,* abſque expreſſione Proregis, quod hoc tantum ſufficeret ad demonſtrandum noſtri Cōſilij maximam Excellentiam, & dignitatem.

Ex eadem ratione, quia Regis nomine Sacrum Conſilium omnia tractat, ideo licet alias
11 non creditur inſtrumento facienti mentionem de alio, *Auth. ſi quis in aliquo, C.de edendo,* hoc non procedit in ſententijs Supremi Senatus, propter eius authoritatem, ideo ſi dicat ſententia S. Conſilij viſis literis, ſeù aliqua ſcriptura, creditur ſcripturas fuiſſe viſas, *Rebuffus* relatus à *Gothofred.in praxi ciuili lib.1. tit.9.de Senator.in rub.de priuil.Curiar.verſ.trigeſimo quinto fol.511.* Non minus ac Principi creditur, afferenti ſe vidiſſe ſcripturas, ſi in reſcripto id exprimat, ad tex. in *clem.1.de probat. Maſcard.de probat. concluſ. 1233 num.23. tom.2.* qui omnes citat, nam dum afferit ſe vidiſſe ſcripturas, deponit de facto alieno geſto coram ſe, & hoc caſu fides adhibetur, *Soccin. conſ 266. in cauſa nu.27. vol.2. Maſcard.loc.cit.num.78.Fermoſia.in tract.de probat.in cap. cum à nobis qu.2.10.0. Dom.Capon.meus Aunc alus contr.20 art.2. num.23.* Sic mandatum probatur ex verbis narratiuis *Ruin. conſ. 41.* vbi declarat in *fin. & ſequ. vol.1. & in conſ. 277. vol 1. & in conſ.103.vol.1.Gabriel.com.concl.2.n.19.*

Sed si petieris cur inter PRÆSTANTIAS nostri Senatus retuli istam prærogatiuam, quia scil. nostrum Consilium, Regis nostri nomine sententias concipit, & omisi inuocationem Diuini Nominis, quæ etiam apponitur in principio cuiuslibet sententiæ latæ à nostro Senatu, his verbis: *In nomine Domini*, hac de causa debebam hanc prærogatiuam Regij nominis, cum ista Diuini Numinis cumulare, dum etsi honorificum sit, in titulis Regijs honorari, tamen preclarius est in Dei nomine, cui omnes Reges Terræ tamquam Eterno Creatori subijciuntur.

At respondeo, quod in præsenti opere cumolaui illas Præstantias, seù prærogatiuas nostri Senatus, quæ alijs Curijs non fuerunt impartitæ, vt est ista suprapofita, vt eius sententiæ Regio nomine emanentur, sed ista inuocatio Diuini nominis, non est prærogatiua specialis Curiæ Superioris, sed potius communis omnibus Curijs, quæ pernecessè debet inscribi, in quibuslibet sententijs singularum Curiarum, tam inferiorum, quam superiorum, secundum aliquorum Doctorum sententiam, sunt enim Iudices potius Ministri Dei, quam Principis, vt dixit Christus Redemptor noster Pilato *Ioan. 5. nu. 10: Non haberes potestatem aduersus me vllam, nisi datum esset tibi desuper*. Omnis enim Iudex habet potestatem principaliter, & immediatè à Deo, mediatè verò à Principe suam iurisdictionem cognoscit, vt dicitur in *Paralip. 2. cap. 19. num. 4.* vbi Supremus Dominus sic monet Iudicantes: *Videte quid facitis, non enim hominis exercete iudicium, sed Domini*, & in *Deut. c. 1. sub num. 17. Non accipietis cuiusquam personam, quia Dei iudicium est*. Debent igitur Iudices per illam Æterni Principis inuocationem sententias propalare, nam si aliter agerent, sententia redditur nulla, secundum aliquorum opinionem, & sic *Scaccia* latè probat in *tract. de sent. & re iudic. glos. 1. qu. 1. num. 12. in fin. & num. 51.* & prius dixerunt *Speculat. in tit. de instr. edit. §. breuiter num. 2. vers. ante omnia circa fin. lib. 2 & Barbat. in rub. de fide instrum. vol. 4.* inter repetentes, & specificè *num. 82. & 83.* fateor *Scaccia loc. cit. in seq. nu. 52.* inclinare in contrariam sententiam, dicendo, quod virtualiter talis inuocatio contineatur sub tacito Dei nomine, sine cuius adiutorio nil facere possumus, & quia ipse Deus causa vniuersalis est, non requirit specialē expressionem, quia semper in omni actu præsumitur adesse, ideoque nequit dici esse de substantia sententiæ illa expressio, quæ virtualiter inest, & ita nostri practici concludunt, mitius enim agimus cum Deo, quam cum homine, nam Deus respicit corda non verba, & sicut corde cum verbis orandus est Deus, *c. non mediocriter 24. de consac. distinct. 5.* ita nō curat de hac nostra extrinseca inuocatione, quæ aliquādo non correspondet prauis mentibus Iudicantium, qui odio, vel auaritia, aut ex ignorantia peruertunt iustitiam. Bene verū est, quod fatetur *Scacc. in seq. n. 66.* valde temerarium esse, & ineligiosum, talem inuocationē omittere, prout in nostro Senatu satis reuerenter illam obseruamus, quando sententia concipitur, & ante omnia Consiliarij inscribunt Nomen Domini hoc nempè modo *In Dei nomine Amen*, & postea apponunt Nomen Regis, scilicet *Carolus Dei gratia Rex, Visa supplicatione Maiestati Nostræ, &c.* non tamen idem obseruatur, in decretis interloqutorijs, vti actibus minus præiudicialibus, & minus solemnibus.

Dixi, quod nostri Regis nomen, quod inscribitur in exordio cuiuslibet sententiæ, pronunciatur cum formula *Dei gratia*, prout ad præsens dicimus *Carolus Dei gratia Rex*, qui hoc tempore feliciter regnat. Sed nota, quod ista inscriptio potest recipere duplicem explicationem, vtramque veram, Prima scilic. vt memores sint nostri Reges, quod à Deo omnes actiones incipiant, eiusque adiutorio magistratus cuncta gobernent, vt paulò ante dixi; Secunda est explicatio, vt demonstrent eorum potestatem à Deo fuisse concessam, & ad Diuinitatem esse referendam, & quod nullum alium superiorem cognoscant, nisi Deum, vt loquitur *sapient. 6. Ad vos ergo Reges sunt hi sermones*, & subdit, *quoniam data est vobis potestas à Domino, & virtus ab Altissimo*, & *Paulus* ait: *Quicumque resistit potestati, Dei ordinationi resistit*, & nedum sacri canones hoc probant in *cap. duo sunt, distinct. 96.* sed etiam approbat *Iustin. in Nouell. 6. in princ.* vbi diuinitus potestates constitui fatetur, per hæc verba: *Maxima sunt in hominibus dona Dei, à suprema collata clementia, Sacerdotium, & Imperium*, & paulo post subsequitur, *Ex vno eodemque principio vtraque procedentia humanam exornant vitam.*

Nec aduersantur iura in *l. 1. ff. de constit. Princip. l. 1. §. sed ex hoc, C. de veter. iur. enucl. l. 1. ff. ad l. Iul. de ambitu*, vbi asseritur, quod potestas Imperatoris non effluat à Deo, sed à Populo, quando scilicet in Augustū Cesarem omnem suam potestatem transtulit, hinc legimus Marcū Antoninum pecuniam ex Ærario petijsse à Senatu, non quod ea non esset in Principis potestate, sed quod diceret eam cæteraque omnia esse Senatus, Populique Romani. *Nos enim*, inquit, *nil habemus proprium, vt etiam vestras ædes habitemus*, refert *Plinius in panegyr. M. Antonini*, & confirmat *Arniseus de iure Maiest. lib. 1. cap. 3. num. 8. pag. 45.* Inde legimus Carolum Magnum, Fridericum, aliosque Imperatores Romæ à

Sena-

Senatu, Populoque Romano acclamatos fuisse, *Gerard.de Roo in histor. Austriæ lib.5 pag.205. Limneus de iure publ. tom.2. lib.4. cap.6. num.23.* vel saltem ex vi aureæ Bullæ, hodiè Imperatores ab Electoribus Imperij potestatem suscipere, sc. ex eorum electione, tradunt *Bellarmin. in lib. de Sum. Pontifice cap.7. & de translat. Imper. cap.9. ac in respons. ad 8. propos. pro caus. Veneta propos.1. Couarru. in pract. qu. cap.1. num.6.* alijque, qui negant Reges immediatè à Deo suam habere potestatem, cum succedant, aut lege hæreditatis, aut electionis, aut donationis, aut iure belli, qui sunt tituli humani, non diuini.

Sed his minime obstantibus dico, potestatem concessam fuisse Imperatori, & Regibus immediatè à solo Deo, mediatè verò circa modum consequendi, accepisse à iure humano, tamquam per instrumenta, non minus ac operis constructio non applicatur materiæ, vel instrumentis, ex quibus fuit composita, sed artifici, à quo fuit formata, ita Matthiæ Apostoli vocatio immediatè à Deo fuit, sors autem fuit medium, seu instrumentum suæ vocationis, & sicut denominatio semper sumitur à principaliori, seu nobiliori parte, sic potestas, quæ confertur Imperatori, vel Regi, non ascribitur populo, aut Electoribus, aut alijs humanis medijs, sed Eterno Motori, id etiam cognouit Ludouicus Bauarus Imperator in illa constitutione, quam refert *Alberic. de Rosate in l. bene à Zeone C. de quadrien. præscript.* vbi dixit: *Declaramus, quod Imperialis dignitas, & potestas est à solo Deo, & statim facta electione, est verus Rex Romanorū censendus, & reputandus.* Ad id, quod dicitur, quod Imperator eligatur ab Electoribus, & quodāmodo eius electio istis attribuatur, respondeo, quod hoc instrumentaliter se habet, quod patet exemplo Summi Pontificis, qui etiam eligitur à Collegio Cardinalium, & tamen omnes DD. concludunt, eius institutionem esse immediatè à Deo, vt mordicus defendit Bellarminus infra citandus, & in Bullis, & rescriptis ita nuncupatur *diuina prouidentia Summus Pontifex.*

Eodem modo omnes Reges Terræ eandem potestatem à Deo profitentur recipisse, non agnoscentes aliquam Populi benignitatem, sed solum diuinitus emissam exprimunt in eorum rescriptis, *Dei gratia* Reges esse, vt de Regibus Hispaniæ, & Franciæ asserit *Limneus d. lib.4. cap.6. num.22.* qui cum *Bodin. de Republ. lib.6. cap.5.* refert causam cuiusdam Aduocati Parisiensis, qui ausus fuit asserere in illa Curia, potestatem à Populo Regi datam fuisse per *d. l.1. ff. de constit. Princip.* ex quo fuit acerrimè à Magistratibus Curiæ Parisiensis increpatus. Ita etiam nostri Reges Hispaniarum, & vtriusque Siciliæ se *Dei Gratia* Reges appellant, vt in edictis, rescriptis pragmaticis, & aliis regijs ordinationibus se tales esse profitentur, non quia humanos Ioues se esse cognoscāt, vt dixit *Plaut. in Casin.* quasi omnia in sua potestate habeant, & quoquò se vertant omnia circumagant, nutū etiam omnia quatientes, sed quia ita eis conuenire, ex diuina potestate in eos affluente dixerunt, *Rebuff. tom.2. constit. Reg. tr. Vt benefic. ante vac. artic.2. glos.1. Chassan. ad consuetud. Burgund. in præm. ad verba per la Gracea de Dieu, Menoch. cons.2. n.104. Arniseus de subiect. & exempt. Cleric. cap.1. nu.2. pag.3.* quem ad verbum sequitur *Limneus d. cap.6. num.22.* & dixit Christus Dominus noster ad Pilatum, qui potestatem Vitæ, & Necis sibi in eum competere affirmabat, quod non haberet potestatem, nisi desuper concessa esset *Io. cap.11. vers.11.* quasi voluisset dicere, nisi à Deo tributa esset, & licet *Glos.* teste *Petro de Andlo lib.2. de Rom. Imperio cap.8. pag.101.* duplici sensu hoc accipi posse voluerit, *desuper*, idest à Cæsare, qui te Palestinæ fecit Præsidem, vel supernè à Deo, qui principalis causa est omnium potestatum, attamen hæc secunda explicatio sensui literali conuenientior est, teste *Limneo loc. cit. num.33.*

PRÆSTANT. XXXVI.

Præstantia S.Consilij Neapolitani cognoscitur etiam ex modo sententiandi, & subscribendi sententias.

SVMMARIVM.

1 *Sacrum Consilium Neapolitanum in plurali numero loquitur, quando sententias pronunciat, & quando.*
Princeps in plurali numero loqui debet.
Iulius Cæsar primus inuenit loquendi formam in numero plurali.
Magistratus qui Rempublicam repræsentat in plurali numero loqui debent.
2 *Imperator, & Papa de se ipsis in plurali numero loquuntur.*
Iudices ad instar Principum de se ipsis in plurali numero loqui debet.
3 *Sententia Curiæ inferioris debet promulgari diuersimodè à sententia Curiæ superioris, circa absolutionem, vel condemnationem.*
Principis sententia, vel S. Consilij promulgatur, declarando aliquem esse absoluendum, vel condemnandum.
Condemnandum, vel absoluendum pronun-

ciare. idem est ac condemnare, vel absoluere.
4 *Præfectus Prætorio profert sententias hoc modo. Absoluo, vel Condamno.*
5 *Sententia Rei criminis non valet, si proferatur Absoluo absoluendum, vel condamno condemnandum.*
6 *Sententia Curiarum inferiorum subscribi debent à Iudicibus.*
Sententiam tenentur subscribere etiam illi Iudices, qui in contrariam accesserunt sententiam, sed non in causis ciuilibus.
Sententiam iniustam non tenentur subscribere Senatores victi.
7 *Sententia definitiua Sacri Consilij Neapolitani subscribuntur à solo Consiliario Commissario. Interlocutoria vero decreta tantum à Secretario S.C.*
Sententias subscribunt Auditores Rotæ Romanæ, & Senatus Florentiæ.
8 *Sententia Curiæ inferioris recitanda est partibus per ipsum Iudicem, at Sacri Consilij recitatur per Magistrum Actorum.*
9 *Iudices tam inferiores, quam superiores debent proferre sententias in Tribunali sedentes.*
Sententia lata à Iudice in Tribunali non sedente, nulla est, & quando.
10 *Tempus datæ est exprimendum in quibuscumque sententijs, vel rescriptis.*
11 *Titulum præbent, & pariunt sententiæ quorumcumque Iudicum, dumodo sequatur executio.*

MOdos sententiandi nostri Sacri Consi-
lij etiam arguit eius Regiam authorita-
tem, quia in numero plurali loquitur, quan-
1 do sententias profert, scilicet, *Sententiamus,*
Decernimus, & Declaramus, & alijs similibus
verbis, nec hoc credas obseruari, quia plures
Consiliarij sunt, qui sentẽtiam pronunciant,
& hac de causa in plurali numero loquantur,
quia isti Consiliarij licet plures sint, tamen
sub Regis nomine proferunt sententias, &
Regis nomine inscribunt, qui cum vnus sit,
deberent in singulari numero emanari. At
vera ratio est, cur istę sententiæ in plurali nu-
mero pronunciantur, quia sententiæ sub Re-
gis nomine proferuntur, & dum Princeps in
plurali loqui debet, proinde sententiæ pro-
nunciantur, ac si à pluribus promulgarentur,
vt notant *Chassaneus in proœm. consuetud. Bur-
gund. ver. notum facimus, & Io: Limneus de iur.
public. tom. 2. lib. 4. cap. 6. nu. 3.* quam formam
loquendi in plurali numero in statu dignita-
tis, primus inuenit Iulius Cæsar, vt aduertit
Cynus in l. vnica, C. vti possidetis, ad quod alle-
gatur scriptura *Exodi 32. num. 4. Hi sunt Dij
tui Israel, &c.* & ibi locutum fuit in numero
plurali, licet esset vnum tantum Idolum, &
hoc ob reuerentiam Idoli, sed primus, qui
hac loquendi formula vsus fuit, legitur Pli-
nius Secundus ad Imperatorem Traianum
scribens, ibi: *Vt primum me Domine indul-
gentia vestra promouit ad præfecturam,* postea
*Capitolinus in vita Marci Antonij, teste Lim-
neo dicto capit. 6. numer. 4.* idcirco nedum
Princeps, sed etiam quilibet Magistratus, qui
personam Reipublicæ rapresentat, debet in
plurali loqui, aduertit *Polyb. lib. 5. cap. 4.* quem
refert, & sequitur *Pegas in ordin. Regni Portu-
gal. glos. 22. num. 1. tom. 1.* qui locutionem plu-
ralem humanitatem, & Maiestatis decorem
conseruare demonstrat, ideo sæpè Imperato-
rem de se locutum fuisse in plurali numero,
2 legimus apud *Rest. Castald. in tract. de Imper.
qu. 60. num. 1. fol. 57. tom 16.* nempe per ver-
ba dignitatis, scil. *Nostra Clementia, Nostra
Pietas,* & similia, Imo & ipse Papa sub digni-
tatis verbo de se multoties loquitur in plura-
li numero, non solum in sententijs proferen-
dis, sed etiam in literis, & epistolis, *cap. com-
munis 10. dist. 23. cap. nihil 2. de præscript.
cap. quam graui 6. de crim. falsi, Martin. Lau-
dens. de Principibus qu. 50. fol. 205. in tract. tom.
16. & Castald. d. qu. 60. sub num. 6.* qui de ge-
nerali Principum laudabili consuetudine id
introductum fuisse fatentur, quasi eo velint
significare, se non simplicem, & indiuiduam
personam substinere, sed ratione potestatis,
dignitatisue plures rapresẽtare, quorũ exem-
plis Iudices introduxerunt in sententijs in
plurali locutione loqui, notarunt *Glos. in cap.
cum ab vno 4. de sentent. & re iudic. in 6. Bald.
in l. hac lege circa finem sub num. 16. vers. quid
ergo, & in l. 3. in fin. nu. 8. vers. in glos. C. de sen-
tent. ex peric. recit. Pract. Papiens. in forma sen-
tent. interloc. super incomp. in verb. nos Berardi-
nus num. 1. fol. 370.* & latè comprobat *Scaccia
in tract. de sententia, & rei indic. glos. 2. nu. 1.*
vbi latè, quod re vera magis conuenire de-
bet Supremis Magistratibus, quam Iudici-
bus inferioribus, qui non sicut illi pars cor-
poris Principum esse dicuntur, & videtur af-
firmare idem *Limneus d. cap. 6. num. 5.* qui di-
xit, quod Prætor in interdicto vti possidetis,
non contra vnum possessorem in plurali nu-
mero locutus fuit, sed contra plures, vbi ci-
tat *Donellum in l. vnica, C. Vti possidetis num. 6.*
sicut si infimæ conditionis personæ, in plu-
rali numero alloqui præsumant, in derisio-
nem loqutionem conuertent, *Maiol. lib. 2.
dier. canic. collat. 6. pag. 106. Limn. d. cap. 6. n. 8.*
Et dum de modo proferendi sententias loquor,
aduertendum est, quod Consiliarij nostri Sa-
3 cri Consilij, quando proferunt sententias, nõ
solum dicunt, *S. Consilium declarat condem-
nandum esse, v.g. vel absoluendum,* sed etiam
subdunt, *prout præsenti decreto absoluimus,
vel condemnamus.* Sed re vera talis obseruan-
tia procedere deberet in Curijs inferioribus,
in

in quibos non ſufficit dicere, *decernimus eſſe abſoluendum, vel condemnandum*, ſed debent etiam dicere, *prout præſenti decreto condemnamus, vel abſoluimus*. ita *Bart. in l. ſolent. ff. de offic. Proconſul. Imol. Alex.* & alij *in l. 1. §. ſi quis ita. ff. de verbor. oblig.* ſed in Principe, & in Supremo eius Conſilio, ſufficit declarare aliquem eſſe abſoluendum, vel condemnandum, ſunt tex. in *l. Æmilius ff. de minor.* ibi: *Pronunciauit in integrum reſtituendum*, & in *l. poſt legatum §. à liberis, ff. de his, quib. vt indign.* ibi: *Et de libertate D. Pius iudicauit eam eſſe priuandum*, & in *l. ſi accuſatoribus, C. de accuſat. Alex. in l. 1. §. ſi quis ita ff. de verborum oblig. Sarmient. lib. 1. ſelectar. cap. 14.* & ita antiqui proferebant ſententias, ſcil. *Condemnandum, vel abſoluendum pronunciamus*, in iſtis enim Supremis Curijs idem eſt condemnare, vel abſoluere, ac condemnandum, vel abſoluendum pronunciare, *Gloſ. in l. non diſtinguemus §. ſi plures, ff. de arbitris, & in verb. conſenſerint, Xamar. de offic. Iudic. par. 1. qu. 14 à num. 14.* & hoc modo conciliatur *Bart.* ſibi contrarius in *d. l. non diſtinguemus, §. ſi plures*, vt hic loquatur de Curijs ſuperioribus, at in *l. ſolent ff. de offic. Proconſul.* vbi voluit requiri expreſſam condemnationem, locutus fuit *Bart.* de Curijs inferioribus, in quibus Curijs Iudex debet condemnare, vel abſoluere, ſecus in gredo appellationis, *Fermoſin. in tract. de except. in rub. de ſent. & re iudic. quaſt. 3. num. 1. & 2.*

Imo etſi nullum aliud proferret verbum Præfe-
4 ctus Prætorio, niſi *Abſoluo*, vel *Condamno*, id tantum ſufficit, *Iaſon, & DD. in l. 1. ff. de offic. eius, Chaſſan. in Catalog. glor. Mund. par. 7. conſid. 7. Surgente de Neap. illuſtrat. cap. 18. num. 4.* In criminalibus vero valet ſenteotia, qua Iudex pronunciat Titium alicuios criminis Reom decapitandum, vel relegandum eſſe, licet non addat, prout præſenti decreto decapitari, vel relegari iobemus, quia verba Iudicis factum executionis reſpiciunt, & condemnatio videtur comprehenſa in ſeotentia, *arg. l. 2. ff. de iuriſd. omn. Iudic. l. ad rem*
5 *mobilem. ff. de procur.* Nõ tamen poſſom comprobare, *Bart.* opioionem *in l. ait. Prator, §. ſi Iudex, ff de re iudic.* quem ſecuntur *Iaſon in l. admonendi nu. 16. ff. de iur. iurand. Pract. Papienſ. in forma ſententia definit. in gloſ. incip. primo quidem, Ant. Gabriel. in ſuis commun. lib. 2. tit. de ſent. concl. 1. num. 20.* quos refert, & ſequitur *Tortus in annot. ad ſtat. Papia. ſtat. 5. num. 157.* qui voluerunt, quod valeat ſententia, quando Iudex dicit, *Abſoluo abſoluendum*, vel *condemno condemnandum*, ſed verior eſt ſententia *Sarmient. lib. 1. ſelectar. interpr. cap. 13. num. 2. & 8.* aſſerentis talem ſententiam nil concludere, quia indiget alia ſequenti ſententia, ed videndum an ſit abſoluendus, vel condemnandus, & hoc modo tempos futurum amplecteretur ſententia, non præſens, & dum ad præſens nil ſtatuit, nullum producit effectum.

Aliam etiam PRÆSTANTIAM cognoſcas in proferendis ſententijs per noſtrum S.C. nam
6 ſententiæ M. C. Vicariæ Regiarum Audientiarum, & aliarum Curiarum inferiorum noſtri Regni ſubſcribũtur ab ipſis Iudicibus, qui eas ordinarunt, nam omnia, quę à Iudicibus pronunciantur, & iubentur, ab eis ſignanda ſunt, *Souſa dec. 59. Themud. dec. 336. nu. 9.* Imo & ipſi Iudices, qui in contrariam acceſſerent ſententiam, & fuerunt victi à maiori parte aliorum Iudicum, etiam omnes tenentur ſententiam ſubſcribere, vt docent *Paleot. de Sacr. Conciſt. par. 5. qu. 9. verſ. cui dubitationi, Franc. Marcus qu. 511. par. 2. num. 12. Reg. Rouit. in prag. 44. nu. 8. de Offic. S.C.* licet aliter alicant procedere in ſeotentia iniuſta, quam non tenentur ſubſcribere Senatores Victi, tenent *Paleot. loc. cit. Madariaga in lib. de Senatu cap. 35. Diaz. in tract. de parlam. reſol. 30. Leſſius de Iuſt. & iur. lib. 2. cap. 29. dub. 10. Solorzan. in polit. Indian. lib. 5. cap. 8. pag. 820.* & etiam in cauſis delegatis ſuffragium ſernnt victi Iudices, *Mendus in praxi par. 2. lib. 3. cap. 21. §. 6. num. 29. verſ. limita*, Hoc autem procedit in cauſis criminalibus, non in ciuilibus, nam in iſtis non teneotur ſubſcribere victi, dixit *Mendus in praxi par. 2. lib. 3. cap. 21. num. 79.* vide *Salgad. de reg. protect. par. 4. cap. 12. num. 1. & ſequ. Coſta in domo ſupplicat. annot. 4. num. 4. Caſtill. lib. 4. controuer. cap. 10. num. 30.* Nihilominus ſenteotiæ no-
7 ſtri Sacri Conſilij ſubſcribuntur taotom ab vno Conſiliario Commiſſario, ſi ſunt ſententiæ definitiuæ, ſed ſi ſunt decreta interlocutoria, tantum à Secretario ſubſcribuntur, & ſic de ſtylo obſeruamus, & ita cenſuit *Coſta in l. ſi ex cautione in verb. tua num. 3.* ſufficere ſententiam ſcriptã eſſe, licet non ſubſcriptam ab ipſo Iudice, eo magis erit dicendum ſufficere ſententias noſtri Supremi Senatus ſubſcribi à Magnif. Secretario dicti S. Conſilij, ob eius decorem, & authoritatem. In Rota vero Romana Auditores Rotæ ſubſcribunt ſenteotias, ſicut in Senatu Floreotiæ extat conſuetudo ſubſcribendi ſententias, vt teſtatur *Scaccia de ſentent. & re indic. gloſ. 16. num. 19.* vide ad materiam *Souſam dec. 59. Pegas reſol. for. cap. 1. num. 32. & ſeq. Caldas de empt. & vendit. cap. 35. num. 4.* qui docet, quod ſi Iudices non ſe ſubſcripſerint, non incurrit ſentẽtia in notam nullitatis, quod etiam fundat *Scaccia de ſenten. & re indic. gloſ. 16. per tot. & pracipuè nu. 11. vide Trentacinq. lib. 1. var. reſol. 5. n. 13. per l. 1. ff. de liber. & poſthum.*

Alia PRÆSTANTIA notatur in ſententijs noſtri Senatus, nam de iure Iudices inferiores non

8 non solum debent sententiam scribere sed etiam per eos est recitanda partibus, sc. legenda per eundem Iudicem, vt in *Nouella 17.* & *28.* nec potest alteri mandare lectionem prædictæ sententiæ, *cap. fin. de re iudic. in 6.* notat *Bart. in l. 1. num. 1. notab. 1. C. de sentent. & peric. recit. Maranta in suo specul. Iudic. in verb. & demum fertur sententia num. 49. & num. 56. Vantius de nullit. tit. de nullit. ex defect. process. num. 88. Seccus. in regul. 249. Iudex sententia*, vbi limitat multis modis, *Tortus ad statuta Papie* 126. post alios *Scaccia de sentent. & re indic. glos. 12. num. 1. & seq. & glos. 17. num. 1.* & nota PRÆSTANTIAM d. nostri Senatus, quia sententiam debet Judex legere per se ipsum, *Glos. in dist. 20. initio in ver. scientia*, aliter sententia non valeret *Bart. & Paul. de Castr. in l. vterque initio, C. de sentent. & peric. recit. Specul. in t. t. de sentent. §. iuxta nu. 11. in fin. vers. item non valet, lib. 2. fol. 162.* nec sufficit per alium legere, puta per Assessorem, nam omnino debet ipse legere à principio vsque ad finem, post omnes *Scaccia dict. glos. 12. num. 10.* vbi fatetur ita seruari Bononiæ, & Florentiæ, at in nostro Sacro Consilio, quia Iudices sunt superioris ordinis, & Illustres, sententiæ recitantur per Magistros actorum, vt in *tit. Cod. de sentent. ex peric. recit.*

Etsi in prædictis habeant supra expressas prærogatiuas sententiæ Supremi Cõsilij, attamen in multis alijs casibus æqualiter procedunt cum sententijs Curiarum inferiorum, & primo cognoscitur circa eundem modum sententiandi, nam tam Supremi Magistratus quam Iudices inferiores debent sedere, quã
9 do sententias proferunt, ita videtur ordinasse *Imperat. in §. sanc. mus, Auth. Vt ab Illustribus collat. 5. & in § sedebunt auth. de Indic. vt nullat. &c.* idem habemus de iure canonico in *cap. vltim. de sent. & re iudic. Speculat. in tit. de sentent. & de his, qui eam sequntur §. iuxta num. 10. vers. item est nullam lib. 2. fol. 172. Fermosin. in rub. de sentent. & re iudic. qu. 4. à nu. 10. pag. 237.* qua iuris sollemnitate omissa sententia nullitatis vitio laboraret, *Vantius de nullit. in tit. de nullit. ex defect. process. sine ordin. num. 84. fol. 416. Scaccia de sentent. & re indic. glos. 8. num. 5.* ita legimus obseruasse Iuljum Cæsarem Imperatorem qui nunquam in nocte cubans, aliquando in prandio, sed sæpè cum Primatibus Ciuitatis sedendo ferebat, iuxta *l. humanum, Cod. de legibus, Surgente de Neap. illustr. cap. 18. numer. in fin.* animus enim quiescendo, & sedendo sententias fit prudentior, vt dixit *Arist. lib. 2. de anima*, quia non distrahitur ad externas intentiones, sed totus laborat circa intelligantias causæ, quæ proponitur. Et adde quod ex hac forma sedendi, vtitur Iudex quadam maiori authoritate, quæ causat partibus maiorem reuerentiam, vt post alios notat *Scaccia loc. cit. num. 6. 7. & 8.* nisi essemus in causis summarijs, nam in istis potest Iudex etiam non sedendo sententiam ferre, *clem. sæpe in fin.* & ibi cõmuniter DD *de verb. signific. Vantius de nullit. d. num. 84. tom. 4. fol. 416 Scaccia loc. cit. num. 11. Maranta in praxi par. 6. in verb. & demum fertur sententia nu. 55. in fine fol. 440.* vbi affirmat, quod Iudex in nostro Regno etiam non sedendo potest in omnibus causis sententiam ferre, quia omnes causæ sunt summariæ. Vel quando esset timor violentiæ, nam hoc casu ob iustum timorem potest non sedendo sententiam propalare, prout accidit in Ciuitate Genuæ, vbi Iudex timens partem, quia intendebat lata sententia fugere, super equo sententiam tulit, quam validam fuisse probat idem *Scaccia in eod. tract. glos. 7. qu. 4. spect. 2. n. 24.*

Similiter requiritur in sententijs tam supremorum, quam Inferiorum Iudicum tempo-
10 ris data, quo fuit lata, ad finem cognoscendi, an fuerit prolata in die iuridico, vel feriato, & pro alijs effectibus, qui resultant ex temporis data, circa tempora appellationum, earumque executiones, & similes causas, vt affirmat *Scaccia in eodem tract. glos. 17 num. 6.* & præcipuè vt in sententijs Supremi Consilij tempus datæ sit exprimendum, dixit *Rebuffus in praxi benefic. tit. de form. lit. conf. num. 19.* Eodem modo in rescriptis, & diplomatibus tempus diei mensis, & anni est apponendum, *l. generaliter, C. de fabular. lib. 10. l. si qua C. de diuer. rescript. Iason in l. admonendi de iure iurand. num. 163. Alfar. de offic. fiscal. glos. 43.* sicut in instrumentis à Tabellione confectis, *l. optimam*, & ibi omnes *C. de contrab. & committ. stipul.* & in multis alijs actibus refert *Alfar. dict. glos. 43.* multa vide apud *Ferdinand. de Mendoza de concil. Illibert. confirm. lib. 1. cap. 10. ex vers. sed verior, Guther. de offic. dom. August. lib. 1. cap. 36. Gonzalez ad reg. 8 cancel. glos. 12 num 45. & glos. 55. num. 23.* post alios *Fermosin. in cap. Sanctæ Crucis de rescript. qu. 30. num. 8. & seq.* & an tempus datæ attendatur, *Riccius collect. 476.*

Et tandem aduerto sententias quorumcumque Iudicum præbere titulum, nil differentem
11 ab alijs titulis, qui præstant iustam causam ad translationem dominij, post alios *Garsias de nobilit. glos. 8. §. 1. num. 2.* sed cum eis debet cumulari executio, quæ habet vim traditionis, quando sententia exequitur, *l. 1. C. de exeqution. rei iudic. l. ab executione, C. quorum appellationes non recip. l. is cui §. missus, ff. vt in possess. legat. DD. in l. miles, §. qui iudicati, ff. de re iudic. Garsias loc. cit. nu. 3. Marta dec. Pisan. 17. n. 10.* qui alia iura, & DD. refert.

PRÆ-

PRÆSTANT. XXXVII.

Præſtantia S. Conſilij Neapolitani eſt, vt ab eius ſententijs non ſoluatur Vectigal litigatorium.

SVMMARIVM.

1 *Lites naturaliter homines amant.*
Homines ad diſſentiendum naturaliter naſcuntur.
2 *Lites procurarunt euitare Imperatores laude, & vituperio.*
Lites qui effugiunt, laudantur in iure.
3 *Lites qui ſequuntur vituperio notantur.*
Litigioſus homo bonus vir non extimatur.
4 *Litigantium temerè licentia, multis pœnis pecuniarijs ab Imperatoribus fuit compreſſa.*
5 *Vectigal eſt nomen analogum, quod etiam œconomiam ſub ſe continet.*
6 *Tributa omnes gentes exſoluunt.*
Tributa pro leuiſſimis, & minimis cauſis Princeps Ethnici exigerunt.
7 *Iudicibus, & Officialibus ſunt ſtipendia ſoluenda de publico ærario.*
8 *Vectigalia illa iuſtiſſima ſunt, quæ vitia reprimunt, delicias minuunt, & libidinum repellunt.*
Vectigal iuſtum indicatur, quod pro litibus repellendis indicitur.
9 *Litibus Vectigal impoſuerunt Hæbrei, Atheníenſes, & Romani Imperatores.*
10 *Vectigal litigatorium etiam Galli impoſuerunt, ſicut & Luſitani.*
11 *Litigantes coram Senatu Neapolitano non ſoluunt vectigal.*
Salaria Officialibus a Fiſco ſolui debent.
12 *Salaria Officialibus de iure Hiſpaniæ de bonis communibus ſoluuntur.*
Officiales exigentes ſportulas vltra taxam de iure hiſpano ſtatutam, pœna ſeptupli puniuntur.
13 *Sportulas antiquitus exigebant Officiales pro decima portione.*
Sportulæ debentur etiam ſi partes transfegerint, & quando.
14 *Vectigal introductum ſuper Chartis litigatorijs, vulgo Chartis bullatis, ad vſum Belgii vectigalis fuit à Rege deletum in hoc Regno.*
Vectigal omnium litigiorum Rex Galliæ aboleuit.
15 *Dirictus caroleuorum quindecim pro quolibet centenario, qui exigitur in Senatu Neapolitano pro eius ſententijs, non ſoluitur pro iure vectigalis, ſed pro augumento Salarij Conſiliariorum.*

HOmines naturaliter lites amant, *l. item ſi vnus ff. de recept. arbitir. cap. per prud. de offic. Deleg.* & quia pectoribus mores tot in-
1 ſunt, quot in Orbe figuræ, ideo non vnum
velle in omnibus inſidet, *l. quia pot. ff. ad S. Conſ. Trebell. l. 2. ſ. deinde quia ff. de reg. iur.* ſed ad diſſentiendum naturalis facilitas, *d. l. item ſi vnus ſ fin.* & talis pertinacia inter litigãtes perdurat, vt narrat *Heredot.* de duobus fratribus Euriſtene, & Procle, quod toto vitæ tempore inuicem litigarint. & quod animas prius efflauerint, quam à litibus receſſerint, *Thom. Garzon. diſcurſ. 12. della piazza vniuerſale pag.* 938. iſtarum cauſas indicat eſſe multas leges *Plato lib. 5. de legibus*, vbi enim plurimæ leges, ibi & lites, itemque mores improbi, latè *Solorzan. in emblem.* 68. *per tot.*

Multis modis Imperatores, & Reges has lites procurarunt euitare, vel repellere à ſuis do-
2 minijs, vti cauſas multorum malorum, laude
ſcilicet, vel vituperio, homines ſc. laudando, qui illas aborrent, vel illos vituperando, qui eas ſequuntur. Laude dixi, quia in iure commendantur, qui lites effugiunt, qui ſcilicet malũt ius ſuum indeciſum relinquere, quam in iudicio contendere, *cap. nihil 2 vbi Pano. & Felin. in prin. de præſcrip. Iaſon in l. filio præter 87. num. 3. ff. de leg. 1. Vueſſenbec. conſ. 23. num. 39. tom. 1. Ayrer par. 1. proceſſ. iudic. cap. 2. obſeru. 3. num.* 18. vbi ex ſacris literis id conuenire ſuadet, & certè ſatius eſt, rem totam petenti, dimidiam partem dare, quam pro tota litigare, *Gonzales ſuper reg. 8. cancel ar. ſ. 7. proæm. nu.* 18 experientia enim docuit, vt qui dimidia, ſeu alia mediocritate contempta totum optauit, vtrumque amiſit, vt conſiderant *Io: Spinons. de tranquillit. animi lib 1 pag. 15. Boter. lib. 1. de illuſtr. ſtat. cap. 17. pag.* 137. & ipſe Saluator noſter lites deteſtandas dixit *Matthei cap. 5. verſ.* 40. *Qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium, cap. 1. ſ. 1. 14. qu. 1 Gonzales in d. regul. 8. ſ. 7. proem. nu.* 18. merito Chriſtus Apoſtolos ſine auro miſit ad prædicandum, vt ipſis ſubtraheret cauſam litis, dixit *D. Ambroſ.* & habetur in *cap. ira 11. qu. 3. Ordelaph. ad l. fin. num. 118 ff. de rei vendic.*

E contra vero vituperio notantur, qui in lites inuoluuntor, iudicantur iſti calumnioſi, & à
3 legibus exoſi, *Barbat. conſ. 7. lib. 2.* vbi ſubiun-
git, quod qui de leui litigat, non ſit admittendus in teſtem, nec in accuſatorem, *Barbat. conſ. 32. lib. 4. vol. 2. Specul. tit. de præpar. iudic. pag. 1. num.* 2. ideo omnia iura lites abhorrent: *Anton. Piagg. de tutor. & Curator. qu. fin. num. 12. Ludouic. Gomes in cap. diſpendia nu. 12. de reſcrip. in* 6. Similiter noſtri Romani lumine naturali tantum imbuti, iudiciorum mole-

molestias etiam aborrebant, nec bonum
virum existimabant eum, qui frequenter in
his versaretur, *Olderdoph vol. 1. Cons. Accadem.*
Marpurgen. 5. num. 7. ex his concludunt DD.
Christianos debere lites ab eorum priuatis
domibus expellere, vt quietè viuant, *Iason*
in l. fin. num 1 ff. de leg. 1. Felin. in cap. vltim. de
præscript. Neuizan. in sylua nuptial. lib. 6. num.
12. Tiraquell. de iure retract. par. 1. §. 8. glos. 7. n.
20. & seq. Pinell. in l. 1. par. 3. num. 45. C. de bon.
mater. Pruckm conf. 2. num. 145. & monet *Ec-*
clesiast. cap. 28. Abstine à lite, & minues peccata.
Et quia hæc est mortalium conditio, vt lites ad
longum tempus protrahere non erubescant,
aspicientes Romani Imperatores, quod nec
4 laus, nec opprobria litigantes à litibus remo-
uerent, conati sunt effrenam licentiam liti-
gantium certis pęnis cohibere, & hoc ne dum
modernis temporibus, sed à priscis æuis Ro-
manorum legimus ordinatum, nam tempo-
re Neronis fuit sancitum. *Vt qui perperam ad*
Principem, vel Senatum prouocassent, pecuniam
pana nomine in Erarium ferre, & mulctam
soluere cogerentur, vt tradit *Alexand. ab Ale-*
xand. in dies genial. lib. 4. cap. 6. & Cornelius
Tacitus lib. 14. refert aliam constitutionem
illius Reipublicæ ordinantis: *Vt qui à priua-*
tis Iudicibus ad Senatum prouocassent, eiusdem
pecunia periculo subiacerent, cui se submittunt
qui ad Imperatorem appellauere, legimos etiam
apud *Suidam* relatum à *Christin. dec. Belg. 150.*
num. 1. tom. 2. quod vterque litigans Reus
scilicet, & Actor certam pecuniam in iudi-
cio mulctæ nomine deponerent, à victo in
Rempublicam redituram, idem refert *Sue-*
tonius cap. 40. de Calligola, qui pro litibus, &
iudiciis vbicumque conceptis, quadragesi-
mam summam de qua litigabatur exigebat,
nec sine pœna si litigans conuinceretur rem
litigiosam donasse, vel composuisse, & de
hoc credò loqutum fuisse *Alexand. ab Alex.*
in dies genial. lib. 4. cap. 10. vbi dixit, quod
apud Romanos pro litibus, atq; iudicijs qua-
dragesima pars summę litigiosę exsoluebatur.
Non minus Athenienses in litis exordio cer-
tā pecuniæ quantitatem deponebant, nempe
decimam partem eius super quo litigabatur,
qua mulctabatur temerarius litigator, quod
etiam apud Romanos obseruatū fuisse refert
Io: de Deo in tract. de caut. seu cauill. lib. 1. cap.
6. nu. 5. & lib. 6. cap. 5. num. 1. alia exempla
tradunt *Laurent. Bouchel in sua bibliotheca iu-*
ris Franc. relatus à *Christin. loc. cit. Tholosan.*
lib. 3. de Republ. cap. 6. Io: Ordelaph. ad l fin. nu.
102. ff. de rei vindic. Valentin. in parthen. liti-
gios. lib. 1. cap. 2. num. 17.
At cum nec pœnæ timor populos à litibus con-
tineret, cognoscentes Principes subditorum
necessitatibus alio modo prouideri non pos-
se, nisi in foris, & prætorijs iustitiam administran-
tur, & quod in artem machanicam litigio-
rum exercitium fuerit conuersum, saltem ad
cohibendum litigantium importunas licen-
tias, Vectigal iudiciarium constituerunt. Est
enim Vectigal vox Analoga, vt voluit *Knich.*
de Saxon. non prouocan. iure in verb. Ducum
5 *Saxonia cap. 5. num. 78.* Nam in genere
sumptum omnem causam, & prouentum
resultantem significare potest, vt habemus
apud *Ciceron. 6. paradox. & lib. 4. de republic.*
vbi laudans bonam œconomiam hæc ver-
ba protulit: *O Dij non intelligunt homines,*
quam magnum vectigal est parsimonia, & con-
firmant *Tiraquell. de retract. ligniag. §. 1.*
glos. 6. num. 2. Limneus de iure public. discurs.
18. thes. 14. tom. 3. quod monuit etiam *Mece-*
nates Augusto teste Solorzan. in emblem. 85. nu.
19. quem consulebat, diuitias magnas colli-
gere posse, non tam multa accipiendo, quam
non moltos sumptus faciendo.
Sed omissa hac generali Vectigalium significa-
tione, loquimur de illis Vectigalibus, quæ
à Principe imponontur pro publicis necessi-
tatibus, quæ comprehendunt omne id, quod
Fisco debetur, *Cuman. cons. 162. visa copia in*
6 *princ.* de quibus fatetur *Tacitus lib. 11.* nullam
gētē vnquam fuisse, quæ Regibus suis, & Ma-
gistratibus Tributa de publico nō solueret; de
istis rigorosis Tributorū exactionibus Prin-
cipum Ethicorum plura scripserunt historici,
nam pro Aere exactum fuisse à Poscenio Ni-
gro refert *Spartianus*, pro Cœlo, & alijs minu-
tissimis causis tradit *Beyerlinch. in Theatro in*
verb. tributum pag. 211. litt C. & D. imo eò
vsque progressa fuit dominātium cupiditas,
vt etiam pro Vrina Vectigal imposuerit Ve-
spanianus Imperator, teste *Bodin. de republic.*
lib. 6. cap. 2. pag. 1024. & pro Vmbra exactum
fuisse scripsit *Plinius lib. 12.* & aliorum men-
tionem fecit *Arnold. Clapmar de arcan. re-*
rum public. lib. 5. cap. 14. Sed apud Principes
Christianos, Vectigalis pensio olim octaua
pars fuit illarum rerum, quæ vehebantur,
per tex. in *l. ex præstatione C. de Vectigal. &*
commiss. Couarr. in regul. peccatum par. 2. §. 5.
num. 1. Andreas de Isernia in tit. Quæ sint re-
galia in §. vectigalia.
De hac speciali tributorum præstatione loquen-
do, quæ imponitur pro Officialium substen-
tatione dico, quod hæc iusta ab omnibus re-
7 putatur, nam cum isti pro Republica labo-
rant, eam regendo, & in pace conseruando,
& defendendo, recta ratio postulat, vt vicis-
sim Respublica eis stipendia subministret,
quæ ex Regio Erario sunt ante omnes sum-
ptus anteponenda, dum summam rerum
quasi totius pignoris causam saluam faciunt.
Recc. de offic. rub. 10. num 9. ex traditis ab [illegible]
flict. in constit. Regni Magistri Camerari sub tit.
de ordin. Iudic. num 16. alijque à me cu[illegible]

Præ

Præft.de Salario Confiliariorum. Et quia illa
Vectigalia funt Deo, & Populis gratiffima,
Principipibus honeftiffima.& Plebi vtiliffima,
8 quæ rebus illis imponuntur, quę ad euitãdos
corruptos ciuium mores, quæ ad delicias mi-
norandas,quæ ad luxũ, vel ad libidinẽ repel-
lendã indicuntur, vt bene confulunt Politici
apud *Bodin. de republic. lib. 2. cap. 2. & Arumena de iure public. vol. 3. difcurf. 15. tit. de Regal. nu.* 90. ideo cum Principes confideraue-
rint multa mala ex litibus refultare, pro-
pterea nonnulli Reges vectigal hoc de litigijs
fumendum indixerunt, vt fcilicet liti-
gantium temeritas ex eo corrigatur, *Bodin. lib. 6. de Republic. cap. 2. Vnarem. de Exemb. de Reg. fubf. & oner. cap. 5. num. 53. Bertachin. de gabell. par. 8. memb. 4. in princ. Arnifæus lib. 3. de iur. Maieft. cap. 7. num. 5. Valentin. d. lib. 1. cap. 2. num. 18. pag. 36. Camman de regal. difp. 11. thef. 66. Bornit lib. 4. de Erario cap. 4.*
vbi iuftum vectigal appellat, quod ex caufa
pœnæ iniungitur, qua homines à litibus, &
vitijs deterrentur, & emendantur, imo nul-
lum validius remedium breuiãdarum litium
excogitari poffe, quam Vectigal litibus con-
ftituere, cenfuit *Valentin loc. cit. lib. 2. cap. 6. num. 36. pag. 467.*
Et primo apud Hebreos talẽ legem viguiffe, le-
gitur in *lib. Rabbi Maymon. lib.* 3. vt affirmat
9 *Anton. Zara in anatom. ingen. fection. 2. memb.*
16. Sic Calligula litigantes mulctabat, vt Fi-
fco quadragefima fummæ rei litigiofæ
Vectigalis nomine folueretur, & taliter, vt
non liceret impunè litem motam compo-
nere, vt omnino litis vectigal exigeretur,
Petrus Gregor. Tholofan. lib. 3. de Republ. cap. 6. Ordelaph in l. fin. num. 102. ff. de rei vindic. Cyro Spont. lib. 9. del gouerno di ftato cap. 4. pag. 250.
Ita etiam Cleomedes Spartanorum Rex, non
ius verum in cognitionibus litium, fed fo-
lum magnitudinem opum fpectauit, ficut
etiam de Muciano fcripfit *Tacit. lib. 2. hiftor. vbi Annot. Scot. num. 10 pag. 827.* Et etiam
Athenienfes in litis exordio certam pecu-
niæ quantitatem deponebant, *Valentin. in parthen. litigiof. lib. 1. cap. 2. num. 19. pag. 36.*
vbi idem dicit obferuaffe noftros Romanos,
Imo apud eofdem Romanos talem legem
extare contra temere litigantes habetur in
auth. generaliter C. de epifc. & Cleric & §. hac autem inftit. de pæna temere litig. Sueton. cap. 40. & Ant. Zara loc. cit. fect. 2. memb. 16. verũ
de iure communi tale decimarum vectigal
erat foluendum, tam ab Actore, quam à Reo
Soufa dec. 67. per tex. in d. auth. generaliter, quę
de actore loquitur, fed fi foluerit tale vecti-
gal actor, feu victor, poterit à victo illam
exigere, *Thom. Valafch. alleg.* 82.
Sic apud Gallos per legem illius Regni fanci-
tum fuiffe fatetur *Tympius in fpecul. boni ma-*
10 *giftr. par. 2. fign.* 12. apud quos etiam depone-
batur certa fumma, *Valentin. dict. lib. 2. cap. 6. num. 36. pag.* 467. fed non dicunt quo tem-
pore, & à quo Rege, at inueni apud *Bodin. lib 2. de Republica lib. 6. pag.* 1036. hoc ftatu-
tum fuiffe à Carolo Nono Galliarum Rege,
qui iudiciarium vectigal Gallis indixit, eo
confilio impofitum, vt effrenata licentia co-
hiberetur, & lites minuerentur, quo auxilio
nullum remedium afflicti Erarii vtilius, &
Regno Galliæ litium innumerabili multitu-
dine oppreffo, fplendidius excogitari po-
tuiffe, teftatur *Bodin. loc. fup. cit.*
Et apud Lufitanos tale vectigal fuit liquida-
tum in decima parte fummæ in fententia
contentæ, contra Reos condemnatos, afferunt
Cofta in domo fupplic. annot. 13. num. 6. & annot. 18. num. 13. Cabed. par. 1. dec. 16. 17. & 18. & par. 2. arreft. 84. Thom Valafc. alleg. 95. 98. & feq. Mend. in prax. lib. 3. cap. 18 num. 7. Pegas ad ordin Portugal. lib. 1. tit. 20. §. 3. tom. 2. fed de iure illius Regni, folum folui debet à
condemnatis, non à victore, *Cabed. dict. dec. 16 num. 2. par. 1. Pegas loc. cit num. 5.* qui
num. 7. dicit effe illud foluendum in fenten-
tia definitiua, non de decretis interlocuto-
rijs. *Barbof. in l. fi debitor num. 91. cum feq. ff. de iudic* quod vectigal hoc tempore quo lites
exardefcunt, fi Principes duplicarent, non tot
diffidijs circumfonarent vbiuis locorum fo-
ra, & Rabularum forenfium commercia ma-
gis fugerent, vt confulit *Beyerlinch. in theat. vitæ hum in verb. Vectigal pag. 134. lit. B. tom. vl.*
Sed PRÆSTANTIA noftri Sacri Confilij eft, vt
tale vectigal condemnatorium non foluatur
11 à litigantibus, pro fententiis à noftro Se-
natu prolatis, noftri enim Munificentiffimi
Reges, non tam auidi Tributorum in fuis
dominiis Regna gubernant, fed de fuo Era-
rio foluunt falaria omnibus Officialibus Iu-
ftitiæ, qui Tribunalibus affiftunt, in hoc fe
conformes reddunt iuri communi, de quo
iure falaria officialibus à Fifco folui debent,
auth. de mandat Princip. §. oportet, iuncta glof. in parte miniftrantis col. 3. & in §. feftinabis, & in §. illud, & in auth. de quæftorib. §. maxime col. 6. Afflict. poft Andream de Ifernia in conftit. Regni in cap. fuper incifionib. Nunnoz de Auendano de exeq. mand. par. 1. cap. 2. num. 7. verf. & hæc. Imo liberalius afpicitur Rex no-
fter Hifpaniarum erga nos Italos, quam
in alijs fuis Regnis Caftellæ, nam de
iure illorum Regnorum, de bonis com-
12 munibus Ciuitatum ftipendia Officialibus
foluuntur, & illis nõ fufficientibus imponi-
tur collecta, vt lego in *l. 7. tit. 6. lib. 2. ordin. quæ eft lex 5. tit. 5. lib. 3. recompil. Nunnoz de Auendano d. cap. 2. num. 7. verf. hodie autem*
quæ Collecta per capita imponitur, iuxta do-
ctrinam *Bart. in l. 1. C. de muner. col. 3. lib. 10.*

Alex.conf.68.col.1. vol.2. Auend. loc.cit. adeo quod si sportulas vltra taxam legalem, vel localem, quæ de iure Hispaniæ *Aranzel* appellantur, Officiales exegerint, puniuntur de illo iure pœna septupli, vt per leges illorum Regnorum demonstrat *Auendan. loc.cit.num.* 10. vbi in eod. *num.* 10. *in fin.* subdit, quod irremisibiliter talis pœna exigitur, leuato velo, & sine ordine iudiciario, nec aduersus eam admittitur appellatio.

Hæc enim PRÆSTANTIA nostri Senatus eo
excelsis aspicitur, quo magis iura commu-
13 nia consideramus, nam aliquando deci-
ma dabatur Iudicibus, vt notat *Glos. in cap.*
cum ab omni de vita, & honest. Cleric. aliquan-
do non certa quātitas, sed pro labore ab vtra-
que parte aliquod Officialibus dabatur, no-
tat *Glos. in cap. offeratur 4. qu.4.* sic submini-
strabantur sportulæ, vt in *l.fin. C. de priuileg.*
schol.lib.12. & refert *Iason in §. tripli instit.de*
action. & cum in alijs locis introducta fuerit
varia consuetudo exigendarum sportularum,
vt notat *Glos. in d.auth.de Iudicib.§.ne autem,*
& aduertit *Speculat. in tit.de salario, §.1. §.in*
præmissis tamen, quem sequitur *Abbas in*
cap.cum ab omni de vita, & honest.Cleric. & ex
istis varia damna oriebantur, & dabatur oc-
casio variarum exactionum in damnum Po-
pulorum, imo etiam sportulas percipiebant
quando partes transigebant eorum contro-
uersias, si Iudices ad sententiam proferen-
dam laborauerint, iuxta tradita per *Roman.*
Valeron de transact. tit.5.qu.2.num.12. Pegas
ad ordin.Portugal.§.34. num.14.pag.586.to.2.
ideo Rex noster ex publico Ærario suos offi-
ciales substentat, sublato quolibet abusu in-
troducto in damnum suorum subditorum.

Eadem benignitate motus Rex noster Clemen-
tissimus, licet prius, ipso non bene instructo
14 (ad compescendam litigantium ferinam na-
turam, & ad repellendas lites) fuerit in hoc
Regno introductum quoddam Vectigal, cir-
ca annum 1640. super Chartis litigatorijs,
seu forensibus scripturis, regio sigillo atra-
mentoso signatis, cum designatione anni
tunc currentis, quæ Chartæ bullatæ nun-
cupabantur, & soluebantur pro quolibet pa-
pyro grana decem, pro quo vectigali exi-
gēdo fuit ordinatum, nullas scripturas foren-
ses ad iudicium produci potuisse, & vim, & ef-
fectum apud acta consequi posse, nisi fuissent
descriptæ in papyris certi generis, ad hunc
vsum destinatis, & certo pretio æstimatis,
quod credo fuisse introductum ad exem-
plum Ordinum Confederatorum in Belgio,
vbi simile Vectigal litigatorium exigebatur
in anno 1656. vt scribit *Laurent. Beyerlinch.*
in theatr.vitæ hum.in verb.Vectigal.pag.15.lit.
A. tom. vlt. attamen considerans Rex noster,
quod licet solutio per exigua videretur, tā-
men ex quo frequentissimus erat illarum
vsus, & paucorum denariorum congeries re-
cepisset, quod grauissimum visum fuerat,
petita in notabilem cumulum excreuere,
propterea ex Regis benignitate Vectigal
prædictum fuit deletum in anno 1647.
Non minus Christianissimi Reges Gallia-
rum omnium litigiorum Vectigal sustule-
runt, vt referunt *Antimachia.lib.2.par. 197.*
Herman.Lather.lib.2.de censu cap.5 num.58.
Valentin.in d.lib.1.cap.2.nu.19 pag.36.

Sed potest replicari per Censores præsentis ope-
ris, cur inter PRÆSTANTIAS nostri Sacri
Senatus retuli istam exemptionem suarum
sententiarum ab onere Vectigalis condem-
natorij, dum videmus, quod hodie soluitur
Consiliarijs derictus carolenorum quinde-
cim pro quolibet centenario illius summæ,
quæ vigore sententiæ eiusdem Senatus solui-
tur Victori, vel quantitatis bonorum, quæ
eidem adiudicantur? Fateor, quod vera sunt
quæ narrantur, sed tantum abest, vt hæc exa-
15 ctio minuet eorum dignitatem, vt potius il-
lam exornet, atque extollet, vt infra dixi in
rubr.de Præstant.nostri Sacri Consilij de solutio-
ne salarij. Quando enim nostri Reges Arago-
nenses instituerunt nostrum Sacrum Consi-
lium, ordinarunt, tricesimas non exigi, nec
sportulas à litigantibus, vt in *pragm.1.de tri-*
cesimis, & per plura capitula nostri Regni de-
monstrat *Topius de orig.Tribunal. par.2. lib.2.*
cap. 3. num. 8. deinde Carolus Quintus
Imperator, & huius Regni Dominus id con-
firmauit, & ex Fisci ærario in anno 1536.
constituit stipendia Consiliarijs, vt in *pragm.*
3. & 4.de tricesim. tandem ad maiorem orna-
tum talis dignitatis, salarium Consiliario-
rum auxit ad summam annuorum ducato-
rum sexcentorum, pro quolibet anno, singulis
ipsorum, in *prag.1.de immunit.Official.S.R.C.*
cumque talis annua præstatio nequibat de-
corem talis dignitatis conseruare, in anno
1626. constituta fuit noua taxatio istius de-
rictus ducati vnius cum dimidio pro quoli-
bet centenario, à victoribus soluendi, *Tasson.*
in pragm.de antefato vers.3.obseru.3.num.68.
& 106. Reg Galeota responf.fiscal.2.num.55. &
refert *Topius loc.cit.n.9.* quā exactionem ipsi-
met Consiliarij fatentur ascendere quolibet
anno, ad duc. quatuorcentum, quos quilibet
ipsorum percipit ex tali exactione. Ex hoc
apparet quod talis noua impositio non ledit
nostri Senatus PRÆSTANTIAM, quia non
fuit constituta ad Fisci lucrum, sed ad de-
corem prędictæ dignitatis, & patet, quia
cæteri Magistratus, scilicet Præsidentes Re-
giæ Cameræ, & Iudices Magnæ Curiæ Vica-
riæ stipendia recipiunt ex Fisci substantia,
absque alia solutione derictus exigendi ex
bonis litigantium, cum igitur fuerit tantum

sala-

salarium auctumConsiliarijs ex prædicta exigua portione habenda ex bonis litigantium, & erga alios Officiales nulla salarij auctio facta fuit,deducitur, quod non in pœnam litigantium fuit talis impositio constituta, sed ad solum fauorem prædicti Supremi Magistratus, nam dignior censetur ille Magistratus, qui maiora stipendia obtinet, *l. vlt. mo C. de offic. Magist. Offic.* isti enim cum ab omni sorditate,& iustitię venalitate debeant esse alieni, necessarium fuit eis de congruo salario prouidere, *l. plebiscito ff. de offi. Præsid. Solorzan. de iure Indiar. par. 2. lib. 4. cap. 4. nu.* 28. Et si vellent insistere, dicendo: quod hęc subuentio maioris salarij,nomen Vectigalis assumat, dum de Principis authoritate fuit imposita,attamen re melius considerata, Vectigalis,vel Tributi nomen non meretur, quia Principis erarium non auget, sed potius Superindictum appellari potest, idest accessio vltra indictionem prius præfixam, vt ex *l. 3. Cod. Theodos. de collation. fund. patrim.* dixit *Cuiac. in rub. Cod. de superindict.* & re vera nomen Superindicti meretur, quod dicitur illa subuentio, Adiutorium, vel subsidium, vltra solitam præstationem impositum, & ita notat ex *l. placet C. de Sacrosanct. Eccles. Sixtin. de regal. lib. 2. cap. 14. nu. 6.* dum igitur Princeps auxit istorū Magistratuum stipendium, vltra solitam pensionem annuorum duc. sexcentum, Superdicti nomen meretur ista noua collectio, *Amaya in lib. 10. Cod. de ann. n. & trib. tit. 16. num. 33.* excluso nomine Vectigalis,quod illud propriè dicitur, quod ad Arcam Principis defertur.

PRÆSTANT. XXXVIII.

Præstantia S.Consilij Neapolitani est, quod ab eius sententijs non appellatur, sed reclamatur.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio competit de iure naturæ, vti species defensionis.*
Appellatio quo ad inuentionem est iuris naturalis, quo ad formam est iuris ciuilis.
2 *Appellare à quocumque Magistratu licebat in Republica Romana.*
Magistratus sine prouocatione creari non poterant, etsi aliter creabantur, impunè occidebantur in Romana Republica.
3 *Populus Romanus tam sub Regibus, quam sub Dictatoribus, & Consulibus iura Maiestatis habebat, ad quem appellationes deuoluebantur.*
4 *Populi authoritas ad Senatum transfusa fuit condendi leges, demum vero ad Principem.*
5 *Appellare à sententia Senatus ad Principem non potest, nec à sententia Præfecti Prætorio.*
6 *Appellatio non datur aduersus sententias Consilij Neapolitani.*
Consiliarij Senatus Neapolitani sunt eximij viri, de quibus Rex confidit.
7 *Iudex à quo debet esse maior Iudice ad quem.*
8 *Magistratibus decem virorum Respublicæ Romanæ, tantum permissum fuit sine prouocatione definire.*
9 *Appellare non licet à sententia Papæ, & Imperatoris.*
10 *Appellare an liceat ab Imperatore ad Pontificem, & quando.*
11 *Appellare licet ad Papam, quando lis est inter Principes, & Reges.*
12 *Appellatio non datur à sententijs Senatus Regni Castellæ.*
13 *Nec à sententijs Supremi Senatus Galliæ, vel Parlamenti.*
14 *Respublica Venetiarum habet Senatum, à quo appellare non licet.*
15 *Respublicæ Ianuensis, & Lucensis habent Senatum sine appellatione.*
16 *Appellare non licet à Suprema Curia Archiducatus Austriæ, Senatu Taurinensis, Mediolani, Montisferrati, &c.*
17 *Appellare non licet à multis Dicasterijs Principum Imperij ad Imperatorem.*
18 *Senatus Saxoniæ, & Brandeburgensis iudicant sine appellatione, non ita Curiæ Supremæ Maguntinæ, & Treuirensis, & quando.*
19 *Imperium Romanum olim Reges dabat Iudeis, Syriæ, Parthis, & alijs.*
Imperator multos Duces,& Reges creauit.
20 *Duces Poloniæ, & Daniæ, Imperatores Reges creauerunt, & quando.*

VT talis PRÆSTANTIA nostri Supremi Senatus aspiciatur, quod scilicet appellationes ab eius sententijs non recipiantur, necesse est prius appellationis naturam cognoscere, vt videatur quantum talis prærogatiua à consueta iuris potestate recedat, nam eo pretiosior Magistratus potestas relucet, quo magis super ordinariam potestatem præeminet, ex regulis enim iuris certum habemus appellationem competere oppressis de iure naturali, cum habeat naturam
1 defensionis, quæ est iuris naturalis, *cap. cum speciali* 61. *§. porro de appellat. cap. ad Romanam 2. qu. 6. clem. pastoralis de re iudic. l. defensionis facultas, C. de iure fisci lib. 10. l. scientiam §. qui cum aliter, ff. ad l. aquil. Andreas de Isern in cap. 1. verb. bona committentium nu. 17. & 18. Quæ sint regal. Alex. cons. 112. in princ. vol. 5. Vincent. de Anna in rep. cap. 1. nu. 205. de Vassall. decrep. atat. Borrell. de præst. Reg. Cathol. cap. 39. num. 12.* vel vt melius dixit *Alciat. in pract. ciuil. par. 3. tit. de appellat.* appellationem quo ad inuentionem esse iu-

 ris

ris naturalis, quo ad formam vero esse iuris ciuilis, sed vtroque modo est species defensionis, quæ nemini denegari debet, & natura omnibus æquè indulget, *l. vt vim. ff. de iust. & iur. Franc. dec.* 124. *n.* 5. sed cum institia copulata, *Afflic. dec.* 341. *n.* 4 & est teriaca contra venenum iniustæ sententiæ. *Granat. ad Vestrium lib.* 3. *c.* 5. *n.* 11. *Franc. dec.* 637. *n.* 5.

Hac de causa legimus apud nostros antiquos Romanos, florente illa Republica P. Valerium Publicolam (ita appellatus, quia in Populum propensus erat) post exactos Reges, in locum L. Tarquinij Collatini Consulem creatum cum L. Bruto, legem promulgasse, qua cauebatur, vt à quocumque Ma-
2 gistratu ad Populum prouocandi cuilibet potestas foret; & hoc ad terrorem increscentis audaciæ Magistratuum, vt nimia ipsorum licentia coarctaretur, scripserunt *Dionys. Halicarnas. lib.* 5. *Valer. Maxim. lib.* 4. *cap.* 1. *Plutarch. in Valer. Publicola* aliique relati à *Borrell. de præst. Reg. Cathol. cap.* 36. *num.* 26. lapsis inde temporibus cum Magistratuum audacia atque superbia multum præualeret, Populus Romanus, eiusque Tribuni plebis, vt licentiæ, & temeritati obuiam irent, nouam sanciendo legem, illam constituerunt per hæc verba: *Ne quis vllum Magistratum sine prouocatione crearet, qui creasset eum, ius, fasque esset occidi, neue cedes capitalis noxæ haberetur*, vt referunt *Liuius lib.* 1. *decad.* 1. & *lib.* 3. *Dionys. lib.* 10. *Alex. in dies genial. lib.* 4. *cap.* 6. & 22. quæ lex Horatia, & Duillia fuit nuncupata, quia à M. Duillio Tribuno plebis, & à M. Horatio lata fuit.

Hanc potestatem appellationes audiendi habebat Populus Romanus; tam quando sub Regibus existebat, quam etiam sub Consu-
3 libus, seu Dictatoribus, qui corrigebat Iudicum imperitiam, subleuando litigantium oppressiones: de istis memoranda, & curiosa exempla Romanorum tradunt Historici, Reorum qui illis temporibus à sententia Duumvirorum, vel à Dictatore illius Imperij lata, ad Populum appellarunt, & inter cætera referam Horatij causam tempore Tullij Hostilij Regis, quo tempore Vrbs illa sub Rege gubernabatur, hic enim accusatus de fratricidio ad Regem ductus, iussit Tullius, vt Duumuiri Horatij perduellionem iudicent; Duumuiri causa cognita illum condemnarunt, Horatius prouocauit ad Populum, qui meritorum causa potius, ob beneficia in Rempublicam illata, quam institiæ causa motus, illum in causa appellationis absoluit, fatetur *Liuius lib.* 1. & *Borrell. d. cap.* 39. *num.* 25. Sed memorabilis fuit casus accusationis Q. Fabij Maximi Magistri Equitum, qui postquam pugnauit feliciter contra Samnites, absente L. Papirio Dictatore, magnamque victoriam reportando, adueniente Dictatore illum citauit, cur ipso inconsulto cum hoste dimicasset, propterea illum prehendi iussit, & morti damnauit, obstreperunt milites, fauebant Amici, rogabat Senatus Dictatorem, vt pœnam cancellaret, tam ob præclaram victoriam obtentam, quam ob merita Fabij Patris, qui ter Consul, & iterum Dictator fuerat, sed constantia munitus ille Magistratus Romanus, sententiam capitalem noluit reuocare; propterea Fabius Pater à sententia appellauit asserendo: *Dum apud te, ô Dictator authoritas Senatus, nec ætas mea, cum orbitatem paras, nec virtus, & Nobilitas Magistri Equitum, nec preces, quæ sæpe hostes mitigauere, atque Deorum iras placant, non præualent. Ad Tribunos Plebis appello, & prouoco ad Populum.* Audita ad Populum appellatione, tunc Dictator silentio facto dixit: *Benè habet Quirites, vicit disciplina militaris, vicit Imperij Maiestas, quæ in discrimine fuerunt, an illæ post hanc diem essent: Non noxe eximitur Q. Fabius, qui contra edictum Imperatoris pugnauit, sed Noxæ damnatus donatur Populo Romano, donatur Tribuniciæ potestati. Viue Q. Fabi, feliciori hoc consensu Ciuitatis ad te tuendum, quam qua paulò ante exultabat Victor a. Viue id facinus ausus, cuius tibi nec Parens quidem si eodem loco fuisset, quo fuit L. Papirius veniam dedisset*, vt elegantiori stylo tradunt *Liuius d. lib.* 8. & *Borrell. d. cap.* 39. *num.* 33.

Ne autem circa tempora erremus, nota hanc potestatem Populum Romanum exercuisse,
4 quando sub Regibus morabatur, vel sub Dictatoribus, aut Tribunitia potestate existebat, tunc enim iura Maiestatis communia erant tam Regum, quam Dictatorum, aut Tribunorum, vt scribit Baro in 1. *ff. de constit. Princip. Io. Calninus in tract. de Princip. cap.* 1. *Toppius ab Æ*[illegible]*a lib.* 2. *differ. cap.* 10. *Duaren. ad tit. ff. de legib. cap.* 3. sed postquam Populus Romanus in Augustum Octauium Cæsarem omnem suam potestatem, & Imperij Maiestatem transtulit; ex ea lex Regia Imperatori tributa, & transfusa fuit, vt vno ore affirmant D D. *sicil. Gipban.* & *Vuesenbec. in s.* [illegible] & *quod Principi placuit. de iur. nat. gent. & ciu.* vbi etiam *Harppre I. num.* 14. *Georg Eberlin. in explic. tit. ff de orig. iur. cap.* 11. *num.* 6. *Thom. Lansiu. in discurs. de legib. Reg. thes.* 3. *vsque ad thes.* 44. *Erasm. Vngeb. iur. exercit. Iustin.* 2. *qu.* 1. *pag.* 47. *Arnemius exercit. Iustin.* 1 *thes.* 18. & tandem *Daniel Ottone in dissert. iuri. polit. de iure public. Imper Rom. cap.* 4. vbi certicè loquens de tam insigni Imperatore, dicit Augustum Cæsarem tantam potestatem consecutum fuisse à Populo Romano dolis, vi, & armis, varisque

que blandimentis, technis, & perſuaſionibus, primum Conſulatom extorſiſſe, Tribunitiam deinde poteſtatem perpetuam, itemque ius Cenſoris eadem arte acquiſiuiſſe, Sed eius dicta potius præſomi poſſunt, quam credi, ob vulgatam experientiam, ; qua videmus dominia, vt plurimum à Principibus potius vſurpari, quam iuſto ex titulo acquiri, nam modernus Doctor certã fidem prẽſtare nõ poteſt, de geſtis per tot prẽterita ſecula. Hodiè vero ex tali lege Regia omnis ampla poteſtas Populi Romani à ſe adempta fuit, dum omnem tranſtulit in Imperatorem, ita, & taliter vt Populus ille, nullius rei in integrum ius ſibi reſeruauit, proinde nulla authoritas leges condendi ſibi amplius competit, nec appellationes audiendi, quæ ſolo Imperatori ſont reſeruata, *Gouean. lib. 2. var. lect. cap. 30. Connan. lib. 1. comment. iur. ciuil. cap. 16. num. 6. Bronchoſt cent. 1. aſſer. 5.* alijque, quos refert, & ſequitur *Harppreët. in d. §. ſed & quod Principi num. 17. & 20.*

Verum quia Ciuitas Romana hominum adiectione aucta, plebs difficile, populuſque multo difficilius vnum in locum, cauſa audiendi iurgia conuenire poterat, *§. Senatus conſultum 5. inſtit. de iur. natur gent. & ciuil. l. 2. §. deinde quia difficile 9.* ibique *Zaſius ff. de orig. iur.* Populi authoritas fuit ad Senatum tranſfuſa, antequã lex Regia inducta fuiſſet, ex qua Senatusconſulta multa reſultarunt, quæ vim legis habebant, nempè Macedonianum, Velleianum, Trebellianum, & alia, donec Senatus authoritas à Leone Imperatore poſt Iuſtinianum imminuta fuit in *Nouella 78.* prohibente in poſterum fieri Senatusconſulta, omni poteſtate leges ferendi Principi reſeruata, *l. vlt C. de legib. Harppreët. loc. cit. num. 4.* Ne autem appellationis remedium, quod ad præſidium innocentiæ, fuit inſtitutum ad defenſionem iniquitatis deduceretur, quod iura aborrent, *cap. cum ſpeciali, §. porro de appellat. Caſſiodor. lib. 9. var. epiſt. 18.* & ita eueniret ſi eodem modo, de appellationibus Inferiorum Iudicum, ac Supremorum Magiſtratuum iudicaretur, propterea cognoſcentes legumlatores, quod iudicia definita per Supremas Curias aliqua ſpecialitate ornari debeant, ſancitum fuit, vt à Senatus ſententijs, æquè ac à Principe appellari non poſſit, *l. non ambigitur, ff. de legib. l. vnica C. de Senatus conſultis, l. 1. § 1. & 2. ff. à quibus appellare non licet*, vbi *Aretin. in princ. l. præfecti ff. de minor. l. ſi quis & nulli quæ ſupplicatio, C. de precib. Imper. offer. cap. anteriorum 2. qu. 5. Harpreët. in §. Senatusconſultum 5 inſtit. de iur. natur. gent. & ciu num. 2. Afflict. dec. 120. Roland. conſ. 70. nu. 19. vol. 1. Aufrer. in addit. ad Cappell. Tholoſan. dec. 480. num. 2. Bouadill. in polit. lib. 5. cap. 3. num. 57.* Non minus ac à ſententijs Regis non appellatur, *l. 2. §. ex actis. ff. de orig. iur. l. 1. §. 1. ff. à quib. appellar. non liceat Bald. in l. ſi quando, C. de appell.* ſicut nec à ſentẽtia Præfecti Prætorio prouocari licet, *l. vn. §. 1. ff. de off. Præf. Præt. Nouell. 82. cap. 12. Nouell. 119 cap. 6. l. 30. C. de appell. l. vlt. §. 5. C. de tempor. appell. Borrell. in ſum. deciſ. tom. 2. tit. 34. num. 13.* Imo nec etiam ab iſtorum Senatorum ſententia ad ipſum Principem appellari poterit, *l. 1. ff. de appellat.* ibi *Sciendum eſt appellari non poſſe à Senatu ad Principem, Scaccia de appellat. qu. 16 lim. 4. & lim. 15. Coſta in domo Supplicat. annot. 4. nu. 3. Xamar. de offic. Iudic. par. 1. qu. 2. num. 44.*

Cum enim noſtrum Sacrum Conſilium Nea-
politanum ipſum Regem repreſentet, & eius
6 nomine ſententias pronunciet, eadem au-
thoritate fuit inſignitum, vt ſcilicet ab eius
ſententijs non detur appellatio, *Afflict. in*
proœm. conſtit. qu. 21. in princ. Marant. in ſuo
ſpecul. par. 6. actu 2. princ. in verb. & quandoque
appellatur num. 251. & 252. in 3. limit.
fol. 496. alijque longè collecti à *Borrell. d. tit.*
34. num 16. tom. 2. Surgente de Neap. illuſtr.
cap. 10. num. 4. vt ab omnibus alijs ſenten-
tijs de Conſilio, & Auditoribus Cancellariæ
dixit *Azeued. in lib. 4 tit. 19. in rub. num. 7.*
Ex exteris, qui hanc prærogatiuam aduer-
tunt in noſtro Sacro Conſilio, *Lancellott. in*
tract. de attent. par. 2. cap. 12. de attent. & in-
nouat. appellat. pend. limit. 28. princ. fol. 373.
Contar. in l. vnic. lim. 3. num. 14. verſ. ſed hodie
C. ſi de moment. poſſ. Ruginell. in tract. de appell.
§. 2. cap. 3. num. 21. verſ. idem etiam, Scaccia
de appel. qu. 16. lim. 15. qui omnes collaudant
noſtrum Senatum tali PRÆSTANTIA ful-
gentem. Sunt enim eximij viri noſtri Con-
ſiliarij Supremi Senatus, & iudicant ſub no-
mine Regis, & loco Principis iuſtitiam ad-
miniſtrant. *Mendus in praxi par. 1. lib. 1. cap.*
2. num. 4. Cabed. par. 1. dec. 2. num. 5. Coſta in
dom ſupplicat. annot. 2. num. 13. Bouadill. loc.
cit. d. num. 57. tom. 2. credit enim Princeps
eos, qui ob ſingularem induſtriam, explora-
ta fide eorum, & grauitate, ad huius officij
magnitudinem euexit, non aliter iudica-
turos pro ſapientia, & luce dignitatis ſuæ,
quam ipſe foret iudicaturus, *l. 1. & vnic. ff.*
de offic. Præfect. Prætor. Guid. Papã deciſ. del-
phin. qu. 50. Adde quia Conſiliarij ſunt Su-
premi Magiſtratus, qui non habent maio-
res Iudices ſupra ſe ipſos, niſi ipſum Prin-
7 cipem; Iudex enim appellationis, qui voca-
tur Iudex ad quem, debet eſſe maior Iudi-
ce à quo, *Amatus dec. Ancon. 42 nu. 16.* quia
debet corrigere iniquitatem, vel imperi-
tiam iudicantis, vt dixit *Gratian. deciſ. 32.*
num. 3. hac de cauſa ab iſtorum ſententia
non conceditur appellatio, *Mendus d. lib. 1.*
cap.

cap.2.num.4. & sicut non datur appellatio à Principe non recognoscente superiorem, *l.1.ff.à quib.appell.non licet Reginel.in tract.de appellat.§.2.cap.2.num.20. vers. à sententia Principis. Marant.in specul.par.6.act.2.princ. & in verb.quandoque appellatur n. 248. lim. 1.fol.496* alijq; relati à *Scaccia de appell.q.16. lim.1.num.1.* eodem modo à sententia Senatus non potest appellari ad ipsum Principem, post alios latè adductos *Scaccia d. qu. 16. limit. 4. num. 1.* nam si appellaretur ab eius sententia, appellaretur ab eodem ad eundem, quod non permittitur, quia ipse Princeps est de numero Senatorum, *l.nus Senatorū* 8 & ibi *Bart.in summario,C.de dignit. lib.12. Albericus Brunus de feud.cons.200.circa primum vers.sed in contrarium,lib.2.*

Nec obstat exemplum nostræ Reipublicæ Romanæ, quam omnes Principes ne dum admirantur, sed etiam illam imitare procurant, quod scilicet nullum Magistratum sine prouocatione creabat, vt sup.dixi. Nam
8 respondetur, quod ab omnibus magistratibus appellatio concedebatur, sed solis decem viris potestas data fuit sine prouocatione definire, *Liuius lib. 3. Borrell. loc. cit. num.30.* Sicut etiam à Dictatoris sententia prouocatio non concedebatur, scripserunt idē *Liuius, Plinius Cecil.de viris illust.cap.31. & 32.Eutrop.rerum Roman lib.2.cap.2.Valer. Maxim.lib.2.cap.2.Iul.Frontin.strat agem.lib. 2.cap.2.*

Et ne dum noster Neapolitanus Senatus, sed etiam omnia alia Suprema Prætoria Europæ hanc præeminentiam habent, vt ab eo-
9 rum sententijs non appelletur, & primo à Papa non appellatur, *cap. cuncta per mundum 9. qu.3.* sed ab eo supplicatur ad eundem, *cap. ex literis de in integr. restit. Archidiac.in cap anteriorum 2.qu.6. Perez in libros ordinat.lib.2.tit.3.leg.25. vers.quero etiam, Aluar.Valasc.dec.Lusit.51. num.4. vers. vnde à sententia. Borrell.in d.tom.2.cap.34.nu.10.* Sic etiam ab Imperatore eiusque sententia appellare non licet, quia vti Princeps supremus, superius non cognoscit imperium, *l 1.§.1.ff. à quib. appellare non licet, Borrell. d.cit.34.num.11.* & solus ipse est, ad quem ab alijs appellatur, eiusque sententia vim legis habet, *d.l.1.vbi Bart. & l.fin. C. de leg. Gilhausen.in arbor iudic.ciuil.par.3.cap.8.nu. 24.* & ita concludunt *Zinzerling. de appellat. thes.56.lit.B cap.2.de constit in 6. Gaill.lib.1. obseru.155.num.6.Bocer.de regal. cap.2.num. 242.* sed an ab Imperatore ad Pontificem
10 appellari liceat, vide *August. de Ancon. de potest.Eccles.qu.36.consid.5.6. & 9. Pancian. de probat.concl.28.num.33. Hutter.tom.1.loc. theolog.p.1385.Limneum de iur.publ.tom.1. lib.2.cap.9.à num.94.* & licet aliqui Canonistæ hanc appellationem concedant ad Pontificem, *Guid.Pape de appellat.concl.6.* qui allegat *Hostiens. in cap cum Ioannes de fid. instrum. Ancon.loc.cit d.consid.5.6.& 7.* præsertim quando sententia contineret manifestā iniquitatem, quia tunc ab istorum sententia concedunt appellari posse ad Papam, quia Papa ratione peccati est Iudex competens contra omnes non recognoscentes superiorem, vt post *Marantam in specul. par.6. actu 2.princip. in verb. & quandoque appellatur num.276.vers.vnum tamen; adde fol.500.* aliosque citatos latè fundat *Scaccia de appell. qu.16.limit.1.nu.126.* attamen indobitanter illam concederem, quando lis esset inter
11 ipsum Imperatorem, & alios Reges liberos, vel contentio agitaretur inter alios Principes, vel Reges de Principatibus, vel dominijs altercantes, & ita egit Ludouicus Burbonius anno 1560. aduersus sententiam Francisci II. Galliarum Regis, qui hoc prouocandi genere vsus fuit, teste *Bodin. lib.1. de Republic.cap.vlt. num.163.* nempe appellando ad Papam melius informandum. In causis vero Principum subditorum ad Imperatori, appellatur, seu reclamatur, vt legimus de Ducibus Luneborgensibus, qui in causa, quam habebant cum Ciuitatibus Magdeburgensibus, atque Hamburgense, à Cæsare male informato, ad eundem bene informandum prouocarunt, ista, & alia exēpla refert *Limneus d. lib 2. cap. 9. num.110.* Sic etiam non datur appellatio, quando sententia fuit lata à Collegio Cardinalium, quia reputatur ac si fuisset lata à Supremo Senatu *Franc.Marcus dec.345.num.3.Marta in compil.decis.tom.1.cap.157.in verb.appellatio,Vrsell.in exam.Apum concl.128. in verb.appellatio num. 173.* Nec appellatur à Sacræ Romanæ Rotæ Auditoribus, *Borrell. loc. cit. nu.12.*

Sic à Supremo Senatu Regni Castellæ non appellatur per illas regias constitutiones, vt in
12 *lib.4.tit.19.leg.1.* vbi *Asened.* latè, & idem habetur in *l.4.& 6. tit.24. par.3. & in lib.2. tit.3.leg.25.ordinat.* vbi *Perez in addit. ad lit. B.* allegat leges concordantes, scilicet *l.8. tit. 4. lib. 2. & leg. 1. tit. 17. lib. 3.* aliasque, & subdit, quod à Regibus Hispaniæ non possit appellari, quia non recognoscunt Superiorem, *Segur. in repet. l. Imperator n. 5. ff ad Trebell.* vbi etiam *Perez* concludit, quod nec a Regibus Aragoniæ, nec à Rege Nauarræ liceat appellare.

Ita etiam de Supremo Senatu Galliarum, *Specul.in tit.de appell. §. videndum* circa finē
13 *Glos. in pragm sanctio in verb. parlamenta de concl.Eccles.Gallic.* & notant *Bald. in proem. ff. Panorm.in rub.de appell. Guid. Papè quaest. 554.Rebuff.in tract.de appellat. artic.7.glos.2. n.27.fol.504. Tholosan.lib.47. syntagm.tit.29.*

& in

tract. de appellat. lib. 3. cap. 11. num. 6. Hillinger. ad Donell. lib. 28. cap. 6. lit. T. vel ab eius Parlamentis nec etiam admittitur appellatio, *Guido Papè dec. 436. qu. 45. nu. 53. Scaccia d. qu. 16. limit. 13. & 14.* quia Rex Galliarum ſuperiorem non cognoſcit, *cap. venerabilem, Qui filij ſint legit. §. videndum,* ſicut de Parlamento Delphinatus etiam teſtatur *Guid. Papè qu. 80. & qu. 436. num 53. Franc. Marc. qu. 537. in 2. par. Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. caſu 68. num. 34.*

Imo ne dum Supremi Reges, ſed etiam Principes, & Reſpublicæ non recognoſcentes Superiorem conſtituerunt Supremos Sena-
14 tus, à quibus appellare non licet, ſed tantum reclamari, vt de Senatu Ducis Venetorum dixerunt *Cynus in l. fin. C. de petit. hæredit. Angel. in l. item veniunt, §. fin. eod. tit. Ruginell. in tract. de appellat. §. 2. cap. 2. num. 18. verſ. nec à Duce, Scaccia de appel. qu. 16. limit.*
15 *13.* & de Duce Iannenſi, & aliarum Rerumpublicarum tradunt *Orian. in l. 1.* & ibi etiam *Iacob de Nigris num. 15. de offic. eius, Surg. ut. de Neap. illuſtr. cap. 19. num. 5* Sicut de Republica Lucenſi refert *Scac. in d. qu. 16. lim. 4. in fine.* Archiducatus Auſtriæ etiam habet hanc prærogatiuam, vt ab eius decretis nul-
16 la detur appellatio, quia eſt Curia ſuprema *Minſinger. obſeru. 58. cent. 5.* quem ſequitur *Hieron. Trentler. diſput. ſelect. par. 2. diſp. 33. theſ. 4. Borrell. de præſt. Regis Cathol. cap. 47. num. 104.* Eodem modo à ſententia Taurinenſis Senatus appellari non poſſe, ſcripſit *Parif. conſ. 118. Domina Luchina num. 1 lib. 1. Menoch. de arbitrar. Iudic. lib. 2. caſu 68. num. 34.* & poſt *Theſaur. dec. 1. & 2.* & *Ruginel.* confirmat *Scaccia de appellat. qu. 16. lim. 4. nu. 6. verſ. ſecundo.* Nec etiam à Senatu Mediolani conceditur appellatio, ex conſtitutione illius Ducatus, dixerunt *Rugin. ll. loco citato §. 2. cap. 2. ſub num. 20. verſ. à ſententia Principis, Scaccia loc. cit. dict. limit. 4. num. 6. verſ. primo enim, & in limit. 11. Mobedan. dec. 6. alias 45.* idem afferit de Senatu Montisferrati idem *Scaccia d. limit. 4. num. 6. verſ. ſed à Senatoribus.*

In Germania etiam adſunt multi Status Imperij, qui habent eorum Dicaſteria, ſeu Su-
17 prema Tribunalia, vt ab eis ad Cameram Aulicam, vel Conſilium Aulicum Imperatoris appellare non liceat, priuilegium enim non prouocandi à ſuis Dicaſterijs obtinuerunt à Cæſare, vt ſunt Senatus Brandeburgenſis, Lotharingiæ, Groninenſis in Friſia, & alij quamplures, quos enumerat *Nicol. Myler. de Princ. & ſtatib. Imper. Roman. cap. 42. nu. 8.* & fusè explicant *Gaill. lib. 1. obſeru. 1. & ſeq. Schuanman. lib. 1. proceſſ. Camer. cap. 7.* alijque relati à *Myler.* Sed vt de eis ſigillatim diſcurram, dico, quod à Senatu Ducum Sa-
18 xoniæ, & ab eius ſententijs non appellatur, quod fuit conceſſum ex priuilegio renouato, & confirmato anno Domini 1559. & ex aurea Bulla Caroli Quarti, de quo ſcripſit integrum tractatum *Andr. Knichen de Saxon. non prouoc. iure,* cuius notabilia conceſſit *Vuehnerus in tom. vlt. Symphor. Gylmanni,* & meminit *Io: Limnæus de iure public. Imper. Rom. tom. 1. lib. 3. cap. 10. de Electore Saxoniæ num. 37.*

Ita etiam à ſententia Electoris Brandeburgici non appellatur, tam ob ſpeciale priuilegium conceſſum in anno 1568. quam ex d. aurea Bulla dixit *Limnæus d. tom. 1. lib. 1. cap. 11. de Electore Brandeburgenſi num. 10.* niſi in caſu violationis pacis publicæ, in quo tam ipſe Elector, quam Subditi eiuſdem in Camera conueniri poſſunt, *Mynſinger. centur. 5. obſer. 58. num. 1. Petrus Frider. Mindan. lib. 1. de proceſſ. in Camera extrah. cap. 22. num. 1.* latè *Limn. loc. cit.* Cæteri Electores non ſunt ita priuilegiati, nam ab Archiepiſcopo, & Electore Moguntino ad Imperatorem, & Cameram Imperialem prouocare licet, quando valor cauſæ ad ſummam 400. floren. aſcendit, ſed appellans antequam appellationem proſequi incipiat, iuramentum appellationis, ac cautionem præſtat, infra verò d. ſummam beneficium prouocationis non conceditur, ſic ex priuilegio conceſſo Sedi Moguntinæ in anno 1521. refert *Limnæus de iure public. tom. 1. lib. 3. cap. 4. num. 7.* A ſententia Curiæ Electoralis Treuerenſis non appellatur, niſi ſumma cauſæ excedit 500. aureos, ſed intra ſpatium trium menſium cum ſollemnitatibus cautionis, & iuramenti calumniæ, ſed non in cauſis momentaneæ poſſeſſionis, ita ex priuilegio anni 1562. tradit idem *Limnæus d. lib. 3. cap. 5. num. 19.*

Sed non mirum ſi tot priuilegijs Imperator Electores, & Principes Imperij decorauit,
19 concedendo ius non prouocandi, nam ſicut antiquitus Imperium Romanum Reges dabat Iudeis, Syris, Parthis, Albanis, Clochis, Iberis, & alijs, ita poſtquam ad Germanos illud fuit deuolutum eadem poteſtas manſit, vt Imperatores noſtri, Boemiæ, Poloniæ, Daniæ, & Sueuiæ Principes regalibus dignitatibus decorauerint, *M. Freher in not. ad Petrum de Andlo lib. 2. cap. 8. de Imper. Roman.*
20 *pag. 286.* hinc legimus Otho. III. Imperatorem, Poloniæ Ducem Boleslaum, Regem creaſſe, *Cromer. lib. 3. hiſtor. Polon.* Fridericum I. transmiſſis corona, & gladio Petro Daniæ Duci, illum Regem ſalutaſſe, *Choppin. de dom. Franc. lib. 3. tit. 26. num. 5. pag. 663.* De Bohemiæ Regno ad regalem dignitatem aſſumpto, varia ſcripſit *Goldaſt. de Regno Bohemiæ lib. 3. cap. 10. num. 12.* nam dicit Henricum IV. anno 1086. Vratislaum creaſ-
ſe

ſe Regem Poloniæ in *tom.2.p.9.* idem aſcribit Friderico Primo, *d.Goldaſt.d.to.3.pag.13.* alij attribuunt Philippo Imperatori, *Goldaſt.d.tom.3.pag.14.* Sed iſta varietas conciliatur, vt ſcilicet Henricus IV. Ladislaum Moguntinum dignitate Regia, Bohemiæ Regem ornauit, & quia eius poſteri tali titulo non fuerunt vſi, ſed ex modeſtia ſe abſtinuerunt, poſtmodum Fridericus Primus Ladislaum Vigeſimumquintum Ducem illius Principatus, Regem creauit, tandem vero eadem dignitas Primislao à Philippo Imperatore confirmata fuit, ſic concordant tales diuerſas aſsertiones. Author *Theſaur. politic. apotele ſm.6 lib.1 & Gaſpar Ens pag.151.* & de alijs Principibus ad Supremas dignitates ab Imperatoribus euectos, ſcripſit *Limneus de iure public. tom.1 lib.2. de Imperat. cap.9. nu. 17. & ſeq.*

PRÆSTANTIA XXXIX.

Præſtantia Supremi Senatus, & Sacri Conſilij Neapolitani eſt, vt ab eorum ſententijs tantum ſupplicatur, & ipſimet Conſiliarij ſint Iudices in cauſis reclamationum.

SVMMARIVM.

1 *Supplicationis definitio traditur.*
Supplicatio ſtat loco appellationis.
Supplicatio ſicut & appellatio eſt ſpecies defenſionis.

2 *Remedia contra ſententiam ſunt quatuor, ſcilicet Appellatio, Supplicatio, Reſtitutio, & Nullitas.*

3 *Appellatione prohibita eſt permiſſa ſupplicatio.*

4 *PRÆSTANTIA Senatus eſt, vt in cauſa ſupplicationis interueniant illimet Senatores, qui in prima cauſa iudicarunt.*
Iudex primæ inſtantiæ factus Iudex cauſæ appellationis, non poteſt in hac ſecunda inſtantia interuenire.

5 *Senatus ſuam ſententiam mutat ſi cauſa ſupplicationis aliter appareat.*

6 *Supplicans in cauſa reclamationis non debet conqueri de Iudice, ſed debet allegare errorem facti, vel ſuam culpam, aut negligentiam.*
Iudex à quo per appellationem propoſitam iniuria non afficitur.
Appellans ſi dolum, & iniquitatem Iudicis in appellatione proponat, extra ordinem punitur.

7 *Supplicationis remedium ſub Catholico Principe eſt remedium ordinarium.*
Superioris poteſtas ſemper præſumitur reſeruata in omni conceſſione.

8 *Princeps non poteſt cauſam delegare, appellatione remota, & quando.*

9 *Princeps ſolus, vel eius Supremus Senatus poteſt cauſas reclamationum examinare.*

10 *Reclamatio debet proponi de iure Codicis infra biennium, & infra aliud biennium proſequi.*

11 *Reclamationis tempus in Regno Galliarum eſt limitatum ad biennium.*
Lites in Regno Galliarum debent finiri infra quinquennium.

12 *Fiſcus circa tempus reclamationis, & circa cætera tempora Iudiciorum, non eſt priuilegiatus.*

13 *Reclamationis remedium ſemel conceditur.*
Silentium perpetuum imponitur poſt binas ſententias S.C.

14 *Sententiæ duæ conformes dicuntur, licet in medio ſit vna difformis.*
Sententiæ conformes dicuntur ad quinquaginta, ſi vna condamnet in centum, altera in quinquaginta.

15 *Sententia lata ex noua cauſa, non dicitur conformis cum prima, lata ex alia cauſa.*
Sententia declarata deſerta, non facit duas ſententias conformes.

16 *Sententiæ in criminalibus debent eſſe conformes in totum quo ad pœnam.*

17 *Reclamatio conceditur à ſententia Principis, lata ad relationem alicuius Conſiliarij.*

18 *Delegati Principis habent præeminentiam, vt ab eorum ſententijs non appelletur, ſed reclametur.*

19 *Reclamatio datur non appellatio, quando Suprema Curia cognoſcit de iuriſdictione prorogata.*

20 *Appellatio conceditur à decreto vnius Senatoris, dummodo non fuerit commiſſio ſibi facta, vt nomine Regio procedat.*

21 *Supplicatio, ſeu reclamatio in quibuſdam caſibus regulatur ad inſtar appellationis.*

22 *Reclamatio differt ab appellatione in multis.*
Sententia non ſuſpenditur, ſed exequtioni traditur, quando ab ea reclamatur.
Cautionem debet præſtare victor, ſi à ſententia fuerit reclamatum infra decem dies, ſecus ſi poſt dictum tempus.

23 *Cautio ſi fuerit omiſſa & exequuta ſententia poſt propoſitam reclamationem, actus eſt nullus.*

24 *Reclamatio ſi fuerit petita, & non obtenta nil iuuat, & effectus reſultat, ſecus in appellatione.*
Reclamationis tempus currit à die ſententiæ, non à die mandati de parendo.

25 *Sententia mandans aliquid agendum infra*

certu n

certum tempus debet notificari, & non ſufficit tempus lectæ latæ.

26 *Reclamatio non conceditur in pluribus caſibus.*

Appellare quando non licet ex natura rei, nec licet ſupplicare.

27 *Reclamari non licet aduerſus duas ſententias conformes, & cur.*

28 *Reclamatio non admittitur, ſicut nec appellatio à decreto reiciente nullitates.*

29 *Reclamatio non conceditur à ſententijs latis ſuper ſuſpicione Officialium.*

30 *Reclamatio non admittitur aduerſus ſententiam latam per S. C. ſuper violentia, vigore Capitulorum Regni.*

31 *Non datur à ſententia S. C. confirmante ſententiam M.C.V. criminalis.*

32 *Reclamationem ſi vellet Princeps concedere, non debet coarctare, ſed quid in noſtro Regno.*

33 *Reclamatio non conceditur quando ſunt prolatæ duæ ſententiæ conformes, & quando.*

34 *Reclamatio non datur à ſententia lata in contumaciam.*

35 *Reclamatio an concedatur à decretis Collateralis Conſilij.*

36 *Sententia reuocata in gradu reclamationis debentur vſuræ, & fructus ſunt reſtituendi.*

Dixi in antecedenti Præſtantia, quod non detur appellatio à ſententijs noſtri Supremi Senatus, ſed quia neceſſe eſt ſubditorum quærimonijs prouidere, qui conqueruntur, vel de Iudicum imperitia, vel quia cauſa non fuit omni ex parte ponderata, ideo Imperatores, & Principes voluerunt, vt liceret partibus ſupplicare, ſeu reclamare ad eundem Supremum Senatum, *l. ſi quis & auth. quæ ſupplicatio, C. de precib. Imper. offer.* eſt enim ſupplicatio recurſus, qui con-
2 ceditur grauato à Iudice, à cuius ſententia propter excellentiam perſonæ non datur appellatio, *Bart. in ſua qu. 1. poſt conſ. lib. 2. in verb. ſolutio in fin. Brunneman. l. ſi quis. 5. C. de precib. Imper. offer. Tuſch. pract. concluſ. 904. verb. ſupplicatio num. 1.* quæ ſuccedit loco appellationis prohibitæ, *Imol. conſ. 146. num. 7. Tuſch. loc. cit.* & ſicut appellatio eſt præſidium innocentiæ, *cap. cum ſpeciali §. porro de appel. cap. ad noſtram,* vbi *Gloſ. eod. tit.* vel ſpecies defenſionis, *Lancellot. tit. de attentatis in præf. par. 1. num. 60. & ſeq.* ita reclamatio eundem effectum influit, nam admittit nouas probationes, prout appellatio, *Imola d. conſ. 146. num. 12. verſ. item non obſtat.* Tria enim ſunt remedia contra ſententiam, ſcilicet Appellatio, Reclamatio, & Reſtitutio, *Imola conſ. 142. in caſu præmiſſo num. 3. verſ. in contrarium,* & quartum addit *Anton. de Butreo conſ. 27. in princ.* ſcil. remedium nullitatum.

Et quia prohibita appellatione eſt permiſſa ſupplicatio, *Io: de Imola d. conſ. 142. num. 3.*
3 *verſ. in contrarium & conſ. 143. & conſ. 145. num. 3. Alex. conſ. 88. in cauſ. nu. 2. verſ. quarto operabitur lib. 4. Azened. in lib. 4. tit. 19. in leg. 1. num. 1. in fin. Tuſch. d. concl. 904 num. 7.* & 8. idcirco cum appellatio non concedatur aduerſus ſententias latas in noſtro Senatu, admittitur reclamatio, ſeu ſupplicatio, in cuius cauſæ cognitione PRÆSTANTIA
4 cognoſcitur, quia in hac reuiſione interueniunt illimet Supremi Iudices, ſeu Conſiliarij, qui in prima inſtantia iudicarunt, vt ſtatuit noſtra *pragm. 41. num. 2. de Offic. S. R. C.* emanata à Glorioſa Memoria Caroli Quinti in anno 1533. *Franc. dec. 135. & dec. 193. num. 1. & 17. & deciſ. 528. num. 4.* qui dicit, quod S. Conſilium hanc præeminentiam habet, vt per eoſdem Iudices reclamatio ab eius decretis, & ſententijs reuideatur, Imo non ſolum reclamarur ad idem S. Conſ. ſed etiam in eadem Aula cauſa reuideri debet, vbi fuit ſententiata, & ſolum mutatur cauſæ Commiſſarius, vt diſponit *d. pragm. 41. §. 2. & 9 Afflict. dec. 231. Thor. in comp. dec. to. 3. ſect. 3. in ver. vnio Aularum pag. 422. Muſcatel. in praxi in gloſ. inſtantia ſub n. 22. in fin.* in alijs iudicibus inferioribus hoc non practicatur, nam Iudex, qui ſemel grauauit, præſumitur ſemper grauare velle, *Gaill. lib. 1. obſeru. 31. num. 2.* ita & taliter, vt ſi Iudex primæ inſtantiæ factus fuerit Iudex appellationis, nequit ad eum appellari, *Bald. conſ. 192. num. 2. par. 2. Maſtrill. dec. Sicil. 151. num. 60. Capyc. dec. 146. in fin.* prout de Iudice noſtræ M.C. Vicariæ facto Conſiliario, exemplum poſuit *Muſcateli. vbi ſup. num. 22.*

Princeps enim confidit in illis, qui ſi cognouerint erraſſe, ob eorum ſupremam bonita-
5 tem poterunt in melius ſententiam reformare. Si enim ex nouis deductis res iudicata aliter appareat, Supremum noſtrum Conſilium eius primam ſententiam mutat, reuocat, & corrigit, nec pudet hos Iudices Sapientes eam reuocare, ſecundum nam veritatem, quæ ex nouiter probatis, vel deductis elucеſcit, *Bart. & Bald. in l. 2. Cod. de ſent. ex peric. recit. l. 1. in fin ff. de quæſt.* & facit tex. in *cap. cum olim de re iudic. Abbas in cap. cum ex literis de in integr. reſtit. Lancellot. Conradus in templ. omn. Iudic. lib. 1. cap. 2. vbi ſupr. Surgente de Neap. illuſtr. cap 19. num. 8.* & hoc non minuit eorum authoritatem; quia ſapientis eſt mutare conſilium; Ipſi etiam Imperatores citrà imprudentiæ notam ſuas retractant ſententias, & in melius reformarunt argum. *Nouell. 22. in præfat. per tex. notab. in l. 17. in princ. ff. de iure patro.*

In qua supplicatione reclamationis aduersus sententias S. Consilij, non debet supplicans
6 conqueri de Iudice, quia turpe esset proponere iniquitatem tam Supremi Senatus, vel Magistratus, sed allegare solum errorẽ facti, vel eius culpam, non bene informando Sacrũ Consilium, vel propriam negligentiam, aut dolum, vel circumuentionem aduersarij, non Iudicantium, quæ in tam sublimes personas suspicari nequeunt, vt disponit *l. Præfecti, ff. de minor. Valasch. consult. 51. num. 57. Sola ad consuet. Saband. in tit. de modo, & forma supplic. glos. 1. nu 4. fol. 631. Fontanell. dec. 5. num. 12 Marotta discept. 13. num. 12. Rouit. dec. 14. num. 5. Dom. Cons. Altimar. de nullit. rub. 1. qu. 5. num. 17.* nec isti eximij Senatores, ob eorum bonitatem, dedignãtur causam iterum reuidere, nam per solam appellationem propositam Iudex iniuria non afficitur, & licet aliter vidaatur concludere, tex. in *l. vlt. C. quando prouoc. non est necesse*, tamen tex. prædictus intelligitur de supernacua, seu friuola appellatione, non de rationabili. Si vero tumultuosè, & inciuiliter à Iudicis sententia appelletur, vel ei conuicietur, actione iniuriarum tenetur, & extra ordinem punitur, *l. illud secundum 8. ff. de appellat. & l. Iudici 42. ff. de iniur.* Idem dicas si appellans in libello asserat Iudicem à quo iniquè, & odio, vel precio sentẽtiã intulisse, nam extraordinariè arbitrio Iudicis punitur *Castrens in d. l. illud, Grauat. in annot. ad praxim. Octauian. Vestrij lib. 7. cap. 3. nu. 31. Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. cent. 3. casu 263. num. 8. Harppreсt. in §. iniuria autem 1. num. 48. instit. de iniurijs.*

Hoc enim reclamationis remedium licet sit subsidium extraordinarium, attamen
7 sub Catholico, & iusto Principe est remedium ordinarium, cum etiam sapiat naturam appellationis, quæ est species defensionis, sed cum hac differentia, vt si grauamen inferatur à Iudice inferiori, competit appellatio ad superiores, sed si à superioribus allegetur illatum grauamen, supplicatur apud eosdem Iudices, vt melius informati sententiam corrigant, vel moderent, & hoc modo etiam reuidetur sententia à Iudicibus sapientibus nomine ipsius Principis: Sed siue remedium sit ordinarium, siue extraordinarium, semper superioritatis potestas præsumitur reseruata in omni concessione cognoscendi res Subditorum, vt faciliori via, qua possunt subleuentur, *Borrell. d. tit. 34. num. 22.* legimus enim in sacra Scriptura, *Exodi c. 3.* quod dixit Deus Moysi, quando illum Iudicem constituit inter Israelitas, & Pharaonem: *Clamor filiorum Israel venit ad me, & vidi afflictionem eorum, qua ab Ægyptijs opprimuntur, sed veni, & mittam te ad Pharaonem, vt educas Populum meum filios Israel de Ægypto.* Hinc idem Moyses constitutis Iudicibus, qui causas Populi iudicarent, reseruauit tamen sibi superioritatis signum, vt maiora, & grauiora illi referentur, vt patet *Exodi cap. 18. & Deuteron. cap. 1.* vbi dixit Moyses: *Quod si difficile aliquod vobis visum fuerit referte ad me, vt ego audiam.* Vide igitur quomodo in Sacro Textu Moyses Princeps Populi electi, omni tempore se promptum exhibebat oppressiones illorum audire, ex quo judicatur recursum ad Principem in omni grauamine semper admittendum, vel ad eius Supremum Senatum, & etiam habemus in *Act. Apost. cap. 25. & 26.* Paulum Apostolum fuisse Hierosolymis accusatum à Iudeis coram Festo, & appellasse ad Cæsarem prius, denuò illam repetisse coram Agrippa Rege, & Berenice vxore, ad quem fuit dimissus, *Borrell. d. cap. 39. num. 24.*

Ex quo deducitur non bene dixisse illos Doctores, qui scripserunt posse Principem cau-
8 sas delegare appellatione remota, per tex. in *l. 1. §. interdum, ff. quib. appellar. non lic.* & sunt *Vitalis Cambanis in tract. claus. sub tit. de clausul. appellat rem. Celsus Hugo in tract. de claus. tit. de claus rescriptor. in verb. Clausula appellat remot. Conrad. in templ. omn. Iud. lib. 1. c. 1. §. 4. in ver. ius positiuum, vers. tertio quero n. 5.* latè *Lancell. de attentatis par. 2. c. 12. limit. 8.* dicunt enim, quod licet appellatio sit de iure naturæ, adeo quod non possit tolli in totum, potest tamen à Principe altetari quandoque, & dispensari *Afflict. dec. 391. nu. 9. Rouit. in prag. 1. de bon. prodit. num. 19. Valenzuola cons. 194. num. 6. tom. 2. Danza ad Gramatic. dec. 35. num. 3. & 6.* & sic seruari in Regno Hispaniarum refert *Bouadill. lib. 2. politic. cap. 16. num. 137. fol. 637.* Sed reliqui DD. affirmant, quod cum Princeps non possit tollere defensiones, non potest causam delegare, appellatione remota, vt dixerunt *Andreas de Isernia, Alex. & Io. Vincent. de Anna supra in princ.* allegati, & si id mandet, intelligitur de appellatione friuola, & leui, non de legitima alicuius importantiæ, *Valenzuola cons. 195. nu. 30. vol. 2.* Vel si esset prohibita appellatio à definitiua, nõ censeretur prohibita ab incidẽtibus, *Rouit. dec. 81. num. 7.* quia appellatio respicit decisoria, & cum simus in odiosis de principali appellatione debet intelligi, non de incidentibus, *Franc. dec. 637. nu. 10.* vbi *Luca* latè, *Danz. in addit. ad Gramat. dec. 35. à nu. 6. & seq.* & puntualiter *Capiblanc. tom. 2. de antibor. Baron. capite 50. num. 3. & 5.* atque nihil operari talem clausulam, appellatione remota, quando non fuit apposita præuia causæ cognitione, ita *Glos. in verb. au-*

te

te sententiam in fin. in cap. vt dubius honor de appellat.Glos.2.in cap. ex parte 13. de offic.Deleg.Lancellot.d.cap.12. lim.8. num.42.cum seq.Fragoso de regim.Christ.Reipub.par.1.lib.8. disp.24.num.224. & multi relati à *Barbos.in tract.variar.claus.9. appellat.remot. num.15.* Vel quando constat de notorio grauamine nil operatur, *Lancellot. loc.cit.num.28. Gratian.discept.forens.tom.1.cap.41. num 17. & tom.3.cap.494.num.2.*alijque adducti à *dict. Barbos.loc.cit.num.20.* Vel quando agitur de effectu deuolutiuo, quando deuoluitur causa ad superiorem, à quo poterit grauamen emendari, *Contard. de moment.in poss.qu.16. num.6.Patisc.de Saluian.interd.inspect.4.cap. 2.num.97. Barbos.loc.cit.nu.25.* Vel tandem talem clausulam non tollere supplicationem ad superiorem,dixerunt *Scaccia de appell.qu. 17.lim.15.n.8.Marches.de commiss.par.1.pag. 297.à num.38.Lapus allegat.123.num.13.in fin.*alijque relati à *Barbos. loc.cit. num.27.* vt est reclamatio, de qua loquimur, quæ non censetur exclusa per dictam clausulam, *Appellatione remota*, quia quando denegatur remedium ordinarium,non censetur denegatum remedium extraordinarium, *l.plane.& l.fin.ff.de petit.hæred.cap.ex parte il 2.vbi Abbas,& Decius de rescrip.Caramta in ritu 252. nu.7.* prout in simili,si appellatio fuerit per statutum remota, non tamen reclamatio videtur exclusa, *Francisc. Ripa in l. nemo potest num.92.ff.de leg.t.1.Decius cons.533.& cons. 334.Isernia in constit.Regni disputare,Surgente de Neapol.illustr.cap.19.num.4.in fin.*

Et quia solius Principis est supplicationis, seu reclamationis causam examinare, dixerunt
9 *Specul in toto tit.de supplic.*& ibi *Io: Andreas in apostill.Lancellot.in templ omn.Iudic.* vel eius Supremi Præfecti, vt habetur in *dict. auth.quæ supplicatio, Pereyra de reuis.cap.14. & cap.43. num.25.* ideo cum reuerentia, & humilitate à Principe peti debet, & in nostro Regno Supremus Præses est Deputatus à nostro Rege, qui eius vicem gerit. Istæ reclamationes à prædictis sententijs cum solitis circumstantijs, & cautelis concedit, *Marant.in spcul.par.6.de appellat. num.11. Sola in decretis Sabaudiæ tit.de conclus.in caus.decret.vt nihil glos. 3. in princ. num.1. Altimar. de nullit. rub.1.qu 5. num.33.* & ideo nostri Aduocati cum has supplicationes reclamationum exponunt, dicunt in libellis, *humiliter supplicat N. N.* vt aduertit *Surgente de Neapol.illustr.cap.19.num.8.*

Ista reclamatio de iure antiquo poterat proponi vsque ad triginta annos, dixit *Carol.de Grassalijs de regal. Franc. §. & quia pag.166.*
10 attamen de iure Codicis,& Authenticorum debet proponi infra tempus biennij, *auth. quæ supplicatio, C.de precib. Imper.offer. & illud, auth.Vt sponsalit. largit.l.vnic. C.de sent. Præfecti Prætor.cap.suscitata de in integr. rest.t.*& infra aliud biennium debet illa prosequi iuxta formam *d. auth. quæ supplicatio,* quam seruari ad vnguem in nostro S.C.fatetur *Reg.Rouit.in pragm.5. de offic. S.R.C. nu.5.* & ita est definitum per nostrum S. C. apud *Gramat.dec.13.*ad formam legis,sc.quod appellationum tempora, quæ obseruantur in S.C. circa fatalia, obseruentur etiam in causis reclamationum, & à sententijs per idem S.Cons. interpositis, quod decretum dedisse causam huic pragmaticæ tradit *Gramat. d. decis. 13.* quam esse conformem iuri communi dixerunt *Marcell. Maur. alleg.100. & Rouit in dict. pragm.53.num.2.* Et in Regno Galliæ tale tempus etiam fuit limitatum
11 vsque ad biennium reclamandi,per ordinationem Ludouici Vndecimi publicatam in Parlamento Parisiensi anno 1479. notant *Chassan. in prooem. consuetud. Bu gundiæ in verb.de Noz parlemens,& Degrassalius loc.cit. pag. 166.* Imo etiam dispositum, vt infra quinquennium lites finiri debeant, *Rebuff. de supplic.in præfat.qu.10.num.75.* quem refert *Iarga Valentin. in parthen. litig.lib.2.cap. 14 num.26.in fin.*

Neque Fiscus est in hoc priuilegiatus, vt possit post d.tempus biennij reclamare,& sicut ius
12 reclamandi post biennium non competit priuato à sententia Præfecti Prætorio, ita non competit Fisco, *Anna alleg. 26.* quia Fiscus non est priuilegiatus, nisi in casibus à iure expressis, ex quo resoluit *Minadous in constit. Regni in aliquibus*, quod sicut Priuatus Balius seu tutarij tenetur facere inuentarium, ita etiam Principis, vel Fisci. *Rouit. dec.69.nu n.9.* Maximè in ordinatorijs indiciorum, in quibus Fiscus non est priuilegiatus, nisi in casibus à iure expressis, ideo videmus, quod tempus petendi beneficia infra tempus statutum per *pragm.16. de ordin.Iudic.*vt scilicet infra dies triginta post cōclusionē in causa, peti debeat primum, & infra alios triginta dies peti secundum,cōprehendit etiam causas fiscales, & Fiscus eodem iure vti debet in suis causis, refert decisum *Rouit.vbi supr.num.12.*

Cum autem hoc reclamationis remedium sit extraordinarium, generaliter loquendo, &
13 gratiosum, *Costa de remed.subsid. remed.23. num.1. Borrell.in d.tit.34.num.45 tom.2.* idcirco semel dumtaxat conceditur *d. l.si quis, C.de precib.Imper.offer.*& sicut post binam sententiam appellatio non admittitur,quia non licet tertia vice appellare, *l.1. C. Ne liceat tertio prouoc.* eodem modo non auditur supplicans post primam reclamationem, *Borrell.d.tit.34. num.48.* ideo si secunda vice S. Consilium confirmauerit suam primam senten-

sententiam, non amplius supplicatur, sed
super eis imponitur perpetuum silentium,
dummodo sint conformes, ita de iure nostri
Regni disponit *pragm. 5. de offic. S. R. C.* vbi
Reg. Rouit. & notat *Surgente de Neapol. illustr.*
cap. 19. num. 8. circa fin. Quod perpetuum si-
lentium etiam imponitur tacitè, licet in
secũda sententia confirmante primam, nul-
la fuerit facta mentio de prima, ita post alios
Reg. Rouit. in d. pragm. 5. num. 2.

Si vero duæ sententiæ difformes fuerint latæ, &
ab vltima reclamatur, si primam sententiam
cõfirmari contingerit, etiam imponitur per-
petuum silentium, quia etiam dicuntur duæ
14 sententiæ conformes, licet in medio adsit
vna difformis *clem 1. de re iudic. Decius cons.*
385. Reg. Rouit. in prag. 5. n. 11. de offic. S. R. C.
qui ita dicit decisum per Reg. Cameram,
& prius dixerunt *Franc. dec. 135. Thesau. dec.*
228. Gallup. in praxi p. 3. c. 4. n. 45. Idem dicas
si tertia sententia erit conformis secundæ, &
non primę, nam etiam imponitur silentium,
Franch. dec. 139. num. 6. & 710. num. 14. Et
nota, quod si prima sententia condamnat
in centum, altera in quinquaginta, dicun-
tur duæ sententiæ conformes in quinqua-
ginta, & respectu quinquaginta imponitur
silentium, quia in maiori summa inest mi-
nor, *l. 1. §. si stipulanti, ff. de verbor. Sanfelic.*
dec. 304. qui ita in fine decisum testatur. Et
quid si sententia sit conformis, in quibus-
dam capitibus tantum, vide *Franc. dec. 664.*
& 710. Coccin. dec. 45.

Si vero sententia fuerit lata ex noua causa, non
dicitur conformis primæ latæ ex alia
15 causa, notauit *Rouit. in pragm. 61. num. 2. de*
Offic. S. R. C. & confirmauit in *d. prag. 5 nu. 14.*
vbi citat *Franch. decis. 664. num. 12 in fin.* &
esset casus, quando in secunda instantia esset
deducta noua causa, vel noua actio, dicitur
conformis in illo, quod principaliter fuit
deductum, non vero respectu nouiter dedu-
ctorum, super quibus sententia, quæ profer-
tur dicitur noua, non prima confirmata, &
ideo non habet illum effectum, quem ha-
bent sententiæ conformes, vt scilicet impo-
ni debeat perpetuum silentium, & reijci
quælibet reuisio, *Angel. in l. vnica Cod. ne li-*
ceat 3. prouocare, Couarru. in cap. 25. pract.
quæst. num. 6 vers. & si tractemus, Tapia in
annot. ad pragm. 5. num. 16. de Offic. S. R. C. Non
tamen omittas adnotare, quod si senten-
tia fuerit declarata deserta, talis sententia
super desertione non dicitur conformis cum
prima lata in causa principali, *Laurent. dec.*
Auenion. 3. Gama decis. Lusitan. 110. num. 25.
Rouit. in dict. pragmat. 5. num. 14.

In criminalibus vero nunquam sententiæ di-
cuntur conformes, nisi sint conformes in
16 totum, quo ad pœnam in sententia con-
tentam, *Reg. Rouit. in pragm. 61. nu. 6. de Offic.*
S. R. C. & debent iura deduci in prima, vel se-
cũda instantia, ideo si condemnati post sen-
tẽtiam S. C. confirmantẽ illam M. C. V. pro-
ponant se esse Nobiles. & non posse plecti il-
la pœna, non possunt à sententia reclamare
sub prætextu nouæ instantiæ nobilitatis, sed
debent istam qualitatem producere in pri-
ma, vel in secunda instantia, quam nisi de-
clarauerint, non poterit reclamari, statuit
nostra *pragm. 6. de condemnatis pro delictis.* si
vero in causa appellationis nobilitatem
proposuerunt, impeditur exequutio senten-
tiæ *Franch. dec. 139. num. 3.*

Amplia, vt competat reclamatio etiam aduer-
sus sententiam Papæ, vel Principis, quan-
17 do prolata fuit sententia à Principe ad re-
lationem sui Consiliarij, vel Iudicis Dele-
gati, nam hoc casu dicitur potius facta pro-
uocatio aduersus errorem, imperitiam, vel
dolum Relatoris malè informatũ, quam ad-
uersus sententiam Principis, seu Pontificis,
Paris de Puteo de Syndic. in verb. appellatio in
3 fol. in cap. subicio qu. 1. Capyc. dec. 111. Ro-
man. cons. 521. Circa propositam, post alios
Gramatic. dec. 35. num. 2. & 3. Reg. Tapia in
lib. 1. iur. Reg. in annot. ad prag. 5. de offic. S. R. C.
nu. 20. vbi citat tex. in *cap fraternitatis,* vbi
DD. de frigid. & malefic. Mastril. dec. 32. n. 3.

Hanc etiam præeminentiam habent Delegati
Principis, vt ab eorum sententijs non appel-
letur, sed tantum reclametur, *Capyc. dec. 111.*
18 *Gramatic. dec. 35. Surgente de Neapol. illustr.*
cap. 19. num. 4. qui addocit tex. in *l. etiam, C.*
de appellat. vide Lancellottum Conradum in
templ. omn. Iudic. lib. 1. cap. 1. in verb. senten-
tiam, & idem ait *Surgente loc. cit.* procedere,
si Delegati Principis essent Iudices inferio-
res, quos in Regno nostro appellamus Iudi-
ces M. C. V. nam si istis Iudicibus, vel ipsi
M. C. V., quæ ex d. Iudicibus constat, Prin-
ceps causam aliquam delegat, ab istorum
sententia non appellatur, sed reclamatur
ad Principem, *l. 1. ff. quando appell. sit. vide*
Carauit. in pragm. per Excellentiam 3. 14. num.
9. ad S. C. Macedon. faciunt tradita per *Rouit.*
dec. 14. & 16. Luca ad Franc. dec. 646. n. 6.

Amplia secũdò, vt licet Suprema Curia cogno-
scat de iurisdictione prorogata, nõ tamen est
19 locus appellationi ab eius sententia, sed tan-
tum conceditur reclamatio, quia est eadem
Iurisdictio cum prima, *Glos. in cap. 1. de offic.*
& potest. Iudic. Deleg. Cynus in l si quid, C. de
Episcopal. Audient.

Limita, quando sententia, seu decretum non
esset totius Senatus, seu totius Aulæ, sed tan-
20 tum vnius Senatoris, nam ab istius decreto
appellatur ad Aulam S. C. seu ad idẽ S. C. non
nego tamen, quod quidam putarunt à sen-
tentia vnius Senatoris appellari non posse,

Cynus

Cynus in l.vlt.C.à quib.appellare non licet, Angel.& Imola in l.1.ff.à quib.appellare non licet facit *cap. fundamentum de elect. in* 6. ſed hoc negat *Speculat.in tit.de appellat. §. viden.iure reſtat*, & ita obſeruatur in noſtro S. C. vt ab vnius Senatoris decreto appelletur ad S.C.
Sed ſi Princeps cũmiſerit vni Doctori, vt faceret iuſtitiam nomine Principis, & procederet nomine Regis, tunc non competit appellatio, ſed tantum reclamatio, *Gramatic. in dec.35.Capyc.in ſua deciſ.111.num.1.& 4.* & ita reſtatur obſeruaſſe in fine d. dec. ita concludit *Vrſell. in exam. Apum in verb. appellatio concl.128. num.335.& 336.* licet in ſeq.*num.337.* firmet, quod etiam appellatio detur, citat *Paris de Puteo de Syndic. in verſ. appellatio, §. ſubicio pulchram quæſtionem*, quia appellatio eſt de iure diuino, *Roman. conſ.521.in col.1. Capyc. dec.111. num.2.* ſed hoc non obſtat, quia ſi denegatur appellatio, conceditur reclamatio, quæ habet vim appellationis.
Hæc autem ſupplicatio, ſeu reclamatio aliquibus caſibus ſe habet ad inſtar appellationis,
21 *Gloſ.in l.vnic C.de ſentent. Præfect. Prat.* vbi *Bald.* id notat *num.2. & Salicet. num.5. Afflict.dec.231.Boer.dec.247.num.9. ad finem Guid. Papè dec. 50. Maranta de ordin Iudic. par.6.actu 2.num.12. Cabed.dec.11. num.15,*
proinde ſicut infra decem dies eſt appellandum, *auth. hodiè, C. de appellat.* ita infra decem dies eſt reclamandum, *auth. quæ ſupplicatio, C.de precib. Imper. offer. Cabed. dec.11. num. 16.* ad hoc ſcilicet, vt impedire poſſit exequtionem ſententiæ, vt infra dicam. Sic etiam ſicut Iudex ad quem appellatur, debet habere omnia acta, alias appellatio redditur nulla, *DD.in l.2. C. de edendo, Riccius par.4. reſol.* 8. niſi abſque tali traſportatione ſententia iuſtificaretur, *Rota apud Farinac. deciſ.561. num. 12.par.1.* ita & in reclamatione dicas.
Differt vero in moltis appellatio à reclamatione, nam quando appellatur, impeditur, &
22 ſuſpenditur exequutio ſenteotiæ, & ipſa pendente oil eſt innouandum, vt *toto titul. Vt pendente appellatione*. At vero quando reclamatur, vel ſupplicatur, vel petitur reuiſio, ſententia noo ſuſpenditur, ſed exequtioni traditur, præſtita caotiooe de reſtituendo bona, quæ in exequutionem capiuntur in caſu retrotractionis, quod eſſe in obſeruantia antiqois, & hodiernis tempotibus tradunt *Afflict.dec.231. & 341. Scipio Theodor.alleg.13.fol.110.num.11. Muſcatell.in praxi par.1.gloſ.1. num.105. fol.295. Reg.Capyc.latro dec.100.fol.394.num.15.Surgente de Neap.illuſtr.cap.10. num.7.* quod quomodo, & quando procedat infra explicabo in ſeq.*Præſtant.* & dico, quod poſt obtentam reclamatiooem à ſententia, à qua fuit reclamatum infra decem dies victor debet præſtare cautionem de reſtituendo in caſu retractationis, ſi iotendit ſententiam ad ſui beoeficium exequi, ita de iure noſtri Regni eſt diſpoſitum per *prag. 5.de Offic. S.C.* quam eſſe conſormem iuri communi per *auth. quæ ſupplicatio, C.de precib. Imper.offer.* dixit *Reg. Rouit.in pragm.5.de offic. S.R.C.* & cautionem omni iure eſſe præſtandam demonſtrat *Erneſt.Cothman.reſponſ.4.num.17.vol.4.* Si vero noo reclamauerit à ſeotentia iofra decem dies, ſed poſt d.tempus, non præſtatur cautio, & illa debitæ exequtioni demandatur, vt de antiquo ſtylo S C.teſtatur *Lanar.conſ 97.nu.2.* & dicit probari per tex.in *§.aliud quoque capitulum, auth.vt ſponſalit.largitas, Rouit.in pragm.5.num.2. Conſil.Altimar.in tract.de nullit.rub.1.qu.5.num 13. Gal'upp in praxi*, qui omnes refert in *d.cap.4.num.39.*
Iſta enim cautio præſtari debet, licet non petatur, vt in noſtro, & alijs Regnis obſeruari,
23 præſertim in Gallijs tradit poſt *Rehuff um Caranza in ritu 252. num.*8 *Relan. l., Valle conſ.43.lib 2. Altimare d.rub.1. qu 5. nu.73. & 77.Salgad.in laberint.credit.par.1.cap.ña. num.23.& 24 Reg.de Marin. lib 1.reſol.123. à num.14. Holterm.ad Surd.deciſ 57.D.Petra ſuper ritu* 168. *num.*11. & in *ritu* 152.*nu.*8. Imo taliter neceſſariam eſſe cõcludont prædictam cautionem ante exequutionem ſententiæ, vt ſi fiat exequotio antequam cautio præſtetur, poſt reclamationem propoſitam infra decem dies, vel ſi fuerit omiſſa, & ſententia exeqoutioni tradita, actus eſt nullus, nec reconualeſcit, ſi poſtea præſtetur, *Bald. in auth.quæ ſupplicatio in ſin verſ.4.& vltim. Franc.Marc.dec.459.vol.1.Boer.dec.259.n.2. Guid.Papè dec.50.num 1.Mieres de Maiorat. par.4.qu.2.num.71. Rouit in d. 5 pragm.n.5. num.*6.poſt Scacciam *Brunneman. in l.ſi quis 5.C.de precib.Imp.offer.*
Differt etiam circa modum petendi, nam appellatio, vt petatur ſufficit quælibet replica-
24 tio, qua dicarur, *appello*. in calce ſententiæ, aut decreti, vel per ordinarium libellom, aut quocumque modo petatur: at reclamatio oon dicitur interpoſita, niſi per ſupplicationem obteotam à Principe, aut eius Sommo Præſide, & non ſufficit ſimplex replicatio facta in calce ſententiæ, ſeu mandati de pareudo, & ratio differentiæ eſt, quia appellatio eſt remedium ordinarium, & ideò ſufficit, vt quocumque modo illa petatur, at reclamatio eſt remedium extraordinarium, & ex gratia Principis obtinetur, ideo non ſufficit petitio, ſed requiritur coonceſſio, ſeu gratia Principis. Ex quo reſultat vtilitas in facto, nam ſi fuerit per modum replicationis reſponſum, *reclamat in forma*,
abſque

abſque impetratione reſcripti reclamatio-
nis, non debet præſtari cautio, ſed traditur
exequtioni ſententia S.C. abſque cautione,
ſecus vero ſi fuerit impetrata regia decreta-
tio reclamationis, colligitur ex *d.prag.5. de
Offic. S.C.* ibi: *Cautionem, ſi pro reuiſione fuerit
infra decem dies ſupplicatum, præſtari volu-
mus, Gallup. in praxi S.C. par.3.cap.4.nu.39.*
imo d. tempus currit à die ſententiæ, non
à die notificationis mandati de parendo, *Af-
flict.dec.344 num.4.Gallupp.loc.cit.* & ita ob-
tinui in menſe Iulij 1692. in cauſa Antonij
Cammaræ, cum Doctore Franciſco Ror-
ro, Vbi fuit reclamatum in calce manda-
ti de parendo, & quia non fuit obtenta de-
cretatio reclamationis, ideo non fuit præſti-
ta cautio, & ſententia exequta, quia ſenten-
tiæ S.C. non intimantur, ſed ſufficit lecta
data, vt de noſtro ſtylo tradunt *Lanar.d.conſ.
97.num.9. Marcian.diſp.18. num.40. & 41.
Reg.de Marin.lib.2.reſol.178.num.2. Petra in
ritu 252.num.6.* proinde tempus decem die-
rum ad reclamandum currit à die latæ ſen-
tentiæ.

Sed nota, quod ſi ſententia S.C. præfigeret tem-
pus, infra quod aliquid eſſet agendum, prout
25 in dies contingit in ſententijs reſciſſionum
contractuum, & aſſiſtentiæ, in quibus ſolet
ex ſumma æquitate S. C. apponi clauſula,
quod ſi debitor infra mēſem ſoluerit tertias,
ſuperſedeatur in exequtione illius, in hoc
caſu, vt tempus limitatum currat, debet ſen-
tentia prædicta notificari debitori, vt in
mora conſtituatur, & non ſufficit hoc caſu
ſententiam fuiſſe lectam, & latam, aduer-
tunt *Lanar.d.conſ.97.Reg.Marcian.d.diſp.18.
nu.43.Altimar. in tract.de nullit.rub.1.qu.5.
num.76.*

Sunt tamen multi caſus, in quibus non conce-
ditur reclamatio, ſeu ſupplicatio, & primo
26 quando ex natura cauſæ non licet appellare,
nec licebit ſupplicare, *Decius in l. 1. Cod.
de edict.D.Adrian.toll.num.90.Surgente de
Neap.illuſtr.cap.19.num.8. in fin.* latè omnes
citat *Scaccia de appellat.qu.19.remed.3.num.
7. Azeued. in lib.4. tit.19. leg.1. num.2.& 3.
Brunneman.in l.ſi quis 5. C. de precib.Imper.
offer.* imo etiam qui non appellauit, cum po-
tuerit, ſupplicationis viam eligere nequit,
clarus eſt tex.in *l.vltim. C.vt lite pendente*,
vbi *Brunneman.* hinc ſicut non conceditur
appellatio aduerſus ſententiam, quæ tranſi-
uit in rem iudicatam, ita nec conceditur
ſupplicatio, colligitur ex *d.l.fin. Scaccia loc.
cit. num.11.* nam hoc caſu appellans dicitur
tacitè renunciaſſe appellationi, ac acquie-
uiſſe ſententiæ, ob quam acquieſcentiam
non debet amplius audiri, ſed imputatur
non appellanti, vel non reclamanti infra le-
gitima tempora, *Brunneman.in d.l.fin. Io:de
Imola conſ.145. num.3. Tuſch. d. concl. 904.
nu.35.* dum & ipſi appellationi tacitè etiam
renunciari poteſt, puta faciendo actum con-
trarium appellationi, vel ſoluendo, vel di-
uidendo, *l.ad ſolutionem C. de re iudic. Vrſill.
ad Afflict.dec.78.num.8. Danza ad Gramatic.
dec.35.num.5.* vel ſi appellans reuertitur co-
ram Iudice appellato, *Camill. de Laratha
conſ.88. num. 3. Danza loc. cit.* idem dicas ſi
per contractum fuerit renunciatum appella-
tioni, nam nec datur locus ſupplicationi,
*Caſtrenſ.in l.ſi quis aduerſus, C.de precib.Im-
per.offer. Tuſch.in d. ver.ſupplicatio concl.904.
num.40.*

Vnde ſequitur, quod ſi latæ eſſent duæ ſenten-
tiæ conformes, etiam dicitur prohibita ſup-
27 plicatio, quia duæ ſententiæ conformes fa-
ciunt rem iudicatam, *l.vnic. C.quando liceat
in vna eademque ſententia ter.prou.Paul.de
Caſtro in l.ſi quis 5.ſub num.3. Cod.de precib.
Imper. offer.* & de communi opinione dixit
Contar.in l.vnica qu.8.num.20.21.& 22. latè
*Scaccia d.qu.19. remed.3.num.7. Tuſch.dict.
concl.604.num.33.* quod non debet intelligi
in illis Regnis, vbi licitum eſt tertio prouo-
care, prout in Regnis Hiſpaniarum per *leg.1.
lib.40.tit.20.* vbi *Azeued.* latè, & infrà dicam
in *Præſtant. reuiſionis ſententiæ.* Vel quando
Princeps ex gratia vellet concedere ſuppli-
cationem poſt latas ſententias conformes,
quod non dubitatur poſſe fieri, *Scaccia loc.
cit.* qui ita explicat *Rebuffum* contrarium
ſenſientem.

Secundus eſt caſus, quando duæ prolatæ eſſent
ſententiæ, nam ſi ex prima non conceditur
28 ſupplicatio, nec concedi poterit ex ſecun-
da, *Bald.& Angel.in l.cum except. §. hæc au-
tem, ff.quod metus cauſa, verb. datam* ſequi-
*tur Fehn.in cap. quod ad conſultationem de
re iudic.Capyc.dec.1.num.24.& 26.*

Tertius eſt caſus à decretis decretantibus nul-
litates non obſtare, nam ab iſtis non admit-
titur appellatio, nec reclamatio, vt eſt di-
ſpoſitum per *pragm.4.de dilat.nu.23.* dictam
*delli 28.capi, Taſſon. de antef.verſ.3.obſeru.3.
num.76 circa fin.* ſed à decretis admittenti-
bus nullitates competit reclamatio, *d. prag.
4 num.23.*

Quartus eſt caſus, quando reclamaretur à ſen-
tentijs latis ſuper ſuſpicione Officialium, ſeu
29 Iudicum, nam non conceditur, vt in *prag.*
de anno 1611. Comitis de Lemos, quæ eſt
pragm.15. num. 23. de ſuſpicion. Offic. quam
declarant *Franc. dec.637.num.6.& dec.408.
Taſſon. d. obſeru.3.num.76. Gallupp. in prax.
S. C. par.3. cap.4.num.33.*

Quintus erit caſus, quando ſupplicaretur ad-
uerſus ſententiam latam per S.C ſuper vio-
30 lētia vigore capitulorum noſtri Regni, nam
non admittitur reclamatio, *Reg. Tapia deciſ.*

*S.C.*24.à n.6.*& in fin.Reg.de Marin.lib.*1.*resol.*128.*Tasson.in pragm.de ant.f.vers.*23.*obser.*1.*num.*102. in causa Mariæ Rauascheriæ cum Duce Cardinalis, in qua reclamatio non fuit admissa per *l.* 1. *Cod.si de momentanea possess.fuerit appellatum*, vbi à sententia lata super possessorio reclamatio non admittitur, cum non afferat præiudicium irreparabile, sicut per legem Regni Toleti est etiam statutum, quod super turbatione possessionis, vel occupationis terminorum, appellatio non admittatur, fatetur *Auendan.de exeq.mand. reg.par.*1.*cap.*4.*num.*11.*vers.quod autem, fol. mihi* 53. Benè verum est, quod idem *Reg.Tapia in* 3.*lib.iur. Regni, sub tit. Quando Rex inter Ecclesiastic. person. in rub.num.*17.*fol.*27. dixit in anno 1578. fuisse admissam reclamationem in his remedijs capitulorum Regni, & ita apud nos obseruatur, & verior opinio in praxi iudicatur, vt dixi sup. in *Præst.*22.*num.*16.

Sextus est casus, quando in causis criminalibus sententia S.Consilij confirmauerit senten-
31 tiam M. C. V. nam non datur hoc casu reclamatio à sententia S.C. quia etiam dicitur conformis cum sententia M.C. *Franch.decis.*22.470.*num.*5.

Septimus erit casus, quando Princeps nollet reclamationem concedere, nam non pote-
32 rit ad illam concedendam coarctari, quia remedium gratiosum est, & extraordinarium, quod ex gratia Principis descendit, colligitur ex *l. si quis*, *Cod. de precibus Imper. offerend.* sed quidquid sit de alijs Regibus, & exteris Principibus, tamen in nostro Regno supplicatio, seu reclamatio non est gratia Principis, sed concedi debet à nostro summo Præside per nostras municipales leges, seu pragmaticas, vbi ordinatur deberi illam recipi, & datur modus ordinandi decretationes, quas præcipere debent nostri Præsidentes S.C. ideo reclamatio ad formam legis in nostro Regno fuit introducta.

Octauus erit casus, quando essent prolatæ duæ sententiæ conformes, nam non conceditur
33 postea reclamatio, *Sanfel. dec.*304. *n.*1.*to.*2. & ideo per *pragm.*41.*num.*4.*de Offic.S.C.* fuit statutum, quod si causa contineat valorem ducatorum ducentum, quæ fuerit prius decisa à M.C.V. aut alio quocunque Tribunali, seu ab aliqua Audientia nostri Regni, si postea super ea à S.C. definitiuè determinata fuerit, ista vltima decisio attenditur, à qua appellari, supplicari, aut recursus haberi nequit, nisi in casu, quo scripturarum, actorum, aut testium falsitatem allegarent, nam in tali casu permittitur prouocandi facultas, & sententia exequtioni mandatur, præstita cautione in casu retractationis, *dict. pragm.*41 *num.*4. vbi *Reg Rouit. Franch.decis.*420.*num.*5. qui hoc limitat, quando agitur de decretis interloquutorijs, seù incidentibus quæ sunt extra crimen, nam hoc casu competit reclamatio, puta in causis Indulgentiarum, Indultuum, Remissionum, & similium, *Franc.loc.cit.* Sed hoc procedit quando sententia S. C. confirmaret primam sententiam, non autem si primam reuocaret, nam in hoc casu conceditur reclamatio, *pragm.*61.*de offic.S.R.C. Rouit.in d.pragm.*41. *num.* 7. vel si illam confirmaret, tamen nouum grauamen inferret, nam per istum nouum granamen vnica sententia dici potest, non duæ, ad propositum *Azeued. in l.recompil. lib.*4.*tit.*19.*leg.*2. *num.*1.

Nonus est casus, quando sententia lata fuerit in contumaciam, nam hoc casu nec conce-
34 ditur reclamatio, *Paris de Puteo de Syndic. in verb. an si statutum fol.* 54. *Surgente d.cap.*19 *num.*8.*circa fin.*

Poterit etiam adduci iste alius casus, quando sententia lata esset, aut decretum defini-
35 tiuum à Collaterali Consilio Principis, nam ab istis non conceditur reclamatio, prout de decretis definitiuis nostri Collateralis Consilij dixit *Surgente de Neapol. illustr. cap.*19. *n.*9. qui laborat in inuestigāda ratione huius practicæ, sed hoc intelligas cum distinctione, vt procedat quando sententia Collateralis Consilij esset confirmatoria sententiæ alterius Tribunalis, & hoc casu dicerem non concedi reclamationem, nam hoc casu sententia ista confirmatoria pronunciari solet in causa reclamationis, & in alio iudicio definita, & ideo non debet concedi reclamatio, quia daretur reclamatio reclamationis. At quando in prima instantia profertur sententia ab ipsomet Tribunali, forsan quia aliquis ipsorum Regentium esset Commissarius, Delegatus alicuius loci pij, qui in sua suprema Aula, vbi residet, voluit causam proponere, vt ibi definiatur, hoc casu dicerem esse concedendam reclamationem, quia etsi Tribunal Principis sit, tamen ab eodem Principe reclamatio solet concedi, pro meliori cognitione sententiæ à se latæ. In sententijs vero latis per Regium Collaterale Consilium in causis criminalibus, non admittitur reclamatio, ex antiqua obseruantia testantur *Franc.dec.*637. *num.*2. vbi *Luca num.*3.*Sanfelic.dec.*4.*num.*4. *Reg. de Marin. lib.*1. *resol.*150.*num.*5.

Aduerte pro coronide, quod si retractetur in iudicio reclamationis sententia primo loco
36 lata, debentur vsuræ, pro pecunia soluta vigore præcedentis sententiæ reuocatæ, *Reg. de Ponte de potest. Proreg.pag.*175. *nu* 27.§.4. *de regal.impos. Franc.dec.*120. *in fin. per tex. in auth qua supplicatio C. de precib.Imp.r.of-*

f.r.

fer. Taßon. in pragm. de antefat. vers. 3. obseru. 3. num. 116. §. 9 Cognito enim errore, & sententia reuocata, sunt fructus restituendi, ad exemplum minoris, cum quo si quis contraxerit errans in iure, ad fructus restituendos tenetur, quia lex resistit contractui, *Glos. in l. si fur 32. §. 1. ff. de vsucapio. Gama dec. 311. Vide Merlin. cap. 43. tom. 2. Consil. Pratum cap. 1. num. 19. cum seq. Nouar. qu. 40. par. 2.* Nota tamen quod sententia iniusta obligat ad fructus perceptos, sed non percipiendos, *cap. insinuante de procur. Gabriel Pereyra dec. 47.* sic decisum referens in Senatu Portugalliæ, & in nostra praxi omnis titulus qualiscumque sit excusat à fructibus percipiendis, *Rota in dec. 597. de restitut. spoliat.* sic decisum dicit Riccius *collect.* 3329. Sed non restituitur res vendita virtute sententiæ, si Reus in causa appellationis obtinuit, & hoc casu non datur actio contra emptorem ad rem restituendam, sed condictio ad pretium contra creditorem, qui priorem sentautiam obtinuit, *Franch. dec. 120. & dec. 650. Faber in tit. C. de bonis, auth. Iudic. tom. 2. tit. 3. disput. 24. num. 14. Afflict. centron. 33. Fontanell. de pactis nuptial. claus. 7. glos. 3. par. 5. num. 8.* Et quamuis de iuris rigore contrarium dixerint *Giurba obseru. 55. & dec. 69. Mariscottus var. lib. 2. resol. 50. num. 5.* ex doctrina *Bart. in l. crediteres num. 23. C. de pigner. Gaitus de credito cap. 4. qu. 7. à num. 884.* attamen prima opinio æquior est, nè publica fidas Iudicis elidatur.

PRÆSTANTIA XL.

Præstantia S. Consilij Neapolitani est, & cuiuslibet Senatus Principis, vt proposita supplicatione, sententia exequtioni tradatur, & quando.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia S. Consilij Neapolitani habet paratam exequtionem, licet contra eam supplicetur.*
Sententiæ S. Consilij Neapolitani, vti sacræ sanctiones antiquitus admirabantur.
2 *Exequtio parata sententiæ S. C. concordat iuri communi.*
3 *Pragmaticæ nostri Regni, quæ exequtionem tribuunt sententijs nostri Senatus concordant legibus Hispaniarum, Galliæ, Cameræ Imperialis, alijsque.*
4 *Debitoribus condemnatis diuersæ dilationes conceduntur ad soluendum.*
5 *Sententia debet in scriptis proferri, & cur.*
Scriptura inuenta fuit in adiuuamen memoriæ.
6 *Sententia S. C. vti sententia Præfecti Prætorij habet paratam exequtionem.*
7 *Sententiæ Senatus paratam habent exequtionem, vt lites finiantur.*
Lites multa mala causant, ideo vti pestes, sunt fugiendæ.
8 *Litigantes patiuntur diuersa opprobria.*
9 *Lites multi Principes scriptis legibus non determinant, sed ex bono, & æquo.*
Lites vt valeant præcaueri, aliquas cautiones Doctores inuestigarunt.
10 *Sententiæ nostri Sacri Consilij, & cuiuscumque Senatus etiam armata manu exequi poßunt, non sic sententiæ Iudicum inferiorum.*
11 *Exequutio sententiæ S. Consilij non suspenditur, licet infra decem dies fuerit proposita supplicatio.*
12 *Supplicationis causæ impeditur progreßus, nisi sententia fuerit prius exequta.*
Carceratio debitoris non habentis bona, vicem habet veræ exequtionis.
Cautionem iuratoriam quando debet præstare victor, vt valeat obtinere exequtionem sententiæ S. C.
13 *Sententia S. C. licet vna sit, habet suam exequtionem.*
14 *Exequtionem non potest impedire Præsidens S. C. cum suo rescripto.*
16 *Principis rescriptum impediens exequtionem sententiæ Supremi Senatus non tenet, nisi Princeps vtatur plenitudine potestatis.*
16 *Exequtio sententiæ S. C. non retardatur per dilationem quadrimestralem, quæ debitoribus condemnatis concedebatur.*
Interesse rei iudicatæ, soluebatur ad rationem vnius pro centenario pro quolibet mense, quod vsura centesima appellabatur.
Interesse rei iudicatæ in nostro Sacro Consilio soluitur, sed non ad rationem vsuræ centesimæ.
17 *Exequtio sententiæ Senatus non impeditur per dilationem quinquennalem.*
18 *Sententiæ exequtionem non possunt impedire Consiliarij Commissarij.*
Senatus potest dilationem concedere debitoribus, sicut possunt etiam Regiæ Audientiæ nostri Regni.
19 *Sententia S. C. tunc habet paratam exequtionem, quando collegialiter lata fuit.*
Consiliarij Sacri Consilij Neapolitani in causis infra summam vncatarum duodecim possunt solum ipsi sententiam proferre nomine regio & sententia habet paratam exequtionem.
20 *Sententia si esset irretractabilis pendente exequtio-*

quæ one non exequitur.

21 *Sententia notoriè iniusta non habet promptam executionem.*

22 *Sententia lata ex falsis probationibus non transije in rem iudicatam, nec habet paratam exequtionem.*

23 *Executio sententiæ impeditur, si fuerit petita in integrum restitutio.*

24 *Sententia non exequitur pendente liquidatione meliorationum oppositarum.*
Sententia lata super redditione computorum non exequitur, nisi discussis omnibus computis.

25 *Sententia originalis si esset deperdita, & non reperitur in registro, non habet executionem paratam.*

26 *Præscripta si esset sententia S. Consilij ob executionem neglectam per tempus triginta annorum, non habet paratam executionem.*

27 *Sententia exequitur contra hæredem facta prius eius citatione, secus si transiuit in rem iudicatam.*

28 *Reclamationis causa non retardatur, quando possessio rei litigiosæ est penes victorem.*

29 *Sententia exequi non potest contra fideiussorem contractus absque nouo processu, secus contra fideiussorem iudicati soluendi.*

30 *Expensæ litis an habeant paratam executionem post sententiam, proposita reclamatione.*

31 *Sententia non potest exequi quando pars passa fuit dari terminum in causa reclamationis, non petita exequtione, vel quando expressè consensum præstitit.*

32 *Hypothecata non sunt bona condemnati pro iudicato, donec in iudicati executionem capta non sint.*

PRÆSTANTIAM etiam cognoscas in sententijs Senatus, vt habeant paratam executionem, licet ab eis postuletur pro sup-
1 plicatione, quam nos reclamationem nuncupamus, imo talis reclamatio à parte gratata si petatur, nec etiam conceditur, nisi totaliter, & integraliter fuerit sententiæ executioni tradita, vt apud nos fuit dispositum per plures huius Regni pragm. scilicet *pragm. 5. de offic. S.R.C.* vbi *Reg. Ronit. & pragm. 38. de offic. Procur. Cæsar.* & per *Ritum M.C.V.* 252. & demum ita fuit statutum in pragm. edita per Comitem Montis Regij die 21. Ianuarij 1535. quæ est *pragm. 79. cap. 9. 10. & 14. de offic. S.R.C.* vbi expressè ordinatur, supplicationes reclamationum à sententijs definitiuis S.C. ante eorum executionem nullo modo posse committi ad alium Commissarium, neque cum clausula citra præiudicium executionis, & mandatur Magistris Actorum S.C. quod talia rescripta non recipiant, nec illa in actis conseruent, donec sententia habuerit eius executionem, & si ignoranter fuerint recepta debeant separari ab actis, statuitur etiam forma prouisionis in d. supplicationibus reclamationum, hoc modo componenda per Spectab. Præsidentem nostri S.C. *Notetur dies, & facta executione prouidebitur*, quæ praxis hodiè est in viridi obseruantia, vt etiam dixerunt *Reg. Capyc. latro dec. 72. num. 17. in fine, vers. hoc idem lib. 1. Staiban. resol.* [illegible] *tom. 1. Consil. Altim. de nullit. rub. 1. qu. 5. nu. 37.* per notationem enim diei non aliud denotatur, nisi cognitio temporis, an scilicet fuerit reclamatum infra decem dies præfixos ad reclamandum, ad finem præstandi cautionem, vt infra dicam. Antiquitus sententiæ S.C. in maiori honore tenebantur, & statim ac ipsæ proferebantur, nil aliud aduersus eas opponebatur, & ad summum intimabatur mandatum de parendo, & postea [illegible] per partes [illegible] parebatur, prout testatur *Mer.* [illegible] *cent.* [illegible] *in princ.* quia eximia erat Maiestas huius Supremi Tribunalis, & [illegible] doctrina, integritas, & vitæ [illegible] Senatorum, vt eorum decisiones [illegible] Sacræ Sanctiones admirabantur, eorumque dicta vel oracula [illegible] venerabantur [illegible] fatetur *Staiban in resol. 156. n. 2.* [illegible] considerans antiqua tempora [illegible] nostra toto corde exclamat, vbi [illegible] dilationes aspiciuntur, vt victores post sententiam ob [illegible] cogantur hodie [illegible] & in portu naufragium gustare.

Hæc enim p[illegible] executio concordat iuri communi, & [illegible] habuit ex *auth. quæ supplica-*
2 *tio, C. de prec. Imp. offer.* & ex §. *aliud, auth. Vt spons. alitia largit.* [illegible] *d. 603. & 646. num. 2. Tapia in tom. 1. iuris Regni prag. 5. n. 1. de offic. S. R. C. Borrell. decis. 32. num. 3. par. 2. Capyc. latro dec. 100. num. 4. Consil. Pr.* [illegible] *lib. 2. discept. for. cap. 12. Dom. Altimar. d. quæst. 5. num. 35.* qui omnes refert. *Ronit. in pragm. 5. de offic. S.R.C. & dec. 11. num. 17. Dom. Petra in ritu 252. M.C.V. num. 4.* nam parum prodest sententia, nisi executioni tradatur, *Glos. in rub. de except. rei iudic. cap.* [illegible] *s. præterea de electiön. in 6.* imo tales nostræ pragmaticæ huius Regni, quæ talem execu-
3 tionem paratam statuunt, concordant legibus Hispaniæ, vt aduertunt idem *Tapia in annot. ad dict. pragm. 5. in princ. Cax. in praxi tom. 1. par. 7. cap. vnic. num. 125. Riccard. in manuduct. ad praxim par. 4. 5. 22. num. 8.* post alios *Aluar. Valasch. consult.* [illegible] *num. 38.* [illegible] *Couarruu. pract. qu. cap. 23. num. 8.* Idem seruari in Curia Parlamenti Delphinatus fatetur *Guido Papæ dec. 50. & 420. Altimar. loc. cit. qu. 5. num. 35. & 43.* vbi dicit, quod in Curia Delphinali ordinatione Caroli VI cauetur, nè Supremæ Curiæ differant Arresto-

 rum

rum executionem par quascumque literas Regias, vt aduertit etiam *Anton. Matthei in annot. ad d. dec. 420. Papi.* Imo in toto Regno Gallico Reclamatio non suspendit sententiæ executionem, *Rebuff. tract. de supplic. q. 7. n. 38. Guid. Papi dec. delphin. 420. Franc. Marc. dec. 83. n. 2. Imbertin. instit. for. lib. 2. cap. 16.*

Ista enim promptuaria executio arguit PRÆSTANTIAM, quia aspicimus, quod de iure
4 canonico, *in c. Quarenti de offic. Deleg.* annus datur Delegatis à Papa ad exequendā sententiam suam; Sic etiam excōmunicato propter ciuilem, vel criminalem causam annus datur ad deducendū iura sua, vt in *c. rursus, & in c. seq. 11. q. 3.* Ita etiam de iure Digestorum debitoribus condemnatis dilatio duorū mensium conceditur ad soluandum, per *l. debitoribus 31. ff. de re indic.* sed de iure Codicis ad quatuor menses fuit prorogata per *l. 2. & 3. & 5. in fin. Cod. de vsur. rei indic.* quod tempus de iure canonico etiam fuit concessum, per tex. in *cap. quo ad consultationem 15. de sent. & re iudic. & in cap. quarenti 26. de offic. & potest. Iudic. Deleg.* quod de iure Hispano ad solum decem dies restrictum fuit de iure partitarum in *l. 5. tit. 27. & l. 7. tit. 3. par. 1.* vt latè dixi supra in *Praest. 22. num. 11. & seq.* & dicam infra in hac *Praest. in seq. nu. 16.* alia exempla refert *Pegas in ordin. Regni Portugallia Glos. 49. num. 2. tom. 1.* vbi anni dilationem iura permittunt, quod non aspicitur in sententijs S. C.

Ex hoc intelligo cur nostræ leges statuerint, vt sententia in scriptis feratur, alias sit nulla
5 *l. 1. & 2. C. de sententijs ex breuit. rec. cap. fin. in fin. de sent. & re iudic lib. 6. Maran. de ord. Iud. par. 4 tit. & demum fera. sententia nu. 17. Tuscus lib. 5. concl. 133. Sousa dec. 59. num. 1. Menoch. de arbitr. qu. 69. num. 4. Scaccia de sententijs Glos. 17. n. 4. Vantius in tit. ex defectu proc. num. 64. Barb. in collect. ad tex. in cap. fin. de sentent. & re iudic lib. 6. num. 2.* qui etiam allegat alterum *Barbosam in leg. si debitor num. 139. ff. de re iudic.* & hoc ampliat in Interlocutoria habente vim definitiuæ, *Trentacinq. var. resol. lib. 2. tit. de sententijs resol. 2. num. 1.* secus si Interlocutoria non haberet vim definitiuæ, *August. Barbos. in dict. cap. fin. num. 3. & 4.* & licet Princeps sententiam ferre possit sine scriptura, *Alberic. de Rosata in auth. nisi breuieres C. de sentent. inter loc. omnium Iud.* cum maximè sit dignitatis verbo, & non scripto sententiam promulgare, vt dixit *Surgente de Neap. illustr. cap. 18. n. 2.* Vel quando essemus in re minima, nam potest proferri sine scriptis, *Glos. in c. fin. de sent. & re indic. lib. 6.* tamen hoc non procedit, quando causa libellum requirit, cui subsequi debet sententia, vt declarauit idem *Surgente loc. cit. num. 3.* qui iura allegat. Ex his dico, quod debet sententia in scriptis proferri, vt suam executionem non habeat momentaneam, vel temporaneam, sed omni tempore duraturam; Scriptura enim inuenta fuit in adiuuamen memoriæ, ad conseruandum hominum facta, & dicta, ne obliuione perirent, sed in posteros transirent, *Isidorus lib. 1. Ethimologiæ cap. 3.* & ideo Historiographi, & Chronistæ admissi sunt, qui gesta hominum literis traderent, ita etiam Scribæ, & aliæ publicæ personæ institutæ fuere, vt de veritate hominū in suis contractibus, & pactionibus cōstaret, ne falsitas veritati præiudicaret, aut iniquitas preualeret æquitati, iuxta *cap. quoniam contra de probationib.* vbi *Fermosin.*

Ratio autem cur sententiæ S. C. habeant paratam executionem illa est, quia senten-
6 tiæ Præfecti Prætorij suam debent habere paratam executionem, *d. auth. qua supplicatio Thesaur. dec. 2. n. 1. in fine, Anna in repet. Const. diuæ memoria num. 9. Staiban. r. sol. 50. nu. 8.* Alia etiam ratio assignari poterit, vt scilites Supremi Senatus finiantur, ea enim est sen-
7 tentiæ virtus, vt controuersiæ finem imponat, *l. 1. ff. de re iudic. leg. vnic. C. ne liceat tertio prouocare, l. si quis aduersus, C. de precib. Imper. offer.* ex quibus litibus multa damna in Republica sentiuntur, idcircò vt à Republica resecentur, multa iura esclamant in *l. properandum C. de iudic. cap. finem litibus de dolo, & contum.* vbi DD. & post multos latè disserit *Solorzan. de Iure Indiarum tom. 1. lib. 3. cap. 3. num. 7. & tom. 2. lib. 2. cap. 29. nu. 82.* & bene dixit *Cassiodor. lib. 1. var. epist. 5.* quod in immensum non debent trahi finita litigia, quæ enim pax dabitur discordantibus, si nec legitimis sententijs acquiescunt, vnus iste portus inter procellas humanas institutus est, quem si homines feruida voluntate prætereunt, in vndosis iurgijs semper errabūt, quod etiam notauit *Petr. Gregor. 3 p. syntag. iur. lib. 50. cap. 1. n. 35.* ex authoritate Ciceronis afserentis vecustos Præsides de rebus iudicatis denegasse actionem, illa ratione, quia extrema imprudentia est, iudicata labefactare, quod Principes aduertere deberent pro regimine subditorum, quia non tam interest eius qui vicit, sententiam non rescindi, quam Reipublicæ, vt sit litium finis, quarum ex infestationibus iura, leges, & Magistratus noxam patiuntur, fatetur *Herod. in suo lib. de orig. & author. iudiciorum pag. 7. in fine, & 8. Oter de pascuis cap. 23. num. 11.* neque concordiam nutriri posse inter Ciues, vbi multæ lites iudiciales sunt, fatetur *Plato lib. 5. de legib.*

Verùm nostris temporibus in hac Ciuitate continuò experimur, vt litigantes ad extremam miseriam reducantur, dum nullus mo-

dus,

ſus, neque finis illis dari poteſt, ſæpè enim inſurgunt cauillationes, ſubterfugia, & omnis ſpecies maliciæ, vt rectè dici poſſit, quod flagellum Dei accidat illis, quibus iurgia mouentur, etenim re vera ex eis Reſpublica læditur, Iudices inquietantur, falſitates aſpiciuntur, crimina, & homicidia non raro eueniunt, litigantes ad ſummum vexantur, & tandem patrimonia eneruantur, atque naufragium experiuntur, quapropter vti pellem litem eſſe fugiendam, & bello peiorem in Republica eſſe, probat *Marcus Anton. ... de muner. Principum lib. 9 c. 21. & ſeq.* propterea *Eccl. 28. 16.* dixit *Abſtine à lite, & minues peccata.* Nam iſti homines litigatores patiuntur opprobrium diuerſa-

8 rum vilium perſonarum, quibus ſe ſubiciunt, vt eorum mentes ad optatum finem perducere poſſint, quod in dies aſpicimus, merito viri mali æſtimantur, & eos dæmonijs aſſimilant *Lucas de Penna in l. litibus, C. de Agricolis, Scaccia de appellat. quæſt. 5. num. 108. & 243.* & adducunt tex. in *l. 4. ff. de alien. iudic. l. 3. §. num. & ff. de arbitris,* quod etiam obſeruat *Redon de ſyne. 2. par. cap. 31. num. 9.* obſeruent igitur Sapientes præceptum Salomonis, *prouerb. 20. 3. Honor eſt homini, qui ſeparat ſe à contentionibus, omnes enim ſtulti miſcentur contumelijs,* Aſpicimus enim ſemper laudatos, & ſummo iudicio præditos, atque feliciter notatos illos viros, qui numquam ſe litibus implicarunt, vt de ſe ipſo teſtatur *Martialis lib. 10. epiſt. 57. & lib. 2. epiſt. 90.* dum dixit:

Lis numquam toga rara,
Sic nox cum ſomno, & ſine lite dies.

Quod cognoſcentes multi Principes leges ille fontes litium, & quod eorum iudicata non exequitur, nullis ſcriptis legibus Rem-

9 publicam gubernant, & regunt, & lites ex bono, & æquo determinant, vt fatentur *Stephan. Nathen. par. 2. tit. 2. cap. 1. & ſeq. Marc. Anton. Petilius lib. 5. cap. 31. & ſeq. & lib. 9. cap. 13. & ſ qu. Iuſtus Lipſius in politic. lib. 2. cap. 10.* qui multorum Principum, & Regum exempla tradunt, & præcipuè laudant modum procedendi in litibus apud Turcas vitatum, inter quos lis ſi morit mota, eodem die quo naſcitur, terminatur. & hoc quia non habent tot leges, ſanctiones, constitutiones, & ſpeciales conſuetudines, quibus veritas poti... abſoluitur, & Iudicibus obſcuratur, quam ex eis enitere, aut lucefcere poterit, nam ipſorum multitudo cauſa eſt confuſionis, & ex ei... implicantur, vt bene ... *lib. 2. epiſt. 6 ... pag. 58.*

Li... ... leges, ... Viui
N... lit... ... ſine lite ... p ... ſt.

... doctiſſimus *Antonius Fauer in ... Cod ... 9. t. 22. ... 5 ...* ... ſtans tot damna, & ſumptus, quos pauperrimi litigantes patiuntur, Principes hortatur vt omnem curam adhibeant ad illas reſecandas, & refert quadraginta articulos, ſiue cautiones, quibus ad hoc perueniri poteſt; Quod etiam ſuaſit multis rationibus noſtro Inuictiſſimo Monarchæ Philippo Tertio, *Lupus de Daza in ſuo libello de Creſſ, ſiue de Iudicio legum,* vbi oſtendit modum, quo innumeræ noſtræ leges ad breuiſſimas reduci poſſunt, & exempla adducit, quod etiam ſcripſit *Roman. Valleron de tranſact. in proœm. num. 6. & 7.*

Vt autem deueniamus ad noſtrū thema, vnde digreſſi fuimus, dico, quod nedum ſenten-

10 tiæ noſtri S. C. paratam habeant executionem, ſed etiam forti, & armata manu exequi poſſunt, vt habetur in *pragm. 5. de Offic. S. R. C. vbi Reg. Rouit. Taſſon. in pragm. de antef. verſ. 3. obſeru. 3. num. 76. circa fin. Iulius Cæſar Imbrianus de Iud. Regu. Dial. 2. fol. 104. n. 220. Gratian. dec. 68 num. 5. Rota Romana apud Farinaceum dec. 446. num. 1. tom. 3. par. 2.* Supremus enim Senatus poteſt vti vi armata contra inobedientes, prout de Parlamento Franciæ dicit *Guliel. de Bened. in cap. Raynutius in 2. decum. n. 483. in add. ſuper verbo ſeu magiſtros,* & approbat *de Graſſalijs de Regalijs Regni Franciæ lib. 1. verſ. 4. & notandum pag. 173* qui ita perordinationem Ludouici XI. ait fuiſſe ſtatutum in d. Regno, & ex noſtris etiam dixerunt *Caraua in ritu 160. num. 3. & Graſſell. decis. 686. num. 10. verſ. & dicit fortius,* qui docent, quod poſſit S. C. manu Regia, & de facto procedere, & ex cæteris *Hieronymus de Leo dec. Valent. 10 f. num. 8. & ſeq. lib. 1. Scaib. in obſer. ad reſol. 50. n. 40 to. 1.* Alij vero Iudices inferiores non eadem poteſtate vti poſſunt, nam licet per tex. in *l. qui reſtituere, ff. de rei vend.* videatur conceſſa poteſtas Iudicibus defendendi eorum iuſſa manu militari, tamen intelligit *Ioannes Faber in l. 1. C. de offic. milit.* hoc procedere de manu familiæ, aut ſeruientium, & *Baldus ſua Margarita in verb. Iudex,* etiam dixit, quod Iudex poſſit etiam cū enſe ſuam iuriſdictionē tueri, ſed *Steph. Auf. ... in elem. 1. de off ordinaris fol. 15.* hoc explicat de Iudice ſuperiore.

Amplia. 1. vt reclamatio à dictis ſententijs S C. propoſita infra decem dies, nec etiam ſu-

11 ſpendat executionem, *auth. qua ſupplicatio, C. de precib. Imp. offer.* & hoc procedit etiam ſi compilatus fuerit proceſſus in cauſa reclamationis, *Franc. dec. 290. Taſſonus in prag. de antefato verſ. 3. obſeru. 3. num. 76. ...* & idem procedit in decretis interlocutorijs latis à S. C. vt non impediatur illorum executio, ob propoſitam reclamationem aduerſus ea, ſed exequuntur, quia decreta S. C. ſunt, vt ſtatuitur in *pragm. 79. c. p. 9. de Offic. S. R. C.*

In qua ſupplicatione reclamationis aduerſus
ſententias S. Conſilij, non debet ſupplicans
6 conqueri de Indice, quia turpe eſſet propo-
nere iniqnitatem tam Supremi Senatus, vel
Magiſtratus, ſed allegare ſolum errorẽ facti,
vel eius culpam, non bene informando Sa-
crũ Conſilium, vel propriam negligentiam,
aut dolum, vel circumuentionem aduerſarij,
non Iudicantium, quæ in tam ſublimes per-
ſonas ſuſpicari nequeunt, vt diſponit *l. Præ-
fecti, ff. de minor. Valaſch. conſult. 51. num. 57.
Sola ad conſuet. Saband. in tit. de modo, & for-
ma ſupplic. gloſ. 1. nu 4. fol. 631. Fontanell. dec.
5. num. 12 Marotta diſcept. 13. num. 12. Rouit.
dec. 14. num. 2. Dom. Conſ. Altimar. de nullit.
rub. 1. qu. 5. num. 17.* nec iſti eximij Senato-
res, ob eorum bonitatem, dedignãtur cauſam
iterum reuidere, nam per ſolam appella-
tionem propoſitam Iudex iniuria non affi-
citur, & licet aliter videatur concludere,
tex. in *l. vlt. C. quando prouoc. non eſt neceſſe*,
tamen tex. prædictus intelligitur de ſuper-
uacua, ſeu ſrinola appellatione, non de ra-
tionabili. Si vero tumultuosè, & inciuiliter
à Iudicis ſententia appelletur, vel ei conui-
cietur, actione iniuriarum tenetur, & extra
ordinem punitur, *l. illud ſecundum 8. ff. de
appellat. & l. Iudici 42. ff. de iniur.* Idem dicas
ſi appellans in libello aſſerat Iudicem à quo
iniquè, & odio, vel precio ſentẽtiã tuliſſe,
nam extraordinariè arbitrio Iudicis punitur
*Caſtrenſ in d. l. illud, Grauat. in annot. ad pra-
xim, Octauian. Veſtrij lib. 7. cap. 3. nu. 31. Me-
nocb. de arbitr. Iudic. lib. 2. cent. 3. caſu 263.
num. 8. Harppreſt. in ſ. iniuria autem 1. num.
48. inſtit. de iniurijs.*

Hoc enim reclamationis remedium licet ſit
ſubſidium extraordinarium, attamen
7 ſub Catholico, & iuſto Principe eſt
remedium ordinarium, cum etiam ſa-
piat naturam appellationis, quæ eſt ſpe-
cies defenſionis, ſed cum hac differentia,
vt ſi grauamen inferatur à Iudice inferiori,
competit appellatio ad ſuperiores, ſed ſi à ſu-
perioribus allegetur illatum grauamen, ſup-
plicatur apud eoſdem Iudices, vt melius in-
formati ſententiam corrigant, vel mode-
rent, & hoc modo etiam reuidetur ſententia
à Iudicibus ſapientibus nomine ipſius Prin-
cipis. Sed ſiue remedium ſit ordinarium,
ſiue extraordinarium, ſemper ſuperioritatis
poteſtas præſumitur reſeruata in omni con-
ceſſione cognoſcendi res Subditorum, vt fa-
ciliori via, qua poſſunt ſubleuentur. *Bor-
rell. d. tit. 34. num. 22.* legimus enim in ſacra
Scriptura, *Exodi c. 3.* quod dixit Deus Moy-
ſi, quando illum Iudicem conſtituit in-
ter Iſraelitas, & Pharaonem. *Clamor filio-
rum Iſrael venit ad me, & vidi afflictionem
eorum, qua ab Ægyptijs opprimuntur, ſed ve-
ni, & mittam te ad Pharaonem, vt educat Po-
pulum meum filios Iſrael de Ægypto*. Hinc
idem Moyſes conſtitutis Iudicibus, qui cau-
ſas Populi iudicarent, reſeruauit tamen
ſibi ſuperioritatis ſignum, vt maiora,
& grauiora illi referentur, vt patet *Exodi
cap. 18. & Deuteron. cap. 1.* vbi dixit Moy-
ſes: *Quod ſi difficile aliquod vobis viſum fue-
rit referte ad me, vt ego audiam*. Vide igitur
quomodo in Sacro Textu Moyſes Princeps
Populi electi, omni tempore ſe promptum
exhibebat oppreſſiones illorum audire, ex
quo indicatur recurſum ad Principem in
omni grauamine ſemper admittendum, vel
ad eius Supremum Senatum, & etiam habe-
mus in *Act. Apoſt. cap. 25. & 26.* Paulum Apo-
ſtolum fuiſſe Hieroſolymis accuſatum à Iu-
deis coram Feſto, & appellaſſe ad Cæſarem
prius, denuò illam repetiſſe coram Agrippa
Rege, & Berenice vxore, ad quem fuit di-
miſſus, *Borrell. d. cap. 39. num. 24.*

Ex quo deducitur non bene dixiſſe illos Do-
ctores, qui ſcripſerunt poſſe Principem cau-
8 ſas delegare appellatione remota, per tex. in
l. 1. ſ. interdum, ff. quib. appellar. non lic. & ſunt
*Vitalis Cambanis in tract. clauſ. ſub tit. de clau-
ſul. appellat rem. Celſus Hugo in tract. de clauſ.
tit. de clauſ reſcriptor. in verb. Clauſula appel-
lat remot. Conrad. in templ. omn. Iud. lib. 1. c. 1.
ſ. 4. in ver. ius poſitiuum, verſ. tertio quero n. 5.*
latè *Lancell. de attentatis par. 2. c. 12. limit. 8.*
dicunt enim, quod licet appellatio ſit de
iure naturæ, adeo quod non poſſit tolli in
totum, poteſt tamen à Principe alterari quã-
doque, & diſpenſari *Afflict. dec. 391. nu. 9. Ro-
uit. in prag. 1. de bon. prodit. num. 19. Valenzuo-
la conſ. 194. num. 6. tom. 2. Danza ad Grama-
tic. dec. 35. num. 3. & 6.* & ſic ſeruari in Re-
gno Hiſpaniarum refert *Bouadill. lib. 2. poli-
tic. cap. 16. num. 137. fol. 637.* Sed reliqui
DD. affirmant, quod cum Princeps non
poſſit tollere defenſiones, non poteſt cau-
ſam delegare, appellatione remota, vt
dixerunt *Andreas de Iſernia, Alex. & Io.
Vincent. de Anna ſupra in princ.* allegati, & ſi
id mandet, intelligitur de appellatione fri-
uola, & leui, non de legitima alicuius im-
portantiæ, *Valenzuola conſ. 195. nu. 30. vol. 2.*
Vel ſi eſſet prohibita appellatio à definiti-
ua, nõ cenſeretur prohibita ab incidẽtibus,
Rouit. dec. 81. num. 7. quia appellatio reſpicit
deciſoria, & cum ſimus in odioſis de princi-
pali appellatione debet intelligi, non de in-
cidentibus, *Franc. dec. 637. nu. 10.* vbi *Luca*
latè, *Danz. in addit. ad Gramat. dec. 35. à nu.
6. & ſeq.* & punctualiter *Capiblanc. tom. 2. de
auibor. Baron. capite 50. num. 3. & 5.* at-
que nihil operari talem clauſulam, appel-
latione remota, quando non fuit appoſita
præuia cauſæ cognitione, ita *Gloſ. in verb. an-*

te

te ſententiam in fin. in cap. vt dubius honor de appellat. Gloſ.2.in cap. ex parte 13. de offic. Deleg. Lancellot.d.cap.12. lim.8. num.42. cum ſeq. Frageſo de regim. Chriſt. Reipub. par.1.lib.8. diſp.24 num.224. & multi relati à *Barboſ.in tract.variar.clauſ.9. appellat.remot. num.15.* Vel quando conſtat de notorio grauamine nil operatur, *Lancellot. loc.cit.num.28. Gratian.diſcept.foreuſ.tom.1.cap.41. num 17. & tom.3.cap.494.num.2.* alijque adducti à *dict. Barboſ.loc.cit.num.20.* Vel quando agitur de effectu deuolutiuo, quando deuoluitur cauſa ad ſuperiorem, à quo poterit grauamen emendari, *Contard. de momeut.in poſſ.qu.16. num.6. Pacific.de Saluian.interd.inſpect.4.cap.2.num.97. Barboſ.loc.cit.nu.25.* Vel tandem talem clauſulam non tollere ſupplicationem ad ſuperiorem, dixerunt *Scaccia de appell.qu.17.lim.15.n.8. Marcheſ.de commiſ.par.1.pag.297.à num.38. Lapus allegat.123.num.13.in fin.* alijque relati à *Barboſ. loc.cit. num.27.* vt eſt reclamatio, de qua loquimur, quæ non cenſetur excluſa per dictam clauſulam, *Appellatione remota*, quia quando denegatur remedium ordinarium, non cenſetur denegatum remedium extraordinarium, *l. plane, & l.fin.ff.de petit.hæred.cap.ex parte il 2.* vbi *Abbas, & Decius de reſcrip. Caramita in ritu 252. nu.7.* prout in ſimili, ſi appellatio fuerit per ſtatutum remota, non tamen reclamatio videtur excluſa, *Franciſc. Ripa in l. nemo poteſt num.92.ff.de leg.1. Decius conſ.533.& conſ.334. Iſernia in conſtit. Regni diſputare, Surgente de Neapol.illuſtr.cap.19.num.4.in fin.*

Et quia ſolius Principis eſt ſupplicationis, ſeù reclamationis cauſam examinare, dixerunt
9 *Specul in toto tit.de ſupplic.* & ibi *Io: Andreas in apoſtill. Lancellott.in templ omn.Iudic.* vel eius Supremi Præfecti, vt habetur in *dict. auth.quæ ſupplicatio, Pereyra de reuiſ.cap.14. & cap.43. num.25.* ideo cum reuerentia, & humilitate à Principe peti debet, & in noſtro Regno Supremus Præſes eſt Deputatus à noſtro Rege, qui eius vicem gerit. Iſtæ reclamationes à prædictis ſententijs cum ſolitis circumſtantijs, & cautelis concedit, *Maranta in ſpecul.par.6.de appellat. num.11. Sola in decretis Sabaudiæ tit.de concluſ.in cauſ.decret.vt nihil gloſ. 3. in princ. num.1. Altimar. de nullit. rub.1.qu 5. num.33.* & ideo noſtri Aduocati cum has ſupplicationes reclamationum exponunt, dicunt in libellis, *humiliter ſupplicat N. N.* vt aduertit *Surgente de Neap.illuſtr.cap.19.num.8.*

Iſta reclamatio de iure antiquo poterat proponi vſque ad triginta annos, dixit *Carol.de Graſſalijs de regal. Franc. §. & quia pag.166.*
10 attamen de iure Codicis, & Authenticorum debet proponi infra tempus biennij, *auth. quæ ſupplicatio, C.de precib. Imper.offer. & illud, auth.Vt ſponſalit. largit.l.vnic. C. de ſentent.Præfecti Prætor.cap.ſuſcitata de in integr. reſt.t.* & infra aliud biennium debet illa proſequi iuxta formam *d. auth. quæ ſupplicatio*, quam ſeruari ad vnguem in noſtro S.C. fatetur *Reg.Ronit.in pragm.5. de offic. S.R.C. nu.5.* & ita eſt definitum per noſtrum S. C. apud *Gramat.dec.13.* ad formam legis, ſc. quod appellationum tempora, quæ obſeruantur in S.C. circa fatalia, obſeruentur etiam in cauſis reclamationum, & à ſententijs per idem S. Conſ. interpoſitis, quod decretum dediſſe cauſam huic pragmaticæ tradit *Gramat. d. deciſ.13.* quam eſſe conformem iuri communi dixerunt *Marcell. Maur. alleg.100. & Ronit in dict.pragm.53.num.2.* Et in Regno Galliæ tale tempus etiam fuit limitatum
11 vſque ad biennium reclamandi, per ordinationem Ludouici Vndecimi publicatam in Parlamento Pariſienſi anno 1479. notant *Chaſſin. in prooem. conſuetud. Bu gundiæ in verb.de Noz parlemens, & Degraſſalius loc.cit. pag.166.* Imo etiam diſpoſitum, vt infra quinquennium lites finiri debeant, *Rebuff. de ſupplic.in præfat.qu.10.num.75.* quem refert *Iarga Valentin. in parthen. litig.lib.2.cap.14 num.26 in fin.*

Neque Fiſcus eſt in hoc priuilegiatus, vt poſſit poſt d.tempus biennij reclamare, & ſicut ius
12 reclamandi poſt biennium non competit priuato à ſententia Præfecti Prætorio, ita non competit Fiſco, *Auna alleg. 26.* quia Fiſcus non eſt priuilegiatus, niſi in caſibus à iure expreſſis, ex quo reſoluit *Minadous in conſtit. Regni in aliquibus*, quod ſicut Priuatus Balius feudatarij tenetur facere inuentarium, ita etiam Principis, vel Fiſci. *Ronit. dec.69.num.9.* Maximè in ordinarorijs iudiciorum, in quibus Fiſcus non eſt priuilegiatus, niſi in caſibus à iure expreſſis, ideo vidremus, quod tempus petendi beneficia infra tempus ſtatutum per *pragm.16. de ordin.Iudic.* vt ſcilicet infra dies triginta poſt cōcluſionē in cauſa, peti debeat primum, & infra alios triginta dies peti ſecundum, cōprehendit etiam cauſas fiſcales, & Fiſcus eodem iure vti debet in ſuis cauſis, refert deciſum *Ronit.vbi ſupr.num.12.*

Cum autem hoc reclamationis remedium ſit extraordinarium, generaliter loquendo, &
13 gratioſum, *Coſta de remed.ſubſid. remed.23. num.1. Borrell.in d.tit.34.num.45 tom.2.* idcirco ſemel dumtaxat conceditur *d. l.ſiquis, C.de precib.Imper.offer.* & ſicut poſt binam ſententiam appellatio non admittitur, quia non licet tertia vice appellare, *l.1. C. Ne liceat tertio prouoc.* eodem modo non auditur ſupplicās poſt primam reclamationem, *Borrell.d.tit.34. num.48.* ideo ſi ſecunda vice S. Conſilium confirmauerit ſuam primam

ſententiam, non amplius ſupplicatur, ſed
ſuper eis imponitur perpetuum ſileotium,
dummodo ſint conformes, ita de iure oostri
Regni diſponit *pragm.5. de offic. S. R. C.* vbi
Reg.Rouit. & notat *Surgente de Neapol.illuſtr.
cap.19.num.8.circa fin.* Quod perpetuum ſi-
leotium etiam imponitur tacitè, licet in
ſecũda ſententia confirmante primam, nul-
la fuerit facta mentio de prima, ita poſt alios
Reg.Rouit.in d.pragm.5.num.2.

Si vero doæ ſentẽtiæ difformes fueriot latæ, &
ab vltima reclamatur, ſi primam ſentẽtiam
cõfirmari contingerit, etiam imponitur per-
petuum ſilentium, quia etiam dicuntur duæ
14 ſententiæ conformes, licet iu medio adſit
vna difformis *clem 1.de re iudic.Decius conſ.
385.Reg. Rouit.in prag.5.n.11.de offic.S.R.C.*
qoi ita dicit deciſum per Reg. Cameram,
& prius dixerunt *Franc.dec.135.Theſau.dec.
228.Gallup.in praxi p.3.c.4.n.45.* Idem dicas
ſi tertia ſententia erit conformis ſecundæ, &
non primę, nam etiam imponitur ſilentium,
Franch.dec.139. num.6. & 710. num.14. Et
nota, quod ſi prima ſententia condamnat
in centum, altera in qoinquaginta, dicun-
tur duæ ſententiæ conformes in quinqua-
ginta, & reſpectu qoinquaginta imponitur
ſilentium, quia in maiori ſumma ineſt mi-
nor, *l.1. §.ſi ſtipulanti, ff. de verbor. Sanfelic.
dec.304.* qui ita in fine deciſum teſtator. Et
quid ſi ſententia ſit conformis, in quibuſ-
dam capitibus tantum, vide *Franc.dec.664.
& 710.Coccin.dec.45.*

Si vero ſententia fuerit lata ex noua cauſa, non
dicitur conformis primæ latæ ex alia
15 Cauſa, notauit *Rouit.in pragm.61. num. 2.de
Offic.S.R.C.* & confirmauit in *d.prag.5 nu.14.*
vbi citat *Franch.deciſ.664. num.12.in fin.* &
eſſe caſus, quando in ſecunda inſtantia eſset
deducta noua cauſa, vel noua actio, dicitur
conformis in illo, quod principaliter fuit
deductum, non vero reſpectu nouiter dedu-
ctorum, ſuper quibus ſententia, quæ profer-
tur dicitur noua, non prima confirmata, &
ideo nou habet illum effectum, quem ha-
bent ſententiæ conformes, vt ſcilicet impo-
ni debeat perpetuum ſilentium, & reijci
quælibet reuiſio, *Angel.in l. vnica Cod. ne li-
ceat 3. prouocare, Couarru. in cap. 25. pract.
quæſt. num.6 verſ. & ſi tractemus, Tapia in
annot.ad pragm.5.num.16.de Offic.S.R.C.* Non
tamen omittas adnotare, quod ſi ſenten-
tia fuerit declarata deſerta, talis ſententia
ſuper deſertione non dicitur conformis cum
prima lata in cauſa principali, *Laurent.dec.
Auenion.3. Gama deciſ. Luſitan.110.num.25.
Rouit. in dict. pragmat. 5. num. 14.*

In criminalibus vero nunqnam ſententiæ di-
cuntur conformes, niſi ſint conformes in
16 totum, quo ad pœnam in ſententia con-
tentam, *Reg.Rouit.in pragm.61.nu.6.de Offic.
S.R.C.* & debent iura deduci in prima, vel ſe-
cũda inſtantia, ideo ſi condemnati poſt ſen-
tẽtiam S.C. confirmantẽ illam M.C.V. pro-
ponant ſe eſſe Nobiles. & non poſſe plecti il-
la pœna, non poſſunt à ſenteotia reclamare
ſub prætextu oouæ inſtantiæ nobilitatis, ſed
debent iſtam qualitatem producere in pri-
ma, vel in ſecunda inſtaotia, quam niſi de-
clarauerint, non poterit reclamari, ſtatuit
noſtra *pragm.6.de condemnatis pro delictis.* ſi
vero in cauſa appellationis nobilitatem
propoſuerunt, impeditur exequutio ſenten-
tiæ *Franch.dec.139.num.3.*

Amplia, vt competat reclamatio etiam aduer-
ſus ſeutentiam Papæ, vel Principis, quan-
17 do prolata fuit ſententia à Principe ad re-
lationem ſui Conſiliarij, vel Iudicis Dele-
gati, nam hoc caſu dicitur potius facta pro-
uocatio aduerſus errorem, imperitiam, vel
dolum Relatoris malè ioformatũ, quam ad-
uerſus ſententiam Principis, ſeu Pontificis,
*Paris de Puteo de Syndic.in verb. appellatio in
3 fol.in cap.ſubicio qu.1. Capyc. dec.111. Ro-
man. conſ. 521. Circa propoſitam*, poſt alios
*Gramatic.dec.35.num.2.& 3.Reg.Tapia in
lib.1.iur.Reg.in annot.ad prag.5.de offic.S.R.C.
nu.20.* vbi citat tex.in *cap fraternitatis,* vbi
DD.de frigid.& malefic.Maſtril.dec.32.n.3.

Hanc etiam præeminentiam habeot Delegati
Principis, vt ab eorum ſententijs non appel-
letur, ſed tantum reclametur, *Capyc.dec.111.
18 Gramatic.dec.35. Surgente de Neapol. illuſtr.
cap.19.num.4.* qui adducit tex.in *l.etiam, C.
de appellat.* vide *Lancellottum Conradum in
templ.omn.Iudic.lib.1. cap.1. in verb. ſenten-
tiam,* & idem ait *Surgente loc.cit.* procedere,
ſi Delegati Principis eſſent Iudices inferio-
res, quos in Regno noſtro appellamus Iudi-
ces M. C. V. nam ſi iſtis Iudicibus, vel ipſi
M. C.V., quæ ex d. Iudicibus conflatur, Prin-
ceps cauſam aliquam delegat, ab iſtorum
ſententia non appellatur, ſed reclamatur
ad Principem, *l.1. ff. quando appell.ſit,* vide
*Carauit.in pragm.per Excell.ntem 3.14.num.
9.ad S.C.Macedon.* faciunt tradita per *Rouit.
dec.14.& 16.Luca ad Franc. dec.646.n.6.*

Amplia ſecũdò, vt licet Suprema Curia cogno-
ſcat de iuriſdictione prorogata, nũ tamen eſt
19 locus appellationi ab eius ſententia, ſed tan-
tum conceditur reclamatio, quia eſt eadem
Iuriſdictio cum prima, *Gloſ.in cap.1.de offic.
& poteſt.Iudic. Deleg. Cynus in l ſi quid, C.de
Epiſcopal.Audient.*

Limita, quando ſeotentia, ſeu decretum non
eſſet totius Senatus, ſeu totius Aulæ, ſed tan-
20 tum vnius Senatoris, nam ab iſtius decreto
appellatur ad Aulam S.C. ſeu ad idẽ S.C. non
nego tamen, quod quidam putarunt à ſen-
tentia vnius Senatoris appellari non poſſe.

Cynus

Cyuni in l.vlt.C.à quib.appellare non licet, Angel.& Imola in l.1.ff.à quib.appellare non licet facit *cap. fundamentum de elect. in 6.* sed hoc negat *Speculat.in tit.de appellat. §. videndum restat*, & ita obseruatur in nostro S. C. vt ab vnius Senatoris decreto appelletur ad S. C. Sed si Princeps cōmiserit vni Doctori, vt faceret iustitiam nomine Principis, & procederet nomine Regis, tunc non competit appellatio, sed tantum reclamatio, *Gramatic. in dec.35.Capyc.in sua decis.111.num.1.& 4.* & ita testatur obseruasse in fine d. dec. ita concludit *Vrsill. in exam. Apum in verb. appellatie concl.128. num.335. & 336.* licet in seq.*num.337.* firmet, quod etiam appellatio detur, citat *Paris de Puteo de Syndic. in verf. appellatio, §. subicio pulchram quæstionem*, quia appellatio est de iure diuino, *Roman. conf.521.in col.1. Capyc. dec.111. num.2.* sed hoc non obstat, quia si denegatur appellatio, conceditur reclamatio, quæ habet vim appellationis.

Hæc autem supplicatio, seu reclamatio aliquibus casibus se habet ad instar appellationis,
21 *Glos.in l.vnic C.de sent. Præfect. Præt.* vbi *Bald.* id notat *num.2. & Salicet. num.5. Afflict.dec.231. Boer.dec.247.num 9. ad finem Guido Papè dec. 50. Maranta de ordin iudic. par.6.actu 2.num.12. Cabed.dec.11. num.15.* proinde sicut infra decem dies est appellandum, *auth. hodiè, C. de appellat.* ita infra decem dies est reclamandum, *auth. quæ supplicatio, C.de precib. Imper. offer. Cabed. dec.11. num. 16.* ad hoc scilicet, vt impedire possit exequutionem sententiæ, vt infra dicam. Sic etiam sicut Iudex ad quem appellatur, debet habere omnia acta, alias appellatio redditur nulla, *DD.in l.2. C. de edendo, Riccius par.4. resol. 8.* nisi absque tali trasportatione sententia iustificaretur, *Rota apud Farinat. decis.561. num. 12.par.1.* ita & in reclamatione dicas.

Differt vero in multis appellatio à reclamatione, nam quando appellatur, impeditur, &
22 suspenditur exequutio sententiæ, & ipsa pendente nil est innouandum, vt *tote titul. Vt pendente appellatione*. At vero quando reclamatur, vel supplicatur, vel petitur reuisio, sententia non suspenditur, sed exequutioni traditur, præstita cautione de restituendo bona, quæ in exequutionem capiuntur in casu retrotractionis, quod esse in obseruantia antiquis, & hodiernis temporibus tradunt *Afflict.dec.231. & 341. Scipio Theodor.alleg.13.fol.110 num.11. Muscatell.in praxi par.1.glos.1. num.105.fol.296. Reg.Capyc.latro dec.100.fol.394.num.15.Surgent. de Neap.illustr.cap.10. num.7.* quod quomodo, & quando procedat infra explicabo in seq.*Præstant.*& dico, quod post obtentam reclamationem à sententia, à qua fuit reclamatum infra decem dies victor debet præstare cautionem de restituendo in casu retractationis, si intendit sententiam ad sui beneficium exequi, ita de iure nostri Regni est dispositum per *prag.5.de Offic. S.C.* quam esse conformem iuri communi per *auth. quæ supplicatio. C.de precib. Imper.offer.* dixit *Reg. Rouit.in pragm.5.de offic. S.R.C.* & cautionem omni iure esse præstandam demonstrat *Ernest.Cothman.respons.4.num.17.vol.4* Si vero non reclamauerit à sententia infra decem dies, sed post d.tempus, non præstatur cautio, & illa debitæ exequutioni demandatur, vt de antiquo stylo S C.testatur *Lanar.consf 97.nu. 2.* & dicit probari per tex.in *§.aliud quoque capitulum, auth.vt sponsalit.largitat, Rouit.in pragm.5.num.2. Consil.Altimaran tract.de nullit.rub.1.qu.5.num 13.Gall'upp in praxi,* qui omnes refert in *d.cap.4.num.39.*

Ista enim cautio præstari debet, licet non petatur, vt in nostro, & alijs Regnis obseruari,
23 præsertim in Gallijs tradit post *Rebuffum Carausta in ritu 252. num.8 Roland. à Valle consf.43.lib 2. Altimare d.rub.1. qu 5. nu.73. & 77.Salgad.in laberint.credit.p.1.t.cap.fin. num.23.& 24 Reg.de Marin. lib 1.resol.123. à num.14.Ho.lern.ad Surd.decis 57.D.Petra super ritu 168. num.11. & in ritu 252.nu.8.* Imo taliter necessariam esse cōcludunt prædictam cautionem ante exequutionem sententiæ, vt si fiat exequutio antequam cautio præstetur, post reclamationem propositam infra decem dies, vel si fuerit omissa, & sententia exequutioni tradita, actus est nullus, nec reconualescit, si postea præstetur, *Bald. in auth.quæ supplicatio in fin verf.4.& vltim. Franc.Marc.dec.469.vol.1.Boer.dec.259 n.2. Guid.Papè dec.50.num 1.Mars.de Marerat. par.4.qu.2.num.71. Rouit in d.5 pragmat.5. num.6.post Scacciam Brunneman. in l.si quis 5.C.de præcib.Imp.offer.*

Differt etiam circa modum petendi, nam appellatio, vt petatur sufficit quælibet replica-
24 tio, qua dicatur, *appello*, in calce sententiæ, aut decreti, vel per ordinarium libellum, aut quocumque modo petatur: at reclamatio non dicitur interposita, nisi per supplicationem obtentam à Principe, aut eius Summo Præside, & non sufficit simplex replicatio facta in calce sententiæ, seu mandati de parendo, & ratio differentiæ est, quia appellatio est remedium ordinarium, & ideo sufficit, vt quocomque modo illa petatur, at reclamatio est remedium extraordinarium, & ex gratia Principis obtinetur. ideo non sufficit petitio, sed requiritur concessio, seu gratia Principis. Ex quo resultat vtilitas in facto, nam si fuerit per modum replicationis responsum, *reclamat in forma,*

absque

abſque impetratione reſcripti reclamationis, non debet præſtari cautio, ſed traditur exequtioni ſententia S.C. abſque cautione, ſecus vero ſi fuerit impetrata regia decretatio reclamationis, colligitur ex *d.prag.5. de Offic. S.C.* ibi: *Cautionem, ſi pro reuiſione fuerit infra decem dies ſupplicatum, præſtari volumus, Gallup. in praxi S.C. par.3.cap.4.nu.39.* imo d.tempus currit à die ſententiæ, non à die notificationis mandati de parendo, *Afflict.dec.344 num.4.Gallupp.loc.cit.* & ita obtinui in menſe Iulij 1692. in cauſa Antonij Canimaræ, cum Doctore Franciſco Rorro, vbi fuit reclamatum in calce mandati de parendo, & quia non fuit obtenta decretatio reclamationis, ideo non fuit præſtita cautio, & ſententia exequta, quia ſententiæ S.C. non intimantur, ſed ſufficit lecta, data, vt de noſtro ſtylo tradunt *Lanar.d.conſ. 97.num.9. Marcian.diſp.18. num.40. & 41. Reg.de Marin.lib.2.reſol.178.num.2. Petra in ritu 252.num.6.* proinde tempus decem dierum ad reclamandum currit à die latæ ſententiæ.

Sed nota, quod ſi ſententia S.C. præfigeret tem-
pus, infra quod aliquid eſſet agendum, prout
25 in dies contingit in ſententijs reſciſſionum
contractuum, & aſſiſtentiæ, in quibus ſolet
ex ſumma æquitate S.C. apponi clauſulam,
quod ſi debitor infra mēſem ſoluerit tertias,
ſuperſedeatur in exequtione illius, in hoc
caſu, vt tempus limitatum currat, debet ſen-
tentia prædicta notificari debitori, vt in
mora conſtituatur, & non ſufficit hoc caſu
ſententiam fuiſſe lectam, & latam, aduer-
tunt *Lanar.d.conſ.97.Reg.Marcian.d.diſp.18.
nu.42.Altimar. in tract.de nullit.rub.1.qu.5.
num.76.*

Sunt tamen multi caſus, in quibus non conce-
ditur reclamatio, ſeu ſupplicatio, & primo
26 quando ex natura cauſę non licet appellare,
nec licebit ſupplicare, *Decius in l. 1. Cod.
de edict.D.Adrian.toll.num.50.Surgente de
Neap.illuſtr.cap.19.num.8. in fin.* latè omnes
citat *Scaccia de appellat.qu.19.remed.3.num.
7. Azeued. in lib.4. tit.19. leg.1. num.2. & 3.
Brunneman.in l.ſi quis 5. C. de precib. Imper.
offer.* imo etiam qui non appellauit, cum po-
tuerit, ſupplicationis viam eligere nequit,
clarus eſt tex.in *l.vltim. C.vt lite pendente*,
vbi *Brunneman.* hinc ſicut non conceditur
appellatio aduerſus ſententiam, quæ tranſi-
uit in rem iudicatam, ita nec conceditur
ſupplicatio, colligitur ex *d.l.fin. Scaccia loc.
cit. num.13.* nam hoc caſu appellans dicitur
tacitè renunciaſſe appellationi, ac acquie-
uiſſe ſententiæ, ob quam acquieſcentiam
non debet amplius audiri, ſed imputatur
non appellanti, vel non reclamanti infra le-
gitima tempora, *Brunneman.in d.l.fin. Imola conſ.145. num.3. Tuſch. d. concl. 904. nu.35.* dum & ipſi appellationi tacitè etiam renunciari poteſt, puta faciendo actum contrarium appellationi, vel ſoluendo, vel diuidendo, *l.ad ſolutionem C. de re iudic. Vrſill. ad Afflict.dec.78.num.8.Danza ad Gramatic. dec.35.num.5.* vel ſi appellans reuertitur coram Iudice appellato, *Camill. de Laratha conſ.88. num. 3. Danza loc. cit.* idem dicas ſi per contractum fuerit renunciatum appellationi, nam nec datur locus ſupplicationi, *Caſtrenſ.in l.ſi quis aduerſus, C.de precib.Imper.offer.Tuſch.in d. ver.ſupplicatio concl.904. num.40.*

Vnde ſequitur, quod ſi latæ eſſent duæ ſenten-
tiæ conſormes, etiam dicitur prohibita ſup-
27 plicatio, quia duæ ſententiæ conſormes fa-
ciunt rem iudicatam, *l vnic. C.quando liceat
in vna eademque ſententia ter.prou.Paul.de
Caſtro in l.ſi quis 5.ſub num.3. Cod.de precib.
Imper. offer.* & de communi opinione dixit
Contar.in l.vnica qu.8.num.20.21.& 22. latè
*Scaccia d.qu.19. remed.3.num.7. Tuſch.dict.
concl.604.num.33.* quod non debet intelligi
in illis Regnis, vbi licitum eſt tertio prouo-
care, prout in Regnis Hiſpaniarum per *leg.1.
lib.40.tit.20.* vbi *Azeued.* latè, & infrà dicam
in *Præſtant. remiſſionis ſententiæ.* Vel quando
Princeps ex gratia vellet concedere ſuppli-
cationem poſt latas ſententias conſormes,
quod non dubitatur poſſe fieri, *Scaccia loc.
cit.* qui ita explicat *Rebuffum* contrarium
ſenſientem.

Secundus eſt caſus, quando duæ prolatæ eſſent
ſententiæ, nam ſi ex prima non conceditur
28 ſupplicatio, nec concedi poterit ex ſecun-
da, *Bald.& Angel.in l.cum except. §. hæc au-
tem, ff.quod metus cauſa, verb. datam* ſequi-
*tur Felin.in cap. quod ad conſultationem de
re iudic.Capyc.dec.1.num.24.& 26.*

Tertius eſt caſus à decretis decretantibus nullitates non obſtare, nam ab iſtis non admittitur appellatio, nec reclamatio, vt eſt diſpoſitum per *pragm.4.de dilat.nu.23.* dictam delli 28.capi, *Taſſon. de anteſ.verſ.3.obſeru.3. num.76 circa fin.* ſed à decretis admittentibus nullitates competit reclamatio, *d. prag. 4 num.23.*

Quartus eſt caſus, quando reclamaretur à ſen-
tentijs latis ſuper ſuſpicione Officialium, ſeù
29 Iudicum, nam non conceditur, vt in *prag.*
de anno 1611. Comitis de Lemos, quæ eſt
pragm.15. num. 23. de ſuſpicion. Offic. quam
declarant *Franc. dec.637.num.6.& dec.408.
Taſſon. d. obſeru.3.num.76. Gallupp. in prax.
S. C. par.3. cap.4.num.33.*

Quintus erit caſus, quando ſupplicaretur ad-
uerſus ſententiam latam per S.C ſuper vio-
30 lētia vigore capitulorum noſtri Regni, nam
non admittitur reclamatio, *Reg. Tapia decıſ.*

S.C.

S.C.24.à n.6.& in fin.Reg.de Marin.lib.1.reſol. 128.Taſſon.in pragm.de ant.f.verſ.23.obſer.1. num.102. in cauſa Mariæ Rauaſcheriæ cum Duce Cardinalis, in qua reclamatio non fuit admiſſa per *l. 1. Cod. ſi de momentanea poſſeſſ.fuerit appellatum*, vbi à ſententia lata ſuper poſſeſſorio reclamatio non admittitur, cum non afferat præiudicium irreparabile, ſicut per legem Regni Toleti eſt etiam ſtatutum, quod ſuper turbatione poſſeſſionis, vel occupationis terminorum, appellatio non admittatur, fatetur *Auendan.de exeq.mand. reg.par.1.cap.4.num.11.verſ.quod autem.fol. mihi* 53. Benè verum eſt, quod idem *Reg.Tapia in 3.lib.iur.Regni,ſub tit. Quando Rex inter Eccleſiaſtic.perſon.in rub.num.17.fol.27.* dixit in anno 1578. ſoiſſe admiſſam reclamationem in his remedijs capitulorum Regni, & ita apud nos obſeruatur, & verior opinio in praxi iudicatur, vt dixi ſup. in *Præſt.22.num.16.*

Sextus eſt caſus,quando in cauſis criminalibus
ſententia S.Conſilij confirmauerit ſenten-
31 tiam M. C. V. nam non datur hoc caſu re-
clamatio à ſententia S.C.quia etiam dicitur
conformis cum ſententia M.C. *Franch.deciſ.*
22.470.*num.5.*

Septimus erit caſus, quando Princeps nollet
reclamationem concedere, nam non pote-
32 rit ad illam concedendam coarctari,quia
remedium gratioſum eſt, & extraordina-
rium, quod ex gratia Principis deſcendit,
colligitur ex *l. ſi quis, Cod. de precibus Imper. offerend.* ſed quidquid ſit de alijs Regibus, & exteris Principibus, tamen in noſtro Regno ſupplicatio, ſeu reclamatio non eſt gratia Principis, ſed concedi debet à noſtro ſummo Præſide per noſtras municipales leges, ſeu pragmaticas, vbi ordinatur deberi illam recipi, & datur modus ordinandi decretationes, quas præcipere debent noſtri Præſidentes S.C.ideo reclamatio ad formam legis in noſtro Regno fuit introducta.

Octauus erit caſus, quando eſſent prolatæ duæ
ſententiæ confotmes, nam non conceditur
33 poſtea reclamatio, *Sanfel. dec.304. n.1.to.2.*
& ideo per *pragm.41.num.4.de Offic.S.C.* fuit ſtatutum, quod ſi cauſa contineat valorem ducatorum ducentum, quæ fuerit prius deciſa à M.C.V. aut alio quocunque Tribunali, ſeu ab aliqua Audientia noſtri Regni, ſi poſtea ſuper ea à S.C. definitiuè determinata fuerit, iſta vltima deciſio attenditur, à qua appellari, ſupplicari,aut recorſus haberi nequit, niſi in caſu, quo ſcripturarum, actorum, aut.teſtium falſitatem allegarent, nam in tali caſu permittitur prouocandi facultas, & ſententia exequtioni mandatur, præſtita cautione in caſu rettactationis, *dict. pragm.41 num.4.* vbi *Reg Rouit.Franch.deciſ. 420.num.5.* qui hoc limitat, quando agitur de decretis interloquutorijs,ſeù incidentibus quæ ſunt extra crimen, nam hoc caſu competit reclamatio, puta in cauſis Indulgentiarum, Indultoum, Remiſſionum, & ſimilium, *Franc.loc.cit.* Sed hoc procedit quando ſententia S.C. confirmaret primam ſententiam, non autem ſi primam reuocaret, nam in hoc caſu conceditur reclamatio, *pragm.61.de offic.S.R.C. Rouit.in d.pragm.41. num. 7.* vel ſi illam confirmaret, tamen nouum grauamen inſerrer, nam per iſtum nouum granamen vnica ſententia dici poteſt, non duæ, ad propoſitum *Azeued. in l.recompil. lib.4.tit.19.leg.2. num.1.*

Nonus eſt caſus, quando ſententia lata fuerit
in contumaciam, nam hoc caſu nec conce-
34 ditur reclamatio, *Paris de Puteo de Syndic.*
in verb. an ſi ſtatutum fol. 54. Surgente d.cap.
19 *num.8.circa fin.*

Poterit etiam adduci iſte alius caſus, quando
ſententia lata eſſet, aut decretum defini-
35 tiuum à Collaterali Conſilio Principis,nam
ab iſtis non conceditur reclamatio,prout de decretis definitiuis noſtri Collateralis Conſilij dixit *Surgente de Neapol. illuſtr. cap.19. n.9.* qui laborat in inueſtigãda ratione huius practicæ, ſed hoc intelligas cum diſtinctione, vt procedat quando ſententia Collateralis Conſilij eſſet confirmatoria ſententiæ alterius Tribunalis, & hoc caſu dicerem non concedi reclamationem, nam hoc caſu ſententia iſta confirmatoria pronunciari ſolet in cauſa reclamationis, & in alio iudicio definita, & ideo non debet concedi reclamatio, quia daretur reclamatio reclamationis. At quando in prima inſtantia profertur ſententia ab ipſomet Tribunali, forſan quia aliquis ipſorum Regentium eſſet Commiſſarius, Delegatus alicuius loci pij, qui in ſua ſuprema Aula, vbi reſidet, voluit cauſam proponere, vt ibi definiatur, hoc caſu dicerem eſſe concedendam reclamationem, quia etſi Tribunal Principis ſit, tamen ab eodem Principe reclamatio ſolet concedi, pro meliori cognitione ſententiæ à ſe latæ. In ſeotentijs vero latis per Regium Collaterale Conſilium in cauſis criminalibus, non admittitur reclamatio, ex antiqua obſeruantia teſtantur *Franc.dec.637. num.2.* vbi *Luca num.3.Sanfelic.dec.4.num.4. Reg. de Marin. lib.1. reſol. 150.num.5.*

Aduerte pro coronide, quod ſi retractetur in
iudicio reclamationis ſententia primo loco
36 lata,debentur vſuræ, pro pecunia ſoluta vi-
gore præcedentis ſententiæ reuocatæ, *Reg.*
de Fonte de poteſt. Proreg.pag.175. nu.27.S.4. de regal.impoſ. Franc.dec.120. in fin. per tex. in auth qua ſupplicatio C. de precib.Imp.r.of-

f.r.

fer. Tasson. in pragm. de antefat. vers. 3. obseru. 3. num. 116. §. 9 Cognito enim errore, & sententia reuocata, sunt fructus restituendi, ad exemplum minoris, cum quo si quis contraxerit errans in iure, ad fructus restituendos tenetor, quia lex resistit contractui, *Glos. in l. si far 32. §. 1. ff. de vsucapio. Gama dec. 311. Vide Merlin. cap. 43. tom. 2. Consil. Pratum cap. 1. num. 19. cum seq. Nouar. qu. 40. par. 2.* Nota tamen quod sententia iniusta obligat ad fructus perceptos, sed non percipiendos, *cap. insinuante de procur. Gabriel Pereyra dec. 47.* sic decisum referens in Senatu Portugalliæ, & in nostra praxi omnis titulus qualiscumque sit excusat à fructibus percipiendis, *Rota in dec. 597. de restitut. spoliat.* sic decisum dicit *Riccius collect. 3329.* Sed non restituitur res vendita virtute sententiæ, si Reus in causa appellationis obtinuit, & hoc casu non datur actio contra emptorem ad rem restituendam, sed condictio ad pretium contra creditorem, qui priorem sententiam obtinuit, *Franch. dec. 120. & dec. 650. Faber in tit. C. de bonis, auth. Iudic. tom. 2. tit. 3. disput. 24. num. 14. Afflict. contron. 33. Fontanell. de pactis nuptial. claus. 7. glos. 3. par. 5. num. 8.* Et quamuis de iuris rigore contrarium dixerint *Giurba obseru. 55. & dec. 69. Mariscottus var. lib. 2. resol. 50. num. 5.* ex doctrina *Bart. in l. creditores num. 23. C. de pignor. Gaitus de credito cap. 4. qu. 7. à num. 884.* attamen prima opinio æquior est, nè publica fides Iudicis elidatur.

PRÆSTANTIA XL.

Præstantia S. Consilij Neapolitani est, & cuiuslibet Senatus Principis, vt proposita supplicatione, sententia exequtioni tradatur, & quando.

SVMMARIVM.

1 *Sententia S. Consilij Neapolitani habet paratam exequtionem, licet contra eam supplicetur.*
Sententiæ S. Consilij Neapolitani, vti sacræ sanctiones antiquitus admirabantur.
2 *Exequtio parata sententiæ S.C. concordat iuri communi.*
3 *Pragmaticæ nostri Regni, quæ exequtionem tribuunt sententijs nostri Senatus concordant legibus Hispaniarum, Galliæ, Cameræ Imperialis, alijsque.*
4 *Debitoribus condemnatis diuersæ dilationes conceduntur ad soluendum.*
5 *Sententia debet in scriptis proferri, & cur.*
Scriptura inuenta fuit in adiuuamen memoriæ.
6 *Sententia S.C. vti sententia Præfecti Prætorij habet paratam exequtionem.*
7 *Sententiæ Senatus paratam habent exequtionem, vt lites finiantur.*
Lites multa mala causant, ideo vti pestes sunt fugiendæ.
8 *Litigantes patiuntur diuersa opprobria.*
9 *Lites multi Principes scriptis legibus non determinant, sed ex bono, & æquo.*
Lites vt valeant præcaueri, aliquas cautiones Doctores inuestigarunt.
10 *Sententiæ nostri Sacri Consilij, & cuiuscumque Senatus etiam armata manu exequi possunt, non sic sententiæ Iudicum inferiorum.*
11 *Exequtio sententiæ S. Consilij non suspenditur, licet infra decem dies fuerit proposita supplicatio.*
12 *Supplicationis causæ impeditur progressus, nisi sententia fuerit prius exequta.*
Carceratio debitoris non habentis bona, vicem habet veræ exequtionis.
Cautionem iuratoriam quando debet præstare victor, vt valeat obtinere exequtionem sententiæ S.C.
13 *Sententia S. C. licet vna sit, habet suam exequtionem.*
14 *Exequtionem non potest impedire Præsidens S.C. cum suo rescripto.*
16 *Principis rescriptum impediens exequtionem sententiæ Supremi Senatus non tenet, nisi Princeps vtatur plenitudine potestatis.*
16 *Exequtio sententiæ S. C. non retardatur per dilationem quadrimestralem, quæ debitoribus condemnatis concedebatur.*
Interesse rei iudicatæ soluebatur ad rationem vnius pro centenario pro quolibet mense, quod vsura centesima appellabatur.
Interesse rei iudicatæ in nostro Sacro Consilio soluitur, sed non ad rationem vsuræ centesimæ.
17 *Exequtio sententiæ Senatus non impeditur per dilationem quinquennalem.*
18 *Sententiæ exequtionem non possunt impedire Consiliarij Commissarij.*
Senatus potest dilationem concedere debitoribus, sicut possunt etiam Regiæ Audientiæ nostri Regni.
19 *Sententia S.C. tunc habet paratam exequtionem, quando collegialiter lata fuit.*
Consiliarij Sacri Consilij Neapolitani in causis infra summam vnciarum duodecim possunt solum ipsi sententiam proferre nomine regio & sententia habet paratam exequtionem.
20 *Sententia si esset irretractabilis pendente exequtio-*

quitione non exequitur.

21 *Sententia notoriè iniusta non habet promptam executionem.*

22 *Sententia lata ex falsis probationibus non transit in rem iudicatam, nec habet paratam exequtionem.*

23 *Executio sententiæ impeditur, si fuerit petita in integrum restitutio.*

24 *Sententia non exequitur pendente liquidatione meliorationum oppositarum.*

Sententia lata super redditione computorum non exequitur, nisi discussis omnibus computis.

25 *Sententia originalis si esset deperdita, & non reperitur in registro, non habet executionem paratam.*

26 *Præscripta si eßet sententia S. Consilij ob executionem neglectam per tempus triginta annorum, non habet paratam executionem.*

27 *Sententia exequitur contra hæredem facta prius eius citatione, secus si transijt in rem iudicatam.*

28 *Reclamationis causa non retardatur, quando possessio rei litigiosa est penes victorem.*

29 *Sententia exequi non potest contra fideiussorem contractus absque nouo processu, secus contra fideiussorem iudicati soluendi.*

30 *Expensæ litis an habeant paratam executionem post sententiam, proposita reclamatione.*

31 *Sententia non potest exequi quando pars passa fuit dari terminum in causa reclamationis, non petita exequtione, vel quando expresse consensum præstitit.*

32 *Hypothecata non sunt bona condemnati pro iudicato, donec in iudicati executionem capta non sint.*

PRÆSTANTIAM etiam cognoscas in sententijs Senatus, vt habeant pararam executionem, licet ab eis postuletur pro sup-
1 plicatione, quam nos reclamationem nuncupamos, imo talis reclamatio à parte grauata si petatur, nec etiam conceditur, nisi totaliter, & integraliter fuerit sententia executioni tradita, vt apod nos fuit dispositum per plures huius Regni pragm. scilicet *pragm. 5. de offic. S.R.C.* vbi *Reg. Reuit. & pragm. 38. de offic. Procur. Cæsar.* & per *Ritum M.C.V. 252.* & demum ita fuit statutum in pragm. edita per Comitem Montis Regij die 21. Ianuarij 1632. quæ est *pragm. 79. cap. 9. 10. & 14. de offic. S.R.C.* vbi expresè ordinatur, supplicationes reclamationum à sententijs definitiuis S.C. ante eorum executionem nullo modo posse committi ad alium Commissarium, neque cum clausula citra præiudicium executionis, & mandatur Magistris Actorum S.C. quod talia rescripta non recipiant, nec illa in actis conseruent, donec sententia habuerit eius executionem; & si ignoranter fuerint recepta debeant separari ab actis, statuitur etiam forma prouisionis in d. supplicationibus reclamationum, hoc modo componenda per Spectab. Præsidentem nostri S.C. *Notetur dies, & facta executione prouidebitur*, quæ praxis hodiè est in viridi obseruantia, vt etiam dixerunt *Reg. Capyc. latro dec. 72. num 17. in fine, vers. hoc idem lib. 1. Staiban. resol. [illegible] 50. num. 5. tom. 1. Consil. Altim. de nullit. rub. 1. qu. 5. nu. 37.* per notationem enim diei non aliud denotatur, nisi cognitio temporis, an scilicet fuerit reclamatum infra decem dies præfixos ad reclamandum, ad finem præstandi cautionem, vt infra dicam. Antiquitus sententiæ S.C. in maiori honore tenebantur; & statim ac ipsæ proferebantur, nil aliud aduersus eis opponebatur; & ad summum intimabatur mandatum de parendo, & postea statim per partes v[illegible] parebitur, prout testatur *Mer[illegible] n. cent[illegible] on. 52. centur. 2. in princ.* quia eximia erat Maiestas huius Supremi Tribunalis, & tanta erat d[o]ctrina, integritas, & vitæ [illegible] illorum Senatorum, vt eorum decisiones [illegible] Sacræ Sanctiones admittabantur, eorumque dicta veluti oracula venerabantur, quod etiam fatetur *Staiban in resol. 156. n. 2. tom. 2.* [illegible] considerans antiqua tempora ad [illegible] nec nostra toto corde ex[c]lamat, vbi [illegible] decisiones aspiciuntur vt victores post [illegible] obtentam conantur hodie [illegible] in portu naufragium gustare.

Hæc enim pa[rata] executio concordat iuri communi, & [illegible] habuit ex *auth. quæ supplica-*
2 *tio, C. de prec. Imp. off. r.* & ex *§. aliud, auth. Vt sponsalitia largit. Franc. d[ec]. 603. & 645. num. 2. Tapia in tom. 1. iuris Regni prag. 5. n. 1. de offic. S. R. C. Borrell. decis. 32. num. 3 par. 2. Capyc. latro dec. 100. num. 17. Consl. Pratus lib. 2. discept. for. cap. 12. Dom. Altimar. d. quast. 5. num. 35.* qui omnes refert, *Reuit. in pragm. 5. de offic. S.R.C. & dec. 23. num. 17. Dom. Petra in ritu 252. M.C.V. num. 4.* nam parum prodest sententia, nisi executioni tradatur, *Glos. in rub. de except. rei iudic. cap. vbi periculum §. præterea de election. in 6.* Imo tales nostræ pragmaticæ huius Regni, quæ talem execu-
3 tionem paratam statuunt, concordant legibus Hispaniæ, vt aduertunt idem *Tapia in annot. ad dict. pragm. 5. in princ* [illegible] *ax. in praxi tom. 1. par. 7. cap. vnic. num. 125. Riccard. in manuduct. ad praxim par. 4. §. 22. num. 8.* post alios *Aluar. Valasch. cons. 51. num. 28. & 29. Couarruu. pract. qu. cap. 23. num. 8.* Idem seruari in Curia Parlamenti Delphinatus fatetur *Guido Papæ dec. 50. &* 420. *Altimar. loc. cit. qu. 5. num. 35. & 43.* vbi dicit, quod in Curia Delphinali ordinatione Caroli VI cauetur, nè Supremæ Curiæ differant Arresto-

dus, neque finis illis dari potest, sæpè enim insurgunt cauillationes, subterfugia, & omnis species malitiæ, vt rectè dici possit, quod flagellum Dei accidat illis, quibus iurgia mouentur, etenim re vera ex eis Respublica læditur, Iudices inquietantur, fatigantur aspiciuntur, crimina, & homicidia non raro eueniunt, litigantes ad summum vexantur, & tandem patrimonia eneruantur, atque naufragium experiuntur, quapropter vti pessimum litem esse fugiendam, & hoc lo peiorem in Republica esse, probat *Marcus Anton. Petr. lius de muner. Principum lib 9 c. 11. & seq.* propterea *Eccl. 28. 16.* dixit *Abstine à lite, & minues peccata*. Nam isti homines litigatores patiuntur opprobrium diuersarum vitium personarum, quibus se subiciunt, vt eorum mentes ad optatum finem perducere possint, quod in dies aspicimus, merito viri mali æstimantur, & eos dæmonijs assimilant *Lucas de Penna in l. hitibus, C. de Agricolis, Scaccia de appellat. quæst. 15. num. 108. & 243.* & adducunt tex. in *l. 4. ff. de alien. iudic. l. 3. 5. num & §. ff. de arbitris*, quod etiam obseruat *Redon de sym. 2. par. cap. 31. num. 9.* obseruent igitur Sapientes præceptum Salomonis, *prouerb 20. 3. Honor est hominis, qui separat se à contentionibus, omnes enim stulti miscentur contumelijs*, Aspicimus enim semper laudatos, & summo iudicio prædit os, atque feliciter victores illos viros, qui nunquam se litibus implicarunt, vt de se ipso testatur *Martialis lib. 10. epist. 57. & lib. 2. epist. 90.* dum dixit:

8

Lis mihi nunquam, toga rara,
Sic nox cum somno, & sine litedies.

Quod cognoscentes multi Principes leges esse fontes litium, & quod eorum iudicata non exequatur, nullis scriptis legibus Rempublicam gubernant, & regunt, & lites ex bono, & æquo determinant, vt fatentur *Stephan. Nathen. par. 2. tit. 2. cap. 1. & seq. Marc. Anton. Petr. lius lib. 5 cap. 11. & seq. & lib. 9. cap. 15. & seq. Iustus Lipsius in politic. lib. 2. cap. 10.* qui multorum Principum, & Regum exempla tradunt, & præcipuè laudant modum procedendi in litibus apud Turcas vti-tatum, inter quos lis si fuerit mota, eodem die qua nascitur, terminatur, & hoc quia non habent tot leges, sanctiones, constitutiones, & speciales consuetudines, quibus veritas potius absoluitur, & Iudicibus obscuratur, quam ex eis eniteat, aut lucescere poterit, nam ipsorum m[illegible] ca[illegible] est confusionis, & ex eis lites [illegible]plicantur, vt bene [illegible] lib. 2. epist. 6 [illegible] 58.

9

Li[illegible] leges, [illegible], Viui
N[illegible] lite[illegible], tre sto [illegible] p [illegible] st.

[illegible] doctissim[illegible] Au[illegible] Faber in [illegible] 198. considerans tot damna, & sumptus, quos pauperrimi litigantes patiuntur, Principes hortatur vt omnem curam adhibeant ad illas resecandas, & refert quadraginta articulos, siue cautiones, quibus ad hoc perueniri potest; Quod etiam suasit multis rationibus nostro Inuictissimo Monarchæ Philippo Tertio, *Lapus de Daza in suo libello de Crisi*, siue *de Indicto legum*, vbi ostendit modum, quo innumeræ nostræ leges ad breuissimas reduci possint, & exempla adducit, quod etiam scripsit *Roman Valleron de transact. in proem. num. 6. & 7.*

Vt autem deueniamus ad nostrũ thema, vndè digressi fuimus, dico, quod nedum senten-
10 tiæ nostri S. C. paratam habeant executionem, sed etiam forti, & armata manu exequi possunt, vt habetur in *pragm. 5. de Offic. S. R. C.* vbi *Reg. Regni Tasson. in pragm. de antef. vers. 3. obseru. 3. num. 76. circa fin. Iulius Cæsar Imbrianus de Iud. Regu. Dial. 2. fol. 104. n. 220. Grotian. dec. 68 num. 5. Rota Romana apud Farinaceum dec. 446. nu. 1. tom. 1. par. 2.* Supremus enim Senatus potest vti vi armata contra inobedientes, prout de Parlamento Franciæ dicit *Guliel. de Bened. in cap. Rainutius in 2. dec. num. 483. in add. super verbo seu magistrat*, & approbat *de Grassalijs de Regalijs Regni Franciæ lib. 1. vers. 4. & notandum pag. 173.* qui ita per ordinationem Lodouici XI. ait fuisse statutum in d. Regno, & ex nostris etiam dixerunt *Carauita in ritu 160. num. 3. & Grammat. decis. 686. num. 10. vers. & dicit fratres*, qui docent, quod possit S. C. manu Regia, & de facto procedere; & ex cæteris *Hieronymus de Leo dec. Valent. 104. num 8. & seq. lib. 1. Staib. in obser. ad resol. 50. n. 40 to. 1.* Alij vero Iudices inferiores non eadem potestate vti possunt, nam licet per tex. in *l. qui restituere, ff. de rei vend.* videatur concessa potestas Iudicibus defendendi eorum iussa manu militari, tamen intelligit *Ioannes Faber in l. 1. C. de offic. milit.* hoc procedere de manu familiæ, aut seruientium, & *Bald. in sua Margarita in verb. Iudex*, etiam dixit, quod Iudex possit etiam cũ ense suam iurisdictionẽ tueri, sed *Steph. Aufrer. in clem. 1. de off. ordinarij. fol. 15.* hoc explicat de Iudice superiore.

Amplia 1. vt reclamatio à dictis sententijs S. C. proposita infra decem dies, nec etiam su-
11 spendat executionem, *auth. qua supplicatio, C. de precib. Imp. offer.* & hoc procedit etiam si compilatus fuerit processus in causa reclamationis, *Franc. dec. 290. Tapponus in prag. de antefato vers. 3. obseru. 3. num. 76. circa finem*, & idem procedit in decretis interlocutorijs latis à S. C. vt non impediatur illorum executio, ob propositam reclamationem aduersus ea, sed exequuntur, quia decreta S. C. sunt, vt statuit in *pragm. 79. cap. 9. de Offic. S. R. C.*

 du-

dummodo eorum grauamen non importet actum irretractabilem, sed possit reparari in sententia definitiua, vt habetur in *d. pragm.* 79. Aduerte tamen, quod quando fuit reclamatum à sententia S.C. licet verum sit, quod non impediatur executio, tamen debet victor præstare cautionem de restituendo rem, quam vigore sententiæ obtinuit, vel quantitatem restituturam cum legitimis augumentis, vel accessionibus, in omni casu retractationis, sed cum hac distinctione, vt scilicet si petatur reclamatio, seu supplicatio infra decem dies à die latæ sententiæ, debet victor, si velit petere executionem, præstare cautionem prædictam, sed quando reclamatur post decem dies, sed infra biennium conceditur executio sine dicta satisdatione, ita de iure communi habetur in dicta *auth. quæ supplicatio, C. de precib. Imper. offer.* vbi *Brunneman. in l. 5. C. eod. in fin.* & de iure nostri Regni disponunt *Ritus 252. & pragm. 5. de offic. S.R.C. & pragm. 37. de offic. procur. Cæsar. Reg. Rouit. dec. 21. num. 15. Muscatell. in praxi lib. 2. Glos. 1. n. 120.* alios refert, & sequitur *Altim. de nullit. rub. 1. qu. 5. nu. 13. & 69. Caram. in d. ritu 252. Vrsill. ad Afflict. dec. 231. Franc. dec. 603. n. 1. & dec. 646. Capyc. lat. consult. 159. n. 4. & seq.* & etiam cõprobatur per *prag. 4. n. 25. de dilat.* vbi est statutum, vt omnes exceptiones, quæ possunt opponi aduersus sententias, aut decreta definitiua, etiam si sint modificatiuæ, non possint proponi ad finem impediendi executionem elapsis triginta diebus, decurrendis à die intimationis sententiæ, aut decreti, vel mandati de parendo, verum si proponantur ante executionem, licet post tempus triginta dierum, debet præstari cautio de restituendo in casu retractationis Reo instante, disponitur in *d. pragm. 4. num. 25.*

Amplia 2. vt impediatur progressus in causa reclamationis, nisi sentẽtia prius exequatur, vt de iure nostri Regni disponunt pragma-
12 ticæ supracitatæ, & DD. supra relati, sed si debitor se constituerit carceratum, licet super bonis exequutum non sit, ob deficientiam bonorum, sententia S.C. etiam dicitur habuisse suam paratam executionem, & ita, & taliter habet talis carceratio vicem veræ executionis, vt possit procedi in causa reclamationis, in qua procedi debet post factam debitam executionem, ref... de...sum *Capyc. dec. 169.* & sequitur *Reg. Tapia in lib. 1. iuris Regni in annot. ad pragm. ... num. 13. de offic. S.R.C. Ca... latro dec. 72. num. 18. Consil. Scaiban. in obs... ad ... consil. 50. num. 3. tom. 1.* Quod si quis non inueniat cautionem, debet admitti ad ... iam cautionem, *Guid. Papa dec. 50. n... & dec. 159. Vrsill. ad Afflict. dec. 251. num. 3. Spl... d. in ...*

fin. à num. 4. Reg. de Marin. ad Reuert. dec. 108. quod tamen intelligit *Reg. Tapia loc. cit. n. 13.* procedere, quando esset exequenda sententia super bonis immobilibus, tunc enim quælibet cautio sufficit, sed si Reus esset condemnatus ad quantitatem, quam vigore sententiæ soluit, non liberatur pecunia victori pendente reclamatione, sed conuertitur pecunia in emptionem, prout de praxi obseruari in Sac. Consilio fatetur, authoritate *Aloysij de Leo in auth. quæ supplicatio, C. de precib. Imper. offer.* vel pecunia esset in Banco sequestranda, cum fideiussor dari nequit, dixerunt *Caranita in ritu 252. num. 11. Borrell. in summ. dec. tom. 2. tit. 34. num. 97. cum sequ. Sanfelic. in praxi iudic. §. 60. num. 20.* quem stylum sequitur etiam Senatus Cathaloniæ, quem improbat *Fontanella de pactis nuptial. claus. 4. Glos. 18. par. 4. à num. 71.* non ob aliam rationem, quia cum possit contingere, vt reuocetur sententia, & hoc casu debet restitui victori, nedum pecunia sequestrata, & per sententiam soluta, sed etiam interesse, damna, & expensæ, iuxta tex. in *auth. quæ supplicatio, C. de precib. Imper. off. r. Fontanell. dec. 402. lib. 2. Merlin. controu. 43. cent. 2.* proinde licet cautum esset creditori, quo ad sortem habere pecuniam in Tabula bancaria, non tamen cautum erit Reo conlitiganti in casu victoriæ, eam cum legitimis accessionibus recuperare, sed reiecta *Fontanellæ* sententia, æquior est obseruantia nostri S.C. conuertendi pecuniam in emptionem, vt supra dixi, & si sententia super re stabili lata esset, fit præceptum in possessione misso vigore sententiæ, quod bona exequuta vigore sententiæ non alienentur, sub pœna nullitatis, vt testantur nostri Regnicolæ, scilicet *Pascal. de patria potest. par. 1. cap. 8. num. 145. Anna singul. 46. Galeot... in praxi S.C. par. 3. cap. 4. num. 41.* alij ... citati ab *Altim. in tract. de nullit. rub. 1. qu. 5. n. 84.*

Amplia 3. vt habeat paratam executionem sententia S.C. licet vna sit, & in hoc cogno-
13 scas præstantiam d. Tribunalis, nam in alijs Curijs inferioribus, vt non possit impediri executio per appellationem, debent esse tres sententiæ conformes, *clem. 1. de sentent. & re iudic.* vbi *Glos. in verb. vt calumnijs*, at sententia S.C. sufficit vna, vt statim habeat eius executionem, non obstante reclamatione per dictas nostras pragmaticas.

Amplia 4. vt non impediat eius executionem rescriptum Præsidentis S.C. vt iterum fiat verbum à decreto definitiuo ... loco recla-
14 m... s, vel qui n... fuit au...itus Aduocatus, vel p...rs litiga...s, nam ... con... re ... pot... Præs... exe...tio ne... ... habere eius ...

tor in *prag.79 nu.9.de offic.S.R.C.Staiban.resol for.50.num.24.& resol.154.num.1.Altim. de nullit.rub.1. qu.5. num.62.* nec etiam poteft illam concedere non exequto decreto, habito colloquio cum Dominis de Aula, qui decreto interfuerunt, à quo reclamatur, *Pater Afflict. controu.1.num.17.lib.1. Reg. Petra in ritu M.C.V. 252.n.17. Altim. loc.cit.n.63.*

Amplia 5. vt non valeat Principis refcriptum, Supremi magiftratus fententiæ executio-
15 nem impediens, vt fcilicet fententia S. C. non mandetur executioni, donec de meritis caufę reclamationis fuerit cognitum, *l.rescripta, auth. quæ supplicatio, Cod. de precib. Imper.offer.l.fin. C.si contra ius, vel vtilit.public.Giurb dec.7.Pegas ad ordin. Portug.lib.1. tit.3.glos.48. num.2. Mendof. in praxi par.2. lib.1.cap.2.num.23.* & fundat *Guido Papè dec.* 420. vbi dicit, quod Curia Parlamenti vnquam voluit obferuare talia refcripta, contra ius, & ftylum illius Curiæ elicita, quia talia refcripta præfumuntur fubreptitia, idem dixit *Rebuffus ad constit. Galliæ tract.de arrestis artic 109.Glos.vnic.in fine Reg.Tappia in pragm.5.de offic.S R C.num.1.tom.1. Iur. Reg.Altimar.d.qu.5.num.41.* quod hoc procedit, etiam fi refcriptum impetretur poft reuifionem conceffam. *Valasc.consult.51,nu. 29. & 30.* quia executionem nulla lex impedire poterit, intereft enim Reipublicæ fententias executioni mandare, *l. seruo 65. §.cum prætor, ff.ad Trebell. Rebuff. ad l. Galliæ tit de sentent.execut.in præfat.num.20.Ceuall. de cognit. per violent. Glos. 14. num. 10.* Nifi Princeps vteretur plenitudine poteftatis, *Additio ad Guid. Papè qu.* 420. vbi citat *Bald. & Alex.* quibus adde *Tasson. in pragm. de antef.vers.3. obseru.3. num.76. in fine*, vbi dicit, quod Proteges noftri Regni non poffint impedire executionem fententiæ noftri S.C., ficut à pari Princeps non poteft reuocare fententiam, quæ tranfiuit in rem iudicatam, latè probat *Pegas in ordin.Regn. Portugall glos.54.5.2. num.5.* & diceretur Princeps vti fua poteftatis plenitudine, quando impediret eius executionem, cum claufula ex certa fcientia, vel non obftante tali lege, vel pragm. municipali, & eius præceptum debere obferuari, dixit *Altom.d.rub.3.qu.5. num. 44.* fecus dicas fi hoc ordinaret eius fupremus Præfes, quia non poteft vti poteftate contra leges, prout obferuauit Confil. de Martino, qui noluit obtemperare ordinationi, noftri Supremi Præfidis præcipientis retardationem executionis decreti noftri Supremi Senatus, fed ftatim illius executionem feruenti animo ordinauit.

Ampli 6. vt adeo competat parata executio fententijs S. C. vt rei condemnati non gau-
16 deant in dilatione quadrimeftrali, quę à legibus largitur, & vt me explicē fciendū eft, quod reis condemnatis quadrimeftre tempus impartitur ad foluendum, *l.2.& l.vlt.in fine, C.de vsur.rei iudic.Reg.de Marin.in obseru ad Reg.Reuerter.dec.443.* ficut & intereffe rei iudicatæ debetur poft quatuor menfes à die fententiæ à Victo Victori, vt dicit tex. in *l. 2. & fin. C. de vsur. rei iudic.* vbi *Glos. DD. in l.1. & l.in fideicommisso, ff. de vsur. & in l. beneficium, C. de vsur:* quod intereffe in Iure appellatur vfura centefima; quia in centefimo menfe cum forte adequatur, vt explicat *Staib.de interesse lib.2.tit.16.qu.vnic.nu.1.& 2.* nam quolibet menfe foluebatur vnū pro centenario, & afcendebat ad fummam duc. 12. pro cētenario, *Anna cons.48 Theod. alleg. 40. Capyc. latro dec.* 100. ideo in iure noftro non reperitur maior vfura centefima, *l. nihil interest, ff. de nautic. fænor.* fed hoc non procedit in fententijs S.C. vel fententiæ Supremi Præfecti Prætorio, in quibus non habet locum quadrimeftre tempus, cum ftatim condemnatus debeat illi parere, foluendo quidquid in eis fuerit iudicatum, vel faltem poft decem dies, iuxta tex. in *§.aliud, auth. vt sponsalitia largit.is. col* quem ibi ponderat *Angel.ex Alex.in l.2 ff. de re iudic.* idem *Alex.in l.debitoribus eod.tit.Rodriquez de annuis redditib.lib.3.qu.4.num.40. Reg. Capyc. latro dec.97.num.2.& dec.100.nu.21. Marcian.disp.18.num.26. Luca in obseru. ad dec. 21.Franch.num.2.* & dixerunt etiam *Gabriel lib.2.comm. conclus. tit.de appellat conclus.1. Ruginell.vbi sup.num.41. Staiban. de interesse lib.2.tit.16.qu. vnic. num.31.* prout in condemnatis in parlamento Franciæ dixit *de Grassalijs de regalijs Franciæ lib.1.§.& quia pag.166.* & circa vfuras centefimas, licet in noftro S.C. illæ non debeantur, attamen poft tempus quatuor menfium à die rei iudicatæ, ad aliquod intereffe fit condemnatio, *Franc.dec.21.* etiam fi non fit dictum in condemnatione *l.si longius, C.de execut.rei iudic.* & debetur aliquod intereffe ratione lucri ceffantis, & damni emergentis, *Franch. loc. cit.Capyc.latro d.dec.100.* & ibi *Grazian, Sanfel.dec.124.num.7.& 8.Luca ad Franch.dict. dec.21.* Sed an pēdente reclamatione debeatur intereffe rei iudicatæ poft quadrimeftre tempus, ratio dubitandi defumitur ex *l.2. C. de vsur.rei iudic.* vbi per appellationem, vel prouocationem non currit tempus quatuor menfium, pro exactione intereffe rei iudicatæ, ergo idem dicēdum videtur de intereffe, & ita fuit dictum per S.C. apud *Capyc.latro dec.100.* fed contrarium fub.[illegible] *Reg. Marcian.disput.18.num.48.& Staiban.de interesse lib.2.qu. vnic. per tot.* vbi fic decifum refert, reformata fententia S. C. cuius meminit *Capyc.latro loc.cit.* fed irrefolutum punctum

relin-

Limita 3. quando sententia S. C. esset notoriè iniusta, vel nulla, nam tunc debet reuo-
21 cari, non exequi. & poterit S. C. illius executionem suspendere. *Reg. Rouit. in pragm. 2. num. 11. de appellat. & in pragm. 32. de offic. S.R.C. Pater Afflict. contron. 1. num. 2. Altim. de nullit. rub. 1. qu. 5. num. 64.* qui ita vidisse practicari testatur. Et hoc procedit etiam si fuissent tres sententiæ conformes, maximè in supremis Tribunalibus, prout est nostrum S.C. in quibus facti veritas, & non ordo iudiciarius attenditur, *Bart. Alex.* & cœteri in *l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudic. Abbas in cap. de catero extra de re iudic. Gratian. discep. 103. num. 25.* vbi loquitur de sententia Supremi Tribunalis S. Rotæ Romanæ, & in *cap. 146. num. 6. Surd. conf. 324 num. 2. in fin. Gabriel conf. 28. num. 6. lib. 2. Consil. Staiban. in obseru. ad resol. for. 50. num. 6. & seq.* qui hoc dicit procedere, etiam si sententia fuerit exequta, nam debet reuocari si appareret notoriè iniusta, & rationem huius limitationis assignat, quia sententia notoriè iniusta, seu nulla non meretur nomen sententiæ, *l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudic. Abbas in d. cap. de cætero, Gratian. d. cap. 146. num. 6.* Imo & si fuerint tres sententiæ conformes, si tamen appareat notoriè nullitatis exceptio, impeditur illarum executio, *Ciarba dec. 100. nu. 8. Reg. Sanfelic. dec. 162. num. 8. tom. 2.* qui in fine d. decisionis concludit, quod si sententia Delegatorum Principis appareret euidenter iniusta, non debet executioni tradi, licet in rescripto Principis esset ordinatum, quod procederent in causa, appellatione, vel reclamatione remota.

Limita 4. quando sententia S.C. lata esset ex falsis probationibus, quia hoc casu, sicut talis sen-
22 tentia hoc modo lata numquam transit in rem iudicatam, vt cōmuniter tradunt DD. ita talis sententia nō habebit paratam executionem, *Angel. per singularem tex. in l. 1. §. si quis. ff. si quisquam per l. falcid.* quem refert, & sequitur *Alex. in l. Imperatores, ff. de re iudic.* qui dicit, quod Iudex non solum poterit in casu supra posito sententiam reuocare, sed etiam in aliquibus casibus impedire eius executionem, & primo ex clausula si qua mihi iusta causa, secundo, quando causa est redacta ad oon causam, puta si esset lata sententia ex causa intestati, & appareret testamentum, vt voluit *Bart. in l. si sine, ff. rem ratam haberi.* Tertio quando ex falsis allegationibus lata fuisset, DD. supra cit. Ex qua conclusione oritur, quod si ageretur de sententia assistentiæ, quæ licet lata esset per S. C. fundata super actis, & testibus deponentibus bona, super quibus assistentia fuit petita, fuisse v. g. Titij, si deinde cum petitur executio, opponat tertius se illa bona possidere, & non illum contra quem fuit concessa assistentia, supersedendum est in executione, cum sententia fuerit lata per falsos testes. *Carneual. de Iudic. tom. 2. disp. 8. tit. 2. à num. 40. vide Reg. de Marin. var. resol.*

Limita 5. quando fuisset petita aduersus sententiam in integrum restitutio, nam ip-
23 sa petita impeditur eius executio, vt habetur in *rub. C. de in integr. restit. postul. ne quid noui fiat, Couarr. pract. qu. cap. 25. nu. 7. Thesaur. dec. 181. Tapia in d. pragm. 5. num. 8.* & dicam in *rub. de in integr. restit.*

Limita 6. quando ex eadē sententia appareret aliquid aliud esse agendum, puta si fuissent
24 oppositæ meliorationes, & probatæ per Reum, & super eis sententia nil expressit, non poterit illa exequi, quia erit etiam iudicandum super meliorationibus, idem dicas si de meliorationibus sententia mentionem fecisset, quia debent liquidari, & interim sententia non exequitur, *Capyc. dec. 17. Rota Bononiensi dec. 77.* aliud exemplum tradit *Tapia in pragm. 5. in annot. num. 9. de offic. S.R.C.* quando scilicet tractaretur de causa conuentionis, & reconuentionis, nam lata sententia super conuentione, si iudicium est compilatum in causa reconuentionis, non potest exequi sententia conuentionis, nisi viso exitu reconuentionis. Idem dicit *Tapia loc. cit.* procedere in causa redditionis computorum, nam si esset lata sententia in vna partita pro actore, non demandatur executioni, nisi discussis omnibus rationibus, & ita affirmat S. C. iudicasse in causa Principis Asculi, quod aliter dicit procedere in Matre petente dotem, cui si obicitur redditio computorum, non impeditur sententia exactionis dotis ob redditionē computorum, vt cum *Negusant. in tract. de pignor. 3. memb. 5. par. principal. num. 36.* & cum *Surcin* affirmat etiam idem *Tapia loc. cit. nu. 11.*

Limita 7. quando sententia S.Conf. originalis esset deperdita, & nō posset reperiri in actis,
25 vel apud registrum, tunc non haberet executionem paratam, sicut haberet nisi esset deperdita, & probatur exemplo instrumenti, quod si fuerit deperditum, requiritur, quod detur libellus, & fiat litis contestatio, ita *Bart. in l. 1. §. fin. ff. de his, qui testam. delent. Paul. de Castro in ead. l. §. 1.* vbi dicit, quod est necesse agere ordinariè, quos refert, & sequitur *Felin. in cap. sicut de re iudic. col. 3.* & poterit per testes probari, quod fuerit deperditus processus, vel malitia partis laceratus, aut quod illi deponant se fuisse præsentes, cum fuerit lata d. sententia, & quod eam legere audierunt, *Bald. in d. §. fin. num. 15. C. de re iudic. Innoc. in cap. sicut de re iudic.* & sic saltem duo testes debent probare, se interfuisse d. sententiæ latæ, *Cancer. par. 3. cap. 17. num.*

num. 383. hæc autem raro accidere possunt in nostro Regno, vbi sententiæ quotidiè registrantur per Mag. Secretarium S.C. vbi cum aliqua diligentia inueniri possunt.

Limita 8. quando sententiæ S.C. executio præscripta esset, ob executionem neglectam per
26 spatium triginta annorum, post alios *Faber in lib. 7. Cod. tit. 13. de præsc. 30. annor. defin. 12.* & est tex. & glos. in l. sicut eum Glos. in l si quis emptionis, C. de præscript. 30. annor. l. 1. Cod. de annal. præscript. Afflict. dec. 245. num. 12. vbi Vrsill. in addit. num. 11. Carneual. de Iudicijs lib. 1. tit. 3. disp. 4. fol. 133. tom. 2. vbi latè Rota dec. 1. apud Rubeum tom. 3. & dec. 21. & 265. par. 3. alios citat Consil. Petra in ritu 128. nu. 22. & ita obtinui die 21. Maij 1692. à Dom. Consil. D. Francisco Raitano pro Paulo de Ascanio, & Ioanna Gallo coniugibus, contra Magnif. Cæsarem Ferro Curatorem Patrimonij quond. Honufrij Vassallo in Banca Litti, apud Scribam Cineram, vbi post 20. annos fuit sententia relaxationis bonorum exequta contra tertium possessorem, & fuit consignata possessio ruris in Insula Ischiæ in beneficium d. Coniugum hæredum Victoris, reiecta oppositione Mag. Curatoris, asserentis fuisse elapsos annos viginti, & plus à die mandati de parendo, & quia non erant elapsi anni triginta, & sententia fecerat transitum in rem iudicatam, ideo fuit executioni tradita, & consignata possessio hæredibus dicti Victoris, qui sententiam relaxationis obtinuit.

Limita 9. quãdo mortuus fuit debitor antequã sententia fuerit exequta, nam non poterit
27 contra hæredem exequi nisi citetur, *Franc. dec. 199. ex l. 1. C. vt actiones ab hæredibus, & contra hæred. Vrsil. ad Afflict. dec. 145. Gratian. cap. 125.* Sed si constaret hæredem non habere diuersa iura à testatore, posset exequi sententia contra hæredem, illo non citato, *Franch. d. dec. 199. num. 7. & dec. 405. nu. 7. Gallupp. in praxi par. 3. cap. 2. num. 22.* Vel quando sententia fecit transitum in rem iudicatam, quia fuerit intimatum mandatum de parendo, & à sententia non fuerit reclamatum, nam poterit illa executioni tradi absque citatione, *Iodoc. Damhouder. in praxi ciuili cap. 54. num. 4. Muscatell. in praxi lib. 2. par. 2. glos. demandantur in princ. num. 15. Carneual. de Iudic. lib. 1. tit. 3. disput. 3. tom. 2.* alios citat *Cons. Petra in ritu 128. num. 23.* sententia enim, quæ transijuit in rem iudicatam, trahit secum suam executionem, *l. cum amog. C. de arbitris, l. post rem iudicatam ff. de re iudic. Vulpellola cons. 150. num. 15. & 169. num. 50. tom. 2. Parlador. rer. quotid. lib. 2. cap. fin. par. 1. §. 1. num. 11.* Ita etiam in interdicto vti possidetis exequitur sententia cõtra hæredem non citatum, *Franch. dict. dec. 199. Ricc. collect. 1362.*

Limita 10. quãdo possessio exequenda, esset penes victorem, tunc poterit procedi in cau-
28 sa reclamationis, absque alia dilatione, *Anna allegat. 63. Gallupp. in dict. par. 3. cap. 4. num. 37.*

Limita 11. quãdo sententia S.C. lata cõtra principalem, deberet exequi contra fideiusso-
29 rem non citatum, neque auditum tempore promulgationis sententiæ, quia contra istum fideiussorem non poterit exequi absque nouo processu, sed hoc intellige de fideiussore contractus, vt contra istum non possit exequi sententia absque nouo libello, sine nouis probationibus, nouis terminis, & tandem sine nouo processu, *l. grege, §. nam si ff. de pignor. l. à sententia, ff. de appell.* sed si essemus in fideiussore iudicatum soluendi, iudicio sisti, &c. tunc exequitur sine nouo libello, *Bar. in l. 1. ff. iudic. sol.* & ideo fideiussor depresentando, vel de iudicatum soluendo non potest appellare à sententia lata contra suum principalem, secus fideiussor contractus, *Cancer par. 2. cap. 5.*

Limita 12. vt impediatur executio respectu expensarum litis, nam quo ad expensas non
30 fit executio proposita reclamatione, dixerunt *Afflict. dec. 231. & dec. 358. & est Ritus M.C.V. 252. Rouit. in pragm. 5. de offic. S.R.C. Afflict. contro. 1. num 3. Marciun. disput. 18. num. 29. Borrell. in summ. decis. tom. 2. tit. 34. num. 62. Gallupp. in praxi par. 3 cap. 4. nu. 36. Carrocc. de except. contra sent. except. 106. num. 4. Altim. de nullit. sub. 1. qu. 5. num. 66.* & ratio illa assignari poterit, quia quando lis non est finita, & sperat victus per reclamationem obtinere, non videtur consonum quod soluat expensas, eo magis, quia cum iura loquantur de sententia, vt debeat executioni mandari, non debet ad expensas extendi, de quibus lex non loquitur. Sed in Gallia aliter scribunt DD. obseruari, vt etiam quo ad expensas sententia executioni demandetur, *Rebuffus ad constit. Gall. tom. 1. tit. de sent. execut. art. 16. glos. 7. num. 1. & de literis artic. unic. glos. 6. num. 14. in fin. Hier. à Laurent. dec. Auenion. 55. Franc. decis. 603. num. 1. & dec. 646. num. 2. & 3. Fat inuc. dec. 93. in fin.* Imo non solum exequi mandatur sed etiam denegari audientiam, si de expensis non fuerit facta solutio, dixit *Marc. decis. Delphin. 15. num. 14. vol. 1.*

Limita vlt. quando pars victrix passa fuit dari terminum ad non posita ponendum, & nou
31 prob. ita probandum, & hoc modo compilari terminum, vel testum examinari, nam hoc casu proceditur in reclamatione absque reali executione, ita post *Surd. decis. 24. num. 9.* concludit *Gallupp. in praxi d. par. 3. cap. 4. num. 38.* & ita de stylo nostrorum Tribunalium in dies obseruamus, nam cum

patefacta funt iura proceditur ad expeditionem caufæ impedita via executiua. Idem dicerem, quando victor vellet euitare caotionem, eiufque expenfas, & contentaretur in caufa reclamationis procedi oon petendo feotentiæ executiooem, oam videtur fuo fauori renuociaffe, & erit hoc cafu caufa reclamationis expedieoda abfque alia executione; oam fi tacitè confenfieodo in compilatiooe termini fe præiudicare poteft, eo magis fi exprefsè confeoferit.

Sed quari poterit, ao ficut habet feotentia S. C. paratam executiooem, an etiam indu-

32 cat hypothecam fuper bonis condemnati, dixit quando noo *Anton. Faber in lib. 7. Cod. tit. 20. de execut. Rei iudic. defin. 5.* vbi ait, quod bona condemnati noo funt pro iudicato obligata, dooec in iudicati executionem capta fint.

PRÆSTANTIA XLI.

Præftantia S. Confilij Neapolitani eft, vt poffit reuidere fententias ex eifdem actis caufarum ad fe deuolutarum, vel fuarum fententiarum, non obftantibus temporibus appellationum, vel reclamationum elapfis, & quando.

SVMMARIVM.

1 *Reuifio fententiæ illa dicitur, quæ iteratam operatur cognitionem.*

2 *Reuifio eft de genere prohibitorum, & regulariter odiofa.*

Reuifio non faciliter concedenda eft.

3 *Sententiæ latæ ex falfis probationibus, vel per Iudices corruptos, poffunt reparari per multa remedia ordinaria.*

Actio in factum datur ad intereffe contra illos, qui falfa teftimonia produxerunt in iudicijs.

4 *Remedium ordinarium facit ceffare remedium extraordinarium.*

5 *Res iudicatæ non debent in iudicium reproduci.*

6 *Sententiæ binæ S. C. Neapolitani imponunt perpetuum filentium.*

Sententiæ duæ conformes debent iudicari fecundum illud tempus, in quo fuerunt prolatæ, & quomodo.

7 *Supplicare femel tantum licet in Regnis Hifpaniarum, Galliæ, Germaniæ, & aliorum Regnorum.*

8 *Reuifio licet habeat quandam naturam appellationis, tamen in multis differt à fupplicatione.*

9 *Supplicatio excufat imperitiam, vel iniquitatem Iudicum, Reuifio vero eofdem inculpat.*

Reuifio ex gratia de iure Lufitano alijs Iudicibus committitur.

10 *Reuifio ex gratia non requirit cautionem fideiufforiam ficut fupplicatio.*

Supplicatio, feu reclamatio poteft recipere nouas probationes, fed Reuifio, feu Recurfus conceditur ex eifdem actis.

11 *Princeps an poffit ordinare, vt fententia, quæ tranfiuit in rem iudicatam reuideatur.*

Iniuftitia notoria quænam eft.

12 *Princeps abfque iufta caufa non debet concedere reuifionem, fecus cum iufta caufa.*

Reuifio non debet concedi in fententijs interlocutorijs.

13 *Reuifionem Princeps concedendo, debet facere mentionem in refcripto, de fententia tranfacta in rem iudicatam.*

14 *Reuifio petita fi iufta non cognofcatur, in multis Regnis punitur.*

15 *Reuifio debet proponi infra viginti dies per leges Hifpaniæ, cum pœna 150. duplarum, & quando.*

16 *Reuifionem concedere, Regalia folius Principis eft, & non venit fub ampliffima iurifdictionis conceffione.*

Iurifdictio reuidendi fententias non poteft à Principe concedi.

17 *PRÆSTANTIA Sacri Confilij Neapolitani eft, reuidendi caufas defertas per modicum tempus ex eifdem actis.*

Modicum tempus intelligitur de tribus, vel quatuor diebus.

18 *PRÆSTANTIA etiam eft Sacri Confil. Neapolitani, reuidendi fuas fententias latas, à quibus fuit reclamatum, non obftantibus temporibus appellationum iam elapfis.*

19 *Fatali quomodo, & quando currant in S. C. Neapolitano.*

20 *Reuideri poteft caufa à S. Confilio, licet fit præfentatus proceffus, & facta petitio pro defertione.*

21 *Reuifio faciliter erit concedenda, quando fuerunt latæ fententiæ contrariæ inter fe.*

22 *Curiæ licet maiores, fed prerogatiuam præfecti Prætorio non habentes, non poffunt reuifionem concedere.*

23 *Reuifio non conceditur quando Iudex in fententia perpetuum filentium impofuit.*

24 *Reuifio non debet concedi in illis cafibus, in quibus non competit appellatio.*

25 *Reuifio non conceditur in caufis criminalibus.*

num. 383. hæc autem raro accidere possunt
in nostro Regno, vbi sententiæ quotidiè re-
gistrantur per Mag. Secretarium S. C. vbi
cum aliqua diligentia inueniri possunt.

Limita 8. quando sententiæ S.C. executio præ-
scripta esset, ob executionem neglectam per
26 spatium triginta annorum, post alios *Faber*
in lib.7. Cod. tit.13. de præsc. 30. annor. defin. 12.
& est *tex. & glos. in l. sicut cum Glos. in l. si quis*
emptionis, C. de præscript. 30. annor. l. 1. Cod. de
annal. præscript. Afflict. dec. 245. num. 12. vbi
Vrsill. in addit. num. 11. Carneual. de Iudiciis
lib.1. tit.3. disp.4. fol.133. tom.2. vbi latè *Rota*
dec.1. apud Rubeum tom.3. & dec.21. & 265.
par.3. alios citat *Consil. Petra in ritu 128. nu.*
22. & ita obtinui die 21. Maij 1692. à Dom.
Consil. D. Francisco Raitano pro Paulo de
Ascanio, & Ioanna Gallo coniugibus, con-
tra Magnif. Cæsarem Ferro Curatorem Pa-
trimonij quond. Honufrij Vassallo in Banca
Litti, apud Scribam Cineram, vbi post 20.
annos fuit sententia relaxationis bonorum
exequta contra tertium possessorem, & fuit
consignata possessio ruris in Insula Ischiæ in
beneficium d. Coniugum hæredum Victoris,
reiecta oppositione Mag. Curatoris, asseren-
tis fuisse elapsos annos viginti, & plus à die
mandati de parendo, & quia non erant ela-
psi anni triginta, & sententia fecerat transi-
tum in rem iudicatam, ideo fuit executio-
ni tradita, & consignata possessio hæredibus
dicti Victoris, qui sententiam relaxationis
obtinuit.

Limita 9. quādo mortuus fuit debitor antequā
sententia fuerit exequta, nam non poterit
27 contra hæredem exequi nisi citetur, *Franc.*
dec.199. ex l.1. C. vt actiones ab hæredibus, &
contra hæred. Vrsil. ad Afflict. dec.145. Gratian.
cap.125. Sed si constaret hæredem non habe-
re diuersa iura à testatore, posset exequi sen-
tentia contra hæredem, illo non citato,
Franch. d. dec.199. num.7. & dec.405. nu.7.
Gallupp. in praxi par. 3. cap. 2. num.22. Vel
quando sententia fecit transitum in rem iu-
dicatam, quia fuerit intimatum mandatum
de parendo, & à sententia non fuerit recla-
matum, nam poterit illa executioni tradi
absque citatione, *Iodoc. Dāmhouder. in praxi*
ciuili cap.254. num.4. Muscatell. in praxi lib.
2. par.2. glos. demandantur in princ. num.15.
Carneual. de Iudic. lib.1. tit.3. disput. 3. tom.2.
alios citat *Cons. Petra in ritu 128. num. 23.*
sententia enim, quæ transiuit in rem iudi-
catam, trahit secum suam executionem, *l.*
cum antea, C. de arbitris, l. post rem iudicatam
ff. de re iudic. Valenzuola cons.150. num.15. &
169. num.10. tom.2. Parlador. rer. quotid. lib.
2. cap. fin. par.1. §.1. num.1. Ita etiam in inter-
dicto vti possidetis exequitur sentētia cōtra
hæredem non citatum, *Franch. d. dec.199.*
Ricc. collect.1362.

Limita 10. quādo possessio exequenda, esset pe-
nes victorem, tunc poterit procedi in cau-
28 sa reclamationis, absque alia dilatione, *An-*
na allegat. 63. Gallupp. in dict. par. 3. cap. 4.
num.37.

Limita 11. quādo sententia S.C. lata cōtra prin-
cipalem, deberet exequi contra fideiusso-
29 rem non citatum, neque auditum tempore
promulgationis sententiæ, quia contra istum
fideiussorem non poterit exequi absque no-
uo processu, sed hoc intellige de fideiussore
contractus, vt contra istum non possit exe-
qui sententia absque nouo libello, sine no-
uis probationibus, nouis terminis, & tan-
dem sine nouo processu, *l. grege, §. nam si ff. de*
pignor. l. à sententia, ff. de appell. sed si essemus
in fideiussore iudicatum soluendi, iudicio si-
sti, &c. tunc exequitur sine nouo libello, *Bar.*
in l.1. ff. iudic. sol. & ideo fideiussor depresen-
tando, vel de iudicatum soluendo non po-
test appellare à sententia lata contra suum
principalem, secus fideiussor contractus,
Cancer par.2. cap.5.

Limita 12. vt impediatur executio respectu
expensarum litis, nam quo ad expensas non
30 fit executio proposita reclamatione, dixe-
runt *Afflict. dec.231. & dec.358. & est Ritus*
M.C.V. 252. Rouit. in pragm.5. de offic. S.R.C.
Afflict. controu.1. num 3. Marci in. disput.18.
num.29. Borrel. in summa. decis. tom.2. tit.34.
num.62. Gallupp. in praxi par.3 cap.4. nu.36.
Carrocc. de de except. contra sent. except. 106.
num.4. Altim. de nullit. sub 1. qu.5. num.66.
& ratio illa assignari poterit, quia quando
lis non est finita, & sperat victus per recla-
mationem obtinere, non videtur consonum
quod soluat expensas, eo magis, quia cum
iura loquantur de sententia, vt debeat exe-
cutioni mandari, non debet ad expensas ex-
tendi, de quibus lex non loquitur. Sed in
Gallia aliter scribunt DD. obseruari, vt
etiam quo ad expensas sententia executioni
demandetur, *Rebuffus ad constit. Gall. tom.1.*
tit. de sent. execut. art.16. glos 7. num.1. & de
literis artic. unic. glos.6. num.14. in fin. Hier.
à Laurent. dec. Auenion.55. Franc. decis.603.
num.1. & dec.646. num.2. & 3. Fab. in ic. d. C.
93. in fin. Imo non solum exequi mandatur
sed etiam denegari audientiam, si de expen-
sis non fuerit facta solutio, dixit *Marc. decis.*
Delphin.15. num.14. vol.1.

Limita vlt. quando pars victrix passa fuit dari
terminum ad non posita ponendum, & non
31 probata probandum, & hoc modo compi-
lari terminum, vel testes examinari, nam
hoc casu proceditur in reclamatione absque
reali executione, ita post *Surd. decis. 24.*
num.9. concludit *Gallupp. in praxi d. par. 3.*
cap.4. num.38. & ita de stylo nostrorum Tri-
bunalium in dies obseruamus, nam cum

patefacta sunt iura proceditur ad expeditionem causæ impedita via executiua. Idem diceremquando victor vellet euitare cautionem, eiusque expensas, & contentaretur in causa reclamationis procedi non petendo sententiæ executionem, nam videtur suo fauori renunciasse, & erit hoc casu causa reclamationis expedienda absque alia executione; nam si tacitè consentiendo in compilatione termini se præiudicare potest, eo magis si expressè consenserit.

Sed queri poterit, an sicut habet sententia S. C. paratam executionem, an etiam indu-
32 cat hypothecam super bonis condemnati, dixit quando non *Anton. Faber in lib. 7. Cod. tit. 20. de execut. Rei indic. defin. 5.* vbi ait, quod bona condemnati non sunt pro iudicato obligata, donec in iudicati executionem capta sint.

PRÆSTANTIA XLI.

Præstantia S. Consilij Neapolitani est, vt possit reuidere sententias ex eisdem actis causarum ad se deuolutarum, vel suarum sententiarum, non obstantibus temporibus appellationum, vel reclamationum elapsis, & quando.

SVMMARIVM.

1 *Reuisio sententiæ illa dicitur, quæ iteratam operatur cognitionem.*
2 *Reuisio est de genere prohibitorum, & regulariter odiosa.*
Reuisio non faciliter concedenda est.
3 *Sententia lata ex falsis probationibus, vel per Iudices corruptos, possunt reparari per multa remedia ordinaria.*
Actio in factum datur ad interesse contra illos, qui falsa testimonia produxerunt in iudicijs.
4 *Remedium ordinarium facit cessare remedium extraordinarium.*
5 *Res indicata non debent in iudicium reproduci.*
6 *Sententia bina S. C. Neapolitani imponunt perpetuum silentium.*
Sententiæ duæ conformes debent iudicari secundum illud tempus, in quo fuerunt prolatæ, & quomodo.
7 *Supplicare semel tantum licet in Regnis Hispaniarum, Galliæ, Germaniæ, & aliorum Regnorum.*
8 *Reuisio licet habeat quandam naturam appellationis, tamen in multis differt à supplicatione.*
9 *Supplicatio excusat imperitiam, vel iniquitatem Iudicum, Reuisio vero eosdem inculpat.*
Reuisio ex gratia de iure Lusitano alijs Iudicibus committitur.
10 *Reuisio ex gratia non requirit cautionem fideiussoriam sicut supplicatio.*
Supplicatio, seu reclamatio potest recipere nouas probationes, sed Reuisio, seu Recursus conceditur ex eisdem actis.
11 *Princeps an possit ordinare, vt sententia, quæ transiuit in rem iudicatam reuideatur.*
Iniustitia notoria quænam est.
12 *Princeps absque iusta causa non debet concedere reuisionem, secus cum iusta causa.*
Reuisio non debet concedi in sententijs interlocutorijs.
13 *Reuisionem Princeps concedendo, debet facere mentionem in rescripto, de sententia transacta in rem iudicatam.*
14 *Reuisio petita si iusta non cognoscatur, in multis Regnis punitur.*
15 *Reuisio debet proponi infra viginti dies per leges Hispaniæ, cum pœna 150. duplarum, & quando.*
16 *Reuisionem concedere, Regalia solius Principis est, & non venit sub amplissima iurisdictionis concessione.*
Iurisdictio reuidendi sententias non potest à Principe concedi.
17 *PRÆSTANTIA Sacri Consilij Neapolitani est, reuidendi causas desertas per modicum tempus ex eisdem actis.*
Modicum tempus intelligitur de tribus, vel quatuor diebus.
18 *PRÆSTANTIA etiam est Sacri Consil. Neapolitani, reuidendi suas sententias latas, à quibus fuit reclamatum, non obstantibus temporibus appellationum iam elapsis.*
19 *Fatali quomodo, & quando currunt in S. C. Neapolitano.*
20 *Reuideri potest causa à S. Consilio, licet sit præsentatus processus, & facta petitio pro desertione.*
21 *Reuisio faciliter erit concedenda, quando fuerunt latæ sententiæ contrariæ inter se.*
22 *Curiæ licet maiores, sed prerogatiuam præfecti Prætorio non habentes, non possunt reuisionem concedere.*
23 *Reuisio non conceditur quando Iudex in sententia perpetuum silentium imposuit.*
24 *Reuisio non debet concedi in illis casibus, in quibus non competit appellatio.*
25 *Reuisio non conceditur in causis criminalibus.*

26 *Reuisione denegata, non conceditur reuisio reuisionis.*
27 *Reuisionum causæ non debent à Magistratibus in foris proponi, neglectis causis aliorum litigiorum.*

ALia est supplicatio, quæ reuisio dicitur,
de qua loquitur *auth. quæ supplicatio, C.*
de prec. Imper. offer. & erit illa, quando post
peractam reclamationem, & causam reco-
gnitam per Senatum, partes vallent denuò
ad idem Consilium, & Supremum Senatum
1 prouocare, seu secunda vice reclamare, quæ
reuisio si concederetur, iteratam operaret
cognitionem, dixerunt *Giurba dec. 30. num.*
19. & dec. 49. num. 2. Ciriac. contron. for. 132.
num. 52. & contron. 182. num. 86. Larrea dec.
39. num. 28. & dec. 77. num. 3. Surd. decis. 27.
num. 4. Bursat. cons. 78. num. 14. Paul. Mell.
in addit. ad Castill. de alim. cap. 8. num. 10. de
qua secunda supplicatione loquitur *Curia*
Philippica par. 5. §. 5. Salgad. in laberint. cred.
par. 1. cap. fin. nu. 82.
Istā reuisionem aduersus sententiam Supremi
Senatus iura reiciunt, quia est de genere
2 prohibitorum, & regulariter odiosa, per tex.
in *l. 1. C. ne liceat in vna eademque causa, Ma-*
strill. dec. Sicil. 158. num. 17. tom. 1. Valasch.
consul. 51. num. 1. & 2. dum in eadem causa
semel tantum supplicare licet, & non bis
l. si quis aduersus 5. C. de precib. Imper. offer.
vbi *Brunneman*, nam cum reclamatio reme-
dium sit extraordinarium, & gratiosum, se-
mel dumtaxat fieri poterit, *d. l. si quis*, imo
debet reuisio appellari remedium odiosum,
vti impediens finem litibus (qui à legibus
maximopere desideratur) ideo non erit
faciliter concedanda, *Fragos. de regim. Rei-*
publ. par. 1. lib. 3. disp. 5. num. 27. Larrea dec.
78. num. 1. Franc. dec. 193. num. 1. & ibi *Add.*
& dec. 135. nu. 3. Muscatell. par. 1. glos. 1. sen-
tent. num. 122. & par. 3. glos. appellari nu. 10.
Marcian. cons. 4. alios refert *Altim. de nullit.*
rub. 1. qu. 5. num. 52. Afflict. dec. 231. num. 5.
Guido Papè cons. 139. num. 2. Heigius par. 1.
qu. 10. n. 84. nam ad euitandā litium infini-
tatem, non conceditur reuisio reuisionis, *Iur-*
ga Valentin. in parethen lit. ig. lib. 2. cap. 14. nu.
3 16. etenim contra sententias latas ex falsis
probationibus, vel per Iudices corruptos,
grauati possunt proponere multa remedia
vtiliora, & breuiora, scilicet remedium nul-
litatum, quod præscribitur per spatium tri-
ginta annorum, *Gratian. discept. for. cap. 2. n.*
7. Surd. decis. 2. num. 22. vers. nec monet Pe-
reyra dec. 76. num. 8. vers. sed puto verius. Vel
actionem in factum ciuilem ad interes-
se contra illos, qui causam dederunt hu-
iusmodi nullitati, nempe falsa testimo-
nia perhibentes, vel Iudices corrum-
pentes, per *l. qui nomine 25. vers. ex hac*
causa ff. ad l. Cornel. de fals. glos. in cap. licet
causam, vbi *Abbas num. 28. de probat. Perey-*
ra de reuis. cap. 6. nu. 5. Similiter beneficium
restitutionis in integrum ex *l. Diuus 33. ff.*
de re iudic. Sfortia de restit. in integr. par. 2. q.
78. art. 1. num. 1. vers. sed contra, quod propo-
ni potest infra quadriennium, *l. fin. C. de tem-*
por. in integr. restit. Glos. in d. l. diuus, Caldas
Pereyra in l. si curatorem in verb. infra legiti-
mum, si igitur Victis per Iudicum suborna-
tionem, vel per falsas probationes ordina-
rijs remedijs succurritur, longe durabilibus
contra iniquas sententias, inutile aspicitur
reuisionis beneficium, vt considerat *Ripolla*
de regal. cap. 13. num. 30. ideo videtur non
debere indulgeri, nisi deficiente alio medio
ordinario, *Rebuffus de supplic. in præfat.*
num. 13. Scaccia de appellat. quæst. 19. remed.
3. num. 22. Thom Vaz. alleg. 90. num. 2. cum
4 remedium ordinarium faciat cassare extra-
ordinarium, per tex. in *l. in causæ la 2. ff. de*
minor. Ripoll. de regal. cap. 13. num. 31. frustra
enim recurritur ad Principem circa id, quod
potest iure communi, & ordinario reparari,
l. vnic. C. de Thesaur. lib. 10. l. Imperatores 30.
ff. de reb. auth. iud. possid. l. cum interdicta, C.
arbitr. Tutel. Amaya in d. l. vnic. vers. vt super-
fluum, C. de Thesaur. nu. 53. nam in immen-
5 sum non debent trahi finita litigia, quæ
enim dabitur discordantibus pax, si nec le-
gitimis sententijs acquiescunt, dixit *Cassio-*
dor. lib. 1. var. epist. 5. & Cicer. in Verro. act. 4.
inuehitur in Verrem, quod de re iudicata
iudicauerit, & *lib. 3. de legib.* Tyrannum
vocat eum, qui aduersatur rebus iudicatis,
vt pulchrè exornat *Valenzuel. cons. 68.*
Quod fuit etiam comprobatum per *pragm. 5.*
nostri Regni sub tit. de Offic. S. R. C. vbi si binæ
6 sententiæ conformes fuerint promulgatæ
per nostrum S. C. nō solum disponitur vt ha-
beant paratam executionē, sed perpetuum
silentium litigantibus imponūt. *Franc. dec.*
135. & 193. & procedit etiam si inter duas
has sententias adsit alia difformis, *Franc. d.*
dec. 135. Anna alleg. 26. num. 6. Reg. Rouit. in
prag. 5. de Offic. S. R. C. vbi ita refert decisum
Reg. Sanfel. dec. 4. num. 14. Imo à sententia
vltima lata per nostrum S. C. quamuis non
sit impositum perpetuum silentium, neque
poterit iterum reclamari *Reg. de Ponte cons.*
58. vol. 1. Marcian. cons. 4. num. 1. Reg. de Ma-
rin. alleg. 7. Altim. de nullit. rub. 1. qu. 5. n. 55.
quam pragm. conformem esse prædicto iuri
communi, scil. *d. l. si quis aduersus*, aduertit
Reg. Tapia in lib. 1. iur. Regn. in annot. ad dict.
pragm. 5. in princ. de Offic. S. R. C. vbi notabi-
liter subdit, quod hoc quod diximus de præ-
dictis duabus sententijs conformibus, debet
intelligi quando res in eodem statu perma-
neat,

niẽt, ſed quando ex tractu temporis res augumentum, aut decrementum percipere poſſunt, vt eſſet vſus in taxatione alimentorum, & in ſeruitijs Vaſſallorum, ſuper quibus ſi latæ ſint duæ ſententiæ conſormes, debent iudicari ſecundum illud tempus, in quo fuerunt prolatæ, ſed ſi fuiſſent diminuti, vel aucti in numero Vaſſalli, vel perſonæ, quæ ali debent, non erit præcluſa via illam reformandi, ſecundum augumentum, vel declinationem temporis, vt concludit *Tapia loc.cit.num.15.* poſt *Butrigar.in cap.1.de re iudic.& Decium in conſ.334.Anna alleg.16.*

Et ita fuit diſpoſitum per iura Hiſpana, vt ſc.ſemel tantum ſupplicare liceat, in *l.1.& 2. tit.*
7 *20.lib.4. recompil.* vbi *Azeued.* & ita ordinatũ per iura, Salmaticentia dixerunt *Pax in praxi tom.1.par.7.cap.vnic.Auendan.de 2.ſupplic. num.1.& 2.Pichard.in manud.ad praxim par.4.§.22.*, atq; eodem modo ſancitum per leges Regni Portugalliæ, dixerunt *Cabedus dec.11. num.18.& Ignatius Pereyra in d. tract. de remiſſion. cap. 14. num. 2.* Et ità conſtitutum ex lege Galliæ refart *Rebuffus tom.1.tract de ſupplication. in præf.it. num. 13.* & ità obſeruari in Supremis Tribunalibus Galliæ, dixerunt *Tiraquell. in l.boues §. hoc ſermone, ff. de verb. ſignific.Guid.Papè dec.130 & 345. Contard.in l.vnic.quæſt.8.nu.39. C.ſi de moment.poſſ. Anton. Sola ad conſuetud. Subaud.tit. de forma proced.in cauſ.gloſ.2.num.59.*, & in alijs Supremis Senatib. fatentur *Cancer.var.reſol.lib. 3.cap. 18. num.31.Caualcan. de Brachio regio par.6.nu.527.Giurb.dec.66.num.1.*, & apud Germanos per legem Caroli Magni, & Ludouici ſancitum fuit, vt qui iuſtum Scabinorum iudicium detractauerint, cauſamque ſemel iudicatam repetere in Mallo (*id eſt iudicio*) auderent, ob eorum petulantiam pęna quindecim ſolidorum, aut quindecim ictus punirentur, refert *Fideric. Brnmer. de Scabin cap. 8. ſ. 10.* Et in noſtra Italia Senatus Florentinus nunquam conſueuit, poſt expletos appellationum terminos, & remiudicatam legitimè dafinitam, nouam Audientiam etiam ex ſua ſuprema poteſtate concedere, vt teſtantur *Scaccia de appellat. qu.59. remed. 3. num. 29. Manſius d. conſult. rer.indic.171. num. 21. lib.2.*

Talis enim reuiſio, licet habeat quandam natu-
8 ram appellationis, & in eius defectum ſuccedat *Pereyra de manu reg. part. 2. cap. 37. num. 37. verſ. vnde apparebit Scaccia de appellat. quæſt.19.remed. 3. num. 24.* alijque adducti à *Pereyra in tract. de remiſſio cap. 9. num.1.*, ideò tam in reuiſione, quam reclamatione nunquam datur effectus ſuſpenſiuus rei iudicatæ, *Pereyra in dict. tractat. de remiſſion. cap. 7. num. 35. in fin. Magon. decif. Florent.120.num.15.* (licet dubitent *Afflict. decif. 231. & Caranita in pragm. 54.*) quià ex Principis benignitate conceſſa videtur *Afflict.dec.341.& dec.246.* attamẽ re vera ipſa ſupplicatio eſt remedium de genere permiſſorum, *Taſch. lit.S. concl. 904. nu.9.in fin.* reuiſio vero ſuccedit in defectum ſupplicationis ordinariæ, dixit idem *Pereyra d.cap. 9.num. 8.& 23.* vel in defectum alterius remedij iure ordinario competentis, *Maſtrill. de magiſtrat.tom 2.lib.4. cap.16. nu. 87. Coſta de remed.ſubſid.remed.22. n. 3. & remed.23. num.1.* merito dicitur reuiſio ex gratia, reclamatio verò, ſeu ſupplicatio reuiſio de iuſtitia, Sed in multis differt à ſupplicatione, nam iſta honorabili methodo proponitur; abſque
9 conqueſtu imperitiæ Iudicis, vel eius iniquitatis, ſed tantum allegando proprium errorem, vel negligentiam ſupplicantis, vel circumuentionem aduerſarij, vt dixi ſupra *in Præſt.39.nu.6.* quibus addo *d. Pereyram de remiſſion.cap.9. num. 11.* Reuiſio verò vt obtineri valeat, multoties imperitia, vel iniquitas Iudicis allegatur, prout in Regno Luſitaniæ teſtatur *Pereyra loc.cit. num. 12.* hinc reſultat iuris effectus, nam ſi in ſupplicationum cauſis deciſio ſolet committi eiſdem Iudicibus, qui ſententiam tulerunt, à qua ſupplicatur, dum de illorum ignorãtia, ſeu iniquitate ſupplicans non conqueritur, iuxta communem praxim de qua *gloſ.in d.auth.quæ ſupplicatio C.de precib. Imper. offer.*, At in reuiſione quia Iudicum imperitiæ, & inquitates Principi proponuntur vt faciliter impetrari valeat, non debet per eoſdem Iudices cauſa iterum reuideri, prout in appellatione fuit ſancitum *in l.eos ff.de appel.* & ita de iure Luſitano obſeruari tradit *d.Pereyra d.cap.9.n.14.*

Ita etiam in reclamatione præſtanda eſt cautio fideiuſſoria, vt ſententia reuidenda execu-
10 tioni mandari valeat, ſed aliter eſt in reuiſione gratioſa, in qua executio ſine aliqua fideiuſſione admittitur, quia pars victrix duplici onere grauaretur, nempe ad patiendam reuiſionem ex Principis gratia, & ad dandam cautionem ex ipſa gratioſa reuiſione, quod iura aborrent *Pereyra de remiſſion. cap.7. in fin.* & latè in ſeq. *cap. 44. per tot.* qui per alias rationes id probat *in nu.21.*, ſed melius dixiſſet ſi noſtram rationem duxiſſet, ne ſcil. duplici onere grauaretur. Sic etiam reclamatio, ſeu ſupplicatio de iuſtitia poteſt recipere nouas probationes *Afflict. in proœm. conſtit. quæſt. 10. Rolandus à Valle conſ. 94. à num. 6. vol.1.Surd. conſ.277. in fin.Trentacinq. lib. 2. var.tit.de appellat. reſol.1. num.14. Pereyra de reuiſ.cap.84 num.2.* Reuiſio verò ſeu recurſus conceditur ex eiſdem actis, vt refert *Grammatic dec.35.num.4.* vbi D. Petrus de Toledo huius Regni Dominus denegauit reclamationem D. Proſpero Scaglione inquiſito

 de

de crimine capitali, & concessit reuisionem, seu recursum ex eisdem actis, iterum lecto processu, semper enim quod non datur appellatio, conceditur recursus de communi testantur *Mastrill. dec. 32. in fin tom. 1. Menoch. de arbitrar. Iudic. lib. 1. quæst. 70. num. 24. Brunus de statut. in verb. nullitas col. penult. vers. item quæritur*, & *ibi etiam Lancellott.* Alias differentias inter supplicationem, & reuisionem, quærelam, & recursum latè tradunt *Marant. in 3. part. principal. quæst. 1. num. 11. & 12. Pereyra d. cap. 9. per tot.*

Cognita reuisionis natura, quærunt DD. an Princeps possit de plenitudine potestatis ordinare, vt sententia, quæ transiuit in rem iudicatam, reuideatur; & quod possit Princeps quoties voluerit illius reuisionem committere, dixerunt *Bald. in cap. pastoralis num. 4. de appellat. & concl. 205. circa finem num. 4. Paris. concl. 54. nu. 59. lib. 3. Stephan. Aufrer. ad Capell. Tholosan. dec. 479.* & est supra omne remedium iuris *Roman. cons. 25. col. fin. Fulgos. cons. 277. col. 2. Alex. cons. 88. col. 2. lib. 4. Hippolit. singul. 88 Iason. cons. 26. in fine lib. 3. Roland. à Valle cons. 1. num. 56. lib. 1. & Guido Papè dec. 345. & cons. 239. col. 2.* qui testatur, quod huiusmodi gratia reuisionis in Parlamento Parisiensi fuit sepius concessa in eadem causa *Cabed. dec. 12. part. 1. & dec. 67. part. 2. Thom. Valasc. alleg. 90. num. 5. & seq. Fragos. de regim. Reipublicæ part. 1. lib. 3. disp. 5. num. 27. Gibalin. de vniuers. negotiat. tom. 2. lib. 6. cap. 3. art 12. num. 12. Pegas. ad ordin. Portugal. lib. 1. tit. 3. glos. 88. num. 2. tom. 2. fol. 181.* qui ait esse de reseruatis Summo Principi concedere, aut non reuisionem, quando iam non datur alia via ordinaria, Et posse Principem supplicari quinquies, aut decies dixit *Practic. Papiens. in verb. forma sententiæ in causis appellat. in cap. incip. causis, & rationibus num. 7.* Et quod concedere talem reuisionem magna sit ipsius gratia, dixerunt *Aluar. Valasc. dec. 51. num. 46. Thom. Valasc. alleg. 90 num. 25. Barbos. in l. si quis aduersus in pne Reg. de Marin. dec. 420. Altim. de nullit. rub. 1. quæst. 5 num. 45.*

Sed quod Princeps absque iusta causa non possit concedere hanc reuisionem, late fundat
11 *Cabed. dec. Lusitan. 12. per tot.* qui multis rationibus hoc probat, & respondet ad omnia quæ in contrarium adducuntur, & ratio concludens est, quia tertia appellatio non est licita *l. 1. C. ne liceat tertio prouocare*, adeo quod Princeps per viam rescripti tertiam appellationem indulgere non possit *cap. sua nobis ubi DD. de appellat. Perus. in cap. dilecti n. 9. eod. tit.* sicut nec etiam potest appellationē desertā reuiuiscere *l. nimio C. de tempor. appellat.* etiam ex certa scientia *Perus. in d cap. sua nobis num. 13.* & apud nos ita obseruari fatetur *Afflict. in dec. 231. num. 3.* scil. vt à sententia lata in causa reclamationis non liceat iterum reclamare, quæ etiam si proponatur non admittitur, & reuisio esset secunda reclamatio, & ita dicit *Afflict.* practicatum per text. *in d. l. si quis aduersus, & in l. 1. C. ne liceat in vna eademq; causa tertio prouoc. Guido Papè dec. 345.*, & si absoluta vteretur tali potestate, absque iusta, & rationabili causa reuisiones indulgendo, temerè, & inciuiliter operaretur, & peccatum committeret prout ex *D. Thom. Suarez*, & alijs post *Cabed. part. 2. dec. 79. à nu. 2. vsque ad 7.* fundant *Fontanell. dec. 390. num. 14. Valenzuol. cons. 69. nu. 119. Pereyra de reuision. cap. 14. num. 7.* Quæ eo magis dico debere practicari in sententijs interlocutorijs, vt nulla debeat concedi reuisio à Principe, nam non decet ea, quæ in priuatis causis ad Tribunalia proponuntur, ad Principem adferre, sed de illis in Regijs Tribunalibus cognosci debet, nam si omne factum Iudicis contra iustitiam, vti grauamen allegaretur, maximum absurdum, & inconueniens sequeretur, quod de iniustitia omnium processuū, in quibus Iudices Regij suas protulerunt sententias interlocutorias, esset in Curijs cognoscendum. Vnde nullus esset vnquam litium finis, nulla rerum iudicatarum authoritas, nulla Vassallorum securitas, sed omnia essent subiecta mutationi, & tot Sapientissimorum Iudicum iudicia studio, & labore definita, vnico verbo subverterentur. Quibus adde, quod si Princeps supplicantis precibus assentiret, & post sententiam transactam in rem iudicatam, nouam eiusdem causæ cognitionem concedaret, ex quo noui Iudices fortè contrarium deciderent, quod prius in rem iudicatam conclusum fuerat, deberet ipse Princeps, vt æqualitatem seruaret, iterum causam iudicandam committere, & sic eligere deberet tertios Iudices ambarum decisionum inter se repugnantium, cum ambæ partes pro se rem iudicatam substinēt, & ita progressus ad longum æuum procederet, ex quo rei iudicatæ authoritas eluderetur, in perniciem, & damnum Reipublicæ, & dispendium Populorum, quod etiam considerauit *Mansius dicta consultat. 17. in fin.* cum ergo in istis causis priuatorum præfixa sint remedia ordinaria, appellationum, restitutionis in integrum, vel nullitatum, extraordinarius negandus est ad Principem recursus, quæ est reuisio.

Dixi absque iusta causa, nam si iusta causa Principem moueat, poterit concedere eius-
12 dem sententiæ reuisionem, quas causas refert *Imola in cap. ex literis de in integr. restit. cap. cum Bertoldus de reiudic. Cabed. d. dec. 12. nu. 26.* & ita intelliguntur *Abbas. cons. 84. lib. 1. & Decius cons. 198. num. 2.* qui dixerunt, quod Princeps potest committere, vt cogno-

scatur

fcatur à fententijs, à quibus appellari non potest,& id quod dixit *Bald.post glof.in l.fin.*, *C.sentent. rescindi non poss.*, quod fcil. Princeps possit anferre ius quæsitum per sententiā,cum sententia fit inris positiui , cui Princeps derogare potest. ista enim omnia intelligi debent, quando Iusta caofa præcedit, ob quam potest concedere,vt appellatio deserta non habeatur pro tali , vel tempora appellationis restituere, quasi intra illa fequta esset appellatio , vel tempora appellationis non prosequtę largiri,vel pręrogare, prout obferuari in fuo Senatu fatetur *Cabed.loc.cit. num.* 26. & in proprijs terminis , qnod Princeps peccatum committeret , si iusta causa interueniente,reuisionem ex sua speciali gratia denegaret *Cyriac. controu. for.* 182. *num* 86. ibi *alias peccaret Salgad. de reg. protect. part.* 1.*cap.*1.*præl ud.* 3.*num.*95.*Mendus. à Castro in praxi lib.*3.*cap.*20.*nu.*15.*vers. vnde*, vbi alios refert,*Pereyra d. cap.*14. *num.*8. Si autem petieris qnomodo cognosci debet illa notoria iniustitia , quæ valet inducere Principem ad concedendam reuisionem , *Reg. Ronit. in pragm.*5.*de offic.S*.R.C.hoc explicat, quando appareret error in eadem sententia , vel qoando iniustitia sit omnino patens,& non velata , quæ tergiuersari possit. Sed hæc explicatio non fatisfacit , nam iternm quæri potest,quinam sit iste error, vel illa ininstitia patens, quæ tergiuersari non potest?ideò melius rem explicando dico, quod tunc cognoscitur notoria iniustitia , quando ex inspectione actorum resultat,vt nulla reperiatur iuris conclusio , vel facti circumstantia, quæ dubiam eiusdem iniustitiam suadere valeant, *Lancellot. de attentatis appell. pend. cap* 12.*lim.*9.*n.*5.latè *Ciarlin.contr.*49.*n* 46. *& seq.& contr.*135.*n.*11.*lib.*2.*Capyc.lat.consul.*6.*n.*4.*& seq. to.* 1. & licet Iudex decisisset articulum contra magis communem Doctorum opinionem , non ideo probata redderetur notoria ininstitia ,*Vantius de nullit. ex defectu process. num.*12. *Scaccia de reiudic.glos.*14. *qu.*11.*num.*60.*Mansius dict. consul.*171.*n.*19. vbi concludit cnm *Scaccia loc.cit.* quod si articulus, super quo est lata sententia, esset hinc inde inrer iuris interpretes valde ambiguus; iniustitia nō folnm nō diceretur notoria , sed res indicata superaret ambiguitatem,atqne iustaæstimaretur.

Et nota,quod quando sententia fecit transitum in rem iudicatam , Princeps concedendo re-
13 uisionem debet facere mentionem in rescripto , & dicere non obstante tali sententia transacte in rem indicatam,&si tantum prędiperet renisionem non obstante tali sententia,nulla mentione facta de re indicate , rescriptum non valet *Alex. in consf.* 94. *vol.* 2. per *text.in cap.exposita de arbitris l.fin. C.sent.rescind.non poss.Ruin. cons.* 104. *lib.*5.*sub num.*13.*Bursat.cons.*99. *Menoch.de arbitr.Iudic.lib.*1.*quæst.*52. *num.*15. & ideo dixerunt DD., qnod si Princeps committat alicui , vt de iuribus alicuius sententiæ cognoscat, non censetur commissum,vt de inribus senrentię transactæ in rem iudicatā cognoscera valeat, nisi in rescripto adsit cleusnla(*re iudicata non obstante*) suadent post alios *Canc.var.res.lib.*3. *cap.* 17. *de sent. & eor. execut. num.* 5. *Castill. decis.*16. *num.*1.*Marcian. lib.*2. *disp.*86. *nu.*1. *Mansius consul.*171.*n* 14.*lib* 2.Sed si pars quæ postulauit rescriptum , mencionem fecisset de transitn in rem iodicatam, licet Princeps non exprexerit in rescripto, sufficere censuit *Consi'.Altimare in d.rub.*1. *quæst.*5. *num.* 47. post *Mocciam in sylua casuum for cap* 80. Sed de hac prapositione dubito , quia non attenditur partis postulatio , sed Principis Præceptum ; adeovt si Pers petierit causam committi,non obstanta sententia transacta in rem iudicatam, & Princeps simpliciter committeret, eius commissio non tollit vires rei indicatæ, sed intelligitur tantum commissio facta vt Iodex procedat provt de iure *Vinius dec.*205.*Alex.cons.*136. *n.*1. *Monald. cons.*20, *lib.*1.alios refert,& fepuitur *Cancer.loc.cit.n.*5.

Illa vero Regna , quæ admittunt hanc reuisionem in Supremis Consilijs, ob authoritatem
14 Supremi Senatus,ad nersucias dilationum tollendas,fatis cautè illas introdnxernnt,pænas imponentes litigantibus illas petentibns, si postulata reuisio iusta non aspiciatur, prout in Regno Lusitaniæ fuit dispositum, vt quando fupplicetur pro renisione,debeat fieri depositum ducatorum fexaginta, in pænam litigantis,qui litem ad longom protrahere pretendit,vt affirmant *Thomas Valasch. alleg.*90.*num.*31.*&* 32. .qui ait quud hoc sit de forma , quæ ante omnia debet adimpleri, & etiem refert summam , quæ debet deponi in Gallia,& in Regno Castelle , *& Pichard. in manud.ad praxim p.*4.*s.*22. dixit in causis in quibus licet fecundo fnpplicare debere fieri depositum 1500.duplarum vide *Salgad. in labyrint.cred.part.*1.*§.vlt. num.* 82. ficut in Regno nostro practicatur in proponendis nullitatibus aduersus sententiam Supremi Senatus,vt infra *in rubr. de præstantia in propositione nullitatum.* Cuius quantitatis deponendæ in Regno Portugalliæ, pro obtinenda reuisione,tertiem partem in illoRegno debet foluere Aduocatus, & amittit depositum impetrans reuisionem si cadit à causa in totum, vel in partem,sed si victor remanebit totum recuperabit,& in casu amissionis depositi dimidia pers applicatur redemptioni Captiuorum , & reliqua dimidia reuelanti fatetur *Pegas in ordin. Portugall. lib.* 1. *tit.*3. *num.*2. *glos.*95. *num.* 1. *&* 2. vide etiam *Fragos. de regim.*

regim.Reipublic.d.part.1.lib.3.diſp.5. num.27.
verſ.petes,Larrea dec.77.& 78.Salgad.in labe-
rint.part.1. cap.fin.

Similiter reuiſio iſta quæ in Hiſpania ad Regem
proponi ſolet ax lege Segouianſi, quæ extat
in l.1.& per tot.tit.20.lib.4.recompil. vbi *Aze-*
ved.ad Pax in praxi tom.1.part.7.cap.vnico.
15 debet proponi infra viginti dies poſt inti-
matam ſententiam reclamationis, ſeu ſup-
plicationis,cum pæna 150.duplarum, & cum
fideiuſſione,vt apertè loquitur *d.l.1.lib.4.tit.*
20.vbi *Azeued.* latè *in d.l.1. num.8. Picard.in*
manud.ad praxim part.4. §. 22. n. 2.& 7.Sal-
gad.in laber.cred.par.1.c.fin.n.72.& ſeq. Dom.
Altimar.de nullit.rubric.1. quæſt.5. num.14.
dummodo cauſa ſit valoris trium mille du-
platum quando agitur de proprietate, & ſex
mille duplarum,ſi de poſſeſſione, vt diſponit
d.l.1. Alij vero dicunt, quod apud Hiſpanos
detur dilatio quadraginta dierum Princi-
pem ſupplicandi pro reuiſione *Barboſ. in re-*
miſs. ad ordin.lib.3.tit.95. §.3.num.2. Thom.
Valaſch.alleg.90.num.9. alios refert, & ſequi-
tur *Pereyra de reuiſ.cap.28.num.2.* In Luſita-
nia vero eſt definitum tempus quadraginta
dierum teſte *Pereyra loc.cit.num 3.* quæ tem-
pora reſtricta ſunt ad finiendas lites ne diu
litigantes incerti ſint de iure ſuo, & de viri-
bus rei iudicatæ, qui ſtylus Curiarum pro
excludenda, vel refrenanda reuiſione ſer-
uandus eſt,ne lites fiant immortales, iuxta
tradita per *Gurbam dec.68.num.14.Marotta*
diſcept for.cap 13.num.61.

Sed licet verum ſit quod reclamatio ſpectet ad
Senatum,reuiſio ſeu recurſus ad Principem,
16 quia eſt Suprema Regalia,quæ Coronæ Regis
inheret,vt nullo modo cenſeatur ſublata,nec
valeat impediri *Cancer.var.reſol.lib3.cap.18.*
num.16.Olea de iure fiſci cap.3.num.40.&
cap.11.num 50.Peregrin.de iure fiſci lib.1.tit.
1.num.43 Salgad.de retent.bullar.1.part.cap.
1.num.124. Creſpi de Valdaur.obſeru.60 nu.
77. idem nunquam venit in generali con-
ceſſione Supremæ Regaliæ *cap.per tranſlatio-*
nem de offic. Deleg. cap. dudum de prabend.in
6.Sixtin.de regal.lib.1.cap.5 num.76. Freccia
de ſubfeud lib.3. §.ſecunda formula num.16.
Creſpi loc cit. num. 78. & ſub ampliſſima iu-
riſdictionis conceſſione, non venit facultas
concedendi reuiſionem contra ſententiam
Cabed.part 2.dec.67.num.fin., & licet Stati-
bus Imperij, vel Principibus concederetur
poteſtas non concedendi appellationem ad
Regia Tribunalia, non cenſetur conceſſa iu-
riſdictio concedendi reuiſionem, quia reui-
ſio ſupra appellationem eſt, proinde ſupra
conceſſionem reputatur, & expreſſa deroga-
tione legis communis indiget, *Pereyra de*
reuiſ.cap.14.num.36.& in *nu.18.ſeq.* addit,
17 quod ſi à Principe fuerit conceſſa expreſſa
iuriſdictio reuidendi ſententias nullius effi-
caciæ eſſet,quia minimè licet Principi ſum-
mam iuriſdictionem, quæ ſupremæ poteſta-
tis eſt, & Regiæ Coronæ adheret concedere,
prout eſt iſta reuidendi ſententias, *Salgad.*
de reg.protect.par.1.cap.2.num.34. Pereyra
de manu reg.cap.37.num.38. Alter Pereyra
de reuiſion.d.cap.14.num.19.

Sed PRÆSTANTIA noſtri S.Cōſilij eſt,vt licet
in reſcriptis non valeat concedere reuiſio-
nen ſententiarum in gradu reclamationis
18 latarum, quæ ſolo Principi reſeruator,atta-
men vtitur hac ſpeciali præeminentia, re-
uidendi cauſas deſertas ex eiſdem actis ſibi
deuolutas, tam de decretis interlocutorijs,
quam definitiuis Curiarum inferiorum no-
ſtri Regni, quando cauſa eſt deſerta propter
modicum tempus, ſic de ſtylo noſtri Conſi-
lij teſtatur *Afflict.* & deciſum refert in *deciſ.*
79.num.3. vbi *Riccius in addit.in verb.pro-*
ceſſus, idem *Afflict.dec.143.in fin. Ricc.collect.*
*1734.*gerit enim Senatus vices Præfecti Præ-
torio,& ad eius exemplum poteſt imminen-
tem deſertionem reparare, ſicut poteſt ipſe
Præfectus, *Guido Pape dec.156.* qui etiam
poteſt ipſam deſertionem reuiuiſcere ex ali-
qua iuſta cauſa, *Balb.dec.22.* quam præemi-
nentiam dicit ex æquitate concedi à noſtro
Senatu, *Caranita in ritu 264.ad finem Riccius*
collect.255. tribus vero concurrentibus, pri-
mo ſcilicet antequam appellatio fuerit de-
clarata deſerta, ſecundo,vt paucum tempus
deſertionis fuerit elapſum, tertio, vt tracte-
tur de cauſa reuidenda in Senatu Principis,
non in alijs Curijs inferioribus, *Muſcatell.*
in praxi in rub.de appell.par.1.gloſ.proſequen-
*dum num.102.*Sed ſecluſa æquitate,hanc eſ-
ſe ſpecialem præeminentiam Supremi Se-
natus reuidendi cauſam ex eiſdem actis, &
ſententias deſertas per modicum tempus re-
uidere ob lapſum fatalium, in appellatione
interpoſita ad Conſilium Principis, conclu-
dunt *Afflict. deciſ.243.num.5. Riccius collect.*
1734.Carneual.de Iudic.in addit.ad 1.tom.in
fin.2.tom.ad num.714.§.9.fol.17.col.2.in fin.
Marotta diſcept for.cap.13.num.6. nam ſem-
per ac appellatio prohibita eſt,vel impedita,
ſemper conceditur reuiſio, vel recurſus ad
ſuperiorem, qui in omni caſu tenetur exceſ-
ſum inferioris reprimere, & reuocare, dixe-
runt *Paul.in l.vnde ſi Nerua 79.ff.pro ſocio,Ia-*
ſon.conſ.16.in fin.lib.3.Menoch.de arbitr.lib.1.
quæſt.70. num.24. Lancellottus de attentatis
par.2.cap.12.lim.10.nu.4.Creſpi de Valdaura
obſeru.10.num.77.& 79.

Hoc autem modicum tempus intelligunt ad
tres, vel quatuor dies, *Rouit. in pragm.1. de*
appellat. num.19. ex doctrina *Anton. Gama,*
ibi relato, & addit *Vrſill.ad Afflict.in d.deciſ.*
79. num.2. etiam ſi ſit deſerta ad longum
tem-

tempus, dummodo tamen non fuerit declarata deserta ex decreto, & ita concludunt *Muscatell.loc.cit.& Riccius collect.1734. Danza in addit.ad Gramatic.dec.35.num.32.* qui consulunt debere esse cautos Aduocatos, vt statim elapso tempore faciant declarare causam desertam.

Aliam etiam PRÆSTANTIAM habet noster Supremus Senatus Neapolitanus, vt soleat

19 reuidere suas sententias latas, à quibus fuit reclamatum, non obstantibus temporibus appellationum iam elapsis, ita de stylo obseruari in nostro S.Consilio refert *Afflict.dec.78.in fine,* vbi dicit, fuisse captam informationem de tali stylo, qui habet vim legis, vbi *Riccius in addit.* citat *Grammat.dec.13.nu.5. Franc.dec.646.Caranita in ritu 252.num.1. & 15.Muscatell.in praxi S.C.lib.2.par.2.glos. concedantur nu 7.Peregr.dec. Patauin.97.nu. 13.Parlador.rerum quotid.cap.fin.par.1 §.1. num.10.*& in hoc sensu intelliguntur nostri Regnicolæ, qui dicunt, quod fatalia non currunt in nostro Sacro Consilio, quod idem est dicere, ac quod concedatur reuisio, quos latè citat *Dom.Petra in ritu 248 n.36.tom.2.* qui debent intelligi de hac præeminentia reuisionis, vt scilicet non currant circa facultatem reuidendi sententiam ex eisdem actis, sicut multa Suprema Tribunalia non curant de Fatalibus appellationum, vt solet Rota, tradunt *Guttierez lib.1.pract. qu. 102. num.4, Parlador.lib.2.rer.quotid. cap.fin par. 1.num.11.Fermosin.in cap.venerabilis qu.11. num.1.*

Caueas verò à *Io: Angelo Pisanello,* qui in *addit. ad dict.dec.78.Afflict.* dixit, quod hodiè cesset

20 hæc decisio, quia fuit factum decretum per Sacrum nostrum Consilium, quod currunt fatalia in causis reclamationum, sicut in appellationibus,& hoc modo dicendo hanc PRÆSTANTIAM totaliter destrueret. Sed dico, quod nulla sit habenda ratio talis assertionis, quia d.pragm.fuit emanata, antequam fuit compilata prædicta decis. *Afflict.* & hoc est ita verum, quod de ea fecit mētionem idem *Afflict.in ead.dec.num. 2.* per illa verba: *Item quia est Regia pragmatica, quod etiam in S.Consilio currant fatalia,& fatalibus elapsis habetur, ac si non esset reclamatum,* concordando igitur dictam Regiam pragmaticam dispomentem curri fatalia in S.C. cum *d.dec.Afflict.* dico, quod possunt simul stare, quod currant fatalia, & concedi reuisionem, nam fatalia currunt ad hunc effectum, vt non possint reclamationes vlterius progredi cum nouis probationibus, dum elapsis fatalibus reputatur ac si reclamatum nō esset, sed ex eisdem actis, vt concedatur reuisio, nō impeditur cursus fatalium, & patet, quia si in S.Consilio conceditur reuisio, quando reclamatum non est à sententia lata, licet elapsa sint fatalia, eodem modo non debet denegari reuisio ex eisdem actis, quando reclamatio fuit obtenta, & postea in Senatu non fuit prosequta, vel ibi non fuit definita.

Amplia primo, vt talis præeminentia competat nostro Sacro Consilio, licet à victo fue-

21 rit facta instantia pro desertione ante præsentationem processus, nam postmodum præsentato processu post factam præuentionem, scilicet petitionem pro desertione, ad huc poterit causa ex eisdem actis reuideri à Supremo Senatu, *Prsillus in annot. ad d. dec.79.Afflict.nu. 1.& 2.* vbi ita dicit generaliter,& communiter obseruari cōtra multos practicos contrarium tenētes, vt quamnis longo tempore elapso per appellantem præsentetur processus in S. C. semper causa reuidetur ex eisdem actis, dummodo non fuerit appellatio declarata deserta; vbi etiā addit idem *Vrsillus,* quod antequam Domini de Consilio declarent appellationem desertā, de æquitate cognoscere volunt de iustitia causæ principalis, sed vtinam hoc etiam obseruaret M.C.V. in causis desertionum suorum decretorum, vel aliarum Curiarum inferiorum, nam solum considerant tempora appellationum si stat elapsa, & illis completis statim declarant appellationem desertam, dicunt enim, quod si merita causarum definitarum perpendere vellent, causæ nunquam finirentur.

Amplia secundò, vt concedatur reuisio, licet quatuor sint latæ sententiæ, sed contrariæ inter se, nam veritas non clarè noscitur, ob

22 contrarietatem iudiciorum, & pro varitate enucleanda, optimum erit, res melius considerare,& causam iterum reuidere, *Thesaur. dec.246.* & ita explicat constitutiones illius ducatus cōtrarium disponentes, quæ loquūtur de tribus conformibus, quod aliter dicas de iure nostri Regni, vbi sufficiunt duæ sententiæ conformes, aduersus quas non conceditur secunda supplicatio, licet Iudex non ordinauerit imponi perpetuum silentium, vt cum multis Doctoribus probarunt *Io:Baptista de Afflicto,& Fabius Marchesius* Aduocati primi nominis nostri Regni in *alleg. 7. num.4.* impressa à *Reg. de Martuan 3.tom.var. resol.*

Limita primo, vt idem non procedat in alijs Curijs, licet maioribus, sed Præfecti Præto-

23 rio prærogatiuas non habentibus, vt sunt Regiæ Audientiæ Prouinciales nostri Regni, nam istæ non possunt ad exemplum S.Consilij, sententias desertas, licet per modicum tempus reuidere, *Reg.Tapia in constit.appellationum tempus a num. 5.* vbi refert decisum fuisse reuocatum decretum M.C. quod ordinauit reuideri causas, ex eisdem actis,& licet

cet contrarium opinatus fuit afferere, *Muscatell.loc.cit.in d.glos. prosequendum nu.101.* vbi voluit posse Andientias nostri Regni vti tali prerogatina, reuidendi causas ex eildem actis, attamen confutatur à *Danza ad Grammatic.in addit.ad dict.dec.35.num.28.* Senatus enim Principem non rapresentans, non potest appellationem desertam reparare, *Guido Pape dec.185.*

Limita secundò, vt denegetur reuisio, si Iudex dixerit esse silentium perpetuum imponen-
24 dum, tunc enim oritur exceptio perpetuæ denegationis Audientiæ, *Boer.dec. 255. sub num.12. Lancellot. de attentat.par. 3. cap.28. num.84.fol.547. Vrsell. in exam. Apum concl. 128.in verb. Appellatio num.* 48. Sicut in illis Regnis, in quibus solet concedi reuisio, non debet admitti in pluribus causis, & primo
25 non competit in omnibus illis casibus, in quibus non datur appellatio, nec debet competere reuisio, vt probat *Valasc.cons.51.num. 40. Alter Valasc.alleg.90. num.20. Franc. dec. 148.num.4.* ideo sicut non datur appellatio, seu reclamatio in causis suspicionum iudicum, nec reuisio dari potest. *Fontanell. decis. 26.num.2. & dec.27. num.1. Pegas ad ordin. Portugall.lib.1.tit. 3.glos.91.num.1.tom.2.* qui ita affirmat esse definitum de iure illius Regni, sicut etiam dicit in eius Regno esse statutum non posse concedi reuisionem ab interloqutoria, vt testatur *Pegas loc.cit. num.* 2.

Limita tertio, vt nec etiam detur reuisio in causis criminalibus, quia ob tēporis lapsum,
26 peccantes pœnam elongando effugerent contra Reipublicæ sensum exclamantem, delicta non remanere impunita, *l.ita vulneratus, §. quid si quis, vers. cum neque. ff. ad l. Aquil.* ita concludunt *Valasc.consult. 51. nu. 56 Alter Valasc.alleg. 90. num.19. Cabed par. 2.dec.76. num. 3. Pereyra de manu regia par. 2.cap.64.num.32. Mend.in praxi lib.3. par.1. cap.20 num.9.& 10. Ciriac. contron. 132.nu. 53. Franc.dec.439.num.5.& dec.470.num.5. & dec.510.num. 67. Reg. Tapia in pragm.3.in annot.num.17.de offic.S.R.C.* qui dicit de stylo ita obseruari.

Limita vltimo, quando semel fuerit denegata reuisio, non amplius admittitur alia petitio
27 reuisionis, *Valasch.consult. 51. num. 49. Cabed.par.1.dec.12.nu. 7. Mendus in praxi par. 2.cap.20.num.13. Fragos.d.disp.5.dec.1.num. 27.5. eodem modo Giurba dec.66. num. 1. Ciriac.contron.183. num.6.* licet contrarium referat aliquando obseruatū *Phob.p.2. arrest. 186.* vide *Valasch.alleg.90.n.24* Sed si fuerit concessa, & non admissa in Senatu, nō datur amplius reuisio reuisionis *Ciriac.contr. 183. num.10. Giurb dec.66.num.14. Cabed. par.1. dec.10. num.* 8. Neque concedi debet remedium nullitatis, neque in integrum restitutio aduersus sententias reuisionis, & ita in nostro Senatu obseruatur, quod etiam de iure Hispano est sancitum in *l. 4. tit. 17. lib. 4. recompil.* & confirmat *Amaya in l.vnic.C.de sentent. aduers. fisc. num.* 20. vbi vnum tantum casum excipit, scil. in successore Maioratus, qui si allegaret aduersus sententiam reuisionis, latam contra antecessorem, non fuisse defensum, admittitur ad illam impugnandam, sed non per viam restitutionis in integrum, vel nullitatis; sed tantum proponere debet talem sententiam sibi non nocere, neque præiudicare, *Amaya loc. cit.nu.20. in fin.* qui refert *Molin.lib.4.de primog. cap.8. num.7.* vbi *Additio nu.* 7. alios casus, in quibus non habet locum reuisio, vide apud *Pegas lib.1.tit.3.glos.88.tom.2.fol.*181.

Cōsulo an[…] Magistratus, vt si ex beneplacito Principis causa reuideri debeat, non omit-
28 tant currentes causas aliorum litigātium, vt expediant istas causas reuisionū, nam politica ratio boni regiminis non id poscit, vt post illa tempora, quę fuerunt expensa in definitione causæ, quæ reuideri optatur deinde in iudicio reclamationis reiterata, vel in iudicio restitutionis in integrum, aut nullitatis repetita, postmodum alia tempora designentur, omissis alijs causis reliquorū litigantium, qui de primo decreto decertant, & nequeunt obtinere; natura enim rei id exposcit, vt quando tempus id permittat causa definita reuideatur, non neglectis alijs ordinarijs causarum cognitionibus, prout de amicis reuidendis scripsit *Plaut. in Trucul. Vt quando otium tibi sit me reuisas*, idest ad videndum me reuenias.

PRÆSTANTIA XLII.

Præstantia Sacri Consilij Neapolitani, & cuiuslibet Senatus Principis est, vt concedat in integrum restitutionem.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio est in pristinum statum repositio.*
Restitutio duplex est gratiæ, & Iustitiæ, & explicantur.
2 *Restitutio gratiæ non, operatur restitutionem bonorum cum tertij præiudicio, secus restitutio iustitiæ.*
3 *Senatus an habeat potestatem concedendi restitutionem in integrum aduersus sententias à se latas.*
Iudex postquam sententiauit functus fuit officio suo.
Restitutionem in integram non potest concedere

dere Iudex Delegatus.

4 *PRÆSTANTIA Supremæ Curiæ est, vt possit concedere in integrum restitutionem.*

5 *Iudex ordinarius quilibet potest in integrum restituere.*

Restitutionem aduersus sententiam latam à Curia Principis, solus Princeps restituere potest.

Rex Galliæ tantum, vel eius Suprema Curia audit restitutiones in integrum.

6 *Restitutio gratiæ ad pœnam tollendam à Iudice impositam, à solo Principe concedi potest.*

Magna Curia Vicariæ nostri Regni vnquam solet concedere restitutionem priuilegiatis aduersus decreta à se lata, sine speciali commissione Præsidentis nostri S.C.

7 *Iudicis officium Nobile non finitur post sententiam, sed solum Mercenarium.*

8 *Iudex Delegatus non potest restituere, quando finita est eius iurisdictio.*

9 *Æquitas quando attendi debet in Supremo Consilio Principis, potest concedi restitutio.*

10 *Iudex à quo est Iudex causæ restitutionis in integrum.*

Senatus Principis potest restitutionem à Delegato denegatam concedere.

11 *Praxis petendi in integrum restitutionem à nostro Præside traditur.*

Vincentius de Franchis omni ano est venerandus, & primus introduxit formam decretationis restitutionis in integrum.

12 *Restitutio in integrum potest concedi, licet expresse non fuit petita.*

Restitutio in integrum potest concedi, licet iudicium nullitatum fuerit propositum.

13 *Restitutio in integrum competit etiam aduersus binas sententeas S.C. conformes, etsi super vltima fuerit impositum perpetuum silentium.*

Restitutio datur aduersus sententias inappellabiles.

Restitutio non censetur probibita, quando appellatio probibetur à statuto, vel à lege.

14 *Restitutio in integrum impedit sententiæ executionem, & quando.*

15 *Restitutio in integrum vt concedatur, quatuor requiruntur.*

Minoribus competit in integrum restitutio, etiam in contractibus, & quando.

16 *Restitutio competit Minoribus contrahentibus cum Iudicis decreto, non vero aduersus soluentes Minoribus cum Iudicis decreto, & cur.*

Restitutio competit minoribus si pecunia soluta Tutoribus fuerit deperdita.

17 *Restitutio in integrum competens minori, non prodest fideiussori.*

18 *Vniuersitati competit restitutio in integrum, tam in iudicijs, quam in contractibus.*

19 *Ecclesijs competit in integrum restitutio; sicut etiam Capitulo, Collegijs, Hospitalibus, & alijs.*

Restitutio competit Clericis pro litibus, & contractibus inbitis super patrimonio.

Electionem fori babent Clerici.

20 *Restitutio in integrum, an competat mulieribus, & quando.*

Viduis competit restitutio in integrum.

21 *Fisco competit in integrum restitutio, sed quid in criminalibus, vbi cum distinctione contrariæ sententiæ conciliantur.*

22 *Militibus competit in integrum restitutio, & quando.*

23 *Senibus an competat restitutio.*

24 *Restitutio vt concedatur, læsio requiritur.*

25 *Restitutio infra quadriennium peti debet à minore facto maiore.*

Balius Baronis minoris durat vsque ad decimum octauum annum.

Restitutionis tempus est quadriennium, quod currit à die contractus, & quando.

26 *Restitutio in integrum non conceditur, si cognoscitur calumniandi animus.*

27 *Restitutio ex clausula generali conceditur, si sententia lata esset ex falsis probationibus.*

Restitutio non datur aduersus sententiam nullam.

28 *Restitutio non debet concedi ob instrumenta noviter reperta, quod limitatur in multis casibus.*

29 *Fiscus restituitur aduersus rem iudicatam, sed intra quadriennium.*

30 *Fisco non competit restitutio aduersus sententiam in causa criminali, ob instrumenta noviter reperta.*

31 *Restitutio conceditur Reo in iudicio eremodicio; quod est illud, quod absente Reo agitatur.*

32 *Restitutio in integrum non potest simul cum remedio nullitatum cumulari, & quando.*

Sententia nulla non potest rescindi remedio restitutionis in integrum.

33 *Decretum latum super restitutione in integrum, habet vim definitiui.*

RESTITUTIO est in pristinum statum repositio, *l. quod si minor*, *§. restitutio*, & ibi *Bart. ff. de minor.*, *l. restituere, ff. de verbor. si-*
1 *gnific.* & per eam quis reponitur in pristinum statum, in eodem numero rerum, iurium, & modo, in quo antea erat, proindè dicitur, quod per eam fiat in pristinum statum repositio, *Roman. cons. 123. incip. circa primum in fin. & cons. 247. incip. primo dici potest num. 4. Osasch. dec. 9. num. fin. Marant. in specul. par. 6. cap. & quandoque appellatur num. 77. Christin. dec. Belg. 119. num. 2. tom. 2.* quamobrem cum Venator, qui inuito, prohibenteque Domino fundum ingressus est, feras ca-

ptas Domino non abstulerit, ad restitutionem eatum vrgeri non potest, *Harppreкt. in § fere. instit. de rerum diuis.num.24.* Duplex est restitutio gratiæ, scilicet & iustitiæ, vt dixerunt *Peregrin.de iure fisci lib.5. tit.2. n.62. Gayll.de pace public.lib.2. obseru.19. Natta cons.471. Bero cons.76.vol.1. Reg.de Ponte cons.69.num.30.*alios refert *Giurb.cons.44.nu.55. Tondut. Saliger.resol.ciuil.cap.42.num.3.* Restitutio gratiæ tunc dicitur fieri, quando Princeps ex mera gratia, & indulgentia culpam, delictum, aut pœnam iustè impositam abrogat, *Ganauer.dec.13.n.12.Giurb.*vbi supra *Tondut. d cap.32.num.4. Negueroll.alleg.8.num.37. Pheb. dec.123.nu.20.& 23. Merlin. dec. 125.* Restitutio vero iustitiæ illa dicitur, quæ ad tollendam iniustitiam, & læsionem conceditur, quæ ex sententia iniustè lata, vel nimis excessiuè, vel rigorosè pronunciata resultauit, vt bene *Tondut.Saliuger. Ganauer.& Pheb.vbi sup.Thomat.dec.42.Salgad.de regia protect.par.4.cap.14.num.39.& seq.Giurba d.cons 44.num.55.*nam vt ipsa concedi possit, non est necessaria notoria iniustitia, sed sufficit, si possit læsio iustificari, *Ronit. in pragm. 1. num.31. de procur.* sed ex eisdem actis, & talis, vt non requirat altiorem indaginem, *Ronit. in pragm.1. de minor.num.27.*

Inter vtramque restitutionẽ illud datur discrimen, quod restitutio gratiæ regulariter non operatur, quoad restitutionem bonorum,
2 quæ apud tertium reperiuntur, scilicet cum tertij præiudicio. Restitutio vero iustitiæ cum non procedat ex sola Principis indulgentia, sed ex obligatione iuris, operatur etiam cum præiudicio tertij, cui medio tempore ius quesitum fuit, vel possessio acquisita, ideo per hanc restitutionem comprehenduntur omnia bona alienata, & apud tertium existentia, ita distingunt, *Burg. de Pax in proem.l.Taur.n.523.& cons.26. n.7. Pheb. p.2. dec.123. per tot. Sarmient. lib. 1. selectar. cap.8.nu.13.Gomes.in l.40.Taur. num.82. 86. & 89.Pinell.de rescind. vendit. in rub. par.1. cap.2.num.15.Molin. de primogen.lib.1.cap.8. num.28.& lib.2.cap.7.num.18. & lib.3.cap.3.num.11. Mascard. conclus.276. Salgad.loc.cit.par.4. cap.9. num 102. Giurba d. cons.44. num.55.* Et ratio illa est, quia restitutio per viam iustitiæ tunc conceditur, quando cognitum fuit prius de illius innocentia, & cum principalis pars iustitiæ sit, vt innocens omnino absoluatur, & in pristinum statum reponatur, merito bona confiscata etiam apud tertium existentia recuperare debet ille, qui repertus est innocens. & qui taliter restituitur, *Peregrin. de iur. fisci lib. 5. tit.2. num.21.Sfortia Odd. de restit.qu.99. nu.117. Grinel.dec.7. num. 2. Giurb. vbi sup.* At vero gratia non habet oculos retro in tertij præiudicium, *Glos.in l.Gallus §.& quid si tantum vbi Castrens.num.14. Soccin. num.17. Iason. num.61. Costa part.2. num.41. ff. de liber. & posthum. Casanat.cons.26.num.15.Giurb.loc.cit.*quia gratia tantum pœnam abrogat *Bursat. cons. 54. num. 10.*

Ad nostram materiam deueniens, dico, quod dubitari poterit, si Supremus Senatus ha-
3 beat potestatem concedendi restitutionem in integrum, aduersus sententias à se latas, ob multas rationes, primo quia Iudex postquam sententiauit, officio suo functus est, *l.quod iussit 14. l. Iudex posteaquam 5. ff. de re iudic.l.1.cum rub. C.sentent.rescind.non posse, l.pœnam 15. C. de pœnis, l.1. §.vlt. in fin. ff.de quæstion.* ibi. *Cum nec pecuniariam sententiam suam reuocare possit. Gaill. lib.1. obseru.127.num.5.* Alia est ratio, quia Consiliarij secundum aliquorum sententiam, de qua infra, sunt Iudices Delegati, & Iudex Delegatus non potest concedere restitutionem in integrum, aduersus sententiam definitiuam à se latam, secus aduersus interlocutoriam, *Bart. in l. aduersus, C.si aduersus rem iudic.* & ibi *Bald.* & alij *Carneual. in tract.de iudic.disp.7.tom.1. Besold.in fascicul. disput. in rub.de nullitat. num.10.* Ante verò factam exequtionem potest Delegatus Principis restituere, quia adhuc apud se officiũ Iudicis Nobile residet, secus si sententia esset in totũ exequuta, vel traheret secum exequtionem, prout absolutoria, *Tusch pract. in ver.restitutio,concl.278.n.4.* Vltima est ratio, ob excellentiam Supremæ Curiæ, quæ non præsumitur lędere quemquam, ideo ab eius sententia non peti posse restitutionẽ, firmat *Benedict.in cap. Raynut. in verb. si absque 2.de substit.fideicom.num.50.de testam.*

Sed his non obstantibus dicas, quod inter alias præeminentias, quibus fulget Supremus Se-
4 natus, ista PRÆSTANTIA nitet, vt sicut ad Principem spectat restituere minorem, & ei concedere litteras restitutionis, ita etiam Suprema Curia, quæ representat Præfectum Prætorio, restituit sine litteris Principis, per tex.in *l.vnic.in fin. ff.de offic. Præfect. Prætor.* ibi: *Ne à sententia eorum, minores ætate ab alijs Magistratibus, nisi ab ipsis Præfectis restitui possint*, concordant tex in *l. in causa la 2.in fine,& l.præfecti,ff.de minor.*vbi *Brunneman.num.1.l.1.§ de qua.ff.de postuland.l.1. & ibi Glos. C. de sentent. Præfect. Prætor.* vbi dicitur, quod Præfecti Prætorio ex sua sentẽtia in integrum possunt restituere, quamuis appellari ab his non possit, ita practicari in Galliis refert *Rebuff.* relatus à *Dionysio Gothofred.in praxi ciuil.lib.1.tit.9. de Senator. rub.de priuileg.Curiar. vers vlt.fol.511.*& approbat *Surgente de Neap. illustr.cap.10.nu.8. in fin.*

in fin. vbi aſſignat rationem differẽtiæ de-
ſumptam à *leg.Præfecti 17 ff. de minorib.* di-
cens, quod appellatio continet querelam
iniquitatis ſententiæ, & reſtitutio in inte-
grum potius erroris proprij veniam,
vel aduerſarij circumuentionem manife-
ſtat, idcircò tanquam magis honorifica
petitio conueni Præfecto Prætorio, hanc
eandem rationem ponit *Brunneman. in l.
Præfecti 17. num. 1 ff. de miner.* & quod reſti-
tutio poſtulanda ſit à Principe, aut eius Cõ-
ſilio, tradunt *Io: Papon. lib. 3. tit. 5. verſ.
des prouſions referuees, aux Princes, verſ.
Anion d.huy, Imbert.lib.1.inſtit. for. cap. 3.
& in enchiridion in verb.contractus, Ia: Papon.
lib. 16. arreſt. tit. 3, arreſt. 11. Chriſtin. dec.Belg.
119. num. 1. tom. 2.* Imo Senatus poterat olim
in integrum reſtituere aduerſus famam, *l. 1.
§. de qua ff. de poſtuland.*

Etſi replices dicendo, quod nulla Præſtantia
in hoc videatur reſidere, cum quilibet Iu-
5 dex ordinarius poſſit in integrum reſtituere,
per tex. in *l. in cauſæ §. fin. cum l. ſeq. ff. de mi-
nor.* & ibi *Gloſ. in verb. magiſtratus, & Brun-
neman. num 18.* clarius diſponit *Iuſtinian.
in l. fin. C. vbi & apud quem,* vbi *Brunneman.*
& cæteri repetentes *Sfortia Odd. de reſtit. in
integr. par. 1. qu. 32. art. 3 per tot.* Sed reſpon-
deo, quod non dixi ſupra, vt tantum Supre-
mum noſtrum Cõſilium poſſit in integrum
reſtituere, excluſis Iudicibus ordinarijs, vel
alijs Curijs inferioribus, nam loquutus eſſem
contra iura Imperialia ſupra relata, ſed dixi
quod Præſtantia conſiſtit, vt licet Curia Su-
prema ſit noſter Senatus, attamen valeat re-
ſtituere ſine licentia Principis, cum de iure à
ſententia lata in Curia Principis, ſolus Prin-
ceps reſtituere poſſit, *l. minor autem 18. §.
idem Imperator in fin. ff. de minor. l. aduerſus
C. ſi aduerſus rem iudic.* vbi *Iacob. à S.Giorg.
num. 5. l. 1. C. vbi, & apud quem,* vbi *Azo in
rub. Altimar. de nullit. rub. 3. qu. 8. num. 18.
Sfortia Oddus d. qu. 32. num. 34.* exemplo
Solonis, qui à Senatorum decretis ad ſe
prouocationem inſtituit, refert eruditus
noſter Siculus *Gaſton. diſquiſ. 22. num. 25.*
Hinc videmus Conſilio ordinario Sereniſſi-
mi Epiſcopi, & Principis Leodienſis ſubro-
gato in locum Cameræ Imperialis, quo ad
lites ad eius iuriſdictionem ſpectantes, com-
petere ius concedendi reſtitutionem in in-
tegrum aduerſus ſententiam à ſe latam,
ſed ex ſpeciali conſtitutione Caroli Quinti
Cæſaris anni 1545. 20. Iulij in *epitom. con-
ſuet. cap. 16. art. 10.* vt refert *Carol. de Mean.
ad ius ciuil. Leodienſ. obſeru. 263. nu. 1. & 2.
par. 2.* & confirmat in *obſeru. 501. num. 1. &
ſequ. par. 4.* & dum noſter Senatus reſti-
tuit ſine litteris Principis, prędicta ſpeciali-
tate ornatur, præterquam quod tex. in *d. l.
fin. C. vbi, & apud quem,* non obſeruatur in
aliquibus Curijs, & in Gallijs introductum
fuit ex Conſuetudine, vt non niſi Rex, vel
Suprema eius Curia audiat maiores, vel mi-
nores petentes reſtitutionem in integrum,
Rebuffus teſtatur *in proem. conſt. Galliæ gloſ. 5.
num 48.* idem *Rebuff. in tit. de reſtit. & relen.
num 13. 14. & 15. Sfortia d. qu. 32. nu. 28. &
128.* & ratio aſſignari poteſt huius ſtyli, quia
Reſtitutio videtur eſſe potius, quoddã reme-
dium gratioſum, ſeu Indulgentia, quæ Prin-
cipi conuenit, non Iudicibus inferioribus,
& conſtat ex §. 1. *inſtit. quibus modis ius pa-
triæ poteſt. ſoluit*, ibi: *Si indulgentia Princi-
pis reſtituti fuerint,* & melius in *l 6. §. penult.
ff. de iniuſt. teſt.* ibi: *Si in integrum indulgentia
Principis ſit reſtitutus,* & hæc eſt ratio, cur di-
xit *Abbas in cauſ 87. dico vnum lib. 1.* reſti-
tutionem aduerſus ſententiam debere con-
cedi à *Papa*, vel ab eius Delegato, aut à ſo-
lo *Principe*, cum multis latè concludit
*Amaya in l. vnic. C. de ſentent. aduerſ. fiſcum
num. 34*

Quam PRÆSTANTIAM ex iure communi
collectam noſtra municipalis ſanctio in
pragm. 3. de offic. S.R.C. confirmauit, vt ſcili-
cet poſſit noſtrum Sacrum Conſilium Nea-
politanum reſtitutionem concedere, & licet
Reg. Tapia in annot. ad d. pragm. 3. num. 2. di-
xerit hoc non eſſe ſpeciale, ſeu priuilegium
conceſſum noſtro S. Conſilio, quia quilibet
magiſtratus poterit reſtitutionem in inte-
grum concedere, per cit. tex. in *l. in cauſæ la 2.
§. fin. iuncta gloſ. in verb. magiſtratus ff. de mi-
nor.* tamen ſalua pace d. Dom. Regentis, pri-
uilegium videtur conceſſiſſe d. pragm. noſtro
Neapol. Conſilio, confirmando, aut cõceden-
do talem poteſtatem reſtituẽdi in integrum,
ſi conſideremus tex. in *l. minor §. ſi autem ff.
de minor.* vbi diſponitur, quod aduerſus Prin-
cipis ſententiam, raro ſoleat Princeps in
integrum reſtituere, & aduerſus ſententiam
latam à Delegato Principis, non alius, quam
ipſe Princeps poſſit in integrum reſtituere,
d. l. in cauſæ 16. § penult ff. de minor. concor-
dant iura ſup. allegata, & clarius inſinuat
tex. in *l. in 1. §. vlt. in fin. ff. de quaſt.* vbi tex. lo-
quitur de Præſide Prouinciæ, & dicit eum
qui damnauit, reſtituere non poſſe, & ſubdit
quod nec pecuniariam ſuam ſententiam re-
uocare poſſit. Quid igitur, quærit tex. reſpon-
det Vulpianus ibi: *Principi id ſcribere opor-
tet,* concordat tex. in *l. Diui fratres ff. de pœ-
nis*, ibi: *Sed id duntaxat à Principibus fieri
poteſt,* & ratio eſt, quia reſtitutio tollit pœ-
nam à Iudice impoſitam, quæ ab eo tolli non
6 poteſt, niſi à ſolo Principe, etiam ſi inno-
cens ſit Reus, vnde colligit *Bruneman. in
dict. leg. Diui*, pœnam tolli non poſſe à Iu-
dice, & neminem, niſi ſolum Principem

etiam Innocentem restituere posse, & hanc potestatem ad Regalia pertinere, Heig.par.2.qu.22.num.6.& Carpzou.qu.150 num. 14. & seq.Christophor.Sturt.de reg.iur.l.143.n.8. Panorm.& Felin.in cap suborta de re indic.Iason in l.1.in princ.C.de prec.Imper.offer. Addtio ad Roman.singul.189 Couarruu. de sponsal. par.2.cap 8 §.12.num.15.Farinac.quæst. 11. num.12.alijque apud Amayam in d.l.1.num. 34.Cod.de sentent.aduers.fisc. hinc deducunt, quod si restitutio in integrum altiorem exquireret indaginem, vel si post rem iudicatam proponeretur, quia dicitur agi de iure quæsito tollẽdo, propterea difficiliter à Principe concedi debet, Castill.dec.Sicil.16.n.11. dum ergo sententia pronunciatur in nostro Senatu ex persona suorum Consiliariorum, deberet ab ipso Principe concedi in integrum restitutio, iuxtà tex in d.l.in causæ 16. §.penult.ff.de minor.vbi d. Brunnem. & dum hanc potestatem concessit Rex Ferdinandus Primus nostro S.C.illũ concedendi sine eius licentia, inter suas Præstantias connumerari debet; sicut à sententia lata à Camera Imperiali, ipsa Camera restituit, Blunm.de iure Cameræ cap.78.num.4.Brunneman.in l. Præfecti 16.ff.de minor.num.3.merito igitur nostra M.Curia Vicariæ nunquam solet in integrum restituere priuilegiatos, absque expressa commissione Spectabilis Præsidentis Sacri Consilij, qui est illius caput, mandantis iterum verbum fieri à M.C.Vicariæ, ad finem videndi, an sit deferendum in integrum restitotioni, quia scilicet ad Consilium Principis spectat cognoscere causas prædictas, & ratio patet, quia restitutio in integrum ex magna æquitate introducta fuit, l.1.& l.Diuus.ff.de in integ.restit. ibi: Et si nihil facile mutandum sit de sollemnitatibus, tamen vbi equitas suggerit euidens, subueniendum, ita cum omnibus DD.firmat Sfortia Oddus de in integr.restit.part.1.qu. 1. art. 14. n. 95. quam æquitatem impartiri proprium est Supremi Senatus, vt supra dixit in Præst. 14.num. 24. Et etiam probari potest, quia restitutio in integrum per viam sopplicationis petitur, nam ipsa est quædam species supplicationis, vt dixit idem Sfortia d.q.1.n. 70.quæ cum solo Principi, eiusque Supremo Senatui porrigatur, rationabiliter ab eodẽ largiri debet.

Ad rationes in contrarium adductas, respondeas dicendo, ad primam, quod licet Iudex
7 postquam sententiauit, officio suo functus sit, tamen dicas esse finitum officium mercenarium, non nobile, quod non deseruit actioni, vt bene Bart. in d.l. Iudex posteaquam ff.de re indic.Glos.in l.1. Cod.sentent. rescind. non poss. & quia per dictum officium Iudicis nobile expeditur in integrum restitutio, Raiger in proceß.disp.51.thes.2.lit.B.Besold.in fascic.disput.tit.de nullit. nu. 13. ideo non extinguitur eius posteas post sententiam, & hoc modo intelliguntur tex. in l. causa la 2.§. vlt. ff. de minor.cap. causa 9.de in integr. restit.Glos.in l.1. Cod.sentent. rescind. non poß.

Ad secundam respondeas, quod tunc Iudex Delegatus non possit concedere restitutio-
8 nem in integrum, aduersus sententiam à se latam, quando finita est eius iurisdictio, secus si non est finita, vt distinguit Carneual. d.disp.7 tom. 1. cum ergo per sententiam latam per nostrum S. Consilium non extinguatur eius iurisdictio, cum eius Consiliarij sint Delegati ad Vniuersitatem causarum, qui habentur vti Iudices Ordinarij, meritò possunt concedere restitutionem in integrum, sicut etiam possunt cognoscere de nullitate suæ sententiæ, D. Altimar. de nullit. rub.3.qu.10.num.19.

Vltima ratio in contrarium adducta, nec etiam officit, nam Supremus Senatus nedum ex-
9 cellẽtia, & suprema potestate fulgere debet, sed etiam æquitate, & quando æquitas attẽdi debet in Supremo Principis Cons.cõcadi debet restitutio, cum & ipse Princeps, qui excellentior est suo Senatu, tali potestate ob eius æquitatem ornatur, Non enim presidium restitutionis in integrum aduersatur æquitati, nec odiosum extimatur, vt malèdixerunt Fulgos.in l.papinianus n.6.ff.de inoffic.testam. quem sequitur Io: de Canibus in tract. represaliarum nu. 36. Sed tale remedium ob æquitatem introductum fuit, vt dicitur in l.s.& in l.Diuus.ff.de minor. paulò ante allegatis Bart.in d.l.1.Cephal.cons.56. num. 8. & probat Sfortia Oddus de restit.in integr.qu.5. art.14, num.95.cum seq. Trentacinq. var.resol. 1.sub num. 2. vers. nec responsio, post alios Caluin.de æquit.lib.2.cap.133.num.5.

Alia PRÆSTANTIA cognoscitur in nostro Supremo Senatu circa præsentem materiam
10 restitutionis, nam de iure Iudex à quo, tanquam Iudex competens omnium exceptionum incidentium, & dependantium, est Iudex causæ restitutionis in Integrum Bal. in l.precesC.de appel.Rebuff.de restit.& releuam. num.17.Cancer.lib.2.var.cap.2.num.301. ita refert in suo Senatu decisum Fontanell. dec. 260.num.8.tom.1. Griuell. decis. Dolan. 129. num.4 quia ille Iudex adiri debet, vbi læsio contigit, propterea non videtur Iudici appellationi conuenire, an iura partis grauatæ fuerint benè ponderata. Sed Supremus Senatus Principis hac Præstantia fulget, vt ad instar Principis possit restitutionem à Delegato denegatam cõcedere, per tex.in l. minor autem, §.idem Imperator, & l. Præfectis ff. de minor.post Afflict. dec.356.Capyc. decis.53. Franch.dec.86.num.8.& dec. 702.aliosque cita-

citatos concludit *Calà de integr. restit. qu. 25. à num. 35.*

Praxis autem in nostro Regno, seu in nostra Ciuitate, & eius Supremo Consilio petendi
11 talem restitutionem in integrum sic obseruatur, vt scilicet præsentetur supplex libellus Supremo Præsidi S.Consilij, vbi exponitur prætensa læsio, quæ resultauit ex sententia lata, & Præsidens si viderit exponentem esse personam priuilegiatam, causam committit eidem Commissario Consiliario, ordinando iterum verbum fieri in S. C. ad finem videndi, an sit deferendum petitæ in integrum restitutioni, vt in *l. 1. ff. de offic. Præfect. Prætor. & in pragm. 3. de offic. S. R. C. Tasson. in pragm. de antefato vers. 3. obseruat. 3. num. 116. s. 17.* quam formam decretationis primus introduxit Dom. Præses noster S. C. Vincentius de Franchis, cuius memoria omni æuo sit veneranda, vt ipse testatur in *dec. 702. num. 3.* per illa verba: *Consueui prouidere vt Præses, quod causæ Commissarius relationem faceret ad finem prouidendi, an huic petitioni sit deferendum*, & confitetur tradita per *Abbatem cons. 87. in fin. lib. 1.* vbi dixit, quod licet Delegatus Principis non possit concedere in integrum restitutionem, potest tamen decernere, & referre Principi, esse illam concedendam, & interim supersedere in exequtione, & post propositam causam in Supremo Consilio, si iniustitia sententiæ cognita fuit, respondet S. C. petitioni, *esse deferendum petitæ in integrum restitutioni*, si vero iusta lata fuerit sententia, reicit restitutionem petitam, hoc modo: *Non esse deferendum petitæ in integrum restitutioni.*

Imo, & quia æquitas nostri Supremi Senatus summa est, ideo si victus alio modo obtine-
12 re non poterit, nisi per viam restitutionis in integrum, licet expressè eam non deduxit, tamen ea vti potest, probat *Franc. decis. 86. num. 7. in fin. & 8.* Imo per solam clausulam ius, & iustitiam ministrari, censeri petitam restitutionem in integrum, dixit *Reg. Rou. in pragm. 1. num. 25. de ordin. iudic.* & maximè in Regno nostro procedit ex dispositione, *cap. detestantes, & cap. Regina Isabellæ, & pragm. 1. incip. dispendia litium*, ex quorum iurium dispositione Iudex poterit super meritis causæ iudicare, etiam si remedium, quod competebat formaliter non fuerit propositum, vt declarat post alios *Maranta in suo specul. in 4. par. 9. distinct. num. 14.* Hinc est, quod Iudex adhibitus super nullitatibus propositis, si in earum discussione cognouerit eum, qui succumbit fuisse læsum, & sibi competere restitutionem in integrum, poterit, & debebit eam concedere, vt dixerunt *Io: de Ligna.* & post eum *Abbas in cap. cum contingat ad finem. de offic. Deleg.* & communem esse testatur *Card. Alexand. in cap. dilecto in 6 qu. de appellat.* & æquiorem fatetur *Sfortia de restit. in integ. qu. 39. art. 4. nu. 29. cum seq. in vers. contrarium*, non minus ac Iudex aditus super nullitate, si cognouerit sententiam esse iniustam, poterit eam quoad iniustitiam reformare, vt dixit *Alex. cons. 79.* prospectis sub *num. 1 lib. 2. Sfortia d. art. 4. n. 22.* nec hęc cognitio erit cumulatio iudiciorũ, scilicet nullitatis, & restitutionis in integrum, quæ simul non possunt proponi, vt infra dixi *nu. 29.* sed est potestas Iudicis, qui vtitur illo beneficio legis, partibus competenti, quod litigantes omiserunt proponere, & ex officio supplet.

Amplia 1. vt competat restitutio etiam aduersus binas sententias S.C. licet in vltima fue-
13 rit impositum perpetuum silentium, quia licet aduersus duas, & tres sententias conformes, non liceat amplius prouocare, imo nec poterit dici de nullitate, nisi ex defectu iurisdictionis, *clem. 1. de re iudic. l. vnic. C. ne liceat tertio prouocare*, & in specie de sententijs Præfecti Prætorio, quæ si confirmantur, amplius non licet reclamare, sed imponitur perpetuum silentium, *l. si quis aduersus C. de precib. Imper. offer.* & in *l. 1. C. de sent. Præfect. Prætor.* ex quibus iuribus sumpta est illa pragm. quod imponatur perpetuum silentium, tamen non per hoc censetur sublata in integrum restitutio, sed tantum reclamatio, & probari poterit, quia talis sententia S.C. vti Supremi Præfecti Prætorio non maior reputatur sententia Regis, si ergo aduersus sententiam Regis, & S. Pontificis datur restitutio, *cap. cum ex literis de in integrum rest.* quanto magis aduersus sententiam Supremi Præfecti Prætorio, & aduersus tres sententias conformes, vt supra dixi, sed ratio efficax est, quia restitutio datur aduersus sententias inappellabiles, tam ex natura causæ, quam ob excellentiam Iudicum, ideo prohibita appellatione à statuto, vel lege, non intelligitur prohibita restitutio in integrum, *Scaccia de appellat. qu. 19. remed. 2. n. 2. & seq. Oddus de restit. in integ. q. 15. n. 31. & 32.* alijq; relati à *D. Altom. de nullit. rub. 5. quæst. 45. nu. 5. & 6.* hac de causa quando minor non potest appellare, habet in integrum restitutionem, *l. 1.* & ibi *Glos. C si sæpius in integ. rest. pet.* & in *tit. Cod. si aduersus rem iudic.* igitur vera est talis cõclusio, quod debet concedi in integrum restitutio, quando nõ adest supplicatio, seu reclamatio, iuxta *l. si quis aduersus, C. de prec. Imper. offer.* quia si vellemus dicere, quod competat aduersus primam sententiam, esset absurdum, cum adsit remedium commune in supplicando, scilicet reclamatio, quam etiam maiores, &

non

non priuilegiati habent, igitur debet tunc
cuncedi, quando aliud remedium non suf-
fragatur, vt in casu groposito, quando age-
retur aduersus binas, vel tres sententias cō-
formes, & ita concludunt, *Scaccia de appell. qu. 19. remed. 2. num. 1. & seq. Fontanell. dec. 119. Odd. de restit. in integr. d. qu. 15. nu. 31. & qu. 43 art. 3. num. 55 Carroc. de except. except. 48 num. 26. Mastril. dec.* 110. latè *Nouar. dec. 87. Altimar. de nullit. rub. 5. qu. 1. num. 8. Speculat. in titul. de in integrum restit. Rota Auenionen. decis. 2. apud Hyeronim. de Laurent. Conar. pract. qu. cap. 25. nu. 7. Reg. Tapia in l. 1. iur. Regni in annot. ad pragm. 5. nu. 18. de offic. S. R. C.* qui allegant tex in *cap. suscitata de restit. in integr.* & ita in quadam causa
antiqua legi practicatum, scilicet in causa
illorum de Pumarellis, in qua cum fuerit per
binas sententias S.C. impositum silētium,
petierunt d. Pumarelli restitui, in eorum sup-
plicatione fuit decretum per Spectabilem
Præsidem S.C. quod intimetur parti, qua au-
dita foit dictum, quod proponantur causæ,
ex quibus prætenditur restitutio, quibus
propositis fuit dictum, quod processus aspor-
tetur in Aula, quo asportato fuit causa com-
missa pro cognoscēdo grauamine proposito
per viam restitutionis in integrum, vt con-
stat ex quadam alleg. antiqua, quam habeo
in *alleg. 70. tom. 145. mearum diuersarum allegationum collectarum.*

Amplia 2. vt sit tantæ efficaciæ tale remedium
restitutionis in integrum, vt per eius peti-
14 tionem impediatur sententiæ executio,
quamuis ex authoritate Senatus, vbi fuit
sententia prolata, vel alia ex causa execu-
tionem paratam mereretur, vt patet ex *rub. Cod. & in nigro l. vnic. C. de in integr. restitutio. ne postulata, ne quid noui fiat*, vbi *Glos.* sic de-
cisum refert *Afflict. dec. 356. Franch. dec. 702. nu. 1.* dummodo petatur ante executionem
rei iudicatæ, *Castill. dec. 228 vol. 3.* latè *Altimar. in add. ad cons. 3. Rouit. lib. 3. & in tract. de nullit. rub. 1. qu. 6. nu. 47. & 55.* quod pro-
cedit etiam si restitutio petatur per maio-
rem ex iusta causa, quę debet concedi, vt in-
fra dicemus, ita iudicatum testatur *Thesaur. dec. 181. num. 4.* post *Afflict.* & alios, sequitur
Grammatic. cons. ciuil 162. nu. 11. & 12. Sfortia in dict. tract. quæst. 43. num. 7. Consil. Rocc. respons. 24. num. 11. tom. 2. si tamen causa
restitutionis in integrum nō sit euidēs, tunc
nō impedit executionem sententiæ, *Franch. decis. 702. num. 1. Christin. decis. Belg. 124. num. 10. tom. 2.* sicut nec etiam illam impe-
dit, si præstetur cautio in casu retractationis
Ricc. dec. 60. si autem peteretur post cæptum
exequi, non impeditur sententiæ executio,
Glos. in cap suscitata, verb. postulauit, vers. incontinenti de restit. spoliat. Couarr. lib. 1. var. cap. 7. n. 1. Mastrill. dec. 30. Rouit. in pragm. 1. de minor. n. 25 Marcian. cons. 21. nu. 11. lib. 2. alios refert, & sequitur *Altim. de nullit. rub. 1. qu. 6. n. 47. Christin. dec. Belg. 124. nu. 10 tom. 2.* & in nostro foro dicitur sententia
S.C. cepta exequi, si sit notificatū manda-
tum de parendo, *Reg. Rouit. dec. 91. num. 23. & in pragmatica 1 de minor. num. 28 Muscatell. in praxi g. si fuerint p. 3. n. 37.* vbi *Prat. in addit. D. Altimar ad cons. 3. Rouit. lib. 3.* &
iterum *de nullit. d. rub. 1. qu. 6. n. 51.* imo etsi
fuerit petita per actorem executio senten-
tiæ, etiam dicitur cæpta exequi sentētia, &
eius executio non impeditur, *Ron. in prag. 1. de minor. nu. 26. Mantica dec. 219. n. 3. & 5. Scacc. de appell. q. 19. remed. 2. n. 109. cū seq. CauaCer. decis. 280. Castill. decis. 228. vol. 3.*
Vel si fuissent expeditę literæ exequtoriales
Gratian. dec. 172. Caroc de remed. cōtra sent. except. 48 num. 48. Rouit. in d. pragm. 1. n. 26. Altimar. dict. qu. 6. num. 49. & 50. Altograd. cons. 40. num. 11. tom. 1. Si verò peteretur
restitutio ex captæ notoriæ iniustitiæ, quæ
æquiparatur nullitati, tunc impeditur exe-
cutio, licet peteretur post litteras exequ-
toriales, dummodo tamen non fuerit facta
solutio, vel traditio, *Rouit. in pragm. 1. de minor. num. 23. Reg. Marcian. disp. 86. nu. 26. Altim. loc. cit. nu. 52.* Quando vero fuisset de-
negata restitutio à decreto ipsam denegan-
te competit reclamatio, *Rouit. in d. pragm. 1. de minor. num. 30.* sed pendente reclama-
matione non impeditur executio sententię,
præstita tamen cautione, *Franch. decis. 702. Ricc. collect. 3775.* idem *Rouit.* loc. proximè
cit. *num. 30.* licet hoc relinquat melius co-
gitandum.

Vt autem cōcedi possit restitutio in integrum
quatuor requiruntur, Primum vt persona
15 illam petens sit priuilegiata, puta minor
Fiscus, Ecclesia, Vniuersitas, &c. *Gallupp. in praxi S.C. par. 3. cap 5. num. 6.* & quod mino-
ribus competat in iudicijs si læsi fuerint; est
constitutio nostri Regni incip. *Minorum ira*, non solum aduersus exceptiones dilato-
rias omissas ex *l. minor. 25. annis*, vbi *Glos. ff. de minor. Capyc. dec. 13. Catheran. dec. Pedam. 158. Thesaur. dec. 240 nu. 3. Staib. cons. 42. nu. 16.* sed etiam aduersus sententias S.C. *Afflict. dec. 356.* & ibi *Vrsill. Capyc. dec. 53. Franch. dec. 86. Tasson. in pragm. de antefato vers. 3. obseru. 3. num. 116. 5. 17.* & hoc quia satis notum est
in hoc nō immoror, sed solum amplio, vt ta-
le beneficium etiam competat minoribus
in contractibus, licet cum Iudicis decreto
contraxerint, si illi se lesos ostendunt, *l. autor 47. ff. de minor. l. vlt. C. de fideiussor. minor. l. 2. C. si Tutor, vel Curator interuenerit, l. si quidem 11. C. de præd. js minor. Harppreg. in §. nunc admonendi, instit. Quib. alienar. licet, vel*

non

non num. 31. fed aduerte , quod non idem
procedit in foluente Minori cum Iudicis de-
16 creto, etenim & fi vera fit conclufio , quod
quando folutio cum Tutoris authoritate pu-
pilla facta fuerit, liberetur debitor, vt in *d. §.*
admonendi , verf. ideoque fi debitor , & l. ait
Prætor 7. §. 2. verf. permittitur ff. de minor.
Harpreċt. loc. cit. num. 28. nihilominus refti-
tutio in integrum adhuc pupillo concedi-
tur , fi pecunia fuerit ob facilitatem ætatis
deperdita , vel malè confumpta à pupillo ,
l. Lucius 46. §. tutela 5 ff. de admin. & pericul.
tutor. l. 1. C. fi aduerf. folut. Quando vero Iudi-
cis decretum fuit adhibitum, mandans præ-
ceptum de foluendo, hoc cafu fi pecunia pu-
pillaris fuerit deperdita, pleniffimam debi-
tor confequitur liberationem, abfque fpe re-
ftitutionis in beneficium pupilli , *d. §. nunc*
admonendi verf. quo fubfecuto, l. ait prætor 7.
§. 2. verf. permittitur, ff. de minor. l. fancimus
25. C. de admin. tutor. Harpreċt. loc. cit. nu. 29.
iniquum enim eft debitorem coactum ex
Iudicis præcepto, denuo inquietare, *l. 2. 3. &*
4. ff. de in ius vocando l. 1. §. 1. cum ibi notatis
ff. de offic. Conful. l. alienationes 13. ff. fam. her-
cifc. l. quæ propter neceffitatem 162. ff. de reg.
iur. Ratio differētiæ inter minorem contra-
hentē cum Iudicis decreto, & minorem fol-
uentem cum eodem decreto , cur in primo
cafu competat in integum reftitutio, fecus in
fecundo cafu, illa eft , quia contrahere cum
minore nemo cogitur, *l. nec emere 16. C. de*
iur. d. lib. proindè fibi imputatur fi ignorauit
conditionem eius , cum quo contraxit,
l. qui cum alio 19 ff. de reg. iur. fecus in debi-
tore foluente , qui cogitur ad fe liberandum
foluere, maximè fi concurrat Iudicis præce-
ptum, & nō ex fua voluntate, fed iuris necef-
fitate foluit, *d. l. ait Prætor 7. §. 2. ff. de minor.*
merito pleniffimè liberatur, vt amplius mo-
leftari nequeat, vt habetur in *d. §. nunc ad-*
monendi, & in l. fancimus 25. C. de admin. tu-
tor. quā materiam latè explicant *Simancel. de*
decret. lib. 5. tit. 7. infpeċt. 1. num. 1. Franc. dec.
206. *num. 3. Gomef. tom. 2. var. refol. cap.* 14.
num. 4.

Non tamen obliuifcaris , quod beneficium re-
ftitutionis in integrum, competens minori,
17 non prodeft eius fideiuffori, per clarum tex.
in *l. in caufæ 13. in princ. ff. de minor. l. 1. & 2.*
C. de fideiuffor. minor. Harpreċt. in §. fi plures 4.
inftit. de fideiuff. nu. 76. qui refpondet ad tex.
in *l. in omnibus 43. ff de folut.* vbi liberato de-
bitore principali, etiam acceffiones, fcilicet
pignora , & fideiuffores liberantur , & dicit,
quod dicta regula habeat locum tantum in
liberatione, qua ita liberatur Reus, vt tolla-
tur eius obligatio, vel ipfo iure, vel per ex-
ceptionem iure communi competentem,
non idem dicendum , quando obligatione
manente Reus aliquo modo fuccurritur ne
teneatur, nam hoc cafu dicitur magis perfo-
na eximi ab obligatione , quam liberari ,
dū extraordinario auxilio minor adiuuatur ,
ne conueniatur, *l. 1. & l. in caufæ cognitione*
16. in princ. ff. de minor. cum reftitutio non
tollat obligationem ciuilem , fed eius effe-
ctum impedit , proindè tenentur fideiuffo-
res, quia fubfiftit obligatio, cum fideiuffores
accedunt , *l. vlt. ff. de duob. Reis conftituend.*
Harpreċt. loc. cit. num. 77.

Sed quia per noftram huius Regni Conftitu-
tionem, incip. *Minorum iura*, fuit reftricta
minorum ætas ad tempus decem , & octo
annorum , ideo dubitari poterit , an tale
noftrum ftatutum reftringens tempus mi-
noris ætatis , etiam reftringat tem-
pus petendi reftitutionem in integrum ,
multi DD. affirmant, tempus reftitutionis
in integrum regulari à tempore iuris com-
munis , ficdixerunt *Borgognu. Caualcan.*
in dec. 65. par. 2. num. 91. & in traċt. de tutor.
& Curat. num. 99. Bernard. Pand. de præfent.
inftrum. par. 2. num. 28. Bernard. Diaz in re-
gul. 653. lim. 5. per tex. in *l. ea, quæ, C. de*
tempor. in in tegr. reftit. vbi quamuis minor
veniam ætatis impetrauerit , tempus autem
petendi reftitutionem in integrum , vfque
ad iuris terminos extenditur , multos alios
congerit, *Pafchal. de patr. poteft. par. 2. cap. 1.*
num. 105. Sed dico, quod in terminis noftri
Statuti reftringentis minorum ætates , tem-
pora reftitutionis non regulentur à tempo-
ribus iuris communis , fed ftatuti , & ratio
eft , quia noftra Conftitutio non fingit mi-
nores maiores , vt habiles reddantur ad cō-
trahendum, ficut fingit *auth. facramenta*
puber. C. fi aduerf. vend. nec tantum permit-
tit vt contractus , qui fiunt à minoribus in
decimo octauo anno fint validi, in his enim
cafibus reftitutionum tempora à iuri com-
muni præfixa computarentur , fi ita difpo-
neret noftra Conftitutio , fed Conftitutio
prædicta limitat ætatem, quam malitia ho-
minum , & ipfa natura deprauata perftrin-
xit & hoc cafu in decimo octauo anno mi-
nores facti funt maiores, & ab ifto tempore
currunt reftitutionum tempora , ita diftin-
guit *Bald. in auth. fi captiui num. 4. C. de epifc.*
& Cler. quem fequuntur *Gramat. in d. conft.*
minorum iura num. 2. Ruin. conf. 126. num. 4.
vol. 5. de Giorgio alleg. 16. num. 5. Franch. dec.
650. *& in dec. 167. num. 15. Maftrill. dec.* 13.
alijque relati per *Pafchal. loc. cit.*

Inter alias perfonas priuilegiatas, quibus com-
petit reftitutio in integrum eft Vniuerfitas,
18 cui competit tam in iudicijs , quam in con-
tractibus, per *conftit.* Regni *Beneficium*, & de
iure communi funt inrа in *l. Refpublica C. ex*
quib. cauf. maior. & l. Rempublicam C. de iur.

Rei-

Reipub' lib. 11. Reg. de Marin. ad Reuert. decis.
156. Sfortia Odd. de restit. in integr. qu. 6. n. 44.
& 45. & licet Glos. in l. Respublica dixit, quod
prædicta lex intelligatur de sola Ciuitate
Romana, & non de alijs, quod examinat
Specul. in tit. de restit. in integr. 5. vers. idem-
quoque iuris, nihilominus communiter DD.
affirmant, quod non solum omnis Ciuitas
aut Respublica restitui possint, sed etiam
quælibet modica Vniuersitas, Villa, vel
Castrum, ita Bart. Bald. Castrens. & omnes in
d. l. Respublica, Afflict. in prælud. constit. in 5.
princ. licet per Administratores, aut Sindi-
cos non regantur, Castrens. in d. l. Respublica
Sfortia Odd. qu. 3. num. 71. & 72. & licet reda-
cta esset Vniuersitas ad vnum foculare, vt
decisum testatur per S. C. Freccia de subfeud.
lib. 2. auth. 2. num. 29. Imbrian. de 1. & 2. be-
nefic. consid. 4. num. 3. & seq. Nouar. de electi on.
for. qu. 24. num. 6. Altim. de nullit. rub. 1. qu. 6.
num. 18. idcirco restituitur Vniuersitas ad-
uersus lapsum fatalium, Gramat. cons. ciuili
165. num. 7.

Quod competat Ecclesijs non dubitatur, cap.
cum venissent, & ibi Abbat in 3. notab. & DD.
19 de restit. in integ. cap. constitutus. cap. auditis,
& clem. 1. de in integr. restit. Reg. de Marin. ad
Reuert. dec. 156. Cald. in l. si Curatorem habens,
vers. minoribus num. 60. de in integr. restit. Si-
cut etiam Capitulo, Collegijs, Hospitalibus
& alijs pijs locis, vt latè differit D. Altim. d.
rub. 1. qu. 6. à num. 5. & seq. & addas etiam,
quod competat restitutio Clericis super liti-
bus, & contractibus initis super patrimoniis
ipsorum, quia patrimonia Clericorũ gaudent
prærogatiua bonorum Ecclesiæ, Ricc. par. 4.
resol. 90. ideoque concedi etiam debet resti-
tio in integrum pro bonis patrimonialibus,
ad quorum titulum quis est ordinatus, Ricc.
par. 4 resol. 91. Nouar. latè dec. 97 qui dicit
ita M. Curiam Vic. practicasse. Sic etiam
habent Clerici electionem fori, iuxta l. vnic.
C. quando Imperator &c. Riccius par. 4. resol.
92. quod probatur, quia pro bonis patrimo-
nialibus Clerici non tenentur soluere gab-
bellas, & collectas, vt practicari in Camera
testatur Nouar. lib. 1. qu. 72. Imo eas impo-
nentes super talibus bonis incidunt in ex-
communicationem Bullæ Cœnæ Domini,
Riccius par 4 resol. 93.

An vero mulieres inter personas priuilegiatas
connumerentur, vt possint obtinere in in-
20 tegrum rastitutionem? Communiter asse-
runt nostri DD. Regnicolæ, quod aduersus
sententias, & decreta mulieres non habeant
restitutionem in integrum, Glos. in constit.
Regni obscuritatem in verb. in iudicijs, vbi An-
dreas col. 1. Afflict. ibid. notab. 1. Vrsill. ad Af-
flict. dec. 356. num. 5. Franc. dec. 284 vbi dicit
decisum mulierem non esse restituendam
aduersus tempus decursum Fatalium, Reg.
Marcian. disput 19. num. 4. Tasson. in pragm.
de antefato vers. 3. obseru. 3. nu. 116. & 17. Sed
alij nostri Regnicolæ putarunt, quod exi-
stente causa probabili, talis restitutio mulie-
ribus concedi possit, & colligunt ex constit.
Regni, obscuritatem, vbi ex causis concedit
mulieribus restitutionẽ in contractibus, ex
quo deducunt in iudicijs idem esse affirmã-
dum, vt probat Io: Franc. de Ponte cons. 58.
num. 13. vol. 1. & Tasson. pragm. de antefato
ver. 3. obseru. 3. num. 116. & 17. refert decisio-
nem Collateralis Consilij, quæ admisit re-
stitutionem Viduæ, quam denegauit Præ-
ses S.C.

Et re vera quod mulieres Viduæ aduersus sen-
tentias, & decreta restitui debeant, dixerunt
Sfortia Odd. de restit. par. 1. qu. 10. art. 6. n. 34.
& ex nostris Merlin. contro 52. num. 34. to. 2.
Tasson. loc. cit. num. 115. Thor. in compend. dec.
par. 3. sect. 3. vers. restitutio in integrum aduer-
sus sententiam, Dom. Altimar. in tract. de nul-
lit. rub. 1. qu. 6. num. 31. & seq. & adducunt ra-
tionem, quia mulieres viduæ inter misera-
biles personas connumerantur, l. vnic. Cod.
quando Imperat. inter pupill. & vid. & misera-
biles personæ tale beneficium habent, Sfor-
tia Odd. loc. cit. art. 6. nu. 34. ideo si sunt pau-
peres, seu miserabiles, indubitanter eas ad-
mittunt ad tale beneficium restitutionis ad-
uersus sententias, per tex. in cap. significanti-
bus de offic. Deleg. Sfortia Odd. loc. cit. par. 1. qu.
10. num. 34. Mascard. de probat. conclus. 1064.
num. 3. Giurba dec 18. num. 2. & 3. Barzius
dec. 73. à num. 58. Reg. Rouit. in pragm. 1. de
minor. num. 22. Reg. Marcian. disput. 19. nu. 7.
Staiban. resol. 155. & seq. & in obseru. ibid. &
demum Altim. loc. cit. num. 34. qui alios casus
scripsit, in quibus mulieres possunt restitui,
sed hodierna praxis contrarium introduxit,
vt non restituantur.

In iudicijs vero circa probationes omissas,
mulieres, siue diuites, siue pauperes, tam
virgines, quam viduæ indistinctè restituun-
tur, minores, & maiores, per constit. Regni
nostri, Obscuritatem, imo non vna vice, sed
bis, quam restitutionem nostri practici ap-
pellant primum, & secundum beneficium
ad iterum probandum, & testes producen-
dum, vt etiam disponit nostra pragm. 11. de
ordin. Iudic. num. 25. Afflict. in d. constit. num.
21. & 33. vers. in eodem & dec. 210. Imbrian.
de 1. & 2. benefic. consid. 1. num. 25. Capyc. dec.
109. n. 7. Rouit in d prag. 11. n. 25. Muscatell.
in praxi par. 2. glos. in integr. num. 20. & seq.
Marcian. disp. 19. num. 7 Capyc. latro dec. 91.

Fisco etiam competit in integrum restitutio,
sed in illis casibus expressis in l. vnic. C. de
21 sentent. aduers. Fiscum, Reg. Capyc. latro decis.
165. num. 36. lib. 2. dum Respublica, Ecclesia,

Fi-

Fiscus, & Pupillus pari passu ambulant, *l. Rempublicam C. de iur. Reipub. lib. 11. cap. 1. de in integ. restit. Cassan. in consuet. Burgun. rub. 6. §. 4. vers. sed quia Capyc. lat. d. dec. 165. n. 48.* Sed in criminalibus Fiscus non restituitur in integrum, ita concludunt DD. per tex. in *l. auxilium ff. de minor.* vbi denegatur restitutio ad pœnam prosequendam, *Bald. ad Specul. in tit. de accusat. sup. rub. Gabriel. com. conclus. lib. 7. concl. 13. num. 3. Peregrin. de iur. Fisci lib. 7. tit. 4. num. 1. Garcias de nobil. glos. 3. §. 1. num. 18. Alfar de offic. Fiscal. glos. 17. nu. 45. Farinac. qu. 101. num. 35. Riccius dec. 81. Curia Archiepisc. num. 2. par. 2. 2. Fachin. lib. 9. controu. 81.* qui probat, quod sicut minores non habent in pœnalibus restitutionem, multo minus Fiscus, & facit tex. in *l. diui fratres 27 ff. de pœnis*, vbi ait I.C. quod si Iudex sententiã protulerit in criminalibus, non potest illam rescindere, ideo si cum mitiori pœna Reus fuerit punitus, Fiscus non restituitur, *Caualcan. de brachio reg. par. 4. nu. 203. lit. E. Guazzin. ad defens. Reor. defens. 36. cap. 14 num. 5.* alios citat *Dom Reg. Petra in ritu 261. num. 9 tom. 2. Reg. Capyc. latro decis. 165. num. 37. tom. 2.* inueni tamen hanc quæstionem impugnatam ab *Amaya in l. unic. C. de sent. aduers. Fiscum à num. 27.* qui contrariam sententiam substinet, asserens, quod generalitas conclusionis relata in *d. l. unica*, vt scilicet possit Fiscos causas contra se iudicatas intra triennium retractare, comprehendere debet tam causas ciuiles, quam criminales, & probat *loc. cit. num. 32.* quia Decuriones possunt restitui in criminalibus, per tex. in *d. l. diui fratres ff. de pæn.* & si Decuriones possunt restitui io criminalibus, multo magis restituendus est Fiscus, qui Reipublicæ priuilegijs vtitur, & illi æquiparatur; nec dicit officere tex. in *d l. auxilium*, quia ibi denegatur restitutio minori contra omissam accusationem, non post decretum interpositum peracta accusatione, nam in quolibet actu, in quo fuit læsus potest in integrum restitui, *l. in causæ 16. §. fin. ff. de minor.* vt etiam aduertunt *Guttierez in auth. sacramenta puber num. 138. C. si aduers. vendit & Parlador. lib. 2. quotid. cap. 11. num. 5. vers. postremo*, sed has contrarias sententias concilians, concludo cum *Thesauro lib. 1. qu. 50. num. 4* cum hac distinctione dicendo, vt in delictis minoribus, non competat Fisco in integrum restitutio, iuxta primam sententiam, in delictis vero atrocioribus possit Fiscus restitui, & cum hac distinctione intelligi debent illi DD. qoi dixerunt, quod si pœna condigna delicto fuerit per decretum diminuta, competat Fisco in integrum restitutio, per tex. in *d. l. 1. C. de sent. aduers. Fiscum*, sicut de iure, & consuetudine seruari, testantur DD. quos refert, & sequitur *Capyc. latro d. dec. 165. nu. 66. tom. 2.* sicut etiam competere Fisco appellationem, seu recursum pro diminoratione pœnæ, non obstãte nostro *Ritu 261.* dixit *Muscatell. in praxi de delicto tit. de iniur. num. 44.* dummodo grauamen sit notorium, vt distinguit *Nouar. de grauam. Vassallor. tom. 2. grauam. 162.* latè *Minad. dec. 27.* vbi *Flam. Mouac.* & tandem *Dom. Reg. Petra in dicto ritu 261. num. 11.* vbi concordantes allegat.

Connumerantur tandem inter personas pri-
uilegiatas milites, quibus etiam competit
22 in integrum restitutio, quando tamen sunt
occupati in expeditione militari, *l. fin. C. de
restit. militar. l. 1. Cod. de iur. & fact. ignor.
Tasson. de antefato vers. 3. obseru. 3. num 116.
§. 17.* Senes etiam valetudinarij, & infirmi
23 connumerantur inter istos similes priuile-
giatos, & habent etiam tale restitutionis
beneficium, non vero senes robusti, *Merlin.
cap. 52 num 2. tom. 2.* Idem dicas de Rusticis,
si peritiores consulere non possunt, *Glos. in
d. l. 1. in verb. armate C. de iur. & fact. ignor.
& in l. fin. C. qui admitt.* Rusticitas autem in-
telligitur, vt illa sit necessaria, quæ concur-
rit cum negligentia, & crassa ignorantia,
Costa var. ambig. lib. 2. cap. 2. Sic etiam com-
petit restitutio Curatori hæreditatis iacen-
tis aduersus sententias Supremæ Curiæ, vt
refert decisum *Thor. in comp. dec. tom. 2. in
verb. restitutio pag. 598.* quem sequitur *Reg.
Rouit. dec. 41. de Marin. in obseru. ad Renert.
dec. 156. in fin.* sicut eidem competere pri-
mum, vel secundum beneficium aduersus
omissas probationes, refert decisum idem
Thor. tom. 2. in verb. beneficium fol. 49. Imo &
ipsi Magistratus publicis negotijs occupati,
puta Senarores, & Regij Cousiliarij Supre-
morum Senatuum, & similes, possunt de iu-
re petere d. restitutionem, ac cæteri priuile-
giati, *Reg. de Marin. resol. iur. cap. 309. tom. 1.
per tot.*

Secundo requiritur ad hoc, vt concedatur re-
stitutio, vt concurrat lesio, & quod allegetur
24 in libello, *Cappella Tholosana dec. 389.* quæ
quanta esse debeat arbitrio Iudicis remitti-
tur, *Franch. dec. 248.*

Tertio requiritur, vt petatur infra quadrien-
nium, quando petitur à minore, quod currit
25 à die, quo est factus maior decem, & octo an-
norum, etiam si sit Baro, cui licet Balius ces-
sabat antiquitus in decimo quinto anno,
quia in feudalibus, post decimum quartum
annum efficiebatur maior *Andreas in § præ-
terea, si quis in addit. num. 28. de probib. feud.
alien per Federic.* & à d. tempore currebat
quadriennium petendi restitutionem in in-
tegrum, *Tason. in pragm. de antefato vers. 3.
obseru. 3. num. 116. §. 17. vers. quo fit*, tamen

hodiè fit maior in decimo octauo anno, *Io: Andreas de Giorgio alleg.* 16. & à d. tempore anni 18. currit hodie quadriennium. In alijs vero perſonis currit à die contractus, vel leſionis, puta in Fiſco, Vniuerſitate, Eccleſia, & alijs perſonis priilegiatis, niſi adſit enormiſſima læſio, quia tunc tale tempus eſt perpetuum, ſcilicet vſque ad annos triginta, *Gomeſ. var. tit. de reſtit. in integr. num.* 8. *Guttierez pract. qu. cap.* 69. *Riccius collect.* 1004. Intellige, vt data ſcientia currat quadriennium, nam data ignorantia non currit, ſed vſque ad annos centum poterit hoc remedium implorari, *Theſaur. dec.* 133. quando verò ſententiæ intimantur, vt in M. C. V. non poteſt allegari ignorantia, ſed à die intimationis currit quadriennium. Si verò ſententia præſcribit terminum ad ſoluendum, currit quadriennium, non à die ipſius termini, ſed à die, quo completus eſt terminus, *Innoc.* & alij apud *Gallupp. in praxi par.* 3. *cap.* 5. *num.* 11.

Vltimo requiritur, quod ceſſet malitia, & ani-
mus calumniandi, ad hoc vt concedatur, &
26 vt eius petitio impediat ſententiæ execu-
tionem, *l. ſi Marcellus ff. de re iudic. Franch.*
dec. 86. *num.* 8. exemplum datur in *cap. ſuſci-*
tata de reſtit. in integr. vbi ſuit denegata re-
ſtitutio, quia aderat præſumptio contra Mo-
naſterium petens illam, *Cappella Tholoſan.*
deciſ. 54. *Minſinger. cent.* 1. *obſeru.* 48. *Caſtill.*
dec. 199. qui animus calumniandi, quando
adeſt Iudicis arbitrio remittitur, *Franc. dec.*
702. *nu.* 5. & ex coniecturis colligitur, *Franc.*
dec. 86. *num.* 8. *Thor. in compend. in verb. reſti-*
tutio in integrum aduerſus ſententiam S. C.
tom. 1.

Hæc autem reſtitutio nedum conceditur per-
ſonis priuilegiatis ſupra relatis: ſed etiam
27 maioribus, ex clauſula generali, de qua in
tit. ff. & Cod. ex quib. cauſis maiores. Cauſa au-
tem concedendi hanc reſtitutionem maio-
ribus ex d. clauſula generali, inter alias enu-
meratur iſta, quando ſcilicet ſententia la-
ta eſſet ex falſis probationibus, nam tunc
poterit per reſtitutionem in integrum re-
ſcindi, etiam ſi vnus conſenſiſſet ſententiæ,
l. cum te, ff. de dolo, ibi: *Conſentiente me ab-*
ſolueris, Carroc except. 40. & eſt clarus tex. in
l. Diuus 33. *ff. de re iudic.* & ibi *Bart.* vbi con-
tra talem ſententiam datur reſtitutio, &
eſt etiam tex. in *cap. cum venerabilis, de ex-*
cept. vbi in tex. dicitur, quod opponatur re-
ſtitutio per viginti annos, & tex. in *cap. li-*
cet de probat. vbi *Canoniſtæ, Soccin. regul.*
454 ita deciſum in ſua Curia Belgia dixit
Chriſtin. dec. 83. *num.* 3. *in fin. tom.* 2. & poſt
alios relatos concludit *Amaya in d. l. unic. C.*
de ſent. aduerſus Fiſcum num. 26. Sed poterit
replicari, quod talis ſententia lata per fal-
ſas probationes, & inſtrumenta ſit nulla,
Gloſ. in d. cap. cum venerabilis, vbi *Barboſ.* ex
pluribus hoc probat, & contra ſententiam
nullam non datur reſtitutio, *l. in cauſa* 17.
ff. de minor. l. penul. C. ſi aduerſus rem iudic.
D. Altim. d. qu. 6. *nu.* 41. & 43. poſt *Scacciam*
alioſque *Rouit. in pragm.* 1. *de minor. num.* 28.
29. & 30. *Reg. de Marin. lib.* 2. *reſol.* 200. *n.* 13.
Sed reſpondeas, quod licet ſit nulla, tamen
per viam reſtitutionis in integrum annul-
latur, & ſi iterum obicias, quod in d. tex.
cap. cum venerabilis, dicitur, quod oppona-
tur reſtitutio per 20. annos, at quælibet re-
ſtitutio non poteſt opponi, niſi per quatuor
annos, Tu iterum reſpondeas, quod per
quatuor annos poteſt opponi quælibet ordi-
naria reſtitutio, ſed non illa, quæ ex clau-
ſula generali conceditur, de qua in *d. cap.*
cum venerabili.

Sed an competat reſtitutio ex clauſula gene-
rali, ob inſtrumenta, vel ſcripturas de no-
28 uo repertas, affirmant multi DD. ſcilicet
Panormit. Andreas Bald. & multi *in cap. vl-*
tra tertium 55. *de teſtib. Paul. de Caſtro, Cur-*
tius, Iaſon. & alij *in l. admonendi* 13 *ff. de iure-*
iurand. Specul. in tit. de execut. ſent. § *fin. n.* 7.
per tex. in *d. l. admonendi*, ſuper qua inte-
gram ſcripſit quæſtionem *Sfortia Odd. in hoc*
tract. de in integr. reſtit. par. 2. *art.* 3. *quæſt.* 73.
ſed cæteri negant, authoritate Imperatorum
Veri, & Antonini, qui ita reſcripſerunt in
l. Imperatores 35. *ff. de re iudic. l. Diuus, ff.*
eod. & de iure nouo ſtatuit *Imperator Gor-*
dianus in l. ſub ſpecie, C. de re iudic. ſic man-
dans: *Sub ſpecie nouorum inſtrumentorum,*
poſtea repertorum res iudicatas reſtaurari,
exemplum graue eſt. idq; pluribus rationibus
probant Vltramontani, qui maieſtatem rei
iudicatæ timent labefactare, ſcilicet *Minſig.*
cent. 4. *obſeru.* 60. *Paul. Berenſ. diſp.* 17. *ad in-*
ſtit. them. 1. *qu.* 6. *Vueſſembec. in paratit. ff. de*
re iudic. num. 2. *Hunnius quæſt. iur.* 43. *pag.*
436. *Treutler. par.* 2. *diſput.* 23. *theſ.* 5. *lit. D.*
& ibi *Bachonius pag* 488. *cum ſeq.* alijque,
quos refert, & latè comprobat *Io: Harprect.*
in §. 5. *inſtit. de except. num.* 15. nam licet ex
iuſta cauſa maiores reſtituuntur, *l.* 1. *in fin.*
ff. ex quib. cauſ. maiores, attamen iuſta cauſa
illa reputatur, quæ per leges, Plebiſcita, Se-
natusConſulta, dicta, vel decreta Principum
fuit deſcripta, vt habetur in *d. l.* 1. ſcilicet
quando in vinculis detinentur, vel in ho-
ſtium poteſtate, vel cauſa Reipublicæ ab-
ſunt, non vero quod inſtrumenta, & iura
ignorantur, vt aduertit *Harpprect. loc. cit.*
num. 19. Imo ad confirmationem talis regu-
læ, ponunt fallentiam fauore Fiſci, & Rei-
publicæ, per tex. in *d. l. Imperatores ff. de*
re iudic. & in *l. vnic. C. de ſent. aduerſ. fiſcum*,
quorum beneficio datur infra triennium

ius

ius reuocandi prædictas sententias, *Peregr. de iur. Fisci lib. 7. tit. 4. Mantic. singul. 358. & 360.* & respondet ad tex. in *d. l. admonendi*, & illum intelligunt, quando de consensu partium lata esset restitutio, *Mantic. d. singul. 359 Tiraquell. de retractu lignager. §. 4. gloss. 4. n. 29. & 32. Cenall. pract. qu. 97. Christin. dec. Cur. Belg. 83. nu. 4. to. 2.* sed hæc est explicatio diuinatoria, dum ex eadem *l. admonendi* non colligitur. Sed omissis alijs conciliationibus adductis à *Gloss. in d. l. admonendi in verb. noua instrumenta*, dico, quod ideo in *d. l. admonendi*, post iusiurandum exactum, permittitur ex integro causam agere, si quis noua instrumenta se inuenisse dicat, quia iudicium fuit prolatum ex leuibus probationibus, seruata forma tex. in *l. in bonæ fidei C. de iur. iurand. & l. Tutor ff. eod.* vbi disponitur, quod quando inopia probationum aspicitur, ad iusiurandum deueniatur, sed post reperta noua instrumenta, euanescit illa legalis præsumptio, quæ ex iuramento resultabat, & conceditur restitutio, dum religio tantum fuit circumuenta. At verò quando sententia fuit lata à Iudice ex plenis probationibus ad fauorem actoris, vel ob defectum probationum ad fauorem rei, tunc Religio, & Iudex circumueniuntur, cum quo non ita mite agitur, sicut cum Deo, nam mitius agitur cum lege, quam cum Ministro legis, *Gloss. in l. celsus 23. ff. de recept. arbitris*, propterea statuerunt Imperatores sententiam non posse rescindi ob instrumenta nouiter reperta in *d. l. Imperatores, ff. de re iudic. & in d. l. sub specie, C. eod.*

Hæc autẽ sentẽtia negatiua limitatur in pluribus casibus. Primo, quod præd. regula negatiua non procedit, quando agitur de sentẽtia interlocutoria, aduersus quam restitutio ex scripturis nouiter productis competit, post alios probat idem *Sfortia in eadem qu. 73. art. 2. num. 19.* Secundo non procedit, quando instrumentum dolo partis subtractum, vel absconditum fuerit, prout alijs relatis probat idem *Sfortia ibid. num. 27.* Tertio non procedit, quando victor locupletaretur cum aliena iactura, prout declarat idem *Sfortia ibid. num. 25.* etenim quando restitutio conceditur ex clausula generali, si qua mihi iusta causa, talis restitutio non datur, nisi quando quis agit de damno euitando, non tamen quando agit de lucro captando, cum præiudicio, & damno tertij, *l. secundum, ff. ex quib. caus. maior. Cancer. par. 1. cap. 13. num. 59.* Quarto limitatur non procedere, quando vigore sententiæ, aduersus quam petitur restitutio, solutio facta non esset, quia tunc aduersus eam vigore scripturarum de nouo repertarum opponi posset exceptio compensationis, *Sfortia ibid. num. 38. & 39.* Quinto, quando victus ignorauit illa instrumenta, prout de communi Doctorum sententia testatur idẽ *Sfortia ibidem art. 3. per tot. vers. se contra, & Cenall. in tract. com. contra comm. qu. 542.* vbi etiam id extendit ad testes de nouo repertos, prout etiam post alios firmat idem *Sfortia in quæst. 76. art. 3.* hinc hæres ex causa nouorum instrumentorum restituitur *Altograd.* latè *cons. 40. num. 1. tom. 1.* dummodo probet instrumentum, cuius ignorantiam allegat à se fuisse repertum, *Costa de iuris, & facti ignor. dist. 10. num. 1. cent. 1. & inspect. 29. num. 8. Carol. de Mean. obseru. 318. iur. Leodiens. n. 2. p. 3.* Ex causa enim ignorantiæ competit prædicta restitutio, vt probatur ex nostra *pragm. 2. de præscrip.* vbi post plures DD. *Gramat. in addit. ad prædictam pragm. num. 2. & 3.* comprobat prædictam cõclusionem, competere restitutionem maiori aduersus sententiam, ita etiam fuisse iudicatum per S. Consilium refert *Rocc. respons. 24.* vbi latè *tom. 2.* vbi *num. 13.* dicit, talem restitutionẽ petitã à maiore ex clausula generali, impedire executionẽ sententiæ S.C. & tandem inueni ita fuisse iudicatum per nostrum S.C. in duabus causis, præuia maxima discussione, & primo in causa Vincentij Sagesij cum Scipione Cioffo, in Banca de Amico, in qua licet Reg. de Ponte tunc Præsidens S. C. denegasset prouidere, quod verbum fieret super scripturis satisfactionis, post sententiam eiusdem S. C. per prædictum Scipionem condemnatum præsentatis, ex regul. d. tex. in *l. Imperatores ff. de re iudic. & in l. sub specie, C. eod.* tamen postea petita formaliter restitutione in integrum per eundem Scipionem, quamuis maiorem ex clausula generali, ob prædictas scripturas per eum, vti hæredẽ patris debitoris nouiter præsentatas, audito Aduocato actoris, prouidit, quod verbum fiat in S. C. ad finem videndi, an sit deferendum petitæ restitutioni, & postea facta relatione per Consiliarium Frecciam, cum interuentu Consiliariorum Salinas, Alderisij, & Rouiti, fuit prouisum per S. C. esse deferendum prædictæ restitutioni petitæ per d. Scipionem. Idem fuit decisum in causa Francisci Scaglioni cum Joanne Scaglione, referente Consiliario Carauita, in qua causa quædam scriptura nouiter præsentata, non erat de nouo reperta, sed pars eius fuerat prius in actis præsentata, & de ea habebatur notitia, & postea fuit præsentata alia particula eiusdem, cuius vigore fuit prouisum per S. C. esse deferendum restitutioni pro parte prædictæ Ioannæ, petitæ aduersus sententiam S.C. in Banca Carboni, & refert Aduocatus incerti nominis in quadam causa vertente

pro D. Ioanna Ruffo Principissa Scillæ, cum D. Isabella Acquauiua, quam habeo in meis *alleg. diuers. tom. 55. alleg. 12.* quam vltimam sententiam æquiorem existimat modernus *Calà de restit. in integr. qu. 18. num. 22.* & probat, dicendo, quod quando apparet per noua instrumenta reperta, rem aliter se haberi, & ob ignorantiam non deducta, causa, ob quam fuit interpositum decretum dicitur falsa, & causat nullitatem sententiæ, cum satis de errore sententiæ, & falsitate probationum deductum sit, per instrumenta noviter præsentata, ideo ex clausula generali pars erit restituenda, & sententia erit rescindenda, per tex. in *l. Diuus, ff. de re iudic. Calà loc. cit.*

Tandem limita d. regulam in Fisco, qui in hoc est priuilegiatus, vt sub prætextu nouorum 29 instrumentorum repertorum, contra sententiam possit restitui, licet in rem iudicatam transacta fuerit per *l. Imperatores ff. de re iudic.* vbi *Brunneman. l. 1. C. de sent. aduer. Fisc. Menius par. 4. dec. 191. Reg. de Marin. in alleg. 8. diuers. num. 1. tom. 3. Calà de restit. in integr. qu. 18. num. 22.* Sed intra quod tempus Fiscus tali priuilegio vti debeat aduersus sententiam, dicas, quod Fiscus habeat triennium à die latæ sententiæ ad perquirendum scripturas, & intra prædictum tempus potest suo iure vti, ad retractandam sententiam *l. 1. C. de sent. aduers. Fisc. lat. retract. lib. 10.* vbi latè *Amaya num. 14. DD. in d. l. sub prætextu 19. l. si de falsis 42. C. de transact. l. 4. C. de re iudic. Garsia de nobili. glos. 6. §. 2. per tot. Alfar. de offic. fiscal. glos. 16. num. 161. & glos. 34 num. 228. Mastril. dec. 97. in fin. Scaccia de re iudic. glos. 14. qu. 32. de Marin. in d. alleg. 8. num. 1.* Sed si ad tempus triennij tantum restitutionem Fisco restringeremus, videretur Fiscus in hoc minus priuilegiatus cæteris priuatis, quibus indulgetur quadriennium, per *l. fin. C. de tempor. in integr. restit.* adeo quod dixerint *Bart.* & multi DD. *in d. l. 1. C. de sent. aduers. Fisc. & Alfar. d. glos. 34. n. 228.* nullum ex d. l. 1. C. de sent. aduer. Fisc. fuisse Fisco concessum priuilegium, etenim de iure antiquo annos vtilis concedebatur ad petendam in integrum restitutionem, & dum Fisco fuit concessum maius tempus, nempe triennium ab Antonino Imperatore in *d. l. 1. C. de sent. aduers. Fisc.* poterit tunc dici priuilegium indultum in duratione temporis, scilicet in eius prorogatione, cum vero de iure nouo in *d. l. fin C. de tempor. in integr. restit.* fuit largitum quadriennium omnibus priuatis, priuilegium cessauit, & communi priuatorum iure vti potest, & ne Fiscus minoris conditionis existimetur quolibet priuato, eodem quadriennio frui debet, & si aliqui DD. relati à *d. de Marin. loc. cit. num. 4.* vtrumque tempus concedunt Fisco cum diuersis qualitatibus, nempè infra triennium ex suo speciali priuilegio, vt valeat producere noua documenta, post vero d. tempus, & vsque ad quadriennium iure priuato vtatur, attamen hæc explicatio mihi non placet, dum Fiscum cæteris priuatis æquaret, sed melius consideratio satisfacit, quam eruditè aduertit *Amaya in d. l. 1. C. de sent. aduer. Fisc. n. 18. & 21.* asserens in *d. l. 1.* nõ agi de restitutione in integrũ intra triennium cõcedenda, sed de speciali priuilegio Fisco concesso ipso iure, ad retractationem sententiæ intra triennium, absque ope restitutionis, etenim eo ipso, quod allegatur sententia contra Fiscum fuisse latam, non productis instrumentis, vel eis neglectis, vel cum testibus, aut Iudicibus corruptis, vel si interuenerint Dolus, Fraus, vel falsæ Scripturæ, vel sine interuentu Regij Fisci Patroni, vel alia legitima causa, sententia retractabitur sine restitutione, sed mera actione proposita ex vi *d. l. 1.* nam cum restitutio sit remedium extraordinarium, debet cessare, quando remedium ordinarium fuit concessum, *l in causa 16. ff. de minor.* cum enim modus retractandi sententias aduersus Fiscum latas fuit ab Imperatore Antonino concessus ex causis in *d. l. 1.* expressis, non erit necessarium ad quæstionum vocabula recurrere, nempè ad restitutionem in integrum, quæ vti commune remedium omnibus competit.

Sed notabiliter nota, quod hoc quod diximus de Fisco, procedit in sententia ciuili, sed in 30 criminalibus prætextu Instrumenti de nouo reperti, vel alterius scripturæ, ex qua colligitur Reum esse innocentẽ, vel è cõtra, sententia nõ retractatur, sed est Principi scribẽdũ *l. 1. 5. si quis vltro ff de quest. l. Diui fratres ff. de pœnis,* vbi late *Bart. & Roman sing 189. cum addit.* probatur vero fuisse de nouo reperta instrumenta solios iurantis iuramento, *Bart. in d. l. admonendi ff de iure iurand. Additio ad Roman. vbi sup.*

Nota tandem quod in iudicio eremodicio cõceditur restitutio in integrum *l. ait prætor* 31 *siue vt alij distingunt l. & si fine §. item, & in eremodicijs,* qui est vltimus *ff. de minor.* sępè enim Iustinianus meminit hęc iudicia eremodicia, vt in *l. properandum 5. fin ante Reus, & §. cum autem eremodicium C. de iudic. Tiraquell.* voluit Heremodicium legi debere, *Alciat. lib. 4. de verbor. signific. Alex. in dies geniales lib. 4. cap. 15.* curiosè inuestigant, quid sit eremodicium iudicium, & dicunt illud esse, quãdo cum Reo absente agitur, & super iure controuerso mota lite, solus actor nullo se opponẽte iudicium exercuit, & obtinuit, aduersus quam sententiam

iura

iura restitutionem concedunt.

Sed practici sepè querunt, an remedium restitutionis in integrum possit simul cum re- 32 medio nullitatum cumulari, & dicas, quod regula communis est, quod non, quia quãdo decretum vel sententia est nulla, non est opus petere, vel obtinere restitutionem in integrum iuxta tex. in *l. 4. vbi omnes C. in quib. caus. in integr. restit. non est necess.* & dixi sup. in hac *rubric. num.* 24. Alia est ratio, quia tunc recurritur ad remedium extraordinarium, sicut est in integrum restitutio, quando non datur remedium ordinarium *l. 1. in princ. ff. ventr. inspic. l. de ætate §. ex causa ff. de interrog. actio. l. si iure ff. de rei vendic.* dum ergo existit remedium ordinarium, vt est iudicium Nullitatum, nõ debet cumulari remedium extraordinariũ *cap. ad nostram 2. de iur. iurand. l. penul. C. si aduers. rem iudic. Barb. in l. 2. C. si aduers. rem iudic. Giurb. dec. 94. sub n. 8. Velasc. consul. 51. n. 11. Menoc. remed. 15. retup. num. 12. Pinell. in l. 2 C. de rescind. vend. par. 3. cap. 1. nu. 19. Pegas ad ordin. portugal. lib. 1. tit. 3. glos. 84. num. 1. tom. 2. Reg. Rouit. in pragm. 1. de minor. num. 21. & seq. Reg. de Marin. lib. 2. resol. 200. num. 13. Dom. Altimaro de null. rub. 1. quest. 6. nu. 43. Christin. dec. Belg. 119. num. 6. tom. 2.*

Quando vero remedium restitutionis in integrum conditionaliter, & disiunctiuè cum nullitatibus proponitur, poterit insimul cumulari, est tex. expressus in *cap. constitutus de in integr. restit.* & per alia iura ita tenuerunt *Innoc. Oldrad. Bart.* & alij quos refert, & sequitur *Sfortia in hoc tract. qu. 17. art. 16. per tot.* qui de communi testatur, & post alios *Vant. de nullit. tit. quot. & quib. mod. num. 7. & 8.* & ita intelligitur *D. Altim. in d. qu. 6. num. 60.* vbi videtur contrarium asserere illius, quod dixit in antecedenti *num. 43.*

Alter erit casus, in quo poterit restitorio in integrum insimul cũ nullitatibus cumulari, quando scilicet per restitutionẽ in integrũ pinguius prouidetur, quia hoc casu non obstante concursu remedij ordinarij, adhuc poterit intentari tale remedium extraordinarium, ita post multos concludit idem *Sfortia in eodem tract. de restit. in integrum quest. 17. art. 2. num. 23.* & casus posset exemplificari in terminis nostræ *pragm. 28. capitum quę est prag. 4. de dilat. n. 24.* vbi est prouisum quod ex capite notoriæ iniustitiæ, non possit sententia allegari nulla, ex instrumentis postea præsentatis, sed tantum quando est contra instrumenta prius in processu existentia, sed si proponatur remedium restitutionis ob d. instrumenta nouiter reperta, bene poterit sententia infirmari, quæ non poterat per remedium nullitatum, & hoc modo pinguius prouidetur per remedium restitutionis contra talem sententiam, idcirco poterunt insimul cumulari, cum pars commodius beneficium reportet ad infringendum sententiam, dictam restitutionem petendo.

An vero decretum latum super restitutione in integrum sit definitiuum, vel interlocu- 33 torium querunt DD. & aliqui dixerunt esse interlocutorium, sed quod habeat vim definitiui, refert iudicatum *Reg. Sanfelic. dec. 303 tom. 2.*, vbi fuit disputatum si nostra *pragm. 10. §. 2. de suspic. Official.* per quam permittitur Iudici dato pendente suspicione Iudicis causæ, vt procedere possit ad omnes actus, vel decreta interloquutoria, præter ad determinationem sententiæ definitiuæ, an talis Iudex possit facere decretum super iudicio restitutionis in integrum, & iunctis aulis per S. C. decisum fuit in Collaterali nostro Consilio, non posse determinare restitutionem in integrum, quia habet vim decreti definitiui refert *Reg. Sanfelic. d. dec. 303. nu. 2.* Sed declara, quod tunc decretum restitutionis in integrum habeat vim definitiui, quando restitutio fuit proposita concernens iustitiam causæ principalis, secus si tantum respiciat acta ordinatoria, puta defectus legitimationis personarum, iurisdictionis Iudicis, aut aliarum causarum, quæ circa iustitiam non versantur, vt constat ex traditis per *D. Petr. in ritu 297. num. 62.* vbi quærit an concessa restitutione in integrum, videatur rescissa res iudicata, vt impetrans illam censeatur absolutus, & cum suprapòsita distinctione distinguit, quod aut circa iustitiam causæ restitutio fuit delata, & hoc casu ipsa impartita Reus dicitur liberatus, & sententia antea lata reuocata, non minus ac quãdo appellationi defertur, prima sententia rescinditur. Si vero restitutio causæ iustitiam nõ resoluat, tunc nil aliud agit, quam reponere partem priuilegiatam, quæ illam obtinuit in pristino statu, in quo reperiebatur ante iudicatum, & sententiæ rescissionem minimè operatur, sed tantum audientiæ reintegrationem permittit, vt post *Carneual. de iudic. disp. 6 ante num. 29. tom. 2. Rouit. dec. 60. Cons. Rocc. respons. 24. tom. 2.* probat *D. Petra in d. ritu. 297. num. 62.*

PRÆ-

PRÆSTANTIA XLIV.

Præstautia S. Consilij Neapolitani est, vt eius sententiæ non possint de nullitate redargui, nisi in duobus tantum casibus.

SVMMARIVM.

1 *Nullitatum remedium quomodo definitur, & est fauorabilius remedio appellationis.*
Nullitates possunt proponi aduersus sententias cuiuscumque Magistratus, vel Principis, vel inappellabiles.
2 *Nullitates possunt proponi etiam aduersus sententias Senatus Neapolitani.*
Iudex Delegatus non cognoscit de nullitate sententiæ.
3 *Defensionis naturam habet nullitatis remedium, non exceptionis.*
4 *Iudex Delegatus deputatus ad Vniuersitatem causarum æquiparatur ordinario.*
Delegatus Principis est maior quolibet ordinario.
5 *Nullitates possunt proponi etiam aduersus duas sententias conformes.*
Nullitas notoria potest opponi etiam aduersus tres sententias conformes.
6 *Nullitas sententiæ potest proponi tam coram Iudice, à quo, quam ad Iudicem ad quem.*
Nullitas trahit ad se totam causam principalem.
7 *Sententiam nullam ex defectu sollemnitatis potest Iudex declarare, & insimul debito modo denuo illam pronunciare.*
Senatus Supremus potest acta nulla renalidare.
Nullitas, quæ non habet iustitiam causæ simul vnitam, nequaquam admittitur.
8 *Nullitatis exceptio si incidenter fuit proposita, & decisa, poterit per victum principaliter proponi.*
9 *Nullitatis remedium deductum per viam exceptionis, impedit executionem sententiæ.*
Sententia notoriè iniusta, & erronea non est exequenda.
10 *Nullitas proposita per modum actionis non impedit sententiæ executionem, quia requirit terminum, & probationes, & quãdo.*
11 *Nullitas proposita per viam exceptionis, si requirit altiorem indaginem, non impedit executionem sententiæ, nisi executio esset irretratabilis.*
12 *Nullitas apposita post executionem, non impedit executionem sententiæ.*
13 *Tertius cuius interest potest allegare nullitates, quas allegauit principalis.*
14 *Nullitas, quæ oritur ex defectu citationis, suspendit sententiæ executionem; dummodo proponatur aliquod releuans.*
15 *Nullitas non potest proponi contra primam sententiam, quæ fuit confirmata per secundam in gradu appellationis, vel reclamationis.*
16 *Nullitas actorum non potest proponi post latã sententiam definitiuam.*
17 *Sequestrum non impeditur per remedium nullitatum.*
18 *Nullitates debent proponi ab illo, in cuius fauorem actus est nullus.*
Actus nullus in odium facientis illum, valet.
19 *Nullitatum remedium non debet reiterari.*
Reclamari non potest à decreto reiciente nullitates, bene tamen à decreto illas admittente.
20 *Præstantia Sacri Cons. Neapolitani est, vt eius sententiæ non possunt argui de nullitate, nisi quando latæ essent contra ius commune, vel municipale.*
Sententia lata contra expressum casum legis non valet.
21 *Sententiæ Curiæ Romanæ non possunt argui de nullitate; nisi ex defectu mandati, Iurisdictionis, & citationis.*
22 *Nullitates possunt proponi contra sententias Curiarum inferiorum, ex capite notoriæ iniustitiæ, non sic in sententijs Curiarum superiorum.*
Sententia transacta in rem iudicatam venit sub nomine scripturæ publicæ.
23 *Sententia facta contra sententiam transactã in rem iudicatam, valet parte non contradicente.*

NVllitatis remedium est adeo fauorabile, vt unquam excludi possit ab omni iudicio, & cum ratione definitur à *Vantio in tract. de nullit. in princ.* Vt sit commune au-
1 xilium ad irritandum actum, de quo queritur competens, quem sequitur *Consiliarius Altomar. in tract. de nullit. rubr. 1. quæst. 1. num. 17.* & inter remedia ordinaria numeratur à *Scaccia de appell. quæst. 19. remed. 3. num. 22.* & ab eod. *Altom. in d. tract. rub. 1. qu. 5. num. 20.* Et est fauorabilius remedio appellationis, *Marsil. in tract. de bannitis verb. nullitas num. 26.* idcirco prohibita appellatione non censetur prohibita nullitatis exceptio, *Pacific. de Salmian. interd. inspect. 2. cap. 2. num 132. Cancer. var. resol. lib. 3. cap. 18. num. 21. Antonell. de tempor. legal. lib. 2. cap. 94. num. 6.* alios congerit *Altom. in eod. tract. rub. 5. qu. 1. num. 1. & 2.* sic videmus, quod à sententia Præfecti Prætorio licet non detur appellatio, vt dicam infra in *rub. de appell.* attamen potest pliei de nullitate, sicut à sen-

à ſententia cuiuſcũq; Excellentis Magiſtratus, Vantius in eod.tract.in rub n.1.in fin.& 3. Cutell dec.16.num.6.lib.2. etiam contra ſententiam inappellabilem, propter excellentiam Iudicis, Iaſon. in auth. quæ ſupplicatio num.6.C.de precib.Imper.offer. poſt alios Altom. d. qu.1. num.8 Eſt etiam adeo potens hoc nullitatis remedium, vt ſententiæ Principis retardet executionem, Lancellot. de attentatis par.2.cap.17.de attent. null.pend. ampliat.5.nu.59.Altim.d.qu.1.rub.5.nu.13. qui latè ad materiam, ac etiam cuiuſcumque iudicij exequutiui, etſi eſset ex cauſa illatæ violentiæ, vigore Capitulorum noſtri Regni dixerunt Capyc.latro dec.69.Theodor. alleg.47.& dixi ſup.in Præſt.12.num.16.

Quid igitur dicendum de ſententijs Supremi
noſtri Conſilij Neapolitani, an aduerſus
eas detur hoc nullitatis remedium, & vide-
2 tur dicendum quod non, quia Iudices dele-
gati ſunt noſtri Conſiliarij, ſecundum ali-
quorum noſtrorum Doctorum placitum,
ſcilicet Rouit.in prag.1.de cauſ.decid.num.3.
& in conſ.7.num.2.Aunichin.de prænent.cap.
2.qu.5.dub.vnic.num.83. & Iudex delegatus
non cognoſcit de nullitate ſuæ ſententiæ
definitiuæ, nam poſtquam ſententiam tulit,
dicitur ſuo officio functus, & dicitur extin-
cta ſua iuriſdictio, l. Iudex poſteaquam ff. de
re iudic.l.quod iuſſit eod.tit.Bar.in l.ſi expreſ-
ſim num.14.ff.de appell.Ripa in l.14 ff. de re
indic.num.63 Minſinger.obſeru.92. num.7.
centur.5.Burg.de modo procedend. qu.89.nu.
5. poſt alios Iulius Maſtrill. in alleg. impreſſ.
poſt dec.Sanfel.290.num.51. Menoch de arbi-
trar.qu.67. Cancer.par.2.cap.à n.266. Ioſeph
Ramon.conſ.80. num.6 & hac ex ratione di-
ci poteſt, quod fuit ordinatum per noſtram
pragm.5.de offic. S.R.C. vt adeo priuilegiatæ
ſint ſententiæ noſtri Supremi Senatus, vt il-
læ de nullitate argui non poſſint, per illa
verba.ibi: Nec de earum nullitate dici poſſe
concedimus.

Sed his minimè obſtantibus, dico, quod con-
tra ſententias noſtri Senatus poſſit nullitas
3 allegari, & ratio eſt, quia hoc nullitatis re-
medium naturam defenſionis ſapit, non
exceptionis, vt dixerunt Bald.Angel. & Ro-
man.allegati à Caualc. conſ.16.num.18. Me-
noch.lib.2. præſumpt.48. num.25. & eſse ve-
ram defenſionem dixit etiam Conſ. Rocc. in
reſponſ.95. num.12. lib.1. & quod non inclu-
datur ſub ſtatuto loquente de exceptioni-
bus, fundat idem Rocc.in d.reſponſ.95.

Ad argumentũ in contrarium adductũ reſpõ-
deo, quod licet concederetur Cõſiliarios no-
4 ſtri S.C.eſse Iudices Delegatos, attamen ſunt
Deputati ad Vniuerſitatem cauſarum, &
hoc caſu Iudex Delegatus æquiparatur or-
dinario, Gloſ. in cap. cum cauſam, in verb.
Delegatus de appellat.in gloſ.vnic.& in l.à Iu-
dice, C. de Iudic. & ibi Iaſon. num. 8. verſ.2.
fallit, omnes citat Vant.de nullit.in tit.Coram
quo nullitas probari poſſit, num.17. Menoch.
lib.1.de arbitrar. qu.67. num.31. Marc.dec.
317.num.13.par.1.Carneual.de Iudic.diſp.7.
num.29.Gratian.diſcept.for. cap.738. num.9.
alios citat Iul.Maſtrill.in d.alleg num 49.&
50.Altom.loc.cit.rub.2.qu.8. num.40. & qu.
10.num.10.Imo ſunt Delegati à Principe,
quo caſu Delegatus Principis eſt maior
quolibet ordinario, cap. paſtoralis § præterea
de offic.ordin. cap. ſtuduiſti, cap.ſanè, & cap.
ſignificaſti de offic.legat. vbi Delegatus à Sum-
mo Pontifice eſt maior quolibet ordinario,
Franc.Marc.dec.134.num.6. & iſte Delega-
tus poterit inhibere Iudici ordinario, Man-
doſ.in tract.de inhibit qu.5. & declarat Rouit.
in pragm.1. de titul.abuſ.num 8.

Ad pragm.5. in contrarium allegatam reſpon-
detur, quod ibi loquitur ad finem impe-
diendi executionem ſententiæ S.C. non ad
finem proponendi nullitates, & fuit poſtea
in ead pragm.5. §.1. declaratum, hoc debere
intelligi, quando nullitas contineret pro-
bationem extrinſecam, vel aliam indagi-
nem, tunc non impedit executionem ſen-
tentiæ S.Conſilij, ſecus ſi allegaretur ex eiſ-
dem actis.

Amplia primo, vt poſſit dici de nullitate ſen-
tentiæ, licet ſint duæ ſententiæ conformes,
5 dummodo non requirat nullitas extrinſecã
probationem, ſed ex eiſdem actis appareat
Afflict.dec.283.Couarruu.pract.quæſt.cap.25.
Reg. Tapia in lib. 1. iuris Regni in annotat. ad
pragm.5.de offic.S.R.C nu 17. ſubdens, quod
perpetuum ſilentium, quod ſolet imponi
poſt binas ſententias conformes, ſupponit
ſententias validas, non illas, quæ de aliqua
nullitate argui poſsunt, Altimar. de nullit.
rub.5. qu.1. num. 59. Imo poterit nullitas
proponi etiam aduerſus tres ſententias con-
formes, à quibus licet non appelletur, l.vnic.
vbi Gloſ.Cynus, Bart.Bald.Salic.& Paul.de
Caſtro, C.ne liceat.in vna, eademque cauſa,
ita vt nec Papa, nec Princeps poſſint con-
cedere appellationem aduerſus tres ſenten-
tias conformes ex ordinaria poteſtate, ſiue
ſint definitiuæ, ſiue non, cum non habeant
prædictæ tres ſententiæ conformes ſuperio-
rem, per clem. vt calumnijs de ſent. & re iu-
dic. per iſtas, & alias rationes concludunt
Scaccia de appellat.cap.2.qu.17.limit.1.nu.1.
Farinac.dec.370. num.1. par.1. tom.1. atta-
men poſsunt de nullitate redargui Maſcar.
de probat.concl.687.num.23. & ſeq. Tuſchus
tom.5.in verb. nullitas concl. 136. num.1. &
& ſeq. Beſold.in diſp.iurid.faſcic.4. in diſp.de
nullit.num.15.Giurb.dec.100.num.8.Sanfel.
dec.162 num.8.tom.2.Magon.dec. Flor.104.
num.

num. 17. dummodo tamen nullitas ſit notoria, reſultans ex reuolutione cartarum ob defectum notorium, clem. 1. de ſent. excom. latè Couarru. par. 1. qu. 25. num 1. & ſeq. Gayll. lib. 1. obſeru. 42. num. 11. Beſold. loc. cit. tantæ enim eſt nullitatis notoriæ virtus, vt poſſit per eam Iudex pronunciare, etiam parte non opponente, Mynſinger. obſeru. 20. cent. 1 Ronit. in pragm. 1. nu. 28. de offic. S.R.C. ſed quomodo nullitas dicatur notoria, & ex actis liquida, vel in incontinenti probabilis, demonſtrat Mattheus Coler. de proceſſ. execut. par. 4. cap. 1. num. 87. & Gayll. d. obſeruat. 42. num. 8 & obſeru. 113. num. 2.

Amplia ſecundo, vt nullitates ſententiæ definitiuæ poſſint proponi, vel coram Iudice
6 à quo, vel ad quem, l. 4. C. de accuſat. & ibi Iacob. de Butrig. Cyn. & Iacob. de Aretio in l. ſicut proponis, C. quomodo, & quando Iudex. Practica Papienſ. Io: Petr. de Ferrarijs in tit. de forma appell. à ſent. defin. in verb. fuiſſe, & eſſe nullam num. 7. verſ. deinde quæritur. Sed cum hac diſtinctione, vt ſi proponantur per viam exceptionis, vel incidenter, quando ſcilicet peteretur ſententiam reformari ex eiſdem actis, poſſunt cognoſci à Iudice à quo, imo à quocumque Iudice, qui agit de ſententiæ executione, Scaccia de appellat. qu. 19. remed. 1. contl. 6. num. 87. Altim. de nullit. rub. 3. qu. 7. num. 8. Si vero deducantur nullitates principaliter, & per viam actionis, hoc caſu erit in arbitrium victi, quem Iudicem velit adire, vel illum, qui ſententiam protulit, iuxta tex. in cap venerabilibus de ſent. excom. in 6. l. 1. ff. quæ ſent. ſine appell. Giurb. dec. 70. num. 1. vel Iudicem ſuperiorem, l. abſentem, C. de accuſat. Leon. deciſ. 11. num. 2. & 3. latè Altimar. d. quæſt. 7. num. 20. & 21. qui alios refert, concordat Ritus noſtri Regni 52. vbi nullitates poſsunt proponi ad Iudicem ad quem, omiſso Iudice medio, cum permittatur vigore dicti Ritus appellari, & de nullitate dici ab omni Curia inferiori, ad M.C.V. immediatè, quod verbum immediatè Muſcatell. in praxi in gloſ. tenebitur num. 7. explicat, ideſt omiſso Iudice medio, Vant. de nullit. in tit. coram quo debet nullitas proponi, num. 20, qui ait, quod poſſit appellari, & recurri de iure canonico ad Iudicem Superiorem, & ad Papam, omiſso Iudice medio, per cap. antiquæ, & ibi Gloſ. fin. de priuileg. cap. duobus de appell. cap. ex tenore de priuileg. Si autem Iudex à quo fuerit pecunia corruptus in prolatione ſententiæ, & cum nulla ſit eius ſententia, quia lata à corrupto Iudice, l. venales ſententias 7. C. quando prouoc. non eſt neceſſ. de nullitate propriæ ſententiæ nequit cognoſcere, licet alias de ſua ſententia Iudex ordinarius cognoſcere poſſit, l. abſentem C. de accuſat. vbi DD Bart. in l. ſi vt proponis la 2. C. quomodo, & quando Iudex nu. 3. vbi Aloyſius dd Leo num. 3. quia iſte Iudex non debet eſſe ſuę turpitudinis, & iniquitatis cognitor, Vant. de nullit. tit. coram quo nullitas nu. 11. Menoch. de arbitr. qu. 67. num. 13. Amaya in l unic. C. de ſent. aduerſ. Fiſcum num. 25. alios ſequitur D. Altimar. d. qu. 7 num. 61.

Sed nota, quod cauſa nullitatis coram Iudice, ad quem propoſita, adeo potens eſt, vt trahat ad ſe totam cauſam principalem, l. 1. §. 1. ff. quæ ſententia ſine appell. reſcind. vbi habetur, quod ſicut cauſa appellationis deuoluit totam cauſam ad ſuperiores, vt poſſit ſententiam reformare, etiam ex noua cauſa, l. 1. in princ. ff. de appellat. l. eos, C. de appell. ita cauſa nullitatis deuoluit totam cauſam ad ſuperiores, vt poſſit ſententiam reformare ſuper cauſa principali, etiam ex noua cauſa, videtur ſentire Innoc. in cap. cum contingat de offic. Deleg. & eſſe valde notandum dixit Bartol. in l. expreſſim in vlt. col. ff. de appell. idem Bart. in l. Iudex poſteaquam ff. de re iudic. Pract. Papienſ. in forma appellationis à ſententia definitiua. Sed non debet Iudex inſimul pronunciare, tam ſuper cauſa nullitatis, quam appellationis, ſed prius debet cognoſcere ſuper nullitate, & poſtea ſuper cauſa principali, firmant Bart. & DD. in d. l. ſi expreſſim in vlt. col. ff. de appellat. & in l. abſentem C. de accuſat.

Si vero ſententia appareret nulliter facta ex defectu alicuius ſollemnitatis, ſed re vera
7 circa iuſtitiam eſſet rectè lata, Iudex cognoſcendo de nullitate, vnico contextu poterit ſententiam declarare nullam, & ſimul pronunciare debito modo, ſi omnia ſint parata, Seraphin. dec. 857. poſt Puteum deciſ. 72. lib. 3. & Bellamer. ab eo relatos, maximè in Supremis Tribunalibus, vbi reiectis iuris apicibus, ſemper naturalis iuſticia attenditur, Reg. de Ponte conſ. 1. num. 104. lib. 1. Cancer. var. lib. 1 cap. 17. num. 63. verſ. quamuis, Caſtill. dec. 48. Gizzarell. dec. 68. num. 10. & ſeq. alios congerit Altim. d. rub. 3. qu. 12. num. 5. ſic contra ſententiam prolatam contra pupillum, aliter ac ex actis proferri debebat, dum fuit petita in integrum reſtitutio, fuit reformata ſententia ex primis actis ſeu melius concepta, abſque noua compilatione proceſſus, dixit Conſil. Rocc. in reſponſ. 24. num. 2. tom. 2. qui in fine ita practicatum refert in noſtro S. Conſillo. Si vero cognitio nullitatum propoſitarū reſpexerit iuſticiam cauſæ principalis, non ſollemnitatem actorum, hoc caſu ſi fuerit dictum, Nullitates obſtare, Reus dicitur virtualiter abſolutus, vt poſt alios conſiderauit D. Petra in ritu 297. nu. 62. tom. 4. vt dixi de reſtitutione

*ne in integrum in Praſt.44.nu.*33. Imo poteſt
Supremus Senatus rauaIidare acta nulla, vt
de noſtro S.C. ſtatuit *prāgm.3. de offic. S.R.C.*
& da iure competere Supremo Senatui dixit
*Pegas ad ordin. Portug. lib.1. tit.5. gloſ.16. per
totam tom.2.* vbi etiam querit *num.11.* quid
poſt ſententiam, vel tātum ante ſententiam,
igitur ao magis poteſt ſollemnitates iuris
omittere, vel omiſſas reualidare. Hac ex ra-
tione introducta eſt praxis in Tribunalibua
Siciliæ, quod ſi proponens nullitatam ex
defectu citationis nil probaturum alleget,
declaretur ſententia nulla, ſed in maritis
confirmetur, deciſum refert, *Barbagallius in
praxi ſingul.84. num.17.* & dixi intra in hac
Praſt. num.14. Verum igitur eſt, quod nul-
litas, quæ oon habet iuſtitiam cauſæ ſimul
vnitam, nequaquam debet admitti, ex plu-
ribus firmauit *Afflict. dec. 262. poſt num.7.
verſ. domini de Conſilio, Molfeſ. conſ.3. num.7.
poſt primum tom. ſuper conſuetud.* vbi dicit,
quod hoc omnes ſciuut.

Amplia tertio, vt nullitatis remedium ſi inci-
deutet, vel excipiēdo propoſitum fuerit, licet
8 ſuper ea fuerit deciſum, poterit per victum
principaliter proponi, & hoc caſu non ob-
ſtat exceptio rei iudicatæ, *Carroec. de except.
except. 47. num.9. Seſſe de inhibit. cap.2. §.3.
num.11. Maſtrill. deciſ.189. num.18. Caſtill.
dec.26. à num.7. Surd. de alim. tit.1. qu.126.
num.5. Gratian. diſcept.445. num.5. Giurb.
dec.61. num.4. Franc. dec 289. num.3. Fonta-
nell. dec.117. num.10.* alijque relati ab *Alti-
mar. de nullit. rub.1. qu.9. num.60. & rub.3.
qu.12. num.30 in fin. poſt Reg. Capyc. latro dec.
191. num.32.* & licet videatur obſtare regu-
la in contrarium, vt nullitates ſemel propo-
tæ, amplius proponi non poſſint, vt dixe-
runt *Giurb. dec.20. num.6. Capyc. dec.55. n.5.
Intrigliol. ſingul.173. num.76. lib.2. Merlin.
controu.42. in fin. cent.2.* hoc tamen intelli-
gas, ſi incidenter, & per modum exceptio-
nis fuerint propoſitæ, & eodem modo vel-
lent denno proponi, vel ſi principaliter, &
par modum actionis foerint præſentatæ, &
in iudicio excluſæ, iterūq; illas reiterari præ-
tenderetur, ſed quando per modum exce-
ptionis fuerunt deductæ, licet reiectæ, pote-
runt denuò in iudicio per modum actionis
proponi, vt ſup. dixi.

Amplia quarto, vt adeo faoorabile ſit hoc nul-
litatis remedium, vt propoſitum per viam
9 exceptionis, impediat executionem ſenten-
tiæ, *Afflict. dec.283. Petra ad Capyc. dec.167.
Sanfelic. in praxi indic. ſect.60. num.33. Bor-
rell. in ſumm. deciſ. tom.2. tit.32. à num.48.
Dom. Petra in ritu 6. num.6. Caruenal. de In-
dic. tom.2. lib.1. tit.3. diſp.16. num.2. Afflict. in
controu. for.10. in addit. Mutill. in praxi fol.
120. num.10.* confirmat *Dom. Altimar. in
tract. de nullit. rub.5. qu.39. num.24. & in
rub.6. qu.1. num.6.* qui dicit hoc iura uos vti
in Regno noſtro, & ita continuè practica-
mus, quidquid poſtaa dixit in ſeq. *qu.3. n.2.*
ſad poteſt ad concordiam reduoi. Quæ am-
pliatio ao fortius procedit, quādo ſententia
eſſet notoriè iniuſta, nam euidens iniuſtitia
impedit executionem, quia æquiparatur
nullitati, *cap. inter cæteras de re indic. Surd.
conſ. 61. num. 24. & 52. vol. 1.* vbi latè *Reg.
Rouit. in pragm.5. num.20. de offic. S.R.C.* Ex
qua notoria iniuſtitia etiam reſultat, vt nul-
litates apparentes & notorias poterit cogno-
ſcere uou ſolum Iudex Supremus, verum
etiam Iudex inferior illius, qoi primo fe-
cit dacretum, *Bald. in l. ſi aduerſus. C. ſi ad-
uerſ. rem indic. Vant. de nullit. in tit. coram
quo debet nullitas proponi nu.13. Caput. in
pract. par.3. cap.12. à num.40. pag.404.*

Sed hoc intellige, quando fuerit nullitas pro-
poſita per viam axceptionis, nam hoc caſu
10 impedit ſantentiæ executionem, *Rota dec.
3. alias 280. de except. Vant. de nullit. num.32.
Niger de except. cap.12. in princ. num.16. &
ſeq.* alios ralert *D. Altim. d. rub.6. qu.3. num.1.*
ſi vero fuerit oppoſita, nou par viam exce-
ptionis, ſed principaliter per modum actio-
nis, non impeditur exacutio ſantentiæ, *In-
trigliol. ſingul.148. lib.1. & deciſ.11. Pacificus
de Saluian. interd. inſpect.1. num.112. cum
ſeq. Rouit. in d. pragm.5. num.23.* & hoc caſu,
quaudo proponuntur nullitates per viam
actiouis, debat ſuper eis dari terminus in
cauſa cum nouo libello, *Muſcatell. in praxi
par.7. gloſ. condemnando num.122. Anna al-
leg.22. num 1. Laganar. ad Rouit. in pragm.1.
de Offic. S.R.C. verſ. & in ſupradictorum,* ſed
ſi apparerent ex eiſdem actis diſcutiuntur
abſque nouo termino, *Sanfelic. in praxi ſect.
60. num.41. & dec.95. & 299. num.8. Mar-
cian. conſ 21. num.2. Reg. Capyc latr. dec.173.
num.46. Pratus ad Muſcatell. par.1. gloſ. nulli-
tatis, verſ. at non otioſa, Petra in ritu 352. nu.
28. Caſar. qu.33. num.36.* prout in Curia
Romana litis conteſtatio non requiritur,
Fenſon. ad ſtat. Vrbis 191.

Limita primo hanc ampliationem, quādo nul-
litas requireret altiorem iodaginam, & ex-
11 trinſecam probationam, nam hoc caſu
propoſità etiam per viam exceptionis non
impedit executionem ſententiæ, ita in no-
ſtro Regno eſt diſpoſitum per *pragm.1. de Of-
fic. S.R.C.* dummodo executio non eſſet irre-
tractabilis, nam licat requiret altiorem in-
daginem, adhuc impediret executionem,
*Suarez in l. 2. tit. de los gouiernos lib.3. qu.4.
Rouit. in d. pragm.5. num.19. & 23. Pacific. d.
Saluian. interdicto inſpect.2. num.112. cum
ſeq. vſque ad num.149.*

Limita ſecundo hanc ſupra poſitam amplia-

tionem, quando eſſet oppoſita nullitas poſt
12 executionem, nam hoc caſu non ſuſpendit
executionem ſententiæ, ita originaliter dixit *Paul. de Caſtro in auth. quæ ſupplicatio poſt num. 3. verſ. ſed quæritur quid in cauſa nullitatis, C. de precib. Imper. offer. & in l. ſi feriatis verſ. & prædicta procedunt, ff. de ferijs, Socciz ſenior* ſic explicat in *conſ. 78. col. 1. vol. 3. Anton. Gabriel. lib. 2. tit. de exception. concl. 4.* latè *Lancellott. de attentat. part. 2 cap. 17. Rouit. d. pragm. 5. num. 23.*

Amplia 5. vt poſſit tertius, cuius intereſt, allegare nullitatem, & omnia quę non allegauit
13 principalis, etiam ſi principalis recuſaret, & expreſſe prohiberet, per *tex. in l. principaliter la 2. C. de liber. cauſ. Afflict. dec. 235. Vanti. Menoch. Couarru.* & alij apud *Caſtill. dec. 78. n. 1. & ſeq. Milanenſ. dec. 9. n. 81. & dec. 12. lib. 2.*

Amplia 6. quod eo fortius executio impeditur ſententiæ, licet Regis fuerit, quando nullitas
14 oritur ex defectu citationis, qui nuncupatur à DD. defectus iuris naturalis, ob non factam defenſionem, meritò ſententiæ executio ſuſpenditur *Innoc. in cap. in cauſam de re iud.* & ibi *Abbas in cap. propoſuit de conceſſ. prębend. Franc. in cap. dilecto de appellat. Felin. in cap. Eccleſia S. Mariæ de conſtit. col. 4. Afflict. dec. 283.* latè *Gramatic. dec. 19. nu. 12. cum ſeq. & dec. 76. num. 3. Io: Donat. à Fina in enchirid. iur. fol. 373. in verb. Princeps*; non enim ſufficit qualibet nullitas, vt ſententia S.C. ſuã nõ obtineat exequtionem, ſed requiritur nullitas ſubſtantialis, vt eſſet iſta citationis, quæ defectum continet iuris naturalis *Ricc. collect. 1734. in fin.* qui citat *Affl. dec. 79. & 143. & dec. 283. Franc. dec. 243.* Sic in ſupremis Curijs Italiæ hæc praxis fuit introducta, vt tunc ex defectu citationis ſentẽtia declarari poſſit nulla, quando inſimul proponitur aliquod ſubſtãciale releuans, quod ſi fuiſſet auditum, forſan non ita fuiſſet iudicatũ, at ſi nihil releuans allegatur, ob ſimplicem defectum citationis non poterit ſententia nulla declarari, ita poſt alios *Octauian. Zuchar. dec. Rotæ Lucenſ. 12. & 23.* qui refert *Alex.* & alios, quod etiã dixerunt *Carroc. de except. except. 125. n. 68. Gama dec. 324. in princ. Giurb. dec. 70. nu. 2. Anton. Faber in Cod. lib. 3. tit. 12. defin. 24. in fin. & lib. 6. tit. 11. defin. 26. in fin. & lib. 4. tit. 42. defin. 43. Cancer. var. lib. 1. cap. 17. n. 63. verſ. quamuis*, alios citat. & ſequitur *D. Altimar. de nullit. rub. 3. quæſt. 12. num. 15. & rub. 5. quæſt. 50. nu. 67.* & ratio eſt, quia in Supremis Tribunalibus proceditur ſola facti veritate inſpecta, & æquitas Supremi Senatus nõ patitur, vt nulliter factum ſit reuocandum, ſi de nouo facta reuocatione eſſet faciendum, vt notant DD & precipuè *Decius in l. fin. C. de edict. D. Adrian.* & ita obſeruauit noſter Senatus apud *Conſiliarium Roiçum reſponſ. 24. num. 4. & in fin. tom. 2.* & prius Senatus Barchionenſis apud *Michael. Ferrer. par. 3. obſ. 432.* & conſiderarunt *Faber in C. lib. 3. tit. 12. de iuriſd. omn. Iudic. defin. 24. Barbagallius in praxi ſingular. 84. nu. 17.* alijq; adducti ab *Altimar. d. quæſt. 50. num. 70.* & ſupra à me in præſenti *præſ. num. 7.*

Limita 1. vt non poſſit dici de nullitate primi decreti, vel ſentẽtiæ, quando fuit confirmata
15 per ſecũdam in gradu appellationis, vel reclamationis, eſt ſancitũ de iure noſtri Regni *in prag. 4. n. 19. de dilatio.* quæ nũcupatur *delli 28. capi*, quia dum pars appellauit, vel reclamauit, poterat tunc dicere de nullitate, quod cum nõ fecerit, non debet amplius permitti, dũ calumnioſè diſtulit *Staib. reſol. 113. n. t. ſo. 2.* alia etiã ratio aſſignari poteſt, quia nullitas ſententiæ poteſt cõfirmari per aliud decretũ, maximè ex noua cauſa, etiam quod Iudex nõ ſit Iudex cauſæ appellationis *Bart. in l. 1. nu. 16. verſ. quæro quid ſi datur Libellus C. quando prouoc. non eſt neceſſ.* Caueas tamen à *Dom. Prato*, qui contrarium dixit in *tom. 1. diſcept. for. cap. 29. num. 13.* ſcilicet, quod ſi ſententia nulla confirmetur in gradu appellationis, vel reclamationis, adhuc de nullitate poſſit redargui, ſed loqutus fuit contra noſtram *pragm.* proinde eius doctrina non erit ſequenda.

Limita 2. quando poſt latam ſententiam definitiuam diceretur de nullitate actorum, vel
16 proceſſus facti ante d. ſententiam, nam præſumitur quod calumniandi animo illæ allegentur, & ideo non poterit dici de nullitate dictorum actorum quando partes contẽtæ fuerunt procedi ad deciſionem cauſæ ex eiſdẽ actis, non propoſitis nullitatibus, ita ſtatuit noſtra *pragm. 4. §. 17. de Dilationib.* contra Cauilloſos procuratores, qui adeo frequẽtant hoc nullitatis remedium, vt totum ſubuertant cauſæ proceſſum, magnis ſumptibus, & laboribus fabricatum, contra quos exclamat *Practica Papienſ. in forma Appellationis à ſententia definitiua.*

Limita 3. reſpectu ſequeſtri, nam licet impediat exequtionẽ ſententiæ Supremi Senatus
17 nullitas propoſita, attamen pendente diſcuſſione nullitatum poterit fieri ſequeſtrum *l. Imperatores in fine ff. de appellat.* dum ſemper præſumitur pro ſententia, ita concludit *Reg. Rouit. in pragm. 5. de offic. S.R.C. n. 30. Conſil. Pratus obſeru. iur. cap. 76.* qui ita *num. 7.* deciſũ refert *Conſ. Altimar. ad dec. 91. Rouit.* & ita obtinui ad inſtãtiam Ioſephi de Simeone, pendente diſcuſſione nullitatum propoſitarum pro parte hęredum Lucæ Sciccone Caſalis Marani, cum decreto Dom. Conſ. Petra Ducis Vaſti-Girardi, in banca Ioſephi de Martino apud Scribam Pepe.

Limita 4. quando allegaretur nullitas non ab

ipſa

ipſa parte ad cuius fauorem actus eſt nullus,
18 ſed à parte conlitigente, quia ille tantum poterit dicere de nullitate ſententiæ, in cuius fauorem actus eſt nullus, ſcripſit Gloſ. in l. 2. vbi communiter DD. C. de iur. emphyteut. Afflict. dec. 40. n. 3. Surd. conſil. 284. n. 7. vol. 2. & conſil. 416. num. 27. vol. 3. Magon. dec. Florent. 76. num. 21. & dec. 137. num. 5. par. 1. & dec. 14. nu. 31. par. 2. vbi dicit quod nullitas allegari non debet ab eo, qui fuit cauſa nullitatū, & confirmāt Capic. latro dec. 19. per tot. Franc. dec. 35. per tot. Quarant. in ſum. bull. in extrauag. ambitioſæ num. 34. fol. 26. prout dicere de nullitate teſtamenti non poteſt aliquis, niſi intereſſe habens per tex. in l. filio preterito ff. de iniuſt. rupt. & ibi Bartol. num. 26. vbi Gloſ. lit. G. allegat iura concordantia, & præcipuè tex. in l. ſcimus, C. de inoffic. teſt. & in ſpeciali materia de nullitate ſentētiæ loquitur Molfeſ. conſil. 3. n. 8. in fin. tom. 1. ſup. conſuetud. Neapol. Si verò pars ipſa cooperauerit ad nullitatem actus, faciendo illū contra formā legis, in odiū facientis valet, licet factus contra legis diſpoſitionem ſit nullus, vt poſt Molin Tiraquell. Guttierez, & alios dixit Olea de ceſſio. iur. tit. 2. quæſt. 5. num. 19.

Limita 5. vt non ſit fauorabile hoc remedium ſicut cauſa principalis, nam à decretis latis
19 ſuper reiectionibus nullitatum, vel declarantibus illas non obſtare, non poterit reclamari, benè verum poterit reclamari ab illis decretis admittentibus nullitates, & infirmātibus ſententiam antea latam, ſtatuitur de iure noſtri Regni per pragm. 4. §. 23. de dilatio. vbi ratio differentiæ aſſignatur, quia cum reiciuntur nullitates, confirmatur ſententia prius lata, ſed ſi nullitates admictuntur, infirmatur ſententia prolata, imo illa aboletur, proindè cum præſumatur pro ſententia, quod in vno caſu admittittitur, in altero denegatur Conſil. Altim. de nullit. rub. 3. quæſt. 12. nu. 20. & 21. & rub. 5. quæſt. 47. nu. 1. Carneual. in addit. ad diſp. 16. nu. 28. de Marin. var. reſol. c. 200. to. 2. D. Preta in rit. 292. n. 62. verſ. Verū to. 4. & dicam infra in ſeq. præſt. 45. n. 10. circa reiterationem nullitatum.

Cognita hac fauorabili natura remedij nullitatum, eſt videndum, quæ præſtantiæ conſiderari poſſint circa illarum propoſitionem, aduerſus ſententias noſtri Supremi Senatus, & circa præſentem materiam multas præſtantias cognoſco, quæ eius maximā præeminentiam, vel celſitudinem comprobant, quarum principaliorem trado in præſenti rubrica, reliquas vero in ſequentibus expli-
20 cabo. Primam ergo PRÆSTANTIAM, quam conſidero in præſenti materia illa eſt, nam aduerſus omnes ſententias Supremorum Magiſtratuum, nullitas vt operetur effectum ſuum, ſufficit, ſi ſententia ſit lata contra manifeſtum ius litigatoris, reſultans ex actis, & proceſſu, abſque vlla præfinitione modi, quomodo debet proponi, licet non ſit contra caſum legis, vel non habeat expreſſam relationem ad actum nullum, vt optimè explicat Ioſeph Seſe in tract. de inhib. c. 1. §. 2. num. 27. vſq; ad 40. & §. 7. Idem Seſe in dec. Aragon 434. vol. 4. Rouit. in pragm. 5. de offic. S.R.C. num. 25. fol. 560. Attamen ob reuerentiam noſtri Supremi Senatus, eius ſententiæ non poſſunt argui de nullitate, etiam ex capite notoriæ iniuſtitiæ, niſi in duobus caſibus tantum, ſcil. ſi eſſent latæ contra manifeſtum caſum legis communis, aut municipalis, vel contra ſcripturam publicam præſentatam in actis, vt de iure noſtri Regni eſt diſpoſitum per pragm. 4. de dilation. cap. 20. Merlin. controu for. cap. 97. imo per ſubſequentem prag. 20. eod. tit. editam à Cardinali Borgia, tunc huius Regni Prorege fuit etiam ſancitum, quod quando allegatur nullitas ſententiæ, quia fuit lata contra caſum legis, debet exprimi contra quam legem fuit lata; Hęc noſtra ſanctio concordat iuri communi, de quo iure ſententia lāta contra manifeſtum caſum legis non valet, l. 2. C. quando prouoc. non eſt neceſſe, vbi dicitur non valere ſententiam latam, vt minor 14. annor. poſſit facere teſtamentum, aut teſtimonium præſtare, quia continet iuris errorem expreſſum, vti lata contra l. ſi frater, ff. qui teſtam. fac. poſſ. aliud exemplum traditur in l. præſes. ff. de re indic. vbi ſi Iudex condamnat in vſuris contra l. fin. C. de vſur. non valet ſententia ipſo iure, vti continens iuris errorem expreſſum, gloſſ. 2. d. l. Præſes, & ibi Iaſon poſt princ. ff. de re iudic. concordant alia iura in cap. 1. de ſentent. & re iudic. cap. inter cæteras 9. cap. cum inter 12. eod tit. cap. per tuas de ſent. excom. Auth. hodiè, C. de Iudic. l. ſi expreſſim 19. ff. de appell. l. nemo, C. de ſent. & interloc. l. ſi quis filio exhæred. 6. §. quod ſi quis. ff. de iniuſ. rupt. & non poteſt executioni mandari, l. 4. §. condemnatam, ff. de re iudic. l. vnica, C. de ſent. ex breuiloq. recit. clem. Paſtoralis, §. vt igitur de re indic. Valaſc. de Iudic. perfect. rub. 15. annot. 1. num. 41. Seſe in d. tract. de inhib. cap. 1. §. 2. num. 27. & §. 7. & deciſ. Aragon. 434. vol. 4. Rouit. in pragm. 5. de offic. S.R.C. num. 25. latè, & eruditè tractat Fermoſ. in cap. 1. de ſent. & re iudic quæſ. 4 per tot. vbi etiam agit, quid quando ſententia lata eſſet contra conſuetudinem ſtylum, aut Priuilegium. Accedit quia cum S. Conſilium iudicare dicatur nomine Regis, non poteſt aliter iudicare, ac ipſe Rex iudicaturus eſſet; Principis enim voluntas iuri conſentanea, & legi cenſetur conformis, nec contra legem diſponere intendit, vt dicunt tex. in cap. propoſuit de conceſſ. præben. Gloſſ. in cap. 2. in verb. ſi verba 23. quæſt. 1.

Et nota differentiā inter ſententiā SupremiSe-

natus, & simplex decretum, quia decretum siue cum expresso, siue tacito errore latum non valet, *l. cum non is, §. sebuentium ff. de fi-de-ic. libert. Aluisius de Albertis singul. 291.* quæ enim contra formam legis fiunt corruunt, *l. cum hi, § si prætor ff. de transaction. l. traditionib. C. de pactis Barbos. in axiom. 12. num. 24.* at vero sententiæ Supremi Senatus debent apertum non tacitum errorem continere, vt in *d. l. 2. C. quando prouoc. non est necess.* quæ de istis sententijs Supremi Senatus intelligitur, concordat *l. preses, ff. de re iudic. Bart. in l. relegatorum, § ad tempus, ff. de interd. & releg. Reg. Capyc. Latro* post multos *consult. 6. num. 53.* ex hoc cognosce præstantiam Supremi Senatus, vt illi defectus, qui sentẽtijs Iudicum inferiorum officiunt, sententias Supremi Senatus non derogant.

Idem fuit statutum in Curia Romana, vt non possit dici de nullitate sententiæ, nisi in tri-
21 bus casibus tantum, scil. ex defectu Mandati, Iurisdictionis, & citatiuis, *Macerat. p. 1. resol. 83. Gratian. discept. for. cap. 762. num. 11. Nouar. in sum. bullar. tom. 1. tit. de nullit. sent. Riccius in praxi resol. 30. & seq. part. 4.* & refert etiam *Dom. Altimare in d. tract. rubr. 5. quæst. 50. num. 71.*

Hanc etiam præstantiam maiorem cognosces, dum videmus, quod Curiæ Inferiores diuer-
22 simodè tractantur in eorum sententijs, nam executio sententiarum dictarum Curiarum impeditur, quandò nullitas allegatur generaliter cõtra iustitiam causæ, prouenientem ex iure positiuo, vt dixerunt *Paris de Puteo de syndic. in verb. sententia, fol. 3* et citat *cap. Regni detestantes, Merlin. contron for. cap. 84. num. 47. tom. 2.* vel quando sententia esset notoriè iniusta, quia notoria iniustitia equiparatur nullitati, *Scaccia de sent. & re iudic. glos. 14 quæst. 20. num. 12. & 14. Cancer. var. lib. 2. cap. 15. num. 60. Mastrill. dec. 158. n. 27. Rouit. in pragm. 5. num. 20. de offic S. R. C. Capyc. Latro dec. 165. num. 23.* alios congerit *D. Altimare de nullit. rub. 1. quæst. 6. num. 52.* Sed executio sententiæ S. C. nostri Neapolitani non impeditur per notoriam iniustitiam, sed tantum, quando fuerit sententia lata contra casum legis communis, aut municipalis, vel aduersus publicam scripturam, vt sup. dixi.

Cum enim dixi, vt de iure nostri Regni, quãdo proponitur nullitas aduersus sententiam S. C., debeat esse contra scripturam publi-
23 cam, vel casum legis, intelligas, vt sub nomine scripturæ publicæ veniat etiam sententia trãsacta in rem iudicatam, quæ etiã est scriptura publica, quia lata à publico Magistratu. & ita disponit *tex. in l. 1. C. quando prouocar. non est necesse, l. post sententiam, C. de sent. & interloc. omnium iudic. cap. inter monasterium de re iudic.* vbi argui potest de nullitate illius sententiæ, quæ fuit lata contra sententiam transactam in rem iudicatam, & est puntualis decisio *Franch. 398.* vbi fuit decisum, secundum decretum latũm contra primum, quod fecit transitum in rem iudicatam, nullum fuisse, licet primum decretum prætendebatur fuisse ex errore scriptum, sed quia ab eo non fuit appellatum, & hoc de causa fecit transitum in rem iudicam, ideo secundum decretum fuit nullum declaratum, quam decisionem extollunt *Staiban. resol. 180. num. 83. & Guazzin. ad defens. reor. defens. 35. cap. 18. num. 6. Cæsar. Peregrin. quæst. 49. num 16.* Quæ doctrina intelligitur, quãdo pars contradiceret, nam ipsis partibus non contradicentibus, valet decretum latum contra rem iudicatam, *l. duobus*, secũndum cõmunem intellectum *de except. rei iudic.* Nec obstat *Gloss. in d. l. si diuersa, C. de transaction.* quæ ait, quod etiam de consensu partium non valeat sententia contra sententiam transactam in rem iudicatam, quia respondetur, quod loquitur *Glos.* de consensu expresso, quod fieri per partes non potest, quia id quod est authoritate publica inductum, nequit per partes remitti, quod secus videtur per consensum tacitum, & erit quando patitur pars sibi promulgari contraria sententia, nil opponendo de exceptione, *Cancer. part. 3. var. cap. 17. num. 10.* sicut à pari si secundum decretum latum fuerit contra primum, sed de consensu partis, & ab eo non reclamauit, sed fecit transitum in rem iudicatam, non potest ampliùs tractari de nullitate primæ sententiæ, iam confirmatæ per aliud decretum obstante d. decreto, vt affirmant communiter *DD. in cap. 1. & 2. de confirm. vtil. & inutil.* latè *Vantius de nullit. in tit. Quibus modis sententia null. dic. pot. num. 25.*

PRÆSTANTIA XLV.

Præstantia est S.C. Neapolitani, vt restrictum sit tempus proponendi nullitates.

SVMMARIVM.

1 *Nullitates de iure communi per viam actionis possunt proponi infra annos triginta.*
Officium Iudicis Nobile per triginta annos durat.
2 *Tempus dicendi de nullitate in Regno Neapolitano aduersus sententias, est restrictum ad decem annos.*
3 *Nullitates proponi debent in multis casibus*

Su-

Supremis infra breue tempus, quæ numerantur.

4 *Nullitates quæ proponuntur per viam exceptionis in nostris Curijs, non regulantur à tempore statuto in* pragm.4 de dilation.

Temporalea ad agendum sunt perpetua ad excipiendum.

Statutum prohibens agere non censetur prohibire exceptiones.

5 *Nullitates quæ proponuntur per viam replicationis iudicantur, ac si per modum actionis, non exceptionis deducerentur.*

Replicatio præscribitur eodem modo, ac actio.

6 *Nullitates notoriæ, an possint in omni tempore opponi, post terminos præfixos à lege, vel statuto.*

7 *Nullitas proueniens ex defectu Iurisdictionis potest semper opponi.*

8 *Nullitas, quæ continet defectum citationis, vel mandati, poterit semper allegari, non obstante lapsu temporis præfixo per statutum.*

9 *Nullitatum instantia prius durabat triennio, sed hodie per Nouellam nostram pragmaticam durat per tempus bimestre, sed non obseruatur.*

10 *Nullitates semel tantum possunt proponi, & quando.*

ALiam PRÆSTANTIAM considero circa tempus proponendi nullitates aduersus sententias nostri Supremi Senatus, nam cum de iure communi sit dispositum, vt per viam actionis possit dici de nullitate, vsque
1 ad annos triginta, *l. sicut. C. de præscript. 30. annor.* & dixerunt *Cagnol. in l. 2. C. de pactis inter empt. pag. 242. num. 279. vers. quando vero nullitas, Innoc. in cap. dilecto de appellat. Salic. in l. præses num. 6. circa finem, C. quomodo, & quando Iudex, Rebuffus in tract. de appellat. art. 1 glos. 2. num. 19. Vantius de nullit. sub num. 8. Afflict. dec. 178. num. 5. vbi Vísill. num. 5. Muscatell. in praxi lib. 2. part. 1. glos. nullitatis n. 12. Viuius opin. 551. part. 2. Pratus discept. for. cap. 39. num. 14. & cap. 30. num. 1. Cancer. var. lib. 2. cap. 2. num. 291. Scialoia de for. compet. cap. 52. num. 9. Petra super ritu 6. num. 9.* rationem assignant, quia cum in proponendis nullitatibus Iudicis officium nobile imploretur, dum infra triginta annos durat talis Iudicis imploratio, ad instar cessionum personalium, *l. sicut. C. de præscrip. 30. vel 40. annor.* vt dixerunt *Marant. in speculo aur. & demum sequitur sententia num. 154. Reg. de Marin. lib. 1. cap. 27. num. 10.* alijque relati à *Dom. Altimar. in eod. tract. rub 1. q. 4. n. 23. & rub. 8. quæst. 8. num. 1. & 2. Afflict. dec. 245 in fin.* pro eodem tempore debet durare earum propositio.

Sed de nostro iure municipali tale tempus est
2 restrictum ad annos decem, quando nullitates proponuntur per modum actionis, aduersus sententiam definitiuam, per *pragm. 4. §. 21. de dilation. vbi Reg. Ronit. Consil. Pratus discept. for. cap. 30. num. 1. Carneual. de iudic. tom. 2. tit. 3 disp. 16. num. 18 fol. 254.* At circa decreta interloqutoria, licet habeant vim definitiuam, est tempus limitatum infra sex dies à die notificationis, quibus elapsis non amplius recipiuntur, *d. pragm. 4 §. 18. eod. tit. Consil. Altimar. in d. tract. rub. 1. qu. 5. n. 15. & 16 & rub. 8. q. 8.* Quod tempus non posse prorogari, etiam per viam restitutionis in integrum per quodcumque caput, licet fuisset per notoriã iniustitiam statuit *ead. prag. 4. §. 18. Consil. Petra in ritu 6. num. 9. Gallupp. in praxi part. 3. cap. 6.*

Tale autem tẽpus fuit limitatum, tum ob decorem Tribunalis, & rei Iudicatæ, quia est præsumendum pro sententia Collegiata, iuxta tradita per *Caprzon. in proc. ff. iur. tit. 19. art. 3. num. 9.* quam ad finem litibus impo-
3 nendum, proinde aliæ Curiæ Supremæ simile statutum restrictiuum ordinarunt in præsenti materia nullitatum, nam incipiendo à Curia Romana, quæ omnibus alijs veluti Superior prædicatur, infra annũ tantum concedit tempus proponendi nullitates, à die sententiæ numerandum, per *cap. 191.* vbi *Fenzon. ad stat. Vrbis cap. 191. num. 78.* In Hispania tempus nullitatum aduersus sententias fuit diminutum ad sexaginta dies, tam respectu actoris, quam Rei, quo elapso amplius non possunt proponi, per *l. 2. tit. 15. lib. 2. ordin. antiqui, quæ est lex 2. tit. 17. lib. 4. recompil.* & testantur *Salgad. de regia protectio. part. 4. cap. 3. n. 125. Perez ad l. 2. ordin glos. 1. Mexia ad l. Toleti num. 30. Azned. in l. 2. recompil. num. 22. Pax in praxi part. 1. 12. de tempore nullit. sententia num. 8. Rodriquez de modo vidend. processum cap. 12. part. 2. nu. 30. Otalor. de nobilit. 3. part. 3. principal. cap. 5. num. 30.* In Catalonia appellatur, & dicitur de nullitate infra decenniũ, alias sententia facit transitum in rem iudicatam, vt in *constit. 1. de appellat.* & per *text. constit. 13. Reg. Iacob. II in Curia Ilerde anni 1301. & const. 12. Reg. Petr. III. in Curia Monassoni ann. 1363. subst. de appell. Cancer. var. lib. 3. cap. 17. n. 51. & seq. Peguera in praxi rub. 27 de except. nullit. contra sentent. definit. num. 5. Consil. Altimar. in rub. 1. q. 4. n. 29.* De iure Mantuano ex *Statuto Mantuæ in rub. de tempor. appellat. & rub. de sent. execut. mand.* non conceditur tempus nisi decem dierum, quibus elapsis sententiæ exequtioni traduntur, *Cyriac. controu. 187. sub nu. 17. & sequ. Altimar. d. rub. 8. qu. 3. n. 8.* De iure Saxonico est tempus præfinitum dicendi de nullitate sententiarum, ad tres hebdomadas, & tres dies, per *tex. in ordin.*

ordin. Processſ. Iudiciar. tit. 38. poſt princ. Carpzouius in prec. iur. tit. 19. art. 3. n. 9.

Talis autem noſtra *pragm. 4. ſ. 21.* vti exorbitans à iore communi, dum loquitur quan-
4 do proponuntur nullitates per viam actionis, non extenditur ad caſum, quando illæ proponuntur per viam exceptionis, in quo caſu tempus à noſtra *pragm.* non fuit limitatum, idcircò tempus remanſit ſub diſpoſitione iuris communis, ita notarunt noſtri practici, ſcil. *Carneual. de iudic. tom. 2. tit. 3. diſp. 16. num. 18 fol. 254. Gallupp. in praxi tit. de remed. nullit. num. 28. Rocc. reſponſ. 95. num. 1. lib. 1. Conſil. Pratus diſcept for. cap. 29. num. 14. & cap. 30. n. 2. tom. 1.* quibus ſe aſcribit *Conſil. Altimar. de nullit. rub. 1. q. 4. n. 3. & in addit. ad Rouit. conſ. 40. num. 21. lib. 2.* temporalia enim ad agendum, ſunt perpetua ad excipiendum *l. pure, §. fin. ff. de dol. mal. except.* & in terminis noſtri ſtatuti prohibentis poſt certum tempus agi de nullitate ſententiæ, non cenſeri prohibitas exceptiones dixerunt *Seſe de inhib. cap. 2. §. 5. nu. 26. Alex. conſ. 82. num. 13. Bouadill. in polit ca lib. 5. cap. 3. num. 115.* & licet *Rouit. in d. pragm. 4. de dilation. num. 12.* videatur aſſerere prædictam *pragm.* procedere, etiam ſi nullitas proponeretur per viam exceptionis, attamen loquutus fuit de decretis interloquutorijs, etiam habentibus vim definitiui, à quibus prohibitum fuit ab eadem *pragm. num. 18.* de nullitate dici, niſi infra ſex dies, vt aduertit idem *Pratus d. cap. 30. num 9.*

Quod dixi de exceptionibus, vt non comprehendantur ſub hoc ſtatuto correctorio iuris
5 communis, an idem dici poſſit de replicationibus, fuit iſte articulus diſputatus in noſtro Sacro Conſilio in cauſa Marchionis Tufilli, vbi poſt decurſum decemnij oppoſuit de nullitate ſententiæ S. Conſilij, nam dum agebatur de iudicio iam definito, fuit oppoſita exceptio rei iudicatæ, per Reum, ex aduerſo d. Marchio actor per viam replicationis replicabat ſententiam fuiſſe nullam, vti latam cõtra mortuum, aſſerebat d. *Dom. Pratus*, tunc facondiſſimus Aduocatus elapſi ſeculi d. Marchionis, poſtea ſapientiſſimus Cõſiliarius, talem replicationem ſub nomine, & ſub eadem regula exceptionis venire, dum ſub eodem titulo Pandectarum legitur de Exceptionibus replicationibus, & præſcriptionibus, & clarior eſt tex. in *l. 2. §. replicationes, ff. de exceptio.* vbi dicitur, *Replicationes nil aliud ſunt, quam exceptiones, ſemper enim replicatio idcirco obicitur, vt exceptionem oppugnet,* nam ita ſe habet replicatio ad exceptionem, ſicut exceptio ad actionem, *Abbas in cap. dilecti de exceptio.* vt late fundat idem *Dom. Pratus d. cap. 30. num. 16.* proindè concludebat, quod dum dicta noſtra *pragm.* non includebat exceptiones, eodem modo non comprehendebat nullitates, quæ per modum replicationis proponebantur; Sed his non obſtantibus contrarium deciſit noſter Senatus, vt teſtatur idem *Pratus in d. cap. 30.* obſtare ſcil. d. Marchioni exceptionem rei iudicatæ, non obſtante d. oppoſitione nullitatis, fuit enim conſideratum, poſt lapſum temporis decem annorum, oppoſitũ fuiſſe de nullitatibus per viã replicationis, ab eodem actore, & ſic re vera non opponebatur per modum exceptionis, dum idem actor agebat, & replicabat de nullitate ſententiæ, & ſic vicem veri actoris gerebat, quod non conſiderauit *D. Pratus* in d. ſuis copioſis diſceptationibus, nam ſi agere etiã videtur is, qui exceptione vtitur, vt dicit tex. in *l. 1. ff. de exceptio.* quia Reus in exceptione eſt actor, vt inquit *Gloſ. in d. l. 1. in verb. agere*, quanto magis ipſe actor verè agere dici debet, qui idem iudicium proponit iam deciſum, & per viam nullitatum illud renouare præſumit, et ſi vti actor Iudicari debet, obſtat ei ſtatutum d. noſtræ *pragm.* decemnium ſtatuentis ad illarum propoſitionem, coi conſiderationi fauet tex. in *l. quæſitum 31. ſ. in dolo, ff. de peculio*, vbi ſicut præſcribitur actio, ita etiam replicatio, & dum ex vi d. noſtræ *pragm.* actio erat extincta poſt decemnium, ita etiam replicatio eiuſdem actoris, ad eundem finem tendentis.

Et nota quod ita proceditur rigoroſè in noſtro Supremo Senatu, circa tempus præfixum illas præſentandi infra ſtatutum tempus, vt nullitates, quæ proponi debent infra ſex dies aduerſus decreta interloqutoria S. C., non poſſint præſentari die ſeptimo immediatè ſequenti, quando ſexta dies fuit feriata, vt fuiſſe deciſum in noſtro Senatu refert *Cõſ. Rocc. reſponſ. 2. in fin. tom. 2.* & licet in contrariam ſententiam inclinauerit, excuſandum Reum à lapſu temporis, ob feſtiuitatem vltimi diei, nihilominus noſtrum S. Conſilium ordinauit, non eſſe illas recipiendas, vt idem *Rocc.* teſtatur, Sed contrarium refert deciſum *Conſ. Hodierna contr. 48. n. 19. & in fin.*

Nec aliquid videtur innouatum per eadem *prag. 4. ſ. 25. de dilation.* mandantem omnes exceptiones aduerſus ſententias, vel decreta definitiua S.C., ad finem impediendi executionem, debere proponi intra 30. dies, quia talis ſubſequens *conſtitutio d. §. 25.* loquitur de exceptionibus non de nullitatibus, quæ non veniunt ſub nomine exceptionis, idcirco non comprehendit illas, vt dixerunt *Conſil. Carleual. tom. 2. de iudic. diſp. 16. n. 19. Conſil. Rocc. d. reſponſ. 95. lib. 1. Reg. de Marin. in obſeru. ad Reg. Reuerter. dec. 414. num. 2.* qui ita per S. C. deciſum teſtatur, & ſequitur *Altimar. d. rub. 1. q. 4. num. 36. qu. 4. nu. 3.* & etiam *D. Petra in ritu 6. n. 9.*

Sed

Sed qnid dicendum de illa tam controuerfa,
quæftinne, an quando nollitates funt noto-
6 riæ, & ex eifdem actis apparentes, non ob-
ftante lapfo temporis præfixi per ftatutum,
poffint poftmodum opponi, multi DD. fu-
premæ claffis dixerunt, ftatutum prædictum
reftringens tempus nullitatum intelligi cō-
ditum ad finem tollendi nullitates friuolas,
& calumoiofas, non autem notorias, vt te-
nuerunt Abbas confil.55.vol.2. Ancheran.conf.
211. Gozadin.conf.22. num 12. Roman. & ibi
Addentes conf.72. Hippol.de Marf.fingul.243.
Menoch.conf.344.num.48. Borgon.dec.19.n.6.
par.3. Chriftoph.Mart.dec.Senenf 32.num.10.
Ruin.conf.87.num 4.verf. & qui a expremiffis
& in confil.196.col.fin.vol.1. Otalora de Nobi-
lit.3.part.principal.cap.5. num.3. Didac. Pe-
rez in l.2.tit.15.lib.3.ordin.glof.c. Azeued.ad
l.2.num.30.& feq.tit.17.lib.4. recompil. Me-
xia ad l.Toleti in refponfion. ad primæ part.fe-
cund.fundam.num.35. Nizol. alleg.15. Carol.
de Graffis except.20 num.16. Aundan. refp.
26.num.10.ad fin. Menoch. confil.110. nu.72.
lib.2. Guttierez pract.quæft.lib.1.q.96.num.5.
& feq. & ex noftris Ronitus in pragm. 5. de
officio S.C num.28. Pratus difcept.fur. cap.30.
num.16.& 31. Vrfill.ad Afflict. dec.283.nu.2.
latè Ofasch.dec.142.num.33. Carpan. ad Stat.
Mediol.cap.116.verf.nec de nullitate, vbi cir-
ca finem fundat poft alios, hnc etiam proce-
dere poft lapfum tempus triginta annorum,
quod de iure communi conceditur ad dicē-
dum de nullitate, & faciunt tradita per
Franch.in dec.688.part.4. qui in fimili pun-
ctn tradit, quod licet nō fit aliquis admittē-
dus ad diceodum de nullitare fententiæ for-
iudicationis, nifi foriudicato exiftente in
vinculis, tamen quandn agitur de nullita-
tibus notorijs ex eifdem actis apparentibus,
tnnc etiam foriudicato non carcerato funt
admictendæ nnllitates, quia notoria nulli-
tas nunquam cenfetur exclufa, & ita per
noftrum Sacrum Confilium bis decifum re-
fert.

Alij verò contrariom affirmant, qnod termino
elapfo ad dicendum de nullitate, non poffit
de eis amplius opponi, licet fint nollitates
euidentes, & notoriæ, vt dixerunt Lancellot.
de attentatis part.2.cap.17.de attent. nullitat.
pend.lim.5.num.67. Ruginell. de appellat.§.4.
cap.2.nu.1.& feq. Guttierez pract.quæft.lib.1.
q.96.à nu.7. Canalc.dec.19.n.6.& 7. Barzius
decif.153.num.8. Carroc.except.47. num.69.
Fenfon.ad Statut.Vrbis cap.191.num.102. &
feq. alijque adducti ab Altomar. in tract.de
nullitat. rubr. 8. q.3. num.23. Sed quidquid
fit de prædicta controuerfia, in noftro Regno,
& in noftro Supremo Cnnfilio ceffat difficul-
tas, quia in terminis noftræ pragm. 4. §.20.
nullitates debent effe, vel contra expreffum
cafum textus, vel contra fcripturas publica
in actis præfentatas, ante decreti interpofi-
tionem, vt dixi fupra præft.44. n.20. fi igitur
loqnitur noftra conftitutio de nullitatibus
apparentibus ex actis, & nntoriis, non erit
amplius difputandum an nullitates notoriæ
poffint vltra tempus præfiffum proponi, dum
de notorijs nnllitatibus expreffa coftitutio,
in hoc Regno ftatuta fuit per dictam Pragm.
vt benè aduertit dictus Confil. Altimar. in d.
rubr.8. quæft.3.num.33.

Declara 1. Nifi nullitas prnueniret ex defectu
iurifdictionis, nam poterit femper opponi
non obftante ftatuto excludente omnes ex-
7 ceptiones, vel non nbftante lapfu temporis
ad illas proponendas, Mitres fup.conftit.1.de
appellat.in Curia Reg. Iacob.2.cap.14. de exce-
pt.nullit.num.8. Guttierez part.1.cap.96. Can-
cer.lib.1.cap.17. de appell. ex num.19. Fonta-
nell.de pactis nupt.clauf.3.glof.3. num.41. &
dec.453.num.20. Salgad.de reg.protect.part.4.
cap.3.n.125. Graff.de except.except.20.nu.19.
& 20. Chriftoph.Mart. dec.Senenf.32. Confilia-
rius Pratus difcept.30. num.33. Altom. de
null.rub.1.q.4.n.32.rub.8. q.3. num.29 Imo
fi quis iuraffet non opponere nullitates, po-
terit has nullitates ex defectu iurifdictionis
opponere, latè Barbof. in collect. ad clem.1. de
fequeftro à num.41.& feq. merito Camera
Imperialis omoes alias nullitates nnn attē-
dit, oifi iftā, quæ refultat ex defectu iurifdi-
ctionis, quia talis nullitas infanabilis eft,
Gafp.Klock. in relat.10.vot.decif.num.4. & re-
tardare executinnem fententiæ dixit Lan-
cellott.d.cap.17.fub num.136. quidquid di-
xit Ciryac.controu.187.num.11.& 12.cum
Fenzon.ad Statut.Vrb.cap.191.num.103. qui
contrarium per Rotam pluries decifum re-
fert, fed prima fententia communior eft,
quia meo iudicio talis nullitas eneruat om-
nes vires fenteotiæ, & deftruit totaliter iu-
dicatum, idcirco vti patens, notoria, & ma-
nifefta, vnquam poterit dici exclufa.

Declara 2. Quando nullitas cnntineret defe-
ctum citationis, vel mandati, forfan quia
8 condemnatus non fuiffet citatus, vel fuiffet
citatus aliquis vti procurator, qui re vera
non erat talis, nam poterit talis nullitas fem-
per allegari, tam poft triginta annns de iure
commuoi, qnam poft tempus decem anno-
rum, de iure Regni noftri diminutum, l.licet
C.de procur. Vant. de nullit. rub.11. num.59.
Reg.Ronit.in rubr. de procur. fuper pragm. Go-
lin.de procur.part.3.cap.3.num.14.& feq. ra-
tio ex fe patet ex tex in l.quandiu, C.qui ad-
mitti, vbi ignnranti non currit præfcriptio,
nec tempus definitum currit contra ignorā-
tem, Cofta de facti fcient.& ignor. infpect.87.
num.5. & ita fuiffe decifum refert Confilia-
rius Altimare in d. tract.rub.8.q.3.n.72. Ideo
cauti

canti Aduocati benè aduertunt in præsanti materia citationis, quod si Iudex causæ mutetur, vel per mortem antecessoris, vel alterius impedimentũ, & alter succedat, tunc noua erit expedienda citatio, alias si coram nouo Iudice non expediatur citatio ad sententiam, poterit illa nullitatis vitio infringi *Reg. Capyc. Latro decis. 69. legas Theodor. alleg. 47. per totam.*

Tempus autem nullitatum in nostro Regno nedum fuit restrictum circa tempus illas
9 proponendi, sed etiam circa terminum vitę, seu instantiæ, infra qood debet tale iodicium terminari, nam cum de iure communi instantia in causis ciuilibus duret triemnio, per tex. in *l. properandũ, C. de Iudic. Caranit. in ritu* 248. *nu.* 1. *Scaccia de iudic. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 675. etiam causæ nullitatum durant triemnio, & istarum instantia debet finiri, sicut cæteræ causæ ciuiles per idem tempus triemnij, *Vant. in rub. quoties, & intra quod sub num.* 8. *Io: de Amic. consil.* 6. *num.* 33. *Consil. Altimar. in eod. tract. rub.* 1. *q.* 4. *nu.* 65. *Gramatic. consil. ciuil.* 165. *num.* 1. *&* 2. vbi dicit, quod quando nullitas fuerit intentata incidenter in agendo, tunc durat per triennium vigore, *l. proponendum*, quando vero in excipiendo tunc perpetuo prosequi poterit. Sed de iure nostri Regni per *pragm.* emanatam per Proregem D. Petrum Antonium de Aragonia sub die 25. Maij 1666. fuit limitatum tempus duorum mensium tantum illas prosequendi, quo tempore elapso statututum fuit illas reici, prohibendo Iudicibus non posse prædictum tempus prolungare, cuius *pragm.* etiam meminit *Altimar. in d. rub.* 1. *q.* 4. *num.* 76. prout ex Statuto Romæ 191. apud Fenzonium fuit limitatus terminus instantiæ nullitatum infra decem dies. Sed in nostro Regno prædicta *pragm.* vnquã potuit obseruari, quia ipsimet Iudices, & Consiliarij agnoscentes causas prædictas nõ posse intra tale breue tempus terminari, & quod defectus expeditionis eueniat ex ipsorum causa, ob multitudinem negotiorum maximi ponderis, quę tempus longæuum requirunt ad illarum trutinationem, idcirco omni tempore audiunt hodie illarum expeditiones, & hoc euenit, quia aliquando non bene perpendunt causarum merita, quando illas determinant, & postea cum aspexerint sententias non posse substineri illo modo prolatas, attentius illas moderant, vel reuocant, quod non accideret, si antea omnia accuratè perpendissent.

Tempus etiam considderatur circa reiterationem nullitatum, nam semel tantum pro-
10 poni possunt, & semel propositæ amplius proponi nequeunt *Giurb. decis.* 20. *num.* 6. *Merlin. contro.* 42. *in fin. cent.* 2. *Capyc. dec.* 55. *num.* 5. *Intrigliol. singul.* 173. *nu.* 76. *lib.* 2. *Gabriel consil.* 35. *num.* 8. *lib.* 1. post alios *Altimare rub.* 1. *q.* 5. *num.* 57. qui ita dicit fuisse dispositum per Statutum Vrbis 191. *lib.* 2. vbi *Fenzon.*

Sed in duobus casibus limitat *Altimar.* d. antecedentem conclusionem in *rub.* 1. *q.* 5. *n.* 59. primo scilicet quando nullitates proponens expresserit causam, nam si in vna succũbat, aliam poterit proponere, cum *Castrens. consil.* 232. *in fin. vol.* 1. *Tusch. lit. N. conclus.* 137. *& lit. R. conclus.* 268. *num.* 19. si vero simpliciter de nullitate sententiæ dixerit, nulla causa expressa, præiudicat sibi in omnibus cum succumberit.

Secundus erit casus, quando nullitas incidenter, & per modum exceptionis proposita fuit, nam licet super ea fuerit pronunciatũ, poterit per victum principaliter proponi, & non obstabit exceptio rei iudicatæ, *Carroc. de except. except.* 47. *num.* 9. *Sese de inhib. cap.* 2. §. 3. *num.* 11. *Mastrill. dec.* 189. *num.* 18. *Castill. dec.* 26. *à n.* 7. *Surd. de alim. tit.* 1. *qu.* 126. *num.* 5. *Gratian. discept.* 445. *num.* 5. *Giurb. decis.* 61. *num.* 4. *Fontanell. dec.* 117. *nu.* 10. *Franch. dec.* 289. *nu.* 3. alijque citati à d. *Altimar. d. rub.* 1. *q.* 5. *n.* 60.

Vnum tamen nota ò Iudex, si velis sententias esse perpetuo duraturas, vt nedum omnia attentè prospicias in prolatione sententiæ, sed etiam aduerte, ne sub spe præmij, lucri, aut ex alia sorditate illas pronuncies, nã hoc modò si sententiæ proferrerentur, nullitatis vitio afficerentur, vti prolatæ à corrupto Iudice, sc. ob mercedem receptã, adeoquod nec ab eis appellare sit necesse, iubet tex. in *l. venales sententias* 7. *C. quando prouocar. non est necess. l. fin. C. si ex falsis instrumen. cap. cum ab omni* 10. *de vita, & honest. cleric. cap. ei qui appell.* §. *venales* 2. *qu.* 6. *Glos. in cap. quatuor* 11. *q.* 3. *verb. timare, Hippol. de Marsil. singul.* 190. *Iacob. Ayrer. in process. iur. part.* 1. *cap.* 6. *obseruat.* 5. *num.* 7.

PRÆSTANTIA XLVI.

Præstantia S. Consilij Neapolitani cognoscitur, ex pœnis statutis in proponendis nullitatibus aduersus eius sententias.

SVMMARIVM.

1 *Pœna nullitatis à iure non fuit cognita.*
2 *Pœna pecuniaria mulctantur proponentes nulli-*

nullitates aduerſus ſẽtentias S.Cõſilij Neapolitani,ſi illas non probauerint.

Nullitatum pœna depoſitatur tempore comparitionis, non poſt ſententiam:

3 *Præſtantia S. Conſilij Neapolitani eſt,vt ſoluatur pœna nullitatum maior alijs pœnis nullitatum propoſitarum, aduerſus ſententias Curiarum Inferiorum.*

Pœna nullitatum fuit in M.C. ſtatuta, quando proponuntur aduerſus eius decreta.

4 *Nullitatum pœnas etiam ſtatuerunt alia Suprema Prætoria.*

5 *Nullitates proponens,ſiue ſit Aduocatus,ſiue procurator,vel pars litigãs,debet ſoluere pœnã.*

6 *Nullitatum pœna non poteſt remitti,nec à Summo Præſide noſtri Senatus.*

Pauperes, non debent ſoluere pœnã nullitatum.

7 *Pœna nullitatum ſtatuta aduerſus decreta SacriConſilij Neapolitani,comprehendit etiam nullitates,quæ proponuntur aduerſus Decreta lata, per Regiam Cameram noſtri Regni.*

8 *Nullitates proponentes aduerſus decreta Regiarum Audientiarum noſtri Regni, etiam debent facere depoſitum,& quomodo.*

9 *Sententia declarans ius præcedentię,dignitatis, vel Nobilitatis reputatur, ac ſi contineret ſũmam maiorem ducatorum mille,circa materiam nullitatum.*

Nobilitas Neapolitana extimatur pro ducatis quadraginta millibus, circa taxationem pœnæ Nullitatum, ſed Venetiarum pro ducat. centum millibus.

10 *Pœnam Nullitatum debent ſoluere, tam actor, quam Reus.*

11 *Fiſcus non debet ſoluere pœnam nullitatum.*

12 *Nullitates poſſunt proponi abſque depoſito, quando ſententia eſt exequta.*

13 *Pœna nullitatũ euitatur in curijs Reuerendæ Fabricę,& Cappellani Maioris ,vbi Conſiliarij aſſiſtunt,vti Conſultores,non vti Conſiliarij.*

Arbitrorum ſententia arguitur de nullitate, abſque depoſito.

14 *PRÆSTANTIA S. Conſil. Neapolitani eſt, vt nullitates debeant ſubſcribi ab Aduocato Cauſæ, non à procuratore non Doctore , & quid ſi procurator ſit Doctor.*

15 *Nullitates non poteſt proponere pars litigans in noſtro Regno, & quid ſi litigans ſit Doctor.*

16 *Nullitates non debet Aduocatus ſubſcribere, quando proponuntur contra lauda emanata per Arbitros.*

NOtabilẽ PRÆSTANTIAM noſtri S.Cõſilij Neapolitani cõſidero , circa pęnam per noſtras cõſtitutiones præfixas in propoſitione nullitatũ , aduerſus ſentẽtias latas à dicto Supremo Prætorio, etenim de iure commu-
1 ni nulla pœna legitur præfixa Reo,vel actori dicenti ſententiam nullam, vt etiam obſeruauit *Dom.Altimar.de nullit.rub.1. quæſt. 4.num.44.&* in *rub.6.quæſt.13.num.1.* at de iure noſtri Regni ob reuerentiam noſtri Supremi Senatus, ne tam facile præſumant li-
2 tigãtes eius ſẽtẽtias de nullitate arguere,pęna fuit eis impoſita antiquitus à Rege Ferdinando Primo duc.ſex , ſi ſententiam nullam non probauerint, & grauior ad arbitrium eiuſdem Sacri Conſilij reſeruata , ſi ſibi videretur adiungenda , vt diſponit noſtra *pragmat. 32. de offic. S. R. C.* Poſtmodum ſub Carolo Quinto Cæſare in anno 1545. fuit talis pœna ampliata à D. Petro de Toledo, tũc huius Regni Prorege in *pragm. 5. §. 3. de offic. S.R.Conſ.*, atque ſtatutum,quod quando ſentẽtia continet ſummam duc. mille, ſit pœna duarum vnciarum auri, vltra ſummam duc. mille pœna imponitur quindecim vnciarũ, quæ faciunt ſummam duc.nonaginta,nam vnciam auri nos extimamos pro valore duc. ſex,vt etiam teſtatur *Rouit.in pragm.5.§.3. n. 32.* poſt *Carauit.in ritu 257.in addit.* Similiter addita celeris pęna ſolutionis, nam cum per *d.pragm.32.de offic.S.C.* fuerat ſtatutum, vt pęna ſolueretur à ſuccumbente in proponendis nullitatibus , idcirco præſentabantur abſque depoſito,& tũc ſoluebatur pęna, quãdo S.Conſilium pronunciabat illas non obſtare, attamen per nonam ſãctionem fuit ſtatutũ, quod depoſitum pro pęna dictarum nullitatũ debeat præſentari eodem tẽpore, quo præſentantur nullitates,vt habemus in *pragm.4. §.16.de dilatio.* quod etiam obſeruat *Dom. Altimar.in d.tract. rub. 1. quæſt. 4. num. 44. & rub.6. quæſt.13. num.4.*

Sed aduerte,quod ſi tantum ſententia S. Conſilij contineret ſummam duc.mille, adhuc pęna nulliitatum erat duarum vnciarum, *Rouit. in pragm.5.num.82.de offic.S.C.* ſed ob excellentiam noſtri Senatus,talis pęna duarum vnciarum in caſu ſupra expreſſo fuit ad duplum aucta,ſcilic.ad quatuor vncias,quę cõſtituunt ſummam duc. vigintiquatuor,quãdo ſumma in ſententia contenta non excederet valorẽ duc. mille , ita fuiſſe ordinatum per literam Domini noſtri Regis , quę conſeruatur apud noſtrum Secretarium , & non reperiri regiſtratã in libris pragmaticarum teſtantur *Conſil.Pratus ad Muſcatell. par. 1.Gloſ. Nullitatis verſ.debet tamen,Mutill.in praxi fol.121.num. 12.*& tandem *Conſil.Altim.d.rub.6.quæſt. 13. num.6.* Quando autem nullitates proponuntur aduerſus decreta Sacri Conſilij interloqutoria,vel habentia vim definitiui,depoſitum debet fieri duarum vnciarum,quamuis ſumma excederet ducatos mille, vt ex verbis *d. pragm.5.§.3.de offic.S.C.* deduci poteſt,quę loquitur de ſententijs Sacri Conſilij,non de decretis interloqutorijs , igitur erit pœna reſtringenda,nõ amplianda,quod etiam obſeruat *d. Dom. Altimar. d.rub.6.quæſt.13.nu.12.*

Vt antem Præstantia nostri Supremi Senatus erga alias Curias nostri Regni aspiciatur,at-
3 que magis elucescat, cognoscitur ex pœnis nullitatum,quæ solent proponi aduersus sententiasCuriarum Inferiorum.nam statutum fuit in nostro Regno, vt à sententijs definitiuis M.C. Vicariæ,vel habentibus vim definitiui, si sint illius quantitatis infra summã, quæ per nostras constitutiones exequuntur, non ubstante appellatione, per nostros *Ritus* 255.258.*&* 259.& per nostras *pragm. 2. de appellat.& pragm. 3. §.4. de offic.* S.R. C.& ab eis proponantur nullitates,si sẽtentia cõtinet sũmam duc.75 teneatur proponẽs nullitates facere depositũ duc.sex, sed si sẽtẽtia excesserit sũmã duc.75. pena depositi erit duc.duodecim.Si verò decreta M.C.sint interloqutoria proponentes nullitates debent facere depositũ carolenorũ triginta, at si decreta facta fuerint per Iudices domi,tenetur allegãs nullitates ad penã carolenorũ quindecim,ita disponit nostra *prag.1.§.1. de procurat.Scialoia de foro compet. cap.52.n.41.Dom.Altimar.d.rub. 1.quæst.4.num.45.& in rub.6.quæst.13 num. 13.*,quæ *pragm.*fuit confirmata per Comitem Mirandæ Proregem in *pragm.44. in finalibus verbis de offic. Magistri Iust.* vt notat *Rouit. in d. pragm. 1. de procurat. in princ.* Ex hoc cognosce,quod penę prędictę nullitatũ proponẽdarũ aduersus sẽtentias nostri Senatus fuerint excessiuè impositæ,ob reuerẽtiam Supremi Senatus, nõ quia est Tribunal Collegiatũ, dum videmus, quod nostra M. C. licet Tribunal magnum sit, & Collegiatũ, quod omnibus alijs Curijs nostri Regni præeminet, attamen pœna suarum nullitatum est satis diminuta,ad comparationem penarum statutarum aduersus sententias nostri Senatus; ordo enim dignitatis secum ducit maiorem, vel minorem potestatem, atque maiorem, vel minorem prærogatiuam, quod videmus in nullitatibus, quæ proponontur aduersus sententias Gubernatoris Regij, vel baronalis,quę non requirunt penam depositi, *Scialoya de for.compet. cap. 52. num. 45.* idem *Altimar.d.quæst.13.num. 21.*

Similem penam aduersus proponentes nullita-
4 tes,contra sententias aliorum Supremorũ Senatuum statuerunt Curię Supremę aliorum Principum, nam in Curia Fori Capitolini Vrbis Romę, est statuta pæna dicenti de nullitate sententię, vt debeat depositare summã iudicatam intra triduum, aut pignora æquipollentia,vt disponitur in *statuto Vrbis lib. 1. cap.170.vel. 192.* secundum ordinem *Fensonij*,& fatentur *Scaccia de appellat.quæst.19.remed.1.concl.4.num.2.vers. in foro.& Dom. Altimar.dicta rub.6. quæst. 13. num. 2.* De iure Saxonico victus in nullitatibus propositis punitus pœna,quadraginta Florenorum, vt testatur *Carpzouius in process. iur. tit. 19. artic.3.num.21.*

Sed quia debeat, soluere penã principalis ne, an
5 Procurator,vel Aduocatus, & dico hoc fuisse per nostrã *pragm.1.de procurat.*prouisũ,quod Aduocatus, seù procurator scribens comparitionem nullitates cõtinentem, si succumbat, soluere debeat penam statutam,à Cliente nõ repetendam, nisi habeat mandatum speciale à suo principali *Scialoya de for.comp.cap.52. num.41.*Sed si Aduocatus,vel procurator fraudulenter consulerint clientem, licet mandatum speciale ab eo receperint, non competit repetitio contra clientem, prout de proponẽtibus exceptiones dilatorias dolusè, ad impediẽdum litis ingressum, statuit nostra *prag. 33.de offic.S.R C.*Si verò nullitates proposuerit ipsa pars litigans, & succumbat, pænam soluere debet ipse principalis,vt dicit *d.prag. 1.de procurat.*sed hodie nõ potest hoc euenire, quia nullitates debet præsentare solus Aduocatus causæ, non pars, nec procurator, vt statuũt nouę *pragm.4.§.24.& pragm.5.de dilat.& infra dicam num.24.*

Amplia 1. vt pena dictarũ nullitatum in nostro
6 Regno nõ possit remitti,sic statuentibus *prag. 4.§.22.& pragm.5.de dilatio. Gaetan. Afflict.in addit.ad contr for.cap.13.num3.* nec prætextu minoris etatis,vel miserationis causa.Imo per aliã *prag.79.n. 20.de offic.S.R. C.*est cõmissa rigorosa esactio penarũ incursarũ in causisS.R. Consilij, & ablata fuit potestas à Præsidente dicti Regij Prætorij prædictas pænas remittendi. Attamen per antiquam praxim introductam in nostro S.C. quando paoperes sunt litigantes,qui sententiam S.C. per viam nullitatum intendunt impugnare, Collaterale Consilium mandat cum suo speciali rescripto,vt idem S.C.de iustitia prouideat,constito de paupertate, & ipsa probata recipiuntur nullitates absque deposito, sed cum solo rescripto d.CollateralisConsilij.& post rescriptũ præsentatum S.C.dat terminum super allegata paupertate, quæ si ex testibus constat, S.C. mandat procedi ad discussionem nullitatum absque deposito, quæ praxis ortum sumpsit à *pragm. 3. de quæstio,* vbi statuitur pauperem non debere soluere penam nullitatum, quæ licet loquatur de inquisitis in causa criminali, tamen generaliter hodie obseruatur, vt dixerunt *Nouar.quæst.59.num.4.tom.2.Angelis ad Giaaarell. dec. 84. num. 27. Scialoya de foro compet. cap. 9. num. 159. & cap. 52. num. 44. Thor. in supplem. compend. dec. in verb. pauper fol. 467. Dom. Petra super ritu M. C. V. 19.num.9.Altom.de nullit.rub.1.quæst.4. num. 46.*Sed si allegans paupertatem ad finem euitandi d.penã depositi, cognoscitur ab eisdem Iudicibus idoneus ad solutionem d. pænæ,nõ solet impartiri terminus super probationibus

d.pau-

di paupertatis, sed ordinatur quod nō recipiantur absque deposito, vt tradunt *Consil. Prat. ad Pascal. de virib. patr. potest. par. 1. cap. 2. vers. altera quæstio*, & ita refert decisum etiam *Altimar. d. rub. 6. quæst. 13. nu. 17.* & ita mēsibus elapsis in hoc anno 1693. fuit decisum per Regiam Cameram, ad relationē Dom. Præsidentis Natale in causa Ill. Comitis Rocchę cum Vitode Angelis, in banca Francisci Antonij Sātori Magistri actorum delegationis Vini ad minutum.

Amplia 2. vt eadem pæna proponentis nullita-
7 tes debeat solui, quādo præsentantur contra decreta nostræ Regię Camerę Summarię, nam licet *pragm. 5. §. 3. de offic. S. R. C.* loquatur de sententijs, & decretis S. R. C. & altera *pragm. 1. de procurat.* loquatur de decretis, & sententijs M. C. attamen *pragm. 4. §. 16. de dilationibus* disponit, vt proponentes nullitates aduersus decreta Regię Camerę debeant illas præsentare cum deposito sed non exprimit quantitatem depositi, sed quia Tribunal Reg. Camerę vti ęquale hodie tractatur cum Sacro Consilio, dum hodie ab eius sententijs tantum supplicatur, seù reclamatur, & non appellatur, ideo stylus nostrorum Tribunalium introduxit, vt ęqualis pęna soluatur pro deposito nullitatum proponendarum aduersus sententias Regię Camerę, quę soluitur in sententijs S. Conf. secundum tenorem supra expressum, de quo stylo testatur *d. Dom. Altimar. in dicto tract. de nullit. rub. 6. quæst. 13. num. 30.*

Sed quid quando proponuntur nullitates aduersus decreta lata à Regijs Audientijs nostri Re-
8 gni, an debeat fieri depositum pro pęna nullitatum ad instar sententiarum, quę proferuntur à nostra M. C. Dico quod sic, nam licet expressè non sit statutum per nostras municipales sanctiones, tamen ex generalitate verborum appositorum in *pragm. 4. §. 16. de dilation.* hoc potest deduci, dum statuitur, quod quando dicitur de nullitate decretorum Regij Collateralis Consilij, S. R. Consilij, Regię Camerę Summarię, M. C. Vicarię, aut aliorum Regiorum Tribunalium, debeant clarè ex primi omnes nullitates, cum depōsito, ex quo apparet, quod illa verba aliorum Regiorum Tribunalium, non possunt intelligi, nisi de Regijs Audientijs Collegiatis nostri Regni, & quod ista fuit mens statuentis, non de simplicibus Curijs Gubernatorum Regiorum, quæ minoris ordinis sunt patet, quia istorum decreta pœnis dictarum nullitatum non subiciuntur, vt supra dixi, & ita in praxi obseruari fatentur *Nouar. decis. 11. à num. 3. Scialoya de foro compet. cap. 52. num. 43. & Altimar. d. rub. 6. quæst. 13. num. 21. contra Galluppum in praxi S. C. par. 3. cap. 7. num. 13.* Sed quæ pęna nullitatum in Regijs Audientijs erit soluenda, an prima minor pæna duc. sex imposita à Rege Ferdinando, *in pragm. 32. de offic. S. R. Conf.* vel secunda duc. duodecim ad instar decretorū M. C. V. seruata forma *pragm. 1. §. 1. de procurat.* Dico quod nō poterit talis pęna nullitatū Regiarū Audientiarū regulari ad formā præfixam in nullitatibus M. C. Vicarię, quia prędictæ Regię Audientię sunt Tribunalia subiecta nostræ M. C. & sicut pœnæ nullitatum decretorum M. C. Vicarię nō mensurantur ad instar nullitatum decretorum nostri Supremi Senatus, ita Regiarum Audientiarum, nec debent regulari ad formam decretorum M. C. Vicarię, & cū hoc in nostris statutis non sit definitum, dicerem, quod debeat fieri depositum pro pęnis prędictis decretorum Regiarum Audientiarum, secundum illam minorem pænam descriptam in nostris pragmaticis, quę est illa duc. sex imposita à Rege Ferdinando Primo, contenta in *pragm. 32. de offic. S. R. C.* ob illam communem regulam, quod in pęnalibus non debeat fieri extensio, cum disponēs generaliter loquutus fuerit, & in speciali materia statutorum, vt debeat fieri relatio ad statutum imponens minorem pænam, punctualiter dixit *Tusch. practic. concl. in verb. statutū concl. 615. num. 6. tom. 7.*

Amplia 3. vt eadem pæna nullitatis erit soluenda, quando sententia non contineret summā
9 pecuniariam in absoluendo, aut condemnando, sed tantum declararet aliquod ius dignitatis, vel honoris, quod solet extimari vltra summam duc. mille, adhuc debet fieri depositum pro pæna nullitatum, pro illa quantitate, ac si sententia excederet summā duc. mille, prout in causa præcedentię, quæ nō habet certam extimationem, debet fieri depositum, quod solet fieri quando quantitas excedit summam duc. mille, *Rouit. in pragm. 5. in fin. de offic. S. R. C.* Sic etiam in causa Nobilitatis, vt sunt causę reintegrationis ad nostra sedilia, dixerunt *Reg. Rouitus in d. pragm. 5. num. 34. Gallupp. in praxi Sacr. Consil. par. 3. cap. 6. Dom. Altimar. de nullit. rub. 6. qu. 13. n. 7. & in rub. 1. quæst. 4. nu. 44. Thor. in compen. dec. tom 1. in verb. pęna pag. 395.* quia Nobilitas est honor maximæ extimationis, pro qua obtinenda videmus, quod homines expendūt excessiuas quantitates pecuniarum, prout preteritis annis aspeximus in Republica Veneta, quę cōcessit honores suę Nobilitatis quibusdā Familijs Medianis, pro pretio duc. centū mille, imo pro hoc pretio nec etiā concessisset, nisi tenuisset bellum cū Tiranno Ottomano, & apud nos Neapolitanos extimatur Nobilitas nostrorū sedilium pro duc. quadraginta millibus, circa summam soluendam, pro dericto sententiæ reintegrationis ad sedilia, Secretario S. Consilij, & ita continua praxis obseruat. Si vero ius definitum per sententiam, quę per nul-

Ccc 2

nullitates oppugnatur, non extimaretur vltra summã duc. mille, soluitur illa quantitas proqua extimatur, pro vt in causa libertatis alicuius Mancipij valoris duc. triginta, fuit decisum in nostro S.C. in anno 1642., vt fieret depositũ duarum vnciarum, refert idem *Altomar. loc. cit.* licet aliter videatur sentire *Ronit. in d. prag. 5. in fin. de offic. S.R.C.* adducens rationẽ, quia causa libertatis in infinitũ extẽditur per *l. procurator. § fin. ff. rem ratam haber.* sed dicas *Ronit.* loqutum fuisse de libertate partus, an sit liber, vel seruus, non vero de libertate Mancipiorum, quorum pretium nõ excedit duc. centum pro quolibet ipsorum.

Amplia 4., vt tale depositum debeat fieri, tam ab actore quam à Reo, quia actor, & Reus non
10 debent ad imparia iudicari *l. fin. C. de fructib. & lit. expens.* Sed debent à pari iudicari *cap. 2. de mutuis petitionibus,* & dicuntur correlatiui *Barbos. in cap. non licet actori de regul. iur. in 6. Gonzalez ad regul. 8. Cancellar. glos. 50. num. 2.* iden nõ licet actori, quod Reo non permittitur *d. cap. non licet de reg. iur. in 6.* & ita concludit *Reg. Capic. latr. dec. 91. num. 16. tom. 1.* & sequitur *Cons. Altomar. loc. cit. rub. 1 quæst. 4. n. 47.* nec obstat decisio allegata per *Thor. in comp. decis. tom. 2. in verb. nullitas fol. 386.* cui videtur inclinare idem *Altomar.* parum constans circa ea, quę dixit in eodem *tract. rub. 6. qu. 16. num. 20.* ob illam rationẽ, quia cessat ratio dilationis causæ in actore, quæ consideratur in Reo, vt scilicet Reorum sit fugere, nam respõdet *Capic. latr. loc. cit.* quod decisio allata per *Thor.* lata fuit, quia sententia iam fuerat exequta, & dum non impediebatur executio sententię per propositionem nullitatum, fuit decisum non debere fieri depositum, & ego addo, quud si cesset in actore ratio differendi litem, tamen non cessat ratio irreuerentiæ supremi Senatus, atque temeritas arguendi eum de inscitia, dũ facit sententias contra iura, quę ratio dum includit tam actorem, quam Reum, par causa erit in ambobus dicenda.

Limita 1., vt talem pęnam nullitatum non debeat soluere Fiscus, quando de sententia lata
11 conqueritur, & vellet illam impugnare, nã licet Fiscus omnibus temporalibus exceptionibus, aut remedijs debeat eodem modo vti, ac quilibet priuatus, & in hoc non sit priuilegiatus, vt latè fundat *Cons. Altimar. in obseru. ad cons. 10. Reg. Ronit. lib. 1.* attamen quia principalis ratio pænæ impositæ alleganti nullitates est contẽptus Supremi Senatus, & ne partes in longos dies eorum executionem protrahant, ista ratio cessat in Fisco, vt non præsumatur summum Senatum deturpare, aut lites calumniare, ideo cessat ratio in Fisco, quę in priuato concurrere poterit, & non tenetur facere depositum pro pęna nullitatum, quod etiam approbauit *D. Altimar. in eod. tract. rub. 6. quæst. 13. num. 19.*

Limita 2. quod non debet fieri depositum, quando sententia est exequta, nam hoc casu reci-
12 piuntur nullitates absq; deposito, quia cesset ratio dilationis, ob executionẽ iã factã, ita vno ore fatentur nostri Regnicolæ; *Reg. Sanfelic. dec. 96. nu. 2. Reg. Capic. latr. dec. 91. num. 16. & consult. 6. Thor. in compend. decis. tom. 2. in verb. depositum fol. 138. & 139* qui ita decisũ refert ad relationem Regij Consiliarij Golini, & in *supplem. decis. in verb nullitates Consil. Petra in rit. M.C. 6 num. 9. & in ritu 252. num. 27. Cæsar. quæst. 33. num. 37.* aliam decisionem nostri S.C. refert *Laganar. in comment. sup. pragm. 5. de Offic. S.R.C.* in causa Diomedis Carrafæ cum Fabio Carrafa Principe Colubrariæ, sed hũc articulum hodierna praxis aboleuit, quia post executionem sententiæ factam, nullitates quando proponuntur, principaliter, & non per modum exceptionis intentari debent cum tela iudiciaria, scilic. termino, pro inde sine deposito, vt aduertũt *Ronit. & Laganar. loc. cit.*

Limita 3. vt non debeat fieri depositum pro pęna nullitatum, quando nostri Consiliarij iudi-
13 cant, non vti Consiliarij, sed vti Consultores, prout esset casus, quando proponuntur nullitates aduersus decretum latum per Tribunal Reuerendę Fabricę, vbi residet vnus ex nostris Consiliarijs pro administranda iustitia, vti Cõsultor d. Tribunalis, nam si occurreret presentari nullitates aduersus sententiam latam per d. Tribunal, cum voto eius Consiliarij Consultoris, non debet solui pæna statuta per nostras municipales sanctiones, & ratio est, quia cum pragmatica loquatur de Curijs Regijs, & Tribunal Reuerendæ Fabricæ sit Tribunal principaliter Ecclesiasticum, non comprehẽditur sub dispositione d. pragmaticę, & ita per prædictas, & alias rationes concludunt *Gizzarell. in dec. 66. vbi addentes,* ita decisum referũt *Reg. Sanfelic. dec. 287. num. 2. Thor. in voto dec. 71. per tot. & in num. 35.* ita decisum refert in causa hęredum Pirri Frãcisci Rauascherij, ob illam rationem, quia d. Cõsiliarij iudicant in d. Tribunali vti Cõsultores, non vti Consiliarij *Nouar. quæst. for. lib. 1. quæst. 160.* & tandẽ *Consil. Altimar. de nullit. rub. 6. quæst. 13. n. 31.* prout ob eandẽ rationem non fit depositum, quando proponuntur nullitates aduersus decretũ Consiliarij procedentis vti Consultoris Cappellani Maioris nostri Regni, *Reg. Ronit. in pragm. 5. num. 3. de suspic. offic. Gizzarell. decis. 66. Consil. Petra in ritu 265. num. 33. & 34.* vel cõtra sententiã latam per Arbitros, vt notauit *Altimar. in d. rub. 6. quæst. 13. nu. 47. & 51.* reprobata opinione *Gizzij ad Reg. Capic. latr. dec. 122. n. 20. & seq.* qui refert decisionẽ S.C. ordinãtis debere fieri depositum, sed illũ benè impugnat *Altimar. loc. cit. num. 51.*

PRÆSTANTIAM aliã notabilẽ considerare iuuat, circa modũ proponendi nullitates aduer-
14 sus sententias Sacri Consilij Neapolitani, nã

per

per *pragm.* 4. §. 24. & per *pragm.* 5. *de dilat.* est sancitum, deberi illas firmari, seu subscribi per Aduocatum Ordinarium Causæ, & licet per *prag* 4. §. 24. concederetur potestas illas præsentari, & subscribi etiam per procuratorem Causæ, tamē per *seq. prag* 5. *de dilatio.* fuit correcta quoad caput procuratoris, *Altimar. d. rub.* 6. *quæst.* 13. *num.* 35. rationem assignat eadem *pragm.* 5. *de dilatio.* ob reuerentiam nostri Supremi Senatus, vt non audeant eius sententias vti nullas impugnare nisi Aduocati Doctores, & experti de meritis causæ, qui motiua rationum bene ponderarunt, ex qua ratione posita in *d. pragm.* colligunt nostri Regnicolę, quod si procurator sit Doctor, possit proponere, & subscribere nullitates, tanquā cessante ratione legis, quod argumentum validum esse in iure dixit *Euerard. in topic. legal. loco* 75. *Menoch. consil.* 89. *num* 54. & ita ob d. rationem concludunt *Mutill. in praxi* S. C. *fol.* 121. *num.* 16. quem sequitur *Altimar. in d. rub.* 6. *quæst.* 13. *num.* 40. & licet in *num.* 42. referat contrarias decisiones S. C. ac authoritatem *Thor. in supplem. compend. in verb. Doctor qui officium Dom. Preta in ritu* 100. *num.* 24. & *Consil. Staibau. resol.* 113. *num.* 16. attamen idē *Altom.* in contraria suprapositа opinione persistit, quam veram, etiam ego existimo.

Statuunt etiam prædictę *pragm.* 4. *num.* 24. & *pragm.* 5. *de dilatio.* vt non possit ipsemet li-
15 tigans nullitates præsentaré, sed quod debeāt subscribi ab Aduocato causæ, & ita fuit decisū per nostrum S. C. in causa propria, quam vti hæres quond. Dom. Iulij Capone mei Auunculi Comitis Palatini defendebam, contra Io: Iacobum Longobardum, super relaxatione cuiusdam partis gryptis, ad quam per sententiam S.C. vti hæres d. quon. Iulij fui condemnatus, & cum ego met proposuerim aliquas nullitates aduersus d. sententiam, Sacrum Consilium decreuit, referēte Consiliario Scipione de Martino, Nullitates non propositas seruata forma Regiæ *prag.* esse reiciendas, ob prædictam rationem, quia ego pars litigans illas præsentaui, illasque subscripsi, de qua decisione meminit idem Dom. *Altimar. in d. rub.* 6. *quæst.* 13. *num* 42. sed factum aliter expressit dicens, quod hoc euenit quia fuerunt d. meæ nullitates presentatæ à procuratore Doctore, sed pareat mihi quia hoc fuit ordinatū ob solam prædictam rationem, quia ego litigans illas subscripsi, non quia eram procurator causæ, cum nunquā officium procuratoris exercuierim, aderat procurator in causa Doct. Nicolaus Cammardella, proinde non benè allegant decisiones, nisi illi, qui in causis interfuerunt, vel qui demeritis illarum sunt benè instructi. Benè verum est, quod prędicta decisio, ad exemplum non potest allegari, nam nō fuit disputatus articulus, si pars litigans sit *Doctor*, (vti eram egomet meam causam defendendo,) possit nullitates præsētare, & ratio dubitandi colligitur ex ratione expressa in *d. pragm.* 5. ne sc. qui nō est Doctor, audeat impugnare sententias Supremi Senatus, igitur è contrario sensu, cessante ratione poterit Doctor litigans nullitates præsentare, prout dixi de procuratore sup. *n.* 14. quādo enim denuo casus occurrerit melior erit facienda indagatio, dū S.C. reiecit meas nullitates me inaudito, nec voluit articulum disputare, sed ego illas subscribi curaui ab Aduocato Causæ, qui erat Dom. Vincentius Raitanus, postea Dignissimus Consiliarius, & Regens Supremi Consilij Italiæ electus.

Talem autem subscriptionem non esse necessa-
16 riam dicas, quando nullitates proponuntur contra lauda emanata per Arbitros, licet Arbitri fuerint ipsimet Consiliarij, procedentes non vti Consiliarij, sed vti particulares Iudices, in quos forsan fuerit cōpromissum, nam cum *pragm.* loquatur de nullitatibus propositis aduersus Tribunalia S. Consilij, & aliorū Tribunalium Collegiatorum, in hac Ciuitate residentium, & non loquitur de istis particularibus Iudicibus, non debet ad hoc extendi, vt benè considerat idem *Altimar. d. rub.* 6. *quæst.* 13. *num.* 52.

§. VNICVS.

Consiliarij an, & quando possunt decreta interlocutoria reuocare, vel habentia vim definitiui.

SVMMMARIVM

1 *Iustitia vt dispensetur, modus, tempus, & rerum conditio attendenda sunt.*

Variatio voluntatis detrahit extimationem.

Sententiam erroneam reuocare noluit Philippus Macedo, sed damnum de propria substantia refecit.

2 *Magistratus debent suum errorem corrigere.*

Sapientia magna laus est, suum errorem reuocare.

3 *Decretum differt à sententia, & quomodo.*

Decretum interlocutorium appellatur omnis vox Iudicis faciens ad causam, ante sententiā finalem.

Decretum interlocutorium aliquando habet vim definitiui.

4 *Decreta interlocutoria debent à Iudicibus signari.*

Subscribens scripturam censetur illam approbare, & sibi praeiudicat ob subscriptionem.

5 *Index potest sua decreta interlocutoria reuocare*

care contrario imperio, sed intra quod tempus, & quomodo.
Appellari an possit ab interlocutoria.
6 *Decretum interlocutorium post quam fuit latum, non potest iustificari ex nouis actis, aut scripturis.*
7 *Consiliarius quilibet nostri Senatus solus super incidentibus providere potest, nisi iusta causa urgeat ad referendum in Aula.*
Decreta interlocutoria successor ad officium tenetur adimplere.
8 *Decretum interlocutorium quando fuit executioni datũ, sine consensu partium reuocari nequit.*
9 *Decretum interlocutorium, quo Iudex se pronunciauit incompetentem reuocari nõ potest.*
10 *Sententiam definitiuam Iudex non potest reuocare ex interuallo, secus eodem die.*
11 *Sententiæ definitiuæ Iudex non potest quidquam addere.*
12 *Sententiam definitiuam non potest Iudex ex errore cognito reuocare.*
13 *Sententiã, quæ transiuit in rem iudicatam, nõ potest Iudex reuocare.*
Exceptio rei iudicatæ, quæ obstabat defuncto, obstat etiam eius hæredi, vel singulari successori; Vel vocatis ad fideicommissum.
Exceptionem rei iudicatæ non potest Iudex ex officio supplere, si non fuerit opposita.
14 *Exceptio rei iudicatæ habet locum, licet identitas personarum non sit vera, sed interpretatiua, & quomodo.*
15 *Iudex qui sententiam pronunciauit, non potest illam uti pars impugnare.*
16 *Sententiam definitiuam potest Iudex declarare.*
17 *Sententiam definitiuam potest Iudex reuocare, etiam re non integra, quando per rescriptum Principis fuit habilitatus ad cognoscendum de iuribus ipsius.*
18 *Sententia definitiua si est nulla ipso iure, potest Iudex Ordinarius iterum iudicare.*
19 *Sententia nulla non potest reuocari, quando sunt elapsi anni septuaginta.*
20 *Sententiam latam ex falsa causa potest Iudex reuocare.*
Causa expressa in sententia, si est falsa, vitiat sententiam.
21 *Sententia lata pro maiori quantitate, quæ verè debetur, an valeat pro quantitate verè debita.*
Sententia assistentiæ lata pro maiori quantitate debita, sustinetur pro quantitate verè debita.
22 *Sententia lata de consensu partium potest reuocari, quia non inducit exceptionem rei iudicatæ.*

LAtè dixi in antecedentibus rubricis de remedijs Reclamationis, Restitutionis in integrum, & Nullitatum, valentibus reuocare, vel moderare sententias, remanet inuestigare, an, & quando Iudices possint reuocare decreta interlocutoria, vel habentia vim definitiui, quod quia multum ad praxim confert, ideo placuit hoc breuiter adnotare. Pro quorũ explicatione premitto, quod in iustitia dispensanda modus, tempus, & rerum conditio
1 non exiguã sibi vendicant partẽ, dixit Alphõs. Primus in *constit.* illa dicta *Edicta Pentine* edita in anno 1444. ideo cauti sint Iudicantes in proferenda sententia, vt omnia benè considerent, atque perpendant, nam licet sapientis sit mutare consilium, vt dicit *tex. in l. non vnquam 8 ff. de collat. bonor.* vbi etiam *Glosa*, tamen non poterit negari, quod aliquid non detrahat estimationi variatio voluntatis, vt colligitur ex *tex. in l. fin. C. de modo mulctar.* ibi: *aut erubescenda varietate*, benè igitur Tullius ille, Romanæ eloquẽtiæ Author scripsit, *se vnquam verbum emisse, quod reuocatione dignum existimasset*, & obseruauit Philippus Macedo, qui cum dormitabundus iniustè quemdam Machetem condemnasset, ille iterum ad ipsum recursum habuit, Philippus errore cognito, sententiam non reuocauit, sed pecuniam, ad quam illum condemnauit, de propria substantia persoluit, ne errorem suum confitendo, eius authoritas vilesceret, *Scaccia de sent. & reiudic. gloss. 7. quæst. 3. num. 118.* pręstat siquidem de rebus sæpius accuratè deliberare, quam temerè quicquã semel statuere. Attamen facundũ leges naturales, & diuinas,
2 quibus õnes etiã Supremi Principes subiciũtur, quilibet debet suũ errorẽ corrigere, imo hoc magnę sapientiæ esse, dicitur *in c. magnæ, & cap. nostri 22. quæst. 4.* & facit *tex. in cap. ad Apostolicæ de re iudic. in 6.* vbi S. Pontifex dicit se paratũ reuocare gesta, si in aliquo errauit, vel melius informatus viderit sẽtẽtiã perperã latam, concordant *tex. in cap. veniant, & cap. sententiam 35. quæst. 9. cap. cum ex literis de in integrum restit. cap. cum olim de re iud.* vbi *DD.* & *in cap. cum olim de dolo*, & Idem Imperator *in auth. de Nuptijs in princ.* dixit: *Non erubescimus, si quid melius etiam horum, quæ ipsi prius diximus, inueniamus hoc sancire, & competentẽ prioribus imponere correctionem.* Et in specie de Supremis Prætorijs, vt nil magis propriũ sit, quam suas sententias corrigere, si viderint aliquid minus rectè decisum *Mastrill. de Magistrat. tom. 1. c. 4 n. 454. Amend. respons. 2 qu. 1 Parlador. rer. quotid. lib. 2. cap. fin. 1. par. §. 1. n. 10. Ludouis. dec. 208. n. 5. & dec. 317. Crespi de Valdaura obseru. 22. nu. 224.* Nec blanditur mihi allata Tullij sententia, quia illam reprehaudit *D. Augustinus in epistol. ad Marcellam*, vbi asserit, quod prædicta laus quamuis præclarissima videatur, attamen existimat potius illam in animo fatuo, quã in perfecto Sapiente verificari posse, sed in bonam partẽ Tullij sententiam accipiendo, dixit, vt intel-
ligi-

ligi poſſit de hominibus Cœleſti numine in-
fuſis, quia SpiritusSancto laudati ſunt, hi enim
cum ſapientes omnia loquantur, vllum un-
quam verbum, quod reuocari poſſit emittũt,
hoc enim voluit demõſtrare Salamon, qui li-
cet ſapientiſſimus fuerit, & cęleſti lumine ra-
diatus, attamen dixit *in lib. ſap. cap. 7. n. 1. Sum
quidem Mortalis homo ſimilis omnibus*, per quę
verba voluit nobis denotare, potuiſſe errare;
concludant igitur iudicantes cum *Diuo Augu-
ſtin. in d. epiſtol. ad Marcellam* aſſerente, *vos qui
me multum diligitis, ſi talem me aſſeritis, ut nu-
quam in ſcriptis meis erraſſe dicatis, fuſtra la-
boratis, non bonam cauſam ſuſcepiſtis, facile
in ea me ipſo Iudice ſuperamini.*

Antequam ad concluſionem deueniam, neceſſe
3 eſt notare differentiam inter Decretum, &
ſententiã, Nam ſententia dicitur, Iudicis deli-
berata prouiſio condemnationem, vel abſo-
lutionem continens, iuxta *tex. in l. 1. ff. de re
iudic.* Decretum vero eſt deliberata Iudicis
prouiſio, citra tamen condemnationem, vel
abſolutionem, puta interpretando primum,
vel ſecundum decretum, aut decernendo quẽ
eſſe tuturum, per capitula noſtri Regni, & ſi-
milia, ita *Bartol. poſt Gulielm. in l. nec quidqua
§. vbi decretum col. pen.* ibi: *nam differentia ff.
de offic. Proconſul.* quem ſequitur *Iaſon in 1. col.
Alex. in l. iuſte poſſidet 3. col. ibi: antequam, vbi
allegat Cyn. in l. placet 1. col. C. de Pedan. Iudic,*
& appellatur decretum interlocutorium om-
nis vox Iudicis faciens ad cauſam ante ſen-
tentiam finalem *Auiles in cap. 6. pretor. in verb.
ſententias num. 10. Surd. conſil. 167. tom. 2. &
dixit Gloſ. in l. cum clericis 14. verb ſententiarũ
C. de Epiſcop. & Cleric.* explicat *Ribeir. relat. 3.
num. 120. late Ioſeph Sesè in tract. de inhibit.
cap. 2. §. 3. à num. 51.* Aliquando erit ſententia
interlocutoria, ſed habet vim definitiuę, &
erit, quando profertur, vt interlocutoria, ſed
quo ad effectum eſt definitiua, cum eundem
pariat effectum, & fertur ante tempus defini-
tiuè, *Rebuffus in l. quod iuſſit ff. de re iudic. Reg.
Rouit. in pragm. 25. num. 3. de offic.* S.R.C. prout
apud nos eſt illud decretum, quod ſolet pro-
ferri ante reſciſſionem contractus, ordinando
debitori, quod ſoluat tertias alias prouidebi-
tur ſuper reſciſſione contractus, *Altomar. de
nullit. sub. 8. quaſt. 4. num. 4. Cancer. var. reſol.
cap. 17. n. 138. par. 3.*

Vt autem decreta interlocutoria à partibus ob-
ſeruentur debent à Scribis, ſeu Actuarijs in-
ſcriptis reduci, & à Iudicibus ſignari, ſeu ſub-
4 ſcribi, vt de eorum iuſſu conſtet, quia ſignum
oſtendit ſignatum, ſicut ſtigmata milites de-
moſtrant. *l. ſtigmata C. de fabricenſib. Maſcard.
concl. 263. num. 6*; nam aliter non cenſeren-
tur illorum ordine facta fuiſſe. *Marauta de
ordin. iudic. par. 6. cap. de citatione memb: 1. nu.
45. Azeued. ad. l. 1. num. 10. tit. 3. lib. 4. recompil.*
ſubſcribens enim aliquam ſcripturam, cen-
ſetur illã approbare *cap. ſi quis presbyterorum
vbi Gloſ. in verb. ſubſcripſeris de reb. eccleſ. non
alien. l. ſi ego §. dotis ff. de iure dot. l. 1. §. 1. ff. de
conſtit. pecun. l. ſi ita ſtipulatus §. griſogonus, vbi
Imol. Paul. de Caſtro Angel. num. 3. & alii ff. de
verb. oblig. auth. ſi modo C. de ſacroſ. Eccleſ. Me-
noch. de præſump. lib. 3. præſ.* 66. Nam ſubſcri-
ptio ſcripturæ virtualiter continet quid-
qoid in ſcriptura habetur *l. ſi quis ex argenta-
rijs §. cogetur, ibi: aut vnius editionis ſubſcribe-
re ff. de edendo Alexand. conſil. 147. num.* 8. *&
10. lib. 2. Ruin. conſil. 143. vol. 2.* Et eſt talis effi-
caciæ talis ſubſcriptio, vt non ſolum conten-
ta in actu, vel ſcriptura approbentur, ſed eriã
ſubſcribens ſibi præiudicat *l. ſic § non videtur
ff. quib. mod. pign. vel hypotec. ſolu. l. Lucius l.
Paulus ff. eod. tit. l. fideiuſſor, §. Pater Sei, vbi Gloſ.
in verb. manifeſtum eſt ff. de pignor. cũ concord.*
Si verò ſententia interlocutoria contineret
minimam ſummam, poteſt proferri ſine ſcri-
ptura *per l. 2. C. de ſentent. ex breui loq. recit. vbi
Bartol. & notat Gloſ. in l. 2. in fin. ff. appellat. &
relat.*

His poſitis Concluſio ſit, quod Iudex poſſit ſua
5 decreta interlocutoria reuocare, ſunt *tex. in
cap. 1. de ordin. cognit. cap. cum ceſſante de appel-
lat. cap. qualiter de accuſat. o. cap. ad apoſtolicæ
de re iudic. in 6. l. quod iuſſit ff. de re iudic.* vbi
dicitur, *quod iuſſit vetuitue Prætor, contrario
imperio tollere, vel remittere poteſt*, qui tex. de
ſententia interlocutoria communiter intel-
ligitur à Doctoribus, ſcilicet *Damhouder. in
praxi ciuil. cap. 146. Rulan do de Commiſſ. p. 3.
lib. 9. c. 14.* alijſq; adductis à *Brunneman. in d. l.
quod iuſſit n. 1.* bonus *tex. in l. non vnquam 8 ff.
de collat. bonor.* vbi Papinian. ſcribit: *Non un-
quam Prætor variare non repellit, & Conſilium
mutantis non aſpernatur*, & deducitur ex *tex.
in auth: Vt fratrum filij in princ.* Ideo poterit,
Iudex decretum interlocutorium, per reme-
dium contrarij Imperij reuocare, *d. cap. qua-
liter, & quandò de accuſat. cap. ſi à Iudice de
appell. in 6. DD. in d. l. quod iuſſit vbi Gloſ.* dixit
infra quatuor menſes, ſed relinquit cogitandũ
*Peruſin. in cap. ſi à Iudice num. 8. col. fin. de ap-
pellat. in 6*; vel dicas infra decem dies tantũ,
& ita debet intelligi *dict. cap. ſi à Iudice, vbi
DD.* & etiam *cap. cum teneamur de appellat.
Cabed. dec. Luſitan. 59. num. 3*; ſed melius *Gra-
tian. diſcept. for. cap. 155.* voluit, vt poſſit reuo-
cari ſententia interlocutoria, licet fuerint
tranſacti decem dies, qoia quamuis interlo-
cutoria habeat tempus deſertionis, ſicut defi-
nitiua, & faciat tranſitum in rem iudicatam
poſt decem dies, hoc tamen procedit quo ad
partes, ſecus reſpectu Iudicis, vt notatur *in
cap. tum dilecti de electio. & in cap. cum ceſſante
de appellat. in 6. Bartol. in d. l. quod iuſſit, Barboſ.
in tertia par. rubric. nu. 59. ff. ſol matrim. The-
mud. dec. 171. num. 1, Ciriac. contro. for. 116. n.*

27.

27. Pegas ad ordin. Portugal. lib. 1. tit. 5. glos. 13. nu. 9. tom. 2. fol. 391. Corneus cons. 62. n. 2. vers. & illa pronuntia, & in cons. 274 nu. 2. vol. 3. Roman. cons. 501. in princ. Vrsill. ad Afflict. dec. 42. num. 2. & 79. num. 5.

Et ratio est, quia Iudex pronunciãdo decretũ interlocutorium, etiam remanet Iudex, non sic in sententia definitiua, quam pronunciando officium suum expleuit, ideo nil amplius agere debet, concludo igitur, quod Iudex non solum poterit illam interlocutoriam declarare, sed reuocare, non semel, sed bis tantum, vt voluerunt *Afredus dec. 194. Canonista post Dinum, & Barl. in cap. cum cessante de accusat. Anton. de Butreo in cap. fraternitatis de frigid. & malefic, Muta in consuetud. Panorm. cap. 68. n. 31; Ficcbard. tom. 2. com. opin. lib. 7. tit. 8. nu. 26. pag. 244.* idem obseruamus in nostro Supremo Senatu, & Mag. Curia Vic. ac in alijs Curijs inferioribus nostri Regni, vt semel tãtum de interlocutoria cognosci possit, postquam prima vice in iudicio fuit iudicata, & ita continua praxis obseruat, ne lites in infinitum decurrant, ob vulgatã regulã, quod nõ licet tertio prouocare, puntualiter *Maranta in praxi par. 6. glos. & demum fertur sententia actu. 1. num. 9.* prout etiam in Regno Lusitaniæ semel tantum interlocutoria reuocari potest, vt in *Ordin. illius Reg. lib. 3. tit. 65. s. vlt. vbi Barbos. in comment. ad eundem tit. 65. in princ. num. 4.* Caueas autẽ à *Steph. Gratian. discept. for. cap. 147. nu. 11. & cap. 155. nu. 16. cum seq;* vbi cum alijs ab eo allegatis dixit decretum interlocutorium millies reuocari posse, nã si hoc admitteremus in foris, lites essent immortales, & iustitia in ludibrium cõuerteretur, nam crebra mutatio, & reuocatio non est laudabilis, *Clem. cũ illusio de renuncia.* maximè in personis grauibus, sicut sunt Iudices, *Ripa in l. quod iussit ff. de re iudic;* meritò *d. Gratian.* communiter reprobatur, scilicet à *Scaccia de appellat. quæst. 19. remed. 1. concl. 6. num. 63. vers. infero, Salgad. de reg. protect. tom. 1. par. 1. cap. 5. à num. 13.* & licet prædictum *Gratian.* relatiuè citauit *d. Barbos. in clemen. cum à repulsione 7. de appellat. nu. 4.* non tamen eius conclusionem approbauit, imo confutauit *in cap. cum cessante de appellat. nu. 23.* vbi dixit verius esse Iudicem semel, & iterum dumtaxat posse interlocutoriam reuocare; Et est ita verum, quod de interlocutoria bis tantum cognosci possit, vt si fuerit geminata reuocari amplius non possit, ita *ex Glos. in d. Clemen. cum à repulsione,* notant *Caldas Pereyra de potest. eligen. seu nomin cap. 2. nu. 38 & Barbos. in ead. Clemen. nu. 4.* vbi alios allegat, nam, quando bis fuit confirmata transit in rem iudicatam, tam quo ad partes, quam quoad Iudicem. *Dom. Consil. Altimar. de nullit. rub. 3. q. 1. num. 66.* Sed in hac reuocatione facienda debet pars citari *d. cap. si à Iudice*, sed si interlocutoria notoriè iniusta lata fuerit, potest reuocari sine citatione. *Corset. singul. 95. Brunnem. in d. l. quod iussit n. 4. in fin.* & non potest reuocari nisi causæ afferantur æquæ, & probabiles *Brunneman. vbi supra num. 2. Menius decis. 374. num. 3. par. 2.*

An autem ab interlocutoria possit appellari, dicunt DD. negatiue, allegant *tex. in l. ante sententiã 7. vbi Glos. in verb. discussore, & ibi DD. C. quorum appell. non recip. l. 2. C. de Episcopal. audien.* ibi: *ante definitiuam sententiam*, vbi *Glos. refert* iura concordantia, *Barbos. in d. l. 2.* vbi subdit, quod si appellatio fuerit obtenta, antequam fuerit grauamen definitiuè illatũ, erit nulla, neque eius inhibitio causet attentata, cum *Lancellotto de attentatis par. 2. c. 20. limit. 12. nu. 1.* hanc eandem conclusionẽ videtur confirmasse *Concilium Tridentinum sessio. 24. de reformat. cap. 20;* ibi. *nec appellationes ab eisdem interpositæ per superiores quoscumque recipiantur, nisi à definitiua*, per quæ iura ita concludunt *Petrus Gregor. Tholosan. de appellat. lib. 2. c. 3. n. 7. Riccius in dec. Cur. Archiepiscop. par. 4. dec. 16. Scaccia de appellat. qu. 17. limit. 46. n. 1.* alijque citati à *d. Scaccia, & à Barbos. in collect. ad cap. cum cessante de appellat. nu. 4. Salgad. de reg. protect. p. 2. cap. 1. nu. 4.* Alij vero fatentur ab omni grauamine dari appellationem *Cancer. var. resol. cap. 17. nu. 169. par. 3.* alijque adducti à *d. Scaccia loc. cit;* qui non allegant iura, sed allegare possũt *tex. in l. preuaricationis ff. de preuaric.* vbi dicit super incidenti sententiandum, & per consequẽs appellandũ, & pro hac cõclusione d. textũ allegat *Glos. in d. l. ante sententiã in fine;* Tu autem pro resolutione talis quæsiti, dicas cũ distintione inter ius canonicum, & ciuile, vt distinguit *Glos. in d. l. ante sententiã in addit.* quod scilic. de iure ciuili procedãt supra allegata, vt non detur appellatio, nisi interlocutoria haberet vim definitiuę, à qua licet appellare, *Frãc. Marc. dec. Delphin. 314. n. 1. vol. 2. Bernard. Greue lib. 1 concl. 130. à n. 1. Barb. in d. cap. cum cessante n. 5.* secus si non haberet vim definitiuę. & in hoc vltimo casu debet intelligi *Concil. Trident. d. cap. 20.* At vero de iure canonico de omni grauamine licet appellare quãdocũq; *cap. sup. eodē, & c. cũ sit Romana 2. de appell.* & ego addo *cap. quicũq; 11. qu. 1. & c. cũ cessante de appellat.* vbi S. Põtifex statuit, quod si Iudex interlocutoriam reuocauerit, liberè possit in causa procedere, non obstante appellatione, igitur à cõtrario sensu, si non reuocauerit, competit appellatio, *glos. in d. l. a. in verb. causa C. de Episc. audient.* Imo in multis casibus de iure ciuili admittitur appellatio, ante prolationem sententiæ definitiuæ, quos refert *glos. in d. l. ante sententiã*, alios casus refert *Barb. in d. c. cũ cessante n. 5.* & idẽ repetit *in collect. ad*

Cen-

Concil. Trident. d. sessio. 24. cap. 20. nu. 19. & seq vbi tot limitationes adducit ad d. regulã, vt non liceat appellari ab interlocutoria, vt quasi prædictam regulã destruere videatur.

Sit nota, quod sententia interlocutoria post-
6 quam fuit lata, non potest iustificari, vel impugnari ex nouis actis, & scripturis, *clem. si appellãti de appellat*; & sic regula *tex. in l. per hãc C de tempor. & repar. appellat.* quę dicit, nõ deducta deducã, nõ probata probabo, nõ procedit in appellatione ab interlocutoria, *Vinius dec. 332. Maran. in praxi p. 6. in glos. & demũ fertur sententia actu 1. nu. 10. Cornazar. dec. 80. num. 7. Cancer. var. resol. p. 3. cap. 17. n. 107.* Sed talem conclusionem intelligunt DD. quando ageretur de reuocanda interlocutoria coram Iudice appellationis, quia tunc nõ poterit ex nouis actis iustificari (exceptis aliquibus casibus relatis à *Cancer. dic. cap. 17. a nu. 107. vsq; ad nu. 131. par. 3.*) secus si ageretur coram Iudice à quo, qui interlocutoriam pronunciauit, nam hoc casu concedunt nouas probationes produci, vel scripturas pro illa infirmanda, vel cõfirmanda, *Vinius decis. 332. nu. 4.* notabiliter *Cancer. d. cap 17. num. 107 & seq.* alijq; à prædictis citati Sed talis diuersitas mihi non placet, nam nõ video rationem differentiæ inter vnum, & alium casum, & sicut coram Iudice à quo permittitur partibus noua acta, & scripturas producere, quando de causa cognoscit, eodem modo permitti debet Iudici appellationis, in cuius locum successit, vt partes eorum incumbentiam producere valeant.

De iure vero nostri Regni Vnusquisque Con-
7 siliarius, solus super incidentibus prouidere potest, nisi aliqua iusta causa eum vrgeat, ad referenda in Aula Sacri Consilij, statuit *pragm. 16. De Offic. S. R. C.* postquam vero fuerint incidentia in Sacro Consilio relata, statim votanda sunt, antequam de alijs incidentibus fiat relatio, & si ex aliqua iusta causa differantur, non possunt ad aliud tempus differri, nisi ad sequentem diem, præcipit eadem *pragm. 16. §. 2.* quæ decreta tenetur successor ad officiũ adimplere, *Salgad. in Laberinth. credit par. 3. cap. 6. n. 9. & seq.* quia talis successor reputatur vna persona, *Thor. vot. 1.*

Limita nostram conclusionem quando decretũ interlocutoriũ fuit executioni datũ, nam hoc casu sine cõsensu partiũ reuocari nequit, *Brũneman. in d. l. quod iussit n. 4.* sicut nec declaratoria potest reuocari, nec quãdo decretũ vim definitiui habet. *Corset. singul. 292. & seq.* Limita etiam in illa interlocotoria, qua Iudex se pronunciauit incompetentem, quæ nec etiam mutari potest, *Corset. singul. 296. Brunneman. loc. cit. num. 4.* & ratio est, quia talis interlocutoria habet vim definitiui decreti *Valasch. consul. 47. n. 5. lib. 1. Hiron. de Laurent. dec. 40. num. 9. Thom. Docius consl 124. Cancer. dict. par. 3. cap. 17. num. 148. & seq.* igitur competit cognitio Iudici appellationis, non Iudici à quo. *Barbos. in cap. cum cessante n. 8. de appellat.* latè *Vrsell. in esam. apũ cacl. 128. n. 241. Vela dissert. iur. 41. nu. 9. tom. 1.* qui in seq. *nu. 13.* subdit, quod si Iudex appellationem neglexerit expressè, vel tacitè in procedendo, vim dicitur inserre, & ita in seq. *num. 27.* refert decisum in suo Hisphalensi Senatu.

Secunda est Conclusio, Iudex non potest reuo-
10 care sententiam definitiuam à seipso latam, quia prædicta sententia definitiuè lata non potest retractari, *l. 1. ff. de re iudic. l. 4. C. de exceptio. l. Paulus 42. ff. de re iudic. l. acta §. de amplianda ff. de re iudic.*, nam nõ decet Iudices sententiam, quam tulerunt reuocare, vt habetur *in l. fin. in fine C. de modo mulctar.* & ratio est, quia Iudex postquam sententiam pronũciauit, siue benè, siue malè functus fuit officio suo, & Iudex esse desinit, *l. Iudex posteaquam ff. de re iudic. Bald. in cap. cum cessante n. 8. de appellat. Burattus dec. 619. n. 2.* & consequenter non poterit ex interuallo suam sententiam reuocare, *Franc. dec. 398. n. 3. in fin. Staiban. resol. 176. n. 110. lib. 2.* Dixi ex interuallo, nam eadem die, qua illã protulit, poterit reuocare, nõ tamen postea *Glos. in d. l. Paulus in vers. circa condemnandum, Staiban. loc. cit. n. 110. Gratian. c. 147.* & malè dixit *Ripol. var. c. 3. n. 287.* posse Iudicẽ sentẽtiã suã corrigere, dũmodo Iudicis ad quem inhibitio non interuenerit, quia defectus venit ex impotentia, non ex inhibitione.

Amplia 1. vt nedum reuocare non possit Iudex
11 suam latam sententiam, vel mutare, verum nec etiam illi quidquam addere, latè *Alex in cons. 90 ferè omnis vis vol. 1.* quod consilium est repetitum *in 3. vol. n. 118.* vbi *in n. 12.* dicit, quod quando adiectio tendit ad correctionem, vel resolutionem sententiæ, in totũ, vel in partem, tunc etsi in incõtinenti fieret, non permittitur, vt latè *Felin. in cap. in literis de Offic Deleg et ibi Barb.*

Amplia 2. vt conclusio procedat, licet Iudex
12 pronunciauerit secundam sententiam, dicẽdo ex errore fuisse primam promulgatam, quia non potest suum errorem emendare, postquam iudicauit, tam in ciuilibus, quam in criminalibus, *Caball. dec. crim. cent. 2. casu 133. in fin. Guazzin. defens. reor. 35. cap. 12. n. 5. Franc. d. dec. 398. Staiban. resol. 280. n. 83. Cafar. quæs. peregrin. 49. n. 16.* imo si hoc ageret Iudex, nulliter procederet, promulgando decretum contra decretum, & sententiam contra sententiam, quæ sunt nulla, *l. 1. C. quando prouocar. non est necess. l. nam, & postea, §. si quis damnet, vbi Glos. &, Barl. ff. de iur. iur. cap. inter monasterium de re iudic.*

Amplia 3. vt conclusio eo fortius procedat, vt nõ pos-

poſſit Iudex ſententiam reuocare, quando
13 illa tranſiuit in rem iudicatam, quia eſt talis
efficaciæ exceptio rei iudicatæ, vt impediat
litis ingreſſum. *cap. 1. de lite conteſt. in 6. Barl.
in l. nam, & poſtea in princ. ff. de iur. iurand.*
Et iſta exceptio, quæ defuncto obſtabat, eius
hæredi quoque obſtat, *l. exceptio 28. ff. de ex-
cept. rei ind. Franc. dec. 179. n. 1. & 2.* quia hę-
res vna perſona cum defuncto cenſetur, *l. quod
ipſis 188. ff. de reg. iur. Afflict. dec. 288. n. 2.* etiã
ſi hęres ex propria perſona ageret, prout per
S.C. iudicatum fuiſſe teſtatur, *Conſ. Pratus in
addit. ad Muſcatell in prax. ciuil. par. 4. gloſ. iu-
dicata in verſic. tradit.* in cauſa Comitiſſæ Gã-
bateſiæ opponentis rei iudicatæ exceptio-
nem contra Marchionem Tuſilli, non ob-
ſtante, quod ſententia pro d. Comitiſſa lata
non fuiſſet contra Marchionem, ſed contra
illius Patrẽ, & Fratrem, cum ageretur de fi-
deicommiſſo, Imo obſtat etiam ſingulari
ſucceſſori, ſicut eius prædeceſſori obſtabat,
*Gloſ. in l. & an eadem 14. ff. de except. rei iud.
in verb. perſonarum,* prout eſſet caſus in Præ-
lato ſccedente Prælato defuncto, *Nouar.
dec. 196. nu. 8. Reg. de Ponte conſil. 8. nu. 29. vol.
2.* ſicut in materia fideicommiſſi, vel Maio-
ratus ſentẽtia lata cum poſſeſore nocet vo-
catis ad illud, etiã non auditis, latè, *Molina de
primog. lib. 4. cap. 9. n. 3, Camill. de Medic. conſ.
129. n. 20. & 21.* Sed hanc exceptionẽ rei iu-
dicatę debet pars opponere, quã ſi non op-
poſuit, non poteſt illam Iudex ex officio
ſupplere. *Maſcard. concl. 1325. num. 5. & 6.
tit. de probat. Manent. dec. 15. num. 16.* ideo ſi
pars patitur diſputari de viribus ſententiæ,
& exceptionem prædictam non opponat, ſi-
bi præiudicat, *DD. ſup. cit.*

Amplia 4; vt exceptio rei iudicatæ officiat
reuocationi, licet identitas perſonarũ non ſit
24 vera, ſed interpretatiua, cũ qua lata fuit ſẽ-
tentia, nam licet regula ſit, quod exceptio rei
iudicatę, vt poſſit militare, requirat tria illa
requiſita, ſc. interuentũ eiuſdẽ perſonæ, rei, &
eiuſdẽ modi agẽdi, *l. cũ quæritur 12. cũ duob.
ſeq. ff. de except. rei iudic. Bald. conſ. 462. vol. 3.*
tamen ſufficit, vt identitas perſonę cõcurrat,
etiam interpretatiuè, *Gloſ. ſingularis in l. &
an eadem 14. ff. eod. in verb. concurrant, Noua-
rius dec. 196. n. 6. in fin. Reg. de Ponte conſ. 153.
nu. 5. cum ſeq. vol. 2. & conſil. 187. n. 13. & 14.
eod. vol.* vbi inquit, quod ſi ſententia ſit lata
pro, & non contra agentem, etiam ſi ſit talis
cuius non intereſt, prodeſt omnibus quorum
intereſt, quamuis in iudicio non fuerint, nã
ſemper, quod adeſt intereſſe, non ſunt perſo-
nę alienę, & *Gloſ. in d. l. & an eadem in d. verb.
perſonarũ verſ. item quod plus eſt,* ait, aliquan-
tò etiam extraneos interpretrari, eſſe eaſdẽ
perſonas, & *Gloſ. in d. l. Iulianus 3. ff. eod. verſ.
ſecundo d. cit,* quod exceptio rei iudicatæ cõ-
prehẽdat omnes perſonas, quę poſſunt res in
iudicio deducere; ideo etiã dicas exceptio-
nem rei iudicatæ ab authore in emptorem
tranſire, *l. ſi à te §. Iulianus ff. de except. rei iu-
dic. Iſernia in capit. 1. §. ſi Vaſſallus de feud.
colum. 2. & 3. ſi de feudo fuerit contro; &
in capit. 1. §. quid ergo in fine de inueſtit. rei
alien. fact.* latè *Loffred. in d. §. ſi Vaſſallus pag.
38. & conſil. 44. num. 8;* ſicut, etiam in
emptorem tranſit effectus probationum,
*Barl. in l. 2. col. 3. verſic. ſed an porrigatur ff. de
edendo,* latè *Alex. in l. ſæpe num. 69. ff. de re iu-
dic.* idem *in d. l. 2. col. 2. num. 26.* vbi idem in
confeſſione, & de omnibus actis dixerunt,
*Butrens in c. cauſam, quæ col. 2. verſic. ſecundus
caſus, & col. 3. de teſtib. Alex. & alij in d. l. 2.*

Amplia 5; vt cõcluſio procedat; licet Iudex fue-
rit remotus à ſuo officio, & efficiatur pars cõ-
15 litigans, nam hoc caſu nõ poterit ſententiã
vti pars inpugnare, quam vti Iudex inſtam
pronunciauit, *Rubeus in annot. ad dec. Rot. Ro-
man. recent. 501. num. 27. tom. 1. par. 2.* ob illã
rationem, quia author nullitatis non poteſt
illam inpugnare in ſui præiudicium, nam
iniuſtè illam opponit. cuius cauſam ipſę prę-
buit, *l. cum mandato ff. de neg. geſt. l. mulier in
fin. ff. de venter. inſpic. Rota coram Mantic. dec.
78. num. 4. & dixi ſupr. in præſtant. n.*

Limita 1. quando Iudex ſententiam definitiuã
declarauerit, quia declaratio nil noui addit,
nec mutat ſenſum declarati, ſed ad illũ re-
trotrahitur, *l. hæredes palam 21. §. ſi quis poſt
factum, vbi Glos. in verb. ſignificat de teſtam. l. ſi
donare 37. in fin. ff. de donat. inter vir. & uxor.
Surd. dec. 29 Gratian cap. 147.* ideo non dici-
tur facta mutatio, vel ſẽtentiæ reuocatio, ſed
hoc intellige, quãdo ſẽtẽtia eſſet dubia, ſecus
ſi clara, quia hoc caſu Iudici mutare ſẽtenti-
am, nõ permittitur, niſi in incontinẽti, ante-
quã actus habitus ſit pro facto *Grat. vbi ſup.*

Limita 2. quando fuerit obtẽtũ reſcriptũ Prin-
cipis, quod habilitat Iudicem ad cogno-
17 ſcendũ de iuribus decreti, quo caſu poterit
Iudex reuocare ſuum decretum definitiuũ
etiam re non integra, quia hoc caſu non eſt
nouum iudicium, ſed continuatio primi,
Principis beneficio reſtaurati, *Gloſ. in l. 1. ff.
ſent. reſcind. non poſſe Abbas in cap. ſuborta
num. 1. circa fin. ff. de re iudic. vbi Felin. num
11. verſ. beneficio, Muta dec. 17. nu. 24. in fine
Rota in Fulginatenſ. ſubbaſtationis 14. Maij
1655. coram Albergato,* relata à *Rubeo dec. Rot.
Roman. par. 12. dec. 12. nu. 14.* vbi dicit, quod
reſcriptum ſignaturæ eundem operatur effe-
ctũ, vt Iudex primã reaſſumat iuriſdictionẽ.

Limita 3. quando ſententia eſt nulla ipſo iure,
18 quia hoc caſu poteſt Iudex ordinarius ite-
rum iudicare, *Menoch. de arbitrar. q. 67. Can-
cer. par. 2. cap. 2. à n. 266. Ioſeph Ramonius conſ.
80. num. 6.* qui probat ſententiam nullam ex
dele-

defectu Iuriſdictionis poſſe Iudicem nullam declarare, quia paria ſunt non eſſe, ac nulliter eſſe, *Andreas in cap. 1. §. præterea num. 13. quæ ſit. 1. cauſa beneſ. amitt. l. 1. §. ait prætor ff. quorum legatorum*; Idcirco, ſi Iudex nulliter iudicauit, poteſt ferre ſententiam contrariam primæ, ita vt ſi prius nulliter abſoluiſ, poterit poſtea condẽnare, *Gratian. diſcept. 531. num. 71. & ſeq. per tex. in l. fin. C. de ſent. quæ ſine certa quantit. Luca ad Franc. dec. 398. num. 2. in fine.* Sic è contra ſi prius validè ſententiam protulit, ſed poſtea ſecunda vice condemnauit, vel abſoluit contra primum decretum tranſactum in rem iudicatam, poterit iterum hoc ſecundum decretum nulliter latum reuocare, ordinando exequtionem primi decreti, non ſecundi, quia hoc ſecundum decretum nullũ eſt, *l. 1. C. quando prouoc. non eſt neceſſ. l. nam & poſtea §. ſi quis vbi Gloſ. & Barl. ff. de iur. iur. cap. inter Monaſterium de re indic. Franc. dec. 398. vbi Luca, Staiban. reſol. 80. num. 83.*

Sublimita, vt non poſſit ſententia nulla reuo-
19 cari, quando ſunt elapſi anni ſeptuaginta, &
plus, *Gloſ. Barl. & Salicet. Iaſon Soccin. Alex. & alij citati Aymon. conſil. 108.* & alij per *Maran. in ſuo ſpecul. in 3. & vltima par. in princ. in verb. & demum fertur ſentẽtia num. 153. fol. 141.*

Limita 4, ſi ſentẽtia eſſet lata ex falſa cauſa, quã expreſſit Iudex in ſententia, nam Iudex
20 non tenetur exprimere cauſam in ſen-
tentia, quando vero illã exprimit, & eſt falſa, facit ſententiam nullam, ideoque reuocabilem *l. 1. C. ſi ex falſis alleg. l. 2. & l. ſi cum inter C. quando prouocar. non eſt neceſſe, l. qui teſtamento ff. de excuſ. Tutor. & l. Seio ff. de Tutor. & Curat. datis ab his, Barl. & alij in l. 1. C. de erro. Calcul.* decretum enim fundatum in errore nullum eſt, *l. vbi repugnantia ff. de reg. iur. l. 1. C. de furtis Afflict. dec. 47.* quia præſumitur iudicaſſe ex deductis, & probatis *Abbas in cap. Aduerſario num. 11. de præſcript. Alex. in conſ. 182. num. 2. vol. 2.* adeo quod contrariũ demõſtrare onus eſt proponentis *Io: Andreas ad Specul. in rubr. de clandeſtin. diſpenſ. in fin.* Quod procedit, vt nec etiam ſentẽtia lata ex falſa cauſa poſſit ſubſtineri ex vera, quæ ſuberat, *l. qui teſtamentum in princ. ff. de excuſat. tutor. Iaſon.* poſt alios *in l. ſi is ad quem nu. 27. ff. de acquir. hæred. Ripa in l. 1. §. ſi quis ita num. 31. ff. de verb. oblig. Vantius de nullit. ex defectu proceſſ. num. 128. cum ſeq. Alex. conſil. 123. col. 3. verſ. tamen, quoad propoſitum tom. 1. Menoch. conſil. 80. num. 69. Manent. dec. 15. nu. 12.* Sententiæ enim, & res iudicatæ non debent trahi ad iniquum, *l. fin. ff. de vſucapio. pro empto, Vrſill. ad Afflict. dec. 354. n. 7. Fontanell. dec. 177. n. 12.* Ex quo tradit *Gueza, in defenſa Reor. 35. cap. 18. num. 17.* vt ſi per errorẽ, & inaduertenter Iudex condẽnauerit Reum, qui erat innocens, poterit retractare ſentẽtiã ſuam, vel ſuperſedere, vt conſulat Principem de opportuno remedio, & ideo per leges Germanorum latas ab Imperatoribus *Carolo Magno, & Ludouico tit. 2. cap. 19.* ſancitum erat, vt ſi Iudex per errorem iniuſtè iudicaret, non vocetur ad culpam, refert *Frideric. Brunner. de Scabin. cap. 8. §. 9.* qui concludit, quod tunc Scabinis errorem atteſtantibus credebatur, quando illum Sacramento confirmabant.

Sed ſi Iudex ſentẽtiauit ad maiorem ſummam, quæ verè debetur, an poſſit reuocari quo ad
21 totum, vel ſubſtineatur pro quantitate verè
debita. Prima facie videtur dicendum, vitiari ſententiam Iudicis pro tota ſumma, ſi fiat pro maiori quantitate *l. ſi non ſortem §. ſi centum ff. de condict. indeb.* & notat *Barl. in l. certi conditio § quoniam ff. ſi cert. pet.* poſt multos ita tradit *Barzius dec. 76. num. 6. Cartar. dec. 39. num. 9. & ſeq.* ſed alia opinio eſt *Barl. in l. fin. ff. quod met. cauſ.* qui ait ſubſtineri pro quãtitate vera debita.

Sed quatenus eſſet tenenda prima opinio, ob illã rationem, quia decretum Iudicis eſt indiuiduum, ideoq: vt ſit totum invalidum, nec exequendum pro ſumma verè debita, tamen hoc non procedit, quando decretum petitur exequi virtute alicuius pacti exequtiui potius ex vrbanitate, quam ex neceſſitate, quia hoc caſu non vitiatur in totum, *Iaſon. in d. l. ſi non ſortem §. ſi centum vbi Soccin. num. 33. per tex. in l. p. §. ſi duo in 2. reſponſ. ff. quorum leg.* quia hoc caſu magis videretur obtenta exequtio vigore pacti, ſeu contractus, quam decreti, *prout* eſſet in noſtro Regno, quando conceditur aſſiſtentia, quam re vera non dicitur Iudicem concedere, & poſſeſſionem, ſed, ad eam capiendam aſſiſtentiam præſtare, nam cum authoritas Iudicis impetretur adheſiue, non dicitur facere, ſed facienti aſſiſtere, latè *Chartar. dec. Genuæ 39. Vinius dec. 44. Capic. dec. 51. nu. 3. & 4.* Cum ergo in terminis noſtræ *pragmaticæ de aſſiſtentia*, familia Iudicis pro cõcedenda aſſiſtentia concedatur potius de vrbanitate, quam de neceſſitate, cũ in inſtrumento adſit clauſula conſtituti, & præcarij cum hypotheca, & pacto de capiẽdo, vt latè *Chartar. d. dec. Genuæ 39. Vinius dec. 44. Capyc. dec. 51. num. 3. & 4.* ideo pro maiori quantitate ſi fuerit conceſſa aſſiſtentia, ſubſtinetur pro quantitate verè debita, *Cancer. par. 3. var. cap. 17. à num. 334.*

Limita 5. quando ſententia fuit lata de conſenſu
22 partium, quia hoc caſu poterit reuocari,
& non inducit exceptionem rei iudicatæ, neque nocet tertio, *Alex. in l. ſæpe ver. 9. & vlt. n. 83. ff. de re indic. Bald. in l. ingenuũ in 2. lectura*

verſ. 2. requiritur ff. de ſtatu hom. Decius conſ. 425. num. 36.

Limitatur tandē, quando ſententia fuerit lata cum procuratore non vero, quæ poterit reuocari, *l. licet C. de procurat.* imo talis ſententia lata cū falſo procuratore, vel non vero, neqne poterit ab ipſa parte ratificari, *Iaſon in d. l. licet in 7. lim. C. de procur.* nam dicitur talis ſententia lata contra abſentes, non contumaces, & proinde nulla ex defectu ſollemnitatis, *per l. eaque C. quomodo, & quando non poſſit per Dom. ratificari* imo, & ſi poſtea compareat verus procurator conſtitutus, per hanc comparitionem non arguitur tacita ratificatio, ſed expreſſa non ratificatio, *l. Paulus ff. rem rat. haberi.*

PRÆSTANTIA XLVII.

Preſtantijs multis fulget Supremus Senatus Sacri Conſilij Neapolitani, circa condemnationem expenſarum.

SVMMARIVM.

1 *Expenſæ differunt ab impenſis.*

2 *Expenſarum ſolutionem victum victori faciendam, omnia Europæ Subſellia per ſuae conſtitutiones obſeruant.*

3 *Romani etiam vindicabant ſolutionem expenſarum.*

4 *Expenſarum ſolutionem victi an poſſint euitare ob iuſtam cauſam litigandi*

Cauſa iuſta litigandi excuſat potius victum ab expenſis, quam actorem

5 *Expenſarum ſolutio excuſatur ob iuſtam cauſam litigandi, quando expenſæ debentur officio iudicis, ſecus iure actionis.*

Creditor petens plus debito non excuſatur ab expenſis, & quādo, & an excuſaeur Reus, qui non obtulit partem, quam vere debet.

6 *Expenſæ litis debentur in Regno Neapilitano iure actionie, quia vigore conſtitutionis Regni ſolui debent.*

7 *Expenſæ litis debitæ iure actionis, etiam poſt latam ſententiam peti poſſunt.*

8 *Expenſarum ſolutionem ſi Iudex omiſerit, cenſetur victus tacite abſolutus, ſed de expenſis debitie Officio Iudicis, ſecus iure actionis.*

9 *PRÆSTANTIA S Conſilij Neapolitani eſt, vt ſemper abſoluat victos ab expenſis, ob iuſtam cauſam litigandi.*

10 *Expenſarum ſolutionem omittit Supremus Senatus, quando ex duabus ſententijs Regijs vna confirmatur, licet non concordi voto omnium Senatorum.*

11 *Expenſarum condemnationem ſi omiſerit Iudex à quo, an Iudex appellationis poſſit victū condemnare ad ſoluendum.*

PRÆSTANTIA Supremi Senatus eſt, vt ad expenſarum condemnationem emiſſam poterit in ſententia confirmationie appellantem condemnare.

12 *Expenſæ licet petitæ non ſint, tamen adiudicari poſſunt victori, ſed tutius eſt, vt petantur, & cur.*

13 *Expenſarum ſolutionem, ſi Iudex inferior neglexerit, tenetur cauſam exprimere in ſententia, non ſic Curia Suprema.*

14 *Expenſarum ſolutionem debet Supremus Senatus ordinare, quando iniuſta cauſa cognoſcitur ad litigandum.*

Temere litigantes in multis caſibus notantur Actores, & Rei, qui enumerantur.

Clerici debent ad expenſas condemnari, quando coram Iudice Laico voluntariè iudicium ſubſtinent, & diù diſtulerint allegare priuilegiū Clericale.

15 *Expenſæ neceſſariæ ſolui debent victori, & enumerantur.*

16 *Aduocatus ſuam cauſām defendens, an poſſit ſuum patrocinium recuperare ab aduerſario victo.*

17 *Fideiuſſor expenſarum litis non poteſt exequi vltra aureos triginta.*

18 *Expenſarum condemnatio in multis caſibus fieri non poteſt, qui enumerantur.*

Loquimur in preſenti rubrica de condemnatione expenſarum, occaſione litium factarum, & ſunt illi ſumptus in iudicio circa litem, iuris noſtri conſequendi cauſa facti *l. conſtitutio 5. ff. fructibus, & lit. expenſ. l. properandum C. de iudic.* ad differentiam impen-
1 ſarum, quæ non in litem, qua res petitur, ſed in ipſam rem fiunt, de quibus in *tot. tit. ff. de impenſis, Matthias Stephani de offic. Iudic. lib. 6. cap. 6. num. 1.* & vt præeminentias Supremi Senatus, & præcipuè noſtri Neapolitani circa præſentem materiam deſcribam, operè pretiū eſt ſcire, quod omnes Iudices in ſentētijs definitiuis victum victori debeant condemnare ad expēſas, per *tex. ind. l. properandum. §. ſine autem, & l. terminato C. de fruct. b. & lit. expenſ. Couarr. practic. queſt. cap. 37.* & omnia
2 Europę Subſellia has ſanctiones iuris communis, præcipientes ſolutionem expenſarum, obſeruāt, nam in Regno Siciliç teſtatur *Caſtill. dec. 86. num. 8. tom. 1.* In ſenatu Genuæ *Carthar. dec. 1. num. 2.* In Subaudia *Faber in C. lib. 7. tit. 18. defin. 82. Theſaur. dec. 61. num. 1.* In Germania idem obſeruari fatetur *Berlich. dec. 127. num. 3. Gaill. pract. obſerua. lib. 1. obſerua. 151.* & ipſa Camera Imperialis victum Victori ad expenſas condamnat, poſt *Gaill. in obſeru. 152. num. 1.* aduertit *Matthias Stephani loc. cit. d. cap. 6. num. 7.* In Gallijs *Frāc. Marc. dec. Delph. 191. num. 1. vol. 2.* Et in Hyſpanijs *Fontanell. dec. 98. num. 1.* & ita etiam

ſeq.

per nostri Regni constitutiones fuit confirmatũ, vt in *const. Regni incip. Diuorum Principum sub tit. de expensis, & in nostra pragm. 1. de expensis*, vbi præcipitur Iudicibus, quod in sẽtentijs definitiuis victum victori condemnent in expensis, & in alia Regni *constit.* incipienti *Vniuersos, & singulos*, est dispositũ, quod si Iudices post conclusum in causa, viderint partis segnitiem pro expeditione litis, expẽsas omnes in lite lactas persolnere faciant *Tasson. in pragm. de antefat. vers. 3. obseru. 3. n.* 84. Ex quibus nostris constitutionibus mandantibus condemnationem expensarum, introductus fuit vsus in nostro *Senatu*, vt coouento instante, actor teneatur in principio litis præstare cautionem de reficiendis expensis, *Minad. dec. 4. Ronit. in pragm. 1. de expens. num. 1.*

Vindicabant etiam nostri Romani temeritatẽ
3 litigantium, ne dum solutione expensarum, sed etiam pœna pecuniaria, erat enim apud eos tempore Neronis Imperatoris sancitum, vt qui perperam ad Principem, vel Senatum prouocasset, pecuniam pœnæ nomine ærario ferre, & mulctam exoluere cogeretur, scripsit *Alex. ab Alex. in dies genial. lib. 4. cap. 6.* Sed an iusta causa litigandi, vel ignorantię excusare possit succumbentẽ à solutione expensarum factarum in iudicio ordinario, multi DD.
4 concludunt affirmatiuè per *tex. in l. qui solidũ §. 1. ff. de leg. a & d. l. properandum §. sin autem alterutrũ Bald in l. generaliter in 3. col. C. de Episcop. & Cleric. & in l. eos §. cautione. C. de appellat. Afflict. in d. constit. diuorum Princip. num. 1. in fin. Antonius Gabriel. lib. 2. com. opin. tit. de expens. concl. 1. Gratian. discept. 725. in fin. Ronit. in pragm. 1. de expens. num. 3.* & erit iusta causa articulus nodosus, qui in causa controuertebatur, *Alex. Rondens. dec. Pisan. 22 num. 74*; & qualis debeat esse iusta causa, vide *Marantam cons. 15. num. 14 & Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 2. casu 167*, sed quia causa iusta aliquando facet Actori aliquando Reo, ideo dicas, quod eousque tenetur Reus, quousque actor iustã litigandi causam habuit. è contra tenetur actor, qui non destitit, post quam desiit iustam causam litigandi habere, vt decisit Senatus Leodiensis teste *Carolo de Mean. in obseru. 529. num. 3. part. 4. iur. Leodiens.* generaliter vero loquendo, iusta causa potius excusare debet victum ab expensis, quã actorẽ, nã cum actor venit ad iudiciũ, debet esse instructus de suo iure, & de scripturis sibi fauentibus, alias sibi imputãdũ erit, vt aduertit *D. Petra in rit. 297 n. 31. to. 4.* Tu autẽ circa prædictũ quæsitũ distinguas duos casus, vel expensę debentur of-
5 ficio Iudicis, vel iure actionis, in primo casu excusat iusta causa litigandi à condemnatione expensarum *l. qui solidum 78. §. etiam ff. de leg. 1. Surd. cons. 142. à nu. 9. Gratian. discept. for. tom. 1. cap 33. Fachin. lib. 1. contro. cap. 40. & cap. 41. & lib. 12. cap. 52. Asinius in praxi §. 32. cap. 2. limit. 2. 3. & 4. Crespi. de Vald. obser. iur. 48. nu. 9. tom. 2.* qui subdit in *n.* 10. quod iuxta hanc distinctionem intelligendi sunt *tex. in d. l. properandũ 13. §. si alterutrũ*, Sed in secundo casu, quando expensæ iure actionis debentur, scil. ex conuentione, quamuis iusta causa litigandi adfuerit, attamen solui debent, ita communiter *DD. scil. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 18. Faber. in C. lib. 7. tit. 18. de de fruct. & lit. expens. defin. 3. Cancer. var. resol. lib. 2. cap. 6. num 35. & 36. & lib. 3. cap. 2. num. 243. Larrea alleg. fiscal. 38 tom. 1. num. 14. Peguera in praxi rub. 30. num. 29. Fontanell. dec. 95. num. 10. Crespi de Valdaura d. obseru. 48. num. 1. qui in num. 3.* hoc limitat, quando ad esset culpa agentis, forsan si plus debito petierit *Surd. cons. 142. à num. 9. Gratian. discept. c. 33. num. 9. tom. 1. Menoch. de arbitrar. casu 177. num. 15. de Angelis ad Gizzarell. dec. 20. Dom. Petra in d. ritu 297. num. 22*, quia in omni stipulatione excluditur casus eueniens ob culpã stipulantis, *l. qui officij. 62. §. fin. ff. de contrah. empt. l. cum. proponas 3. C. de nautico fenore*, quæ culpa euitabitur, si actor petens plus debiti, reseruauit in libello ius melioris calculi, iuxta tradita per *Cartarium dec. 57. per totam Barbos. in cap. vnico de plus petitionibus, & in l. fin. C. eod. Crespi. locc. cit. nu. 5. & 6.* vbi etiam asserit, non sufficere clausulã omni modo meliori, ad saluendã culpam, & solutionem expensarũ, quia d. clausula respicit validitatem actionis, vel Iudicij, vt subsistat illa meliori via, qua potest, non vero veritatẽ crediti, quæ solum saluatur per clausulam reseruatiuam melioris calculi. Sed an teneatur ad expensas actor, qui plus petijt, an Reus, qui non obtulit summam verè debitam, & dicũt esse damnandum Reum ad expensas, qui nõ obtulit summam debitam, cum petens centum, quinquaginta etiam videtur petere, quia in maiori summa inest minor *Papon. lib. 18. tit. 2. arrest. 4. in fin. & arresto 5. Barbos. in l. eum qui temere 81. num. 143. & seq. ff. de iudic.* & ita iudicauit Senatus Parisiensis apud *Papon. d. arresto 5. Carol. de Mean. in obse. iur. Leodiens. 529. num. 4. par. 4.* & inclinat in hanc sententiam *D. Petra in d. rit. 297. num. 23. tom. 4*; sed nullatenus excusator Reus, qui nec totum, nec partem, se debere contendit, si verè constiterit partem debere, *Mean. loc. cit. num. 5.* præcipuè, quando agitur coram Supremo Senatu, vel coram Principe, vbi Reus non debet simpliciter negare, sed cum qualitate asserendo factum, prout verè est, vt post *Reg. Capic. Latrum dec. 153. sub num. 11.* aduertit *Do. Petra in ritu 297. num. 12. tom. 4.*

Quia autem in Regno nostro expensæ debẽtur
9 vigore statuti, scilic. dictæ nostræ constitutionis

nis Diuorum Principum ſub *tit. de expenſis*, & per noſtram *pragm.* 1 *eod. tit.* præcipientes condemnationem expenſarum, proinde dicitur deberi iure actionis, ſcilic. conditione ex lege non officio Iudicis, cum expenſæ debitæ vigore ſtatuti iure actionis debeantur, *Caſtill. dec. Sicil.* 86. *num.* 8. qui id fundat ex ſimili ſtatuto Regni Siciliæ, ſicut in hoc Regno dixerunt *Thor. voto deciſiuo* 28. *num.* 18. *& ſeq. tom.* 1 *Sanfelic. in prax. ſectio.* 61. *num.* 4. *Dom. Petra in ritu* 297. *num.* 13. *tom.* 4. *Borgognin. dec.* 16. *n.* 19 *par.* 1; ſicut de vſuris centeſimis, quæ debentur cōdictione ex lege, dicunt DD. illas deberi iure actionis *Franc. dec.* 21. *nu.* 4. propterea iuſta cauſa litigandi nō excuſat ab expenſis in Regno noſtro, & in illis Regionibus vbi ſimile ſtatutum viget, vt dixit idem *Affliƈt. in d. conſtit num.* 2. ex doctrina *Angel. in l. non ſolum circa finem ff. de rei vendic*, & *in auth. de exibend. Reis circa princ. Alberic. de Roſate, & Iaſon. in l. properandum § fin autem*, & ita fatetur, *Affliƈt.* obtinuiſſe, ſecundum d. doctrinam *Angel.* ſup. allegatam, non obſtante aliquorum Doctorum ſententia, qui contrarium auſi ſunt aſſerere in terminis ſtatuti, & aſſignant rationem, quia debet fieri interpretatio, vt ſtatutum aliquid addat vltra ius commune, iuxta doctrinam *Bart. in l.* 2. *ff. de vſucapio; & in l.* 4. *§. prætor ait ff. de damno infecto*, rationabiliter igitur concludit *Affliƈt. in d. conſtit. Diuorum num.* 2. *circa fin.* Iudices noſtri Regni debere obſeruare noſtras conſtitutiones, & condemnare Reum ad expenſas, ob cauſam, & præmium victoriæ, non admittendo excuſationem probabilis, & legitimę cauſæ litigandi.

Ex hoc reſultat vtilitas, quia, quando expenſæ debentur iure actionis, etiam poſt ſententiā
7 peti poſſunt, *Cumia in ritibus Siciliæ cap.* 73. *n.* 42. *Giurb dec. Sicil.* 81. *num.* 3. prout in ſimili ſtatuto Ianuæ dixit *Matill. dec. Genuæ* 34. *nu.* 5. latè *Greneus in Gaillum tom.* 1. *concluſ.* 151. *conſid.* 2. *nu.* 5. *& ſeq. Mieres in conſt. Cathalon. tom.* 1. *collat.* 4. *cap.* 16. *num.* 10. *Berlich dec. German.* 127. *num.* 3.

Alia etiam reſultat vtilitas, quia, quando Iudex omiſit condemnationem expenſarum, cenſetur victus tacitè abſolutus *l. terminato, C. de fructib. & lit. expenſ. Petrus Iacob. in ſua praxi tit. de action. commod. num.* 8. *Berlich. dec. German.* 126. *num.* 15. *Guazin. ad defenſ. Reor. tom.* 2. *defenſ.* 36. *cap.* 25. *num.* 3. *Vrſell. in examin. Apū concl.* 128. *in verb. Appellatio n.* 160. *in fin.*

Sed nec intelligas procedere, quando expenſæ debentur officio Iudicis, *Io: Ferrar. in proceſſ. iudic. part.* 2. *in addit. ad cap.* 4. *verſ. ad §. generaliter fol.* 163. *Aſin in prax. iudic. §.* 32. *cap.* 2. *Couarru. practic. quæſt. cap.* 27. *num.* 5. ſecus ſi expenſę debentur iure actionis *Guazin. d. defenſ.* 36. *cap.* 25. *nu.* 4. *Greneus ad Gaill. d. conſid.* 2. *n.* 3. & refert deciſū *Thor. d. voto* 28. *in fin*; vel vigore obligationis Cameralis, quæ poſſunt peti, etiam poſt expeditionem mandati *Rota in Romana expenſarum* 26. *Maij* 1614. *coram Manzanedo, Vrſell. in exam. apum concl.* 128. *n.* 160. *in fin.* Hinc dicunt DD; quod quādo expenſæ debētur vigore ſtatuti, ſi Iudex omiſerit condemnationem ipſarum, poteſt appellari, *Vrſell d. concl.* 128. *n.* 147. & licet *Grat.* dixerit *in cap.* 94 *lib.* 1. quod ab expenſarum expreſſa abſolutione detur appellatio, non à tacita, attamen debet intelligi, quando non debentur vigore ſtatuti, ad tollendas autem has omnes ambiguitates Romani in eorum ſtatutis voluerunt, quod licet ſit omiſſa expēſarum condemnatio, nihilominus illę reficiendę ſint, vt ex ſtatuto Vrbis affirmat *Vrſell d. concl.* 128. *num.* 160.

PRÆSTANTIA noſtri S. Conſilij circa præſentē materiam conſiſtit in hoc, vt non debeat proſpicere ad corticem verborum prædictæ noſtræ conſtitutionis, præcipientis ſolutionem expenſarum, ſed ſemper abſoluit victū ab expenſis, quando cognoſcit iuſtam cauſā litigandi, vt notabiliter aduertit *Affliƈt. in d. conſtit. Diuorum num.* 2. *circa finem*, & ſubdit, quod d. conſtitutio ligat omnes Iudices, ſed non ipſum Regem, vel eius Sacrum Conſilium, & hoc ideo, quia eſt exorbitans à iure cōmuni, ideo nō debet ligare ipſum concedētem, ſcilic. ipſum Principem, eiuſque Supremum Conſilium, quod etiam notauit *Dom. Petra in rit.* 297. *num.* 4. *tom.* 4. qui ex hoc dixit fuiſſe introductum vſum in noſtro Senatu, apponendi in fine ſententiarum abſolutionē ab expenſis, per hęc verba: *Neutram partem in expenſis condemnando*, quod prius aduertit *Staiba. reſol.* 176. *num.* 100. *cent.* 2. ſed ſalua pace *d. Afflicti* noſtri Doctiſſimi, & venerandi Iuriſconſulti, ratio ab eo allegata mihi non ſatisfacit, quia nimis probaret, vt ſcilicet omnes alias Regni noſtri Conſtitutiones, quæ vt plurimum ſunt exorbitantes à iure communi, non deberet noſter Senatus obſeruare, ob eadem rationem, quia nomine Principis iudicat, & hoc modo dicendo omnis ordo legalis conuolueretur; At meliorem ad hoc allego rationem dicendo, quod quia Supremus Senatus veritatem, & æquitatem debet obſeruare, cum viderit iuſtam cauſam victum habuiſſe litigandi, ſuam æquitatem ſectando, nō debet illum condēnare ad expenſas, ſat enim excuſatione dignus reputabitur, ſi non dolo, ſed bona fide litem proſequutus fuerit, ſed vel iſta, vel antecedēti ratione hodie motus noſter Supremus Senatus victū ab expenſis abſoluit qui iuſta cauſa motus fuit ad litigandum, vt etiam teſtatur *Thor. in voto deciſ.* 28. *num.* 34. *tom.* 1.

Nota etiam Secundam PRÆSTANTIAM Supre-

premi *Senatus* circa d. condemnationem ex-
10 penſarum, vt ſi adſint in cauſa duę contrariæ
ſententiæ Regiæ, quando vna iſtarum confir-
matur, neutra pars ad expenſas cõdemnatur,
ob authoritatem Senatus, qui priorem tulit,
ita practicari in Supremo Conſilio Aragoneo
refert *Creſpi.d.obſeru.*48. *num.* 16. *tom.*2. vbi
etiam dicit euitari condemnationem expen-
ſarum, licet vna prędictarum confirmetur, nõ
concordi voto omnium Senatorum, etiã vno
tantum diſſentiente, ob iuſtam cauſam, ſcil.
vnius Excellentis Doctoris opinionem, quæ
tribuit ad litigandum, *Menoch. de arbitrar. caſu* 177.*n*3.*&* 4.

Tertiam PRÆSTANTIAM adnotare poſſumus
Supremi *Senatus* circa condemnationem ex-
penſarũ, in explicatione illius quæſtionis, an
11 ſcil. Iudex à quo ſi omiſerit condẽnationẽ ex-
penſarũ, poſſit Iudex appellationis victũ cõ-
dẽnare ad expenſas. hãc quęſtionẽ examinat
Andreas in d.cõſtit. Regni *Diuorũ*, & hinc inde
rationes adducit, & quod poſſit, allegant *tex.in
l.fin.ff.de re iudic.l.negotiorũC.de appell.l.rector
ff de vſufruct &l.*2.*C.de decurio lib.*10. *Specu-
lat.in tit.de expenſis* §.*nũc videndum Innoc.in
cap.ſepè,de appellat.* alijque, quos approbat *Af-
flict.in d.conſtit.Diuorum nu.* 3. *circa fin.*

Sed in contrarium arguitur, quod non poſſit,
quia Iudex, qui omiſit expenſarum ſolutionẽ,
cenſetur victum abſoluiſſe ab expenſis, *per d.
l.terminato l.*4.*C.depoſiti Iaſon in l. properandũ
§.ſine autem alterutrum n.*7. *C. de iudic. Boer.
dec.*18.*Afflict.dec.*42.*num.*2.*Gaſpar. Klock. in
relat.*19.*vot.deciſ.nu.* 66. & licet communior,
& receptior ſit prima ſententia, attamen *Re-
buffus* relatus per *Dionyſium Gothofredum in
praxi ciuil.lib.*1. *tit.*9. *de ſenator. in rubric. de
priuileg.curiarum verſ.*22.*fol.*510. primam
opinionem dicit non poſſe controuerti in Su-
premo Senatu, nam licet verum ſit, quod in
omnibus appellationibus Iudices appellatio-
num nil aliud debeant agere, niſi cognoſcere
an benè, vel malè fuerit iudicatum, attamen
Supremus Senatus poteſt cauſam appellatio-
nis in oppoſitum conuertere, ſupradicto mo-
do videlicet; quod ſi Iudex à quo ſimpliciter,
condemnanit abſque expreſſione expenſarũ,
poteſt Supremus *Senatus* Iudex appellatio-
num, in eadem ſententia confirmationis
condemnare appellantem ad expenſas, & ſi-
de quolibet Iudice dixerunt DD. vt hanc ha-
beat poteſtatem, vt fuerunt *Abbas in cap ſi-
gnificauerunt num.* 8. *de exceptio. Natta conſil.*
489. *in fin.* quos refert, & ſequitur *Xamar. de
offic.Iudic.& Aduoc.par.*1.*q.*9.*n.* 124. à fortiori
idem debemus dicere de Supremo Senatu

Sed in iudicijs Curiarum inferiorũ quęri ſolet
an ſit neceſſarium, vt expenſæ petitę ſint, vt
12 adiudicari poſſint? dico quod non per *tex in
l.ſancimus C.de indic.l.ædilet.*21.§. *item ſcien-
dum eſt* 8.*ff de ædilit.edict. l. cum fundus* 31.
*ff.de reb.cred.Mynſiger.lib.*2.*obſeru.*22.*Gaill. d.
obſeru.*151.*num.*21.*Io:Emeric.in praxi Came-
ræ Imperialis tit.*78.*num.*13 *Matthias Stepha-
ni de offic.Iudic.d.cap.*6.*n.*11. vbi conſulit iu-
tius agere Victorem, ſi illas petat, quia ſi ex-
penſæ petitæ non ſint, tunc ſi Iudex earum
condemnationẽ in ſententia omiſerit, & vi-
ctum in illis non condẽnauerit, excuſatur,
nec hoc ei imputari poteſt per *tex. in l.dies
cautionis* 4.§.*hoc.iudicium*8.*ff.de damno infe-
cto Gaill.d.obſeru.*151.*num.*21.*& ſeq; Mynſin-
ger.d.obſeru.*22.*verſ.quod verum eſt, & cent.*3.
*obſeru.*55.*num.*6.*& ſeq;* poſt alios *d. Stephan.
loc.cit.* Sed ſi actor expenſas petierit, præcisè
Iudex tenetur in expenſas cõdemnare, adeo
quod ſi earum condemnationem omiſerit.
Iudex parti tenetur per *d. l. properandum* §.
ſiue autem alterutrũ 6. *l.ſancimus* 15.*ſub fine
princip. verſ. ſi hoc prætermiſſerint C. de iudic.*
poſt alios *Stephan.d.cap.*6.*num.*12. *Io:Emeri-
cus in praxi ciuili Cameræ Imperial. tit.* 78.
*n.*14. Maximè ſi expenſę debẽtur iure actio-
nis, quarũ ſi Iudex omiſerit cõdẽnationem,
debet de proprio illas reſarcire, & poſtea à vi-
cto illas recuperare, dixerũt *Luc.de Penna in l.
miſſi* §.*quod ſi,C.de exactor.tribut.lib.*10.*Paris
de ſyndic.in verb.poteſtas n.*4.*&* de earũ omiſ-
ſione tenebitur in ſindicatu, iuxta *tex. in l.
properandum* §.*ſin autem* C. *de iudic.* dumodo
tamẽ per partem fuerit petitę alias nõ tene-
bitur in ſyndicatu *Paris de ſyndic.in verb.ex-
penſæ cap.*2.*num.*4.*&* 5. *Amad. de ſyndic. nu.*
148.*Thoro in voto dec.*28.*num.*29.*tom.* 1.

Vltimam PRÆSTANTIAM adnotabis in
eadem materia, etenim Regula eſt, quod Iu-
13 dex inferior ſi ad expenſas non condamnat,
tenetur cauſam exprimere in ſententia. §.
oportet auth.de Iudic.collat. 6. *Bart.& Bald.in
l.Lucius ff.de his, qui notantur infam.* latè *Fe-
lin.in cap ſicut col.*8.*de re iudic.* Sed Curia Su-
prema non tenetur exprimere cauſam, ſed
ſolet dicere, neutram partem in expenſis cõ-
demnando, ita *Rebuffus* relatus à *Dionyſio Go-
thofredo in praxi ciuil.lib.*1.*tit.*9.*de Senator.in
rub.de priuileg.Curiar.verſ. vigeſimo primo fol.*
510. Sed quid dicendum, ſi quis appellat in
cauſa principali, & appellatus qui obtinuit,
ſuccumbat in cauſa appellationis, an debeat
ſoluere expenſas vtriuſq; cauſæ. Diſtinguas,
aut appellatus ſuccumbat ex eiſdem actis,
vel ex nouis probationibus factis ab appel-
lante, ſi ex eiſdem actis ſuccumbat, cõdem-
nari debet in expenſis vtriuſque cauſæ, quia
hoc caſu eſt in errore iuris, ſecus ſi ex nouis
probationibus ſuccumbat in cauſa appella-
tionis, quia tunc eſt in errore facti, cuius
ignorantia excuſat non iuris, *cap. ignorã-
tia de regul.iur. in* 6. vbi *Io:Andreas*, ita con-
cludit *Henric. Bonerius in verb. expenſæ n.*8.
Imo, quando agitur de dãno euitando, etiam
igno-

ignorantia Iuris excuſat, vt eſt damnum expenſarum. *Albert. Zenner. in d. cap. ignorantia regul. 13. num. 2. pag. 167.*

Declara prædictam noſtram primam PRÆSTANTIAM, vt quamuis noſtrum Sacrum
14 Conſilium poſſit abſoluere victos ab expẽſis, licet adfuit iuſta cauſa litigandi, vt ſupra dixi, attamen ſi apertè conſtat iniuſtam cauſam concurriſſe in proponendo, iudicio, debet condemnare ad expenſas actorem, vel Reum, qui victi fuerunt in actionibus, vel exceptionibus propoſitis, iuxta noſtrã *pragmat. 1. de expenſis incip. Temeritatem,* quæ loquitur de temerè litigantibus, quod poteſt euenire multipliciter, tam in actoribus, quã in Reis. In actoribus, quando ſuccumbunt à iuribus propoſitis, qui non inueſtigarunt omniaque aduertere debebant, antequam venerunt ad iudicium. *Dom. Petra in d. ritu 297. num 31. tom. 4.* maximè ſi ob eorum inaduertentiam emendarunt libellum, nam ob dictam emendationem tenentur ad expẽſas. *DD. in l. edita C. de edendo,* vbi *Bald. num. 53. & ſeq. in 1. lectur. & num. 51. in 2. lect. Decius num. 193. Alex. num. 22. & Iaſon. num. 37 Iacob. Ayrer. in proc. iur. cap. 9. obſeru. 10. n. 8.* ltè *Speckan. queſt. 65. per tot;* vel ratione retardati proceſſus, iuxta *l. non ignorat C. de fructib. & lit. expenſ. Emeric. à Rosbach. in proceſſ. iu. tit. 78. num. 4. Matthias Stephani d. cap. 6 num.* 8. vel etiam ex cauſa retardati iudicij, quando ſcilic. per lapſum triennij inſtãtia eſſet perempta, nam, quando actor reſtitutionem impetrauit, reficere debet expenſas *Dom. Petra in ritu 248. num. 53. & in ritu 297. num. 37.* vbi aduertit, quod in hoc caſo inſufflationis ſpiritus vitæ, ſolum expenſæ actorum refici debent, non aliæ extrinſicæ in actis non apparentes, & ita decisum refert in noſtro S.C. Vel quando idem actor repellere exceptionem, vel producere inſtrumẽtum, quo lis finiri poſſit, ſcienter diſtulerit, erit in expenſis condemnandus per *d. l. properandum §. & ſiquidem,* ibi: *quas legitimè ſe expenſiſſe iurauerit Barboſ. in d. l. eum qui temere 79. in princ. num 140. ff. de iudic.* quod aduertit *Creſpi de Valdaura d. obſeru. 48. n. 11.* qui dicit, quod aliquando fit condemnatio expenſarum contra eum, qui in lite victor eſt, & prius dixit notabiliter *Fontanella de pactis nuptial. tom. 2. clauſ. 6. gloſ. 3. par. 5. nu. 8. & 10;* quæ malitia aliquando adhibetur à Clericis, qui coram Iudice laico voluntariè iudicium ſubſtinent, non allegando priuilegium Clericale, expectantes ſententiam, vel concluſionem proceſſus, hoc enim caſu, ſi poſt actus factos ſua priuilegia proponendo, ſe grauatos dixerint à Iudice laico, debent ad expenſas condemnari, quia clericatus exceptione non fuerunt vſi, ſed ob eorum malitiam, partes defatigarunt, cum iudicium protrahendo, cauſã diù diſtulerint *Felin in c. exceptionẽ de exceptio;* quod maximè æquum Senatui Belgico viſum fuit teſte *Chriſtin. dec. Belgic. 23. num. 3. tom. 2. poſt Vincent. de Anna ſingul. 131. Gramatic. dec. 29 num. 7. Cappell. Tholoſan. dec. 165.* & ibi: *Aufrer. Michael Ferrer. par. 3. obſeru cap. 205,* ſed executio contra Clericum eſt facienda per Iudicem Eccleſiaſticum, ad requiſitionem Secularis, *Repolla var. reſol. cap. 4. num. 18;* & hęc eſt veritas, licet contrarium afferat fuiſſe practicatum per Curiam Cancellarij Regni Aragoniæ *Creſpi. d obſeru. 48 num. 13.*

Aduerſus Reum etiam liquidantur expenſæ. vel ratione contumaciæ, *cap. 1. de dolo, & contumac. in 6. cap. conſtitutis de procur.* non reſpondendo, val non veniendo. *Lanfranc. in prax. cap. 11. de expenſ. num. 26. Emeric. à Rosbach. loc. cit Stephan. d. cap. 6. num. 8.* vel ratione temerariæ exceptionis dilatoriæ, *cap. 1. de except. in 6. & cap. exceptionem. 12. de except.* ibi: *qui ſieam,* (loquitur de exceptione excommunicationis) *omiſerit,* vt *actor laboribus, & ſumptibus fatigetur, in expenſis legitimis eſt condemnandus, Barboſ. in l eum. qui temere 79. in princ num 140. ff de iudic;* vel ratione exceptionis peremptorię non probatæ, *d. cap. exceptionem,* vel temerariæ appellationis *Gaill. lib. 1. obſeru. 153.* vel tandem in Regno noſtro cõdemnatur ad expenſas ille, qui in cauſa nil probauit, imo maiori pęna afficitur, nam iſte, qui in cauſa principali nil probauit, ſi fuerit ad expenſas condemnatus, non poteſt appellare, niſi ſolutis expẽſis, præſtita tamen cautione per victorem de reſtituendo, niſi appellans iuſtè ſe impeditum docuerit, ita ſtatuit noſtra *pragm. 2. d. expenſis, Altimar. de nullit. rubric. 5. quæſ.* 10. *num.* 18. qui tantum dicit non comprehendi in d. *pragm.* cauſas Eccleſiarum, pupillorum, Viduarum, Minorum, & aliarum miſerabilium perſonarum, alias cauſas expenſarum enumerant *Aſin. in praxi. §. 32. Menoch de arbitr. iudic. caſu. 177. n. 2. cap. 2. Berlich. concl. 54. num. 12 & ſeq:* ſed vti arbitrarias iudicis arbitrio committit. *Menoch loc. cit.*

Illæ deniquè expẽſæ à Iudice extimandæ ſunt, & victori reficiendæ; quæ in litis inſtructione, & proſequtione factæ ſunt, pro ſoluen-
15 dis Aduocatis, procuratoribus, Scribis, teſtibus, &c. *c. finem litibus vbi Gloſ. de dolo & contumacia, l. 2. C. de ſportul Emericus à Rosbach. d. tit. 78. num. 6;* nec mirum erit ſi dixi, quod etiam pro teſtibus expenſæ refundendæ ſint victori, quia teſtium productio ſumptibus producentis fieri debet, per *tex. in l. quoniam liberi 11. vbi Bald. num. 5. C. de t. ſtib. Gaill obſeru. 151. num. 5. lib. 1.* alios citat & ſeq. *Iacob. Ayrer. in proceſſ. iur. cap. 1. obſeru. 9. num.* 10.

Sed

Sed reficiendæ ſunt illæ expenſæ, quæ verè
ſolutæ ſunt, non quæ potuerunt expendi.
t x, & Gloſ. inl.fin.C.de fructib. & lit. expens.
Boer. deciſ. 210. Creſp de Valdaura d. obſeru.
48. num. 24. & licet appellatione expenſarũ
veniat ſalarium Aduocatorum, cap. finem li-
tibus, vbi Gloſ. de dolo, & contum. Emericus à
Roſbach. in praxi tit. 78. nu. 6. tamen queſtio
16 eſt, an Aduocatus ſuam cauſam defendens,
poſſit valorem ſui patrocinij recuperare ab
Aduerſario, negat Bart. in l. fin. C. de fructib. &
lit. expens; & licet fuerit ſibi contrarius in l.
quod ſi domus ff. loc. tamẽ eius prima opinio
eſt communiter recepta, ita Ioſeph. Ludouic.
dec. Peruſin. 111. Viuius tom. 1. com opin. lib. 2.
tit. 6. num. 21. verſic. ſed aduerte, Barboſ. in l.
eum qui temere in princ. num. 261. ff. de iudic.
Boer. dec. 210. Minſinger. cent. 1. obſeru. 2. &
centur. 4. obſeruat. 68. alios citat, & ſequitur,
Monter. dec. Aragon. 14. à num. 1. vſq; ad. 6. Sed
ſi cauſa eſſet cõmis inter Aduocatum, & choæ-
redem, poterit recuperare expenſas pro parte
choæredis l. 1. §. in propria cauſa ff. quando ap-
pellandũ ſit Boer. d. dec 210. Trẽtacinq. var. reſol.
lib. 2. reſol. 3. tit. de poſtulando, Scaccia. de re iu-
dic. gloſ. 15. num. 16. Creſp de Valdaura d. ob-
ſeru. 48. num. 24. fateor tamen, quod, Aluar.
Valaſc. conſult. 25. num. 14. audacter conatur
contrarium defendere. dicens victum ab ex-
tranea perſona non debere eſſe melioris con-
ditionis, victo ab Aduocato, nec ratio aſſigna-
ri poteſt, cur debeat eſſe deterioris conditio-
nis Aduocatus in cauſa propria, quam in cau-
ſa aliena, vt ſuos labores amittat: quibus ra-
tionibus reſpondet idem, Monter. loc. cit. num.
3. quod cũ Aduocatus in cauſa propria officiũ
perſonale tantum exerceat, tale patrocinium
nõ venit in collationẽ expenſarũ, iuxta tra-
dita de Tutore per Frãc. dec. 122. n. 2. at mo-
dernus Creſpi loc. cit. à num. 29. hinc queſtio-
nem reſoluit dicendo, quod ſi condemnatio
fiat non tantum ad expenſas, ſed etiam ad
damna, poterit Aduocatus propriam cauſam
defendens, patrocinium alias expendendum
ſibi taxari facere, quod approbant Theſaur.
dec. 67. Barboſ. in d. l. eum qui temere 79. in
princ. num. 260. & 263. ff. de iudic Velaſc. de
priuileg. pauper. par. 1. q. 28. n 58. alijq; citati
à d. Creſpi loc. cit. n. 31. ſecus ſi condemnatio
fiat tantum ad expenſas. Si vero quis gratis
habuit patrocinium ab aliquo Aduocato, vel
Procuratore, hoc caſu poteſt petere ſalariũ
in taxatione expenſarum, quia licet Aduoca-
tus, vel procurator nil petat ab eo, pro quo
patrocinium præſtitit, tamen remanet obli-
gatus ad antidoralem obligationem de iure
naturæ, vt benefacientibus benefaciamus, l.
veluti l. ex hoc iure ff. de iuſt. & iure, ita Ioſeph.
Ludouic. d. dec. Peruſ. 111. Trentacinq. d. reſol.
3. lib. 2. de poſtuland. & licet contrarium in iſto
caſu dixerit Boer. d. dec. 210. tamen ſi veri-
tatem huius concluſionis conſiderare velis
vide Monter. d. dec. 14. à num. 7. qui tres caſus
diſtinguit, pro indaganda hac veritate.

Vnum tamen aduerto pro coronide, cum Rouit.
17 in pragm. 1. de expenſ. num. 32. quod contra
fideiuſſorem harum expenſarum, taxatio per
Iudicem non poteſt fieri vltra aureos trigin-
taſex, vt probat clarus tex. in auth. libel. um C.
de litis conteſt.

In multis caſibus non poteſt fieri condemnatio
ad expenſas, & primo, quando cauſa ventila-
18 tur inter Regem, & Vaſſallum, Rebuff. ad l.
Gall. tom. 3. tit. de expenſ. articulo vnico gloſ.
vnica num. 19. & 20. Guttierez practic. lib. 3.
quæſt. 21. num. 4. & 11. Barboſ. in l. eum. qui
temere 7. in princ. n. 191. ff. de Iudic. Boer. dec.
324. qui n. 6. dicit Regem Francorũ expenſas
miniſtrare pauperi ſecum litiganti, vide la-
tè Pegas reſol. for. cap. 10. per tot.

Secundus eſt caſus, quando expenſæ ex negli-
gentia actoris ſolutæ fuerint, & eſt caſus, quã-
do actor perempta inſtantia petit à Principe,
vel eius Supremo Conſilio inſufflatinem
ſpiritus vitæ, quæ ſolet concedi ſolutis expẽ-
ſis, tunc factis per Reum, vt diſponitur in
noſtro Regno per pragm. 1. de inſtantia cauſ.
non reſtit; ſed ſi actor poſt refectas expenſas
obtinuerit ſententiam pro sè in cauſa prin-
cipali, non debet Reus ſoluere in liquidatio-
ne expenſarum illas expenſas, ſibi ſolutas ab
actore, quando reſtitutionem inſtantiæ ob-
tinuit, quæ ſolum ex ſua negligentia ſolutæ
fuerunt, ita Franc. dec. 331. Rouit. in pragm. 1.
de inſtant. cauſ. num. 11. vbi etiam Nouar. in
addit. num. 11. alijque relati à Dom. Petra in
ritu 297. num. 40.

Tertius eſt caſus, in quo licet poſſit procedi ad
taxationem expenſarum, non tamen facta
taxatione poterit procedi ad illarum exe-
qutionem, quando ſcilicet penderet appella-
tio à decreto condemnationis, vel reclama-
tio, etiam ſi eſſet ſententia S. C. & ratio eſt,
quia lis non eſt finita dum pendet appella-
tio, vel reclamatio, & dum poterit per recla-
mationem, aut appellationem ſententia re-
uocari, iuſtum nõ eſt, vt fiat exequtio pro ex-
penſis, Afflict. dec. 358. in fine, & dec. 231. Reg.
Rouit. in pragm. 1. de expenſis num. 11. vbi di-
cit talem ſtylum ſeruari, etiam in Senatu Pe-
damontano, citat. Cacheran. dec. 129. num. 1.
in fine Gratian. diſcept. lib. 3. cap. 349. num. 10.
Vrſell. in eſam. apum. concl. 29. num 20. & 21.
in verb. appellatio, licet in Curia Romana
contrarium obſeruari dixit, Franc. dec. 93.
in fin. ſicut etiam in Gallia fatetur Laurent.
dec. Aueniouenſ. 55. & dixi ſup. in Preſt. exe-
qutionis ſententiæ S. Conſ. Sed ſi condemna-
tus ad expenſas in prima inſtantia, nil pro-
bauit, ſi appellauerit non admittitur ad pro-

27. Pegas ad ordin. Portugal. lib. 1. tit. 5. glos. 13. nu. 9. tom. 2. fol. 391. Corneus cons. 62. n. 2. vers. & illa pronuntia, & in cons. 274 nu. 2. vol. 3. Roman. cons. 501. in princ. Vrsill. ad Afflict. dec. 42. num. 2. & 79. num. 5.

Et ratio est, quia Iudex pronunciãdo decretũ interlocutorium, etiam remanet Iudex, non sic in sententia definitiua, quam pronunciando officium suum expleuit, ideo nil amplius agere debet, concludo igitur, quod Iudex non solum poterit illam interlocutoriam declarare, sed reuocare, non semel, sed bis tantum, vt voluerunt Iafredus dec. 194. Canonista post Dinum, & Barl. in cap. cum cessante de accusat. Anton. de Butreo in cap. fraternitatis de frigid. & malefic, Muta in consuetud. Panorm. cap. 68. n. 31; Ficchard. tom. 2. com. opin. lib. 7. tit. 8. nu. 26. pag. 244. idem obseruamus in nostro Supremo Senatu, & Mag. Curia Vic. ac in alijs Curijs inferioribus nostri Regni, vt semel tãtum de interlocutoria cognosci possit, postquam prima vice in iudicio fuit iudicata, & ita continua praxis obseruat, ne lites in infinitum decurrant, ob vulgatã regulã, quod nõ licet tertio prouocare, puntualiter Maranta in praxi par. 6. glos. & demum fertur sententia actu. 1. num. 9. prout etiam in Regno Lusitaniæ semel tantum interlocutoria reuocari potest, vt in Ordin. illius Reg. lib. 3. tit. 65. §. vlt. vbi Barbos. in comment. ad eundem tit. 65. in princ. num. 4. Caueas autẽ à Steph. Gratian. discept. for. cap. 147. nu. 11. & cap. 155. nu. 16. cum seq; vbi cum alijs ab eo allegatis dixit decretum interlocutorium millies reuocari posse, nã si hoc admitteremus in foris, lites essent immortales, & iustitia in ludibrium cõuerteretur, nam crebra mutatio, & reuocatio non est laudabilis, Clem. cũ illustio de renuncia. maximè in personis grauibus, sicut sunt Iudices, Ripa in l. quod iussit ff. de re iudic; meritò d. Gratian. communiter reprobatur, scilicet à Scaccia de appellat. quæst. 19. remed. 1. concl. 6. num. 63. vers infero, Salgad. de reg. protect. tom. 1. par. 1. cap. 5. à num. 13. & licet prædictum Gratian. relatiuè citauit d. Barbos. in clemen. cum à repulsione 7. de appellat. nu. 4. non tamen eius conclusionem approbauit, imo confutauit in cap. cum cessante de appellat. nu. 23. vbi dixit verius esse Iudicem semel, & iterum dumtaxat posse interlocutoriam reuocare; Et est ita verum, quod de interlocutoria bis tantum cognosci possit, vt si fuerit geminata reuocari amplius non possit, ita ex Glos. in d. Clemen. cum à repulsione, notant Caldas Pereyra de potest. eligen. seu nomin cap. 2. nu. 38 & Barbos. in ead. Clemen. nu. 4. vbi alios allegat, nam, quando bis fuit confirmata transit in rem iudicatam, tam quo ad partes, quam quoad Iudicem. Dom. Consil. Altimar. de nullit. rub. 3. q. 1. num. 66. Sed in hac reuocatione facienda debet pars citari d. cap. si à Iudice, sed si interlocutoria notoriè iniusta lata fuerit, potest reuocari sine citatione, Corset. singul. 95. Brunnem. in d. l. quod iussit n. 4. in fin. & non potest reuocari nisi causæ afferantur æquæ, & probabiles Brunneman. vbi supra num. 2. Menius decis. 374. num. 3. par. 2.

An autem ab interlocutoria possit appellari, dicunt DD. negatiue, allegant tex. in l. ante sententię 7. vbi Glos. in verb. discussore, & ibi DD. C. quorum appell. non recip. l. 2. C. de Episcopal. audien. ibi: ante definitiuam sententiam, vbi Glos. refert iura concordantia, Barbos. in d. l. 2. vbi subdit, quod si appellatio fuerit obtenta, antequam fuerit grauamen definitiuè illatũ, erit nulla, neque eius inhibitio causet attentata, cum Lancellotto de attentatis par. 2. c. 20. limit. 12. nu. 1. hanc eandem conclusionẽ videtur confirmasse Concilium Tridentinum sessio. 24. de reformat. cap. 20; ibi. nec appellatione ab eisdem interposita per superiores quoscumque recipiantur, nisi à definitiua, per quæ iura ita concludunt Petrus Gregor. Tholosan. de appellat. lib. 2. c. 3. n. 7. Riccius in dec. Cur. Archiepiscop. par. 4. dec. 16. Scaccia de appellat. qu. 17. limit. 46. n. 1. alijque citati à d. Scaccia, & à Barbos. in collect. ad cap. cum cessante de appellat. nu. 4. Salgad. de reg. protect. p. 2. cap. 1. nu. 4. Alij vero fatentur ab omni grauamine dari appellationem Cancer. var. resol. cap. 17. nu. 169. par. 3. alijque adducti à d. Scaccia loc. cit; qui non allegant iura, sed allegare possũt tex. in l. preuaricationis ff. de preuaric. vbi dicit super incidenti sententiandum, & per consequẽs appellandũ, & pro hac cõclusione d. textũ allegat Glos. in d. l. ante sententiã in fine; Tu autem pro resolutione talis quæsiti, dicas cũ distintione inter ius canonicum, & ciuile, vt distinguit Glos. in d. l. ante sententia in addit. quod scilic. de iure ciuili procedãt supra allegata, vt non detur appellatio, nisi interlocutoria haberet vim definitiuę, à qua licet appellare, Frãc. Marc. dec. Delphin. 314. n. 1. vol. 2. Bernard. Greui lib. 1 concl. 130. à n. 1. Barb. in d. cap. cum cessante n. 5. secus si non haberet vim definitiuę, & in hoc vltimo casu debet intelligi Concil. Trident. d. cap. 20. At vero de iure canonico de omni grauamine licet appellare quãdocũq; cap. sup. eodẽ, & c. cũ sit Romana 2. de appell. & ego addo cap. quicũq; 11. qu. 1. & c. cũ cessante de appellat. vbi S. Põtifex statuit, quod si Iudex interlocutoriam reuocauerit, liberè possit in causa procedere, non obstante appellatione, igitur à cõtrario sensu, si non reuocauerit, competit appellatio, glos. in d. l. 2. in verb. causa C. de Episc. audient. Imo in multis casibus de iure ciuili admittitur appellatio, ante prolationem sententiæ definitiuæ, quos refert glos. in d. l. ante sententiæ, alios casus refert Barb. in d. c. cũ cessante n. 5. & idẽ repetit in collect. ad

Con-

Concil. Trident. d. seßio. 24. *cap.* 20. *nu.* 19. *& seq* vbi tot limitationes adducit ad d. regulã, vt non liceat appellari ab interlocutoria, vt quasi prædictam regulã destruere videatur.
Et nota, quod sententia interlocutoria post-
6 quam fuit lata, non potest iustificari, vel impugnari ex nouis actis, & scripturis, *clem. si appellati de appellat*;& sic regula *tex. in l. per hãc C de tempor. & repar. appellat.* quæ dicit, nõ deducta deducã, nõ probata probabo, nõ procedit in appellatione ab interlocutoria, *Vinius dec.* 332. *Marau. in praxi p.*6. *in glos. & demũ fertur sententia actu* 1. *nu.* 10. *Cornazar. dec.* 80. *num.* 7. *Cancer. var. resol. p.* 3. *cap.* 17. *n.* 107. Sed talem conclusionem intelligunt DD. quando ageretur de reuocanda interlocutoria coram Iudice appellationis, quia tunc nõ poterit ex nouis actis iustificari (exceptis aliquibus casibus relatis à *Cancer. dic. cap.* 17. *à nu.* 107. *vsq; ad nu.* 131. *par.* 3.) secus si ageretur coram Iudice à quo, qui interlocutoriam pronunciauit, nam hoc casu concedunt nouas probationes produci, vel scripturas pro illa infirmanda, vel cofirmanda, *Vinius decis.* 332. *nu.* 4. notabiliter *Cancer. d. cap* 17. *num.* 107 *& seq.* aliique prædictis citati Sed talis diuersitas mihi non placet, nam nõ video rationem differentiæ inter vnum, & alium casum, & sicut coram Iudice à quo permittitur partibus noua acta, & scripturas producere, quando de causa cognoscit, eodem modo permitti debet Iudici appellationis, in cuius locum successit, vt partes eorum incumbentiam producere valeant.

De iure vero nostri Regni Vnusquisque Con-
7 siliarius, solus super incidentibus prouidere potest, nisi aliqua iusta causa eum vrgeat, ad referenda in Aula Sacri Consilij, statuit *pragm.* 26. *De Offic. S.R C.* postquam vero fuerint incidentia in Sacro Consilio relata, statim votanda sunt, antequam de alijs incidentibus fiat rélatio, & si ex aliqua iusta causa differantur, non possunt ad aliud tempus differri, nisi ad sequentem diem, præcipit eadem *pragm.* 16. *s.* 2. quæ decreta tenetur successor ad officiũ adimplere, *Salgad. in Laberinth. credit par.* 3. *cap.* 6. *n.* 9. *& seq.* quia talis successor reputatur vna persona, *Thor. vot.* 1.
Limita nostram conclusionem quando decretũ interlocutoriũ fuit executioni datũ, nam hoc casu sine cõsensu partiũ reuocari nequit, *Brunneman. in d. l. quod iussit n.* 4 sicut nec declaratoria potest reuocari, nec quãdo decretũ vim definitiui habet. *Corset. singul.* 292. *& seq.* Limita etiam in illa interlocutoria, qua Iudex se pronunciauit incompetentem, quæ nec etiam mutari potest, *Corset. singul.* 296. *Brunneman. loc. cit. num.* 4. & ratio est, quia talis interlocutoria habet vim definitiui decreti *Valasch. consul.* 47. *n.* 5. *lib.* 1. *Hiron. de Laurent, dec.* 40. *num.* 9. *Thom. Docins consf* 124. *Cancer. dict. par.* 3. *cap.* 17. *num.* 148. *& seq.* igitur competit cognitio Iudici appellationis, non Iudici à quo. *Barbos. in cap. cum cessante n.* 8. *de appellat.* latè *Vrsell. in esam. apũ excl.* 128. *n.* 241. *Vela dissert. inr.* 41. *nu.* 9. *tom.* 1. qui in seq. *nu.* 13. subdit, quod si Iudex appellationem neglexerit expressè, vel tacitè in procedendo, vim dicitur inferre, & ita in seq. *num.* 27. refert decisum in suo Hisphalensi Senatu.

Secunda est Conclusio, Iudex non potest reuo-
10 care sententiam definitiuam à seipso latam, quia prædicta sententia definitiuè lata non potest retractari, *l.* 1. *ff. de re iudic. l.* 4. *C. de exceptio. l. Paulus* 42. *ff. de re iudic. l. acta s. de amplianda ff. de re iudic.*, nam nõ decet Iudices sententiam, quam tulerunt reuocare, vt habetur *in l. fin. in fine C. de modo mulctar.* & ratio est, quia Iudex postquam sententiam pronũciauit, siue benè, siue malè functus fuit officio suo, & Iudex esse definit, *l. Iudex posteaquam ff. de re iudic. Bald. in cap. cum cessante n.* 8. *de appellat. Burattus dec.* 619. *n.* 2. & consequenter non poterit ex interuallo suam sententiam reuocare, *Franc. dec.* 398. *n.* 3. *in fin. Staiban. resol.* 176. *n.* 110. *lib.* 2. Dixi ex interuallo, nam eadem die, qua illã protulit, poterit reuocare, nõ tamen postea *Glos. in d. l. Paulus in vers. circa condemnandum, Staiban. loc. cit. n.* 110. *Gratian. c.* 147. & malè dixit *Ripol. var. c.* 3. *n.* 287. posse Iudicẽ sentẽtiã suã corrigere, dũmodo Iudicis ad quem inhibitio non interuenerit, quia defectus venit ex impotentia, non ex inhibitione.

Amplia 1. vt nedum reuocare non possit Iudex
11 suam latam sententiam, vel mutare, verum nec etiam illi quid quam addere, latè *Alex in cons.* 90. *ferè omnis vis vol.* 1. quod consilium est repetitum *in* 3. *vol. n.* 118. vbi *in n.* 12. dicit, quod quando adiectio tendit ad correctionem, vel resolutionem sententiæ, in totũ, vel in partem, tunc etsi in incõtinenti fieret, non permittitur, vt latè *Felin. in cap. in literis de Offic. Deleg et ibi Barb.*

Amplia 2. vt conclusio procedat, licet Iudex
12 pronunciauerit secundam sententiam, dicẽdo ex errore fuisse primam promulgatam, quia non potest suum errorem emendare, postquam iudicauit, tam in ciuilibus, quam in criminalibus. *Caball. dec. crim. cent.* 2. *casu* 133. *in fin. Guazzin. defens. reor.* 35. *cap.* 12. *n.* 5. *Franc. d. dec.* 398. *Staiban. resol.* 280. *n.* 83. *Caesar. quæst. peregrin.* 49. *n.* 16. imo si hoc ageret Iudex, nulliter procederet, promulgando decretum contra decretum, & sententiam contra sententiam, quæ sunt nulla, *l.* 1. *C. quando prouocar. non est necess. l. nam, & postea, S. si quis damnet. vbi Glos.* & , *Barl. ff. de iur. iur. cap. inter monasterium de re iudic.*

Amplia 3. vt conclusio eo fortius procedat, vt nõ

Ddd pos-

possit Iudex sententiam reuocare, quando
13 illa transiuit in rem iudicatam, quia est talis efficaciæ exceptio rei iudicatæ, vt impediat litis ingressum, *cap. 1. de lite contest. in 6. Bart. in l. nam, & postea in princ. ff. de iur. iurand.* Et ista exceptio, quæ defuncto obstabat, eius hæredi quoque obstat, *l. exceptio 28. ff. de except. rei ind. Franc. dec. 179. n. 1. & 2.* quia hæres vna persona cum defuncto censetur, *l. quod ipsis 188 ff. de reg. iur. Afflict. dec. 288. n. 2;* etiã si hæres ex propria persona ageret, pro vt per S.C. iudicatum fuisse testatur, *Cons. Pratus in addit. ad Muscatell in prax. ciuil. par. 4. glos. iudicatæ in versic. tradit.* in causa Comitissæ Gãbatesiæ opponentis rei iudicatæ exceptionem contra Marchionem Tufilli, non obstante, quod sententia pro d. Comitissa lata non fuisset contra Marchionem, sed contra illius Patrẽ, & Fratrem, cum ageretur de fideicommisso, Imo obstat etiam singulari successori, sicut eius prædecessori obstabat, *Glos. in l. & an eadem 14. ff. de except. rei iud. in verb. personarum,* prout esset casus in Prælato succedente Prælato defuncto, *Nonar. dec. 196. nu. 8. Reg. de Ponte consil. 8. nu. 29. vol. 2.* sicut in materia fideicommissi, vel Maioratus sententia lata cum possessore nocet vocatis ad illud, etiã non auditis, latè, *Molina de primog. lib. 4. cap. 9. n. 3, Camill. de Medic. cons. 129. n. 20. & 21.* Sed hanc exceptionẽ rei iudicatæ debet pars opponere, quã si non opposuit, non potest illam Iudex ex officio supplere. *Mascard. concl. 1325. num. 5. & 6. tit. de probat. Manent. dec. 15. num. 16.* ideo si pars patitur disputari de viribus sententiæ, & exceptionem prædictam non opponat, sibi præiudicat, *DD. sup. cit.*

Amplia 4; vt exceptio rei iudicatæ officiat reuocationi, licet identitas personarũ non sit
14 vera, sed interpretatiua, cũ qua lata fuit sententia, nam licet regula sit, quod exceptio rei iudicatæ, vt possit militare, requirat tria illa requisita, sc. interuentũ eiusdẽ personæ, rei, & eiusdẽ modi agẽdi, *l. cũ quæritur 12. cũ duob. seq. ff. de except. rei indic. Bald. cons. 462. vol. 3.* tamen sufficit, vt identitas personæ cõcurrat, etiam interpretatiuè, *Glos. singularis in l. & an eadem 14 ff. eod. in verb. concurrant, Nouarius dec. 196. n. 6. in fin. Reg. de Ponte cons. 153. nu. 5. cum seq. volu. 2. & consil. 187. n. 13. & 14. eod. vol.* vbi inquit, quod si sententia sit lata pro, & non contra agentem, etiam si sit talis cuius non interest, prodest omnibus quorum interest, quamuis in iudicio non fuerint, nã semper, quod adest interesse, non sunt personæ alienæ, & *Glos. in d. l. & an eadem in d. verb. personarũ versi. item quod plus est,* ait, aliquando etiam extraneos interpretrari, esse easdẽ personas, & *Glos. in d. l. Iulianus 3 ff. eod. vers. secundo dicit,* quod exceptio rei iudicatæ cõprehẽdat omnes personas, quę possunt res in iudicio deducere; ideo etiã dicas exceptionem rei iudicatæ ab authore in emptorem transire, *l. si à te 5. Iulianus ff. de except. rei iudic. Isernia in capit. 1. §. si Vassallus de feud. column. 2. & 3. si de feudo fuerit contro; & in capit. 1. §. quid ergo in fine de annestit. rei alien fact. latè Loffred. in d. §. si Vassallus pag. 38. & consil. 44. num. 8;* sicut, etiam in emptorem transit effectus probationum, *Bart. in l. 2. col. 3. versic. sed an porrigatur ff. de edendo, latè Alex. in l. sæpe num. 69. ff. de re iudic. idem in d. l. 2. col. 2. num. 26.* vbi idem in confessione, & de omnibus actis dixerunt, *Butreus in c. causam, quæ col. 2. versic. secundus casus, & col. 3. de testib. Alex. & alii in d. l. 2.*

Amplia 5; vt cõc'usio procedat; licet Iudex fuerit remotus à suo officio, & efficiatur pars cõ-
15 litigans, nam hoc casu nõ poterit sententiã vti pars inpugnare, quam vti Iudex instam pronunciauit, *Rubeus in annot. ad dec. Rot. Roman. recent 501. num 27. tom. 1. par. 2.* ob illã rationem, quia author nullitatis non potest illam inpugnare in sui præiudicium, nam iniustè illam opponit, cuius causam ipse præbuit, *l. cum mandato ff. de neg. gest. l. mulier in fin. ff. de ventr. inspic. Rota coram Mantic. dec. 78. num. 4. & dixi supr. in præstant. n.*

Limita 1. quando Iudex sententiam definitiuã declarauerit, quia declaratio nil noui addit, nec mutat sensum declarati, sed ad illũ retrotrahitur, *l. hæredes pal am 21. §. si quis post factum, vbi Glos. in verb. significat de testam. l. si donare 37. in fin. ff. de donat inter vir. & uxor. Surd. dec. 29 Gratian cap. 147.* ideo non dicitur facta mutatio, vel sententiæ reuocatio, sed hoc intellige, quãdo sẽtẽtia esset dubia, secus si clara, quia hoc casu Iudici mutare sẽtentiam, nõ permittitur, nisi in incontinẽti, antequã actus habitus sit pro facto *Grat. vbi sup.*

Limita 2. quando fuerit obtẽtũ rescripti Principis, quod habilitat Iudicem ad cogno-
17 scendũ de iuribus decreti, quo casu poterit Iudex reuocare suum decretum definitiuũ etiam re non integra, quia hoc casu non est nouum iudicium, sed continuatio primi, Principis beneficio restaurati, *Glos. in l. 1 ff. sent. rescind. non posse Abbas in cap. suborta num. 1. circa fin. ff. de re iudic. vbi Felin. num 11. versi. beneficio, Muta dec. 17. nu. 24. in fine Rota in Fulginaten. subhastationis 14. Maij 1655. coram Albergato,* relata à *Rubeo dec. Rot. Roman. par. 12. dec. 12. nu. 14.* vbi dicit, quod rescriptum signaturæ eundem operatur effectũ, vt Iudex primã reassumat iurisdictionẽ.

Limita 3. quando sententia est nulla ipso iure,
18 quia hoc casu potest Iudex ordinarius iterum iudicare, *Menoch. de arbitrar. q. 67. Cancer. par. 2. cap. 2. à n. 266. Ioseph Ramonius cons. 80. num. 6.* qui probat sententiam nullam ex dete-

defectu Iuriſdictionis poſſe Iudicem nullam declarare, quia paria ſunt non eſſe, ac nulliter eſſe, *Andreas in cap. 1. §. præterea num. 13. quæ ſit. 1. cauſa benef. amitt. l. 1. §. ait prætor ff. quorum legatorum*; Idcirco, ſi Iudex nulliter iudicauit, poteſt ferre ſententiam contrariam primæ, ita vt ſi prius nulliter abſoluit, poterit poſtea condẽnare, *Gratian. diſcept. 531. num. 71. & ſeq. per tex. in l. fin. C. de ſent. quæ ſine certa quantit. Luca ad Franc. dec. 398. num. 2. in fine.* Sic è contra ſi prius validè ſententiam protulit, ſed poſtea ſecunda vice condemnauit, vel abſoluit contra primum decretum tranſactum in rem iudicatam, poterit iterum hoc ſecundum decretum nulliter latum reuocare, ordinando exequtionem primi decreti, non ſecundi, quia hoc ſecundum decretum nullũ eſt, *l. 1. C. quando prouoc. non eſt neceſſ. l. nam & poſtea §. ſi quis vbi Gloſ. & Barl. ff. de iur. iur. cap. inter Monaſterium de re iudic. Franc. dec. 398. vbi Luca, Staiban. reſol. 80. num. 83.*

Sublimita, vt non poſſit ſententia nulla reuo-
19 cari, quando ſunt elapſi anni ſeptuaginta, &
plus, *Gloſ. Barl. & Salicet. Iaſon Soccin. Alex. & alij citati Aſmon. conſil. 108.* & alij per *Maran. in ſuo ſpecul. in 3. & vltima par. in princ. in verb. & demum fertur ſentẽtia num. 153. fol. 141.*

Limita 4, ſi ſentẽtia eſſet lata ex falſa cauſa, quã
expreſſit Iudex in ſententia, nam Iudex
20 non tenetur exprimere cauſam in ſen-
tentia, quando vero illã exprimit, & eſt falſa, facit ſententiam nullam, ideoque reuocabilem *l. 1. C. ſi ex falſis alleg. l. 2. & l. ſi cum inter C. quando prouocar. non eſt neceſſe, l. qui teſtamento ff. de excuſ. Tutor. & l. Seio ff. de Tutor. & Curat. datis ab his, Barl. & alij in l. 1. C. de erro. Calcul.* decretum enim fundatum in errore nullum eſt, *l. vbi repugnantia ff. de reg. iur. l. 1. C. de furtis Afflict. dec. 47.* quia præſumitur iudicaſſe ex deductis, & probatis *Abbas. in cap. Aduerſario num. 11. de præſcript. Alex. in conſ. 182. num. 2. vol. 2.* adeo quod contrariũ demõſtrare onus eſt proponentis *Io: Andreas ad Specul. in rubr. de clandeſtin. diſpenſ. in fin.* Quod procedit, vt nec etiam ſentẽtia lata ex falſa cauſa poſſit ſubſtineri ex vera, quæ ſuberat, *l. qui teſtamentum in princ. ff. de excuſat. tutor. Iaſon.* poſt alios *in l. ſi is ad quem nu. 27. ff. de acquir. hæred. Ripa in l. 1. §. ſi quis ita num. 31. ff. de verb. oblig. Vantius de nullit. ex defectũ proceſſ. num. 128. cum ſeq. Alex. conſil. 123. col. 3. verſ. tamen, quoad propoſitum tom. 1. Menoch. conſil. 80. num. 69. Manent. dec. 15. nu. 12.* Sententiæ enim, & res iudicatæ non debent trahi ad iniquum, *l. fin. ff. de vſucapio. pro empto, Vrſill. ad Afflict. dec. 354. n. 7. Fontanell. dec. 177. n. 12.* Ex quo tradit *Gugaz. in defenſa Reor. 35. cap. 18. num. 17.* vt ſi per errorẽ, & inaduertenter Iudex condẽnauerit Reum, qui erat innocens, poterit retractare ſentẽtiã ſuam, vel ſuperſedere, vt conſulat Principem de opportuno remedio, & ideo per leges Germanorum latas ab Imperatoribus *Carolo Magno, & Ludouico tit. 2. cap. 19.* ſancitum erat, vt ſi Iudex per errorem iniuſtè iudicauerit, non vocetur ad culpam, refert *Frideric. Brumer. de Scabin. cap. 8. ſ. 9.* qui concludit, quod tunc Scabinis errorem atteſtantibus credebatur, quando illum Sacramento confirmabant.

Sed ſi Iudex ſentẽtiauit ad maiorem ſummam,
quæ verè debetur, an poſſit reuocari quo ad
21 totum, vel ſubſtineatur pro quantitate verè
debita. Prima facie videtur dicendum, vitiarẽ ſententiam Iudicis pro tota ſumma, ſi fiat pro maiori quantitate *l. ſi non ſortem §. ſi centum ff. de condict. indeb.* & notat *Barl. in l. certi conditio § quoniam ff. ſi cert. pet.* poſt multos ita tradit *Barzius dec. 76. num. 6. Cartar. dec. 39. num. 9. & ſeq.* ſed alia opinio eſt *Barl. in l. fin. ff. quod met. cauſ.* qui ait ſubſtineri pro quãtitate vera debita.

Sed quatenus eſſet tenenda prima opinio, ob illã rationem, quia decretum Iudicis eſt indiuiduum, ideoq: vt ſit totum invalidum, nec exequendum pro ſumma verè debita, tamen hoc non procedit, quando decretum petitur exequi virtute alicuius pacti exequtiui potius ex vrbanitate, quam ex neceſſitate, quia hoc caſu non vitatur in totum, *Iaſon. in d. l. ſi non ſortem ſ. ſi centum vbi Soccin. num. 33. per tex. in l. p. ſ. ſi due in 2. reſponſ. ff. quorum leg.* quia hoc caſu magis videretur obtenta exequtio vigore pacti, ſeu contractus, quam decreti, *prout* eſſet in noſtro Regno, quando conceditur aſſiſtentia, quam re vera non dicitur Iudicem concedere, & poſſeſſionem, ſed, ad eam capiendam aſſiſtentiam præſtare, nam cum authoritas Iudicis impetretur adheſiue, non dicitur facere, ſed facienti aſſiſtere, latè *Chartar. dec. Genuæ 39. Vinius dec. 44. Capic. dec. 51. nu. 3. & 4.* Cum ergo in terminis noſtræ *pragmaticæ de aſſiſtentia*, familia Iudicis pro cõcedenda aſſiſtentia concedatur potius de vrbanitate, quam de neceſſitate, cũ in inſtrumento adſit clauſula conſtituti, & præcarij cum hypotheca, & pacto de capiẽdo, vt latè *Chartar. d. dec. Genuæ 39. Vinius dec. 44. Capyc. dec. 51. num. 3. & 4.* ideo pro maiori quantitate ſi fuerit conceſſa aſſiſtentia, ſubſtinetur pro quantitate verè debita, *Cancer. par. 3. var. cap. 17. à num. 334.*

Limita 5. quando ſententia fuit lata de conſenſu
22 partium, quia hoc caſu poterit reuocari,
& non inducit exceptionem rei iudicatæ, neque nocet tertio, *Alex. in l. ſæpe ver. 9. & vlt. n. 83. ff de re iudic. Bald. in l. ingenuũ in 2. lectura*

verſ. 2. requiritur ff. de ſtatu hom. Decius conſ. 425.num.36.

Limita tandē, quando ſententia fuerit lata cum procuratore non vero, quæ poterit reuocari, *l. licet C.de procurat.* imo talis ſententia lata cū falſo procuratore, vel non vero, neque poterit ab ipſa parte ratificari, *Iaſon in d. l. licet in 7. lim.C.de procur.* nam dicitur talis ſententia lata contra abſentes, non contumaces, & proinde nulla ex defectu ſollemnitatis, *per l. eaque C. quomodo, & quando non poſſit per Dom. ratificari* imo, & ſi poſtea compareat verus procurator conſtitutus, per hanc comparitionem non arguitur tacita ratificatio, ſed expreſſa non ratificatio, *l. Paulus ff. rem rat. haberi.*

PRÆSTANTIA XLVII.

Præſtantijs multis fulget Supremus Senatus Sacri Conſilij Neapolitani, circa condemnationem expenſarum.

SVMMARIVM.

1 *Expenſæ differunt ab impenſis.*

2 *Expenſarum ſolutionem victum victori faciendam, omnia Europæ Subſellia per ſuas conſtitutiones obſeruant.*

3 *Romani etiam vindicabant ſolutionem expenſarum.*

4 *Expenſarum ſolutionem victi an poſſint euitare ob iuſtam cauſam litigandi.*

Cauſa iuſta litigandi excuſat potius victum ab expenſis, quam actorem

5 *Expenſarum ſolutio excuſatur ob iuſtam cauſam litigandi, quando expenſæ debentur officio iudicis, ſecus iure actionis.*

Creditor petens plus debito non excuſatur ab expenſis, & quādo, & an excuſatur Reus, qui non obtulit partem, quam vere debet.

6 *Expenſæ litis debentur in Regno Neapolitano iure actionis, quia vigore conſtitutionis. Regni ſolui debent.*

7 *Expenſæ litis debitæ iure actionis, etiam poſt latam ſententiam peti poſſunt.*

8 *Expenſarum ſolutionem ſi Iudex omiſerit, cenſetur victus tacite abſolutus, ſed de expenſis debitis Officio Iudicis, ſecus iure actionis.*

9 *PRÆSTANTIA S.Conſilij Neapolitani eſt, vt ſemper abſoluat victos ab expenſis, ob iuſtam cauſam litigandi.*

10 *Expenſarum ſolutionem omittit Supremus Senatus, quando ex duabus ſententijs Regijs vna confirmatur, licet non concordi voto omnium Senatorum.*

11 *Expenſarum condemnationem ſi omiſerit Iudex à quo, an Iudex appellationis poſſit victū condemnare ad ſoluendum.*

PRÆSTANTIA Supremi Senatus eſt, vt ad expenſarum condemnationem omiſſam poterit in ſententia confirmationis appellantem condemnare.

12 *Expenſæ licet petitæ non ſint, tamen adiudicari poſſunt victori, ſed tutius eſt, vt petantur, & cur.*

13 *Expenſarum ſolutionem, ſi Iudex inferior neglexerit, tenetur cauſam exprimere in ſententia, non ſic Curia Suprema.*

14 *Expenſarum ſolutionem debet Supremus Senatus ordinare, quando iniuſta cauſa cognoſcitur ad litigandum.*

Temere litigantes in multis caſibus notantur Actores, & Rei, qui enumerantur.

Clerici debent ad expenſas condemnari, quando coram Iudice Laico voluntarie iudicium ſubſtinent, & diù diſtulerint allegare priuilegiū Clericale.

15 *Expenſæ neceſſariæ ſolui debent victori, & enumerantur.*

16 *Aduocatus ſuam cauſām defendens, an poſſit ſuum patrocinium recuperare ab aduerſario victo.*

17 *Fideiuſſor expenſarum litis non poteſt exequi vltra aureos triginta.*

18 *Expenſarum condemnatio in multis caſibus fieri non poteſt, qui enumerantur.*

Loquimur in preſenti rubrica de condemnatione expenſarum, occaſione litium factarum, & ſunt illi ſumptus in iudicio circa litem, iuris noſtri conſequendi cauſa facti *l. conſtitutio 5. ff. fructibus, & lit.expenſ. l. properandum C.de iudic.* ad differentiam impen-
1 ſarum, quæ non in litem, qua res petitur, ſed in ipſam rem fiunt, de quibus in *tot.tit. ff. de impenſis, Matthias Stephani de offic.Iudic.lib. 6. cap.6. num.* 1. & vt præeminentias Supremi Senatus, & præcipuè noſtri Neapolitani circa præſentem materiam deſcribam, operè pretiū eſt ſcire, quod omnes Iudices in ſentētijs definitiuis victum victori debeant condemnare ad expēſas, per *tex.ind. l.properandum. ſ. ſiue autem, & l.terminato C. de fructib. & lit. expenſ. Couarr.practic.queſt.cap.* 37. & omnia
2 Europę Subſellia has ſanctiones iuris communis, præcipientes ſolutionem expenſarum, obſeruāt, nam in Regno Siciliç teſtatur *Caſtill.dec.*86.*num.*8.*tom.*1. In ſenatu Genuæ *Carthar.dec.*1.*num.*2. In Subaudia *Faber in C.lib.*7.*tit.*18. *defin.*82.*Theſaur.dec.*61.*num.* 1. In Germania idem obſeruari fatetur *Berlich. dec.* 127.*num.*3. *Gaill. pract. obſerua.lib.* 1. *obſerua.*151. & ipſa Camera Imperialis victum Victori ad expenſas condamnat, poſt *Gaillius obſeru.* 152.*num.* 1. aduertit *Matthias Stephani loc.cit. d. cap.*6.*num.* 7. In Gallijs *Franc. Marc.dec.Delph.*191.*num.* 1. *vol.* 2. Et in Hyſpanijs *Fontanell.dec.*98.*num.*1. & ita etiam

per noſtri Regni conſtitutiones fuit confirmatū, vt in *conſt. Regni incip. Dinorum Principum ſub tit. de expenſis, & in noſtra pragm. 1. de expenſis*, vbi præcipitur Iudicibus, quod in ſētentijs definitiuis victum victori condemnent in expenſis, & in alia Regni *conſtit.* incipienti *Vniuerſos, & ſingulos*, eſt diſpoſitū, quod ii Iudices poſt concluſum in cauſa, viderint partis ſegnitiem pro expeditione litis, expēſas omnes in lite factas perſoluere faciant *Taſſon. in pragm. de antef. at. verſ. 3. obſeru. 3. n. 84.* Ex quibus noſtris conſtitutionibus mandantibus condemnationem expenſarum, introductus fuit vſus in noſtro Senatu, vt conuento inſtante, actor teneatur in principio litis præſtare cautionem de reficiendis expenſis, *Minad. dec. 4. Rouit. in pragm. 1. de expenſ. num. 1.*

Vindicabant etiam noſtri Romani temeritatē
3 litigantium, ne dum ſolutione expenſarum, ſed etiam pæna pecuniaria, erat enim apud eos tempore Neronis Imperatoris ſancitum, vt qui perperam ad Principem, vel Senatum prouocaſſet, pecuniam pænæ nomine ærario ferre, & mulctam exoluere cogeretur, ſcripſit *Alex. ab Alex. in dies genial. lib. 4. cap. 6.* Sed an iuſta cauſa litigandi, vel ignorantię excuſare poſſit ſuccumbentē à ſolutione expenſarum factarum in iudicio ordinario, multi DD. concludunt affirmatiuè per *tex. in l. qui ſolidū §. 1. ff. de leg. 2. & d. l. properandum §. ſin autem alterutrū Bald in l. generaliter in 3. col. C. de Epiſcop. & Cleric. & in l. eos §. cautione. C. de appellat. Afflict. in d. conſtit. dinorum Princip. num. 1. in fin. Antonius Gabriel. lib. 2. com. opin. tit. de expenſ. concl. 1. Gratian. diſcept. 725. in fin. Rouit. in pragm. 1. de expenſ. num. 3.* & erit iuſta cauſa articulus nodoſus, qui in cauſa controuertebatur, *Alex. Rauden. dec. Piſan. 22 num. 74;* & qualis debeat eſſe iuſta cauſa, vide *Marantam conſ. 15. num. 14 & Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 2. caſu 167;* ſed quia cauſa iuſta aliquando ſaoet Actori aliquando Reo, ideo dicas, quod eouſque tenetur Reus, quouſque actor iuſtā litigandi cauſam habuit, è contra tenetur actor, qui non deſtitit, poſt quam deſiit iuſtam cauſam litigandi habere, vt decifit Senatus Leodienſis teſte *Carolo de Mean. in obſeru. 529. num. 3. part. 4. iur. Leodienſ.* generaliter vero loquendo, iuſta cauſa potius excuſare debet victum ab expenſis, quā actorē, nā cum actor venit adiudiciū, debet eſſe inſtructus de ſuo iure, & de ſcripturis ſibi fauentibus, alias ſibi imputādū erit, vt adoertit *D. Petra in rit. 297 n. 31. to. 4.* Tu autē circa prædictū quæſitū diſtinguas duos caſus, val expenſę debentur ex
5 officio Iudicis, vel iure actionis, in primo caſu excuſat iuſta cauſa litigandi à condemnatione expenſarum *l. qui ſolidum 78. §. etiam ff. de leg. 1. Surd. conſ. 142. à nu. 9. Gratian. diſcept. for. tom. 1. cap. 33. Fachin. lib. 1. contro. cap. 40. & cap. 41. & lib. 12. cap. 52. Aſinius in praxi §. 32. cap. 2. limit. 2. 3. & 4. Creſpi. de Vald. obſer. iur. 48. nu. 9. tom. 2.* qui ſubdit in *n. 10.* quod iuxta hanc diſtinctionem intelligendi ſunt *tex. in d. l. properandū 13. §. ſi alterutrū*, Sed in ſecundo caſu, quando expenſæ iure actionis debentur, ſcil. ex conuentione, quamuis iuſta cauſa litigandi adfuerit, attamen ſolui debent, ita communiter *DD. ſcil. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 18. Faber. in C. lib. 7. tit. 18. de de fruct. & lit. expenſ. defin. 3. Cancer. var. reſol. lib. 2. cap. 6. num. 35. & 36. & lib. 3. cap. 2. num. 243. Larrea alleg. fiſcal. 38 tom. 1. num. 14. Peguera in praxi rub. 30. num. 29. Fontanell. dec. 95. num. 10. Creſpi de Valdaura d. obſeru. 48. num. 1. qui in num. 3.* hoc limitat, quando ad eſſet culpa agentis, forſan ſi plus debito petierit *Surd. conſ. 142. à num. 9. Gratian. diſcept. c. 33. num. 9. tom. 1. Menoch. de arbitrar. caſu 177. num. 15. de Angelis ad Gizzarell. dec. 20. Dom. Petra in d. ritu 297. num. 22*, quia in omni ſtipulatione excluditur caſus eueniens ob culpā ſtipulantis, *l. qui officij. 62. §. fin. ff. de contrah. empt. l. cum. proponas 3. C. de nautico fenore*, quæ culpa euitabitur, ſi actor petens plus debiti, reſeruauit in libello ius melioris calculi, iuxta tradita per *Cartarium dec. 57. per totam Barboſ. in cap. vnico de plus petitionibus, & in l. fin. C. eod. Creſpi. loc. cit. nu. 5. & 6.* vbi etiam aſſerit, non ſufficere clauſulā omni modo meliori, ad ſaluandā culpam, & ſolutionem expenſarū, quia d. clauſula reſpicit validitatem actionis, vel Iudicij, vt ſubſiſtat illa maiori via, qua poteſt, non vero veritatē crediti, quæ ſolum ſaluatur per clauſulam reſeruatiuam melioris calculi. Sed an teneatur ad expenſas actor, qui plus petijt, an Reus, qui non obtulit ſummam verè debitam, & dicūt eſſe damnandum Reum ad expenſas, qui nō obtulit ſummam debitam, cum petens centum, quinquaginta etiam videtur petere, quia in maiori ſumma ineſt minor *Papon. lib. 18. tit. 2. arreſt. 4. in fin. & arreſto 5. Barboſ. in l. eum qui temere 81. num. 143. & ſeq. ff. de iudic.* & ita iudicanit Senatus Pariſienſis apud *Papon. d. arreſto 5. Carol. de Mean. in obſe. iur. Leodienſ. 129. num. 4. par. 4.* & inclinat in hanc ſententiam *D. Petra in d. rit. 297. num. 23. tom. 4;* ſed nullatenus excuſatur Reus, qui nec totum, nec partem, ſe debere contendit, ſi verè conſtiterit partem debere, *Mean. loc. cit. num. 5.* præcipuè, quando agitur coram Supremo Senatu, vel coram Principe, vbi Reus non debet ſimpliciter negare, ſed cum qualitate aſſeren'o factum, prout verè eſt, vt poſt *Reg. Capic. Latrum dec. 153. ſub num. 11.* aduertit *Do. Petra in ritu 297. num. 12. tom. 4.*

Quia autem in Regno noſtro expenſæ debētur
9 vigore ſtatuti, ſcilic. dictæ noſtræ conſtitutionis

nis Diuorum Principum sub *tit. de expensis*, & per nostram *pragm.* 1. *eod. tit.* præcipientes condemnationem expensarum, proinde dicũtur deberi iure actionis, scilic. condictione ex lege non officio Iudicis, cum expensæ debitæ vigore statuti iure actionis debeantur, *Castill. dec. Sicil.* 86. *num.* 8. qui id fundat ex simili statuto Regni Siciliæ, sicut in hoc Regno dixerunt *Thor. voto decisiuo* 28. *num.* 18. *& seq. tom.* 1. *Sanfelic. in prax. sectio.* 61. *num.* 4. *Dom. Petra in ritu* 297. *num.* 13. *tom.* 4. *Borgognin. dec.* 16. *n.* 19 *par.* 1; sicut de vsuris centesimis, quæ debentur cõdictione ex lege, dicunt DD. illas deberi iure actionis *Franc. dec.* 21. *nu.* 4. propterea iusta causa litigandi nõ excusat ab expensis in Regno nostro, & in illis Regionibus vbi simile statutum viget, vt dixit idem *Afflict. in d. constit num.* 2. ex doctrina *Angel. in l. non solum circa finem ff. de rei vendic*, & in *auth. de exhibend. Reis circa princ. Alberic. de Rosate, & Iason. in l. properandum § fin autem*, & ita fatetur, *Afflict.* obtinuisse, secundum d. doctrinam *Angel.* sup. allegatam, non obstante aliquorum Doctorum sententia, qui contrarium ausi sunt asserere in terminis statuti, & assignant rationem, quia debet fieri interpretatio, vt statutum aliquid addat vltra ius commune, iuxta doctrinam *Bart. in l.* 2. *ff. de vsucapio. & in l.* 4. *§. prætor ait ff. de damno infecto*, rationabiliter igitur concludit *Afflict. in d. constit. Diuorum num.* 2. *circa fin.* Iudices nostri Regni debere obseruare nostras constitutiones, & condemnare Reum ad expensas, ob causam, & præmium victoriæ, non admittendo excusationem probabilis, & legitimæ causæ litigandi.

Ex hoc resultat vtilitas, quia, quando expensæ debentur iure actionis, etiam post sententiã
7 peti possunt, *Cumia in ritibus Siciliæ cap.* 73. *n.* 42. *Giurb dec. Sicil.* 81. *num.* 3, prout in simili statuto Ianuæ dixit *Matill. dec. Genuæ* 34. *nu.* 5. latè *Greuens in Gaillum tom.* 1. *conclus.* 151. *consid.* 2. *nu.* 5. *& seq. Mieres in const. Cathalon. tom.* 1. *collat.* 4. *cap.* 16. *num.* 10. *Berlich. dec. German.* 127. *num.* 3.

Alia etiam resultat vtilitas quia, quando Iudex omisit condemnationem expensarum, censetur victus tacitè absolutus *l. terminato, C. de fruct. & lit. expens. Petrus Iacob. in sua praxi tit. de action. commod. num.* 8. *Berlich. dec. German.* 126. *num.* 15. *Guazin. ad defens. Reor. tom.* 2. *defens.* 36. *cap.* 25. *num.* 3. *Vrsell. in examin. Apũ concl.* 128. *in verb. Appellatio n.* 160. *in fin.*

Sed nec intelligas procedere, quando expensæ debentur officio Iudicis, *Io: Ferrar. in process. iudic. part.* 2. *in addit. ad cap.* 4. *vers. ad §. generaliter fol.* 163. *Asin. in prax. iudic. §.* 32. *cap.* 2. *Couarru. practic. quæst. cap.* 27. *num.* 5. secus si expensæ debentur iure actionis *Guazin. d. defens.* 36. *cap.* 25. *nu.* 4. *Greuens ad Gaill. d. consid.* 2. *n.* 3. & refert decisũ *Thor. d. voto* 28. *in fin*; vel vigore obligationis Cameralis, quæ possunt peti, etiam post expeditionem mandati *Rota in Romana expensarum* 26. *Maij* 1614. *coram Manzanedo, Vrsell. in exam. apum concl.* 128. *n.* 160. *in fin.* Hinc dicunt DD; quod quãdo expensæ debẽtur vigore statuti, si Iudex omiserit condemnationem ipsarum, potest appellari, *Vrsell d. concl.* 128. *n.* 147. & licet *Grat.* dixerit *in cap.* 94 *lib.* 1. quod ab expensarum expressa absolutione detur appellatio, non à tacita, attamen debet intelligi, quando non debentur vigore statuti, ad tollendas autem has omnes ambiguitates Romani in eorum statutis voluerunt, quod licet sit omissa expẽsarum condemnatio, nihilominus illæ reficiendæ sint, vt ex statuto Vrbis affirmat *Vrsell d. concl.* 128 *num.* 160.

PRÆSTANTIA nostri S. Consilij circa præsentẽ materiam consistit in hoc, vt non debeat prospicere ad corticem verborum prædictæ nostræ constitutionis, præcipientis solutionem expensarum, sed semper absoluit victũ ab expensis, quando cognoscit iustam causã litigandi, vt notabiliter aduertit *Afflict. in d. constit. Diuorum num.* 2. *circa finem*, & subdit, quod d. constitutio ligat omnes Iudices, sed non ipsum Regem, vel eius Sacrum Consilium, & hoc ideo, quia est exorbitans à iure cõmuni, ideo nõ debet ligare ipsum concedẽtem, scilic. ipsum Principem, eiusque Supremum Consilium, quod etiam notauit *Dom. Petra in rit.* 297. *num.* 4. *tom.* 4. qui ex hoc dixit fuisse introductum vsum in nostro Senatu, apponendi in fine sententiarum absolutionẽ ab expensis, per hæc verba: *Neutram partem in expensis condemnando*, quod prius aduertit *Staiba. resol.* 176. *num.* 100. *cent.* 2. sed salua pace *d. Afflicti* nostri Doctissimi, & venerandi Iurisconsulti, ratio ab eo allegata mihi non satisfacit, quia nimis probaret, vt scilicet omnes alias Regni nostri Constitutiones, quæ vt plurimum sunt exorbitantes à iure communi, non deberet noster Senatus obseruare, ob eadem rationem, quia nomine Principis iudicat, & hoc modo dicendo omnis ordo legalis conuolueretur; At meliorem ad hoc allego rationem dicendo, quod quia Supremus Senatus veritatem, & æquitatem debet obseruare, cum viderit iustam causam victum habuisse litigandi, suam æquitatem sectando, nõ debet illum condẽnare ad expensas, sat enim excusatione dignus reputabitur, si non dolo, sed bona fide litem prosequutus fuerit, sed vel ista, vel antecedẽti ratione hodie motus noster Supremus Senatus, victũ ab expensis absoluit qui iusta causa motus fuit ad litigandum, vt etiam testatur *Thor. in voto decis.* 28. *num.* 34. *tom.* 1.

Nota etiam Secundam PRÆSTANTIAM Supre-

premi Senatus circa d. condemnationem ex-
10 penſarum, vt ſi adſint in cauſa duę contrariæ ſententiæ Regiæ, quando vna iſtarum confirmatur, neutra pars ad expenſas cõdemnatur, ob authoritatem Senatus, qui priorem tulit, ita practicari in Supremo Conſilio Aragoneo refert *Creſpi.d.obſeru.48. num. 16. tom.2.* vbi etiam dicit euitari condemnationem expenſarum, licet vna prędictarum confirmetur, nõ concordi voto omnium Senatorum, etiã vno tantum diſſentiente, ob iuſtam cauſam, ſcil. vnius Excellentis Doctoris opinionem, quæ tribuit ad litigandum, *Menoch. de arbitrar. caſu 177.n.3.& 4.*

Tertiam PRÆSTANTIAM adnotare poſſumus Supremi Senatus circa condemnationem expenſarũ, in explicatione illius quæſtionis, an
11 ſcil. Iudex à quo ſi omiſerit condẽnationẽ expenſarũ, poſſit Iudex appellationis victũ cõdẽnare ad expenſas, hãc quęſtionẽ examinat *Andreas in d.cõſtit. Regni Diuorũ*, & hinc inde rationes adducit, & quod poſſit, allegant *tex.in l.fin.ff.de re iudic.l.negotiorũC.de appell.l.rector ff de vſufruct & l.2.C.de decurio.lib.10. Specul.at.in tit.de expenſis §.nũc videndum Innoc.in cap.ſepè, de appellat.* aliique, quos approbat *Afflict.in d.conſtit. Diuorum nu. 3. circa fin.*

Sed in contrarium arguitur, quod non poſſit, quia Iudex, qui omiſit expenſarum ſolutionẽ, cenſetur victum abſoluiſſe ab expenſis, *per d. l.terminato l.4.C.depoſiti Iaſon in l. properandũ §.ſine autem alterutrum n.7. C. de iudic. Boer. dec.18. Afflict.dec.42.num.2. Gaſpar. Klock. in relat.19.vot.deciſ.nu. 66.* & licet communior, & receptior ſit prima ſententia, attamen *Rebuffus* relatus per *Dionyſium Gothofredum in praxi ciuil.lib.1. tit.9. de ſenator. in rubric. de priuileg.curiarum verſ.22.fol.510.* primam opinionem dicit non poſſe controuerti in Supremo Senatu, nam licet verum ſit, quod in omnibus appellationibus Iudices appellationum nil aliud debeant agere, niſi cognoſcere an benè, vel malè fuerit iudicatum, attamen Supremus Senatus poteſt cauſam appellationis in oppoſitum conuertere, ſupradicto modo videlicet; quod ſi Iudex à quo ſimpliciter, condemnanit abſque expreſſione expenſarũ, poteſt Supremus Senatus Iudex appellationum, in eadem ſententia confirmationis condemnare appellantem ad expenſas, & ſi de quolibet Iudice dixerunt DD. vt hanc habeat poteſtatem, vt fuerunt *Abbas in cap ſignific.nerunt num. 8. de exceptio. Natta conſil. 489. in fin.* quos refert, & ſequitur *Xamar. de offic.Iudic.& Aduoc.par.1.q.9.n. 124.* à fortiori idem debemus dicere de Supremo Senatu

Sed in iudicijs Curiarum inferiorũ quęri ſolet an ſit neceſſarium, vt expenſæ petitę ſint, vt
12 adiudicari poſſint? dico quod non per *tex in l.ſancimus C.de iudic.l.ædiles 21.§. item ſciendum eſt 8.ff de ædilit.ædict. l. cum fundus 31. ff.de reb.cred.Mynſinger.lib.2.obſeru.22.Gaill. d. obſeru.151.num.21.Io:Emeric.in praxi Cameræ Imperialis tit.78.num.13 Matthæus Stephani de offic.Iudic.d.cap.6.n.11.* vbi conſulit tutius agere Victorem, ſi illas petat, quia ſi expenſæ petitæ non ſint, tunc ſi Iudex earum condemnationẽ in ſententia omiſerit, & victum in illis non condẽnauerit, excuſatur, nec hoc ei imputari poteſt per *tex. in l.dies cautionis 4.§.hoc.iudicium 8.ff.de damno infecto Gaill.d.obſeru.151.num.21.& ſeq; Mynſinger.d.obſeru.22.verſ.quod verum eſt, & cent.3. obſeru.55.num.6.& ſeq;* poſt alios *d. Stephan. loc.cit.* Sed ſi actor expenſas petierit, præcisè Iudex tenetur in expenſas cõdemnare, adeo quod ſi earum condemnationem omiſerit. Iudex parti tenetur per *d. l. properandum §. ſine autem alterutrũ 6. l.ſancimus 15.ſub fine princip. verſ. ſi hoc prætermiſſerint C. de iudic.* poſt alios *Stephan.d.cap.6.num.12. Io:Emericus in praxi ciuili Cameræ Imperial. tit. 78. n.14.* Maximè ſi expenſę debẽtur iure actionis, quarũ ſi Iudex omiſerit cõdẽnationem, debet de proprio illas reſarcire, & poſtea à victo illas recuperare, dixerũt *Luc.de Penna in l. miſſi §.quod ſi,C.de exactor.tribut.lib.10.Paris de ſyndic.in verb.poteſtas n.4.&* de earũ omiſſione tenebitur in ſindicatu, iuxta *tex. in l. properandum §.ſin autem C. de iudic.* dumodo tamẽ per partem fuerint petitę alias nõ tenebitur in ſyndicatu *Paris de ſyndic.in verb.expenſæ cap.2.num.4.& 5. Amad. de ſyndic. nu. 148.Thoro in voto dec.28.num.29.tom. 1.*

Vltimam PRÆSTANTIAM adnotabis in eadem materia, etenim Regula eſt, quod Iu-
13 dex inferior ſi ad expenſas non condamnat, tenetur cauſam exprimere in ſententia. *ſ. oportet auth.de Iudic.collat. 6. Bart.& Bald.in l.Lucius ff.de his, qui notantur infam.* latè *Felin.in cap ſicut col.8.de re iudic.* Sed Curia Suprema non tenetur exprimere cauſam, ſed ſolet dicere, neutram partem in expenſis cõdemnando, ita *Rebuffus* relatus à *Dionyſio Gothofredo in praxi ciuil.lib.1.tit.9.de Senator.in rub.de priuileg.Curiar.verſ. vigeſimo primo fol. 510.* Sed quid dicendum, ſi quis appellat in cauſa principali, & appellatus qui obtinuit, ſuccumbat in cauſa appellationis, an debeat ſoluere expenſas vtriuſq; cauſæ. Diſtinguas, aut appellatus ſuccumbat ex eiſdem actis, vel ex nouis probationibus factis ab appellante, ſi ex eiſdem actis ſuccumbat, cõdemnari debet in expenſis vtriuſque cauſæ, quia hoc caſu eſt in errore iuris, ſecus ſi ex nouis probationibus ſuccumbat in cauſa appellationis, quia tunc eſt in errore facti, cuius ignorantia excuſat non iuris, *cap. ignorãtia de regul.iur. in 6.* vbi *Io: Andreas*, ita concludit *Henric. Bouerius in verb. expenſa n.8.* Imo, quando agitur de dãno euitando, etiam igno-

Sed reficiendæ ſunt illæ expenſæ, quæ verè
ſolutæ ſunt, non quæ potuerunt expendi.
t x, & Gloſ. in l. fin. C. de fructib. & lit. expens.
Boer. deciſ. 210. *Creſp. de Valdaura d. obſeru.*
48. *num.* 24. & licet appellatione expenſarũ
veniat ſalarium Aduocatorum, *cap. finem li-*
tibus, vbi Gloſ. de dolo, & contum. Emericus à
Roſbach. in praxi tit. 78. *nu.* 6. tamen quæſtio
16 eſt, an Aduocatus ſuam cauſam defendens,
poſſit valorem ſui patrocioij recuperare ab
Aduerſario, negat *Bart. in l. fin. C. de fructib. &*
lit. expens; & licet fuerit ſibi contrarius *in l.*
quod ſi domus ff. loc. tamẽ eius prima opinio
eſt communiter recepta, ita *Ioſeph. Ludouic.*
dec. Peruſin. 111. *Viuius tom.* 1. *com opin. lib.* 2.
tit. 6. *num.* 21. *verſic. ſed aduerte*, *Barboſ. in l.*
eum qui temere in princ. num. 261. *ff. de iudic.*
Boer. dec. 210. *Minſinger. cent.* 1. *obſeru.* 2. &
centur. 4. *obſeruat.* 68. alios citat, & ſequitur,
Monter. dec. Aragon. 14. *à num.* 1. *vſq; ad.* 6. Sed
ſi cauſa eſſet cõmis inter Aduocatum, & choæ-
redem, poterit recuperare expenſas pro parte
choæredis *l.* 1. *§. in propria cauſa ff. quando ap-*
pellandũ ſit Boer. d. dec. 210. *Trẽtaciuq. var. reſol.*
lib. 2. *reſol.* 3. *tit. de poſtulando, Scaccia. de re iu-*
dic. gloſ. 15. *num.* 16. *Creſp. de Valdaura d. ob-*
ſeru. 48. *num.* 24. fateor tamen, quod, *Aluar.*
Valaſc. conſult. 25. *num.* 14. audacter conatur
contrarium defendere, dicens victum ab ex-
tranea perſona non debere eſſe melioris con-
ditionis, victo ab Aduocato, nec ratio aſſigna-
ri poteſt, cur debeat eſſe deterioris conditio-
nis Aduocatus in cauſa propria, quam in cau-
ſa aliena, vt ſuos labores amittat: quibus ra-
tionibus reſpundet idem, *Monter. loc. cit. num.*
3. quod cũ Aduocatus in cauſa propria officiũ
perſonale tantum exerceat, tale patrocinium
nõ veniat in collationẽ expenſarũ, iuxta tra-
dita de Tutore per *Frãc. dec.* 122. *n.* 2. *at* mo-
dernus *Creſpi loc. cit. à num.* 29. hanc quæſtio-
nem reſoluit dicendo, quod ſi condemnatio
fiat non tantum ad expenſas, ſed etiam ad
damna, poterit Aduocatus propriam cauſam
defendens, patrocinium alias expendendum
ſibi taxari facere, quod approbant *Theſaur.*
dec. 67. *Barboſ. in d. l. eum qui temere* 79. *in*
princ. num. 260. & 263. *ff. de iudic Velaſc. de*
priuileg. pauper. par. 1. *q.* 28. *n.* 58. alijq; citati
à d. Creſpi loc. cit. n. 31. ſecus ſi condemnatio
fiat tantum ad expenſas. Si vero quis gratis
habuit patrocinium ab aliquo Aduocato, vel
Procuratore, hoc caſu poteſt petere ſalariũ
in taxatione expenſarum, quia licet Aduoca-
tus, vel procurator nil petat ab eo, pro quo
patrocinium præſtitit, tamen remanet obli-
gatus ad antidoralem obligationem de iure
naturæ, vt benefacientibus benefaciamus, *l.*
veluti l. ex hoc iure ff. de iuſt. & iure, ita *Ioſeph.*
Ludouic. d. dec. Peruſ. 111. *Trentacinq. d. reſol.*
3. *lib.* 2. *de poſtuland.* & licet contrarium in iſto
caſu dixerit *Boer. d. dec.* 210. tamen ſi veri-
tatem huius conclutionis conſiderare velis
vide *Monter. d. dec.* 14. *à num.* 7. qui tres caſus
diſtinguit, pro indaganda hac veritate.

Vnum tamen aduerto pro coronide, cum *Ronit.*
17 *in pragm.* 1. *de expenſ. num.* 32. quod contra
fideiuſſorem harum expenſarum, taxatio per
Iudicem non poteſt fieri vltra aureos trigin-
taſex, vt probat clarus *tex. in auth. libel. um C.*
de litis conteſt.

In multis caſibus non poteſt fieri condemnatio
ad expenſas, & primo, quando cauſa ventila-
18 tur inter Regem, & Vaſſallum, *Rebuff. ad l.*
Gall. tom. 3. *tit. de expenſ. articulo vnico gloſ.*
vnica num. 19. & 20. *Guttierez practic. lib.* 3.
quæſt. 21. *num.* 4. & 11. *Barboſ. in l. eum. qui*
temere 7. *in princ. n.* 191. *ff. de Iudic.* Boer. *dec.*
324. *qui n.* 6. dicit Regem Francorũ expenſas
miniſtrare pauperi ſecum litiganti, vide la-
tè Pegas *reſol. for. cap.* 10. *per tot.*

Secundus eſt caſus, quando expenſæ ex negli-
gentia actoris ſolutæ fuerint, & eſt caſus, quã-
do actor perempta inſtantia petit à Principe,
vel eius Supremo Conſilio inſufflationem
ſpiritus vitæ, quæ ſolet concedi ſolutis expẽ-
ſis, tunc factis per Reum, vt diſponitur in
noſtro Regno per *pragm.* 1. *de inſtantia cauſ.*
non reſtit; ſed ſi actor poſt refectas expenſas
obtinuerit ſententiam pro sè in cauſa prin-
cipali, non debet Reus ſoluere in liquidatio-
ne expenſarum illas expenſas, ſibi ſolutas ab
actore, quando reſtitutionem inſtantiæ ob-
tinuit, quæ ſolum ex ſua negligentia ſolutæ
fuerunt, ita *Franc. dec.* 331. Ronit. *in pragm.* 1.
de inſtant. cauſ. num. 11. vbi etiam *Nouar. in*
addit. num. 11. alijque relati *à Dom. Petra in*
ritu 297. *num.* 40.

Tertius eſt caſus, in quo licet poſſit procedi ad
taxationem expenſarum, non tamen facta
taxatione poterit procedi ad illarum exe-
qutionem, quando ſcilicet penderet appella-
tio à decreto condemnationis, vel reclama-
tio, etiam ſi eſſet ſententia S. C. & ratio eſt,
quia lis non eſt finita dum pendet appella-
tio, vel reclamatio, & dum poterit per recla-
mationem, aut appellationem ſententia re-
uocari, iuſtum nõ eſt, vt fiat exequtio pro ex-
penſis, *Afflict. dec.* 358. *in fine, & dec.* 231. Reg.
Ronit. in pragm. 1. *de expenſis num.* 11. vbi di-
cit talem ſtylum ſeruari, etiam in Senatu Pe-
damontano, *citat. Cacheran. dec.* 129. *num.* 1.
in fine Gratian. diſcept. lib. 3. *cap.* 349. *num.* 10.
Vrſell. in eſam. apum. concl. 29. *num* 20. & 21.
in verb. appellatio, licet in Curia Romana
contrarium obſeruari dixit, *Franc. dec.* 93.
in fin. ſicut etiam in Gallia fatetur *Laurent.*
dec. Auenionenſ. 55. & dixi ſup. in Preſt. exe-
qutionis ſententiæ S. Conſ. Sed ſi condemna-
tus ad expenſas in prima inſtantia, nil pro-
bauit, ſi appellauerit non admittitur ad pro-

CAPVT II.

De Præftantijs Sacri Confilij Neapolitani, erga alias Curias Inferiores, & alia Prætoria noftri Regni.

SIcut partitur quodlibet genus in fpecies, & fpecies in fuas differentias, ita confueuerunt fcriptores quodlibet opus in fuas partes diftribuere; Et, quia bipartita eft diuifio præfentis Primi Libri in duo Capitula; In primo collexi omnes Præftantias Supremi noftri Senatus ad intra, ideft illas, quibus ornatur circa caufas, quæ in fuo Supremo Præto. io agitantur, reftat in hoc fecundo Capitulo exponere, & enucleare omnes alias Præftãtias ad extra, ideft illas, quas exercet erga alias Curias inferiores, vel alia Prætoria eiufdem Principis, vt omni ex parte eius Poteftas, & præeminentia confideretur.

PRÆSTANTIA I.

Præftantia S. Confilij Neapolitani eft, vt fit Supremus Senatus omnium appellationum Curiarum Inferiorum noftri Regni.

SVMMARIVM

1 *Italia non venit fub nomine Prouinciæ Imperij Romani.*
Regnum Neapolitanum non eft Prouincia Italia.
2 *Italia erat omnium aliarum Prouintiarum Domina.*
Prouincia dicebatur illa Regio; à Romanis bello acquifita.
3 *Prouinciæ Imperij Romani aliæ erant Confulares, aliæ Pretoriæ alieq; Quæftuariæ.*
Italica prædia non præftabant tributa Imperio Romano, non fic prædia Prouinciarum.
4 *Prouinciarum numerus fenefcente Imperio auctus fuit, quæ referuntur.*
Regna declinato Imperio in Prouincias partita fuerunt.
5 *Regnum Neapolitanum diuifum fuit in multas Prouincias.*
6 *Appellationes, quæ ad Principes antiquitus deferabantur, fiebant conuocatis ampliffimis Magiftratibus.*
7 *Appellationes omnes, tam fubditorum noftri Regni, quam aliorum Principatuum mandauit Rex Alphonfus Aragoniæ ad noftrum Sacrum Confilium deuolui.*
8 *Regna noftri Regis, quæ olim parebant mandatis noftri Senatus, hodie funt diuifa, & fua Suprema Prætoria conftituerunt.*
9 *PRÆSTANTIA Sacri Confilij Neapolitani eft, vt fit Suprema Curia omnium appellationum Prouinciarum noftri Regni.*
Appellationis Cognitio fuperioritatè denotat.
10 *Appellationum tempora Supremus Senatus debet attente confiderare, & quæ fint, & quando currunt.*
11 *Appellationis profequendæ tempus, eft vnius anni, & ex caufa biennij.*
Iuramentum fuppletorium non fufficit ad probandum impedimentum profequendæ appellationis.
12 *Appellationis acta debent afportari ad Iudicem ad quem, aliàs appellans non auditur.*
13 *Attentata funt omnia acta poft inhibitionem factam, fed intimata appellatione.*
14 *Appellationis inhibitione fpreta, fi Iudex à quo ad vlteriora procedit punitur pœna fufpenfionis ab officio, & quid inter Regulares.*
15 *Appellationis effectus eft, vt reducatur caufa ad illum ftatum, in quo lis erat poft litem conteftatam.*
Barones pendente appellatione poffunt facere gratiam fuis Vaffallis condemnatis.
16 *Appellatione pendente, condemnatus per fententiam non dicitur condemnatus.*
17 *Condemnatus à fententia fi appellet, remanet in fuo officio, & honore, ficut ante fententiam fi-*

ſtabat, & quando.

18 *Appellatio, vt non detur ad Supremum Conſilium Princip. c. ſtatuto fieri non poteſt.*

19 *Appellationis Iudex poterit ſententiam reformare, ad fauorem, vel in odium partis, quæ non appellauit.*

Appellationis cauſam poteſt Supremus Senatus in oppoſitum conuertere.

20 *Appellatio non datur ad Supremum Conſilium Principis à tribus ſententijs conformibus, & quando.*

Appellatio non datur à duabus ſententijs conformibus in multis Supremis Prætorijs Europe; & quando.

21 *Appellatio non conceditur Reo conuicto, & confeſſo, & quid ſi eſſet tantum conuictus, vel tantum confeſſus.*

22 *Appellari non poteſt ad Supremum Senatum à decretis unciarum duarum.*

23 *Appellatio non conceditur ad Supremum Conſilium, à decretis latis per Regias Audientias noſtri Regni infra certam ſummam.*

24 *Appellatione deſerta an poſſit Iudex ad quem cognoſcere de nullitate ſententiæ.*

25 *Appellationi an videtur renunciare, qui petit terminum ad ſoluendum.*

AGendum eſt in præſenti rubrica de omnibus appellationibus, quæ deuoluuntur ad noſtrum Supremum Senatum, ab omnibus Prouincijs noſtri Regni mediatè, vel immediatè, ideo liceat mihi aliqua breuiter adnotare, quid veniat ſub nomine Prouinciæ vt diſcerni poſſit, an noſtrum Regnum Neapolitanum nuncupari valeat Prouincia Italię, vt alias prouincias ſub ſe continere poſſit; Et dico, quòd hoc noſtrum Floridiſſimum Regnum, non dicatur Italiæ Prouincia, nam quod non competit toto, neque competit
1 partibus totius, ſi igitur tota Italia non venit ſub nomine Prouinciæ Imperij Romani, vt habetur, *in l. 1. C. de vſucap. transfor. verſ. in quacumque terra*, ibi: *ſiue in Italiæ ſiue Prouinciali*, ex qua dictione *ſiue*, aliqua diuerſitas cognoſcitur, inter vtraſque partes nominatas, *Rota dec.* 448 *num. 2. par. 1. aliàs part. 3. recent.* relata à *Barboſ. in d. dict. ſiue num. 8.* igitur Regnum Neapolitanum Nobilitor pars Italiæ, Prouincia nuncupari nequit.

Erat enim Italia omnium aliarum Prouincia-
2 rum domina, *Gloſ. in §. ſi igitur verſ. in prouincia Authen. vt omnes obed. iudic. & auth. quæ in prouincia, & in auth. ſed. & periculum C. ſiue cenſu, vel rel. verſ. omnes* & tali epiteto appellatur, ſcilicet, Prouinciarum Domina à *Par. de Puteo de ſyndic in proœm. Franc. Marc. dec. 366. tom. 1. Io. de Platea in §. 1. inſtit. de excuſ. tutor.* Illa enim Regio appellabatur Prouincia, quæ erat à noſtris Romanis bello acquiſita extra Italiam, teſte Hegeſippo, qui dixit Romanos appellaſſe prouincias; illas lon-gè poſitas Regiones, quæ Romanorum tutelę ſe ſubmiſerunt, *Lucas de Penna in l. 3. num. 2. C. de bon. vac. lib. 10. Alciat in l. notionem §. continentes ff. de verb. ſignif. num. 1.* quarum tria erant genera ſub libera Republica, quędam erant Conſulares, ſeu Proconſulares, ad quas regendas mittebantur, qui finito Magiſtratu Conſulatum geſſerant, *Cæſ. lib. 1. de bello ciuil. Alciat. loc. cit.* Aliæ Prætoriæ, aliæ Quæſtuatiæ. Sub Imperatoribus vero, etiam tria fuere genera ſc. Procõſolares, Prętorię, & Præſidiales, *Lampridius in Alex. Seuer*; & quod hoc verũ ſit, vt tota Italia omniũ aliarum prouinciarũ domina fuerit, dixit *Gloſ. in d. auth. ſed, & periculum C. ſiue cenſu verſ. omnes*, vbi notat, quod hac de cauſa prædia Italiæ non pręſtabant tributa, per illa verba: *Abſit quod dicamus Principem, & dominam Prouinciarum Italiam eſſe ſub tributo.* ſicut lamentabatur Propheta de Hieruſalem, quæ erat ſub Tributo, quod etiam confirmat eadem *Gloſ. in §. ſed etiam ſuſcipientes verſ. Agricolas auth. de Mandat. Princip. & in l. 1 ff. de cenſ.* ſimilis *Gloſ. in l. 3. ff. de nou oper. nunc.* hinc colligunt DD quod nos Itali dicimur plene domini noſtrorum prædiorum, non ſic Prouinciales propter tributa, quæ præſtant pro prædijs, quæ poſſident, *Alciat. in l. cenſere num. 5. ff. de verb. ſignific.* erant enim bona bello quæſita, quæ ſub tributis Prouincialibus victis concedebãtur, à quibus ſicut Roma caput Mundi erat immunis, & ſuper alias ciuitates priuilegiabatur, *§ fin. inſtit. de ſatiſdat. tutor. vbi Nicol. num. 2. & 3.* ita tota Italia vti Domina Prouinciarum, alia plura congerit *Thor. in comp. dec. tom. 1. verb. Tutor pag. 560. verſ. ſed ad declarationem.*

Verum ſeneſcente Imperio prouinciarum nu-
4 merus, maximè poſt Conſtantini Magni ętatem auctus fuit, nam ſcriptum habemus in Romanorum hiſtorijs, Orientis Regiones partitas fuiſſe in quindecim prouincias, Occidentales vero plures fuerunt, ſc. decẽ, & ſeptẽ in Italia, In Illyrico ſex Prouincię, & cęterę Regiones in ſuas etiã Prouincias diuiſæ fuerunt, quas refert *Bulinger. de Imper. Rom. l. 2. & Laurent. Beyerlinck in Theatr. vit. hum. tom. 6. verb. Prouincia*, hinc euenit, vt declinato Imperio Regna in prouincias, & ipſæ Prouinciæ in minores partes diſtributę fuerũt, ſic Ægyptus in Nomos, Hiſpania in Conuẽtus. Thema Oriẽtale ad ſimilitudinem Romanorum in *αρχιας Ηγεμονιας και Δουκατα* diuidebatur. Modernioribus temporibus Germania, & Bohemia in Circulos, Heluetia, quæ olim Pagorum ſeptem erat, hodie in Cantones diuiſa aſpicitur, Sileſia in Ducatus, Miſnia in Ambachtias, Flandria in Caſtellanias, Gallia in Parlamenta, Britania in Comitatus, Aliæ tandem Regiones in Dynaſtias, Statoſtias, Palatinatus, Marcas, Dioceſes, Tra-

ctus,

ctus, Districtus, alijsque Synonimis disting-
5 tor, teste *Blumero de Scambiuis cap. 4. §. 2.*

Et ipsa Italia declinato Imperio partita fuit in multas prouincias, vt dixit *Glos. in extrauag. quoniam nuper Qui sint rebelles*, nihilominus quælibet Prouincia assimilabatur amplo Regno, vt de Regno Neapolitano, quod vna Prouincia diceretur, dixit *Lucas de Penna*, relatos à *Freccia de subfeudis in tit. De Offic. Mag. Iustit n. 16.* Vt autem nostrum Regnum rectius regeretur per eius Iustitiarios, qui hodiæ dicuntur Præsides Prouinciarū, (*& sic appellat Capic. in inuestit. in verb. Iustitiar. per prouinciā Franch. dec. 163. n. 19.*) fuit diuisū in duodecim Prouincias, & sic Regnū diuidit, *Afflict. in const. Fidelitā n. 4.* & sunt sequentes v3. Cāpanea Felix, quę vulgo dicitur Terra laboris, Picentina, quæ nūcupatur Principatus citra. Irpinia, quę dicitur Pincipatus vltra. Lucania, quę dicitur Basilicata. Brutia, quę dicitur Calabria citra, Magna Gracia, quę dicitur Calabria vltra. Salentina, quæ dicitur Hydruntina. Apulia Pencetia, quę dicitur Prouincia Barensis. Samnium, quod dicitur Aprutium citra. Vestinum, quod dicitur Aprutium vltra. Giapigia, quę dicitur Comitatus Molisij, & Daunia, quę dicitur Capitanata, & ipsę etiam prouincię in alios circiter tercentū Principatus, Ducatus, Marchionatus, & Comitatos fuerunt diuisæ, præter innumeros Barones, & Terras demaniales, quæ habent suas proprias Curias, à quibus appellatur ad Curias Regias, & demum ad nostrum Sacrum Consilium, sic enim mandauit Rex Alphonsus Primus Aragoniæ huius Regni Dominus, vt sc. Sacrum nostrum Consilium Supremum sit Tribunal, ad quod omnes appellationes prouocētur, sequendo antiquorū vsū, qui appellationum consultationes apud
6 Principē deferebant, & ne dū Spectabilib. sed etiā à Clarissimis Iudicib. à Principē appellationes deuolu-bitur, sicut à Præfecto Annonę ad Principē appellabitur *l. vl. ff. quod eū eo qui in alie potest.* At cū istis appellationū causis vnus Princeps sufficere nō posset, placuit appellationes cōmitti Spectabilib. Iudicibus *l. præcipimus s. in his autem C. de appell.* & consocatis amplissimis Magistratibus, & Senatoribus omnibus, vt in *Nouella de Senatu* 62. hinc deuētū fuit, vt nedū in exercitationibus Iustitię Principes ad Senatuū Consilia recurrebāt, sed ita Senatus magnificabāt, vt bellum non indicebant sine consilio Senatus, dixit *Bald. in cap. quarto vol. 2. de iure iurand.* & erat olim apud Romanos receptum, vt nūquam citra Senatus, ac Populi Iussum Societates, & federa inirentur teste *Alex. lib. 5. genial. cap. 3.*

Ex his edoctus Rex noster Alphonsus amplificando nostrum Senatum mandauit, vt non solum omnes subditi nostri Regni, sed etiam omnes alij aliorum Regnorū, & Principatuum d. Regi olim subiectorum, ad nostrum Supremum Senatum appellarent, vt disponitur *in prag. 6. de offic. S. R. C.* Dominia multa possidebat. Alphonsus, scil. Aragonū, Valeotiæ, Maioticarum, Sardineæ, & Corsicæ, Comitatus Barcinonæ, Rosilionis, & Ceritanię, & Ducatus Athenarum, & Neopatriæ, pręter duo Regna Sicilię vltra, & citra Pharum, quod est nostrum Neapolitanum, vt notat, *Topins de origine Tribunal. part. 2. lib. 1. cap. 4 num. 1. & 21.* vbi refert verba dicti Regis Alphonsi I. ibi. *Decreuimus omnes causas Regnorum nostrorum Occiduorum, & Regni nostri Siciliæ vltra Pharum esse remittendas*, quam literam, seu pragmaticam nostri S. C. institutione m ordinantem, adducit originalem dictus Topins desumptam à nostro magno Archiuio, & registro in *loc. cit. p. 2. l. b. 5. cap. 4 fol. 4* o. ex qua dixerūt DD. quod nostrum S. C. Neapolitanum authoritatem, & Iurisdictionem in omnes personas habeat, ac etiam super omnibus causis inter priuatas personas vertentes, *Franc. dec. 338. & dec. 601. n. 5. Tasson. in prag. de antefat. vers. 3. obser. 3. n. 72. Surgent. in addit. ad tract. de Neapol. illustr. cap. 26. n. 22 Carmenal. de Iudic. lib. 1. disp. 2. quæst. 8. sectio. 6 n. 1151.*

Quod vero disposuit *d. pragm.* circa appellationes causarum vertentium in alijs Regnis
8 tunc subiectis pręlicto Regi Alphonso, hodie non practicatur, nam licet sub dominio nostri Regis sint eadem, & plura Regna, vltra ea quę possidebat Alphonsus, tamē quodlibet Regnum est ab alijs diuisum, & habet suum Supremum Consilium, alijs non subordinatum, sed liberum, & inde pendens, solumque mandatis nostri Supremi Monarchę paret, & obsequia præbet, adeo vt Regnū Sicilię, quod est magis nobis propinquum omnium aliorum Regnorum n stri Regis, non recipit mandata, inhibitiones, & alia præcepta circa administrationem Iustitię à nostro Supremo Consilio, sicut antiquitus recipiebat, quando nostri Reges incolatum in nostro Neapolitano Regno degebant, & si circa pręlicta hę: fuerint innouata, attamen hæc prestantia nostro Supremo Consilio illibata remansit, vt Supremum sit Tribunal omnium aliarum Curiarum nostri Regni, etiam Regiarum Audientiarum Prouinciarum, imo ipsius nostrę Magnæ Curię Vic. quę specialiter est ei sub-nissæ, vt habetur, *in prag. 3. de offic. S. R. C. Franc. dec. 338.*

Talis n. superioritas PRÆSTANTIAM magnam denotat, quia appellatio Iudicis à quo
9 subiectionem, & Iudicis ad quem superioritatem demonstrat, & de eius substantia est, vt de minori ad maiorem appellatum censeatur

tur, *l. precipimus l. à Proconsulibus C. de appellat. cap. licet inf. a de electio. Myler. de Principib. & Statib. Imper. cap. 42. num. 1. Franc. Marc. dec. 366. num. 24.* & prius dixit, *dec. 233. nu. 4. & dec. 419. num. 3. & seq. par. 1. Rota dec. 196. num. 3 par. 2. diuers. Vrsell. in concl. 128. num. 213.* & hoc signum subiectionis per appellationem adeo vrgens est, ad denotãdam subiectionem, vt in dubio ex sola hac prouocatione superioritas, & subiectio cognoscatur, vt dixit *Myler. loc. cit. num. 2.* & est talis naturæ talis subiectio, vt dixerunt DD. quod appellatio iudicialis offendat Ministrum legis seu Iudicem, à quo appellatur, *Gayll. dec. 39. Camer. Imper. num. 19. lib. 2. & dec. 18. n. 10. tom. 1.*

Consideret vero Supremus Senatus ante omnia tempora appellationum, an scilic. illa
10 sint elapsa, ad finem concedendi appellationes à Curijs inferioribus, nam appellationes debent proponi infra decem dies, *auth. hodie C. de appellat.* quare appellans debet probare se appellasse infra legitima tempora decẽ dierum, *cap. Romana §. si uero de appellat. in 6. Couarr. practic. cap. 22.* alias sententia in rem iudicatam transiret, & appellatio fieret deserta, vt sepè decisit *Rota Rom. & signãter in vna Mediolanensi Cappellaniæ Lune 13. Maij 1591.* alias refert *Vrsell. in Vsam. apam concl. 129. num. 92.* Et tale tempus est ita de iure limitatum, vt si appellatio proponatur post decem dies de consensu partium non valet, *Guido Papè singul. 622. num. 2. Corsettus sing. 9. in verbo appellatio fol. 302. primi tom. singul. diuersor.* Quæ appellationum tempora adeo sunt in consideratione, vt inquocumq; Principis Consistorio sint obseruanda, dixit laboriosus *Vrsell. in exam. apam concl. 129. n. 280. in verb. appellatio,* adeoquod semel instetisse pro appellatione, dixit, nõ sufficere; nisi per reiteratas preces illa à Principe committi procuretur; citat *Gramaticum in dec. 19.* Bene verum est, quod isti decem dies cõputentur à die scientię *Cyn. in d. auth. hodie Guid. Papè singul. 358. Matthesil. in singul. diuers, tom. 1. fol. 154. & in l. 3. C. quando, & quomodo,* Sed si lata fuerit sententia in præsentia procuratoris condemnati, currit tempus à die sententię *Cyn. & DD. sup. cit.* Sed talis regula fallit in Sententijs latis per Sacrum Consilium sub nomine Regis, quia tunc non egent aliqua intimatione, sed attenditur dies sententię latę, secus si intimantur informa decreti Sacri Consilij, quia hoc casù requiritur intimatio *Reg. Liuar. consi. 97. Rouit. in pragm. 1. num. 6.*

Consideret etiam Supręma Curia, an sit elapsum tempus prosequendi appellationem, nam habet appellans vnum annum ad illã prosequendam, & ex causa biennium, *auth. ei qui C. de tempor. appell.* sed si allegauerit causam impedimenti, & petat alium annum sibi indulgeri, probãdo causam impedimenti per vnum testem, an possit concedi iuramẽtum suppletorium, quod deferri debet, quando pars habet vnum testem, iuxta *l. admonendi ff. de iur. iurand.* Dicas quod talis probatio sic diminuta non sufficit, quia *in l. fin. §. illud C. de tempor. appellat.* dicitur, impedimentũ predictum euidentissimis probationibus esse probandum, sed quando de iure requiritur euidentissima probatio, non sufficit iuramẽtum suppletorium, *Glos. in l. fin. in princ. ff. quod metus caus.* quam literis aureis esse scribendam, dixit *Roman. singul. 211*; sed contrarium dixit *Matthesil. in l. 1. C. de tempor. appellat. & in auth. ei qui nu. 7*; sed *Glos.* authoritas magna est, & ad hanc conclusionem rationabilis, quia assertio iurantis in causa propria est suspecta, quæ non producit euidentiam, à iure requisitam.

Consideret tertio Supremum Pretorium, quod omnia acta appellationis debent asportari
12 coram Iudice ad quem, alias appellans non auditur, nec erit Iudex competens in dicta causa apellationis, *Concil. Trident. sessio. 13. cap. 3.* alias erit nulla, & deserta appellatio, *DD. in l. 2. C. de edendo Riccius par. 4. resol. 8.* nisi id fecerit ex ingnorantia, *Ginrb. dec. 29.* Sed cui est standum, non adesse alia acta? dicas ad fidem Notarij, quem nos Scribam appellamus, non Iudicis, quia hoc pertinet ad officium Notarij, & vnicuique creditur circa eas quę pertinent ad suum officium *l. si quis decurio C. de falsis Nouar. de actis prima instantia concl. 1.*

Considerent 4. Supremi Magistratus, vt post inhibitionem factam, suam iurisdictionem defendãt, ne à Iudicibus Inferioribus floccipendantur. Ideirco procurent, vt post inhibitionẽ factam, nil Iudices circa sententiæ exequtionem innouent, nam dicerentur attẽtata, omnia quæ resultant post inhibitionẽ factã, *Rota dec. 177. 181. 212. & 258. Baratti.* adeoque reuocanda *Thesaur. dec. 2. per tot. Amat. dec. March. 64. nu. 12.* alijq; apud *Vrsell. in d. verb. Appellatiõ concl. 129. num. 23.* dummodo tamen appellatio fuerit legitimè intimata, idem *Vrsell. loc. cit. num. 31. & 52 per tex. in clem. causam de electio,* Sed qua pęna puniri debet Index, qui spreta appel-
14 latione legitimè facta, apud Iudicem ad quem processit in eadem causa? dico; quod de iure canonico punitur pęna priuationis officij, *cap. decreto 2. quæst. 6.* vbi latè *Turrecremata* insignis Canonista, & familię S. Dominici dignissimus Alumnus, vbi etiam addit ex *Archidiacono* talem priuationem officij procedere in causa criminali, in causa vero ciuili, remittitur ad Curiam, vt fa-

tisſaciat exceſſum prædictum, concordat
tex. in cap. de priore de appellat; vbi notant
DD. quod pęna depoſitionis, ac ſuſpenſionis
puniri debet, qui neglecta appellatione vl-
terius procedit, & hoc inter Clericos, & Re-
ligioſos locũ habet, late *Scaccia de appellat.*
quæſt. 13. *num.* 102. de qua pœna agit *Boer.*
dec. 183. *Barboſ. in d. cap. de priore in fin.* Et
noſter Supremus Senatus carcerat non ſolũ
Officiales, & Scribas noſtræ M.C. ſed ipſum
Regentem, ſi eius mandatis non obtempe-
rent, prout obſeruari refert *Dom. Petra in-*
rit. 288. *num.* 82. *tom.* 4. vbi caſus occurſos
ſcripſit. Inter Regulares vero ſi cauſa eſt ci-
uilis, pœna eſt arbitraria, ſi vero criminalis
tunc punitur Iudex pœna depoſitionis,
vel ſuſpenſionis ab officio, *Lexana in verb.*
appellatio num. 8. *pag.* 43. vide *tex. in cap. ve-*
nientes de iur. iurand. non ſolum ſi non ad-
mittit appellationem, ſed etiam ſi pendente
appellatione ad executionem procedit, ſed
ſi tantum non admitteret appellationem,
ſed ad executionem non procederet, mitius
puniretur, *Scaccia vbi ſup. à num.* 101. *Pater*
Camerin. in prax. regnl. qu. 148 *à n.* 19. *cũ ſeq.*
Effectus principalis appellationis eſt, vt con-
ſeruet appellantem in primo ſtatu, ac ſi
15 nunquam ſententiatum fuiſſet, vel, vt alij
melius dicunt, ad illum ſtatum in quo lis
erat poſt litem conteſtatam, ſed non antea,
l. ita demum C. de procur. Cyn. & Salic. in l. 1.
num. 1. *C. ſi Reus vel actor Afflict. dec.* 188. *nu.*
4. *Franc. dec.* 570. *num.* 4. *Capic. d. c.* 28. *num.*
6. *Lauar. in repet. feudal. num.* 61. *pag.* 360.
Gratian. dec. 32. *num.* 7. *& dec.* 34. *num.* 10. *&*
lib. 1. *diſcept. for. cap.* 40. *num* 45. *Vrſell. in*
eſum. ap. m in verb. appellatio concl. 128. *num.*
14. *& concl.* 129. *num.* 1. qui ex hac regula
multos effectus deducit, quorum iſte nota-
bilis eſt, ab eo non relatus, quod pendente
appellatione Barones poſſunt facere gratiam
ſuis Vaſſallis condemnatis, ita refert deciſũ
Franc. dec. 370. *Reg. Lanar. in repet. cap.* 1. *de*
Vaſall. decrep. etat num 61. *pag.* 361. *vbi Ful-*
uius Lanar. in addit. ad Patuum in d. cap. 1.
num. 1. *Catalan. de indulto quæſt.* 4. *num.* 15.
& cap. 9. *num.* 63. *& ſeq. De Ponte de poteſt.*
proreg. tit. de prouiſ. fisc. ſolit. §. 4. *nu.* 34. *alijq;*
citati à d. *Lanario*, & idem dicit procedere
pendente reclamatione ipſemet *Lanar. in*
repet. d. cap. 1. *num.* 62. Et ratio eſt, quia
16 condemnatus per ſententiam pendente
appellatione non dicitur condemnatus, *l.* 2.
§. *fin. ff. de pœnis Gloſ. in l.* 2. *C. vt lite pend.* Vn-
de Prælatus depoſitus ſi appellet, manutene-
tur in officio pendente appellatione *Guttie-*
rez practic. quæſt. cap. 39. ſic Clericus ob ho-
micidium priuatus beneficio per ſẽtentiam,
ſi appellauerit, poteſt appellatione penden-
te illud renunciare, *Farinac. de homicid. qu.*
119. *num.* 82. *Riccius par.* 2. *dec.* 214. *Franc.*
Seuerin. controuerſ. forenſ. for. quæſt. 6. Hinc
etiam deducunt DD. quod ſi condemnatus
17 à ſententia appellet, remanet in ſuo officio,
& honore, ſicut ante ſententiam ſtabat, *l.* 1.
§. *integer ff nil innouar. appell. pend. l.* 2. §. *fin.*
ff. de pœnis Gloſ. notabilis in cap. ſepe in verb.
ſententia in fin. de appellat. niſi crimẽ ſit no-
toriũ, vel famoſũ, aut enormitas delicti adeſ-
ſet, *Bald. in l. ſenatusC. de his qui accuſ. non*
poſſ. Angel. in l. vacantia C. de bon. vacantia lib.
10. *Nouar in addit ad dec* 8. *Franch.*
Amplia 1. ſupradictam PRÆSTANTIAM Su-
premi Conſilij, vt ſtatuto fieri non poſſit per
18 Vniuerſitatem, vt non detur appellatio ad
Supremum Conſilium Principis, ita cõmu-
niter DD. per *l.* 1. §. 4. *ff. à quibus appellare*
non licet, Appellatio enim partim in litigan-
tium fauorem, præcipuè vero in recognitio-
nẽ ſuperioritatis introducta eſt, vt dixit *My-*
ler. in tract. de Princip. & Statib. Imper. Ro-
man. cap. 42. *num.* 10. *cum. Andrea Knich. de*
iure territorij cap. 3. *num.* 27. *Merchelb.* apud
Klock conſil 8. *nu.* 122. *vol.* 1, at ea, quæ Prin-
cipi Supremo ſunt reſeruata, non ſunt de
poteſtate ſtatuentis, nec à ſubditis immu-
tari poſſunt, *cap. cum inferior* 10. *de maior.*
& obed. Zaſius in l. omnes 8. *num.* 4. *ff. de iuſt.*
& iur. Ritter. de homag. concl. 178. *Brunireg.*
de iure Vniuerſ. theſ. 56. *Reink. lib.* 1. *cl.* 4 *cap.*
19. *num.* 126. Et Imperator ſimilia ſtatuta
mandatis penalibus repellit, teſtantur. *Gaill.*
1. *obſeru.* 72. *num.* 3. *Bender. de reuiſ. concl.* 29.
num. 19. & ſic in Camera Imperial teſtatur
deciſium *Meichſner. tom.* 3. *dec.* 28.
Amplia 2. quod Supremus Senatus, & omnis
Iudex appellationis poteſt addere, & minue-
19 re, vel adimere, atque aliter primi Iudicis
ſẽtentiam reformare, ad fauorem partis, quę
non appellauit, & ratio eſt, quia appellatio
eſt communis, & poteſt appellatus non mi-
nus ea vti, quam appellans, *l. ampliorem C.*
de appellat. ideo appellans non poteſt inuito
appellato renunciare appellationi, *Bart. in l.*
ſi quis libellos C. de appellat. & ita per has ra-
tiones reſoluit *Surd. dec.* 142. quem ſequitur
Xamar. de offic. Iudic & Aduoc. part. 1. *quæſt.*
9. *num.* 119. vbi cum *Speculatore* concludit
in *num.* 123. quod ſi condemnatus in quin-
quaginta, & abſolutus pro alijs quinquagin-
ta appellet, poterit appellatus integra cen-
tum petere coram Iudice appellationis. & ſi
hoc competit cuilibet Iudici appellationis,
eo magis competere debet Supremo Senatui,
vt poſſit cauſam appellationis in oppoſi-
tum conuertere, vt dixi *ſup. in præſt.* 47. *nu.*
11. ex doctrina *Rebuff.* relati à *Dionyſio Go-*
thofred. in praxi ciuili lib. 1. *tit.* 9. *de ſenator.*
in rubric. de priuileg. Curiar. verſ. 22. *fol.* 510.
Sunt tamen numerandi aliqui caſus, in quibus
non

non datur appellatio ad Supræmum Consi-
lium Principis, & Primus erit si essent tres
20 sententię conformes, nam contra istas non
datur appellatio, *Clem. 1. de sent. & re iudic.*
Thesaur. dec. 122. quod etiam in criminali-
bus procedere dixit *Riccius collect. 77.* & ita
obseruatur in Supremis Curijs Europæ, sic le-
gimus dispositum in Curia Romana, ex sta-
tuto Vrbis *lib. 1. cap. 178. & 180.* vt duæ
sententiæ conformes præcludant appellatio-
nem, *Rota dec. 647. Gratian. cap. 42. Farinac.*
par. 1. recent. d. dec. 647. propterea Signa-
tura Iustitię in Vrbe solet rescribere in Cō-
missione, *Constito de tribus conformibus exe-*
quatur, sin minus causam appellationis co-
gnoscat. Vrsell. in d. concl. 128. num. 756. Idem
in Curia Lucensi fuit sancitum, vigore
statutorum *lib. 5. cap. 4. & cap. Rota 29. & 31.*
Idem de iure Mediolani *Ruginell. de appellat.*
§. 2. cap. 3. num. 217. Et de iure Cathaloniæ
Fontauella dec. 119 lib. 1. & idem obseruari
in omnibos Curijs, dixit *Barbos. in d. Clem. 1.*
de sent. & re indic. provt etiam de iure no-
stri Regni Neapolitani, duæ sententiæ con-
formes faciunt rem iudicatam, *pragm. 5. &*
41. de Offic. S. R. C. Aliqui vero dicunt hoc pro-
cedere, quoad effectum suspensiuum, secus
quoad deuolutiuum, nam ab istis tribus con-
formibus conceditur appellatio facta exe-
qutione, ita per *d. tex. in Clem. 1. de sent. & re-*
indic dixit *Negusaut. in resp. iur. qu. 164. n. 1.*
post alios citatos, sed heu pauperes litigantes
si hoc admitteremus. Si vero duę sētentię cō-
formes continerent grauamen inreparabile,
cooceditor appellatio, *Franc. dec. 36. Cappella*
Tholosan. dec. 411. Rota per Burattum dec.
170. num. 4. Idem dicunt si sententiæ essent
notoriè iniustæ, & euidenter nullæ, quia sta-
tuta prædicta denegantia appellationes à
tribus sententijs conformibus, intelliguntur
de sententijs validis; eodem modo Clausula
illa Rotæ, *Vt constito de tribus*, intelligi debet
de validis sententijs, non vero de nullis, ita
communiter DD. relati à *d. Vrsell concl. 129.*
num. 372. qoi plures Rotæ decisiones allegat,
& confirmat in *seq. num. 757.*
Secundus est casus, quando in causa criminali
21 Reus esset conuictus, & confessus absque
qualitate, nam in isto casu non competit ap-
pellatio, *l. 2. C. quorum appellat non recip.* & in
nostro Regoo est statutum per *pragm. 4. de ap-*
pellat. Gramatic. dec. 72. & in constit. Regn. Si
damna num. 36. Ronit. in pragm. 8. de Offic. Ma-
gistr. Iust. num. 3. & in isto casu sulet ordina-
re nostrum S. Consilium, quod M. C. Vicariæ
suum exequatur decretum, vt testatur *Dom.*
Consil. D. Carolus Antonius de Rosa Marchio
Villæ Rosæ, Minister integerrimus, & omni
laude decoratus, in sua aurea *practica crim.*
par. 1. cap. 12. num. 18, vbi subdit, quod si cō-
uictiones, & confessiones paterētur aliquam
dubietatem, conceditur appellatio, quod
prios dixit *Gizzarell. dec. 78. num. 1. & 2.* Si
vero Reus non esset simul conoictus, & con-
fessus, sed tantum conuictus, aut solum
confessus, appellatio conceditur, *Conarru.*
practi. quæst. cap. 23. nu. 5. Gramatic. in d. con-
stit. si damna clandestina n. 36. & ità practica-
tum testatur *Ronit. loc. cit. n. 3.* licet de con-
trario vsu forensi in Hispania, & in toto or-
be terrarum testator practicari idem *Ronit.*
loc. cit. num. 3. qui tantum admittit cum *Co-*
uarru. quando manifestum est damnatum
ad mortem, vel ad aliam pœnam iustè, &
verè conuictum fuisse, vel repertum in
infraganti crimine, tunc dicit quod exequ-
tio nō sit differenda, & appellatio nō conce-
denda, nam quando sumus in notorijs, pro
vt sunt ista delicta reperta in infraganti, ap-
pellatio diceretur iniquitatis præsidium, non
innocentiæ, vt benè dixit, *Vrsell. in d. concl.*
128. num. 833.
Tertius est casus, quando sententia nostræ Ma-
22 gnæ Curiæ contineret summam duarum
vnciarum auri, nam à d. sententijs non potest
appellari ad nostrum S. Consilium, per *Ri-*
tum M. C. 257 incip. Item in causis duarum
vnciarum, vbi *Caranita num. 1. in fin. & nu.*
2. quia respicitur ad modicitatem quantita-
tis non dignam iudicio Supremi Senatus,
in altioribus occupati, *auth. nisi breuiores C.*
de sentent. ex breui loq. recit. Nouar. sup. prag.
in tit. de appellat. Visconte in addit ad Franc.
dec. 703. Scaccia de appellat. quæst. 17. lim. 40.
n. 16. qui refert etiam nostrum *Ritum*, Et etiā
per leges Hispaniarum simile viget statutum
in *l. 19. tit. 9. lib. 3. recompil.* vt scilic. in cau-
sis infra summam mille Marauedis, non
adhibeantur scripturæ, nec allegationes
Doctorum, sed tantum sufficiant simplex
petitio, & condemnatio, vel absolutio,
Bonadilla in politic. lib. 3. cap. 14. num. 27 tom.
2. Nota tamen differentiam inter decreta
nostræ M. Curiæ continentia summam
duc. centum quinquaginta, postea auctam
ad summam duc. quincentum, vt dicam in-
fra, & illa decreta continentia tantum sum-
mam duarum vnciarum, nam ab istis vlti-
mis decretis duarum vnciarum prohibita
est appellatio ad S. Consilium, sed à primis
decretis infra summam duc. centum quin-
quaginta, postea auctā, vt dixi, datur appel-
latio ad nostrum S. C. quia non fuit prohi-
bita per nostras *pragmaticas*, sed tantum
concessa fuit parata exequtio à prædictis de-
cretis modicæ summæ duc. centum quin-
quaginta, vt aduertit noster Modernus, *Brilla*
ad consuetud. Neapol. tit. 32. cap. 1. num.
158.
Quartus est casus, quando appellatur à decretis
latis

latis per noſtras Regias Audientias Cala-
23 briæ, Hidrunti, Barij, Aprutij, & Baſilicatæ, quæ non excedunt ſummam duc. centum, vel à decretis latis per reliquas Audientias noſtri Regni, non excedentibus ſummam duc. quinquaginta. quia talis appellatio de iure noſtri Regni non conceditur à dictis decretis d. Audientiarũ modicæ ſummæ, & ſi inaduertenter reperitetur appellatio cõmiſſa noſtro S. Conſilio, vel alicui Conſiliario ipſius, debet S. Conſilium prædictas cauſas ſibi commiſſas, illas remittere ad eaſdem Regias Audientias decidendas in cauſa appellationis, ita ſancitum fuit per noſtram *pragm. 7. de Offic. S.R.C.* quæ fuit cõfirmata per Cęſaream Maeſtatem Caroli Quinti in anno 1540. ob iſtam rationem, ne excelsi Conſiliarij defatigentur in cauſis parui ponderis, relictis grauibus, & nodoſis maximę conſiderationis: per hanc noſtram ſanctionem quoad nos videtur correctum ius Canonicum, de quo iure ita poteſt appellari in cauſis minimis, ſicut in magnis, *cap. 11. de appellat.* & ibi *Gloſ. &* *Abbas, Franc. Prepoſ.* & cęteri Canoniſtæ, idẽ *Franc. in rub. ſub num.* 17. ibi; *ſed de iure Canonico, de appellat. Scaccia de appellat. qu. 17. lim. 40. num.* 17. Sed cur maiori prærogatiua fuerint ornatæ iſtæ quinque ſupradictæ Prouinciæ noſtri Regni; ſcilic. Calabriæ, Hidrunti, Barij, Aprutij, & Baſilicatæ, vt eis permittatur cognitio cauſarum vſque ad ſummam duc. centum, reliquis vero vſque ad ſummam duc. quinquaginta, rationem differentiæ aliam non poſſum aſſignare, niſi antiquiorem inſtitutionem iſtarum quinque Prouinciarum, à reliquis, quæ nouiorem formã Curiarũ receperũt.

Quintus eſt caſus, quando eſſemus in cauſa meri poſſeſſorij, nam ab hac ſententia non datur appellatio, quoad vtrumque effectum ſuſpenſiuum, & deuolutiuum, iuxta communiorem opinionem, de qua teſtatur *Cotard. in l. vnic. C. ſi de momen. poſſeſ. num. 4. verſ. ſunt*, & alij, & eſt *text.* ſecundum communẽ intellectum, *in l. vnica*, & ibi *Alberic. Bald. Salic.* & alij, *C. ſi de momen. poſſeſſ. fuerit appell. Roland. conſil. 8. num.* 33. *lib. 4. Neguſant. in reſponſ. iur. quæſt. 232. num. 1. Merend. lib. 3. controu. cap. 20. Vrſell. in exam. apum concl. 128. in verb. appellatio num.* 690; & ratio eſt vt lites citius terminentur, præſertim quia in petitorio omnia perfectius pertractari poſſunt, vt dixerunt *Theſaur. dec.* 173. *Scaccia de appellat. quæſt. 17. lim. 6. memb. 3. nu. 3.* & alij ad ſaturitatem relati à *d. Vrſell. loc. cit.* Et in Vrbe eſt ſpecialis conſtitutio Ægidiana id ſtatuens, quæ in toto Statu Eccleſiaſtico obſeruatur, quæ eſt adeo potens, vt in terris Eccleſiæ nõ admittat conſuetudinem in contrarium, *Amatus dec. Marchiæ 15. num. 16. & dec. 88. num.* 5. Quod procedit etiam ſi fuerit vtrumque intentatum, ſcilic. poſſeſſorium cum petitorio, nam poterit Iudex omiſſo petitorio ſuper ſolo poſſeſſorio iudicare, poſt alios *Neguſant. loc. cit. num.* 12. quia expoſita in poſſeſſorio non alterantur ex narratione facta de petitorio *Anton. de Butreo in cap. ex parte* 13. & ibi *Panorm. de foro compet.* poſt alios, *Menoch. de recuper. poſſ. in prælud. num. 2. Neguſ. d. quæſt. 232. num.* 2. & licet in proceſſu fuerit de petitorio cognitum, ſi tamen in ſententia fuerit ſolum ſuper poſſeſſorio pronunciatum, non concedi debet appellatio, ait *Rota apud Statil. dec. 297. num. 7. Vrſell. loc. cit. nu.* 699. Hinc dixerunt DD. quod appellatio non detur à ſententia ordinante euacuationem domus, ſcilic. exfractationem, *Gramatic. dec. 58. n. 15. Caſtill. dec. 42. Vrſell. d. concl. 128. n. 355. & num.* 846. & ratio eſt cur non detur appellatio à præcepto de exfractando, quia iſtud decretum tangit poſſeſſorium, à quo non datur appellatio, vt ait *Gramatic. d. dec 58. Caſtill. dec. 42. Affli. dec. 269 Franc. dec.* 176. alijq; citati à *d. Vrſell. d. num* 352.

Sextus eſt caſus, quando ſumus in cauſis executiuis, à quibus nec etiam conceditur appellatio, quia ſunt cauſæ sũmariæ, ideo ſunt ſummariè expediendæ, *l. prolatam C. de ſentent. & interlocut. l. fin. ff. de iudic. auth. niſi breuiores C. de ſent. ex peric. recit. auth. de mãdatis Princip. §. ſit tibi clem. ſępe de verbor. ſignif.* propterea quãdo agitur de quarantigia non conceditur appellatio, vt fuit dictum in Roman. domus 4. Iulij 1601. coram *Pamph. Vrſell. d. conc. 128 num.* 714. vel quãdo ageretur vigore obligationis cameralis *Galleſ. de obligat. Camer. in Ferrar. aſſiſtus* 28. *Ianuarij* 1611. *coram Penia*, quæ eſt apud *d. Galleſium dec. 67. num.* 1. & alias deciſiones refert in ſeq; *dec.* 112. & 118. *Gratian. lib. 3. diſceptat. cap. 531. num. 5. & lib. 5. cap. 855. num. 27. & cap. 944. num. 61 Vrſell. d. concl. 128. num.* 713. Nec etiam dari à ſententia dãte Tutorem voluerunt *Hieronymus de Leo dec. 141. vol. 2. Nouar. in pragm. 1 de appellat. num.* 63 ſed apud nos hoc non obſeruatur, nam in dies videmus concedi appellationes à decretis tutelę; alios caſus in quibus nõ licet appellare enumerat *Vrſell. d. concl. 128. à num.* 690. vnum tamen notabilem omiſit inter tot caſus ab eo relatos, quando ſcilic. fuiſſet lata ſententia contra falſificantes monetas, à qua non conceditur appellatio, per *tex. in l. 1. C. de falſa monet. Franc. dec.* 351. quod eſt ſpeciale in hoc crimine ob eius atrocitatem, *Decian. lib. 7. cap. 54. nu. 13. tit. 3. Farinac. dec. 115. num.* 46. & hoc procedit etiam reſpectu tondentium, & ra-

Fff den-

Sed reficiendæ ſunt illæ expenſæ, quæ verè ſolutæ ſunt, non quæ potuerunt expendi. *l x, & Gloſ. in l. fin. C. de fructib. & lit. expens. Boer. deciſ.* 210. *Creſp. de Valdaura d. obſeru.* 48. *num.* 24. & licet appellatione expenſarũ veniat ſalarium Aduocatorum, *cap. finem litibus, vbi Gloſ. de dolo, & contum. Enericus à Roſbach. in praxi tit.* 78. *nu.* 6. tamen quęſtio

16 eſt, an Aduocatus ſuam cauſam defendens, poſſit valorem ſui patrocinij recuperare ab Aduerſario, negat *Bart. in l. fin. C. de fructib. & lit. expens*; & licet fuerit ſibi contrarius *in l. quod ſi domus ff. loc.* tamẽ eius prima opinio eſt communiter recepta, ita *Ioſeph. Ludouic. dec. Peruſin.* 111. *Viuius tom.* 1. *com opin. lib.* 2. *tit.* 6. *num.* 21. *verſic. ſed aduerte, Barboſ. in l. eum qui temere in princ. num.* 261. *ff. de iudic. Boer. dec.* 210. *Minſinger. cent.* 1. *obſeru.* 2. & *centur.* 4. *obſeruat.* 68. alios citat, & ſequitur, *Monter. dec. Aragon.* 14. *à num.* 1. *vſq; ad* 6. Sed ſi cauſa eſſet cõmis inter Aduocatum, & choœredem, poterit recuperare expenſas pro parte choœredis *l.* 1. *§. in propria cauſa ff. quando appellandũ ſit Boer. d. dec.* 210. *Trẽtacinq. var. reſol. lib.* 2. *reſol.* 3. *tit. de poſtulando, Scaccia. de re iudic. gloſ.* 15. *num.* 16. *Creſp. de Valdaura d. obſeru.* 48. *num.* 24. fateor tamen, quod, *Aluar. Valaſc. conſult.* 25. *num.* 14. audacter conatur contrarium defendere, dicens victum ab extranea perſona non debere eſſe melioris conditionis, victo ab Aduocato, neč ratio aſſignari poteſt, cur debeat eſſe deterioris conditionis Aduocatus in cauſa propria, quam in cauſa aliena, vt ſuos labores amittat: quibus rationibus reſpondet idem, *Monter. loc. cit. num.* 3. quod cũ Aduocatus in cauſa propria officiũ perſonale tantum exerceat, tale patrocinium nõ venit in collationẽ expenſarũ, iuxta tradita de Tutore per *Frãc. dec.* 122. *n.* 2. at modernus *Creſpi loc. cit. à num.* 29. hanc quęſtionem reſoluit dicendo, quod ſi condemnatio fiat non tantum ad expenſas, ſed etiam ad damna, poterit Aduocatus propriam cauſam defendens, patrocinium alias expendendum ſibi taxari facere, quod approbant *Theſaur. dec.* 67. *Barboſ. in d. l. eum qui temere* 79. *in princ. num.* 260. & 263. *ff. de iudic. Velaſc. de priuileg. pauper. par.* 1. *q.* 28. *n.* 58. alijq; citati *à d. Creſpi loc. cit. n.* 31. ſecus ſi condemnatio fiat tantum ad expenſas. Si vero quis gratis habuit patrocinium ab aliquo Aduocato, vel Procuratore, hoc caſu poteſt petere ſalariũ in taxatione expenſarum, quia licet Aduocatus, vel procurator nil petat ab eo, pro quo patrocinium præſtitit, tamen remanet obligatus ad antidoralem obligationem de iure naturæ, vt benefacientibus benefaciamus, *l. veluti l. ex hoc iure ff. de iuſt. & iure*, ita *Ioſeph. Ludouic. d. dec. Peruſ.* 111. *Trentacinq. d. reſol.* 3. *lib.* 2. *de poſtuland.* & licet contrarium in iſto caſu dixerit *Boer. d. dec.* 210. tamen ſi veritatem huius concluſionis conſiderare velis vide *Monter. d. dec.* 14. *à num.* 7. qui tres caſus diſtinguit, pro indaganda hac veritate.

Vnum tamen aduerto pro coronide, cum *Rouit.*

17 *in pragm.* 1. *de expenſ. num.* 32. quod contra fideiuſſorem harum expenſarum, taxatio per Iudicem non poteſt fieri vltra aureos triginta ſex, vt probat clarus *tex. in auth. libellum C. de litis conteſt.*

In multis caſibus non poteſt fieri condemnatio ad expenſas, & primo, quando cauſa ventila-

18 tur inter Regem, & Vaſſallum, *Rebuff. ad l. Gall. tom.* 3. *tit. de expenſ. articulo vnico gloſ. vnica num.* 19. & 20. *Guttieres practic. lib.* 3. *quæſt.* 21. *num.* 4. & 11. *Barboſ. in l. eum qui temere* 7. *in princ. n.* 191. *ff. de Iudic. Boer. dec.* 324. *qui n.* 6. dicit Regem Francorũ expenſas miniſtrare pauperi ſecum litiganti, vide latè *Pegas reſol. for. cap.* 10. *per tot.*

Secundus eſt caſus, quando expenſæ ex negligentia actoris ſolutæ fuerint, & eſt caſus, quãdo actor perempta inſtantia petit à Principe, vel eius Supremo Conſilio inſufflationem ſpiritus vitæ, quæ ſolet concedi ſolutis expẽſis, tunc factis per Reum, vt diſponitur in noſtro Regno per *pragm.* 1. *de inſtantia cauſ. non reſtit*; ſed ſi actor poſt refectas expenſas obtinuerit ſententiam pro ſè in cauſa principali, non debet Reus ſoluere in liquidatione expenſarum illas expenſas, ſibi ſolutas ab actore, quando reſtitutionem inſtantiæ obtinuit, quæ ſolum ex ſua negligentia ſolutæ fuerunt, ita *Franc. dec.* 331. *Rouit. in pragm.* 1. *de inſtaut. cauſ. num.* 11. vbi etiam *Nouar. in addit. num.* 11. alijque relati *à Dom. Petra in ritu* 297. *num.* 40.

Tertius eſt caſus, in quo licet poſſit procedi ad taxationem expenſarum, non tamen facta taxatione poterit procedi ad illarum exequtionem, quando ſcilicet penderet appellatio à decreto condemnationis, vel reclamatio, etiam ſi eſſet ſententia S. C. & ratio eſt, quia lis non eſt finita dum pendet appellatio, vel reclamatio, & dum poterit per reclamationem, aut appellationem ſententia reuocari, iuſtum nõ eſt, vt fiat exequtio pro expenſis, *Afflict. dec.* 358. *in fine, & dec.* 231. *Reg. Rouit. in pragm.* 1. *de expenſis num.* 11. vbi dicit talem ſtylum ſeruari, etiam in Senatu Pedamontano, *citat. Cacheran. dec.* 129. *num.* 1. *in fine Gratian. diſcept. lib.* 3. *cap.* 349. *num.* 10. *Vrſell. in eſam. apum. concl.* 29. *num* 20. & 21. *in verb. appellatio*, licet in Curia Romana contrarium obſeruari dixit, *Franc. dec.* 93. *in fin.* ſicut etiam in Gallia fatetur *Laurent. dec. Auenionenſ.* 55. & dixi ſup. in Preſt. exequtionis ſententiæ S. Conſ. Sed ſi condemnatus ad expenſas in prima inſtantia, nil probauit, ſi appellauerit non admittitur ad pro-

CAPVT II.

De Præſtantijs Sacri Conſilij Neapolitani, erga alias Curias Inferiores, & alia Prætoria noſtri Regni.

SIcut partitur quodlibet genus in ſpecies, & ſpecies in ſuas differentias, ita conſueuerunt ſcriptores quodlibet opus in ſuas partes diſtribuere; Et, quia bipartita eſt diuiſio præſentis Primi Libri in duo Capitula; In primo collexi omnes Præſtantias Supremi noſtri Senatus ad intra, idest illas, quibus ornatur circa cauſas, quæ in ſuo Supremo Prætorio agitantur, reſtat in hoc ſecundo Capitulo exponere, & enucleare omnes alias Præſtātias ad extra, idest illas, quas exercet erga alias Curias inferiores, vel alia Prætoria eiuſdem Principis, vt omni ex parte eius Poteſtas, & præeminentia conſideretur.

PRÆSTANTIA I.

Præſtantia S. Conſilij Neapolitani eſt, vt ſit Supremus Senatus omnium appellationum Curiarum Inferiorum noſtri Regni.

SVMMARIVM

1 *Italia non venit ſub nomine Prouinciæ Imperij Romani.*
Regnum Neapolitanum non eſt Prouincia Italiæ.
2 *Italia erat omnium aliarum Prouinciarum Domina.*
Prouincia dicebatur illa Regio, à Romanis bello acquiſita.
3 *Prouinciæ Imperij Romani aliæ erant Conſulares, aliæ Pretoriæ, alieq; Quæſtuariæ.*
Italica prædia non præſtabant tributa Imperio Romano, non ſic prædia Prouinciarum.
4 *Prouinciarum numerus ſeneſcente Imperio auctus fuit, quæ referuntur.*
Regna declinato Imperio in Prouincias partita fuerunt.
5 *Regnum Neapolitanum diuiſum fuit in multas Prouincias.*
6 *Appellationes, quæ ad Principes antiquitus deferabantur, fiebant conuocatis ampliſſimis Magiſtratibus.*
7 *Appellationes omnes, tam ſubditorum noſtri Regni, quam aliorum Principatuum mandauit Rex Alphonſus Aragoniæ ad noſtrum Sacrum Conſilium deuolui.*
8 *Regna noſtri Regis, quæ olim patebant mandatis noſtri Senatus, hodie ſunt diuiſa, & ſua Suprema Prætoria conſtituerunt.*
9 *PRÆSTANTIA Sacri Conſilij Neapolitani eſt, vt ſit Suprema Curia omnium appellationum Prouinciarum noſtri Regni.*
Appellationis Cognitio ſuperioritatē denotat.
10 *Appellationum tempora Supremus Senatus debet attente conſiderare, & quæ ſunt, & quando currunt.*
11 *Appellationis proſequendæ tempus eſt vnius anni, & ex cauſa biennij.*
Iuramentum ſuppletorium non ſufficit, ad probandum impedimentum proſequendæ appellationis.
12 *Appellationis acta debent aſportari ad Iudicem ad quem, alias appellans non auditur.*
13 *Attentata ſunt omnia acta poſt inhibitionem factam, ſed intimata appellatione.*
14 *Appellationis inhibitione ſpreta, ſi Iudex à quo ad vlteriora procedit punitur pœna ſuſpenſionis ab officio & quid inter Regulares.*
15 *Appellationis effectus eſt, vt reducatur cauſa ad illum ſtatum, in quo lis erat poſt litem conteſtatam.*
Barones pendente appellatione poſſunt facere gratiam ſuis Vaſſallis condemnatis.
16 *Appellatione pendente condemnatus per ſententiam non dicitur condemnatus.*
17 *Condemnatus à ſententia ſi appellet, remanet in ſuo officio, & honore, ſicut ante ſententiam*

ftabat, & quando.

18 *Appellatio, vt non detur ad Supremum Consilium Principis, statuto fieri non potest.*

19 *Appellationis Iudex poterit sententiam reformare, ad fauorem, vel in odium partis, quæ non appellauit.*

Appellationis causam potest Supremus Senatus in oppositum conuertere.

20 *Appellatio non datur ad Supremum Consilium Principis à tribus sententijs conformibus, & quando.*

Appellatio non datur à duabus sententijs conformibus in multis Supremis Prætorijs Europe, & quando.

21 *Appellatio non conceditur Reo conuicto, & confesso, & quid si esset tantum conuictus, vel tantum confessus.*

22 *Appellari non potest ad Supremum Senatum à decretis vnciarum duarum.*

23 *Appellatio non conceditur ad Supremum Consilium, à decretis latis per Regias Audientias nostri Regni infra certam summam.*

24 *Appellatione deserta, an possit Iudex ad quem cognoscere de nullitate sententiæ.*

25 *Appellationi an videtur renunciare, qui petit terminum ad soluendum.*

AGendum est in præsenti rubrica de omnibus appellationibus, quæ deuoluuntur ad nostrum Supremum Senatum, ab omnibus Prouincijs nostri Regni mediatè, vel immediatè, ideo liceat mihi aliqua breuiter adnotare, quid veniat sub nomine Prouinciæ vt discerni possit, an nostrum Regnum Neapolitanum nuncupari valeat Prouincia Italię, vt alias prouincias sub se continere possit; Et dico, quod hoc nostrum Floridissimum Regnum, non dicatur Italiæ Prouincia, nam quod non competit toto, neque competit
1 partibus totius, si igitur tota Italia non venit sub nomine Prouinciæ Imperij Romani, vt habetur, *in l.1.C.de vsucap.transfor.vers. in quacumque terra*, ibi: *siue in Italiæ siue Prouinciali*, ex qua dictione *siue*, aliqua diuersitas cognoscitur, inter vtrasque partes nominatas, *Rota dec.* 448 *num.* 2.*par.* 1.*aliàs part.* 3.*recent.* relata à *Barbos. in d.dict.siue num.* 8. igitur Regnum Neapolitanum Nobilior pars Italiæ, Prouincia nuncupari nequit.

Erat enim Italia omnium aliarum Prouincia-
2 rum domina, *Glos.in.§.si igitur vers.in prouincia Authen. vt omnes obed. Iudic. & auth.quæ in prouincia, & in auth.sed.& periculum C.siue censu, vel rel.vers.omnes* & tali epiteto appellatur, scilicet Prouinciarum Domina à *Par. de Puteo de syndic.in proœm. Franc.Marc. dec.* 366.*tom.*1.*Io.de Platea in §.* 1. *instit.de excus. tutor.* Illa enim Regio appellabatur Prouincia, quæ erat à nostris Romanis bello acquisita extra Italiam, teste *Hegesippo*, qui dixit Romanos appellasse prouincias; illas longè positas Regiones, quæ Romanorum tutelę se submiserant, *Lucas de Penna in l.* 3.*num.* 2.*C.de bon.vac.lib.*10.*Alciat in l. notionem §. continentes ff.de verb.signif.num.*1. quarum tria erant genera sub libera Republica, quędam erant Consulares, seu Proconsulares, ad quas regendas mittebantur, qui finito Magistratu Consulatum gesserant, *Cæs. lib.*1. *de bello ciuil. Alciat. loc.cit.* Aliæ Prætoriæ, aliæ Quæstuariæ. Sub Imperatoribus vero, etiam tria fuere genera sc. Procōsulares, Pretorię, & Præsidiales, *Lampridius in Alex. Seuer*; & quod hoc verū sit, vt tota Italia omniū aliarum prouinciarū domina fuerit, dixit *Glos. in d. auth.sed, & periculum C. siue censu vers. omnes*, vbi notat; quod hac de causa prædia Italiæ non prestabant tributa, per illa verba: *Absit quod dicamus Principem, & dominam Prouinciarum Italiam esse sub tributo*, sicut lamentabatur Propheta de Hierusalem, quæ erat sub Tributo, quod etiam confirmat eadem *Glos, in §. sed etiam suscipientes vers. Agricolas auth.de Mandat.Princip.& in l.1 ff. de cens.* similis *Glos.in l.*3.*ff. de non oper.nunc.* hinc colligunt DD quod nos Itali dicimur plene domini nostrorum prædiorum, non sic Prouinciales propter tributa, quæ præstant pro prædijs, quæ possident, *Alciat.in l.censere num.*5.*ff. de verb.signific.* erant enim bona bello quæsita, quæ sub tributis Prouincialibus victis concedebātur, à quibus sicut Roma caput Mundi erat immunis, & super alias ciuitates priuilegiabatur, *§ fin. instit.de satisdat.tutor.vbi Nicol.num.* 2. & 3. ita tota Italia vti Domina Prouinciarum, alia plura congerit *Thor.in comp. dec.tom.*1.*verb.Tutor pag.*560. *vers.sed ad declarationem.*

Verum senescente Imperio prouinciarum nu-
4 merus, maximè post Constantini Magni ętatem auctus fuit, nam scriptum habemus in Romanorum historijs, Orientis Regiones partitas fuisse in quindecim prouincias, Occidentales vero plures fuerunt, sc.decē, & septē in Italia, In Illyrico sex Prouincię, & cetere Regiones in suas etiā Prouincias diuisæ fuerunt, quas refert *Bulinger. de Imper.Rom.l.*2.& *Laurent.Beyerlinck in Theatr. vit. hum.tom.*6. *verb.Prouincia*, hinc euenit, vt declinato Imperio Regna in prouincias, & ipsæ Prouinciæ in minores partes distributæ fuerūt, sic Ægyptus in Nomos, Hispania in Conuētus. Thema Oriētale ad similitudinem Romanorum in *αρχιας Ηγεμονιας και Αυκαλα* diuidebatur. Modernioribus temporibus Germania, & Bohemia in Circulos, Heluetia, quæ olim Pagorum septem erat, hodie in Cantones diuisa aspicitur, Silesia in Ducatus, Misnia in Ambachtias, Flandria in Castellanias, Gallia in Parlamenta, Britania in Comitatus, Aliæ tandem Regiones in Dynastias, Starostias, Palatinatus, Marcas, Dioceses, Tractus,

ctus, Districtus, alijsque Synonimis distinguitur,
5 tur, teste *Blumero de Scambinis cap. 4. §. 2.*
Et Ipsa Italia declinato Imperio partita fuit in
multas prouincias, vt dixit *Glos. in estrauag.*
quoniam nuper Qui sint rebelles, nihilominus
quælibet Prouincia assimilabatur amplo Re-
gno, vt de Regno Neapolitano, quod vna
Prouincia diceretur, dixit *Lucas de Penna*,
relatus à *Freccia de subfeudis in tit. De Offic.*
Mag. Iustit n. 16. Vt autem nostrum Regnum
rectius regeretur per eius Iustitiarios, qui ho-
diæ dicuntur Præsides Prouinciarū, (*& sic*
appellat Capic. in inuestit. in verb. Iustitiar. per
prouinciā Franch. dec. 163. n. 19.) fuit diuisū
in duodecim Prouincias, & sic Regnū diuidit,
Afflict. in const. Fideliū n. 4. & sunt sequentes
vz. Cāpanea Felix, quę vulgo dicitur Terra la-
boris, Picentina, quæ nūcupatur Principatus
citra. Irpinia, quę dicitur Pincipatus vltra. Lu-
cania, quę dicitur Basilicata. Brutia, quę dici-
tur Calabria citra, Magna Grecia, quę dicitur
Calabria vltra, Salentina, quæ dicitur Hy-
druntina. Apulia Peucetia, quę dicitur Pro-
uincia Barensis, Samnium, quod dicitur A-
prutium citra. Vestinum, quod dicitur Apru-
tium vltra. Giapigia, que dicitur Cu ni-
tatus Molisij, & Daunia, quę dicitur Capita-
nata, & ipsę etiam prouincię in alios circiter
tercentū Principatus, Ducatus, Marchiona-
tus, & Comitatus fuerunt diuisæ, præter in-
numeros Barones, & Terras demaniales, quæ
habent suas proprias Curias, à quibus appel-
latur ad Curias Regias, & demum ad nostrum
Sacrum Consilium, sic enim mandauit Rex
Alphonsus Primus Aragoniæ huius Regni
Dominus, vt sc. Sacrum nostrum Consilium
Supremum sit Tribunal, ad quod omnes ap-
pellationes prouocētur, sequendo antiquorū
vsū, qui appellationum consultationes apud
6 Principē deferebant, & ne tūm à Spectabilib.
sed etiā à Clarissimis Iudicib. ad Principē ap-
pellationes deuolu ebātur, sicut à Præfecto
Annonę ad Principē appellabatur *l. vl. ff. quod*
cū eo qui in alie potest. At cū istis appellationū
causis vnus Princeps sufficere nō posset, pla-
cuit appellationes cōmitti Spectabilib. Iudi-
cibus *l. præcipimus §. in his autem C. de appell.*
& conuocatis amplissimis Magistratibus, &
Senatoribus omnibus; vt in *Nouella de Sena-*
tu 62. hinc deuētū fuit, vt nedū in exercita-
tionibus Iustitię Principes ad Senatuū Consi-
lia recurrebāt, sed ita Senatus magnificabāt,
vt bellum non indicebant sine consilio Sena-
tus, dixit *Bald. in cap. quarto vol. 2. de iure iu-*
rand. & erat olim apud Romanos receptum,
vt nūquam citra Senatus, ac Populi Iussum
Societates, & fędera inirentur, teste *Alex. lib.*
5 genial. cap. 3.
Ex his edoctus Rex noster Alphonsus amplifi-
cando nostrum Senatum mandauit, vt
non solum omnes subditi nostri Regni, sed
etiam omnes alij aliorum Regnorū, & Prin
cipatuum d. Regi olim subiectorum, ad no
strum Supremum Senatum appellarent, vt
disponitur *in prag. 6. de offic. S. R. C.* Dominia
multa possidebat Alphonsus, scil. Aragonū,
Valentiæ, Maioricarum, Sardineæ, & Cor-
sicæ, Comitatus Barcionoæ, Rossilionis, &
Ceritanię, & Ducatus Athenarum, & Neopa-
triæ, pręter duo Regna Sicilię vltra, & citra
Pharum, quod est nostrum Neapolitanum,
vt notat, *Topius de origine Tribunal. part. 2.*
lib. 1. cap. 4 num. 1. & 21. vbi refert verba di-
cti Regis Alphonsi I. ibi. *Decreuimus omnes*
causas Regnorum nostrorum Occiduorum, &
Regni nostri Siciliæ vltra Pharum esse remit-
tendas, quam literam, seù pragmaticam no-
stri S. C. institutionem ordinantem, ad-
ducit originalem dictus Topius desumptam
à nostro magno Archiuio, & registro in *loc.*
cit. par. 2. lib. 5. cap. 4 fol. 4 o. ex qua dixerūt
DD. quod nostrum S. C. Neapolitanum au-
thoritatem, & Iurisdictionem in omnes per-
sonas habeat, ac etiam super omnibus cau-
sis inter priuatas personas vertentes, *Franc.*
dec. 338. & dec. 601. n. 5. Tasson. in prag. de an-
tefat. vers. 3. obser. 3. n. 72. Surgent. in addit. ad
tract. de Neapol. illustr. cap. 26. n. 22. Carneual.
de Iudic. lib. 1. disp. 2. quæst. 8. sectio. 6 n. 1151.
Quod vero disposuit *d. pragm.* circa appellatio-
nes causarum vertentium in alijs Regnis
8 tunc subiectis prę licto Regi Alphonso, ho-
die non practicatur, nam licet sub dominio
nostri Regis sint eadem, & plura Regna, vl-
tra ea que possidebat Alphonsus, tamē quod-
liber Regnum est ab alijs diuisum, & habet
suum Supremum Consilium, aliis non sub-
ordinatum, sed liberum, & inde pendens, so-
lumque mandatis nostri Supremi Monar-
chę paret, & obsequia præbet, adeo vt Regnū
Sicilię, quod est magis nobis propinquum
omnium aliorum Regnorum nostri Regis,
non recipit mandata, inhibitiones, & alia
præcepta circa administrationem Iustitię à
nostro Supremo Consilio, sicut antiquitus
recipiebat, quando nostri Reges incolatum
in nostro Neapolitano Regno degebant, & si
circa prę licta hęc fuerint innouata, atta-
men hæc prę stantia nostro Supremo Consi-
lio illibata remansit, vt Supremum sit Tri-
bunal omnium aliarum Curiarum nostri
Regni, etiam Regiarum Audientiarum Pro-
uinciarum, imo ipsius nostrę Magnæ Curię
Vic. quę specialiter est ei submissa, vt habe-
tur, *in prag. 3. de offic. S. R. C. Franc. dec. 338.*
Talis .n. superioritas PRÆSTANTIAM ma-
gnam denotat, quia appellatio Iudicis à quo
9 subiectionem, & Iudicis ad quem superiori-
tatem demonstrat, & de eius substantia est, vt
de minori ad maiorem appellatum censea-
tur

tur, *l. præcipimus l. à Proconsulibus C. de appellat. cap. licet infra de electio. Myler. de Principib. & Statib. Imper. cap. 42. num. 1. Franc. Marc. dec. 366. num. 24.* & prius dixit, *dec. 233. nu. 4. & dec. 419. num. 3. & seq. par. 1. Rota dec. 196. num. 3 par. 2. diuers. Vrsell. in concl. 128. num. 21 3.* & hoc signum subiectionis per appellationem adeo vrgens est, ad denotandam subiectionem, vt in dubio ex sola hac prouocatione superioritas, & subiectio cognoscatur, vt dixit *Myler. loc. cit. num. 2.* & est talis naturæ talis subiectio, vt dixerunt DD. quod appellatio iudicialis offendat Ministrum legis, seu Iudicem, à quo appellatur, *Gayll. dec. 39. Camer. Imper. num. 15. lib. 2. & dec. 18. n. 10. tom. 1.*

Consideret vero Supremus Senatus ante omnia tempora appellationum, an scilic. illa 10 sint elapsa, ad finem concedendi appellationes à Curijs inferioribus, nam appellationes debent proponi infra decem dies, *auth. hodie C. de appellat.* quare appellans debet probare se appellasse infra legitima tempora decē dierum, *cap. Romana §. si uero de appellat. in 6. Couarr. practic. cap. 22.* alias sententia in rem iudicatam transiret, & appellatio fieret deserta, vt sepè decisit *Rota Rom.* & signāter *in vna Mediolanensi Cappellaniæ Lune 13. Maii 1591.* alias refert *Vrsell. in examen apum concl. 129. num. 92.* Et tale tempus est ita de iure limitatum, vt si appellatio proponatur post decem dies de consensu partium non valet, *Guido Pape singul. 622. num. 2. Corsett. ur sing. 9. in verbo appellatio fol. 302. primi tom. singul. diuersor.* Quæ appellationum tempora adeo sunt in canti leratione, vt inquocumque Principis Consistorio sint obseruanda, dixit Istoriosus *Vrsell. in exam. apum concl. 129. n. 80. in verb. appellatio*, adeoquòd semel instetisse pro appellatione, dixit, nō sufficere, nisi per reiteratas preces illa à Principe committi procuretur, citat *Gramaticum in dec. 13.* Bene verum est, quod isti decem dies cōputantur à die scientię *Cyn. in d. auth. hodie Guid. Papè singul. 358. Matthesil. in singul. diuersf. tom. 1. fol. 154. & in l. 3. C. quando, & quomodo.* Sed si lata fuerit sententia in præsentia procuratoris condemnati, currit tempus à die sententię *Cyn. & DD. sup. cit.* Sed talis regula fallit in Sententijs latis per Sacrum Consilium sub nomine Regis, quia tunc non egent aliqua intimatione, sed attenditur dies lectę latę, secus si intimantur informa decreti Sacri Consilij, quia hoc casu requiritur intimatio *Reg. Linar. conf. 97. Rouite in pragm. 1. num. 6.*

Consideret etiam Suprema Curia, an sit elapsum tempus prosequendi appellationem, nam habet appellans vnum annum ad illā prosequendam, & ex causa biennium, *auth. si qui C. de tempor. appell.* sed si allegauerit causam impedimenti, & petat alium annum sibi indulgeri, probādo causam impedimenti per vnum testem, an possit concedi iuramētum suppletorium, quod deferri debet, quando pars habet vnum testem, iuxta *l. admonendi ff. de iur. iurand.* Dicas quod talis probatio sic diminuta non sufficit, quia *in l. fin. §. illud C. de tempor. appellat.* dicitur, impedimentū prædictum euidentissimis probationibus esse probandum, sed quando de iure requiritur euidentissima probatio, non sufficit iuramētum suppletorium, *Gloss. in l. fin. in princ. ff. quod metus caus.* quam literis aureis esse scribendam, dixit *Roman. singul. 211* sed contrarium dixit *Matthesil. in l. 1. C. de tempor. appellat. & in authēti qui nu. 73* sed *Glos.* authoritas magna est, & ad hanc conclusionem rationabilis, quia assertio iurantis in causa propria est suspecta, quæ non producit euidentiam, à iure requisitam.

Consideret tertio Supremum Prætorium, quod omnia acta appellationis debent asportari 12 coram Iudice ad quem, alias appellans non auditur, nec erit Iudex competens in dicta causa appellationis, *Concil. Trident. sess. 13. cap. 3.* alias erit nulla, & deserta appellatio, *DD. in l. 2. C. de edendo Ricciu par. 4. resol. 8.* nisi id fecerit ex ingnorantia, *Giurb. dec. 29.* Sed cui est standum, non adest alia acta dicas ad fidem Notarij, quem nos Scribam appellamus, non Iudicis, quia hoc pertinet ad officium Notarij, & vnicuique creditur circa ea, quæ pertinent ad suum officium *l. si quis decurio C. de falsis Notar. de actis primæ instantiæ concl. 1.*

Considerent 4. Supremi Magistratus, vt post inhibitionem factam, suam iurisdictionem defendāt, ne à Iudicibus Inferioribus floccipendantur, idcirco procurent, vt post inhibitionē factam, nil Iudices circa sententiæ executionem innouent, nam dicerentur attentata, omnia quæ resultant post inhibitionē factā, *Rota dec. 177. 181. 212. & 258. Barrati*, adeoque reuocanda *Thesaur. dec. 31. per tot. Amat. dec. Marcb. 64. nu. 12.* alijq; apud *Vrsell. in d. verb. Appellatio concl. 129. num. 23.* dummodo tamen appellatio fuerit legitimè intimata, idem *Vrsell. loc. cit. num. 31. & 52* per tex. *in clem. causam de electio*, Sed qua pœna puniri debet Iudex, qui spreta appel-14 latione legitimè facta, apud Iudicem ad quem processit in eadem causa? dico; quòd de iure canonico punitur pœna priuationis officij, *c. ipsa decreta 2. quæst. 6.* vbi latè *Turrecremata* insignis Canonista, & familię S. Dominici dignissimus *Alumnus*, vbi etiam addit ex *Archidiacono* talem priuationem officij procedere in causa criminali, in causa vero ciuili, remittitur ad Curiam, vt fa-

tisfaciat exceſſum prædictum, concordat
tex. in cap. de priore de appellat; vbi notant
DD. quod pęna depoſitioois, ac ſuſpenſionis
puniri debet, qui neglecta appellatione vl-
terius procedit, & hoc inter Clericos, & Re-
ligioſos locũ habet, late Scaccia de appellat.
quæſt. 13. num. 102. de qua pœna agit Boer.
dec. 183. Barboſ. in d. cap. de priore in fin. Et
noſter Supremus Senatus carcerat non ſolũ
Oficiales, & Scribas noſtrę M.C. ſed ipſum
Regentem, ſi eius mandatis non obtempe-
reot, prout obſeruari refert Dom. Petra in
rit. 288. num. 82. tom. 4. vbi caſus occurſos
ſcripſit. Inter Regulares vero ſi cauſa eſt ci-
uilis, pœna eſt arbitraria, ſi vero criminalis
tunc punitur Iudex pœna depoſitionis,
vel ſuſpenſionis ab officio, Lexana in verb.
appellatio num. 8. pag. 43. vide tex. in cap. ve-
nientes de iur. iurand. non ſolum ſi non ad-
mittit appellationem, ſed etiam ſi pendente
appellatione ad executionem procedit, ſed
ſi tantum non admitteret appellationem,
ſed ad executionem non procederet, mitius
puniretur, Scaccia vbi ſup. à num. 101. Pater
Camerin. in prax. regul. qu. 148 à n. 19. cũ ſeq.
Effectus principalis appellationis eſt, vt con-
ſeruet appellantem in primo ſtatu, ac ſi
15 nunquam ſententiatum fuiſſet, vel, vt alij
melius dicunt, ad illum ſtatum in quo lis
erat poſt litem conteſtatam, ſed non antea,
l. ita demum C. de procur. Cyn. & Salic. in l. 1.
num. 1. C. ſi Reus vel actor Aſſlict. dec. 188. nu.
4. Franc. dec. 570. num. 4. Capic. d. c. 28. num.
6. Lauar. in repet. feudal. num. 61. pag. 360.
Gratian. dec. 32. num. 7. & dec. 34. num. 10. &
lib. 1. diſcept. for. cap. 40. num 45. Vrſell. in
eſ. im. ap. m in verb. appellatio concl. 128. num.
14. & concl. 129. num. 1. qui ex hac regula
multos effectus deducit, quorum iſte nota-
bilis eſt, ab eo non relatus, quod pendente
appellatione Barones poſſunt facere gratiam
ſois Vaſſallis condemnatis, ita refert deciſũ
Franc. dec. 370. Reg. Lauar. in repet. cap. 1. de
Vaſſall. decrep. etat. num 61. pag. 361. vbi Ful-
miut Lauar. in addit. ad Paturum in d. cap. 1.
num. 1. Catalan. de indultu quæſt. 4. num. 15.
& cap. 9. num. 63. & ſeq. De Ponte de poteſt.
proreg. tit. de prouiſ. ſtr. ſolit. §. 4. nu. 34. alijq;
citati à d. Lauar io. & idem dicit procedere
pendente reclamatione ipſemet Lauar. in
repet. d. cap. 1. num. 62. Et ratio eſt, quia
16 condemnatus per ſeotentiam pendente
appellatione non dicitur condemnatus, l. 2.
§. fin. ff. de pœnis Gloſ. in l. 2. C. vt lite pend. Vn-
de Prælatus depoſitus ſi appellet, manuteue-
tur in officio pendente appellatione Guttie-
rez practic. quæſt. cap. 39. ſic Clericus ob ho-
micidium priuatus beneficio per ſẽtentiam,
ſi appellauerit, poteſt appellatione penden-
te illud renunciare, Farinac. de homicid. qu.
119. num. 82. Riccius par. 2. dec. 214. Franc.
Seuerſu. controuerſ. forenſ. for. quæſt. 6. Hinc
etiam deducunt DD. quod ſi condemnatus
17 à ſententia appellet, remanet in ſuo officio,
& honore, ſicut ante ſenteotiam ſtabat, l. 1.
§. integer ff. nil innouar. appell. pend. l. 2. §. fin.
ff. de pœnis Gloſ. notabilis in cap. ſepe in verb.
ſententia in fin. de appellat. niſi crimẽ ſit no-
toriũ, vel famoſũ, aut enormitas delicti adeſ-
ſet, Bald. in l. ſenatusC. de his qui accuſ. non
poſſ. Angel. in l. vacantia C. de bon. vacantia lib.
10. Nouar in addit ad dec 8. Franch.
Amplia 1. ſupradictam PRÆSTANTIAM Su-
premi Conſilij, vt ſtatuto fieri non poſſit per
18 Vniuerſitatem, vt non detur appellatio ad
Supremum Conſilium Principis, ita cõmu-
niter DD. per l. 1. §. 4. ff. à quibus appellare
non licet, Appellatio enim partim in litigan-
tium fauorem, præcipuè vero io recognitio-
nẽ ſuperioritatis introducta eſt, vt dixit My-
ler. in tract. de Principsb. & Statib. Imper. Ro-
man. cap. 42. num. 10. cum. Andrea Knich. de
iure territorij cap. 3. num. 27. Merchelb. apud
Klock conſil 8. nu. 122. vol. 1, at ea, quæ Prin-
cipi Supremo ſunt reſeruata, oon ſunt de
poteſtate ſtatuentis, nec à ſubditis immu-
tari poſſunt, cap. cum inferior 10. de maior.
& obed. Zaſius in l. omnes 8. num. 4. ff. de iuſt.
& iur. Ritter. de homag. concl. 178 Brunireg.
de iure Vniuerſ. theſ. 56. Reink. lib. 1. cl. 4 cap.
19, num. 126. Et Imperator ſimilia ſtatuta
mandatis penalibus repellit, teſtantur. Gaill.
1. obſeru. 72. num. 3. Boder. de remiſ. concl. 29.
num. 19. & ſic in Camera Imperial teſtatur
deciſium Meichſner. tom. 3. dec. 28.
Amplia 2. quod Supremus Senatus, & omnis
Iudex appellationis poteſt addere, & minue-
19 re, vel adimere, atque aliter primi Iudicis
ſẽtentiam reformare, ad fauorem partis, quę
non appellauit, & ratio eſt, quia appellatio
eſt communis, & poteſt appellatus non mi-
nus ea vti, quam appellans, l. amphorem C.
de appellat. ideo appellans non poteſt iouito
appellato renunciare appellationi, Bart. in l.
ſi quis libellos C. de appellat. & ita per has ra-
tiones reſoluit Surd. dec. 142. quem ſequitur
Xamar. de offic. Iudic & Aduoc. part. 1. quæſt.
9. num. 119. vbi cum Speculatore concludit
in num. 123. quod ſi condemnatus in quin-
quaginta, & abſolutus pro alijs quinquagio-
ta appellet, poterit appellatus integra cen-
tom petere coram Iudice appellationis, & ſi
hoc competit cuilibet Iudici appellationis,
eo magis competere debet Supremo Senatui,
vt poſſit cauſam appellationis in oppoſi-
tum conuertere, vt dixi ſup. in præſt. 47. nu.
21. ex doctrina Rebuff. relati à Dionyſio Go-
thofred. in praxi ciuili lib. 1. tit. 9. de ſenator.
in rubric. de priuileg. Curiar. verſ. 22. fol. 510.
Sunt tameo numerandi aliqui caſus, io quibus
non

latis per nostras Regias Audientias Calabriæ, Hidrunti, Barij, Aprutij, & Basilicatæ, 23
quæ non excedunt summam duc. centum, vel à decretis latis per reliquas Audientias nostri Regni, non excedentibus summam duc. quinquaginta, quia talis appellatio de iure nostri Regni non conceditur à dictis decretis d. Audientiarũ modicæ summæ, & si inaduertenter reperiretur appellatio cõmissa nostro S. Consilio, vel alicui Consiliario ipsius, debet S. Consilium prædictas causas sibi commissas illas remittere ad easdem Regias Audientias decidendas in censa appellationis, ita sancitum fuit per nostram *pragm. 7. de Offic. S.R.C.* quæ fuit cõfirmata per Cesaream Maestatem Caroli Quinti in anno 1540. ob istam rationem, ne excelsi Consiliarij defatigentur in causis parui ponderis, relictis granibus, & nodosis maximę considerationis; per hanc nostram sanctionem quoad nos videtur correctum ius Cannnicum, de quo iure ita potest appellari in causis minimis, sicut in magnis, *cap. 11. de appellat.* & ibi *Glos. &* *Abbas, Franc. Prepos.* & cęteri Canonistæ, idẽ *Franc. in rub sub num. 17.* ibi; *sed de iure Canonico, de appellat. Scaccia de appellat. qu. 17. lim. 40. num. 17.* Sed cur maiori prærogatiua fuerint ornatæ istæ quinque supradictæ Prouinciæ nostri Regni; scilic. Calabriæ, Hidrunti, Barij, Aprutij, & Basilicatæ, vt eis permittatur cognitio causarum vsque ad summam duc. centum, reliquis vero vsque ad summam duc. quinquaginta, rationem differentiæ aliam non possum assignare, nisi antiquiorem institutionem istarum quinque Prouinciarum, à reliquis, quæ nouiorem formã Curiarũ receperũt.

Quintus est casus, quando essemus in causa meri possessorij, nam ab hac sententia non datur appellatio, quo ad vtrumque effectum suspensiuum, & deuolutiuum, iuxta communiorem opinionem, de qua testatur *Curard. in l. vnic. C. si de moment. possess. num. 4. vers. sunt*, & alij, & est *text.* secundum communẽ intellectum, *in l. vnica*, & ibi *Alberic. Bald. Salic.* & alij, *C. si de moment. possess. fuerit appell. Roland. consil. 8. num. 33. lib. 4. Negusant. in respons. iur. quæst. 232. num. 1. Merend. lib. 3. controu. cap. 20. Vrsell. in exam. apum concl. 128. in verb. appellatio num. 690;* & ratio est vt lites citius terminentur, præsertim quia in petitorio omnia perfectius pertractari possunt, vt dixerunt *Thesaur. dec. 173. Scaccia de appellat. quæst. 17. lim. 6. memb. 3. nu. 3.* & alij ad saturitatem relati à *d. Vrsell. loc. cit.* Et in Vrbe est specialis constitutio Ægidiana id statuens, quæ in toto Statu Ecclesiastico obseruatur, quæ est adeo potens, vt in tertia Ecclesiæ nõ admittat consuetudinem in contrarium, *Amatus dec. Marchiæ 15. num. 16. & dec. 88. num. 2.* Quod procedit etiam si fuerit vtrumque intentatum, scilic. possessorium cum petitorio, nam poterit Iudex omisso petitorio super solo possessorio iudicare, post alios *Negusant. loc. cit. num. 12.* quia exposita in possessorio non alterantur ex narratione facta de petitorio *Anton. de Butreo in cap ex parte 13.* & ibi *Panorm. de foro compet.* post alios, *Menoch. de recuper. poss. in prælud. num. 2. Negus. d. quæst. 232. num. 2.* & licet in processu fuerit de petitorio cognitum, si tamen in sententia fuerit solum super possessorio pronunciatum, non concedi debet eppellatio. ait Rota *apud Statil. dec. 297. num. 7. Vrsell. loc. cit. nu. 699.* Hinc dixerunt DD. quod appellatio non detur à sententia ordinante euacuationem domus, scilic. exfractationem, *Gramatic. dec. 58. n. 15. Castill. dec. 42. Vrsell. d. concl. 128. n. 322. & num. 846.* & ratio est cur non detur appellatio à præcepto de exfractando, quia istud decretum tangit possessorium, à quo non datur appellatio, vt ait *Gramatic. d. dec. 58. Castill. dec. 42. Afflict. dec. 269. Franc. dec. 176.* alijq; citati à *d. Vrsell d. num 322.*

Sextus est casus, quando sumus in causis executiuis, à quibus nec etiam conceditur appellatio, quia sunt causæ sũmariæ, ideo sunt summariè expediendæ, *l. prolatam C. de sentent. & interlocut. l. fin ff. de iudic. auth. nisi breuiores C. de sent. ex peric. recit. auth. de mãdatis Princip. §. sit tibi clem. sępe de verbor. signif.* propterea quãdo agitur de quarantigia non conceditur appellatio, vt fuit dictum in Roman. domus 4. Iulij 1601. coram *Pamph. Vrsell. d conc. 128. num. 714.* vel quãdo ageretur vigore obligationis cameralis *Galles. de obligat. Camer. in Ferrar. affictur 28. Ianuarij 1611. coram Penia*, quæ est apud *d. Gallesium dec. 67. num. 1.* & alias decisiones refert in seq; *dec. 117. & 118. Gratian. lib. 3. disceptat. cap. 531. num. 5. & lib. 5 cap. 855. num. 27. & cap. 944 num. 61 Vrsell. d. concl. 128. num. 713.* Nec etiam dari à sententia dãte Tutorem voluerunt *Hieronymus de Leo dec. 141. vol. 2. Nouar. in pragm. 1 de appellat. num. 63* sed apud nos hoc non obseruatur, nam in dies videmus concedi appellationes à decretis tutelę; alios casus in quibus nõ licet appellare enumerat *Vrsell. d. concl. 128. à num. 690.* vnum tamen notabilem omisit inter tot casus ab eo relatos, quando scilic. fuisset lata sententia contra falsificantes monetas, à qua non conceditur appellatio, per *tex. in l. 1. C. de falsa monet. Franc. dec. 351.* quod est speciale in hoc crimine, ob eius atrocitatem; *Decian. lib. 7. cap. 24. nu. 13. tit. 3. Farinac. dec. 115. num. 46.* & hoc procedit etiam respectu tondentium, & ra-

dentium, *Peguera dec.* 85. a 2. quia sub mēte legis conprehenduntur, sed quid in expendentibus monetam falsam, dicunt, quod quia sumus in odiosis, lex illa pænalis denegans appellationem fabricanti falsam monetam non debet includere expendentes, *Reuit. in pragm. 1. de monetis num.* 15. *Merlin. contro for. centur. 2. contro. 26. num. 7.* & ita decisum refert *Franc. d. dec. 351. in fin.* sed quando expendens falsam monetam scienter fabricationi operam, & auxilium præstat, itaut fabricatores si non habuissent expenditorem non illam cuderent, hoc casu appellationis beneficio priuari debet, & eadem pœna puniri, per nostram *pragm. 6. s. 11. de monetis*, ita post *Mastrill.* & alios concludit *Luca ad Franc. dec. 351. num. 3.*

Aduerte etiam, quod postquam causa fuit introducta in nostro Supremo Senatu per viam appellationis, vel pro recognoscendo grauamine, non potest amplius ab Inferiori Iudice illa cognosci, *Altimar. de nullit. rub 3. quæst. 4. n.* 14. adeoquod si insimul cū appellatione cumulentur nullitates, debent discuti coram Iudice ad quem, non coram Iudice à quo, idem *Altimar. loc. cit.* Sed an
24 deserta appellatione possit Iudex cognoscere de nullitate sententiæ, tanquam appellatione renunciata. Prima opinio est, quod non possit amplius cognosci de nullitate deserta appellatione, quia nullitas conceditur in consequentiam appellationis, igitur ea declarata deserta, non est locus cognitioni nullitatis, *l. cum principalis ff. de reg. iur. cap. accessorium de reg. iur. in* 6. Secunda opinio est, quod possit Iudex ad quem cognoscere de nullitate, hac ex ratione, quia de nullitate cognosci debet coram ordinario, si fuerit appellatum, *cap. dilecto de appellat. clem.* 1. *de re iudic.* at cum ex vi appellationis cognoscere deberet Iudex ad quem, igitur sublata appellatione, remanet iurisdictio de cognitione nullitatis apud d. Iudicē ad quē, *Guid. Papè dec. 436. & sing. 32. & 360.* Sed quia quinq; modis potest proponi nullitas, vt eruditè notauit *Dom. Altimar. de nullet. rub. 3. quæst. 7. num.* 12. ideo distinguar, vel nullitas est proposita simul cum appellatione, & hoc casu vti accessoria regulatur secundum naturam appellationis, & procedit prima opinio. Vel principaliter fuit petita, & de per se, tunc deserta appellatione potest cognosci de nullitate, *Capic. Latro consult. 6. num. 5. Thor. par. 1. in verb. nullitas. Cartar. dec. 62. num. 24.* & alij multi quos refert, & sequitur, *d. Altimar. de nullit. rub. 8. quæst. 12. num. 3. Rota dec. 163. & 170. coram Buratto.*

Aduerte 2., etiam quod petens terminum ad
25 soluendum, censetur renunciase appellationi, *l. ad solutionem S.C. de solutio. Peregrin. dec* 153. sed hoc intellige, quando executio sentētiæ suspensa est per appellationē, quia tunc per petitionem censetur appellationi renūciasse, at quādo sententia est executiua, vbi appellatio non suspendit executionem sententiæ, tunc solutio, vel petitio executionis, non parit renunciationem appellationis, *Scaccia de appellat. quæst. 17. lim. 1. Frāc. decis.* 347. quia non voluntariè, sed coactè videtur sententiæ parere, ob eius paratam executionem.

PRÆSTANTIA II.

Præstantia Sacri Consilij Neapolitani est, vt ad illud appelletur à decretis Magnæ Curiæ Vicariæ.

SVMMARIVM

1 *Curiæ definitio traditur.*
2 *Tribunal M. C. Vicariæ Neapolis, antiquitus erat diuisum in duas Curias.*
3 *Magnus Iustitiarius antiquitus residebat in Magna Curia Vicariæ.*
Magnus Iustitiarius, Maior est cæteris Officialibus nostri Regni.
4 *Iudices quatuor fuerunt deputati Curiæ Magni Iustitiarij.*
Magistratus, vt maior dici possit, quatuor Iudices sub se debet habere.
Præsides Prouinciarum nostri Regni, Iustitiarij sunt.
5 *Magnus Iustitiarius nostri Regni poterat circuire omnes nostras Prouincias, & multa vtilia resultabant.*
6 *Iustitia, vt Populis impartiretur, potestate magna fuit Iustitiarius decoratus.*
Imperium Romanum supra alia Imperia floruit, ob iustitiam benè administratam.
7 *Regens M. Curiæ Vicariæ est hodiè substitutus Magni Iustitiarij.*
Magni Iustitiarij Officium, est hodiè vnum ex septem Officijs nostri Regni.
8 *Magnus Iustitiarius sedet ad manum sinistram Regis.*
9 *Magna Curia Vicariæ cognoscit de omnibus Titulatis nostri Regni, etiam habentibus septem officia.*
10 *Magna Curia Vicaria fuit submissa Sacro Consilio.*
11 *Magna Curia Vicariæ dicitur Curia nostri Regis; & cognoscit de appellatione ad Regem delata.*
12 *Praxis concipiendi decreta, quæ obseruatur in Sacro Consilio in causa appellationis, traditur.*
Iudex appellationis si reuocat decreta ex nouis probationibus in gradu appellationis de-

debet causam exprimere.

13 *Præindicialia facta in causa principali non possunt reparari per appellationem.*

14 *Appellatio à decreto condemnante administratores Vniuersitatum, non suspendit exequtionem.*

15 *Appellatio in causa spolij non retardat exequtionem.*

16 *Decreta M.C. Vicariæ, infra summam aureorum centum quinquaginta exequuntur non obstante appellatione.*

Pragm. 73. de Offic. S. R. C. non poterit dici, quod fuerit reuocata ex contrario vsu.

17 *Decreta minoris summæ exequuntur, licet sententia condemnat ad speciem, cuius valor non excedit summam.*

Decreta maioris summæ, vt habeant exequtionem non obstante appellatione, an possit renunciari illa maior summa excedens.

18 *Sententia infra summam notoriè iniusta non habet paratam exequtionem.*

Præeminentia est Supremorum Tribunaliũ, non dare exequtionem sententijs iniustis.

Clausula appellatione remota, intelligitur de sententia iusta, non iniusta.

19 *Sententiæ duæ conformes M. C. Vicariæ, vel vna conformis cum decreto Iudicis inferioris exequuntur non obstante appellatione, vbi casus referuntur.*

20 *Appellatio à decretis latis per M. C. Vicariæ debet committi Consiliario illius Aulæ, vbi circa incidentia causa fuit relata.*

DVm enim de Magna Curia Vicariæ nostri Regni loquimur, necesse est scire, quid sit Curia, & vnde nomen sumpserit, de qua re tractant *Pereyra de manu reg. par. 2. c. 60. n. 1. Garsias de expens. cap. 12. num. 15.* aliique citati à *Pegat ad ordin. Portugal. lib. 1. tit. 2. glos. a 5. num 5.* mihi vero placet illa expli-
1 catio, quod Curia dicatur quasi cura, seù Coltura iuris, quia de multis, ibi habetur cura, *l. 2. §. deinde ff. de orig iur. Oldrad. consil. 187. & in cons. 211. Soccinus in cons. 86. vers. secunda conclusio vol 1.* & sic describi potest, quod sit Cætus quidã Ciuiũ, qui lites sequuntur, qui & Curiales dicũtur, *Surg. de Neapol. Illustr. c. 17. n 39.* Sed hodie illa dicitur Curia, vbi residet Prætoriũ, seù Palatium Publicũ *l. 3. & l. quicumque C. de oper. public l. fin ff. de offic Rethor Prouinc. Boer. de author. Magn. Consil. num. 167.* qui alias ethimologias notat. Et diuersæ sunt Curiæ, nam est Curia Iudicum maximorum, vt *in auth. de Consul. §. si autem mediocre*, Curia vero Regis illa est vbi Rex residet, vel eius Vicerex, *Mieres ad constit. Cathalon. collatio. 10. cap. 8. num. 87. Gonsa ez ad regul. 8. Cancellar. glos. 13. §. 1. nu. 10.* latè *Permosin. in cap. fin. de for. compet. par. 2. quæst. 17. & seq.* sicut Curia Clericorum & Prælatorum nuncupatur Curia Ecclesiastica, *cap. si Iud x de sent. excom. in 6.* & quia Prætorium Principis Curia est, ideo illam Principes protegunt, vt habetur in *l. nemo C. de dignit. lib 12.* ibi. *Nemo Curiam nostrã immani pulset iniuria*, ex quo vide, quod Curiam nostram Principes illam appellãt, ad idem est *tex. in l. 3. C. de Silentiar.* De Curijs vero Romanorum scripsit *Carolus Sigonius de antiq. iur. Roman. lib. 1. cap 3.*

Vt autem explicem superioritatem nostri Sacri Consilij, quam exercet erga nostram Magnam Curiam, oportet etiam scire, quid in nostro Regno veniat sub nomine Magnę Curiæ Vicariæ, & est sciendum, quod Tri-
2 bunal Magnum, & Tremendum regitur in nostro Regno, residens in hac Nostra Ciuitate Neapolis, quod appellatur Magna Curia Vicariæ, antiquitus erat diuisum in duas Curias, vt probat *exordium Reginæ Ioannæ in prohemio rituum M. C. V. in 3. col. sub. rub. incip. Ritus Mag. Curiæ*, & aduertit *Gramatic. dec. 34. num. 9.* vna erat Magna Curia Vicariæ, quam à veteribus Regibus nostri Regni fuisse institutam, voluit *Freccia de subfeud. in tit. de Offic. Magistr. Iust num. 38.* alij vero dixerunt ab Imperatore Federico Secundo, vt fuerunt *Summonte in histor. Neapol. par. 2. lib. 2. fol 150 De Magistris de statu Eccles. Neapol § 6. num. 57.* sed non ita certè affirmat *Topius. de orig. Tribun. p. 1. lib. 3. cap. 6. num. 1.* sed quomodocumque sit, hoc nomen Vicariæ inuenio fuisse cognitum etiam temporibus Iostiniani Imperatoris, vt in *§. hac autem cap. 1. Auth. vt Iudices sine quoque suffragio.*

Alia erat Curia Vicariæ, idest Vicarij Regis, quæ fuit instituta à Rege Carolo Primo Andegauensi, teste *Summonte d. par. 2. lib. 2. fol. 325. De Magistris loc. cit. num. 57* in qua constituit eius Vicarium Carolum Principem Salerni. Istæ enim Curiæ duas representant personas. Prima Nostri Iustitiarij, & ista est Magna Curia. Alia est Vicarij Generalis huius Regni, & ista est Curia Vicariæ idest Vicaria Regis.

Huic Tribunali Magnę Curiæ Vicariæ anti-
3 quitus præsidebat Magister Iustitiarius, vulgo *Gran Giustitiario*, & Curia Magistri Iustitiarij appellabatur, cuius potestas in hoc Regno antiquissima fuit in cunctis Populos, nullo excepto ante erectionem Tribunalis M C Vicariæ, vt probat *Reg Tapia de iur. Regni lib 2. in rub de offic. Magistr. Iustit* & ego addo cognitum fuisse tale nomen Magistri, etiam in *Sacro tex. Deuter. cap 16 ibi; Iudices, & Magistros constitues in omnibus portis tuis. vt iudicent populum iusto iudicio*; cum postea fuerit Tribunal Mag. Curiæ Vicariæ à Regibus huius Re-

gni inſtitutum, cum eo in eadem Curia
commorari voluit, vt diſponunt conſtitu-
tiones noſtri Regni, ſcilic. *Conſtitutio Statui-
mus* ibi: *Magnæ Curiæ noſtræ Iuſtitiarius
nobiſcum in noſtra Curia commoretur*, om-
niaque iudicia cognitionum Regis in Iu-
ſtitiarium fuiſſe collata, ſtatuit alia noſtra
Conſtitutio incip. Mag. Curia per illa verba,
*Iuſtitiarium in noſtrarum cognitionum in-
dicijs collocauimus*, & diſponit ipſamet *Con-
ſtitutio ſtatuimus*, vbi ſub iuriſdictione
Magni Iuſtitiarij omnes huius Regni Duces,
Principes, Marchiones, Comites, & Baro-
nes ſubiciūtur, & notat *Freccia de ſubfeud.
lib. 1. tit. de Offic. Mag Iuſtit. pag.* 30. *num.* 1.
merito Maior cęteris Officialibus Regni
Iuſtitiarius reputatur, *Freccia loc. cit. num.*
13. quia omnium habet correctionem,
Vindex eſt omnium delictorum, omnis ſe-
xus, omniſque perſonæ, dū omnes Illuſtres
perſonæ ſuæ iuriſdictioni ſubiectæ fuerunt,
& tantæ erat authoritatis ipſe Magiſter Iu-
ſtitiarius Magnæ Curiæ Vicariæ, quod pro-
curatorem fiſcalē creabat, *Afflict. dec.* 336.
Tantū enim gubernium, vt ritè exerceretur,
4 fuerūt in primeua eius inſtitutione quatuor
Iudices deputati, vt cū eorū Conſilio præ-
dictus Mag. Iuſtitiarius omnia rectè admini-
ſtraret, vt diſponit *d. conſtit. Statuimus*, ſup-
plicationes verò ſiue gratiæ, ſiue Iuſtitiæ,
quæ Regi offerebātur, de ſero cum conſilio
vnius ex d. Iudicibus decretabat, cum ſi-
gillo Imperij, *Freccia loc. cit. num.* 34. ex
quorum aſſiſtentia in exercitio ſuæ iuriſdi-
ctionis, maioritas eius dignitatis arguitur,
vt dixit *Gloſ. in d. conſtit. ſtatuimus in verb.
quatuor Iudices*, quia, vt Maior Magiſtra-
tus dici poſſit, quatuor Iudices apud ſe re-
tinere debet, *§. quia vero cōpetens, auth. de Iu-
dicib. col. 6. Frecc. in d. rub. n.* 17. Merito eius
Iuriſdictio eſt ſuper omnes Regni Iuſtitia-
rios, qui plures sūt in hoc Regno regiones
varias gubernātes, & iuſtitiā adminiſtran-
tes, qui vocantur Præſides Prouinciarum,
vt appellat idem Imperator Federicus in
Conſtit. Preſ. Prouinciarū, & notauit idem,
Freccia loc. cit. num. 12. qua de cauſa Ma-
gnus Iuſtitiarius noſtræ Magnæ Curiæ lu-
minare maius appellatur à *d. Federico in
conſtit. Honorem debitum*, & cęteri Præſides
Prouinciarum noſtri Regni luminarę mi-
nus, & tanquam Riuuoli à Supremo Fonte
deriuantur, vt habetur in *conſtit. Regni ſta-
tuimus. In conſtit. Nil veterū. In conſtit. Mag.
Curia. & in conſtit. Honorem debitū*, vbi *An-
dreas. & Afflict.* & memorat *Iul. Maſtrill. in
alleg. impreſſa poſt dec.* 290. *Reg Sanfelic nu.* 3.
Profectò vt nedum noſtræ Ciuitati, ſed Regno
iuſtitia omnibus impartiretur, licet prius
ordinauerit d. Imperator Federicus in *d.
conſtit. ſtatuimus*, & ibi notat *Afflict.* vt Ma-
gnæ Curiæ Iuſtitiarius in Curia Regis
nobiſcum moretur, & cum quatuor Iudici-
bus in Curia aſſideret, attamen intendens,
etiam Regni noſtri neceſſitatibus prouide-
re in *conſtit. Capitaneorum autem ſub tit. de
Offic. Capitaneorum*, ſtatuit idem Federicus
Magiſtrorum Iuſtitiariorum Officium talè
5 eſſe debere, ſcilic. circuire Prouincias ſibi
decretas, quę tamen Conſtitutio licet intel-
ligi poſſit de Iuſtitiarijs Prouinciarum Re-
gni, tamen debet intelligi etiam de no-
ſtro Magno Iuſtitiario, nempè vt Iuſtitiarij
Prouinciales circuent ſuas Prouincias, no-
ſter autem Magnus Iuſtitiarius poſſit de-
currere totum Regnum, quod clarè patet ex
altera *conſtit.* noſtri Regni incip. *Honorem
debitum*, vbi idem Imperator ſtatuens præ-
cepit, vt ſi Magiſter Iuſtitiarius Ciuitatem
aliquam, vel locum intrauerit, & cum Iu-
dicibus Regijs Curiam Regis tenuerit, ſile-
ant Iuſtitiarij regionū, qui illuc erunt, quia
luminare maius facit ceſſare luminare mi-
nus, propterea ceſſat Iudicis ordinarij iuriſ-
dictio per aduentum, & pręſentiam Supe-
rioris, cui concordat *Ritus M. C. Vic.* 48. vbi
*Carauit. num. 5. & ſeq. per regul. tex. in cap. de-
nique* 21. *diſt. cap. volentes de offic. leg.* cum
concord. de quib. per *Andr. & Afflict. in con-
ſtit. honorem, & conſt. ſtatuimus quæſt.* 11. alios
congerit, *Maſtrill. in d. alleg. impreſſ. poſt. d.
dec.* 290. *Sanfelic. num* 4. quod fuit obſerua-
tum in antiquis temporibus, quia legimus
Carolum Secundum Andegauenſem huius
Regni tunc Moderatorem, qui regnauit ab
anno 1289. diſpoſuiſſe in cap. noſtri Regni
incip. *inſuper*, quod eſt in ordine 184. no-
ſtrum Magnum Iuſtitiarium, & Iudices M.
C. Vicariæ ſex hebdomadarum ſpatio ſin-
gulis annis, in qualibet huius Regni Pro-
uincia diſcurrere, ibique pro iuſtitia mi-
niſtranda morari debere, corrigendo exceſ-
ſus quorumlibet Officialium, quos ſi culpo-
ſos inuenerint ammouendos, Regi denun-
cient, & licet hodiè non ſeruetur tale Regni
Capitulum per nouas pragmaticas, quę
prohibent Officialibus diſcedere ab hac Ci-
uitate ſine licentia Regis, tamen dixit gloſ-
ſator d. capitoli, quod ſi illud ſeruaretur, nō
aſpicerentur tot extorſiones Pręſidum no-
ſtrarum Prouinciarum; & ego addo, quod
non audirentur Baronum noſtri Regni que-
rimonię, qui Populos opprimunt, etenim
ſi antiquis temporibus, quando noſtri Baro-
nes nō habebant merum, & mixtum Impe-
rium Iuſtitiarius Magnus per noſtrum Re-
gnum vagabatur, quanto magis hoc hodiè
opportunum iudicaretur, ad populorum
Iuuamen, qui ſub Baronum Imperio tor-
quentur. Hic enim noſtrum Regnum cum
de-

decurrerat, erat delictorū inquisitor, & inflexibilis punitor, inimicus tyrannorum, hostis criminum, & corrector vitiorum, & si quos nefarios, vel Populi, Sacerdotum, rusticorum, mercatorumque oppressores comperierat conuictos, grauibus pœnis damnabat, ad crimina vero leuiora non grauatè conuiuebat, vt salubrem magis, quam seuerum Rectorem se præberet, Magistratus autem abrogabat, si peccassent, vel eis obiurgatis, quid agendum esset, pręscribebat.

In Causis ciuilibus cum in publico versaretur facilis auditu erat, atque intentus, & licet maximis curis implicitus, attamen summam iustitiam exercebat, populi enim positis armis ad Iustitiarium suas lites deferebant, & nulla personarum habita ratione, genere, & opibus illustres æquè ac tenuis fortunę homines in ius adductos, ex æquo audiebat, contentiones optimatum de possessione agrorum iudicabat, sententiamq; de bono, & æquo pronunciabat, & illi eiusdem placitis parebant. Erāt etiam Iustitiarius, & Iudices populorum, & iniquorum diuitum exploratores, nam nō solum commodis plebis excubabant, sed etiam vnumquemq; diuitem rationem vitæ reddere vrgebāt, an ex turpi quæstu substantiam populorum attraxerint, atque ex improbatis alios pœna, alios ignominia notabant.

Sed cur tanta potestate fuerit à nostris Regib. dotatus noster Magister Iustitiarius? respon-
6 deo cum *Freccia loc. cit. num.* 3. quod hæc omnia concesserunt nostri Reges d. Magno Iustitiario, vt Iustitia Populis impartiretur; Regna enim essent latrocinia, nisi iustitia in suo libramine omnia terminaret, nam ex Iustitia oriuntur Innocentia, Amicitia, Concordia, Pietas, Religio, & cętera bona, per ipsam enim tribuntur Deo obedientia, maiori reuerentia, pari concordia, minori disciplina, & ægeno operiosa misericordia, & etiam dixit *Cyprian. de 12. abusio*; quod Iustitia Regis pax sit populorum, tutamen patriæ, Immunitas plebis, Munimentum gentis, Cura languorum, gaudium hominum, terræ fecunditas, solatium pauperum, hæreditas filiorum, & sibi met ipsi spes futuræ beatitudinis; benè igitur dixerūt Philosophi, quod illa vel sit sūma virtus, vel fons virtutis, aut mater, & nutrix cæterarum virtutum, quæ est ita conueniens supremæ naturæ attributum, vt quilibet pauper, & de plebe homo, per hoc iusti cognomentum, Regię, vel diuinę naturæ assimilari poterit. Hanc igitur Principes omni studio colāt, atq; diligenter obseruēt, si velint suum Imperiū in ęternum duraturū, prout legimus apud Romanorum historias, nostrum Romanum Imperium, non Syderum, aut miranda fati potentia supra alia Imperia floruisse, neque alia ex causa, nisi ex iustitia benè administrata ad vtriusque poli Dominum peruenisse, adeo quod de eis dixit Imperator *in l. 1. C. de Iustin. Cod. confirm. Felix Romanorum genus anteponi nationibus debere, omnibusque dominari, tam præteritis effecit temporibus, quam Deo propitio in æternum efficiet*, quę verba ad propositum rescripsit noster *Freccia in d. rub. de Offic. Mag. Iusti. nu.* 2.

Huius Magni Officialis substitutus est hodie
7 Regens M.C. Vicarię qui licet à Rege creetur, vel à Prorege deputetur, & non à Magistro Iustitiario, attamē ex antiqua cōsuetudine ordinariam iurisdictionem exercet, cum Iudicibus nostræ M. Curię, & sedet in loco Magni Iustitiarij, dum eiusdem vices gerit, vt etiam aduertit idem *Freccia in d. tit. de Magistr. Iustit. n.* 17. & fuit concessus talis substitutus ab Alphōso I. nostro Rege in anno 1442., non quia Magnus Iustitiarius egrè tulerat continuè assistere in M. C. V. sed quia Illustris persona non tenebatur assistere, & poterat seruire per substitutum, ex priuilegio, *tex. in l. nullus* 60. *& l. neminem* 64. *C. de decurio. lib.* 10. ideoque fuit ordinatum per d. Regem Alphonsum Primum in d. anno 1442. quod absente Iustitiario assistat vnus, vti Caput Tribunalis, qui Regens M.C. Vic. nuncupetur, vt dixit *Tasson. in pragm. de Antefato d. vers. 3. obseru. 3. nu.* 199. sed oblitus eorum, quæ dixit idem *Tasson in seq. num.* 201. aduertit contra *Frecciam*, Officium hoc Regentis nō fuisse introductum à Rege Alphonso Primo, cum in anno 1307. tempore Caroli Secundi, Regens nuncupabatur, qui regebat M.C.V. *vt in cap. Regni de statu nostrorum fidelium fol.* 358. *& in cap. nouiter n. st. a Maiestati, fol.* 366. Sed meliorem rationem assignò cur Magno Iustitiario fuerit deputatus substitutus, quia scilicet tale Officium Magistri Iustitiarij fuit erectum vnum ex septem Officijs nostri Regni, & in publicis necessitatibus, ub suam excelsam dignitatem, in-
8 dutus veste purpurea sedet primus ad manum sinistram Domini nostri Regis, tenens in manibus ensem denudatum, vt notauit *Freccia d. lib. de. subf ud. tit. de offic. Magistr. Iustit. n.* 38. *&* 39. qui fatetur hoc fuisse obseruatum in anno 1442. die 28 Februarij in Parlamento Neapoli celebrato per Alphonsum de Aragonia huius Regni Dominum, hac de causa indecens postea visum fuit, huius Ministri sublimen dignitatem assiduè detineri in iurgijs populorum audiendis, debemus merito inuidere antiqua tempora, cum personę tam Illustres in litibus definiendis assiderant, quorum authoritas suf-

ſufficiens erat pro litibus term inãdis, adeo-
quod poſſumus de hoc conquæri cum, *Ouid.*
75.met.
Tempus edax rerum, tuque inuidioſa vetuſtas,
Preſidet Regens, vti Caput iſtius Tribunalis
Iudicibus aſſiſtens dum cauſas in Tribuna-
li definiunt, ſed aſſiduè reſidet in Aula
Magnę Curiæ Vicariæ Criminalis, ibiq;
Iudices diſponit ad rectam iuſtitiam ad-
miniſtrandam, eis cauſas committendo, in-
formationes cauſarum, & acceſſus diſtri-
buendo, ſollicitudinem expeditionum mo-
nendo, atque reliqua omnia cũ mira aptitu-
dine, & ſolertia diſponit, quod officiũ hodie
laudabiliter adminiſtrat. Excel. Dom. D. Io-
ſeph de Medici Princeps Octaiani ex Ma-
gnatibus noſtri Regni, potius vt mandatis
Excellentiſs. Ducis Medinę Proregis pareret,
quam vt gradus conditio eius perſonę con-
ueniret, cuius exemplo in futurum reliqui
Magnates non dedignabuntur, idem mu-
nus acceptare in iuuamen oppreſſorum.
Huius Tribunalis M. C. Vicariæ tanta eſt po-
9 teſtas, tantaque eſt Iuriſdictio, vt eius man-
datis pareant omnes Principe[illegible]uces, Mar-
chiones, Comites, & Bar[illegible]i Regni,
atque etiam ſuæ iuriſdictioni [illegible]ditæ ſint
omnes Regni Vniuerſitates, Ciuitates, &
Terræ, atque Prouinciæ huius Regni, vt ſta-
tuit Regina Ioanna Secunda in *ritu* 46. Hac
de cauſa ſubiecti ſunt eius poteſtati omnes
Officiales noſtri Regni, licet ſint de Colla-
terali Conſilio, omneſque Magnates licet
ſint de ſanguine Regio. Imo, & ipſi Conſi-
liarij Regis, qui ſunt Iudices appellationum
omnium cauſarum M.C. Vicariæ, attamen
ſingulariter ſumpti non ſunt exempti à Iu-
riſdictione M.C. Vicariæ, vt per plura iura
fundat, *Reg. Rouit. in pragm. 2 num. 7. de offic.*
S.C. & ſequitur, *Maſull. ad Capic. dec. 9. idem*
Maſtrill. loc. cit. n. 7 poſt Sanfelic. & infra dicã.
Eadem ratione, quia eſt Tribunal ſupra om-
nia alia Tribunalia, ideo Regentes ſeptem
officia Regni noſtri, vt ſunt Magnus Admi-
ratus Magnus Cancellarius, & alij Officia-
les cognoſcuntur, & plectuntur à M. C. Vi-
cariæ vt abrogata, *l. fin. C. vbi Senatores, vel*
Clariſſimi cum concord. per contrarium
vſum ſeruari in praxi teſtatur, *Reg. de Ponte*
de poteſt. proregis tit. 7. §. 7 per tot, & etiam
cõprobat *Reg. Tapia in ſuis deciſ. ſupra. Ital.*
Senat dec. 3. num. 34. & ita receptum dixit
Reg. Ronit. & iudicatum contra M. Admira-
tum fatetur, *in pragm. 1. de abuſu à num. 1.*
vſq; ad 23. Maſt. ill. loc. cit. num. 8.
Et eſt tanta præeminentia noſtra M. C vt co-
gnoſcat non ſolum de cauſis ordinarijs, ſed
de omnibus alijs, de quibus ſola Regia
Maieſtas, vel eius primogenitus Regis Vi-
carius cognoſcere poterit, vt dicit *Capi-*
tulum Caroli Secundi, de quo meminit *Ro-*
bertus in c. incip. iniunxit, & fatetur *Reg. Ronit. in*
pragm. 1. tit. de titulorum abuſu num. 6, &
quam ampla ſit poteſtas M. C. demoſtrat,
Afflict. in conſtit. Regni ſtatuimus num. 3. Reg.
Ronit. in conſil. 90. vol. 2.
Similiter cognoſcit de omnibus appellatio-
nibus propoſitis à ſententijs Curiarum to-
tius Regni, & latis à quibuſcumque Officia-
libus, etiam Delegatis, exceptis tantum
cauſis feudalibus, in quibus fuit erectum
Tribunal Reg. Cameræ, vt dixit. Ritus 264.
qui fuit deſumptus ex coſtit. Regni *Statui-*
mus per illa verba, *Et de appellationibus Or-*
dinariorum, ſeu Delegatorum noſtrorum, &
eſt etiam alia *Conſtit. Magnæ Curiæ*, quam
explicat, *Andreas in cap. 1. de contro feud. Ca-*
mill. de Medicis conſ. 45. n. 2.
Cognita origine, & poteſtate d. Excellentiæ
Tribunalis noſtrę M. C. Vicariæ, eſt cogno-
ſcenda authoritas, quam habet erga eum
noſter Supremus Senatus, & dico quod cum
fuerit inſtitutum noſtrum Supremum
Conſilium, à d. Rege Alphonſo Primo, om-
nes illę duę Curiæ Vicarię, & Magnę Curiæ
fuerunt inſimul vnitæ, ſub vno nomine
Magnę Curię Vicariæ, & pręditcta Mag Cu-
10 ria tunc nouiter coaceruata fuit ſubmiſſa
noſtro Supremo Senatui, vt tradunt noſtri
Regnicolę, ſcilic. *Caramita in ritu 1. Mag.*
Cur. num. 35. & in pragm. per excellentem 5.
1. num. 31. de ſenatus conſult. Maced Surgen-
te de Neapol. illuſtr. lib. 1. cap 7. nu. 15. Gra-
matic. dec. 34. Afflict. in conſtit. Statuimus nu.
7. Reg. Tapia de iure Regni tom. 1. lib. 2. fol.
249. De Magiſtris de ſtatu Eccleſ. Neapol. §. 6.
num 57 Taſſon. in pragm. de anteſato verſ 3.
obſeru. 3. num. 203. Cuius ſubiectionis
effectus notorij ſunt, quia dicta Magna
Curia omnibus mandatis Sacri Conſi-
lij obtemperat, & ab eius decretis de-
finitiuis ad noſtrum Sacrum Conſilium ap-
pellationes proponi debent, vt per *pragm.*
3. de offic. S.R.C. quę nedum pręſtantiam,
ſed maioritatem indicant, vt in antece-
denti *præſtant. 1. num. 9. cap.* 2. dixi.
PRÆSTANTIA quippe magna eſt, ſi etiam
conſideremus, quod Magna Curia Vicariæ
11 dicitur Curia noſtri Regis, vt habetur, *in*
conſtit. Regni Contigit ſub tit. de accuſato co-
ram Conſiliario, & in conſtit. In pecuniarijs
ibi: *in Mag. Curia noſtra*, & notat etiam *Af-*
flict. in conſtit. Vniuerſis ſub tit. de cauſis in
indic. cito. decid. num. 18. & idem dixit, *in*
conſtit. ſtatuimus ſub rub. 47. quem ſequitur
Freccia de ſubfeud. tit. de Magiſtr. Iuſtit. nu.
37. imo addit *Gloſ. in proem. poſt Mundi*
machinam, quod Tribunal M. Curię ſit ſu-
pręmum Tribunal poſt Regium, & pars
Tribunalis Regis venerandum, & metuen-
dum

dum, quod etiam aduertit, *Freccia loc. cit. nu.*
37; adeoquod si appelletur ad Regem, M. Curia cognoscit de causa appellationis ad Regem delata, quia vnum est Tribunal Regis, & M. C *Glos. supra citata in d. proem.* quod dixit *Afflict. in d. constit. vniuers. num.* 18. displicuisse vni de Consilio Regis ambitioso, & superbo, cuius dies Deus abreuiauit, attamẽ Tribunal nostræ Mag. Cur. est subordinatum nostro S.C. tam circa appellationes definitiuas, quam interlocutorias causarum ibi vertentium, quia maius Tribunal facit cessare minus, *l. contra pupillum §. qui ad maius ff. de re iudic.*

Praxis autem qua vtitur nostrum S. Consilium quando cognoscit de meritis appellationis
12 sententię nostrę M. Curię ita obseruatur, nã si velit confirmare decretum M. C. Vicarię absque nouis probationibus, quia illud iustè latum fuisse cognouit, apponit ista verba, *Malè appellatum, & bene iudicatum per nostram Mag. Curiam, proinde rescribatur eidem M. C. quod suum exequatur decretum*, sic statuit nostra *prag. 82. de offic. S. R. C.* sed si dixerit malè appellatum, & non addidit, benè iudicatum, non dicitur confirmasse primam sententiam, vt post *Bartol. & alios concludit Menoch. consil.* 110. *num.* 14. At si decretum iniustè latum fuisse aspexerit, solet dicere noster Senatus *Benè appellatum, & male iudicatum*, emendando Iudices inferiores, quam praxim credo esse desumptam ex, l. *Æmilius ff. de minorib.* ibi: *vel emendemus Iudicem, l. item quamuis,* ibi: *sed Prætor interueniat, & rem emendabit ff. com. diuid. Azened. ad l. 7. num. 98. tit. 18. lib. 4. rec. inpil.* & approbat *Curia Pisana lib. 4. cap. 6. num.* 102. *& seq.* Dixi absque nouis probationibus, nam quãdo reuocat sententiã ex nouiter adductis, tenetur Suprema Curia, vti Iudex appellationis id exprimere, vt honor Iudicis à quo seruetur, & culpa ei nõ imputetur, *cap. vt debitus honor de appellat. Glos. in cap sicut de re iudic. in verb. & cui mandatur Lanfranc in cap. quoniam verb. interlocutiones de probat. Azened. d. l. 7. num.* 100; *Curia Pisana d. lib. 4. cap. 6. num* 105. *Spin. de testam par. 2. num* 8. *Xamar de offic. iudic. qu.* 15. quando vero non agitur de causa appellationis, Iudex in sententiando non debet causam exprimere suę sententiæ, *cap. sicut c. cum Bertoldus de re iudic.* imo fatuus diceretur Iudex si hoc faceret, quia aperiret viam impugnandi suam sententiam, vt alibi dixi, nisi essemus in sententia excommunicationis, quia in ea debet Iudex scribere causam, *cap. cum medicinalis de sentent. excommunic. in 6.*

Aduerte tamen vnum notabile, quod licitum est in omni causa appellationis opponere, vel proponere omne id, quod prius non fuit propositum, *ex regul. tex. in l. per hanc C. de tempor & reparat. appellat.* non tamen præiu-
13 dicalia facta in causa principali possunt reparari per appellationem, & poterit figurari casus, vbi fuit factum pactum, quod non liceat probari solutio, nisi per instrumenta publica, si pars non opposuit in prima instantia tale pactum, sed permisit esaminare testes, per quos fuit probata solutio, ex quibus sequuta esset sententia, qua Reus fuit absolutus, non poterit postmodum in causa appellationis allegare pactum, & eo se iuuare, ob rationem supra expressam, quia pręiudicialia in gradu appellationis non possunt reparari, ita refert decisum, *Riccius in addit. ad decis. 361. Franch.*

Aduerte secundo, quod sunt aliqui casus, in quibus licet concedatur appellatio ad nostrum S. C. à decretis M. C. Vicarię vel aliarum Curiarum Regni, attamen non suspenditur eius exequutio, & Primus est, quãdo fuit facta
14 appellatio à condemnationibus administratorum Vniuersitatum, nam hoc casu appellatio conceditur facta integrali solutione quantitatis, ad quam ex illo decreto fuit administrator condemnatus, ita disponit nostra *pragmat 5. de administratione Vniuersitat.* quæ est iuri communi conformis, vt in *§. decuriones, & ibi Glos. in verb. repetitionem auth. de Santiss. Episcop. Guttierez late qu. 37. lib. 1. pract. quæst. Bobadilla lib. 5 cap. 4 n. 84. Gratian. cap. 565. Excobar. de ratiocinijs cap. 31. Franc. dec 347. Reg. Rouit. in d. prag. 5. num.* 48; sufficit tamen præstari cautio, vt possit dari executio primo decreto, *Franc. d. dec. 347.* imo addit idem *Rouit. d. num.* 48. quod nec etiam sufficiat, si administrator condemnatus se constituerit in vinculis ad finem obtinendi appellationem, aut reuisionem, sed debet omnino soluere, sed ait malè hoc seruari.

Secundus est casus, quando essemus in causa
15 spolij, nam si M. C. V. iudicauit spoliatum esse reintegrandum in sua possessione, & ab hoc decreto appelletur, nõ retardatur executio, vt in *c. Regni subditorũ vers. & si forte Fran. dec. 288. prope finem Reg. Rovit. in pragm. 3. nu. 9 de Offic. S. R. C.* semper enim ac agitur de reintegranda possessione appellatio non suspendit iudicatum, *Surd. dec. 138. num.* 13. prout etiam de possessorio manutenendæ possessionis vigore, *tex. in l. fin. C. de edicto D. Adrian.* dixerunt *Afflict. dec. 269. Capic. dec. 34. Franch. dec. 193. nu. 8. & dec. 288. in princ.* aliq; collecti *ab Vrsell. in esam. apum concl. 128. num. 21. in verb. appellatio. & nu.* 29.

Tertius est casus, quando appellatur à decretis
16 M. C. V. continentibus condennationem infra summam duc. centumquinquaginta,

nam

nam si ab istis appellatur ad S. C. non impedit appellatio eius executionem, vt disponit, *pragm.* 3. §. *vt autem*, & *in* §. *in alijs de Offic. S. R. C.* oue fuit cōfirmata per *pragm.* 6. *de appellat. Ronit. in d. pragm.* 3. *num.* 8. *Franc. dec.* 703. Riccius *collect.* 168; sed mandantur executioni cum cautione de restituendo in casu retractationis, non obstante appellatione interposita, quę committitur cum clausula, facta prius executione, vel citra præiudicium executionis, vt in *d. pragm.* 3. Sed per moderniorē *pragm.* latam, per illum Sapientem Regem Philippum Secundū in die 3. Settembris 1597. quę est 73. de Officio S. R. C. cum quartam aulam nostri S. C. instituerit, insimul statuit maiorem preeminentiam nostrę M. C. Vicarię, scilic. vt sicut decreta d. M. C. pro præterito tempore habuerunt suam executionem paratam, vsque ad summam duc. centumquinquaginta, non obstāte appellatione, in futurum habeant executionem vsque ad summam quincentum aureorum, pro faciliori negotiorum expeditione, quam pragmaticam non glosarunt *Reg. Ronit.* nec *Reg. Tapia*, quia eorum temporibus non fuit edita, aut promulgata, & cognoscitur ex eodem *Ronit.* qui dixit in *d. pragm.* 3. *num.* 14. d. pragmaticam fuisse confirmatam per Cardinalem de Granuela in die 17. Iulij 1574. ex quo cognoscitur vsque ad illud tempus scripsisse *d. Ronitum*, & non in anno 1597. tempore quo fuit edita ista noua *prag.* Nec poterit dici ex hoc, quod talis *pragm.* nō sit hodie in viridi obseruantia, vt malè dixit *Vincent. Brilla in consuetud. Neapol. tit.* 32. c. 1. *num.* 160. quia tunc hoc posset dici, quando in iudicijs fuisset opposita, & contra eam per plures actus iuridicos pronunciatum, sed quia non fuit obseruata ob incuriam partium, & ignorantiam Aduocatorum, nil officit legi Regię, ad Populorum vtilitatem promulgatę, nisi velis dicere cum *Caruenal. de Iudic. tom.* 2. *disp.* 8. *num.* 13. *tit.* 2. quod sc. talis pragm. fuerit suppressa vsque ad nouā compilationē pragmaticarum, voluit enim dicere, quod quia pragmaticę nostri Regni in dies emanantur, & non statim inseruntur in libris pragmaticarum nostri Regni; ideo appellari possunt suppressę vsque ad nouam compilationē illarum, sed non ex hoc, quod non leguntur noua statuta, aut pragmaticæ redactę, in libris ceterarum amittunt iuris authoritatem, vt aduertit *Ronit. in cons.* 93. *num.* 7. *tom.* 2., quando scilic. statuens nō apposuit clausulam irritātem, nempè, quod omnia alia, quæ non sunt inserta in uolumine statutorum, non valeant pro legibus allegari, vt ordinauit *Iustinian. Imperator in l. vnica C. de Iustinia. Cod. confirm.* §. *nunc igitur*, per illa verba: *Sed solum eide nostro Codicl insertis constitutionibus necesse est vti*: quādo enim talis clausula irritans non legitur apposita in libro compilationum non propterea statutum nō habebit legis vigorem, quia non reperitur insertum in libro statutorum, sed tantū pœna euitari poterit per transgressorem ob iustam ignorantiam, quā allegare poterit, vt post multos DD. concludit, idem *Reg. Ronit. loc. cit. n.* 7. *in fin.* Similis constitutio viget in Hispania per *l.* 7. *tit.* 18. *lib.* 4. *noua recompil.* vbi fuit ordinatū vt nō interponatur appellatio ad Regiū Consilū, quando decreta Curiæ non continet maiorem summam decem mille Morapetinorum *Azened. ad l. noua recompil. lib.* 2. *tit.* 4. *l.* 20. *fol.* 133. *tom.* 1. Ita etiam Camera Imperialis apppellationes à Statibus Imperij non aliter recipit, nisi summa excedat trecentos florenos Rhenenses, sed in anno 1600. quantitas prædicta fuit aucta vsque ad summam quatuorcentū thalerorū Imperialiū, vt testatur *Nicolaus Myler. de Principib. & statib. Imper. c.* 46. *n.* 6.

Aduertit tamen, *Regens Tapia in annot. ad prag.* 3. *de Offic. S. R. C. num.* 13. quod dispositio nostræ pragmaticæ, vt executio decreti M. C. Vic. infra summam non retardetur pen-
17 dente appellatione, procedit etiā si decretū condēnaret ad speciē, non ad quantitatem, dummodo valor ipsius speciei non excedat summam contentam in nostris pragmaticis, vt decisum refert *Franc. dec.* 308. *Ronit. in pragm.* 3. *num.* 8. *de Offic. S. R. C. Tasson. in Prag. de antefato vers.* 3. *obser.* 3. *num.* 160. *in fin.* Quod si in modicum sententia excederet summam limitatam à nostris pragmaticis, non traditur executioni post appellationē, *Franc. dec.* 141. sed si contineret tantam sūmam limitatam, quæ prius erat duc. 150. da eadem iudicatur, ac si esset infra summam duc. 150. *Franc. dec.* 303. *Ronit. in prag.* 3. *de Offic. S. R. C. per tex. in l.* 1. §. *si intra ff. de success. edict. Tasson. in pragm. de antefato vers.* 3. *obseru.* 3. *num.* 160. *in fin.* Si tamen actor vellet renunciare illud plus excedens summam duc 150. quæ postmodum fuit aucta ad duc. quincentum, sententia non obtineret suam executionem, *Franc. d. dec.* 141. at si summa esset infra valorem regiæ pragm: sed cum interesse excederet summam prædictam, & actor contentus esset remittere totum interesse, vt obtineret executionem sententiæ, bene diceret, & sententia Mag. Curiæ esset exequenda, vt refert decisum per S. Consilium Reg. *Tapia in d. pragm.* 3. *nu.* 15. qui casus est diuersus à casu suprapposito per *Franc. d. dec.* 141. nam ibi actor remittebat partem interesse liquidandi, vt obtineret decretum suam executionem, & sic renunciatio videtur facta in fraudem, &

non

non tenet, at in isto casu remittit totum interesse liquidandum, satisfactus de simplici sorte infra summam, & hoc modo videtur potius declarare sibi nõ competere interesse, quam Reum grauare, vt aduertit *Tapia loc. cit.* preterquam quod contra *Francum in d. dec.* 141. tenet *Rouit.in pragm. 4. de Offic. S. R. C.* & ipsũ videtur impugnare *Muscatell. in praxi parte 7. glos. condemnando*, adeovt ipse addens, *Luca in addit. ad dec.* 141 cogitauit de veritate d.decisionis.subdẽs *Caceriã*, qui *Franc.*seqotus fuit, impugnari à *Rebuffo ad constit. Franc. in tit. de expensis artic.* 16. *glos. 7. num. 3. & à Scaccia de appellat. quæst.* 17 *limit. 6. memb. 9. n.* 32.

Limita præcedentem tertium casum, quando sententia Magnę Curiæ Vicariæ esset noto-
18 riè iniusta, nam hoc casu non conceditur talis parata executio infra summam duc. centum quinquaginta; postea auctam ex d. nostra pragmatica, *Reg. Rouit. in d. pragm. 3. num. 15. de Offic. S. R. C.* vbi citat decisionem *Rotæ Romanæ 56. num. 4.* idem dixit *Rouit. in pragm. 2. de appellat.* Sic appellatio, quæ in quibusdam casibus admittitur tantum quo ad effectum deuolutiuum, quando constat de notoria iniustitia, quo ad vtrunque effectũ conceditur, *Gratian. lib. 4. discept. for. cap. 694. num. 47. & cap. 745. nu. 4. Ludouic. dec. perus. 20.* alias Rotæ decisiones refert *Vrsell. d. concl. 128. num. 30. in verb. appellatio.* Dicitur sententia iniusta, quando ex eisdem actis constaret de eius iniustitia, vt pluries fuisse iudicatũ per Rotam Romanam, dixit *Farinac. dec. 77.* puta in materia possessionij, quando in incontinenti de dominio possideotis bona probatur, *Barl. in l fin. nu. 21. vers. si vero C. de edict. D. Adr.* & ibi: *Decius num. 4. Vrsell. loc. cit. nu. 31.* Neque dicas, quod pragmaticæ nostri Regni dederint ordinaria appellationis remedia, & formam exequendi sententias Tribunalium inferiorum, ideoque vt non debeat retardari executio ex arbitrio Iudicum superiorũ, qui sub velamine notoriæ iniustitiæ retardant eorum executionem; Nam respondeo, quod hoc posset opponi de Iudicibus inferioribus, sed contra Iudices superiores talis suspicio nonmilitat, & hæc est pręeminẽtia Supremorũ Tribunaliũ, non mãdare executioni sententias iniustas, *Mantic. dec. 106. n. 1. Sesè dec. Arago. 434. vol. 4. Caualcan. dec. 62. num. 1. Rouit. in d. pragm. 3. nu. 15. infin. de Offic. S. C.* prout in simili, quando Princeps commisit alicui Officiali causam cum Clausula (appellatione remota,) si sententia est manifestè iniusta, & iniqua, attamẽ est concedenda appellatio, *Portius Imolens. cons. 209. num. 14. Rouit. en pragm. 5. num. 17. infin. de Offic. S. R. C.* & confirmat *Fontanella par. 2. dec. 404. num. 5. & 24. & dec. 405. num.* 12. dicens, quod Senatus Supremi detecta iniustitia non currant de re iudicata.

Quartus est casus, vt non obstante appellatione proposita ad S. C. exequatur decretum M. C.
19 V. quando scilic. sunt duæ sententiæ conformes, licet Iudicis Inferioris, quod exemplificatur in multis casibus, Primum exemplũ erit, quando lata esset sententia infra summam duc. centum quinquaginta, vel infra summam duc. quincentum per moderniorem pragmaticã, per aliquam Curiam Regiam nostri Regni, aut Baronis, & postea confirmata fuerit per M. C. V., ab istis duabus conformibus si appelletur ad S. C., non conceditur appellatio, nisi prius exequantur, & præstita cautione de restituendo in casu succumbentiæ, sic disponit *pragm. 3. de Off. S. R. C.* Idem dicas si fuerit vnum laudum promulgatum per Arbitros, & demum fuerit confirmatum per M. C. V. vel per alium Iudicem ordinarium, si postea à decreto istius Iudicis Ordinarij, vel M. C. V. appelletur ad S. C. vel petatur reductio ad Arbitrium boni viri, non poterit audiri se grauans, nisi facta reali executione, pro ea quãtitate, in qua cõformes sũt, sed pręstita cautione prius de restituẽdo in casu succũbentiæ seu retractationis, statuit *prag. 2. de arbitris,* & habetur in *d prag. 3. de Offic. S. Cons.* Tertium erit exemplum de duabus sententijs conformibus latis per eandem M. C. in prima, & secunda istantia, nã si cõtingerit appellari ad S. C., mandantur executioni, si sunt infra summam perfixam à nostris Regijs pragm. vt habetur in *d. prag. 3.* Quartus erit casus, quando essent binæ sententiæ M. C. V. conformes, etiam vltra summam duc. centum quinquaginta, puta si lata sententia à M. C. V. ab ea appelletur, & Præsidens S. C. committeret causam appellationis eidem M. C. vt reassumptis actis iustitiam faciat, si postea per eandem M. C. cõfirmentur, licet sint vltra summam contentam in nostris pragm. quia sunt duę sententiæ conformes, si denuo appelletur ab istis ad S. C., executioni demandantur non obstante appellatione, *Afflict. dec.* 28. qui dicit adesse Ritum M. C. Vicariæ de hoc, sed *Reg. Tapia in lib. 1. iuris Regni in annot. ad pragm. 3. de Offic. S. Cons. num.* 12. dicit, audiuisse à practicis hoc non obseruari, & cum casus cõtingerit, partes se concordauerunt.

Sed cum de potestate Mag. Iustitiarij alloqutus fuerim, nolui omittere vnũ notabile, quod fuit dubitatum præteritis annis, an scilicet possit liquidari instrumentum à Magn. Curia, contra Magnum Cancellarium nostri Regni, ratio dubitandi fuit, quia Magnus Iustitiarius, cuius nomine Magna Curia iudicat, vnum ex septem officijs nostri Regni exercet, & sic videtur esse eiusdem potestatis, atque

par Maguo Cancellario, qui etiam est vnus ex septem Officijs nostri Regni, ideoque cõtra eum non videtur habere iorisdictionem cum par in parem nõ habeat Imperium, vulgata *l. ille à quo s. tempestiuum ff. ad Trebell.* idcirco Consul in Cõsulem, Prætor in Pretorẽ Imperium non habet, & quando plures habent iurisdictionem insolidom, & fuit diuisa admioistratio inter eos, vnus oon cognoscit de alio, *Bart. in l. inter Tutores num. 6. ff. de administr. tutor. & in l. fin. insin. ff. de rer. diuis. Abbas, & Felin. in cap. prudentiã de offic. deleg. DD. in l. est receptum ff. de iurisd. omn. iudic.*

Sed his non obstantibus contrarium DD. allegarunt per has rationes, dicendo, quod nostro Magno Iustitiario tota Regni gubernatio fuit commissa, vt habetur io d. Regni *Constit. statuimus*, & notauit *Freccia in d. tract. de subfeud. rub. de Magno Iustit. num. 2.* quippe Maiorem cęteris Officialibos, & alijs potentiorem, coi coerctio, & vindiciæ omniũ delictorum, omnis sexus, personę, & dignitatis fuit cõmissa, cumque sit maior in administratione respectiue ad Magoum Cancellarium, qui solam erga certum genus personarum, scilic. Doctores de Collegio, circa quos suam iorisdictiooem exercet, ex speciali priuilegio Reginę Ioannę secundę, non poterit dici par d. Magno Iustitiario, & hoc casu limitatur regula, *d. l. ille à quo ff. ad Trebell.* ad tradita per *Bart. in l. 1. §. post operis ff. de noui oper. nunc. Franc. dec. 281. nu. 2.* Adde, qood *textũ d. l. ille à quo s. tempestiuum* procedit data paritate, seu parilitate Iurisdictionis, oon autem, quando est diuersa, proinde habemus, quod si duo fuerint constituti Capitanei io vno castro, vnos exercendo ciuilem, alter criminalem, cognoscit criminalis, & punit ciuilem delinquentem, & tandem ambo sunt Capitanei, *Capic. dec. 27. Franc. dec. 274.* quia scilic. diuisæ sont iurisdictiones, & diuersę, Imo considerandum est, quod Iudex habens iurisdictionem cioilem, maior est habeuti iurisdictiooem crimioalem, quia ille vtile dominium repræsentat, cum ei debeatur adiutorium, eidemque à Vassallis assicuratio fiat, *Capic. in inuest. feud. sub verb. feud. assicuratio. 2. col. vers. quod autem erit fol. 35. Franc. dec. 131. nu. 3.*

Sed supradictę ratiooes, & si concludentes appareant, attamẽ coocludẽtior est ista, quã subicio, nẽpè, qnod noster Magnus Iustitiarius nõ est ille, qoi iudicat, vel alius, qui est ab eo deputatus, sed sunt Regens, & Iudices M. C. Vicariæ, qui licet nomine Iustitiarij iurisdictionẽ exerceãt, nõ tamẽ à nostro Iustitiario, sed ab ipso Rege iurisdictionẽ recipiunt; Si enim iurisdictionem à Magno Iustitiario haberent, ob obitum Iustitiarij officium complerent, *argum. l. fructuario ff. de peric. & com. rei vend. l. necessario § fin. ff. de re iudic.*; & idem in proprijs terminis dixit *Afflict. in d. const. statuimus num. 1.* sicut practicatur in alijs septem Officijs Regni, quorum officia subalterna per eorum mortem expirant, Et si scire velis rationem diuersitatis, illa est, quia licet antiquitus fuerint deputati quatuor Iudices Magistro Iustitiario in *d. Constit. Statuimus*, qui vnitim cum Iustitiario Magoam Curiam regebant, attamen alij quatuor Iudices electi à Rege, Curiæ Vicariæ Regis assidebant, & vti maiores potestatem habebaot corrigendi omnia, quæ iudicabat Magister Iustitiarius cum suis Assessoribus; cum postea fueriot vnita illa dua Tribunalia, scilic. Magoæ Curiæ Vicariæ, & Curiæ Vicariæ, fuit quodam mistum Tribunal compositum, sc. ex Magoo Iustitiario, qui præsidebat M. Curiæ, & in locum illorum quatoor Iudicum in prima institutione ei deputatorum, fuerunt suffecti, illi quatuor Iudices Regij, qui Curiam Vicariam Regis constituebant, hac igitur forma disposita, remansit principale nomen Curiæ Magistri Iustitiarij, sed ex excelsioribus Iudicibus cõposita, hoc enim explicato, cessat omnis difficultas, quia si dubitari poterit ao vti Curia Iustitiarij possit cognoscere Magnum Cancellariũ, nõ tamen poterit controuerti, quod vti Curia Vicaria Regis possit prædictam iurisdictionem explere; & legimus in antiquis meis allegationibus, quod D. Dominicus Piccolomineus cũ eiusdem M. C. fuerit Iustitiarius, per eandem cognitus, & condemnatus fuit, Imo per eosdem Iudices M. Curiæ prædicti Magistri Iustitiarij fuit suspensa iurisdictio, quod non potuit alio modo fieri, nisi quia Iudices à Rege erant deputati.

PRÆSTANTIA III.

Præstantia S. Consilij est, vt sit Suprema Curia appellationum multarum aliarum Regiarum Curiarum nostræ Ciuitatis Neapolis.

S V M M A R I V M.

1 *Officiales vnius officij non possunt se intromittere in officio alterius.*

2 *Appellatio defertur ad Sacrum Consilium à decretis Magnæ Curiæ Admiratiæ Neapolit. Iudex M. Curiæ Admiratiæ sedet in Sacro Consilio dum causam refert.*

Naufragij timore bona naufragata, spectant ad Admiratum.

3 *Decreta lata per Curiam Electorum Annonæ Ciui-*

Ciuitatis Neapolis referuntur ad Sacrum Conſilium Neapolitanum.

4 *Collegij Doctorum decreta per viam appellationis referuntur ad idem Sacr. Conſ.*
Curia Collegij Doctorum habet iuriſdictionem ſuper omnes Doctores participantes de Collegio, criminalem, & ciuilem.

5 *Appellatio à decretis Aſſeſſoris Protomedici defertur ad Sacrum Conſilium.*
Protomedicus habet iuriſdictionẽ ſuper omnes artem medicam exercentes.

6 *Appellatio cauſarum latarũ per Curias exiſtentes in præſidijs Tuſcæ, Orbitelli, & Talamonis cognoſcitur à Sacro Neapolitano Conſilio.*

7 *Appellatio à decretis Curiæ Siclæ defertur ad Sacrum Conſilium Neapolitanum.*
Baiuli Curia cognoſcit de ponderibus, & menſuris.

8 *Appellationes à decretis Curiæ Artis Serici ciuiles, & criminales cognoſcuntur ab eodem Sacro Conſilio.*
Artifices Artis Serici debent habere matriculam, & exercitium, vt gaudeant priuilegio fori.

9 *Appellatio à decretis Curiæ Artis Lanæ defertur ad Sacrum Conſilium.*
Barones non poßunt exigere pænas debitas ex contra bannis.

10 *Conſules Artis Serici, & Lanæ cognoſcunt de omnibus delictis ſuorum ſubditorum, vno tantum excepto, quando veniret imponenda pœna mortis.*
Iudex Artis Serici non ſedet, quando cauſam refert ad Sacrum Conſilium.

11 *Conſulatuum Curiarum appellationes cognoſcuntur in Sacro Conſilio, & num. 13.*
Ciuitas Neapolitana habet priuilegium conſtituendi Conſules Neapolitanorum, in quacunque extera Ciuitate.

12 *Conſules multi ſunt in Ciuitate Neapolitana exterarum nationum, qui cognoſcunt cauſas Mercatorum eorum Nationis.*

13 *Mercatorum cauſæ proteguntur à noſtris Regibus, & in foris ſunt priuilegiatæ, & cur.*

14 *Delegati in cauſis executiuis procedere poſſunt, non ordinarij.*

15 *Appellationes à decretis Regiæ Cameræ olim cognoſcebat Sacrum Conſilium.*

16 *Executio ſententiæ ſpectat ad iudicem à quo, ſed quando fuit reformata ſpectat ad Iudicem ad quem reformantem.*

17 *Sententia, quando poteſt pro parte approbari, & pro parte impugnari.*

REgula eſt iuris, vt Officiales vnius Officij non poſſint ſe intromittere in exercitio
1 alterius, *Font anella dec. 393. num. 2. & 3. Anſald. conſ. 135. num. 12. & 18. Valenzuola conſ. 121. num. 83. & 92. Velaſch. de priuileg. paup. par. 1. quaeſt. 52. num. 8. Barboſ. in repertor. in verb. Officium*, & in noſtro Regno adeſt *pragm. ſub. tit. de iuriſd. ad inuici. non turban.* quia nemo debet imponere falcem in meſſem alienam, *Bald conſ. 396. quod autem num. 2. verſ. ſed reſpondeo lib. 4*; ſed hoc procedit inter Officiales æquales, non inter maiores, & minores, prout ſunt Officiales noſtri Senatus reſpectu Officialium aliarum Curiarum noſtri Regni, hac ex cauſa omnes appellationes multarum Curiarum Regiarum noſtræ Ciuitatis ad noſtrum Senatum deferri debent, quarum ſingulas refero, vt eius præſtantia, vel poteſtas maior cognoſcatur.

Primo dico, quod appellatur ad noſtrũ Sacrum Conſilium à decretis latis per Curiam Ad-
2 mirati noſtri Regni, quæ etiam M. Curia appellatur, vt dixit *Franc. dec. 722. num. 2.* licet poſtea videatur contrarium aſſerere in ſeq. *num. 16. Reg. de Ponte dec. 13. num. 1. Taſſon. in pragm. de antefato verſ. 3. obſeru. 3. num. 222.* iſta Curia regitur per vnum Iudicem, quẽ eligit ipſemet Admiratus, & eius Iuriſdictio eſt limitata ad certum genus perſonarũ, ſcilic. illarum, qui ex nautica arte viuunt, ſuper quibus habet iuriſdictionem ciuilem, & criminalem, cum clauſula abdicatiua, ex priuilegio conceſſam. *Freccia in tract. de ſubfeud. in rub. de offic. Admirati Maris in princ. Franc. d. dec. 722. nu. 14.* vbi: *Luca Maſtrill. dec. Sicil. 47. Sanfelic. dec. 63. & dec. 419. num. 3.* qui huius officij prerogatiuas late deſcribit, *Gizzarell. dec. 76. num. 4. Reg. Conſt. ant. in l. 1. C. de Claſſicis lib. 1. Nou. ar. de electio for. ſectio 4. quæſt. 64. num. 5.* vbi cum *Reg. Tapia in dec. 43.* dicit, quod quando cauſa ad talem Curiam ſpectat, vel ad Curiã Artis Serici, vel Artis Lanæ, ceſſat fori electio, quia habet ſuum ſpecialem Iudicem, *Afflict. dec. 27. Franc. dec. 142. & dec. 417. & dec. 722.* & talis eſt præeminentia Officij Magni Admirati, vt eius Iudex fruatur priuilegio ſedendi in Aula Sac. Conſil. dum cauſa refertur, verum non interuenit dum cauſa votatur. *Taſſon. d. obſeru. 3. num. 223. & num. 299. in fin. Surgente de Neapol. illuſtr. cap. fin. ſub num. 43. fol. 311.* & de officio, & præeminentia Magni Admirati vide *cap. Regis Caroli Primi 77. cum tribus ſeq. Lucas de Penna in l. murilegnli. C. de murileg. lib. 12. Bald. in tit. quæ ſint regalia in verb. armandę Reg. de Marin. in obſeru. ad Reg. Reuert. dec. 299. nu. 1.* & inter cęteras prærogatiuas illa eſt principalis, vt bona naufragata timore tẽpeſtatis ſpectent ad Magnum Admiratum, *Rocc. de offic. tit. de bonis naufrag. §. 1. num. 38* qui multas deciſiones adducit, idem refert deciſum *Reg. Molet in dec. Reg. Cameræ §. 17. quaeſt. 3. num. 2. & ſeq.* qui verba priuilegij refert, ſecus ſi bona hoſtiũ ſunt, vel in prælio vt a[illegible]-

morum naufragatur, quia istorum bona nō dicuntur vacantia, sed ipso iure spectant ad fiscum; Imo ius hostilitatis regale est, & non venit in concessione, ita refert decisum, idem *Moles loc. cit. num. 12. Reg. de Marin. ad Reuert. dec. 77. Capiblanc. de Baron. tom. 2. cap. 41. num. 3.* aliasque prærogatiuas referunt *DD. sup. cit.* meritò tale officium sēper concessum fuit Magnatibus, vel viris Illustribus nostri Regni excelsis Nobilitatis, quos refert *Petrus Vincenti in theatr. Magn. Admirati*, interquos legimus tale officium exercuisse illum strenuum militem Ademarum Romanum Ciuitatis Scaleæ, sed Originarium Patritium Surrentinum, ex nobilissima Romanorum familia Surrentinæ Ciuitatis, cuius hodie viuit D. Stephanus Romanus meus Gener, hic enim Ademarus ob præclara seruitia præstita Regi Roberto huius Regni Moderatori, à prædicto Rege in anno 1317. fuit Magni Regni Admiratus creatus, vt refert idem *Vincent. loc. cit. pag. 74. & dixi sup. in cap. 1. præstant. 9. §. unic. sub tit. de unio. aulqr. num. 21. vers. sed quia.*

Secundo appellatur ad Sac. Consilium à decre-
3 tis latis per Curiam Annonæ, scilic. Electorum nostræ Ciuitatis Neapolis, ista cognoscit de causis Annonæ, & eius subditorum, ac etiam de causis Syndicatus Officialium minorum, qui temporalia officia exercent in hac Ciuitate, cum voto Consultoris, puta Iudicum Mag. Cur. Vicariæ, Iudicis Admiratię, & reliquorum Officialium nostræ Ciuitatis, vt in *Ritu Mag. Cur. 108. & in cap. 66. Regis Catholic. in lib. priuileg. & C. Neapol. pag. 47.* si enim occurrerit ab istorum decretis appellari, debet causa appellationis proponi ad nostrum S. Consilium, & Ciuitatis nostræ Consultor dum causam refert in Aula non sedet, sed extra Rotam tecto capite alloquitur, vt tradit obseruari *Surgente de Neapol. illustr. cap. fin. num. 43. pag. 312.* & confirmat *Tasson. de antefato vers. 3. obseru. 3. n. 230.*

Tertio appellatur ad S. Consilium à decretis la-
4 tis per Curiam Collegij Doctorum, etenim per priuilegium concessum à Reg. Ioanna Secunda sub die 8. May 1428. Curia Collegij Doctorum huius Ciuitatis Neapol. tam iuris vtriusque, quam Philosophiæ, & Medicine, habet iurisdictionem ciuilem, & criminalem super Doctoribus Ordinarijs Collegij Neapolitanorum, *Afflict. dec. 41. Paris de Puteo de Syndic. in verb. Iurisdictio, & in verb. Arbitrium Grammatic. dec. 30. Franc. dec. 544. Montan. contro. 30. nu. 1. in fin. Summonte lib. 4. histor Neapol. par. 2. fol. 608. Reg. de Marin. in arresto 359. Reg. Cam. Summar. Thor. in comp. decis. in verb. Medicus par. 1. & in verb. Doctores par. 2. Nouar. de electio. for. lib. 1. sectio. 4. quæst. 64. num. 6;* at vero *Tasson. in pragm. de antefato vers. 3. obseru. 3. nu. 254.* affirmat iurisdictionem d. Collegio fuisse antiquitus concessam à Carolo Secundo Andegauensi, & à Rege Roberto confirmatā per *cap. Regn. Vniuersis præsentis*, idem confirmat *Recch. in comment. ad d. priuileg. Ioann. 2. in præfat. num. 1. & 2.* qui in seq *num. 14.* concludit certum erectorem non habere nostrū Almum Collegium, & quod d. Reg. Ioanna fuit illius restauratrix, non fundatrix. Hoc tamen certum est, quod ab istius Collegij decretis appellatur ad nostrum Sac. Consilium, testātur, *Afflict. d. dec. 41. Franc. d. dec. 234. num. 6. & dec. 544. & Recch. loc. cit.* Idem dicas de Medicis ipsius Collegij, qui etiam conueniri debent coram Magno Cancellario d. Collegij, qui habet iurisdictionem abdicatiuam à Mag. Curia. Imo nec etiam S. Consilium in prima istantia potest cognoscere contra d. Doctores de Collegio, *Afflict. dec. 41. Thor. in compend. decis. tom. 1. in verb. Medicus Nouar. loc. cit. d. sectio. 4. quæst. 64. num. 6.* quos sequitur *Scialoya de for. compet. cap. 23. num. 22.* Sed hoc intellige de Doctoribus ordinarijs, & participantibus de Collegio, secus si esset Doctor supranumerarius, scilic. non participans de collegio, vt aduertit, idem *Scialoya loc. cit. num. 22.* & dixit etiā in *cap. 20. num. 6. post Franc. d. dec. 234. num. 6.* Idem dicas si Doctor de Collegio conueniatur tanquam heres ex contractu defuncti, nam hoc casu nō gaudebit suo foro, *Franc. d. dec. 234.* vel si lis cæpta esset in alio Tribunali, non casu nec competit remissio, *Franc. d. dec. 544.*

Sed dum hec sub prelo imprimenda erant, accidit ad propositum inter Collegiales Collegij Phisicorum nostræ Ciuitatis electio Prioris, quæ quolibet anno fieri debet in personam vnius Collegialis participantis, & congregato Collegio sub die 23. Iulij huius anni 1701., facto scrutinio inter vigintiquatuor Doctores de Collegio, fuerūt scissa vota in quatuor partes æquales in personas quatuor Collegarum, nam sex suffragia recepit Magnif. Carolus Antonius de Vrso, alia sex Magnif. Tomas Morese, alia sex Magnif. D. Aloysius Sannetti, & reliqua sex Magnif. Dominicus de Turre, presentatis votis coram Magnif. Thoma Donzellio Vicecancellario, fuit ab eodem propalata paritas votorum æqualium, inter prædictos quatuor Collegiales, sed vti Vicecancellarius credens ad se spectare diremptionem d. paritatis, proclamauit vti Priorem prædictum Doctorem Phisicum Dominicum de Turre, renuerunt cæteri Collegiales, vti Priorem recipere d. de Turre, & cosultus ego, quid de iure sentirem, ad istantiam d. Magnif. Thume Mei Cumpatris Carissimi, dixi electionem prætensam à

dicto

dicto Magnif. Vicecaocellario non mereri nomen electionis, sediterũ esse scrutinãdos omnes istos qoatuor, qui æqualia suffragia receperunt, & ratio est, quia Regina Ioanna Secunda in suo priuilegio concesso d. Collegialibus ordinauit, omnes actus perficiendos à d. Collegialibus debere coocludi à maiori parte ipsorum de Collegio, vt constat ex eodem, *priuileg.§. 1.* cuius verba refert *Rech.in commentar.ad d.priuileg.§.1.pag.24. & repetit in d.§.1.num. 98. circa fin. & num. 106. & §.4.num.7.pag.98.* & quando actus est explendus à maiori parte Capitoli, repeteodũ est scrutininm, toties quoties opus fuerit, donec aliquis à maiori parte sit nominatus, *arg.cap.cum terra de elect. Panormit. in cap. Ecclesia vestra 57. de elect. nu. 13. Passarin. de elect.canon. cap.19.quæst.4.in fin.*

Vno casu excepto, quando post secundum scrutinium iterum electores, in eligendo essent pares in omnibos, quia in hoc casu poterit superior gratificare vnum ex reliquis, in parilitate votorum nominatum, ex doctrina *Glos. in d.cap. Ecclesia 57.vers. sed si omnia Tiraquell.de iure primog.quæst.17. in 2.opin. num 6.& 7.& in 6.opin.num.10. Barbos.in d. cap.Ecclesia.num.8.& in tract.de offic;& potes. Episcopi par.3.alleg.72.num.* 199. vel quando ageretur de electione præsentaodi ad ius patronatus, & duo cumulatioè præsentati fueront, datur locus gratificationi *Lambertin. de iure patro.lib.2.par.3.quæst. 5.princ.artic. 1.num.2.* alios refert, & sequitur *Barbos. in d. alleg.72.num 199.*

At vero in Officijs, & gradibus secularibus inquibus proceditur per electionem, solum attenditur maior pars respectu numeri, *Alex. consil. 192. num. 7. vers. nec prædictis lib. 6. Tusch.practic.conclus.65. num. 7. in verb. Electio*, & ratio est, quia virtus Collegij consistit in toto Collegio, vel in duabus partibus ex tribus ipsius, *Bart. in l. nulli, & in l. plane ff. quod met. cuiusq. vniuer. nom. Tusch. in seq. concl.66.num. 2. & 19.* & ita inueni post hæc scripta fuisse decisum per nostrum Almum Collegium, quod fuit confirmatum per Collaterale Consilium in anoo 1645. in proprio casu electionis Prioris refert, idem *Recchus loc.cit.§. 1. num.19.* nam facta paritate inter duos æquali numero suffragiorum nominatos, fuit ordinatum nouum scrutinium de ambobus faciendum, vt maiori numero votorum vnus Prior efficeretur.

Nec obstat si dicatur, quod d. Vicecancellarius habeat potestatem dirimendi paritatem factam à Collegialibus circa approbationem vel reprobationem doctorandorum, eodem modo poterit dissoluere d. paritatem electionis Prioris, respondet, & benè *d. Recchus d. §.1.num.19.* quod priuilegium vni, & in vno casu concessum ad alium, & in alio casu non extenditur, & licet non allegauit iura pro d. conclusione firmanda, attamen adduco *tex. in l.quoties C.de precib. Imper. offer. & in c.1. de priuileg. in 6.* vbi *Franch. in 3. notab.* per quem tex. notant DD. quod nõ debet priuilegium vniuersaliter comprehendere omnes casus, sed sufficit, quod aliquid operetur, est etiam *tex.* apertus in *cap. peruenit 11. quæst. 1.* facit *Glos. in cap. super in verb. causis de supplen.neglig.Prelat.* ob communem regulam, quod priuilegia temperatè sint interpretanda, vt quanto minus fieri possit, iuri alieno præiudicent, *Oltrad.consil.268.quæstio est n.1. vers. sed in contrarium Tusch. pract. conclus. verb. Priuilegium concl. 729. num.1. & 731. nu. 1.* hinc deduxit *Oldrad. in d. cons. 268.* quod priuilegium concessum Religiosis per verba vniuersalia, vt non teneatur ad prestationẽ decimarũ de quibuscũque possessionibus, & alijs, quę ad presẽs habent, nõ operatur exemptionem à decimis, inquarum possessione extabat Ecclesia Parrochialis, quia de possessione non est facta mentio, alios casus refert *Tusch. loc.cit.* prædicta causa non fuit prosequta ob affinitatem d. Magnif. de Turre cum d.Magnif. Thoma Morese.

Quarto appellatur ad S.C. à decretis Assessoris, seù Consultoris Prothomedici nostræ Ciuitatis Neapolis, & est sciendum, quod Curia
5 nostri Prothomedici habet iurisdictionem ciuilem, & criminalem super personas, quæ facultatem medicã exercent, vel erga alios subditos ratione officij, vel Artis delinquẽtes, aut contra Medicos non graduatos medicinam exercentes, sic etiam super Aromatarios, seù Pharmacopolas, prò rebus aromatarijs male compositis, & super Obstretices, Distillatores, Barbitonsores, & similes personas absq; eius licentia, vel priuilegio vel sine solito examine eorum Artem profitentes, sed talem iurisdictionem exercet Prothomedicus cum voto eius Assessoris, *Nouarius in praxi electionis fori lib.1.sectione quarta quæst. 64. num. 10.* Regens *Tapia dec. S. C. Ital. 14. Scialoia de foro compet. cap.23 num.26.* & talis Prothomedicus debet esse Regnicola, per Gratiam concessam nostris Neapolitanis, dixerunt idẽ *Tapia d.dec.14.Capibl. de Baronib. tom.2.cap.62.num.12.Nouar.d.quæst.64.T[illegible]son.de anteph.vers.3.obseru. 3.num.344.* imò idem Prothomedicus mittit siogulis annis Regios Commissarios ad visitandos Pharmacopolas, si detinent perfecta medicamenta prò egrotis, vt aduertit idem *Scial. loc.cit. nu. 26.* Sed hoc hodie ad corruptelam deuenit, quia excoriantur Pharmecopulæ ob omnem leuẽ inquisitionẽ, & tantũ attenditur, vt exactio sit locrosa, parum curantes si sint medicamenta bona, vel venenosa, quod deberet

ocu-

oculatim inuigilari à nostris superioribus, ob salutem Populorũ nostri Regni. Ab istius enim Assessoris decretis ad S.C. appellatur, *Tasson. d. obseru. 3. num.* 344. quando tamen lis vertitur inter partes, nec habet interesse Regius Fiscus, nam quia hodie emolumenta d. Officij, quæ prius ad Prothomedici vtilitatem proueniebant, fuerunt ad Regij Fisci commodum applicata, & in Reg. Camera arrendãtur, ideo si occurrit appellari, & in causa appellationis Regius Fiscus interesse habet, ad Regiam Cameram appellatio debet introduci, si verò non habet interesse Regius Fiscus, ad S.C. appellatur.

Quinto appellatur ad nostrum S. C. à decretis
6 latis per Curias existentes in præsidijs Tuscæ, Orbitelli, & Talomonis, nam cum Philippus Secundus Hispaniarum Rex in anno 1557. Ciuitatem Senarum concesserit Cosmo de Medices Magno Etruriæ Duci, reseruauit ad Suam Coronam Arces Orbitelli, & Talamonis, & ad Iustitiam ibi ministrandam mittit Officiales, cum ibi resideat Magna Copia hominum, à cuius decretis, si appellari contigerit, appellatio competit nostro S. C. Neapolitano, *ex pragm. 8. de appellat. Camillus Borrellus de præstantia* Regis Catholici *cap. 66. fol. 431. num. 45.* & sunt ista Tribunalia tàm limitata ad istas personas militares, vt cesset priuilegium electionis fori, vigore *tex. in l. vnica C quando Imperator inter Pupillos, Nouarius de electione fori lib. 1. sect. 4. quæst. 64. num. 15.* Sed aduerte, quod illæ appellationes, quæ deferuntur à sententijs Officialium dictorum Præsidiorum Etruriæ, tam à decretis definitiuis, quam Interlocutorijs, Criminalibus, & Ciuilibus, vel si dixerint de nullitate dictorum decretorum, debẽt infra tempus trium mensium comparere in S.C. ad impetrandam commissionem dictę appellationis aut nullitatis, & ad presentandam copiã processus coram Iudice Appellationis, alias dicto termino elapso predictę sententię executioni mandantur, vt disponit d. nostra *pragm. 8. de Appellationibus.*

Sexto Appellatur ad nostrum Sacrum Consilium
7 à Curia Siclę, *Tasson. in prag. de antefato vers. 3. obseru. 3. num.* 228. licet enim cognitio ponderũ, & mensurarum nõ spectet ad Curiam Baiuli, vt in *const. nostri Regni Ad Officium Baiuli*, quę concordat iuri communi, scilic. *tex. in §. quia vero per tot. auth. de public. tribus coll.* 128. sed in hac nostra Ciuitate Neapolis erat specialis Curia plena multis Officialib. (dũ legimus, quod regebatur à vigintiquatuor Magistris Rationalibus, & per plures Iudices, quos eligebat Dom. Prorex nostri Regni eorũ vita durante,) qui cognoscebãt de omnibus causis ciuilibus, & criminalibus suorum subditorum, & ad i[illegible] causę remittebantur, *Franc. dec.* 599. *Tasson. in d. pragm. de antefato vers. 3. obseru. 3. nu.* 297. prædictæ Curiæ potestas ampla erat, quia Commissarios per totum Regnum nostrum expediebat contra culposos, & inquisitos falsorum Ponderum, & mensurarum, à quibus dirictibus Regium Erarium notabile lucrum percipiebat, sed quia Commissarij prædictæ Curiæ non poterant quoad omnia inuigilare, vt Regni pondera, & mensuræ iustè æquarentur, ideo tempore gubernij Illust. Comitis de Oliuares in anno 1639. fuerunt d. dirictus concessi Vniuersitatibus, & Baronibus certo pretio extimati, vt magis accuratè iusta pondera, & mensuras detinere procurent, vt legimus in *pragm. 2. & 3. de ponderib. & mensur.* & dixit etiam *Rouit. in cons. 93. num. 5. tom. 2.* proinde dixit *Tassõn. loc cit. num.* 298. quod hoc Tribunal in Regno fuit extinctum, sed in nostra Ciuitate prædicta Curia remãsit, ad finem inquirendi iusta pondera, & rectas mensuras, cum Iure ficlandi, pro quo certi dirictus exiguntur, & vnus Iudex est deputatus in causis, à cuius decretis si appellatur, ad Sacrum Consilium causa refertur, vt dixit idem *Tasson. d. obseru. 3. num. 299. in fin.*

Septimo appellatur ad S. C. à decretis latis per
8 Curiam Artis Serici, quæ habet iurisdictionem Ciuilem, & Criminalem super personas, quæ cum tali Arte viuunt, quod fuit cõcessum ex priuilegio Regis Fertinand, Primi, quod originale conseruatur penes Curiam dictæ Artis, & ego oculariter vidi, quod iuri consonum fuit, quia exercentes aliquam Artem cognosci debẽt per Consules illius Artis *l. fin. vbi Glos. & DD ff. de iurisd. omnĩ Iudicum*, vbi *Bald. num. 4* idem *Bald. in l. per iniquum num. 3. C. de iurisd omn. Iudic.* & etiam dixit idem *Bald. in l. si quis §. per rationem ff. de edend. Roman. in l. 2. in princ. ff. de verbor. oblig. Thor. in compend. par. 2. verb. Iudex specialis*, qui concludunt Artificem conueniẽdum esse coram Præposito Artis, quod priuilegium esse in viridi obseruantia priuatiuè, quoad alia Tribunalia dixit *Franc. dec. 434. & dec. 722. num. 18 & 24. Thorus loc. cit. fol. 310. Scial. de for. comp. cap. 23. num. 2. & 6. Nouar. de elect fori lib. 1. sec. 4. quæst 64. Tassonus in pr[illegible] antef. versic. 3. obseru. 3. num.* 300. In fin, [illegible] Serui exercentes Artem prædictam gaudent hoc priuilegio fori, *Scial. l. c. num 7.* & ita refert decisum Reg. *Sanfelicius dec. 25.* & licet per *prag. n. 14. de Offic. procur. Cæser.* fuerit ordinatum, quod à sententia Curiæ Artis Serici appelletur ad M.C.V. & non ad Regiam Cameram, attamen loquitur de causis criminalibus, sed nota, quod debent isti tales matriculati in dicta Arte illam prò maiori parte anni exercere, alias non gaudent tali priuilegio fori, vt fuit decisum

fum per M.C.V.& in S. C. in quodam gladia-
tore, qui licet erat matriculatus in dicta Ar-
te, tamen quia prò maiori parte anni exer-
cebat Artē Gladiatoris, fuit exclusus à tali fo-
ro, refert *Franc. dec.* 175. *Taffonus loc. cit. nu.*
304. sic è contra si habent exercitium, &
non habent matriculam, non gaudent pri-
uilegio huius fori, ita decisum *Franc. dec.*
481. & approbat *Scialoia de foro comp. cap.* 23.
num. 3.

Nota tamen, quod in Causis dictæ Curiæ potest
interuenire Aduocatus Fiscalis M. C. V. ad
iura Fisci contra inquisitum tuenda, *Fran.*
dec. 679. *Nouar. loc. cit. n.* 2.

Octauo appellatur ad Sac. Consil. à decretis la-
9 tis per Curiam Artis Lanæ, Ista enim Curia
habet Iurisdictionem ciuilem, & criminalē
super personas d. Artem exercentes, priuati-
uè à iurisdictione M.C.V. quod indubitatū
est apud nostros Regnicolas, vt fatetur *Franc.*
dec. 434. & 679. & 722. *num.* 24. *Nouarius de*
elec. fori lib. 1. *sec.* 4. *cap.* 64. *num.* 3. à cuius de-
cretis definitiuis, vel interlocutorijs appel-
latio defertur ad nostrum S. C. *Franc. d. dec.*
434. & *in alijs locis sup. cit. Taffonus in d. prag.*
de antefato vers. 3. *obser.* 3. *num.* 305. *Regens de*
Ponte de potest. Proreg. tit. 1. §. 3. *n.* 29. *Scia-*
loia d. cap. 23. *num.* 2. sed ad hoc,
vt gaudeāt priuilegio fori requiritur matri-
cula, & actuale exercitium, *Franc. d. dec.*
481. *Riccius in praxi par.* 3. *resol.* 491. *Capibla-*
cus de Baronibus pragm. 8. *par.* 2. *num.* 165.
Caracciol. de fori priuilegio quæst. 13. *n.* 1. Imò
debent per se ipsos artem exercere, & non
per substitutos, vt gaudeant eius priuilegio
fori, *Thor. in compend. decis. tom.* 1. *in verb. re-*
missiue fol. 461. *Scial. d. c.* 23. *n.* 4. Et nota, quod
prædicta Curia Artis Lanæ potest cognosce-
re de illis delictis, quæ tempore priuilegij
nō erant delicta, quia eo ipso, quod per Prin-
cipem fuerint declarata delicta, includuntur
sub potestate iurisdictionis à Rege concessæ,
ita decisū refert *Franc. d. dec.* 434. quod ad Ba-
rones, & cæteros ex priuilegio infeudatos ex-
tendunt *Gratian. discept. for.* 643. *à num.* 20.
Reg. de Marin. resol. 120. *à num.* 3. *Luca ad*
Franc. dec. 434 *num.* 1. contra *Surdum Capic.*
& alios contrarium tenentes, nisi tamen in
noua lege Princeps has pœnas nouiter im-
positas sibi reseruauerit, quo casu Barones
nō possunt conqueri, dum ab eis nil fuit ab-
latum, quod prius habebant *Reg. Constant. in*
l. 1. *num.* 24. *C. de pœnis fiscal. lib.* 10. vel quan-
do ageretur de pœnis nouiter statutis prò
controbannis, quo casu non sunt Iudices
competentes Barones, ob suspicionem Cu-
riarum Baronum, ne indebitè vexent sub-
ditos causa pœnarum sibi applicandarum,
vt aduertunt *Constant. in l.* 1. *num.* 2. *C. de pœ-*
nis fiscal. lib. 10. *Regens de Marin. lib.* 2. *resol.*
170. *à num.* 4. *Rocc. de officijs in rubr. pœnæ pe-*
cuniariæ §. 5. *alijque.*

Sed an exercētes Artes prædictas Serici, & Lanæ
10 cognoscātur ab eorū Consulibus de omnibus
causis, & delictis, vel tantum, quando delin-
quūt circa exercitium eorum Artis, in qua
questione dixit *Scialoia d. cap.* 23. *nu.* 14. quod
tantum cognoscantur ab eorum Consulibus,
quando delinquunt circa eorum exercitiū,
prò alijs vero delictis puniuntur ab eorum
Iudice ordinario, citat *Baldum in l. fin. num.*
3. *Castrens. nu.* 2. *Cod. de Iurisd. omnium Iud.*
Mar. in l. fin. num. 173. *de Iurisd. omnium*
Iud. Decius in cap. cæterum num. 46 *de Iu-*
dicijs Pisanellus ad Afflict. dec. 41. *Foller. in*
add. ad Marantam par. 4. *dis.* 9. *num.* 88. *Capi-*
blancus de Baronibus pragm. 8. *par.* 2. *num.*
162. & ego addo *Bald. in l. fin. num.* 3. *C. de*
iurisd. omn. Iudic. qui dicit, quod Artifices
Collegiorum licet habeant Iudices suos, ta-
men possunt conueniri sub Potestate, quia Po-
testas dicitur Superior non solum Artium,
sed Artificum, sed hæc licet disputari possint
de iure, attamen nequit hoc dubitari inter
Artifices Artis Serici, quia priuilegia Regis
Ferdinand. concessa d. Arti, sunt concessa
priuatiuè ad M. C. V. & generaliter de om-
nibus delictis, & causis tam ciuilibus, quam
criminalibus, & ita obseruatur, causa tantum
capitali exceptuata, vt de ea nulla co-
gnitio spectet ad Curiam Artis Serici, si prò
delicto veniret imponenda pœna mortis na-
turalis, *Regens Marinis resol. tom.* 2. *cap.* 232.
vbi etiam concludit, quod si prò delicto ve-
niret imponenda pœna mortis naturalis,
sed ex defectu probationum, vel ex aliqua
iusta causa pœna esset mitiganda, causa spe-
ctat ad Curiam Artis Serici, quod sequitur
Scialoia d. cap. 23 *num.* 21. Et nota quod cùm
causa refertur decidenda ad S.C. per Consul-
torem d. Artis Serici, nō sedet d. eius Consul-
tor, sed extra Rotam capite denudato causas
refert, vt fatetur *Taffonus d. vers.* 3. *obseru.* 3.
n. 400. & ita vidi præteritis annis obseruari.

Nono appellatur ad nostrum Sacrum Consiliū
11 ab omnibus Curijs Consulatuum existenti-
bus in hac Ciuitate exterarum Nationum, &
vt de his loquar est sciendum, quod multæ
Nationes in principalioribus Ciuitatibus
Europæ erigunt Consules, vt iustitiam admi-
nistrent eorum Ciuibus, qui in d. Ciuitatibus
domicilium habent, & negotiantur, & hoc
ex priuilegio, quod solent concedere Princi-
pes exteris populis, vt mercatores allicere
valeant ad mercaturas in suis dominijs
exercendas, ob vtilitatem subditorum,
simile priuilegium fuit concessum à no-
stris Regibus nostræ Ciuitati Neapolita-
næ constituendi seù eligendi Consules in
qualibet Ciuitate aliorum Regnorum, per

Cer-

Capitulũ 20. Regis Catholici hoc.liti in priuileg. & cap. Neapol.pag.63 àter. quod fuit cõfirma-
tum per Cæſaream Maeſtatem Caroli Quin-
ti in Parlamento Generali inhito in anno
1532. in *cap. 39. d. lib. priuileg. fol. 92. àter. &*
93. vbi licet appareat prouiſio facta ab eadẽ
Cæſarea Maeſtate in Regno Siciliæ in perſo-
nam alicuius Nobilis Siculi Conſulatus Nea-
politanorum, attamen noſtra Ciuitas ſuas
præces porrexir eidem Cæſareæ Maieſtati
pro conſeruatione einſdem priuilegij, cui
benignè fuit reſponſũm in d. *capitulo 39.*
proindè competere hanc prerogatiuam no-
ſtræ Ciuitati conſtituendi Cõſulatum dixe-
runt *Taſſon. in pragm. de antefato verſ. 3. obſer.*
3. num. 386. Capaccius in lib. de Foraſtiero fol.
650. & 651. & Conſil. Rocc. in tract. de offic. rub.
17. §. 6. num. 20.

Vt autem Mercaturæ vigeant in hoc Regno
Neapolitano, per quas Opulentia auri, argẽti,
& mercium introducitur, ideo fuerunt erecti
12 ex noſtri Regis munificentia multi Conſula-
tus diuerſarum Nationum in hac noſtra
Ciuitate, ſcilic. Cathalanorum, Rhanſeorum,
Venetorum, Gallorum, Ianuenſium, Floren-
tinorum, & ſimilium, qui cognoſcunt nego-
tia Mercatorum eorum nationis, cum Cõ-
ſilio vnius aſſeſſoris, imo & etiã cauſas mari-
13 timas, & Nautas eiuſdem Nationis, *Franc. dec.*
723. & in noſtro Regno iſtorum mercatorum
cauſæ adeo proteguntur, vt fuerint varijs
modis in foris priuilegiatæ, nam videmus,
quod literæ ſcriptæ per Mercatores ſi fuerint
acceptatæ, & proteſtatæ paratã habeãt exe-
cutionem, ex *pragm. 1. §. 6. de literis cambij,*
imo nõ poteſt appellari à decreto executio-
nis literarum cambij, niſi facto depoſito, eo-
que liberato creditori, vt diſponit noſtra
pragm. 3. §. 7. eod. tit. Rocc. reſponſ. 9. num. 1. to.
1. eodem modo literæ aſſecurationis paratam
habent executionem inter ipſos mercatores
pragm. 1. de aſſecurat. & pragm. 11. de cambijs
in prætermiſſ. Rocc. reſponſ. 28. nu. 1. & reſponſ.
34. num. 1. tom. 1. & in notabil. 86. num. 329.
de aſſecurat.

Et nedum in ordinatorijs Iudiciorum, ſed etiã
in deciſorijs priuilegiatas aſpicimus iſtas
cauſas Conſulatuum, quia à decretis prędi-
ctorum Conſulatuum appellatur ad noſtrum
Sacrum Conſilium, vti Supremum Regis
Prætorium, vt magis attentè per iſtos Supre-
mos Magiſtratus, Regis nomine iſtorum cau-
ſæ ponderentur, *Afflict. dec. 157. Franc. dec.*
723. Taſſon. in pragm. de antefato verſ. 3. obſer.
3. num. 186. Nouar. in praxi electio. for. lib. 1.
ſectio. 4. quæſt. 64. num. 8. Conſil. Rocc. reſponſ.
34. in princ. tom. 1. ſed à decretis Conſulatus
in materia aſſecurationis non datur appel-
latio ad Sacrum Conſilium, ad finem retar-
dandi eorum executionem, *Thor. in comp.*
deciſ. par. 2. in verb. ſententia Conſulatus Ta-
pia dec. Sac. Conſ. 34. nu. 7. in fin. Rocc. d. notab.
86. num. 330. de aſſecurat. Annis elapſis erat
introductus abuſus in præiudicium noſtrorũ
Tribunalium, & precipuè noſtri Supremi
Senatus, etenim prædictæ exteræ Nationes
non contentæ eorum Conſulibus, qui valent
iuſtitiam adminiſtrare, procurarunt Regios
Delegatos ſibi conſtituere, qui in omnibus
cauſis procedebant, ne dum executiuis,
ſed etiam Ordinarijs, & ſi occurrerit ab
iſtorum delegatorum decretis appellari,
appellatio ſine ordine delegantis non poteſt
cognoſci per noſtrum Sacrum Conſilium,
& hoc modo priuantur Regia Tribu-
nalia iuriſdictione, & prerogatiuis ſibi à
Regibus conceſſis, quod non conuenit, ne
membra à Capite ſeparentur, ſicut aduertũt
Marcheſan. de commiſſ. vol. 2. tit. de commiſſ.
auoc. num. 67. & 70. fol. 279. Tapia dec. 1. nu.
12. & ſeq. Tondut. de preuent. par. 1 cap. 7. nu.
7. de qua recum alloqutus fuerim cum D. Pe-
tro Meſſunes Regio Conſiliario, Miniſtro in-
tegerrimo, animi candore, & morum ſuaui-
tate, & bonitate, ac omni virtutum genere
decorato, mihi retulit noſtrum Sacrum Con-
ſilium certioraſſe noſtrum Sapientiſſimum
Regem Carolum Secundum immortalis Me-
14 moriæ, vt dignaretur ordinare, quod tantum
in cauſis executiuis concederentur delega-
tiones, ſecus in ordinarijs, & ita ex literis
eiuſdem Dom. Regis fuit reſcriptum, quæ
ſunt regiſtratæ pœnes Secretarium noſtri
Sacri Conſilij circa annum 1694.

Et tandem antiquitus appellabatur a decretis
15 Regię Cameræ ad noſtrum Sacrum Conſili-
um, quod cognoſcebat de omnibus appella-
tionibus porrectis à grauaminibus d. Tribu-
nalis ſic enim ſtatuit Rex Alphonſus Primus
Aragoniæ Rex, & vtriuſque Sicilię in prime-
ua inſtitutione d. Senatus, vt patet ex origi-
nalibus literis, quę in noſtro Magno Archi-
uio conſeruantur, quas inſerit *Nicol. Topius*
noſtrarum antiquitatum pręſcrutator, in *tra-*
ct. de orig. Tribunal. par. 2. lib. 5. cap. 4. fol. 440.
per ea verba, *Et etiam omnes cauſas Cameræ*
noſtræ Summariæ, quod etiã teſtatur *Afflict.*
in dec. 192. ibi: *eandem Regiam Cameram*
conſuluiſſe Sacrum Conſilium, & confirmãt
Freccia de ſub feud. tit. de Offic. Magn. Camera-
rij num. 15. & ſeq. Conſil. Staibau. in obſeru.
ad reſol. 50. num. 69. & ſeq., & licet contra-
rium defendat *D. Galeota in reſponſ. fiſcal. 2.*
num. 47. 52. & 55. in fin. vbi ſatis grauiter re-
prehendit Marinum Frecciam virum patri-
tium, & eruditum, & ex doctioribus Conſi-
liarijs Caroli Quinti Cæſaris, illumque de
mendacio redarguit, quia voluit aſſerere,
quod antiquitus dabatur appellatio à de-
cretis Regiæ Cameræ ad noſtrum Sacrum

Con-

Consilium, sed salua pace *d. Dom. Galeota* nõ debet iudicari reprehẽsibilis propositio *d. Freccia*, nec videtur posse notari de mẽdacio à suo Concive patritio, dum nullum mendacium, sed veritatem loquutus fuit, quã nouiter etiam demostranit *Nicolaus Topius* diligentissimus nostri Magni Archiuij Presectus *d. cap. 4. sup. cit.* & licet adducat d. Dom. Galeota priuilegium Ludouici olim huius Regni Regis de anno 1350., vbi ordinauit non concedi appellationem à conclusis, & definitis per Rationales Regiæ Cameræ, ex quo arguit nec concedi debere appellationẽ à decretis latis per Præsidentes eiusdem Tribunalis, qui in eorum locum successerunt, attamen respondeo, quod licet hoc concederetur, nihilominus iu d. tẽpore nõ erat institutum nostrum Sacrum Consilium, cum autem postea Rex Alphonsus illud constituerit, hanc potestatem in prima eius institutione concessit, cognoscendi de appellationibus decretorum Regiæ Cameræ, quomodo ergo hoc in dubium refertur, quod apertè fuit ordinatum à d. Rege primo fundatore? Fateor, quod hoc fuit innouatum per *pragm. 37. tit. de Offic. Procur. Cæsar.* quod sc. sententiæ, quæ in isto Tribunali Regiæ Cameræ promulgantur, debeant executioni tradi non obstante quacumque appellatione vel supplicatione, & si ab eis appelletur, appellatio, vel renisio cognosci per aliud Tribunal non possit, nisi per idem Regiæ Cameræ Tribunal, sed non per hoc poterit controuerti, vt antiquitus appellaretur à decretis Cameræ ad d. Sac. Consilium, ne valeat de præcedentia contendere, vel saltem de æqualitate cum nostro Senatu, cum semper videantur inesse in d. Tribunali Regiæ Cameræ illæ reliquiæ subiectionis erga d. Senatum, cui primo paruit, & à quo correctiones, moderationes, & alia consilia recepit, vt infra dicam in *2. tom. in rubric. de præcedentia Tribunalis S. Consil. cum Regia Cameræ*.

Et dum de appellationibus Curiarum Inferiorum ad nostrum S. C. verba protulimus queri potest, quand. S. C. confirmat sententias Mag. Cur. Vic. vel aliarum Curiarum supra relatarum ad quem spectat executio sententiæ ad M. C. vel ad S. C.? In puncto iuris dico, quod spectat executio ad Iudicem appellationis, quia agitur ex sententia confirmante, non ex confirmata *Glos. in l. furti §. 1. vers. prouocationis ff. de infamib. Barl. in l. à Diuo Pio ff. de re iudic. Franc. dec.* 335. ex æquitate tamen tribuitur executio primo Iudici *Glos. in cap. cum in Ecclesia de appellat. in verb. alioquin Cancer. ver. resol. par. 3. cap. 17. num.* 369. Sed melius distinguas dicendo, vel sententia Iudicis Inferioris confirmatur à superiore, vel reformatur, quando sententia confirmatur debet primus Iudex illam executioni tradere, sed si sententia reformatur, talis reformatio operatur, vt ipse videatur competens, & ad superiorem reformantem competit executio sententiæ reformatæ *Bald. in l. tale pactum §. qui prouocauit ff. de pactis Franc. decis.* 510. *Capiblanc. in pragm. 1. de Baromb. in fine.* Sed si sententia S. C. non fuit mandata executioni ob cautionem non præstitam, & in causa reclamationis fuerit confirmata, illius executio spectabit non ad Commissarium primæ instantiæ, sed ad illum Commissarium causæ reclamationis *Franc. decis. 335. Reg. Rouit. in pragm. 5. de Offic. S. R. C. num* 15. Ex qua conclusione oritur vtilitas, nam si forsã Iudex Inferior condemnauit Caium in exilium per decem annos, à qua fuerit appellatum, & Iudex superior reformauit ad quinque, si rupit exilium delinquens, quia debet duplicari pœna, erit hoc casu cognoscendus à Iudice reformante, secus si fuisset pœna exilij confirmata *Guttierez lib. 1. practic. qu. 97. Felin. in cap. significasti de Offic. Deleg. Capiblanc. in pragm. 6. de Baronib. à num.* 193.

Sed queri poterit, an possit à sententia pro parte appellari, Et dico, quod si contineat diuersa capita potest, secus si vnum, vel plura connexa *l. in hoc. iudicio ff. fam. hercisc. argum. cap. dilectus de prebend. Costa de portio. rata* 179. 137. ratio est quia tot sunt sententiæ, quot sunt capita sententiæ inter se diuersa *l. etiam §. ex causa ff. de minor. Gabriel cons. 56. vol.* 1. idcirco, qui impugnat sententiam circa vnum caput, non dicitur approbare circa aliud diuersum, ad exemplum illius, qui impugnat testamentum, quo ad institutionem in eo factam, & se fundat in substitutione in ea contenta *Decius in l. cum proponas C. de pactis Cancer. cap. 17. par. 3. var. num. 70. & d. tex. in l. cum proponas* limitat *Barbos. sup. Cod. in d. l. cum proponas.*

Idem dicas de sententia Arbitrorum, quæ potest pro parte acceptari, & pro parte reprobari, & licet *Franc. in dec.* 173. quem defendit *Marotta discept. 37. num.* 19. dixit contrariũ hac ratione, quia scilic. non possunt arbitri in vno capite deducto in compromisso iudicare, & non in alio, ratione indiuiduę voluntatis compromittentium, quę oritur ex iuramento, tamen mihi videtur, quod d. ratio non concludat, quia aliud est non posse arbitros in vno capite compromissi iudicare, & non in alio, quod concedo, quia cum habeant iurisdictionem à partibus, pręsumitur, quod aliter non essent daturi, nisi terminentur omnes controuersię, vt sepè iudicauit *Rota Roman. in dec. 132. par. 4. recent. & in dec. 133. impressis post addit. Postij ad tract. de subast. ac Glos. in l. si quidem C. de exceptio.*

ſed non per hoc ſequitur, quod ſi lata fuerit ſententia, & laudum ſuper omnibus, quod non poſſit pro parte acceptari, & in alia repudiari, quãdo continẽt capita diuerſa, ita *Decius conſil.* 475., & pluries deciſum refert *Canc. par. 3. cap. 17. num. 88. cum ſeq.* contra *Franc.* quem etiam noſtrates refellunt, ſcilic. *Conſil. Staiban. reſol. 57. à num. 28. Reg. de Marin. ad Reuerter. obſeru. 256.*, & ipſemet *Luca in obſeru. ad d. dec. Franch. 173. num. 3.* vbi dicit, quod nõ recederet à ſententia *Cancer. & aliorum*, qui *d. Franch.* deciſionẽ impugnãt.

PRÆSTANTIA. IV.

Præſtantia S. Conſilij Neapolitani eſt, vt in cauſis ciuilibus omiſſo Iudice medio appelletur ad idem Sacrum Conſilium.

SVMMARIVM

1 *Appellatio gradatim fieri debet.*
2 *PRÆSTANTIA noſtri S. C. eſt, vt in cauſis ciuilibus omiſſo medio appelletur ad d. Senatum*
3 *Appellatio de iure ciuili nec ad Imperatorem omiſſo Iudice medio deuolui poteſt, ſed ſolum ad Papam.*
4 *Mag. Curia Vicariæ ex ſua præeminentia poteſt cognoſcere immediatè de omnibus appellationibus criminalibus Curiarum inferiorum.*
5 *Appellationes in Statibus Imperij, & in Camera Imperiali proponi poſſunt ad Senatum omiſſo Iudice medio.*
Sedes Apoſtolica cognoſcit de cauſis Curiarũ Inferiorum omiſſo medio.
6 *Appellatio ſi fiat ad Iudicem Superiorem omiſſo medio valida reputatur, ſed remittitur cauſa ad ſuum Iudicem.*
Appellatio ſi fiat ad minorem Iudicem, vel æqualem nulla reputatur.
7 *Appellatio non conceditur ad Curiam Supremam in præiudicium Baronum.*
8 *Barones cum mandatis penalibus poſſunt retrahere Vaſſallos ſe ſubmittentes alterius Iudicio.*
9 *Appellatio deuoluitur ad Mag. Curiam Vicariæ, non ad Curiam ſecundarum cauſarum Baronis, quando Baro cauſa delegauit.*
10 *Delegationes cauſarum fuerunt ſublatæ per noſtras pragmaticas, ſed hoc non obſeruatur.*
Ciuitas Neapolitana debet occurrere omnibus neceſſitatibus noſtri Regni.
11 *Cauſas criminales debet Sacrum Conſilium celeriter expedire.*
12 *Appellatio tertia cur in Regno Neapolitano, imo quarta conceditur.*

Cognita hac antecedenti prerogatiua, qua ornatur noſtrum S. Conſilium, vt ſit Suprema Curia omnium appellationum, quæ proponuntur aduerſus ſententias latas à Curijs noſtri Regni, eſt videndum an talis cognitio ſpectet mediatè, ſcilic. gradatim ad noſtrum Senatum, vt à Curijs vel Audientijs Prouincialibus noſtri Regni debeat prius appellari ad Magnam Curiam Vicariæ, deinde ad noſtrum S. Conſilium, vel directè, & immediatè abſque tali circuitu. Et quod gradatim appellatio competat ad noſtrum Senatum, diſpoſuit Rex Ferdinandus Primus Aragoniæ, huius Regni Moderator, in *pragm. 3. de Offic. S. R. C.* ibi: *à quibus ſi prouocabitur, ſciant appellationes non ſibi prius noſtrum ad Conſilium deferre permitti, quam ad Vicariæ forum appellauerint, vt minoribus à Curijs, gradatim ad noſtrum S. Conſilium perueniant*, quod etiam aduertit *Reg. Ronit. in d. pragm. 3.* vbi ſubdit, quod ſi appellatio fiat omiſſo medio, ſcilic. Tribunali M. C. V., & immediatè ad S. C. fuerit interpoſita, appellatio non tenet, quod etiam confirmat *pragm. 7. eod. tit.* quæ conſonat iuri communi, ſcilic. *l. precipimus C. de appell. & l. Imperatores ff. eod. Marant. par. 1. de appellat. num. 285. Afflict. in conſtit. cum nona not. 4. num. 6. lib. 1.* & de alijs Curijs etiam teſtatur *Benintend. dec. Bononienſ.* 96. ne iuriſdictiones confundantur *l. nemo* vbi *Gloſ. C. de iuriſd. omn. Iudic. Borrell. in ſum. dec. tom. 2. tit. 33. num. 25. Carauit. ſup. ritu. 265. nu. 37.*

At ob *PRÆSTANTIAM* noſtri S. Conſilij vſu introductũ fuit, vt in cauſis ciuilibus omiſſo medio appelletur ad noſtrum Senatum,
2 teſtatur *Ronit. in d. pragm. 3. num.* 5. antiquis temporibus tam in cauſis ciuilibus, quam criminalibus à ſententijs Curiarum inferiorum appellabatur immediatè ad noſtrum Conſilium, ſed hodie à cauſis ciuilibus tantum recta via appellatur, de qua praxi etiam teſtatur *Reg. Tapia in lib. 1. iur. Regni in d. pragm. 3. de Offic. S. R. C.* ſed ſubdit hoc intelligi de cauſis vltra 25. vncias, & benè, quia infra 25. vncias cognitio ſpecialiter pertinet ad noſtram M. C. in prima inſtantia, per *d. pragm.* 3. quam præſtantiam noſtri Senatus, etiam glorificarunt exteri DD. ſc. *Apoſtilla* ad *Roman. conſil. 332. in verb. gradatim in fine Card. Tuſch. practic. concluſ. tom. 5. lit. N. concl. 107. num. 2.* Quæ obſeruantia circa modum appellandi maximè eſt attendenda *cap. Romana §. 1. de appellat. in 6. Gratian. lib. 2. diſcept. cap. 383. num. 19.* qui alias allegat.

Hæc enim præſtantia vſu introducta in noſtra Suprema Curia excelsa eſt cognoſcendi, de omni-

omnibus appellationibus cauſatum ciuiliū Curiarum inferiorum noſtri Regni omiſſo Iudice medio, ſi conſideremus iura communia ordinantia, vt appellatio nec ad Imperatorem omiſſa Curia media deuolui poſſit, ſed tantum gradatim proponenda *l. Imperatores ff. de appellat.* vbi *Brunneman. num. 3. & in Nouell. 23 cap. 3. Scaccia de appellat. quaſt. 7. num. 15. verſ. retentaSpeculator in tit. de appellat. §. nunc tractemus in princ. lib. 2. fol. 188. Menius dec. 87. par. 1. Dom. Petra in ritu 62. num. 1.* ſolum ad Papam poteſt recurri omiſſo medio, *Maranta in specul. par. 6. actu 2. princ. in verb. & quandoque appellatur num. 369. fol. 511.* vti infra dicam,

Talia enim vſus rationabiliter fuit introductus in noſtro Sacro Conſilio, & deductus à noſtris Ritibus, & Conſtitutionibus nam habemus diſpoſitum in *ritu 52. & 62. & in conſtit. Regni Cum noua*, & altera *Appellationum tempora* poſſe M. Curiam Vicariæ cognoſcere immediatè de appellationibus criminalibus Curiarū inferiorum, ex quibus ſanctionibus ſeptimam præeminentiam noſtræ M. Curiæ competere in cauſis criminalibus conſiderat *Dom. Petra in d. ritu 52. num. 3. poſt. Marantam in specul. par. 6. actu. 2. num. 377. Afflict. in d. conſtit. Reg. cum noua num. 6. Muſcatell. in praxi appellatio. par. 1. gloſ. tenebitur num. 9. Ronit. in pragm. 3. de Offic. S. R. C. num. 2. Borell. ſum. dec. tom. 1. tit. 33. de apppell. n. 55. Dom. Altimar. de null. rubr. 3 q. 25. num. 32.* cum igitur tali prerogatiua fuerit ornata noſtra M. Curia in cauſis criminalibus, conueniens erit, vt æquali poteſtate fulgeat noſter Senatus in cauſis ciuilibus, vt appellatio immediatè proponi poſſit ad noſtrum Senatum à Curijs inferioribus, omiſſo Iudice medio; ne dicamus, quod Supremę Curię denegetur, quod inferiori fuit conceſſum. Debet igitur Curia Suprema prerogatiuis, & ſpecialibus ornari, vt decore, & poteſtate ſupra alias fulgeat, Sic videmus, quod Principis Curia hoc ſua habet, vt quilibet, qui in ea inuenitur, licet ibi non contraxerit, poſſit apud Curię Iudices à quolibet conueniri, vt notatur in *cap. fin. de for. compet.* quod licet de Curia Romana loquatur, tamen idem procedit in Curijs Principis ſecularis, ita *Henric. in d. cap. fin.* & ibi; *Panorm. Bald. Angel. & Curtius iunior in l. 2. §. legatis ff. de iudic. Roderic. Suarez in l. poſt rem indicatam verſ. circa Iudicem num. 21. in 5. quaſt ff. de rei iudic. Cancer. var. reſol. lib. 2. cap. 2. de iuriſdict. omnium Iudic. num. 32.*

Idem obſeruari in multis Imperij Statibus, vt appellationes ad Senatum deferri poſſint omiſſo Iudice medio, & ex conſuetudine introductū fuit, vt liceat ſubditis preterire Curias inferiores, & prorogando Iuriſdictionē, Supremam adire teſtatur *Nicolaus Meyle. de Princip. & Statib. Imper. cap. 42. num. 12. cum Ruland. de commiſſ. lib 2. cap. 3. num 18. Ritt. de homag. concl. 129. aliiſq.* & generaliter fundat *Cabed. par. 1. dec. 11.*, & ita in Camera Imperiali etiam practicatur, vt appellari poſſit ad d. Cameram omiſſo Iudice medio *Ioachim Miſinger. dec. 67. par. 1. Gaſpar Guliel. dec. ſpirenſ. 117. Benitend. dec. Bonon. 96. Miſinger. obſeru. 77. cent. 1. Vrſoll. in eſam. apum concl. 128. in verb. appellatio. nu. 200. & 207.* Nec reſcriptum Antonini, & Seueri Imperatorum de appellationibus gradatim faciendis ſemper fuit in Roma, & Imperio obſeruatum, ſed appellationes tam in ciuilibus quam criminalibus immediatè, & per ſaltū ad Principes factas, receptas fuiſſe aſſerūt *Cuiac. lib. 21. obſeru. 21. in fin. l. 10. & l. 16. Cod. Theodoſ. de accuſat. Vulteus in l. 1. num. 11. C. Vbi de crim. Domin. Arumaus de iur. public. in diſcurſ. accadem. 13. quaſt. 1. pag. 209. & in pag. antecedenti* 208. de Principis Conciſtorio ſpecificè loquens dixit, quod omnes vniuerſi Imperij ad Aulam, & Conciſtorium Principis ſupremum, ſtatim in prima inſtantia trahi poterant, Romæ ſiquidem, & in Aula Imperatoria commune forum erat, ibique quilibet, exceptis perſonis miſerabilibus, conueniri, & euocari poterat, etiam ſi neque inibi deliquerat, neq; contraxerat, neque ſolutionem deſtinauerat *l. nec non §. ſi cum in prouincia l. 26. §. fin. ff. ex quibus cauſ. maior. Bart. & Gothof. in l. Romę 3. ff. ad municip.* & ita in Curia Romana obſeruatur *Rota coram Robuſterio*, quæ eſt deciſio inter *Farinac. 27. num. 17. Scaccia de appellat. quaſt. 2. num. 2. cum ſeq.* vbi dicitur, quod hoc de ſtylo practicatur in Terris Eccleſię, vbi ius Canonicum obſeruatur, vt poſſit Sedes Apoſtolica cognoſcere omiſſo medio, in primis appellationibus & dixi *ſup. in c. 1. preſt. 30. n. 5.* quibus addo *Rittesb. l. 5. diff. cap. 26. Bachou. vol. 2. in Treutl. diſpu. 33. theſ. 6. lit. A. & B. Donell. l. 28. c. 7. lit. H. Scaccia q. 7. n. 46. in fin.* vbi benedicit Pontificē, qui permittit appellationes deferri immediate ad ſe ipsū, & ſuam Supremam Curiam, vt habeat maiorem curam ſubditorum, non maiorem Curiam, vt putauit *Io. Ferr. in pract. papienſ. tract. de appellat. cap. 5. ſub num. 134. verſ. ius Pontificium tom. 5. fol. 69.* & eandem curam habet Supremus Senatus expediendi citius cauſas ſubditorum, vt dixi *ſup. in c. 1. preſt. 30. n. 5.*

Ad noſtram pragm. in contrarium allegatā ſupra traditam reſpondent noſtri DD. quod interpretata fuit reſpectu cauſarum criminalium, non ciuilium, ita *Rouit. in d. pragm. 3. num. 2. Dom. Petra in ritu 47. num. 16* & colligitur ex *pragm. 37. & 47. eod. tit. de Offic. S. R. C.* in iſtis enim cauſis criminalibus appellatio gradatim defertur ad noſtrum Sacrū

Consilium, tam à Curijs demanialibus, quã Baronalibus, vt sc. primo debeat appellari ad nostram M. Curiam, postmodum vero ad d. Consilium, & si aliter reperiatur causa commissa, idem nostrum S. Consilium causã remittit ad nostram M. Curiam, iuxta disposita in *pragm. 37. in fin. & pragm. 43. 44. &* 46. *de Offic. S. C.* & infra dicã *Tasson. de ant. fato vers. 3 obseru. 3. num. 72.* qui dicit, quod in causis criminalibus S. C. principaliter cognoscere non potest, nisi quo ad nullitates processus, citat *Gayll. lib. 1. obseru. 1. num. 28. & confirmat. Dom. Altimar. de nullit. rub. 9. quæst. 8. num. 70.*, nisi vrgens causa moueat d. S. C. ad cognoscendum de d. causis criminalibus, vt late dixi in d. *præst. 30. per tot. cap. 1.*

Aduerte tamen, quod in illis casibus, in quibus
appellatio gradatim fieri debet, si fiat per
6 saltum omisso Iudice medio; non per hoc
vti nulla reputatur, sed habetur ac si ad de-
bitum Iudicem foret appellatum, & causa
remittitur ad suum Iudicem, vel ad Curiam
mediam *Scatcia dict. quæst. 7. num.* 22. & di-
xi *in d. præst. 30. num. 4.* & sic obserua Came-
ra Imperialis, vt legimus in *dec. seu Præiudic.
Camer. Imper. incerti authoris in verbo Appel-
lare pag. 31. vers. si appellatur*, & ita etiam ob-
seruat noster Senatus, vt si reperiatur causa
commissa Sacro Consilio, quæ eidem com-
mitti non poterat, puta si esset causa crimi-
nalis, quæ ad nostram Mag. Curiam in pri-
ma instantia spectaret, idem Sacrum Consi-
lium causam remittit ad nostram Mag. Cu-
riam, non obstante commissione facta ad
Sacrum Consilium. Si vero per errorem ap-
pelletur ad minorem Iudicem, vel ad pa-
rem, non valet appellatio *l. 1 §. penult. ff. de
appellat. Guido Papè singul. 358.*

Aduerte secundo circa prędictam prętãtiam,
vt locum habeat appellatio directa ad Su-
premam Curiam, dumodo non pręiudicet
priuilegijs Baronum, nam in pręiudicium
prędictarum Curiarum, habentium cogni-
7 tionem primarum, & secundarum causarum,
non conceditur appellatio omisso medio,
adeo quod si partes, vel barones petant suas
remissiones, Sacrum Consilium illas conce-
dit, non obstante appellatione ad se inter-
posita, ita disponit nostra *pragm. 7. de Offic. S.
R. C.* ibi: *priuilegijs à nobis Baronibus concessis
& confirmatis semper saluis Reg. Tapia in an-
not. ad pragm. 3. num. 9. eodem tit.* Diuiso
enim Imperio Orientis ab Occidente Caro-
li Magni, & sequentium Imperatorum tem-
poribus, eius regimen longe immutatum
fuit diuersum ab illo, quod Augusti, Tiberij,
ac cęterorum Imperatorum Romanorum
ætate floruit, tunc enim cępit Iurisdictio nõ
amplius nomine administratorio, sed per

Inuestituras, sub illustrium dignitatum titulis, atq; nominibus, & quasi iure hereditario viris strenuis ac generosis, sub cautione fidelitatis perpetua concedi, teste *Arumeo de iure publico discurs. 13. quæst. 1 tom. 1. pag.* 209. Ista enim concessio priuatiua est quędam exemptio, nam eos quos alteri soli distringendo committimus, concedentis dominio adimimus, quod benè intellexit Carolus Quintus Cęsar, quando responsum prebuit Fratri Ferdinando petenti, vt filiũ ipsius Philippum per Italiam, & Belgium, Imperij saltem Vicarium, cum plena potestate constitueret, respondit Cæsar, quod hoc tantum Maiestati suæ decederet, quantum alteri concederet, vt refert *Arumeu. de iurisdict. quæst. 1.* à prædictis temporibus vsque ad præsentem ętatem, feuda huius Regni viris benemeritis, & fidelibus concessa fuerunt, cum ampla iurisdictione, & mero, & misto imperio, cum cognitione primarum, & secundarum causarum, imo vt plurimum aspiciuntur feuda vendita à nostris Regibus, necesse est igitur, vt illam iurisdictionem exerceant, quam à Regibus receperunt, & hac de causa Vassalli Baronũ nostri Regni alterius Iudicio se subicientes, à Dominis retrahũtur, sub mandatis pęnalibus, & posse fieri fũdant *Ziegel. in §. laudsassi pag. 1. n. 3. a 32. Gayll. obseru. 40. num. 4. Michel. de iurisdict. conclus. 148. lit. D. Myler. de Princip. & statib. Imper. cap. 42. num. 4. Gylman. lib. 2. dec. Camer. 32*; & in Ducatu Vuintem berge prorogantes iurisdictionem pœna carceris coercentur, vt testatur idem *Myler. loc. cit. n. 5.* & ex nostris *Freccia de sub feud. lib. 2. auth. 9. Capic. dec. 130. num. 10. & 24. Paris de syndic. rubric. de excess. Baron. erga subditos num. b. an baro num. 2. Altimar. de nullit. rub. 3. quæst. 25. num. 18. & 34. Pratus obseru. 3. Hodierna ad Surd. dec. 147.*

Et dum de causis Baronum loqutus fui nota, quod non omnes appellationes deuoluuntur ad Curias Baronales nostri Regni secundarum causarum, nam appellatio à Delegatis Baronum defertur ad Magnam Curiam, non ad Iudicem secundarum causarum, licet enim appellatio facienda sit à delegato ad delegantem *l. 1. §. ab eo ff. quis, & à quo appellatur l. Imperatores ff. de appellat. l. fin. C. de Iudic.* tamen, quando Baro delegauit primã causam alicui Iudici, vsus fuit remedio extraordinario, ideo non potest vti ordinario, sed causa ad Magnam Curiam deuolui debet *Nouar. leb. 2. quæst. for. quæst. 2.*

Aduerte tertio, quod ad finem conseruandi authoritatem nostri S. C. vt, sc. à illud deferantur causæ criminales per viam appellationis à decretis latis per M. C. V., fuerunt reuocatæ omnes delegationes causarum, quę

prius

prius fuerunt conceſſæ noſtæ M. Curiæ, ordinãtes, vt inquibusdã delictis procederet vti delegata, nam iſtas ſubſtulit *pragm. 84. num. 2. de Offic. S. R. C.* vbi fuit diſpoſitum, vt procederetur contra delinquentes in Tribunalibus Ordinarijs abſque delegatione, ad finẽ, vt partes poſſint vti remedijs appellationũ, & alijs exceptionibus à iure conceſſis *Reg. Sanfelic. in praxi iudiciar. ſectio.* 16. & repetit *in dec. 368. num.* 1. ſed heu res deploranda, quia ob peccata noſtri Regni talis *prag.* nõ obſeruatur, nam ſepè à Dominis Proregibus noſtri Regni non ſolum ordinantur Delegationes cauſarum criminalium noſtræ Magnæ Curiæ Vicariæ, ſed etiam Regijs Audientijs Prouincialibus noſtri Regni, & pauperrimi Rei, qui ſperant ſuam innocentiã demoſtrare, & ſuis defenſionibus ſuffragari coram Tribunalibus Superioribus, remanent omni auxilio deſtituti, quia eis non ſolum non conceditur appellatio ad Tribunalia Superiora, ſed nec etiã poſſunt obtinere reclamationes in Collat. Conſ. & multoties aſpicitur, vt id quod ſub zelo Iuſtitiæ à Dom. Proregibus circa has delegationes ordinatur, vt plurimum reſultat in oppreſſionem innocentiæ, ad hoc inuigilare deberet noſtra Ciuitas, quæ vti Caput Regni ſolet omnibus eius neceſſitatibus prouidere, ſupplicando noſtram Catholicam Maieſtatem pro exequtione prædictæ *pragm.* vt prędictæ delegationes Tribunalibus Ordinarijs non cõcedantur, vt debitis appellationibus, & alijs remedijs ordinarijs inquiſiti poſſint iuuari, & ſi aliquando in cauſis grauiſſimis videretur Dom. Proregibus illas delegare noſtrę M. C. vti excelſo Tribunali, vbi reſident duo Conſiliarij Supremi Pretorij, non eodem modo peragant cum Regijs Audientijs prouincialibus noſtri Regni, vbi aſſiſtũt vt plurimum Iuuenes inexperti, & non maturi Iudicij. Vel ſaltem, vt ex decretis Iudicum delegatorum reclamationes concedatur in Collaterali Conſilio, dum ſapiunt naturam veræ defenſionis.

Aduerte tamen, quod quando appellatio competit noſtro Sac. Conſilio à decretis latis per M. C. Vicariæ in cauſis criminalibus, debent
11 noſtri Conſiliarij celerem expeditionem concedere cauſis prædictis, ne inquiſitus ſi eſt innocens iniuſtè detineatur oppreſſus, & ſi eſt Reus de ſuis facinotibus condignam pęnam reportet in aliorum exemplum, & ad Reipublicę vtilitatem, hac de cauſa ſtatuit noſtra *pragm. 80. de Offic. S. R. C.* quod quando appellatur ab indebita citatione ordinata à Mag. Curia Vic. debeat Preſidens S. Conſilij in eadem decretatione de verbo faciendo ponere clauſulam, vt partes infra menſẽ procurent d. relationem, alias illo elapſo M. C. V. procedat ad ea, quæ incumbunt.

Sed peti poteſt quomodo apud nos in cauſis criminalibus detur tertia appellatio, cõtra iura communia diſponentia, Ne liceat tertio prouocare, nam prius appellatur in d. cauſis criminalibus à primis decretis ad Curiam ſecundarum cauſarum Baronum, ſecundo ad Regias Audiencias, tertio ad M. Curiam Vicariæ, poſt remò vero ad S. Conſilium, & hoc modo nedum tertia, ſed quarta conceditur prouocatio. Harũ enim noſtrarum ſanctionum non aliam rationem aſſignant noſtri Regnicolæ, niſi quia ſic noſtris Regibus placuit, ſed ego addo, quod ita placuit, vt partes ſe ſatisfaciãt in eorum iuribus proponendis, ne cõquerantur, quod ipſorum iuſtitia non fuit cognita, vt autem hę querimoniæ euitentur, ſumma pietas noſtrorum Regum has prouocationes conceſſit ad quietem noſtrorum Populorum, qui nunquã in litibus ſatiantur, niſi ad ſummam ægeſtatem reducantur.

PRÆSTANTIA V.

Præſtantia S. Conſilij eſt, vt in vno die cuiuslibet hebdomodæ cauſas grauaminum decretorum interlocutoriorum Mag. Curiæ Vicariæ, audiat.

SVMMARIVM.

1 *Decretorum interlocutoriorum grauamina illata à M. C. referũtur in vno die cuiuslibet hebdomodæ ad Sac. Conſilium Neapolitanũ.*

2 *Decretorum interlocutoriorum forma traditur, quando reuocantur vel emendantur à Neapolitano Conſilio.*

3 *Præſtantia S. Conſilij erga Mag. Curiam Vicariæ cognoſcitur, quia quotidie eam redarguit tanquam minorem.*

4 *Appellari non poteſt à decretis interlocutorijs ante prolationem ſententiæ definitiuæ, & quando d. regula limitatur.*

5 *Appellatio à decretis interlocutorijs de iure canonico conceditur.*

6 *Curia Superior, cognito grauamine illato, cauſam non amplius remittit Curiæ inferiori. Præſtantia S. Conſilij Neapolitani eſt, vt correcto grauamine cauſam remittit, ſicut agit Senatus Regni Aragonum.*

7 *Appellatione pendente à decreto interlocutorio coram Senatu, Iudex à quo non poteſt in cauſa procedere, ſecus ſi pendet coram alia Curia Superiore.*

8 *Appellationis cauſam Supremum Prætorium*

nedum

6 *nedum poterit reuocare, sed etiam commutare vltra petita, licet pars victa acquiescat sententiæ.*

9 *Appellationem poterit Senatus annullare, ac si preposita non fuisset, ex capite notoriæ iniustitiæ.*

10 *Senatus Supremus detecta iustitia, sicut non curat de re iudicata, ita non curat de iniusta appellatione.*

11 *Decretorum interlocutoriorum iustitia debet constare ex eisdem actis.*

Senatus Neapolitanus ab scripturas noniter presentatas non corrigit decretum, sed ordinat, vt Curiæ inferiores super d. scripturis præsentatis iustitiam facit.

12 *Confirmationem coram Senatu potest petere pars, decreti lati à Iudice inferiori.*

13 *Appellatio à grauaminibus decretorum interlocutoriorum debet proponi infra decem dies, alias transit in rem iudicatam.*

14 *Vota præstabant tam Iudices Mag. Curiæ Vicariæ, quam Consiliarij nostri Senatus, quando causa grauaminum proponebatur per M. C. V. in S.C. decidenda.*

15 *Causa semel, relata in vna aula Sacr. Consilij quo ad reliqua incidentia in eadem Aula referri debet.*

16 *Causas relationum M.C.V. non potest S. Consilium impedire.*

IN omnibus nostræ Italiæ Ciuitatibus principalioribus duę constitutę sunt instantiæ vna coram Iudicibus inferioribus Alia coram Senatu seu Iudicibus Superioribus. vbi ipse Senatus causam cognoscit, & iudicat, cumque beneuoli, & prouidi nostri Reges multum de nostro Senatu confisi fuerint, agnoscentes, quod sępe sæpius Iudices nostrarum Curiarum inferiorum, vel ex malitia, vel ignorantia grauent partes in decretis interlocutorijs, propterea, vt non minus litigantes iustitiam consequantur à grauaminibus decretorum definitiuorum, per ordinarias appellationes, quam incidentiũ & interlocutoriorum, voluerunt omnibus litigantium necessitatibus occurrere, ideoque ordinarũt, vt in vna die cuiuslibet hebdomadę, de grauaminibus dictorum incidẽtium cognoscere deberet noster Senatus, tam
1 causarum ciuilium, quam criminalium, per relationes quas faciunt Iudices dictarum Curiarum in vna ex Aulis d. Sacri Consilij, vt statuit nostra *pragm.* 18, *de Offic. S.R.C.* dies vero destinatus à d. Ferdinando Primo in d. *pragm.* 18. fuit dies Mercurij, sed postea noua obseruantia aptiorem diem Iouis reputauit, vt asseritur in d. *prag.* 18. nisi occurrerit permutari, ob diem feriæ, quæ in die Iouis eueniret, sed per nouissimam *pragm.* 84. *num.* 7. *eod. tit.* est statutum, quod de causis interlocutorijs M. C. V. habentibus vim definitiui causarum criminalium, quando appellatur à partibus, vel à Regio fisco petente recursũ, possit M. G. V. in quocumque die referre in S.C. causas grauaminum propositorum.

Ordinatur autem d. nostris Iudicibus per Spectabilem Præsidentem d. Sac. Consilij, quando partes se grauant à d. decretis interlocu-
2 torijs in supplici libello, quod d. nostra M. Curia, vel illę Curiæ, quæ partes grauarunt, Verbum faciant de decretis prędictis ad nostrum Sacrum Consilium, quod si viderit ipsam Curiam grauasse litigantes cum suis decretis, solet ordinare eorum reuocationem, vel correctionem, & emendationem, prout iuri, & rationi conueniunt, hac verborum forma *Remissa est eidem Mag. Cur. quæ prouideat*, &c. sicut occurrentia causæ exigit; sed si iusta fuisse lata dicta decreta aspexerit, illa confirmat, & approbat, pronunciando hoc modo *Remissa est causa eidem M. Curiæ.* cuius verba nil aliud denotant, nisi approbationem decreti, ritè, & rectè lati, & hoc modo normã dat, & instruit d. Curias, quid erit gerendum, vt fatetur *Vincent. de Franch. dec.* 88. *in fin & Tassone in prag. de antefato vers.* 3. *obseru.* 3. *num.* 109. Et ex hoc cognoscitur PRÆSTANTIA S. nostri Cons. erga d. Mag. Curiam, quia quotidiè eam redarguit tanquam minorem, & iden Moyses erat Maine Aaron, quia instruebat, & redarguebat eom, tanquam minorem, notat *Glos. in cap.* 2. 24. *distin. per tex. in cap. inter hæc de penit. distin.*

Quam praxim esse iuri consonam dixit Surgente de *Neapel. Illust. c.* 18. *n.* 11. ex doctina *Bald. in l.* 1. *col. vlt. Cod. Quomodo, & quan* Index, quia talis recursus vim appellationis habet *l. cum olim.* 7. *in fin. de dolo, & centum. cap. cum causa* 22. *de offic. de leg. Capiblãcus de Baron. cap.* 15. *num.* 11. *lib.* 2. etenim appellatio defertur ad *S.* Consilium, tam per sollemnem formam appellationis, quam per recursum habitum à parte de grauamine illato, sed quia impossibile est Senatus semper expectare consensum, eumque singulis vacare litigijs, propterea cum causas iustas aspexerit definitas in interlocutorijs, illas suis Curijs remittit, non obstantę d. appellatione.

Quidam practici nõ possunt cognoscere, quam Præstãtiam exerceat noster Supremus Senatus, audiendo relationes dictarum Curiarum sibi subiectarum, dicunt enim causas referre ad Curiam Supremam, vocatur in iure relatio *l. fin. ff. de relatio.* vbi *DD. Duaren. in tit. ff. de appellat. in princ.*, & ista relatio nil aliud denotat nisi consultationem, & Consilij requisitionem, vt aduertit *Vant. de nullit. ex defectu iurisd. num.* 145., qua pendente, ad Principem seu eius Senatum iurisdictio trãsfertur *Lancell. de attentatis p.* 2. *r.* 8. *n.* 6. *& seq.*

igitur

igitur nil ſupra debitũ modũ exercet, dum cauſas grauaminũ audit. Sed errãt certè practici, qui radicitus rem penetrare nõcurant, nã talis PRÆSTANTIA prerogatiua excelſa eſt, cognoſcendi grauamina Curiarum inferiorum, ſi conſideremus iura communia prohibentia appellationem à decretis interlocutorijs ante prolationem ſententiæ definitiuæ *l. ante ſententie tempus* 7. vbi: *Gloſ. in verb. diſcuſſore*, & ibi: *DD. C. quorum appell. non recip. l. 2. C. de Episcopal. aud.* ibi: *ante definitiuam ſententiam* vbi: *Gloſ.*, *l. fin. C. de ſent. & interloc. omn. Iudic. l. apertiſſimi C. de Iudic. Barboſ. in d. l. 2. & in cap. cum ceſſante de appellat. num. 4. Lancellott. de attent. par. 2. cap. 20. lim. 12. num. 1. Tholoſan. de appell. lib. 2. cap. 3. num. 7. Maranta de ordin. Iudic. in 3. & vlt. p. ſexte partis actu. 1. n. 6. Scaccia de appellat. quæſt. 17. lim. 46. num. 1. Buccaron. de differ. iur. ciuil. & crim. differ.* 199. *nu.* 1. & dixi in *c. 1. præſt. 46. §. unic. nu. 5. verſ. an autem*; niſi interlocutoria haberent vim definitiui, quæ non poterunt per Iudicem à quo reuocari *Surd. conſ.* 288. *num. 2. lib. 2. Bald. in l. arbitro ff. qui ſatisd. cog. Xamar. de Offic. Indic. par. 1. quæſt. 15. num. 65. Vela differt. iur. 41. num. 1. 4. & 31. tom. 1.* prout eſſet interlocutoria ſuper iuriſdictione Iudicis *Gloſ. in auth. habita C. Ne filius pro patre* ibi: *quod ſi Index*, (ſed intellige, quod tunc competentia Iudicis habet vim definitiui, quando controuerſia eſt inter partes, & hoc caſu competit appellatio, ſed ſi eſſet diſcordia inter Iudices delegatos, & Ordinarios, ſi Iudex pronunciet ſe competentẽ, non datur appellatio *Innoc. in cap. ſup. literis de reſcriptis Angel. in l. ex quocumq. ff. ſi quis in ius vocatus non ierit Paul. Anton. del Bene ſingul. 13. to. 2.*) vel niſi interlocutoria in rem iudicatã tranſiuerint *Monter. dec. 3. Aragon.* vbi late. Vel niſi res nõ eſſet integra, poſt ipſius executionẽ, per quam quæritur ius parti, *Barl. in l. quod iuſſit num. 16. ff. de re iudic. Abbas in d. cap. cum ceſſante Iaſon. in l. ſi opus num. 3 ff. de nou. oper. nunc. Xamar. d. quæſt.* 15. *num.* 67. Vel quando eſſent geminata interlocutoria, quæ non poſſunt reuocari, vt dixit *Gloſ. in clem. fin. in verb. ſuper ea ad finem* de *appellat. Corſett. de verbor. gemin. in princ. quæſt 36. num. 17. Gratian. dec. March. 33. num. 12. & 13. Xamar. d. quæſt. 15. num.* 67; alij caſus referuntur in *deciſionibus*, *ſeu præiudicijs Cameræ Imperialis incerti authoris pag. 25.* in omnibus iſtis caſibus datur appellatio à dictis decretis interlocutorijs, ſed iſti caſus cognoſcuntur à Iudice appellationis, tranſmiſſo toto proceſſu apud Iudicem ad quem, ſecundum formam veræ appellationis. At vero noſter Senatus cognoſcit grauamina dictorũ decretorum per viã ſummariæ cognitionis ad ſimplicẽ relationẽ noſtræ M. Curiæ, qui ſi viderit fuiſſe partibus illata, illa reuocat, & dat ordines opportunos, vt de iure diſponitur, ſiuè interlocutoria habeant vim definitiui ſiuè non, ſiuè res ſit integra ſiuè non, vel geminata, vel grauamen irreparabile continentia, & in omnibus alijs caſibus in quibus prohibetur appellari ante ſententiam definitiuam.

Alia ratio aſſignari poteſt cur noſtra Suprema Curia cognoſcit de talibus interlocutorijs, ad ſimplicem partis ſupplicationem, propoſitam Præſidi d. Senatus, quia ſc. de iure canonico conceditur à talibus interlocutorijs appellatio, *cap. non ita 2. quæſt. 6. Gloſ. in d. l. antæ ſententiæ in verb. diſcuſſore Buccar. d. differ.* 199. *num.* 2. nam de iure canonico ab omni grauamine datur appellatio *cap. quicumque 11. q. 1. cap. cum ceſſante, cap. ſuper eodem, & cap. cum ſit* Romana 2. *de appellat. & dixi ſup. in cap. 1. præſt. 46. §. vnic. num. 5. verſ. an autem*, quibus addo *Gloſ. in l. 2. C. de Episcop. aud. Aluiſius de Albertis ſingul. 85. per totum, in ſingul. diuerſ. tom. 2. late Matthesil. in tit. Cod. Quorum appellat. non recip. Bald. ſing. 16. & 17. Dynus, & Rayner ſingul. 47.* & cum Sacrum Conſilium obſeruet æquitatem iuris Canonici, recipit appellationes dictorum grauaminum.

Præſtantia prædicta maior cognoſcitur, quando coſideramus, quod Sacrum Conſilium purgato grauamine illato à Curia inferiori vel à Mag. Curia eidem denuò cauſam remittit, aliter enim diſponunt iura communia, quod ſc. quando Iudex inferior grauat, ſuperior tollit cauſam à Iudice grauante, quia præſumitur ſemper grauare, adeoque redditur ſuſpectus *c. ad hæc loprim.* vbi: *Panorm. de appellat.* ideoque poterit retinere cauſam apud ſe, emendando grauamen, iuxta *tex. in c. vt debitus honor in fin. de appellat.* vbi, *Gloſ. in verb. alioquin*, quod etiam ius ciuile permittit per *tex. in l. ſi quis prouocatione C. de appellat. Barl. in l. eos num. 4. C. de appellat.* vbi dicit, quod non poterit Iudex appellationis remittere cauſam ad primum Iudicem emendato grauamine, quando appellatio eſt iuſta, late *Brederod. de appellat. par. 1. tit. 20. in verb. ab interlocutoria verſ. de deuolutione fol.* 470. alios citat *d. Bonit. in d. pragm. 18. num. 2. de offic. S. R. C.* aliæ vero Curiæ Europæ ſimpliciter remittunt, vel retinent cauſas apud ſe *Scaccia de appellat. quæſt. 17. lim. 17. memb.* 3. ſed noſter Senatus correcto grauamine mandat Iudicibus, vt hoc vel illo modo prouideant *Franc. dec.* 88. *in fin. Conſil. Altimar. de nullit. rub. 3. quæſt. 4. num. 2.* ſed hoc obſeruatur in noſtro Senatu ex ſpeciali ſua

præro-

prærogatiua, ne tot, & tātis litibus inuoluetur, vt dixit idem *Franc.d.dec.*88. *in fin.*& nō solū in hoc Regno, sed etiā in Regno Aragonio porgato grauamine remittitur causa ad inferiorem, quigrauauerat *Bellnga in specul. Princip.tit.de Præsidibus*§.*cæquetur fol.*175. *vers.si autem ex iniustitia*, quem refert *Franc. d. dec* 88. *in fin.& dec.*528. vbi in illa causa Sac.Conf.remisit eidem Mag.Curiæ, vt citra tor turam causam expediret, & licet in dicto Regno Aragoniæ seruetur generaliter, nos autē nō seruamus nisi in S.C.ergaM.Cur. V. Admiratę, & alias Curias Neapol.existentes *Muscatell. in prax. par.* 3.*glos.partis.num.* 74.sed melius dixit *Reg. Ronit.in pragm.* 18. *num.*6.*de offic* S.R.C.hanc prerogatiuā competere nostro S. Consilio ob eius magnam Præstantiam, ad istar Supremi Principis, qui poterit causam remittere ad primum Iudicem emendato grauamine, idem dixerunt *Capiblancus in prāgm.* 3. *de Baron.num.*173. *Reg.Sanfelic.in dec.*363.*num.*1 2.per illa verba *fuit habitum pro vero, nullatenus posse nisi S. C.ex sua præeminentia emendato granamine remittere causam priori Iudici, secus in alijs iudicibus*, & tandem *Luca ad Francum in obser.ad d.dec.*528. *num.* 5. vbi contra *Dansam,& Scialoyam* concludit solom Sac. Consilio competere hanc potestatem, non alijs Iudicibus inferioribus.

Est denique alia PRÆSTANTIA notanda in hac cognitione grauaminum, quam facit noster Senatus de dictis interlocutorijs, etenim dubitatur inter Doctores, an proposita appellatione ab interlocutoria possit Iudex à quo procedere ad vlteriora, quando non fuit facta inhibitio, quia si præcesserit inhibitio ligantur manus Iudicis inferioris, per *tex.in c. nō solum circa fin.de appellat. Lancell. de attentatis cap.*12.*lim.*1.*num.*1.*& seq. Buccaron.d.differ.*199. *num.* 3., iu qua questione sunt iura sibi ipsis contraria. Primus est *tex.in cap.*2.*de dolo,& contumat.in* 6.*& in clemen.*1.*eod. tit.in* 6. vbi si quis appellat ab interlocutoria, non est iterum citandus in causa, imo contra ipsum potest procedi ad sententiam definitiuam, quia est verus contumax, igitur constat apertè, quod durat iurisdictio Iudicis à quo. E contra vero adversatur *tex. in cap.per tuas de sentent.excom.* vbi qui appellat ab interlocutoria est ipso iure exemptus à iurisdictione Iudicis à quo, nec valet processus, & sententia, quam Iudex à quo post appellationē facit *c.licet de senten. ex communic.in* 6. *cap. ad audientiam cap. dilectus de appellat* pro quibus iuribus cōciliandis *Metthesilans singul.* 2. *post Glos.in d. clem.* 1. *de dolo, & contum.* distinguit duos casus dicendo, quod aut appellar aliquis à Iudice à quo ad Iudicem ad quem legitimè, idest ritè, & rectè, & tunc post appellationem ab interlocutoria nou potest procedi ad vlteriora, iuxta *tex. in d.cap.per tuas*. Vel appellatio ab interlocutoria non fuit facta ritè, & rectè, puta quia non appellauit in scriptis, vel non expressit causam grauaminis, quę debet exprimi in appellatione ab interlocutoria, & tunc, quia appellatio non tenet, vti verus contumax reputatur, & proceditur coram Iudice à quo, nisi essemus in causa criminali, & vbi agitur de prєiudicio irretractabili, quia in isto casu per appellationem ab interlocutoria ligatur manus Iudicis à quo, etiam ante inhibitionem *Bald. in rub. C. cōminat. vel epistol. n.* 2. *in fin.* alijq;quos refert, & sequitur *Buccar.de differ.*199.*n.*4.

Sed nota, quod tam in causa ciuili quam criminali, si appellatio à decreto interlocutorio ad Superiorem Iudicem fuerit deuoluta, poterit Iudex à quo grauamen decreti interlocutorij emendare, si principali negotio præiudicat per *tex.in l.generaliter C.de reb. cred. & iur. cap.si à Iudice de appell.in* 6. *Tapson.in pragm. de antef vers.*3.*observ.* 3.*nu.* 111. dicēs cū *Andrea de Isernia* magnā fuisse quæstionem super tali articulo inter Innocentium affirmantem posse reuocare, & Hostiensem negantem, sed fatetur Innocentij sententiam esse communiter approbatam, quia melius est se ipsum corrigere, quam expectare, vt ab alio corrigatur §. 1. *de nuptijs Glos.*1.*in auth.vt fratrum filij Rouit.in rub.* 1.*de appellat.num.*10. Sed hæc omnia procedunt inter Iudices inferiores primæ, & secūdę classis, sed non de appellatione proposita coram Supremo Prætorio, coram quo si fuerit facta appellatio ab aliqua interlocutoria, non potest Iudex inferior procedere in causa, vel reuocare à se gesta, nisi essent nulla, *Lancellottus de attentatis post inhibitionem par.*2.*cap.*20.*lim* 23.*Xamar.d. cap.* 15. *num.* 68.nā relatiue pendente, vel consultatione nil est innouandum *Medices de nouatio.tom.* 6.*par.*2.*pag.*389.*col.*3.*verb.relationem Salgad. de reg.protect.par.*1.*cap.*7.*num.*1.*&* 50.*Cresp. de Valdaura obseru.*68., & in hoc casu est intelligendus *Dom. Altimar.* qui generaliter hanc conclusionem firmauit *in tract. de nullit.rub.*3.*quæst.*4.*num.* 14. vt sc.intelligi debeat de appellatione proposita coram Suprema Curia. Et ratio est, quia res semel effecta manu Principis, suspenditur à iurisdictione Iudicis inferioris, & non exit à Principe, nisi rursus remittatur, vt post *Bald. Cabed.& Valasch.* resoluit *Phcb.par.* 1. *dec.* 80. *num.* 3. *& seq. Barbos. in repert. var. conclus. in verb. Princeps Solorzan.de iur.indiar. tom.* 2.*lib*, 4. *cap.*7.*num.*28.*Pegas var.resol.cap.* 18. *nu.* 44. *& ad ordin.Portugal.lib.*1.*tit.*1.*glos.*77. *num.* 1.postquam varo decisa fuit per Regem, vel eius

eius Supremum Conſilium, tunc erit proſe-
quenda cauſa ſuſpenſa ad *tex. in auth. qui ſi-
mul C. quomodo, & quando Iudices Fermoſin.
in cap. paſtoralis de cauſa poſſ. & proprie. quaſt.
2 per tot. & num. 3. Baron. de effect. inimic, ad
racemationes num. 90.*

PRÆSTANTIAM etiam cognoſces in hac ma-
teria appellationis apud S. C. quod poterit
8 ſententiam in gradu appellationis, nedum
reformare addendo, vel diminuendo, ſed etiã
totam ſententiam commutare, licet non pe-
tatur à partibus talis reformatio *Abbas in
cap. Raimitius de teſtam. nu. 10.*, qui ait, quod
vbicumque ex deductis in iudicio poteſt
parti aliquod ius competere, ſuper illo pro-
nunciare tenetur ex officio, etiam ſi pars
illud ignoret, idem *Abbas in cap. cum cauſa
de re iudic. Bal. in l. ſi expreſſim ff. de appellat.
Azeued. ad l. 7. num. 98. tit. 18. lib. 4. recompil.*
imo addo vnum, quod eſt conſideratione
dignum, quod licet pars victa acquieſcat
ſententiæ cauſæ principalis, poterit nihilo-
minus Sacrum Conſilium Principis cogno-
ſcere de illis incidentibus, quæ in ſupplica-
tione petuntur cauſam ipſam tangentibus,
quod non poſſunt facere Curiæ inferiores,
iuxta notata in *cap. vt debitus honor de ap-
pellat. Boerius deciſ. Burdegalenſi quæſt. 257.
ſed quid*, ſic affirmat *Rebuffus relatus à Dio-
nyſio Gothofred. in praxi ciuil. lib. 1. tit. 9. de
Senator. in rubr. de priuileg. Curiar. verſ. vige-
ſimo.* Similiter ob excellentiam Supremi Se-
natus, nedum poterit Sac. Conſ. in cauſis ap-
9 pellationum pronunciare benè vel malè iu-
dicatum, ſed etiam poterit ipſam appella-
tionem habere pro infecta, ipſamque annul-
lare, ac ſi illa ad Curiam Supremam propo-
ſita non fuiſſet, forſan ex capite euidentis in-
iuſtitiæ cauſę appellationis, *Gloſ. ſingularis in
clem. vnic. de immunit. Eccleſ.* vbi vide: *Re-
buffum* facit *l. verum* vbi, *Decius ff. de reg. iur.
Barbat. in repet. cap. teſtimonium in 2. par. nu.
9. de teſtib. Aufrer. in ſtylo parlam. arreſto* 120.
qui aſſerunt hanc prerogatiuam ſpectare ad
Principem, vel eius Curiam Supremam, alij
autem Iudices inferiores debent pronunciá-
re benè, vel malè iudicatum, vel appellatũ
arg. l. eos ff. de appellat. quam prærogatiuam
conuenire Sacro Magno Conſilio, vel Officia-
libus Superioribus Iuſtitiæ tenet, *Rebuffus*
ralatus *per Dionyſium Gothofredum in praxi
ciuil. lib. 1. tit. 9. de Senator. in rub. de priuile-
gijs Curiarum verſ. vigeſimo ſol.* 510. & opti-
mà cum ratione id conuenit, cum aliqua
differentia eſſe debeat inter modum pro-
nunciandi à Curijs inferioribus in cauſis a-
pud eas agitatis, & inter modum pronunci-
andi per Supremum Senatum, ſi enim Curia
ſecundarum cauſarum reſpectu Curiæ pri-
marum in Curijs appellationis determina-
re ſolet benè, vel malè iudicatum, cur idem
debemus practicare in Supremo Senatu, ne
æqualis ſit modus, & poteſtas iudicandi. Pro-
inde in ſignum eius Superioritatis maiori
poteſtate ornari debet, Senatus enim Supre-
10 mus detecta Iniuſtitia, ſicut non curat de
re iudicata *Fontanella par. 2. dec. 404. nu. 5.
& 24. & dec. 405. num. 12.* ita non curat de
remedijs appellationum aduerſus iuſtas ſen-
tentias propoſitis, non enim ſemper æquio-
rem partem inclinare debet Supremus Se-
natus, quando rerum conditio, & cauſa, aut
veritas non concurrunt, ſic videmus, quod
quando Supremo Magiſtratui datum fuit
arbitrium, vſque ad mortem illud extende-
re poteſt *Marſil. ſingul. 397. Roland. à Valle
conſ. 99. num. 28. lib. 1. Menoch. de arbitrar.
lib. 1. quæſt. 86. num. 30.*

Iuſtitia autem decretorum interlocutoriorum
propoſita in Suprema Curia, debet conſtare
11 ex eiſdem actis præſentatis in Curia infe-
riori, ob communem regulam, quod appel-
latio ab interlocutoria non poteſt iuſtificari,
niſi ſolum ab allegatis, & probatis coram
Iudice à quo *clemen. ſi appellãti de appellatio*
ad differentiam ſententiæ definitiuæ, quæ
poteſt ex nouis actis moderari, vel confirma-
ri *DD. in d. clem. appellanti* latè *Rom. in. ſin-
gul. 382. & Riccius apud Barboſ. in d. clemen.
ſi appellanti*, & dixi *in cap. 1. præſt. 46. §. vnic. n.
6.* ſi vero pars litigans preſẽtauerit ſcripturas
nouiter repertas poſt publicationem decreti
illati à primo Iudice, vel aliam nouã cauſam
deduceret, non conſideratã à Iudice inferio-
ri, hoc caſu Iudex ſuperior poterit correctio-
nem decreti facere, ob dictas ſcripturas no-
uiter repertas, & ob cauſam nouiter dedu-
ctam, & quo ad reliqua debet cauſam remit-
tere ad primum Iudicem *Bellug. in ſpecul.
Princip. rub. 38. §. conqueruntur poſt num. 11.*
At noſtrum Sacrum Conſilium ſuper ſcri-
pturis nouiter præſentatis non corrigit de-
cretum, ſed cauſam remittit ad eandem M.
Curiam ordinando, vt ſuper ſcripturis ſeù
alijs actis de nouo productis iuſtitiam faciat
Rouit. in d. pragm. 18. num. 6. de offic. S. R. C.

Sæpè ſæpius etiam occurrit, vt pars quæ obti-
nuit decretum fauorabile, ad euitandam
appellationem forſan proponendam per
partem aduerſam contra interlocutorium,
12 ipſamet præuenit cum ſupplici libello, pe-
tendo confirmationem decreti lati, & pro ef-
fectu prædicto obtinet regiam decretationẽ,
quod Magna Curia Vicariæ verbum faciat
in Sacro Conſilio ad finem prædictum, quod
de communi praxi obſeruatur, Iudex verò
d. Magnæ Curiæ refert cauſam d. confirma-
tionis in Senatu, quæ ſi iuſta apparet confir-
matur, cum decreto *Remiſſa eſt*, quæ verba
iudicant approbationem decreti lati, vt

Iii dixi;

dixi, quæ praxis deducta fuit à *tex. in l. ampliorem C. de appellat.* vt concludit *Vantius de nullit in rub. à quo, & à quibus num. 20. vers. si autem appellatus Scaccia de appellat. quæst. 20. artic. 1. num. 10.* & proposita tali petitione cõfirmationis, Iudex inferior qui decretum protulit, non potest amplius de eo cognoscere *Altimar. de nullit. rub. 3. quæst. 4. num. 14.*

Nota primo, quod talis appellatio à grauaminibus decretorum nostræ Magnæ Curiæ debet proponi ad nostrum Sac. Consil. infra
13 decem dies à die vltimi decreti lati per ipsam M. C. V. super d. grauamine, & ratio est quia talis appellatio dicitur facta à decreto interlocutorio, à quo debet appellari infra decem dies, alias quo ad partes, non quo ad Iudicem trãsit in rem iudicatam, *Glos. in cap. Romana §. si vero de appellat. in 6. & in cap. venerabilibus in verb. decemnium de senten. excom. in 6.* latè *Glos. in cap. cum cessante de appellat. ibi puta post decem dies potest Iudex mutare, & corrigere interlocutoriam, licet quo ad partes transierit in rem indicatam Aluisius de Albertis singul. 206. vide Guido Papæ singul. 597. in §. Franciscus.* Imo modernus *Vela en dissert. iur. 41. n. 2. tom. 2.* à decreto interlocutorio denegat appellationẽ de nouissimo iure pontificio.

Nota secundo, quod erat antiqua obseruantia in Sacro Consilio ãnis elapsis, vt cum à decretis M. C. Vic. appellaretur, dum causæ refere-
14 bantur ad partium instantiam ob prætensa grauamina, Iudices dictæ M. C. insimul cum Regijs Consiliarijs denuo votum præstabant, de quo stylo, vel obseruantia testantur Afflictus pluribus in locis, scil. in *dec. 180. num. 4. & in dec. 286. num. 4.* ibi: *fuit ergo votatum per Iudices M. C. V. & Dominos de Consilio*, & magis specialiter in illa causa quę referebatur, idem *Afflictus in dec. 391. num. 10.* ait hæc verba, *Relata causa in Sacro Consilio per Iudicem M. C. præsentibus dictis Iudicibus M. C. fuit dictũ, & conclusũ tam per Iudicem M. C. V. quã per Sac. Cons.*, & etiam idẽ fatetur *Antonius Capicius in decis. 78.* per illa verba *in illa causa relata per Iudices M. C. in Sacro Consilio votasse in eodẽ S. C. Iudices ipsos cũ eodem Sac. Cons.* sed hodiè hæc praxis fuit innouata multis ab hinc annis, vti iuri contraria, & hodiernis temporibus Iudices M. C. cum causas referũt in S. C. per viam grauaminum, non solum eorum votum iam, præstitum non proferunt, sed nec etiam de meritis causæ, vel de rationibus, per quas votum preberunt, alloquuntur, & tantummodo causa relata expectant, quid ordinauerit Sacrum Consilium, & hoc in signum eius Supremæ reuerentiæ.

Nota tertio, quod si Mag. Curia Vicariæ pro vna vice causam referat in vna aula Sac. Consilij, si de reliquis incidentibus eiusdem causæ agendum esset in eadem Aula quælibet causa incidens referri debet, ita de iure
15 nostri Regni disponit, *pragm. 41. de Offic. S. R. C.* sed hoc dicit *Tasson. in pragm. de antefato vers. 3. obseru. 3. num. 109.* practicari tantum in causis criminalibus, sed contrarium obseruari in causis ciuilibus, At meis temporibus vidi generaliter talem *pragm.* obseruari, tam in causis criminalibus, quam ciuilibus, vt causa semel decisa in vna aula S. Neapolitani Consilij, in eadem Aula semper proponi debeat, si denuo occurrerit causam agitari. Imo si causa fuerit ad relationem M. C. decisa per S. Consil. super aliquo incidenti, si postmodum in gradu appellationis fuerit introducta ad idem S. C., debet talis causa committi vni ex Regijs Consiliarijs eiusdem Aulæ, in qua semel fuit relata, & ita de stylo obseruatur.

Nota tandem, quod in illa die in qua causæ referuntur à M. C. Vic. ad nostrum Senatum,
16 non potest idem S. Consilium impedire has relationes causarum, nec etiam sub pretextu, quod proprias causas in Sac. Consilio introductas vellet decidere, ita fuit pluries ordinatum per Dom. Proreges huius Regni teste *Tassono de antefato vers. 3. obseru. 3. num. 109.* Imo sunt aliquæ causæ priuilegiatæ, quas Præses S. Consil. debet curare, vt citius expediantur, vt sunt causæ liquidationum instrumentorum, suspicionum Officialium, & similes referendæ ad d. Consilium, & si de mane tempus non sufficeret, debet Præses nostri Senatus de sero iterum Iudices audire pro d. causis terminandis, statuit *pragm. 8. de liquid. instrum. cap. 2.*

PRÆSTANTIA VI.

Præstantia Sacri Consilij Principis est & Senatus Neapolitani, vt possit auocare causas pendentes in Curijs inferioribus, & quando.

SVMMARIVM

1 *Senatus iudicia litigantes libenter exoptant.*
2 *Auocationis definitio traditur.*
3 *Auocatio vna est expressa alia tacita.*
4 *Actus facti à Iudice inferiori post auocationem sunt nulli.*
Auocatio potentior est appellatione.
Causa non potest prorogari post auocationem de consensu partium.
5 *Auocare causam non potest Iudex superior.*
6 *Imperator non potest euocare causas in Camera pen-*

ra pendentes, & cur.

Episcopus potest inhibere Vicario, vel Iudici à se delegato, ne iudicet.

7 *Senatus Principis potest sicut & ipse Princeps, causas in Curijs pendentes ad se euocare.*

Auocatio ad Senatum conceditur in Regno Franciæ. In Senatibus Italiæ, in S. Consil. Neapolitano, & in Rota Romana.

8 *Auocatio causarum Principi competens, est de regalibus.*

9 *Auocat Senatus causas à Iudicibus inferioribus nomine ipsius Principis.*

Senatui Supremo quedam speciales causæ cõmissæ sunt, quæ referuntur.

10 *Senatus Neapolitanus quotidiè auocat causas à Curijs inferioribus, & quomodo.*

11 *Præfectus Prætorio potest sententiam, quæ in rem iudicatam transiuit, rescindere, reuocare, & ex suo rescripto abolere.*

12 *Auocatio causarum diuersimodè competit Principi, ac Supremo Senatui.*

Auocationis iusta causa est negligentia Iudicis in expeditione causæ.

13 *Magna Curia Vicariæ solet expedire prouisiones Curijs Regijs vel Baronalibus, vt procedant ad expeditionem causæ infra breue tempus, sub pœna auocationis.*

14 *Aucationis causa debet probari coram Iudice, at in Senatu debet tantum ex actis cõstare.*

15 *Auocatoriæ literæ non requiruntur in causis criminalibus in Supremo Senatu, sed sufficit denunciatio.*

16 *Auocatio causæ permittitur à Supremo Senatu, quãdo Iudices fuerũt in paritate votorũ.*

17 *Auocationis rescriptum siuè iustum siuè iniustum timendum est.*

18 *Auocantur faciliter ad Senatum causæ miserabilium personarum.*

19 *Auocantur causæ ratione litis pendentiæ, vel causarum continentiæ.*

20 *Continentia causæ ex triplici respectu in foris obseruatur, sc. personarũ, subiecti, vel actionis.*

Continentia causæ etiam habet locum, quando personæ sunt diuersi fori, & quando, & quid in causis criminalibus.

21 *Suprema Curia quæ cognouit de vno delicto, etiam debet de omnibus alijs inquisitis cognoscere.*

22 *Continentia causæ ratione subiecti, vel actionis non debet diuidi.*

23 *Litis pendentia multipliciter inducitur.*

Continentia causæ debet allegari ante litem contestatam.

24 *Auocare causas possunt Principes Marchiones, & Duces, qui habent iura Imperij.*

25 *Auocatio causæ fit per viam preuentionis apud Sacrum Consilium.*

Præuentionis Iudex fit competens, alter vero remanet incompetens.

26 *Iudex eiusdem Curiæ non potest inhibere alteri ne in causa procedat, sed partibus, ne coram alio Iudice compareant.*

27 *Auocatio causæ non conceditur nisi proposito grauamine, & parte petente.*

28 *Auocationem non habet Princeps in aliquo dominio, quando ius regale auocatorium à se abdicauit.*

29 *Auocatio causarum, vt ad Curiam, & Aulam Regiam extra Regnum existentem non fiat, fuit ex gratia Regnis Siciliæ concessum.*

Regem à se abdicasse Supremam potestatem per quamcumque concessionem non præsumitur.

30 *Vota causarum Neapolitanorum, vt transmittantur ad Regiam Aulam ante decisionem. Vel vt non procedatur ad actum irretractabilem, solet ordinare Catholica Maestas.*

Causæ Visitationis Magistratuum inditantur in Regis aula.

31 *Auocatio non datur inter dua Tribunalia æqualia, sed præuentio.*

32 *Baronibus non licet causas auocare, quia Regalia non fuerunt eis concessa.*

33 *Auocatorium rescriptum Supremi Iudicantes non faciliter concedunt ob multa damna, quæ resultant.*

SEpè partes coram Senatu causam agere malunt, quam in alia Curia inferiori, ideo de facili ad illum recurrunt, vel Magistratuũ sapientia allecti, vel eorum bonitate, & æqui-
1 tate commoti, varias causas grauaminum à Curijs inferioribus receptas proponunt, vt omni studio causas apud illum prosequi valeant, quapropter procurant, vel ratione litis pendentiæ, vel preuentionis, aut causæ connexitate ad Senatus iudicium litigia transferre, & euucari, & quia necesse est subditorum querimonijs satisfacere, idcirco nostri Senatores de facili concedunt literas euocatorias aduersus Curias inferiores, vt eadem facilitate retractare valeant, si exposita veritati non copulentur, vt igitur cognoscatur, quid sit hæc euocatio causarum, quæ in Tribunalibus frequentissime à litigantibus proponitur, rei contextura suadet, vt eius naturam, & effectus consideremus, ad finem cognoscendi præeminentiam, qua fulget noster Senatus, quando tale subsidiom ab eo postulatur.

Definitur Auocatio, vt sit litis pendentis corã Inferiore Iudice ad Principem, vel Superiorem absque prouocatione facta translatio. *Re-*
2 *buffus in tract. de euocatio. quæst. [illegible] super leges Regias tom. 1. Couarru. pra[illegible] quæst. cap. 9. nu. 1. Todut. Salegar. de preuent[illegible] 7. n. 5. tom. 1. fol. 435. Med. de iure accadt. lib. 3. disp. 4. quæst. 2. n. 401.* dixi *litis pendenti[illegible]*, quia ad auocationem necesse est, vt lis pendeat, quæ enim non pendet non potest euocari, *cap. ad dissoluendum*

de despons.impuber.l.decem ff.de verbor.Mend.
loc.cit.Peguera in praxi ciuil.tit. de euoc. caus.
Ripoll.de regal.cap.25. num. 13. & in hoc dif-
fert appellatio ab euocatione, nam illa præ-
supponit litem finitam, auocatio vero pre-
supponit litem pendere. *Rebuffus in d.tit.de*
euocat.artic.1.num. 96.fol. 448., quæ euoca-
3 tio fieri dupliciter potest expresse, scil.quãdo
causam coram aliquo Iudice pẽdentem ab eo
auocat *cap.vt nostrum de appellat.* tacite,quã-
do fit per manus appositionem, nempè,quã-
do Princeps causam coram aliquo Iudice Or-
dinario cæptam, alteri scienter delegat, & cõ-
mittit,ex hoc enim videtur eam à Iudice Or-
dinario acitè euocare *cap .ceterum de rescri-*
ptis Couarru. practic.cap. 9., & est differentia
inter expressam, & tacitam euocationem, vt
expressa liget manus Iudicis, & totius Tri-
bunalis inferioris, tam quo ad partes litigan-
tes,quam quo ad tertium,tacita vero tantum
quo ad ipsas partes litigantes,non autem quo
ad tertium, & ideo non obstante ista tacita
euocatione,poterit vnus ex litigantibus age-
re contra tertium *Tondut. de preuent. par. 1.*
cap.7.num.17.

Est etiam tante efficaciç talis potestas euocatio-
4 nis, vt omnes actus facti post illam obtentã
erunt irriti,& inanes *cap.nomen 2. quæst. 1.c.*
multum stupeo 3.quæ.6. & cap.Ecclesia S.Ma-
riæ Vt lite penden. Iacob. de S. Giorgio de feud.
in glos.Vicariusque perpetuus, sicut si factum
fuisset post appellationem interpositam, *Re-*
buffus de euocatio.quæst.11. Laucellottus de
attentatis par.2.cap.10. nu.1. & seq. Gayll.lib.
1.obseru.41.Schrader. de feud.par. 10.sectio.1.
*num.*180.hinc dixit Rota *dec.343.par.2. Ru-*
bei, quod si Papa auocauerit apud se cau-
sam, Iudex inferior non poterit de ea am-
plius cognoscere, imo potentior est appella-
tione, quia post euocationem attentata facta
continent maius delictum, & sunt maioris
ponderis attentatis gestis post appellationẽ
Lancellott.de attentat.cap.10.nu. 3. & 9.Ton-
dut. d.cap.7.num.4.tom. 1., & magis opera-
tur euocatio causæ, quam appellatio *Iacob.*
de S. Giorgio loc. cit. post *Boer. & Abbat.* ab eo
allegatos,nam appellatio nisi fiat iustè,&cum
legitima causa, nõ suspendit iurisdictionem
Iudicis à quo, *cap.cum appellationibus de ap-*
pellat. in 6; quia consistit in iure,non sic euo-
catio quç cõsistit in facto, & siuè iustè siuè in-
iustè facta, suspendit iurisdictionem Iudi-
cis inferioris *Boer. de auth.magn. Consil.num.*
158.circa medium; quod etiam patet, quia
nec etiam de consensu partium poterit Iu-
dex inferior procedere post euocationem
sine consensu Principis, vel Senatus, *Rebuffus*
d.quæst.11.differ. 12. Aufrer.ad Cappell Tho-
losan.dec.481. Lancellott. loc.cit. nu.3 Barbos.
in l.1.ff.de iudic.artic.4.num.42. alter *Barbos.*
in d.cap.vt nostrum num. 3. de appellatt. Rota
dec. 76. in nouiss. Vrsell. in eiusm. opum concl.
172.num.3.tom. 2. in verb. auocatio., prout
de Statibus Imperij dixerunt *Matthias Ste-*
phan.de iurisd.lib. 1. cap.25. num.50. Vulteus
ad l.1. num. 168.C. de iurisdict. Rumellin. lib.
2.ad auream Bullam dissert.1.concl.9. vbi *Ad-*
ditio, & nec etiam ratione pacti, aut interpo-
siti iuramenti prorogatio poterit subsistere
per *l. non dubium C. de legibus Vrsill. ad Affli-*
ct.dec.155.num.3.Grenè lib.1.concl. 40. num.
5.& 6.Vnames.cons.11.cent.2. Tondut.de pre-
uent.par.1.cap.11.nu. 3. Myler. de statib. Im-
per. cap. 42. num. 3. Imo requiritur, quod
Papa vel Princeps de certa scientia id faci-
at,alias secus,quia causa semel effecta Curia-
lis,sine expresso Principis consensu, seù de
certa scientia, iterom remitti non potest,
post multos citatos *Vrsell.d. concl. 172. num.*
12.in verb.auocatio.tom.2.

Vt autem cognosci possit PRÆSTANTIA, qua
ornatur Supremus Senatus euocandi causas
pendentes corã Iudicibus inferioribus, opor-
5 tet primum inuestigare, quid disponont iura
circa d.euocationẽ, & Regula iuris est, quod
Iudex Superior non possit iurisdictionem Iu-
dicis inferioris,qui in causa processit,auoca-
re,nisi per viam appellationis, aut ob dene-
gatam iustitiam causa ad illom deuoluta sit,
cap.cum ab Ecclesiarum.cap. irrefragabili de
offic.Ordin. Rebuff.in constit.Franc. in tract.de
euocat.quæst.5.num.4. vbi infert legatum Pa-
pe sine expressa concessione non posse auo-
care ab Episcopo, vel ab alio ordinario, *c.per-*
uenit vbi: *DD.11.quæst.1. Glos.in cap.vt debi-*
tus honor vers. si deiciat de appellat; cum hodie
sint distinta territoria, & quilibet forus cen-
seatur pro modo territorij, *l. pupillus §. terri-*
torium ff. de verbor signific. & affirmant etiam
Azeued.in leg. noua recompil. lib.3. tit. 4. in l.
45. pag.170.tom.1. Vuesebec.in tit. Cod. de or-
din.iudic.in rub.num.11.Coler.de process. exec.
par. 2. cap. 1. num. 165. vbi enim diuersa est
iurisdictio, vna caueat se intromittere in alia
Angel.in l.cum pretor 2.num.3.ff.de iudic; ne
iudicia turbentur, aut differantor, *l. consulta*
23.C. de testam.Felin. in cap. pastoralis de offic.
deleg.David Mºuius in ius Lubecens.lib.5 tit.3.
artic.6.num.16. alios refert: *Dom. Altimar. de*
nullit.rub.9.quæst.29.num. 1. nec turbandus
est Iudex inferior per mandata, & præcepta
Iudicis Superioris, *Roland.à Valle consil. 96.nu.*
7.vol.3. Menius loc.cit.num.20., & ita de iure
Cathaloniæ esse constitutum, per constitutio-
nes illius Comitatus dixit *Ripoll. de regalijs*
cap.25. num.5. & in nostro Regno est regia
pragm. Regis Ferdinandi Primi disponentis,
quod inprimis causis tam ciuilibus, quam
criminalibus cognoscant Iudices Ordinarij
locorum, ne causæ à proprio foro extrahan-
tur,

tur , etiam ſi per Regia Tribunalia regioſq;
Officiales,ſeù Barones eoocarentur, cui con-
cordat *Capitulum Caroli Quinti* obtentum
ad ioſtantiam Ciuitatis Neapolis, vbi ſtatui-
tur priuilegia conceſſa Baronibus inuiolabi-
liter obſeruari, maxime ſi lis fuerit coram
Iudice inferiore conteſtata. *Berlich. dec.* 529.
*Menius loc.cit.d.articul.6.num.*19.

Et ratio eſt cur denegatur euocatio , quia iſtæ
Curiæ inferiores noo habent iuriſdictionem
à Iudice Superiore , ſed ab ipſoRege ,
& qoando iuriſdictionem non recipit Iudex à
Iudice Superiore , non poterit ab eo cauſam
auocare , nam euocatio cauſarũ eſt Suprema
poteſtas Principis,quæ non poterit compete-
re Iodici Superiori,ſed Regi,ex qua ratione
concludunt,nõ poſſe Iudicẽ inferiorem inhi-
beri à Superiore ne iudicet, *Bald. in l.* 1.*Cod.
quomodo, & quand. Iudex Rebuff. loc.cit. de
euocat.in prefat.quæſt* 2. *&* 5. *num.* 43. *Ran-
chin.in annot.ad Guid. Papè quæ.*440. *Couarr.
pract. cap.* 9. *num.* 4.10. *Montag. de auth.Con-
ſilij*,& ibi *Boer.num.* 158.ex hoc iotellige cur
Imperator non poteſt auocare cauſas in Ca-
mera pendentes , per ordinationes *Camer.*
6 *par.*2.*tit.* 35. quia ſcilic. Camera non ſolum
dependet ab Imperatore,ſed etiam à Statibus
Imperij,vt dixit *Brunneman. in l. iudicium
ſoluitur* 58.*num.* 3. & addit *Vrſell. in d.concl.*
272. *num.* 18.*par.* 2. *in verb. auocatio* , quod
Imperator in iurisdictiooem illius Cameræ
ex contractu conſenſit , ideo ad illios obſer-
uantiam tenetur,cum ex ordinatione totius
Imperij ſuam poteſtatẽ exerceat *citat Gaill.
dec.*41.*par.*1.*&* *Beniuend. dec.*41. *Rotę Bono-
nienſ.* è contra vero, quia Vicarius Epiſcopi,
vel Iudex ab eo delegatus ſuā iuriſdictionem
cognoſcit ab eodem Epiſcopo , poterit iſte
interdicere d.ſuo Vicario,vel Iudici à ſe dele-
gato ne Iudicent,vt notāt *Innoc.& Abbas ſicul.
in cap. licet de offic. deleg.Archidiac. in cap. de
perſona* 11. *quæſt. Decius in d. l. indicium
ſoluitur* , quem tex loqutum fuiſſe de de-
legata iuriſdictione , vt poſſit à delegante
reuocari,dixerunt *Couarr. d. c.* 9.*practic.n.* 1.
*Lancellot.de attentat.par.*2.*c.* 10.*n.*47. *Menius
par.*2.*dec.*534. *Brunneman.in d. l.iudicium
num.*5.ſi vero Reus citatos comparuerit corā
Senatu , vel Iudice ſuperiore non opponens
exceptionem ordinis , caoſam ad ioferius
Iudicium remitti non petens , non poterit
amplius iudicium Superioris Iudicis coram
quo comparuit euitare, *Menius d.artic.* 6. *n.*
12. ob tacitum conſenſum præſtitum coram
d.Iudice Superiore.

Hæc omnia licet vera ſint quo ad Iudicem Su-
periorem reſpectu Iudicum,vel Curiarum
inferiorum, attamen eadem regula non pro-
7 cedit in Supremo Conſilio Principis , prout
eſt noſtrum S.Conſilium Neapolitanum,ete-
nim nedum ipſe Princeps , ſed etiam eius
Magnum Conſilium poſſunt auocare cauſas
coram alijs Iudicibus ioferioribus penden-
tes , *l. ſolent* §.*ſicut.ff. de offic. Proconſul.* vbi
*Gloſ.*ibi *Sicut mandare iuriſdictionem,vel non
mandare eſt in arbitrio Proconſulis,ita adimere
mandatam iuriſdictionem*,idem probat *tex in
l.iudicium ſoluitur ff.de indic.*ibi; *Iudicium
ſoluitur vetante eo , qui iudicare iuſſerat , vel
etiam eo,qui maius Imperium in eadem iuriſ-
dictione habet*, ita per d. clara iura concludũt
Boer.de auth. magn. Conſil. num. 157. *&* 158.
*Barl. Bald. & DD. in d. l. iudicium ſoluitur l.
is qui ad maius* 54. & ibi: *Alex. ff. de re indic.
Couarr.d.cap.*9 *Rebuff. in tract.de euocat. quæ.*
2.5.*&* 6. *Gaill.obſeru.*41.*in princ.lib.*1.*Cappell.
Tholoſ.dec.*481.*Schrader. de feud.par.*10.*ſectio.*
1. *num.* 180. & de conſuetudine generali
practicari in Regno Franciæ in Supremo
eius Conſilio teſtatur idem *Boer. loc. citato
num.* 158. *lit. C.* ideo Senatus Delphinatus
ſæpè cauſas pendeotes auocat , & id etiam
obſeruat Curia Parlamenti,quæ Præfecti Pre-
torio vim obtinet , cauſas indeciſas ad ſe
auocari iubet,teſte *Vrſell.d. concl.* 172. *num.*
56. & ita in alijs Regnis dixerunt *Conſil.Car-
neual.de indic.lib.*1.*tit.*2. *diſp.* 2. *num.* 1127.
*in fin.Thoming.conſ.*65.*num.*11 *Mend. de iur.
accademico par.*3.*num.* 403. *Arumeus de iure
publico tom.*1.*diſcur.*13. *quæſt.*1.*pag.* 209. , &
de noſtro Supremo Conſilio Italiæ in Curia
Dom.noſtri Regis reſidente, quod poſſit euo-
care cauſas pendentes io Tribunalibus Ita-
liæ de dominio eiuſdem Corooæ , tradunt
*Reg.Valenzuola conſ.*94. *num.*7. *Reg. Tapia dec.
ſenat.Ital.*1. *num.*5. *&* 30.*& dec.*12.*num.*14.
*Faiard.alleg.*48.*num.* 172.*par.* 2 & in termi-
nis de noſtro Sacro Conſilio Neapolitano, vt
poſſit cauſas à Curijs inferioribus auocare ,
dixerunt,*Staiban.in obſeru.ad reſol.* 134.*num.*
1.*lib.*2.*Dom. Petra in rit.*288. *num.* 55. *tom.*
4.*Luca in addit.ad Gratian.diſcep for.lib.*1.*c.*6.
*n.*6.Et de ſtylo Rotæ Romanæ dixerũt, *Veſtrius
in praxi lib.*3.*cap.*9.*nu.* 11.*Scaccia de appellat.
quæſt.*17.*limit.*47.*n.*29. *per cap. vt noſtrum de
appellat.& cap.paſtoralis* §.*præterea de offic. Iu-
dic.Deleg. Riccius dec.* 157. *num.* 3. *par.* 2 &
quamuis *Imbertus inſtit. forenſ.pag.*68.*Couar-
ru.d.cap.*9.*num.* 3.*poſt Boer. & Rebuff*; alijq;
dixerint, requiri diploma Regis, vt Curia
Suprema euocet cauſas pendentes in Curia
inferiori,per *tex.in d.l. ſolent* §. *ſicut ff. de offic.
Proconſul.* ibi: *non autem debent inconſulto
Principe hoc facere* , forſan quia talis poteſtas
8 in Principe Supremo ſit de Regalibus, *Caſtill.
de tertijs debitis controu.for.tom.*7. *cap.* 41. *nu.*
125.*& ſeq.Salgad.de ſupplic. ad Sanctiſ. par.*2.
*cap.*31.*num.*68.*Berlich. practic. concl.lib.*1.*tit.
de auocat.cauſ.concl.*6.*num.*1. *Ripoll. de rega-*

lijs cap.

lijs cap 25. num. 14. , quam Regaliam latè ex t॰ lit *Deſpaiol. in addit. ad obſeru. Michel. Ferrer.par.1.cap.7.lit.C.* quam etiam tradnot *Calic.in Margarit .Fiſci dub.8.prerog.67.*alijq; deſumptum à *tex. in l. vnic. C. quando Imper. inter pupill. & vid.* attamen talem prærogatiuam competere Supremo Conſilio , abſque literis Regijs auocandi ad ſe cauſas indeciſas, ſi æquom ſibi videtur, tradunt, *Rebuff. in l quod iuſſi not. 2. ff. de re iudic. & in conſtit. Regias tom.1.tract.de euocat.*alijq; ſup,cit. *Carol.Degraſſalius de regal. Franc. lib.1.verſ.item euocat.fol.174.Guid. Pape quæſt.*440.qui ita ſeruari fatetur à Supremo Senatu Gratiopolitano, qui vicem Preſecti Prætorio obtiouit, diceus ad iſtar ipſius Principis hoc facere poſſe , qui proprio motu poterit cauſam coram Iudice pēdeutem ad ſe auocare , ex *tex. in l.non aliter C.de Palat.ſacrar.lib.* 12. *cap.ad noſtram de appellat.* vbi, *Gloſ.ordinaria c. licet de offic.Deleg. & cap. Eccleſia vt lite peud.Henric.Bobic in cap vt noſtrum de appellat.* ibi: *ad noſtrum iudicium reuocamus* facit in argumentum *l.fin.C.de diuerſ. reſcriptis Speculator in tit.de cenſibus §.nunc videamus, & in tit.de Iudicijs*, & tandem ita Claſſici concludunt, ſcilic.*Couarru.in cit.cap,9.num.3.Alphonſ. de Eſcobar cap. 25. num.4. Meudus loc.cit. num.* 401.495. alios refert, & ſequitur *Barboſ. in d. cap.vt noſtrum unm.2.*

Pleua enim iuriſdictio pœnes Principem reſidet , *§.ſed quod Princeps inſtit. de iur. natur. gent.& ciuil*;hac de cauſa Maximus Iudex dicitur , quia ſuper omnes Iudices intelligit, *cap.9.quæſt.3. l. deprecatio ff.ad l. Rhodiam de iactu*,ipſoſq; Iudices ad libitum inquacumque parte litis poteſt reuocare , & ab eis iuriſdictionem adimere,igitur multo magis poterit cauſas , quæ à Iudicibus ipſius nomine deciduotor,ad ſe reuocare, vt arguunt *Vulteus in .1.num. 173. C.de iurisd. Zanger de exceptio. par.2.cap. 1. num. 51. Leipold. de concurſ. iurisd.concl.10. Gayll.lib.1.obſeru. 41.nu.1.Maſtrill.de magiſtrat lib.3.cap.4. nu.173. Nicol. Myler.de Princip. & Statib. Imper.cap.43.nu.* 1. Sic Romanus Pontifex omiſſo ordioario Iudice io prima inſtantia, poteſt ſpecialiter alteri committere , & auocare ab eo cauſam, adeout ſi poſt auocatum oegotium proſequatur iudicium coram Iudice ordinario, acta ſunt nulla *Vuameſ.in cap. vt noſtrum nu. 6. de appellat. Gonſalez. ad regul. 8. Cancellar. gloſ.52.num. 7.Narbon.ad l.59.gloſ.1.nu. 195. Barboſ. in collect.ad concil. Trident. de reform. ſeſſio.24.cap. 20. num.* 46. latè *Salgad.de ſupplic.ad Santiſſ.par.2.cap.* 6. à *num.* 14. *Scipio. dec.* 110. *lib.* 3. , dum enim talis poteſtas Principi competit, conueoieus erit, vt illa etiam Supremo eius Conſilio, ſeù Pretorio concedatur, ob reuereotiā tanti Senatus, nam quaudoauocat cauſas apod ſe, dicitur ipſum Priucipem hoc agere , vtdeducitur *ex l. hu-*
9 *manum C. de legibus* ibi: *bene enim cognoſcimus.quod cum veſtro Conſilio fuerit ordinatū, id ad beatitudinem Imperij, & ad noſtram gloriam redundare*,quod aduertit etiā *Boer. de author. Magn. Conſilij num.* 158. vbi *DD. concordantes allegat,poſt Innoc. & Bald.in cap. vt noſtrū de appellat.* vbi *Canoniſtæ, Io.de Platea in l.uemo C.de dignit. lib.* 12. qui allegat *Gloſ. in l. vnic in verb.Comitatiui C. quando Imper. inter pupill. & vid.* facit *tex.in l.1. C. de error. Aduoc.*ibi cum notatis,&etiam prçſumitur id huiuſmodi Senatui à Principe commiſſum, ne inqualibet cauſa eius cōſenſus poſtuletur, ideo dicit *tex. in d. l. ſoleut* Adimere mandatam iuriſdictionem licet Proconſuli, quando enim Officiali mandata eſt iuriſdictio , omnia ceoſentur mandata , quæ requiruntur ad illius exercitium, *l.2.ff. de iurisd. omn. Iudic. Rebuffus relatus à Dionyſio Gotbofredo in praxi ciuili lib.1.tit.9. de Senatorib.in verb.de priuileg.Curiar.verſ.24.pag.* 510. Nec eſt mirum ſi tali regali poteſtate vtatur Supremus Senatus , quia ſunt aliquæ cauſæ , quarum cognitio ſpectat ad Supremam Curiam, quamuis & aliæ ad Supremam Curiam, per viam appellationis deuoluaotur , quas referunt *Rebuff. in conſtit. Regias tract.de reſcriptis artic. 7.gloſ.vnic.verſ.notandum autem Gaill.practic. obſeru.lib.1.obſeru.* 1.& dicunt eſſe cauſas vagabundorom *Gaill.loc.cit. num.* 33. ſic etiam cauſas violati priuilegij ab Imperatore conceſſi, *Gaill.d.obſeru. 1. nu.7. cum ſeq.* alios caſus refert *Chriſtin.dec.Curiæ Belg.160. nu.10. & ſeq. tom.* 2. ſi igtur ſpecialiter commiſſæ ſunt cauſæ miooris ponderis, vel teouioris præiudicij Supremo Senatui , quanto magis debet competere poteſtas auocandi cauſas à Curijs inferioribus , quando viderit ab eis violatam iuſtitiam ob malitiam , vel dolum Iudicantium.

Hanc autem Præſtantiam auocationis in dies exercet noſter Senatus, & in qualibet hebdomada erga Magnam Curiam Vicariæ, & alias Curias ioferiores noſtræ Ciuitatis, ſcilic.
10 Artis Serici, Artis Lanæ , & ſimiles , quando cauſas grauamioum coram ſe referuntur, quā prerogatiuam auocandi cauſas exercet tam ſi Curiæ inferiores benè iudicarunt, quam ſi malè, ſi eoim beuè poſt cauſas grauaminū propoſitas, illas remittit eiſdem Curijs , vti cauſas beuè iudicatas , iuxta *tex. in cap. vt. debitus honor de appellat. l.intra ff. de maior.* ſi vero malè aſpexerit eſſe iudicatas, aliquando corrigit decreta lata , & poſt correctionem,& emendationem remittit, vel ordinat modum quo iudicare debeut, ſed ſi cognouerit re uera grauamioa fuiſſe illata à Iudice inferiori, vel denegatam iuſtitiam, vel dolum Iudicis adhibi-

adhibitum, vel ſimiles verſutias in dam-
num litigantium, cauſas iubet remanere
apud ſe, vt partes oppreſſę à talibus graua-
minibus ſubleuentur, & ita fuit practicatum
in menſe Martij 1683. in aula Conſ. Iannat-
taſij Miniſtri Integerrimi, & in foro verſa-
tiſſimi in cauſa Io. Romani cum Hieronymo
Piſano, quam Sacrum Conſilium ordinauit
remanere apud ſe ob grauamina illata à Cu-
ria Artis Serici, quæ ob varias dilationes per
multos annos noluit cauſã expedire, & alia
grauamina intulit d. Romano. Idem etiam
obſeruat Curia Parlamenti Franciæ, quæ ex
bono & æquo, quando ſibi videtur retinet
apud ſe cauſam principalem *Guido Papè qu.
436. verſ. 29. quero Degraſſal. de regal. Franc.
lib 1. verſ. hinc eſt pag. 172.*
Quam poteſtatem eo magis cognoſces compe-
tere Supremo Conſilio Principis, quod Supre-
mum Præfectum Pretorio repreſentat, ſi con-
ſiderabis poteſtatem d. Prefecti Pretorio, qui
31 poterit ſententiam, quæ in rem iudicatam
tranſiuit reſcindere, & reuocare, ſi credimus
*Abba. in c. qualiter de accuſat. Gloſ. in l. fin. C.
de ſent. reſcind. non poſſ. Decius in l. cognitio ff.
de offic. eius*, & ſententiam ex ſuo reſcripto
abolere. *Archidiac. in cap. omnib. 35. ad aſt. 9.
l. diui ff. de pænis Luca de Penna in l. p. adia C,
de locat. præd. ciuil. Surgent. de Neapol. illuſtr.
cap. 18. num. 11.*, ſi ergo competit maior po-
teſtas, nequit dubitari de tali minore.
Ad contraria ſupra allegata denegantia talem
euocationem, reſpondetur faciliter, quod nõ
debeant intelligi de Curia Suprema, quæ ad
inſtar Principis regulatur, & ſicut Princeps
poterit cauſas pẽdentes corã Iudicibus infe-
rioribus ad ſe euocare per iura ſup. relata, ita
etiã eius Senatus, qui eius corpus cõſtituit, cũ
hac ſola differentia, nam Princeps poteſt vti
32 ſua poteſtate ad ſui libitum, abſque cauſæ
cognitione, ſed ex ſua voluntate, quã rationa-
bilem interueniſſe creditur quãdo tali pote-
ſtate vtitur, at vero Supremum Regis Præ-
torium ad edictum euocatorium debet de-
uenire cum aliqua cauſæ cognitione, ex actis
apparente *l. Iudex C. comminat. epiſtol. progran.
Peruſin. in cap. 1. nu. 14. de appellat. Iaſon in l.
nec quicquam num. 30. verſ. 8. de offic. procur.
Roland à Valle conſ. 77. num. 24. lib. 2. Quintil.
Mandoſ. de inhibit. quaſ. 25. num. 1. Ala de Ad-
uoc. & cauſid. Chriſt. par. 1. queſ. 66. Valentin. in
parthen. litigioſ. lib. 1. cap. 12. nu. 25.* quæ ſem-
per iuſta præſumitur in Supremo Senatu,
Mend. de iure accadem. lib. 3. num. 401. in fin.
Et iuſta cauſa extimabitur, quando fuit à parte
petita cauſæ expeditio, & ex Iudicis negli-
gentia fuit retardata, vt notat *Carauita in rit.
245.* quod confirmat *Afflict. in conſtit. Iuſti-
tiar. ſub num. 26. in 21. notab. verb. hinc ſubicio
Dom. Prata in ritu 245. num. 9.* etiam in cauſa
criminali dicit obſeruari. *Vaſenbec. in auth.
qua in prouincia C. vbi de crimin. n. 15.* & ibi
etiam *Caſtrenſ. Moler. lib. 2. ſemeſtr. cap. 30. Ia-
cob. Vand. Creſ. de Regal. cap. 24. num. 6. & 7.
Io. Vuameſ. conſ. ciuil. 11. & 13. vol. 1. Myler. de
Princip. & ſtat. Imper. cap. 43. n. 2.* hac de cau-
33 ſa fuit apud nos introducta praxis, vt ob ne-
gligentiam Iudicum inferiorum ſoleat M.
C. V. expedire prouiſiones Curijs Barunali-
bus, & Regijs, imo & Audientijs prouinciali-
bus noſtri Regni, vt procedant infra breue
tempus, ad expeditionem cauſarum, ſub pœ-
na auocationis illarum, ne detur locus iuſtæ
querelæ, punctualiter *Io. Anton. de Nigris in
cap. Regni quorundam circa fin. pag. 160.* àter,
vbi dicit comminationem à M. Curia poſſe
fieri infra duos menſes, quod tempus limita-
tur iuxta formam *Conſtit.* noſtri Regni *Iu-
ſtiarij nomen, & formam*, vbi dicitur deficere
Camerarios, & Baiulos ſi per duos menſes
cauſas non expedierint; at tempus ſemeſtre
præfixum fuit Capitaneis, & Iuſtitiarijs no-
ſtri Regni à die conteſtationis litis, vt cauſas
ciuiles, & criminales expediant, alias ad au-
dientiam Mag. Curiæ deuoluantur, vt ſtatuit
cap. Regni quorundam editum à Sapientiſſimo
Rege Roberto, Fateor quod de *Nigris in ad-
dit. ad d. capitulũ quorundã* dixit d. capitulũ
non ſeruari, quia d. Rex voluit hanc ſuam
ſanctionem obſeruari, non obſtante diſpoſi-
tione *l. vbi cœptum ff. de iudicijs*, dum illam
per d. nouam ſuã conſtitutionem, ad ſuum
beneplacitum reſeruauit, ex hoc deducit de
Nigris, quod per mortem d. Regis fuerit ex-
tinctum beneplacitum, per *cap. ſi gratioſe vbi
DD. de reſcriptis in 6.*, & hodie illud eſſe
nullius vigoris, ſed poterit replicari *d. de Ni-
gris*, quod remota d. capituli diſpoſitione,
adhuc de iure canonico poterit Iudex
ſuperior præcipere inferiori, vt infra certum
tempus cauſam decidat, per *tex. in cap. irre-
fragabili de offic. ordin. Iacob. de feud. in verb.
Vicarius Abbas in cap. nulius de iur. patro.*, &
ſi ſeruandum eſt ius canonicum, quando cõ-
trarium non reperitur diſpoſitum de iure
ciuili per *cap. 1. & 2. de noui operis nuncia-
tione*, eo magis erit ſequendum, quando
ius canonicum concordat legi ciuili, igitur
erit dicendum, quod tam per d. *cap. Regni
Quorundam*, quam per ius canonicum,
ob negligentiam Iudicũ inferiorũ poſſint
cauſæ deuolui ad ſuperiores, ſcil. ad noſtram
M.C, a qua poterit tempus limitari, vt in-
tra breue tempus cauſas determinent *Anna
ſingular. 269. Gramatic. voto 28. Taſſon. de an-
teſata verſ. 3. obſeru. 3. ſub. num. 197. pag. 142.
Borell. de præſt. R. Cathol. cap. 62 nu. 114. &
123. Dom. Prat. in ritu 245. nu. 9.* & ità etiam
obſeruat Camera Imperialis, quę ſolet mãda-
re vt infra menſẽ Iudices iuſtitiam miniſtrẽt,
qui ni-

qui niſi iuſtis de cauſis iudicium protraxiſſe doceant literas promotoriales expedit *teſte Mſinger. decif.* 82: *Camera Imperia-le p.* 5. *Vrſell.d.concl.*172.*n.*18 breuius tempus conceſſerunt Principes Hiſpani in *l.* 1. *tit.* 12. *lib.* 4. *compilat.* vbi ſtatuerunt quod poſt cauſæ concluſionē Iudex parte petente teneatur ferre ſententiā interlocutoriam intra ſex dies, definitiuam vero infra vigintidies, & ſi a Iudice non feratur ſententia teneatur ad omnes expenſas litis in duplum, quas fieri contingerit, & in certam ſummam marapetinorum accuſatori, & fiſco applicandam, vt refert *Fermoſin. in cap. venerabilis quaſt.* 1. *num.* 11. *de iudicijs*, Æquius tamen agendo Concilium Tridentinum ampliauit auocationem cauſarum ad Iudices Superiores ob negligentiam inferiorum poſt biennium, vt in *cap.*20.*ſeſſio.* 24. cuius Tridentini decretum habet locum tam in prima, quam in ſecunda inſtantia *Fermoſin.in d.c. venerabilis queſt.* 2. *num.*2.*de indic. tom.* 1. vbi latè, voluit enim ſe conformare iuri communi circa tempora peremptionis inſtantiæ, iuxta *l. properandum C. de iudicijs* ideo dixit de *Nigris in addit.ad d.cap.quorundam num.*5. prædictum capitulum corrigere ius commune, dum reſtrinxit tempus inſtātiæ intra ſex menſes.

Specialitatem alteram cōſidera in auocatione
cauſarum, quam facit noſtrum S.Conſilium,
nam quādo Iudex inferior intendit cauſam
auocare, non ſolum ex iuſta cauſa auocationē facere debet *l.penul.C.de pedan. Iudic.l.nemo C.de iuriſd.omn.Iudic.Iacobin.in d l.Iudicium ſoluitur*, ſed etiam (licet Iudex ſuperior eſſet) debet cauſa auocationis coram eo
14 probari à parte, quę auocationem poſtulat,
in qua probatione facienda citanda eſt pars.
l.fin. C.ſi contra ius vel vtil.c. 2.*de reſcript. Rebuff ad conſtit.Franciæ in tract.de auoc quæſ.* 8. *num.* 77. vbi enumerat cauſas legitimas euocationum. *Rouit.in pragm.*1.*num.* 12. *de reuoc.*, *& ſuſpenſ. grattar.*, at in noſtro S.C. practicamus, quod cauſa legitima ſit, ſi appareat ex actis, vel ex ſcripturis nouiter deductis abſque neceſſitate explicandi cauſas, quæ debent tantum allegari, quādo ſententia de nullitate redargoitur *DD.in cap.ſicut de reiudic.* per quem *tex. Alex.& alij* ita affirmant in *l.properandum* §. *de illa C. de Iudic. Cancer.par.*3.*var.cap.*17.*num.*407.

Amplia 1. vt talem poteſtatem auocatoriam
habeat Princeps, vel eius Supremus Senatus
in cauſis criminalibus ſine literis euocato-
15 rijs, vel inhibitorijs directis Curię inferiori, vel Baronibus, ſed ſufficit, vt ad Supremā Curiā fuerit facta denunciatio cōtra captum de delicto, quia preuentio ſola facta coram ſuperiore ligat manus inferioris in Iudicio Criminali, firmat *Michael Ferre.* 3.*part. obſeru.cap.*468.*&* 469.*Ripoll.de regal cap.*45. *num* 57. vbi ſubdit, quod licet in duobus habentibus iuriſdictionem æqualē, præferatur ille, qui captum detinet, tamen hoc procedit inter Curias æquales, non inter Curiam Superiorem, & inferiorem. At in noſtro Regno hæc non poſſunt practicari, dum de iure noſtro eſt ſpecialiter ſancitum, quod Sacrum Conſilium, eiuſque Conſiliarij ſint tantum Iudices competentes in cauſis Criminalibus per uiam appellationis, *pramg.* 37. *de Offic. S.R.C. Conſil. Altimare de nullit. rub.* 9. *quaſ.* 8.*num.* 70., ſed quoties criminalitas dependeret ex eiſdem cauſis ciuilibus, benè poterunt incidenter procedere, vt fuiſſe deciſum in S.C. refert *Sanfelic. decif.*65. *& ſeq.Thor. in ſupplem.in verb.Conſiliarij Regni.*

Amplia 2. vt faciliter concedatur cauſæ euoca-
16 tio ad Senatum, vel ad Principem in cauſis
grauibus, quando Iudices fuerunt in paritate votorum, & poteſt Senatus, vel Princeps mandare, vt Iudices ſingillatim, & ſeorſim ſua vota tranſmittant, & poſtea adtollendas querimonias nouos Iudices adiungit, cum quibus cauſa terminatur, vt de praxi noſtri Regni fatetur *Molfeſ. ad conſuetud. Neapol. par.*10.*quaſt.*22 *num.*6.

Amplia 3. vt tale Principis reſcriptum auoca-
torium, ſiue iuſtum, ſiue iniuſtum ſemper
17 timendum ſit, cum procedat à manu ſu-
periori, quæ ſemper iuriſdictionem Iudicis ſuſpendit, nec poteſt niſi per ſuperiorem reuocari, *Marcheſan.de commiſſ. tom.* 2. *tit.de commiſſ.euocatio. cauſarum* § 21. *num* 4.*fol.* 318.*Tondut.de preuent.cap.*7.*num.*18. dummodo tamen fuerit tale reſcriptum in actis præſentatum, alias ſententia, & proceſſus tenet ante præſentationem reſcripti euocatorij, *Caſtrenſ.in l.*1.*C. vt lite pend. Tondut d. cap.*7.*num.*18.

Amplia 4. vt faciliter fiat euocatio ad Senatum
18 cauſarum miſerabilium perſonarum, puta
pauperum, Pupillorum, Viduarum, Eccleſiarum, & ſimilium, nam poterunt euocari ad Curiam Superiorem ſecluſo quocumque priuilegio ſenatorio, ſub prætextu perhorreſcētiæ *Michael Ferrer.in conſtit.Cathalon. par.* 1.*cap.*27.*num.*7.*&* 8. *Ripoll.de regal.d.cap.*25. *num.* 20. *& ſeq.* qui enumerat multos caſus, in quibus poſſunt euocari cauſæ ad Curiam Regis, quod priuilegium *l.vnica* cenſuit *Gayll. lib.*1.*pract. obſeru nu.* 40. fuiſſe abrogatum per contrarium vſum, ſed apud nos Italos eſt in viridi obſeruantia, teſtantur *Franc. dec.* 100.*num.*19.*Vrtius dec.*459.*num.* 12., & in ſuo Senatu Pedemontano obſeruari, imo fuiſſe conceſſum mulieri diuiti fatetur *Theſaur. dec.* 177. *num.* 3. prout in Curia Belgica etiam dicit eſſe in foro receptum *Chriſtin. dec.*

dec. Belg. 161. *num.* 2. *tom.* 2.

Amplia 5. vt faciliter concedi debeat auocatio coram Tribunali superiore ob denegatam iustitiam à Curia inferiori, etenim ob denegatam iustitiam priuatur quis illa causa, & ad superiorem deuolui debet, *cap. ex transmissa, cap. ex parte B. cap. ex tenore de foro compet. §. si tibi igitur auth. de mandat. Princip. § statuimus auth. de statutis, & consuetud. auth. statuimus Cod. de Episcop. & Cleric.* post alios *Borrell. de præst. Reg. Cathol. cap.* 62. *n.* 64.

Amplia 6. vt eo fortius poterit Supremum Consilium Principis causas apud se euocare ratione litis pendentiæ, vel connexionis, puta
19 si eadem causa, quæ pendet coram Iudice inferiore penderet coram Curia Supremi Consilij, vel Parlamenti, & ne sequātur diuersa iudicia, poterit Curia Superior d. causam euocare, ne causæ continentia diuidatur, vt in *tot. tit. ff. quibus ex causis ad eundem Iudic. eat. l. nulli C. de iudic. l.* 1. 5. *vltim. C. de adsert. tollen. l. ordinarij* 13. *C. de rei vendic. l.* 10. *C. de iurisd. omn. iudic. cap.* 1. & 2. *de cauf. poss. & propriet. Decius in cap. sicut Romana nu.* 42. *de rescript. Iason. & DD. in d. l. nulli in* 11. *notab.* qui hanc conclusionem ponit pro regula cum sex limitationibus necessarijs, & alias septem ponit *Menoch. de arbitrar. Iudic. lib.* 2. *cent.* 4. *cauf.* 371. *num.* 4. *Vinius dec.* 136. *n.* 1. & ita in dies obseruatur in nostro Supremo Senatu, cum sit prohibitum de eadem re duo iudicia fieri *l. nulli prorsus C. de iudic. l.* 1. *ff. ex quib. reb. ad eund. Sistin. de regal. lib.* 1. *c.* 8. *n.* 12. *Gaill. de pac public. lib.* 1. *c.* 6. *n.* 2. *Ripoll. de regal. c.* 26. *n.* 7. *Christin. dec. belg.* 160. *n.* 8. *to.* 2. & qui sint effectus cōtinētiæ causæ declarat *Muscatell. in praxi l.* 1. *p.* 2. *glos. Tribunal n.* 23. hinc deducitur, quod si esset appellatū ab interlocutoria ad Supremū Senatū, si illa appellatio nō poterit decidi sine causa principali, tūc causa principalis euocari poterit à Suprema Curia *Rebuffus loc. cit. d. quæ.* 5. *n.* 49 quia ratione incidentiæ multa permittuntur, quæ alias non permitterentur *l. quoties C. de iudic. l. solemus §. latrunculator ff. eod. tit.* vel si forsā causa quę agitatur in Curia inferiori, esset cōnexa causæ pendenti in Curia Suprema, sine qua processus terminari minime poterit, hoc casu erit etiam permissa euocatio *Ranchin. in annot. ad Guid. Papè quæst.* 440. in alijs vero Curijs inferioribus etiam obseruatur causarum continentia, & quæ dicatur late explicat *Menoch. loc. cit.*, & etiam *Gratian. discept. for. cap.* 569. *num.* 21. *Afflict. dec.* 354 *sub nu.* 4. *vers. continentia causæ*, & late *Matthias Stephan. de iurisdict. lib* 1. *cap.* 32. *tit de quinto modo, sortiendi forum*, quæ varijs modis cognoscitur, quos refert *Toudut. de præuent. p.* 2. *c.* 14. à *n.* 3. late *Rubens var.* 57. *resol. c.* 62. *n.* 159. *& seq.* vbi fūdat continentiā causæ non debere diuidi, ne sequātur absorda, vt in eadem causa diuersa iudicia ferantur.

Tu vero dicas, quod continentia causarum
20 triplici respectu verificatur, sc. vel personarum, vel subiecti, vel actionis *Decian. responf.* 97. *in fin. vol.* 2. *Menoch. d. casu* 371. *n.* 4. *& seq.* Ratione personę iudicator cōtinentia, vel cōnexio, quand. plures personæ coram pluri-
20 bus Iudicibus conueniuntur, nam ne continentia causæ diuidatur, & ne diuersæ, & variæ sententiæ nascantur, debet causa coram vno Indice agitari *Vinius dec.* 136. *num.* 1. & ita obseruari in Camera Imperiali dixit *Minsiger conf.* 87. *num.* 4. *cent.* 1. & *obseru.* 4. *cent.* 1. *Gaill. pract. obseru. lib.* 1. *obse. n.* 32. & ita in Belgia practicari dixit *Christin. dec.* 187. *num.* 5. *tom.* 2. & conclusio procedit licet personæ sint diuersi fori, puta quando Laicus, & Clericus simul conueniuntur, ambo sunt cōueniendi coram Iudice Ecclesiastico, tanquā magis digno, in causa tamen ciuili, & indiuidua, puta seruitute, priuilegio, & similibus *Bart. in l. præcipimus §. penul. ff. de appellat. Alex. in addit. ad Barto. in l. solen: ff. de alim. & cibar. leg. Guttierez lib.* 1. *pract. q.* 6. *Cancer par.* 2. *var. cap.* 2. à *num.* 147. *Ansaldus de iurisd. par.* 2. *tit.* 11. *cap.* 21. & 22. *Capicius Latr. consult.* 55 *tom.* 1. Sic causa administrationis tutelæ, vel Curæ, vbi fuerunt Clericus & Laicus, adeundus est Iudex Ecclesiasticus pro ambobus *Mastrill. dec.* 269. sed in causa ciuili diuidua, vterque remittitur ad suum Iudicē, quando scilic. Clericus, & Laicus simul conueniuntur, *argum. tex. in l. si cōmunem ff. quemadmodum seruit. vindic.* puta si esset causa hæreditaria, vel alia diuisibilis *Capic. Latro consult.* 54. *num.* 16. *Salgad. de retent. bullar p.* 2. *cap.* 5. *§.* 3. à *num.* 14. & *cap.* 14. *n.* 10. *cum. seq.* & ita fuit decisum per Reuerendissimum Vicarium Generalem Neapolitanum D. Io. Andream Siliquinum, virum Eruditissimum, & omni ex parte laudabilem, in causa Saloiani interdicti propositi à Venerabili Congregatione Sanctissimi Rosarij Casalis Casoriç cōtra D. Franciscus de Rosa, & D. Aglium de Stefano, & Notarium Andream Russum, vti possessores bonorum quond. Berardi Lombardi, in qua declarauit esse procedendum in Curia Ecclesiastica, tantum contra Clericos sub die 7. mensis Ionijanni 1701. apud scribam D. Franciscum Diociagiuta, Idem dicas, quando inter Clericum, & Laicum est diuidenda hæreditas iudicio familiæ hercifcundæ *Salgad. d. par.* 2. *cap.* 14. *num.* 10. *cum seq.*

In causis vero criminalibus idem dixerunt debere obseruari, ratione connexitatis delicti, vt scilicet detur causæ continentia *Capiblac. in pragm.* 1. *de baronib. num.* 249. *Thor. in compen.*

Kkk

pru.dec. tom. 2.in verb. continentia causæ pag. 99 vbi decisiones Sac. Consilij hinc inde refert,hinc deducunt DD.quod si Clericus,& Laicos delinquant, debent omnes puniri à Iudice Ecclesiastico tanquam magis digno, per notata in *auth.quomodo oportet Episcopus, & in l.omni nouatione Cod. de sacros. Eccles.*& probatur in *cap.solitè de maior.& obed. Barl. in l. præcipimus S.penul.ff.de appell.Ansald.de iurisdict.par.2.tit. 11.cap. 21.& 22.Cancer.p. 2.var.cap.2.num.147. Capic.Latro consult.55. tom.1 latè Rubens var.resol. cap.57. à nu.162.* & late *Marta de iurisd. par. 4.centur. 2. cas.* 119 *Farinac.de inquisit.quæst.*8 *nu.*12. *Dian. par.2.in tract.immu. resol.*1.sed hoc in nostro Regno Neapolitano nõ obseruamus,nam Clericum delinquentem remittimus Iudici Ecclesiastico, & Laicum detinemus *Franc. dec.* 426. *num.* 4. *Mastrill. dec. sicil.* 138. *num.*3. *Capic. Latro d. consult.* 55. *num.* 6. & 7. & ratio est, quia quando sumus inter personas diuersi fori in criminalibus, non attenditur continentia causæ *Cranett. cons.* 232.*n.* 6.*Couarr.pract.cap.*34.*post princ. latè Cancer. var.resol. lib.*3.*cap.* 1.*nn.* 72., & *cap.*10.*de contin.inq.num.*100. prout in simili dixit *Ronit. in pragm.* 1. *Vbi de delict. quis conueniri debet*, quod Vassalli Baronum sint remittẽdi,non obstante connexitate delicti, idem scripsit *Gallupp.in praxi S.C.par.*2. *cap.*6.*nu.* 78.vbi ita refert decisum per S.C.

Sed si hoc dubitatur inter Curias inferiores at-
21 tamen præeminentia Supremæ Curiæ est,
quod si plures sint inquisiti de vno delicto, & Supremum Tribunal cognoscit de vno inquisito, ratione eius superioritatis poterit de aliis inquisitis cognoscere *Mastrill. dec.sicil.*138.*num.*3. *Castill.dec.*39.*num.*5. & de nostro S.Consil. specialiter loquitur *Thor. in compen.dec.tom.*2.*in verb.continentia causæ pag.*99.& dixi etiam in *prest.* *num.*In illis vero casibus in quibus in criminalibus scias non datur continentia causæ, hoc procedere inter diuersas personas, & in hoc casu loquitur *Franc. dec.* 426. secus vero dicas, quando sumus inter easdem personas.

Ratione subiecti, vel actionis continentia causæ trahit secum auocationem,quando eadem
22 causa agitatur coram Iudice Superiore, &
inferiore *Muta in cap.* 51. *Reg. Sicil. num.* 81.*tom.*3. ,& esset casus, quando causa possessorij ageretur coram Iudice Superiore, & prætenderetur causam petitorij definiri coram Curia inferiori, nam ne continentia causæ diuidatur, debet iudicium deuolui coram quo pendet causa possessionis *Minsinger. cons.*87. *num.*4 *cent.* 1. *et obseru.*4.*cent.* 1.*nu.* 5.*Gayll.lib.*1.*obseru.* 1 *n.*1 7.

Quando vero dicatur causam pendere in Curia
23 inferiori necesse est cõsiderare,& dicas, quod
per citationem factam lis dicitur pendere ex *regul.tex.in clem.*2. vbi *Glos.* & DD. Vt *lite pendente l. si quis postea* vbi *DD.ff. de iudic. cap. proposuisti* vbi *Glos. et DD. de foro comp. Minsinger. cent.* 4. *obseru.* 26. *num.*1. Sed alij dicunt per libelli oblationem, per appellationem,per relationem seu consultationem Curiæ Superioris factam, per recusationem, vel per restitutionem in integrum litem pẽdere *Bertachin.in repert.in verb. lis dicitur. pendere Ios Petrus Ferrar.in praxi in forma responsionis Rei,verb. exceptionem litis,* quẽ sequitur *Lancellot.de attentat.*2.*par.cap.* 4.*in præfat.num.* 1.vbi addit, secundum alios,duobus alijs modis litem pendere,sc. per impetrationem Iudicis,& per commissionẽ causę, & sequitur *nu.* 3.quod de iure canonico per simplicem citationem,de iure ciuili per litis contestationem, & libelli oblationem, at vtcumque sit,lis dicitur pendere vsque ad sententiam,à qua est appellatum censuit ibi *Bertachin.*Sed aduerte,quod causarum continẽtia debet allegari ante litem contestatam, vt possit impedire litis ingressum, nam nisi opponatur ante litis contestationem, processus coram vtroque Iudice factus erit validus *Menoch de arbitr.cap.* 371. *num.* 10. *Minsinger.obseru.*97.*infin. cent.*1.*Gayll.practic. obser lib.*1.*obseru.*32.*nu* 13. *Christin.dec. belg.* 160 *nu.*8. *tom.* 2. ita etiam litis pendentia debet expresse opponi *Puteus dec.*234.*num.*6. *lib.*2. *Rota per Burattum. dec.* 74. *nu.* 2. vbi additio *Vrsell.in esam apum conclus.* 172.*n.*8.*tom.* 2.*in verb. auocatio* sicut, & omnia rescripta iustitiæ substinentur, donec aduersarius subreptionem rescripti alleget, *Ferentill. ad dec.Buratti* 73.*num.*6.*et* 7.qui aliter dicit de rescriptis gratię, quæ si subreptitiè fuerint obtenta,sunt ipso iure nulla *Vrsel.loc.cit.n.*8. *infine.*

Amplia 7. vt illi Principes Marchiones, & Du-
ces, qui habent iura Imperij, & facultatem
leges condendi, possint causas auocare, &
24 alteri delegare prout de Duce Mediolani fũ-
dant *Castrens. cons.*34.*sup.*1.*dub.num.*3.*in fin. & in fine consilij lib.*2.*& Rolandus à Valle consil.* 29 *num* 26.*lib.*1.*post Brun.cons.*45.& de Duce Mantuæ dixit *Alex.cons* 15. *num.* 4. *lib.*5. Et generaliter in non recognoscentibus Superiorem, saltem de facto affirmant *Felin. inc. quæ in Ecclesiarum sub nu.*32.*de constit.& Decius in cap.pastoralis sub num.*2. & 3. qui loquitur de Regibus,Ducibus,Marchionibus,& alijs, & affirmat posse tales Dominos in suos subditos, quod Imperatores in Vniuerso Orbe Terrarum, proinde posse leges condere, appellationẽ tollere,& alia regalia exercere Sic de Rege Hyspaniarum, vt possit causas auocare ad sui libitum, dixit *Azeued.in l. noue recompil.lib.*2.*tit.*4.*l.*32.*pag.*134.*tom.*1.

Am-

Amplia.8vt anocari poterit cauſa apud S.Con-
ſilium per viam præuentionis, & eſt diuerſa
25 ab auocatione continentiæ cauſæ,nam in
aliquibus caſibus, licet non obſtet continen-
tia cauſæ,obſtare poterit præuentio, & è con-
tra,vt aduertit *Toudut. de præuent.par.2.cap.*
*14.num.*4.quod poterit exemplificari, quan-
do cauſa tractaretur coram duobus Tribu-
nalibus, vel coram duobus Iudicibus haben-
tibus parem iurisdictionem, inter iſtos ha-
bet locum præuentio *l.ſi pluribus ff. de leg,* 1.
l.ita ff.de offic. Præſid.l.ſi quis poſtea quam ff.de
iudic. l.1. Cod.de offic. Conſul.c penult.de foro
comp. cap. cum plures de offic.deleg.in 6. & eſt
talis efficaciæ præuentio, vt ille ſolus cauſā
cognoſcit, qui præuenit, & alter Iudex, alias
competens, facta ab altero præuentione, di-
citur omni iurisdictione priuatus *cap. propo-*
ſuiſti de foro compet.cap. vt debitores de appel-
lat. Abbas Decius, & Berous in cap. prudentiā
de Offic.deleg.latè Azeued.in recompil.lib.8.tit.
13.l.10.vſq.ad 17. Franc.dec. 505.nu.2. alios
allegat *Maſtrill. dec. 210. Caſtill. contro. iur.*
lib.3. cap.25. num. 39. & ſeq. vnde citatus à
Iudice cuius eſt iurisdictio,ſi poſtea ab alio
vocetur,exceptione præuentionis ſe tueri po-
teſt *Gaill.lib.1 obſer.74 num.18. Minſiger.reſp.*
24.num.21. Marta de iuriſd. par. 2cap. 3. Ma-
raut. diſp. 6. num. 20. Dauid Menius ad ius
lubecenſe lib.5,tit.3.artic 6.nu. 11. & 18.tom.
2. Guido Papè dec.421.

Sed non poteſt vnus Iudex eiusdem Curię
inhibere alteri Iudici, ne in cauſa procedat,
26 quia ſunt eiusdem dignitatis,& iurisdictio-
nis, & par in parem non habet Imperium
l.ille à quo §.tempeſtiuum ff.ad Trebell. l. nam
magiſtratus ff. de arbitris Toudut. d. cap.
57. num. 3. vbi licet poſtea videatur aſſe-
rere, quod Iudex præueniens poſſit inhibere
præuento,ne ad vlteriora procedat,quamuis
ſint pares,cum *Alex. conſ. 9. lib.4. Lancellott.*
de attentatis cap. 4. lim.2. num. 105. verſ. vel
dicamus, & confirmat *cap. 20. quæſt.4. num.*
*103.*tamē hoc nō approbat idem *Toudut.d.c.*
57. num. 3. dicens hoc poſſe intelligi inter
Iudicem Eccleſiaſticum, & Secularem in
caſibus ab ipſo relatis, & idem confirmauit
d.Toudut.in eod.tractat.par.2.cap. 22.num. 3.
*& 4.*ſed inter eoſdem Iudices Laicos,vel Ec-
cleſiaſticos eiusdem dignitatis, non permit-
titur inhibitio, & patet exemplo Cardinaliū
S. R. Eccleſiæ, qui ſunt Conſiliarij Summi
Pōtificis, nam ſi aliqua cauſa commiſſa fue-
rit alicui Cardinali,& ab eo fuerit ad alium
Cardinalem recurſum,vel appellatum, iſte
nequit primo inhibere,ſed tātum ſuam com-
miſſionē demonſtrat,atq; notificat,vt aduer-
tunt *Camill.Borrell.in ſum.dec.to.2.tit. 35.n.*
40.Quintilian.Mandoſ.de inhibit.qu.4 nu. 13.
& 14. Felonga in enchiridion iur.cap.8.n.10.
ob eximiam eorum dignitatem. Et licet no-
ſtri Conſiliarij non poſſint ad inuicem ſe
inhibere, tamen vidi practicatum, quod ſi
aliquis manus appoſuerit in cauſas alteri cō-
miſſas,occaſione alterius litis pendentiæ,vel
alterius connexitatis, ſequeſtrum, vel aliud
quid ſimile ordinauerit,Commiſſarius cau-
ſæ illud ſequeſtrum, & omne aliud impedi-
mentū tollit, & reicit,iubendo, vt ſuæ iuriſ-
dictioni pareant, non obſtante impedimen-
to, vel alio præcepto facto per ſuum Collegā
& ita in menſe Decembris 1692.practicauit
Dom.Conſiliarius Vincentius Vidman ho-
die meritiſſimus Præſes Regiæ Cameræ, Mi-
niſter integerrimus,& promptus in agibili-
bus Iuſtitiæ, & gubernij, tollendo ſequeſtrū
factum per alium Conſiliarium ſuum Colle-
gam debitoribus illius patrimonij, cuius
erat Commiſſarius ipſe Dom. Vidman. Alij
autem Conſiliarij inhibitionem non
ordinant Iudici eiusdem Curiæ, vt in
cauſa inter eos controuerſa non procedant,
ſed præceptum faciunt partibus litiganti-
bus, ne coram alio Iudice compareant, niſi
coram Iudice præueniente,tale enim præce-
ptum potens eſt ad operandum nullitatem
omnium geſtorum coram alio Iudice, quā-
uis coram illo non fuerit oppoſitum de litis
pendentia, & inhibitionibus *Lancellott. de*
attentatis cap.4.lim.2.num. 103. verſ. vel di-
camus Toudut.Sanliger.d.cap. 57.num.2. Sed
rectius erit pro iſtis controuerſijs commiſſio-
num tollendis, recurrere ad Spectabilem
Præſidentem Senatus,vt decernat cauſam
cuius cognitionis ſit, atque mandet quis il-
lorum debeat in cauſa procedere.

Limita 1. quando non tractaretur de appella-
tione cauſæ principalis,vel alicuius inciden-
27 tis,nam ſine vlla appellatione aut grauami-
ne propoſito, non poterit Suprema Curia de
cauſa cognoſcere, *Dionyſius Gothofred.in pra-*
xi ciuil. lib.1 tit.9 de Senator.rub. de priuileg.
Curiar. verſ.24. pag.510. nam aduocatio cau-
ſarum,vt plurimum vitanda eſt *Auendan. in*
cap.5.prætor.num.12. verſ.negligentia, & cap.
19.num.2. & 3. Couarru. in pract.cap.9. ideo
concedenda non erit niſi parte petente, ſed
non ſemper requiritur expreſſa petitio auo-
cationis,ſed ſufficit conqueſtus partis graua-
tę, licet in ea non fiat mentio auocationis
Caualer.dec.152.num.1. Vrſell.d.concl.172.n.
24. Imo debet pars vti reſcripto auocatorio
poſt eius impetrationē, nam ſi illud non præ-
ſentet, etiam ſi Iudex habeat notitiam auo-
cationis obtentæ, poteſt tamen validè pro-
cedere quouſque pars nō vtatur d. auocatio-
ne *Lancellot.de attent.par.2.cap 16.nu. 41. &*
57. Vrſell.in eius apum d.concl. 172.n.9.verſ.
& ratio.

Limitā 2. quando Supremus Dominus hoc ius

regale auocatorium in aliqua parte ſui do-
28 minij à ſe abdicauerit, & per priuilegium
ſuis feudatarijs, vel alijs Principibus ſui Im-
perij, vel Regni conceſſerit, nam non pote-
rit poſtea tali poteſtate vti, in præiudicium
illorum qui iura Imperij obtinuerunt, hac
de cauſa legimus emanatas plures, Nouellas
conſtitutiones Sacri Rom. Imperij, circa pro-
hibitam auocationem cauſarum à Principi-
bus Imperij, qui iura imperialia, & altum
dominium ex priuilegio, vel præſcriptione
acquiſierunt ſine poteſtate cauſs auo-
candi, ſic habemus in *Ordinat. Ca-
meræ Imperialis facta Vormatie anno* 1495.
1521. *edita Auguſte anno* 1548. *par.* 2. *cap.* 1. 5.
& 8. Alia conſtitutio ſeù Receſſus Imperij
fuit promulgatus Coloniæ 1512., & de hoc
caſu loquitur *Brunneman. in d. l. iudicium n.* 5.
de hoc autem dubitant multi Germani, qui
dicunt, quod licet à Summo Principe media-
tè, vel immediatè deſcendant omnes Status
Imperij, Duces, Comites, Regalia, & ceteræ
dignitates per inneſtituras, veluti riuuoli à
ſuo fonte perenni fluant, atque refluant, non
tamen, dicunt, Principem ita fontes ſuæ iu-
riſdictionis foras deriuaſſe, vt nihil penes ſe
remanſerit *Knichen de iure territorij cap.* 1. *n.*
318. cum ille quo ad iuriſdictionalia, & alias
poteſtates, veluti mare neque augeatur neq;
minuatur *Paurmeſter. de iurisd lib.* 2. *c.* 4. *n.* 23.
ex quo concludunt nunquā tantā conceſſiſse
poteſtatem cenſeri, quin ſimilem, vel maiorē
apud ſe nō retinuerit, vel reſeruauerit *Kni-
chen. d. p.* 1. *n.* 316. *Heig.* 1. *q.* 9. *n.* 8. *Arumeus de
iure publico tom.* 1. *diſcurſ.* 13. *de concurren.
iurisd. pag.* 211. ſed nec puto poſse procedere,
quādo ex priuilegio gratuito has iuriſdictio-
nes conceſserit, ſc. ex ſua mera liberalitate,
aliter enim dicerē de cōceſſionibus factis in
contractibus ab eodem Principe, vel ſi ob re-
munerationem ſeruitiorum illas à ſe abdica-
uerit, etenim iſta erit iuſta cōceſſio, nō mi-
nus ac ſolēt fieri cōceſſiones feudorū cū me-
ro, & miſto imperio, quorum cognitio ſpectat
ad conceſſionarios ipſorum *Schrader. de f. nd.
par.* 10. *ſectio.* 1. *num.* 181. *& ſeq. Berlich. dec.*
158. vt alibi dixi, in illis vero caſibus, in qui-
bus non poſſunt Principes cauſas auocare,
tamen poſsunt litigantes ad amicabilem
compoſitionem inducere, puta ſi lis ageretur
inter coniunctos, vel perſonas miſerabiles
Carpzouius par. 3. *decis.* 220. *Couarr. quæſt.* 9.
num. 4. *Albert. Brun. conſ.* 92. *Brunneman. in d.
l. iudicium in fine.*

Limita 3. quando adeſt ſpeciale priuilegium
alicuius Regni, vel prouinciæ à Rege cōceſ-
ſum, vt ab iſtorum Curijs cauſæ extra Regnū
29 non auocentur, vt de Regno Siciliæ legi-
mus in *Capitulo Regis Alphonſi* 391. tribus ca-
ſibus tantum exceptis, primo conſentiente
vtraque parte. 2. ob retardatam, vel denega-
tam iuſtitiam 3. in cauſis feudalibus, in qui-
bus indiſtintè conceditur auocatio extra
Regnum cum clauſulis, vt veniant acta iudi-
cum cum ſuis iuſtificationibus, quæ cogno-
ſcuntur, moderantur, & tranſmictuntur cor-
recta ad Tribunalia Siciliæ, vt affirmant *Pe-
trus Gregor. de iudic. cauſ. feudal. quæſt.* 39. *nu.*
3 *Milaneuſ. dec.* 2. *num.* 6. *par.* 2. *Maſtrill. decis.*
81 *num.* 3. *Cutell. dec.* 1. *num.* 14 *tom.* 2. *Vrſell.
in eſam. apū. concluſ.* 172. *num.* 23. *Dom. Al-
timar. de nullit. rub.* 9 *quæſt.* 29. *num.* 18. ſed
magis benignè conceſſerunt noſtri Reges hoc
priuilegium noſtro Regno Neapolitano, de
non auocando cauſas à Curijs, & Tribunali-
bus noſtri Regni ad Supremam Aulam noſtri
Regis in Hiſpania reſidentem, abſque vlla
reſeruatione, vt habetur in *lib. Capitulorum
noſtri Regni fol.* 18. *&* 127. *cap.* 2. *fol.* 184. *cap.* 4.
fol. 170. *& cap.* 3. *num.* 171. & latè dixi in meo
tract. de priuileg. Neapolit. quæ priuilegia etiā
refert *Tapia in dec.* 1. *Senat. Ital.* per totam, &
eſſe in viridi obſeruātia fatetur *Dom. Altim.
loc. cit. quæſt.* 29. *num.* 20. & cum ratione con-
ceſſa, quia Suprema Aula illius Regni, intel-
ligitur illud Supremum Conſilium Regni li-
cet ibi Princeps incolatum non teneat, non
vero intelligitur illa Suprema Aula, vbi
Princeps reſidet extra Regnum, vbi cauſa
non agitatur, propterea ab illa Suprema Au-
la Regni litis vertentis benè auocari poterit
cauſa, non eſtra Regnum cum litigantium
iactura, & ſumptibus. Idem etiam de iure
Principatus Cathaloniæ per illas conſtitutio-
nes fuit diſpoſitum, quod cauſa maior centū
librarum, quæ alias poterit auocari ad Regiā
Audientiam illius Principatus, vt refert *Mi-
chel Ferrer. par.* 1. *obſeru. cap.* 2. attamen per
priuilegium conceſsum ciuibus Barcinonæ
non poterit cauſa auocari ad d. Regiam Au-
dienciam, niſi per querelam poſt introdu-
ctionem factam ad Curiam Vicariæ Barcino-
næ *Ripoll. de regal. cap.* 25. *num.* 18.

Non nego tamen, quod noſtri DD. qui iura Re-
gia tutati ſunt, ad diminutionem noſtrorum
priuilegiorum, ad illorum interpretationem,
ſubtilitates omnes inueſtigarunt, vt illa ad
nihilum reducerent, dicunt enim, vt per
quamcumque conceſſionem non cenſeatur
Regem abdicare à ſe Supremam poteſtatem,
vt dixi *ſup. in antecedenti num.* 28. quibus ad-
do *Reg. de Ponte de poteſtate proregis tit.* 3. *de
electio Offi ial. §.* 1. *num* 24. *Cabed. dec.* 40. *par.*
2. *Tapia d. dec.* 1. *num.* 7. *& ſeq. Altim. d. quæſt.*
29. *num*, 20. *in fin.*, quæ ita tenaciter inhære-
re dicitur oſſibus Principis, vt ſicut radij ſo-
lis eo ſaluo non poſsunt ab iſto ſeparari, ita
nec totalis iuriſdictio Principis ab eo euelli
poteſt *Dominic. Arumæus de iure publico tom.*
1. *dec.* 13. *de concurrentia iuriſdictio. pag.* 211.
hinc DD. noſtri introduxerunt aliquas ob-
30 ſeruantias ad explicationem d. priuilegij,
nem-

nempe, vt Dom. noſtri Reges præcipiant, vt cauſæ in noſtris Tribunalibus votentur, ſed ante publicationem ſententiæ, vota in ſcriptis ad ſuam Supremam Aulam reſidentiæ transmittantur, & ſi ex votis tranſmiſſis appareat grauamen illatum, ſolet Rex mandare, vt denuo cum alijs Iudicibus adiunctis cauſa decidatur, de qua praxi teſtatur *Reg. Capic. Latro conſult. 6. num.* 266. Item ſolet ordinari à Cattholica Maieſtate in cauſis criminalibus, quod non procedatur ad actum irretractabilem illa Maieſtate inconſulta, quæ exempla, & alia ſimilia reſcripta refert *Altimar. loc. cit. n.* 20. ſed iſta reſcripta, vel obſeruantiæ introductæ non minuunt d. priuilegium conceſſum de non euocando cauſas extra Regnum, cum tantum reſpectant generale regimen iuſtitiæ benè adminiſtrandę, reſcriptum enim de referendo ad ſe cauſas differt ab auocatione *Menius par. 1. dec.* 249. eſt enim priuilegium locale, vt cauſæ non iudicentur extra noſtrum Regnum, & licet Principis conceſſio interpretetur, vt non euellat ſuam totalem poteſtatem, attamen vt in omni loco, & in omni curia ſua iuriſdictio, vel auocatio non exerceatur, non repugnat, vt per priuilegium concedatur, gerat igitur Principes ſuam iuriſdictionem non diminutam ex ſua generali munificentia, atque cauſas auocet apud ſuam Supremã Curiam, ſed in illo Regno, vbi causa agitatur, non in alia Aula ſuæ reſidentiæ, in quibuslibet enim Regnis cauſæ iuſtitiæ non cognoſcuntur ab ipſo Principe, ſed ab eius Officialibus, qui in quolibet Regno deputãtur, omni ſcientia præditi, proindè parum intereſt an ab Officialibus vnius, vel alterius Regni cauſa determinetur, & hoc modo prouidetur ſubditorum neceſſitatibus, ne à potentioribus malitioſè defatigentur, in regionibus longiquis cauſas prouahentibus, vt per indirectũ obtineant, quod iuſtè habere nõ valent. Bene verũ eſt, quod d. capitula auocandi cauſas non habent locum, quando ageretur contra aliquem Magiſtratum via viſitationis, nam hæ cauſæ determinantur in Supremo Italiæ Conſilio, ſiue ſit generalis ſiue ſpecialis viſitatio *Reg. Tapia d. dec. 1. n. 42. Altimar. d. quæſt. 29. nu. 21.*

Limita 4. quando auocatio fieret per ſaltum, & non gradatim, nam hoc modo non conceditur auocatio, ſed debet fieri cum ordine ſuo, vt dixit *Muta in cap. 18. Regis Federici num. 11. tom. 2.* ad inſtar appellationis, quæ gradatim fieri debet, vbi DD. cumulat, ſed quidquid ſit de veritate huius concluſionis dico, quod iſta non poſſit admitti in noſtro S. Conſilio Neapolitano, quod habet prerogatiuam cognoſcendi appellationes omnium aliarũ Curiarum noſtri Regni per ſaltum omiſſo Iudice medio, vt demoſtraui in hoc *cap. 2. præſt.* 4. per totam, & eodem modo poterit auocare cauſas ab omnibus Curijs noſtri Regni per ſaltum. Ad contrariam doctrinam d. *Muta* reſpondeo, quod poſſet practicari in alijs Curiis Superioribus erga Inferiores, non in Supremis Senatibus, qui habent ſimiles præeminentias.

Limita 5. quando Princeps, vel Supremus Do-
31 minus conſtituiſſet duo conſilia eiuſdẽ authoritatis, & ęqualia, nã hoc caſu vnũ Tribunal nõ poterit ab altero cauſã auocare, & ratio eſt, quia quãd. Tribunalia sũt equalia, inter eos datur pręuẽtio, & vbi cõceditur preuẽtio ceſſat auocatio *Vulteius in l. 1. n. 173. C. de iuriſd. omn. Iudic. Berlich. concl. 7. n. 4. Couarr. lib. 1. practic. c. 9. n. 3. Criuell. dec.* 112. *Riccius p. 1. dec. 158. n. 3.* & tandem *Dom. Altimar. d. quæſt. 29. num.* 42. lic et diſſentiant *Bocer. de iur. domin. & Vaſſall. lib. 1. cap. 3. num. 31. Myler. de Princip. & ſtatib. Imperij d. cap. 43. num. 3. & dixi etiam ſup. in hac præſtantia nu. 25. & 26.*

Limita 6. in Baronibus, & Feudatarijs noſtri Regni, licet Duces, Marchiones, Comites, &
32 Principes fuerint, nam licet eis iuriſdictio fuerit conceſſa, non tamen regalia fuerunt tributa, prout eſt hæc ſuprema poteſtas cauſas auocandi, adeout nec ſtatuta condere poſſint in locis eorum iuriſdictionis dixit *Afflict. in pręlud. conſtit. quęſt. 12.* & latius declarant *Capiblanc. in pragm. 8. à nu.* 133. ideo nec minimum actum facere poſſunt contra ius, & pręter leges eorum iuriſdictionem exercere, nequeunt igitur cauſas à ſuo Iudice ordinario abdicare, & alijs delegare non poſſunt,

Tandem pro coronide aduertant à Supremi Iudicantes, vt ad hanc auocationem facien-
33 dam procliues eſſe non debeant, nec Supremi Principes qui iura Imperij habent, non tamen liberas debent tenere habenas ad edictum euocatorium concedendum, ſed debẽt cum legitima cauſa tali poteſtate vti, ſaltem de honeſtate *cap. penult. vbi Abbas de iuram. calumniæ*, & cauſa debet eſſe magna, vt à Rota auocetur. *Rota in Roman. pecuniaria 28. Februarij* 1614. *coram Card. Verospio Marcheſan. de commiſſ. auocat. cauſ. §. 1. nu. 57. Vrſell. d. concluſ. 172. num.* 12. forſan ob denegatam iuſtitiam *Borrell. de præſt. Reg Catthol. cap. 62. num.* 64. etenim ipſe Princeps ſi auocat ſine cauſa grauat partem *auth. vt different. Iudices*, & iniuria fit etiam Iudici, à quo cauſa aufertur, de qua cognoſcere cępit *Valenzuola conſ. 85. & conſ. 171. num. 12. Pegas ad ordin. Portugal. tom. 2. §. 44. gloſ. 106. num. 18. Creſpi de Valdaur. obſeru. 15. num. 75. & ſeq. Baron. de effect. inimic. poſt tract. ad raceamat. num. 89. & ſeq. pag.* 307. partes etiam lęduntur ex tali auocatione, quia amittunt appellationis bene-

beneficium eis competens, à decreta Iudicis inferioris, cum nouo termino ad non poſita ponenda, & etiam Magiſtri actorum, & Scribę lucra amittant emolumentorum, quæ fructus ſunt officij empti, vt aduertit *Dom. Prata in ritu* 288.*nu*.55.*tom*.4.ac tandem per d.auocationem cauſarum,litium expeditionem retardari, demoſtrat *Iurga Valent. in parthen.litigoſ.lib*.1.*cap*.12. *nu*. 22. preſertim ſi litigatores eſsent pauperes,ideo nō ſic de facili eſse concedendam conſulit, ex his concludunt DD. quod talis auocatio non niſi ex iuſta, & magna cauſa fieri debeat *Paul. de Caſtro in auth.qua in prouincia C.vbi de crimine agi opor. Rebuffus de auocat. cauſ. qua*. 6. *n*. 57.*& quaſt*.7.*num*.66.*Couarr.practic.cap*.10. *Auendan.in cap*.10. *prætor. num*.2. *Bonadill. lib*.2.*cap*.16.*num*.10. *Maſtrill.de magiſtr. lib*. 3.*cap*.4.*nu*.122. *vſq. ad num*.130. *Anton.Faber in ſuo Cod.lib*.3. *tit*.1.*defin*.1.*Caſtill.lib*.3. *contro.cap*.25.*num* 40.*Valenzuola conſ*.85.*per tot.& conſil*.171. *num*.12. *Mend.de iure accademic.lib*.3.*nu*. 401. *in fin*. At ad præſentem materiam auocationis cauſarum vide *Thom. Valaſc.alleg*.65.*num*.54. *& alleg*. 77.*num*.12. *Almeid. de numero quinario c*. 29. *Bersachin. de poteſt.Epiſcop. lib*.5.*par*,5.*num*.41. *Auend. de exeq.mand.par*.1.*cap*.19.*num*.2. *Bernard. Greneo lib*.1.*concl*.41.*Dom.Altimar. de nullit. rub*.9.*quaſt*.29.

PRÆSTANTIA VII.

Præſtantia Supremi Conſilij Principis eſt, vt cauſæ coram eo introductę,non ſic de facili ad ſuas Curias remittantur.

SVMMARIVM

1 *Iudicium vbi ceptum eſt,ibi finiri debet.*
Iudex punitur, ſi iurisdictionem alterius Iudicis ſibi vindicet.
Lis non poterit coram alio Iudice agitari pendente primo iudicio.
2 *Remittitur cauſa, & ſi lis pendeat in alijs Regnis,dūodo ſint ſubiecta dominio noſtri Regis.*
3 *Cauſæ introductæ in Supremo Conſilio Principis,non poſſunt ab eo remoueri.*
4 *Curia Romana non remittit inquiſitum ad Epiſcopum, quando Reus eſt carceratus in d. Curia.*
5 *Executio ſententiæ debet fieri à Iudice à quo, quando ſententia confirmatur.*
6 *Tranſigere non licet litigantibus ſine beneplacito Curiæ, quando lis agitatur corā Senatu.*
7 *Senatus poteſt remittere cauſas ad Iudices inferiores, ſi coram eis lis pendeat.*
8 *Continentia cauſæ tunc nō debet diuidi,quādo Iudex competens eſt in vtroque iudicio.*
Vſuraria prauitate creditor grauatus corā Iudice Eccleſiaſtico poterit agere coram Iudice Laico ſuper poſſeſſione eſigendi.
9 *Tribunalia Regia licet teneātur remittere cauſas Vaſſallorum ſuis Baronibus, tamen poſſunt deſtinare Commiſſarios pro captura informationis delictorum.*
10 *Exceptio continentiæ cauſæ debet per partem allegari.*
11 *Remiſſiones cauſarum in multis caſibus non debent fieri Baronibus.*
Remiſſio cauſarum Baronibus non fieri debet in delictis leuibus, vel quando agitur ciuiliter pro cauſis criminalibus.
12 *Remiſſio denegatur poſt ſententiam, & quid in Barone.*
Litis pendentia debet opponi ante ſententiam.
Contumax non petit cauſę remiſſionem.
13 *Iudicis incompetentiæ defectus impedit exequtionem ſententiæ.*
14 *Teſtes pro teſtimonio ferendo extra Curiam propriam vocati, non poſſunt petere cauſæ remiſſionem, ſi coacti fuerint.*
15 *Remiſſio non petitur in cauſis executiuis.*
Exceptio litis pendentiæ in cauſis executiuis locum non habet.
16 *Remiſſio denegatur Baroni, quando eſſet ſuſpicio quod Baro non puniret Reum.*
17 *Nobilitatis cauſæ introductæ in ſenatu, non remittuntur.*
18 *Acta facta in Curia Seculari, quando fidē faciunt in Curia Eccleſiaſtica.*
19 *Confeſſio clerici facta coram Iudice laico, an præiudicet coram Eccleſiaſtico.*
20 *Decretum denegans, vel concedens remiſſionem cauſæ,an ſit definitiuum, vel interlocutorium.*
21 *Expenſæ ſunt ſoluendæ ab eo,in cuius vtilitatem remiſſio cauſæ conceditur.*

SImilis antecedenti eſt præſens Præſtantia introductionis cauſarum in Supremo Senatu, vt iſtæ non ſic de facili remittantur ad ſuos Iudices,coram quibus fuerunt cęptę, poſtquam fuerunt introductæ ad Supremum Prætorium, & vt hanc præſtantiam conſideres, eſt prius ſupponenda regola iuris communis,qua cauetur,quod vbi cæptom eſt iudicium, ibi finiri debeat *l. vbi cæptum ff. de iudicijs l.ſi quis poſtea ff.eod.tit. Gall.lib*.1.*obſeru*.32.*Ripoll.de regal.cap*.26.*num*.9.etenim cognitionem alteri Iudici debitam ſi quis ſibi vindicat, punitor *l*. 2. *C. de offic. Comit. Sacr. Palat, Vantius de nullit. ex defectu iuriſdictionis num*.44. *Pegas ad ordin.Portugal.lib*.1.*tit*.5.*gloſ*.13.*nu*.11.*tom*.2.*ord*. 390. hinc eſt, quod pendente primo iudicio,non pote-

poterit coram alio Iudice lis agitari, docente *Innoc. Hoſtienſ. & alij in cap. 1. de mutuis petitio.* vbi *Abbas num.* 8. *Soccin. artic.* 6. *falle.* 1. *num.* 58. *per Gloſ. in l.* 1. *ff. de quib. reb. ad eundem Iudic.*, quæ affert tres rationes, prima eſt, quia cum agatur de eadem relicet, inter diuerſas perſonas, vna eademque cauſa iudicatur. Secunda eſt ratione vitandæ abſurditatis, ne ſcilic. diuerſæ ſententiæ ſequātur argum *l. cognitio* 5. *ſi plures ff. de liber. cauſ.* ideo *tex. in l. cum ex pluribus ff. de quibus rebus* ſtatuit, quod ſi vnus tutor conueniatur ſub vno Iudice, coram eodem debent cæteri cōtutores cōueniri. Tertio ratione recōuētionis, vt eius iudicis obſeruet arbitrium contra ſe, quē in ſua primeua actione elexir, verba ſunt *tex. in l. cum Papinianus C. de ſent. & interlocut. omn. Iudic. Ripoll. de regal. c.* 26. *num.* 16.

Quod etiam de iure noſtri Regni fuit diſpoſitū per *pragm.* 3. *de offic. S. R. Conſ. & per pragm.* 2. *ſub tit. vbi de delicto quis conu. deb.* VbiReg. *Rouit.* vt Rei in primis cauſis non extrahantur à proprio domicilio, niſi aliter inueniatur cautum ex priuilegio actorum, ideo ſtatuitur cauſas eſſe remittendas ad Curias Baronum,

2 ſi ibi conueniti domicilium habeant. Imo, & cauſa erit remittenda, etiam ſi petatur à Reis degentibus in alijs Regnis ſubiectis eidem Regi, puta ſi petatur in Regno Siciliæ vltra Pharom, vel in Ducatu Mediolani *Capiblanc. de Baronib. pragm.* 8. *par.* 2. *num.* 223. *Gama dec. luſitan.* 362., & in noſtro Regno ita eſt diſpoſitum per *pragm.* 4. & 5. *vbi de delict. quis conu. debeat*; cauet tamē à *Carneual. de iudic. diſp.* 1. *num.* 829. & 839. *tom.* 1. qui contrarium voluit nempè, quod ex vno Regno ad aliud non ſit facienda Reorum remiſſio, licet diuerſi Principatus ſint ſub vno Principe, citat, *Auendanum, Molinum, Peguerum*, & alios Doctores Hiſpanos, forſan ex ſpeciali lege inter Hiſpaniarum Regna vigente, ſed d. *Carneual.* dum in hoc Regno, & in hac noſtra Ciuitate Neapolis reſidebat, vti Regius Conſiliarius, & apud nos ſuos libros impreſſit, debebat ſuem concluſionem limitare in noſtro Regno, ob d. *pragm.* 4. & 5. has remiſſiones delinquentium in Regnis diuerſis, ſed ſub dominio eiuſdem Regis permictentes, imo precipientes, & d. *Dominus Carneual* nec vnom verbum protulit de d. noſtris conſtitutionibus, Secus dicas ſi petatur remiſſio in Regno diuiſo à dominio noſtri Regis, puta in Ciuitate Beneuenti, hoc enim caſu inquiſitus non remittitur, ob aliegatam rationem, quia non cōceditur remiſſio, quando agitur de Regnis diuerſorū Principū *Capiblanc. in d. prag.* 8. p. 2. *n.* 126. *Danza de pugn. doctor. tit. de officiali b. c.* 13. puntualiter *Boer. dec.* 29. *et Carneual d. diſput.* 2. *num.* 827. vbi latè, niſi tamen per particulares ſanctiones alicuius Regni fœdus inhitum fuerit inter Principes confinantes de Reis communiter remittendis, prout fuit per ſpeciale pactum conuentum inter Regem Sebaſtianum olim Portugalliæ Regem cum Rege noſtro Philippo, de Piratis vnius Regni ad inuicem cōmuniter remittendis, vt refert *Gama d. dec.* 362. & alias cōfederationes tradit *d. Carneual loc. cit. n.* 832. *Sed d. Gama* notabiliter ſubdit, quod tales remiſſiones nō fiāt, niſi quādo plenè de delicto cōſtet, citat *Gratum conſ.* 92. *n.* 24. *lib.* 2. *Auendan. de exeq. mand. Reg. c.* 7. *Antoniū Corea in commenat. ad lib.* 3. *Ordinam. tit.* 1. *in verb. praſo n.* 175. *alioſq;* & ex noſtris etiā dixit *Rou. in prag.* 3. *vbi de delict.* ad exéplū remiſſionis cauſę alicuius apocę ſeu ſchedulę priuatę manu propria ſcriptę, vel ſubſcriptę, quę nūquā remittitur ad proprios Iudices, recognitione prius nō facta, & ita de ſtylo noſtrę M. C. teſtatur *Borrell. de praſt. Regis Catthol.* 62. *n.* 68. *poſt Anto. Cape. & Marinum Freciam ab eo allegatos.* at ex recentiori praxi apud nos in hoc Regno receptom fuit, vt Vaſſalli remittantur ad Barones, etiam ſi de delicto non conſtet, etſi eſſēt abſoluendi, ne priuētur emolumentis ſuæ iuriſdictionis *Tapia in pragm.* 1. *nu.* 6. *lib.* 3. *Iur. Reg. rub.* 6. *vbi de delict. quis conu. Capiblanc. in prag.* 8. *par.* 2. *n.* 99 & 100. *Carneual. loc. cit. n.* 861.

Hæc enim regula licet vera ſit in Iudicibus Superioribus erga alios inferiores, attamen

3 in Supremo Conſilio Principis cauſæ coram eo introductæ, ab illo non poſſunt remoueri, *cap. vt noſtrum de appellat. Rebuff. de euocat. cauſ. art.* 1. *num.* 99 *Gregor. de feud. quæſt.* 46. & 47. *Anguiſol. conſ.* 47 *Caſtill. dec.* 42. *num.* 6. *tom.* 1. vbi dicit, quod ſemel cauſa introducta in Conciſtorio Principis, non eſt licitum ab eo exire, & reſtitui ad primum iudicem, citat *Rebuff. loc. cit. Magon. dec. florent.* 50. *num.* 1. & 8. *Couarr. practic. quæſt. cap.* 9. *num.* 5. *alioſq;* quod confirmant *Menoch. de arbitrar. lib.* 1. *quaſt.* 67. *num.* 30. *Peregrin. conſ.* 24. *nu.* 21. *lib.* 1. *Iaderch. conſ.* 4. *in fin. Maſtrill. dec.* 176. *num.* 6. *Abruzz. in lectur. practicab. fol.* 354. *num.* 507. *Dom. Altimare de nullit. rub.* 3. *quæſt.* 15. *num.* 9. faciunt tradita per *Fontanell. tom.* 1. *dec.* 71. *num.* 21.

Amplia vt nec etiam Iudex minor, vel inferior poterit petere remiſſionem à Iudice maiori, & ſuperiore, quia Tribunal Superius non remittit ad inferiores *Oldrad. conſ.* 124. *num.* 4. *verſ. tertio remiſſio Auendan. reſponſ.* 40. *num.* 6. *Couarru. in pract. cap.* 11. *num.* 6. *verſ. vndecimo erit*, & *num.* 10 *verſ. decimo tertio Boradill. lib.* 2. *politic. cap.* 13. *num.* 69. *in fin.* & ex noſtris *Tapia in pragm.* 1. *nu.* 34. *vbi de delict. quis con. deb. lib.* 3 *Iur. Regn. rub.* 6. *Nouar. ad pragm. collect.* 222. *num.* 18. & 21. alios refert,

& ſe-

& ſequitur *Carnenal de Indic. diſp. 2. nu.* 855. *lib.* 1. quam concluſionem in *ſeq. num.* 856. dixit veram eſſe, quando Iudex Superior poterit auocare cauſas à Tribunali ſeu Iudice inferiore, ſecus ſi cauſam ad ſe aduocare nō poſſit ob grauamina illata, quia tunc tenetur remittere cum *Azeued. in l.* 1. *num.* 50. *tit.* 16. *lib.* 9, *recompil. Bonadilla aliiſque à d. Carnenalio citatis*, & dum noſtrum Sacrum Conſilium poteſt cauſas Iudicum, & Tribunaliū inferiorum ad ſe auocare, vt ſuper fundaui in antecedenti *præſ.* 6. non tenetur cauſas remittere ad Curias inferiores.

Et ex hac concluſione inuenies rationem cur Curia Romana non remittit inquiſitum ad
4 Epiſcopum, quando Reus eſt carceratus in Curia Romana, vt dixerunt *Oldradus conſ.* 124 *Couarr. practic. cap.* 11. *Clar. in* §. *fin. quæſt.* 38. *Riccius in praxi par.* 2. *reſol.* 77. quod non obſeruant aliæ Curiæ Regiæ noſtri Regni, nam licet detineant carceratum, tamen ſi petunt remiſſionem Barones, illum remittunt, & hoc ideo quia Curia Romana Suprema Curia eſt, & cauſæ ibi introductę ab illa non exeunt.

Ex qua præſtantia vtilitas ad praxim reſultat, nam quando Iudex appellationis pronunci-
5 at benè iudicatum fuiſſe per Iudicem à quo, & malè appellatum, debet cauſa remitti ad Iudicem à quo, dum non apparet grauamen fuiſſe illatum, & ideo executio ſententiæ debet fieri à Iudice à quo, dixerunt *Barl. in l.* 40. *in princ. ff. de minor. & in l.* 4. *quæſt* 6. *num.* 10. *ff. de appellat. recip. Cyn. in l. per hanc quæſt.* 7. *ſub. num.* 11. *C. de tempor. & repar. appellat. concl.* 6 *num.* 7. *Couarr. practic. quæſt. cap.* 9. *nu.* 5. *verſ. quibus Dom. Altimar. de nullit. rub.* 3. *quæſt.* 15. *num.* 2. ſed, quando Suprema Curia cognoſcit de cauſa appellationis, & pronunciat bene fuiſſe appellatum, cauſa non remittitur Iudici à quo, ſed remanet apud S. Cōſilium, coram quo petitur executio decreti, vt in praxi quotidie videmus practicari, & ratio eſt quia in gradu appellationis fiunt acta coram Suprema Curia, & non conuenit, vt Curia inferior procedat poſt acta, & decreta facta à Superiore, & hac ex ratione nunquā M. C. Vicariæ noſtri Regni apponit amplius manus in cauſis introductis in noſtro S. C. prout etiam de ſtylo Curiæ idem dicunt obſeruari *Staphil. de ſignat. liter. inſtit. clauſ. & cum negotio princip. num.* 3 *Vant. in rub. ex defectu iuriſd. num.* 69. *& ſeq. Veſtr. in praxi lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 11. & dixi ſupra *in cap.* 2. *præſ.* 3. *num.* 16. & hoc ob prædictam rationem, quia ſcilic. cauſa ſemel introducta in Suprema Curia ab ea regulariter non abdicatur, dixerunt *Scaccia de Iudic. lib.* 1. *cap.* 66. *num.* 30. *& de appellat. quæſt.* 17. *lim.* 29. *memb.* 3. *n.* 24. *Couarr. practic. quæſt.* 9. *num.* 5.

Hinc collexerunt DD. ob authoritatem Supremi Senatus, & eximiam eius præſtantiam, quod quando cauſa pendet coram Senatu, nō poſſint partes litem tranſigere, & compone-
6 re, non adiecta hac clauſula in tranſactione videlicet (cum beneplacito Curiæ,) & ita ſeruari in Gallia, alias ad mulctam condemnari tranſigentes ſcripſit *Maſuer. in rub. de Iudic.* §. *item ſæpè partes*, & etiam comprobat *Aufrer. in ſtylo parlament. arreſt.* 53. 57. & 95. qui etiam refert quod fuerit pars condemnata ad emendam, quia ſe tranſegit ſine d. clauſula, & ſequitur *Rebuff.* relatus à *Dionyſio Gothofredo in praxi ciuil. lib.* 1. *tit.* 9. *de ſenator. in rub. de priuileg. Curiar. verſ. vigeſimoquinto*, qui etiam dixit, quod iſta clauſula (cum beneplacito Curiæ) nec aliter, nec alias, eſt conditionalis *Iaſon in l.* 2. *col. penul. C. de iur. emphit*; ſed nos Itali maiori libertate gaudemus, circa præſentem materiam, quia datur facultas litigantibus ſe tranſigere, vt pax in Republica floreat, vtquè ab hoc ciuili bello, quo litigantes præmuntur, liberentur.

Poterit tamen ſi velit Supremus Senatus remi-
7 ttere cauſas ſibi commiſſas ad Curias inferiores in quibuſdā caſibus, quorū primus eſt, ne continentia cauſæ diuidatur, nam ſicut quando cauſa pendet coram Supremo Senatu, & coram Curia inferiori prætenderetur agitari, poterit auocari à d. Senatu, ne cōtinentia cauſæ diuidatur, vt dixi ſupra in *præſ.* 6. *num.* 19. eodem modo ſi pendet corā Iudice inferiori, & introduceretur coram Senatu abſque aliqua cauſa rationabili, cōpetit remiſſio, ob eandem rationē, & ad conſeruandam cauſæ indiuiduitatem *l.* 1. *&* 2. *ff. ex quibus cauſ. ad eundem Indic. l. nulli Cod. de indic.* & ob periculum difformitatis decreti *d. l. nulli vbi DD. Afflict. dec. ſ.* 354 *Menoch. de arbitr. Iudic. lib.* 2. *cent.* 4. *caſu* 371. cum aliis congeſtis per *Alphan. collect.* 230. *Ricc. collect.* 368. & 1511. ideo ſi Supremus Senatus aſpexerit cauſam ſibi commiſſam pendere coram alio Iudice, puta ſuper proprietate alicuius rei, & conuentus ſuper d. proprietate vellet conuenire actorē ſuper poſſeſſione eiuſdem rei, vel è contra, cauſa poſſeſſionis debet fieri coram eodem Iudice cauſæ proprietatis, & hoc procedit ſiue duret, & pendeat primum iudicium, ſiue ſit finitum *Gloſ. Barl. Bald & alij DD. in d. l. nulli Gloſ. Abbas Imol. & alij in cap. fin. de Iudic.* ob prædictam rationem, ne diuiſio impediat cauſarum continentiam *Bald. & Abbas vbi ſup. Caball. dec.* 32. *num.* 1. Ob eandem rationem concludunt DD. ne continentia cauſæ diuidatur, quod ſi ego debeo conſequi à te centum, & peto decem coram vno Iudice, non poſſum alia petere coram alio Iudice, quia obſtat exceptio dilatoria

qua

qua non teneris reſpondere coram ſecundo Iudice *Gloſ. in §. ſi minus inſtit. de actio. Matthesil. ſingul.* 148 ſic etiam ob eãdem rationem dicas, quod ſi ego peto quinquaginta, ex centum quæ mihi debes, potes tu reſpondere petas alia, ne cogaris plora facere iudicia, argum *l. non tamen ff. de procur. Barl. in l. in commodato §. duobus ff. commod. Matthesil. ſingul.* 115. & probatur ex natura correlatiuorum, nam ſicut non poteſt creditor cogi accipere partem, ita non poteſt debitor cogi ſoluere partem, ex quo deſumitur regula, quod quãdo quis poteſt ſuam intentionem conſequi coram vno Iudice, non debet ſub diuerſis Iudicibus comparere, & pacem Reipublicæ tot litibus inquietare, *Additio ad Matthesil. in d. ſingul.* 115.

Sed hoc declara, vt tunc cõtinentia cauſę pariat vnionem cauſarum, quando Iudex competẽs
8 eſt, & iuriſdictionem habet in vtroq; iudicio, ſecus vero ſi competens non eſſet, puta ſi iuriſdictionẽ non haberet in ſecunda cauſa, ĩn qua is qui erat Reus in prima agit vt actor, tunc enim is ita conuentus ſuper poſſeſſione, poterit alium conuenire ſuper proprietate, ſed coram alio Iudice competente, & hoc ſiue primum iudicium pendeat ſiue ſit finitum *Cabed. deciſ.* 32. *num.* 2. qui ponit exemplum de Clerico, qui conuenit Laicum ſuper poſſeſſione beneficij, aut iuriſpatronatus coram Iudice laico, & laicus vellet conuenire clericum ſuper proprietate corã Iudice Eccleſiaſtico, poterit recte facere, quia Iudex laicus incompetens eſt ad cognoſcẽdum in cauſa proprietatis beneficij, aut iuriſpatronatus *Cabed. loc. cit. num.* 4. Ob prædictam rationem reſoluitur caſus, vt ſi actio vſurariæ prauitatis fuerit præuenta coram Iudice Eccleſiaſtico, poterit nihilominus creditor præuentus coram d. Iudice Eccleſiaſtico agere coram Iudice laico, ſuper poſſeſſione iuris exigendi cenſus ex d. contractu litigioſo, & impugnato coram d. Iudice Eccleſiaſtico, fundat *Cabed. d. deciſ.* 32. *num.* 6. vbi refert deciſum, quod tantum ſuper vſuraria prauitate procedere debeat Iudex Eccleſiaſticus.

Sed aduerte, quod in illis caſibus in quibus tenentur Tribunalia remittere cauſas Barona-
9 libus Curijs, etiam poſſunt deſtinare Commiſſarios ad recipiendas commiſſiones, & informationes de illis delictis ſobditorum, & Vaſſallorum, quorum cognitio ſpectat ad Barones, quia hoc nõ præiudicat Baronib., ſed potius eorũ iuriſdictionem adiuuat, cum ſemper ſit eis ſaluum ius petendi remiſſionem, quæ an competat eſt cognoſcendum, cum in multis caſibus excludantur Barones à remiſſione *Capiblanc. de Baronib. tom.* 2. *cap.* 49.

Aduerte etiam, quod exceptio hæc ne continẽ-
10 tia cauſæ diuidatur, debet per partem allegari, alias de ea nulla habebitur ratio, cum ſit exceptio dilatoria, & ſic opponenda in vim dilatorię ante litis conteſtationem, vt impediat litis ingreſſum *cap. inter monaſterium de re iudic. Rivoll. de regal. cap.* 26. *nu.* 12.

Sunt tamen multi caſus, in quib. non tenentur
11 Regia Tribunalia cauſas remittere, & primus erit, quando delicta ſunt leuia, *l. deſertorā in princ. ff. de re milit.* quia remiſſio fit, quãdo grauiora crimina cõmittuntur *Riccius p.* 2. *reſol.* 78. late *Carneual. de iudic. diſp.* 2. *num.* 853. *lib.* 1. ſic etiam, quando agitur ciuiliter pro cauſa criminali, non poteſt peti remiſſio *Cepoll. conſ.* 59. nam remiſſio ad forũ delicti fit ad exemplum aliorum, quæ ratio ceſſat in delicto ciuiliter intentato *Riccius in praxi par.* 2. *reſol.* 81. *Carneual. loc. cit.*

Eſt etiam caſus in quo denegatur remiſſio, quãdo illa petitur poſt ſententiam, quia condemnatus punitur non remittitur, & dum per ſententiam lis dicitur finita, non erit locus remiſſioni; ſed tantum tractari debet
12 de executione *Capiblac. in prag. de baro. p.* 2. *c.* 49. & *in prag.* 8. *p.* 3. *n* 91. ex doctrina *Barl. in d. l. exequutoris C. de exeq. rei indic.* alijq; relati per *Grãmatic. dec.* 30. & à *Carneual. de Iudic. diſp.* 2. *n.* 812. & etiam refert deciſum *Sanfelic. dec.* 69. *per tot. tom.* 1. Tu vero diſtinguas reſpectu Baronum petentium remiſſiones poſt ſententiam, vel Baro ſciebat cauſã agitari, aut ignorabat, ſi ſciebat non poterit petere poſt ſententiam cauſæ remiſſionẽ, ſibi enim imputet, qui iudicium diſtulit, ſecus ſi ignorabat, nam per ignorantiam non poteſt induci præiudicium *Reg. de Mariu. reſol. iur. cap.* 34. *Nouar. dec.* 97. & fuit doctrina *Andreæ in cap. Imperialem §. præterea ſi inter duos num.* 79. *de prohib. feud. alien. per Federic.* hac enim diſtinctione poſita conciliatur aliorum Doctorum ſententia affirmãtium, etiam poſt ſententiam competere cauſæ remiſſionem, ita *Gloſ. in l. à Diuo Pio §. ſententiam in verb. prouincijs verſ. ſecus in delictis ff. de iudic.* quam ſic intelligit, & declarat *Imol in l. penult. in princ. num.* 3. *in declarat.* 1. *notab. per. tot. Alex. in d. l. à diuo Pio §. ſententiam num.* 2. *quem ſequitur Alciat lib.* 7. *reſp.* 13. *num.* 2. *Iacobin. de S. Giorg. in l. heres abſens §. ſi quis tutelam ff. de iudic.* quos ſequitur *Theſaur. dec.* 90. *num.* 4. neque ab his diſcedit *Couarru. pract. quæſt. cap* 11. *ante num.* 7. & rerum iudicatarum authoritate comprobatur apud *Tapiam in lib.* 3. *iur. Reg. in rub.* vbi *de crim. agi oport. num.* 4. *Rouit. in pragm.* 2. *eod. tit. num.* 6. qui teſtatur etiam poſt ſententias capitales quamplures cauſas fuiſſe remiſſas ad Barones, maxime Magnates no-

ſtri Regni, vt teſtatur etiam *Maſtrill.dec.* 147. *num.* 12. *& Capiblanc.tom.*2.*cap* 49.*num.*16. 17. qui obſeruat pluries fuiſſe iudicatum pro remiſſione cauſarum poſt ſententiam ad fauorem Principis Salerni, & Biſiniani, Et indubitanter dicas competere remiſſionem ad Baronem poſt ſententiam, quando ab ea fuerit appellatum, nam appellatio, vel ſuſpendit iudicatum inſpecto futuro euentu, aut extinguit inſpecto ſtatu preſenti, iuxta ea quæ docet *Franc. dec.* 370.*nu.*14. & operatur ac ſi ſentẽtia lata nõ eſſet, idemque competit remiſſio, quia actus non eſt conſumatus, ſed habet tractum ſucceſſiuum in gradu appellationis vſque ad ſecundam ſententiã ita communiter DD. ſcilic, *Viſconte in ſuis concl. in verb. Baro poſt ſententiam Catalan. de indultu cap.*10. *num.*65.*& ſeq. Nouar. alleg.*9.*nu.*2.*poſt quæſt for. Thor. tom.* 3. *in verb. remiſſio cauſæ ciuilis par.* 3. *Reg. de Marin. lib.* 1.*reſol.cap.*34.*num.*3.*& ſeq.* quam ſententiã non impugnat *Capiblanc. tom.* 2.*cap.*49.*num.* 15. & licet *Capyc. Latro dec.* 46.*to.*2. vtrũque referat opinionẽ, in hanc inclinat ſentẽtiam, etiam poſt ſententiam cauſam eſſe remittẽdam Baroni. Si vero poſt obiectam remiſſionem vlterius progredi Iudicẽ patitur, nec ab actis pars appellauerit, cum poſſit, in ipſum conſenſiſſe videtur, per *tex. in l. ſed & ſi ſuſcepit* 52.*ff. de indic.* & per alia iura reſoluit *Doctiſſimus Moderuus D. Ioſeph Vela in diſſert. iur.* 41.*num.*20.*tom.* 2. vbi refellit ſententiã Doctorum, qui aſſeruerunt exceptionem incompetentiæ Iudicis expreſſam requirere pronunciationem, non ſic alias exceptiones dilatorias, quę talem pronunciationẽ nõ exigunt, ſed per tacitũ progreſſũ ad vlteriora illas reiectas iudicari, & concludit *d. Vela* eodẽ modo d. exceptionem incõpetentiæ Iudicis regulari, ſicut omnes alias exceptiones dilatorias. Sed ſi prætenderetur remiſſio ratione litis pendentię, niſi talis exceptio fuerit ante ſentẽtiã oppoſita, & Iudex proceſſerit ad definitiui decreti interpoſitionẽ, non poterit amplius opponi, vt fuit deciſum in S. C. in cauſa Comitis Palmerici in anno 1629. ad relationem *Reg. Rouiti* tunc Conſiliarij. d. exceptionem litis pendentiæ per d. Comitem oppoſitam non militare. quia poſt condemnationem illam oppoſuit, vt refert *Thor in comp. dec. par.* 3. *in verb. hæres conuentus fol.* 520. ex equitate tamen obſeruatur, vt poſſit opponi talis exceptio poſt concluſum in cauſa, ſed ante ſententiam *Additio ad Franc. in dec.* 41.*nu.*2.

Hinc deducitur, quod ſi contumax fuerit condemnatus, denegatur remiſſio Baroni, quia poſt contumaciam illam oppoſuit, vt refert *decisum Thor. loc. cit. in d. verb. heres conuentus fol.* 502. ne peruertatur ordo iudicij *Nouar. in 2. par. regul.* 9. ſed melius dicas, quod contumaci denegatur remiſſio ob pœnã contumaciæ, dum noluit comparere, quemadmodum nec poterit contumax allegare litis pendentiam coram alio Iudice, vel Tribunali *Bart. in l. quamvis nu.* 8. *ff. de dam. inf.* quando vero tractatur de incompetentia iudicis penitus extranei, iſta non regula-
13 tur ſicut quelibet exceptio dilatoria, quia etiam ſi tres fuiſſent latæ ſententiæ, huiuſmodi defectus iuriſdictionis impedit exequtionem, & competit remiſſio, vt dicit *tex. & Gloſ. in clem.* 1. *de ſequeſtr. poſſeſſ. & fructuũ* & facit *Gloſ. in cap. paſtoralis §. quia vero ſæpe verſ. & ſi ſciat de offic. & poteſt. Iudic. de leg. Apoſtill. ad Bartol. in l.* 3. *§. condemnatũ ff. de re iudic. Gramatic. conſ.* 1.*num.*48. quod poterit exemplificari, quando fuiſſet lata ſententia in Curia Romana, contra Ciuem Neapolitanum, hic Neapoli degentem, idem dicas, ſi petatur remiſſio à Clerico, qui non oppoſita declinatoria paſſus fuit ſe condemnari à Iudice laico, nam poſt vnam, vel plures ſẽtentias conformes latas à Iudice laico, remiſſio omnino debet fieri, quoniam quando Iudicis iuriſdictio eſt inprorogabilis, poteſt opponi etiam poſt ſententiam, vel plures conformes, quia nullitatis vitio pollent *Camill. della Rata conſil.* 61. *num.* 13. *Carauit. in ritu* 65. *per tot. Gramatic. dec.* 71. *à num.* 18. *& conſ.* 1. *num.* 47. *&* 48. *poſt deciſ. Carneual. d. diſp.* 2. *num.* 811. *in fine tom.* 1.

At vero in materia criminali exceptio incompetentiæ Iudicis non regulatur ſicut quelibet exceptio dilatoria, ſed attenditur quinã forus ſit potentior, & magis priuilegiatus, vt obtinere poſſit cauſæ remiſſionem, & quia magis priuilegiatus eſt forus delicti foro domicilij, vel originis, vt dicit *Carneual. d. diſp.* 2.*num.*813. ideo debet fieri remiſſio inquiſiti ad Iudicem delicti, etiam poſt ſentẽtiam latam à Iudice Originis, vel domicilij, poſt omnes relatos concludit *d. Carneual. loc. cit. nu.* 811. & dixerunt etiam *Rouit. in prag.* 2.*num.* 6. *vbi de delicto quis conuen. deb. Tapia in lib.* 3. *iuris Regni rub.* 6. *pragm.* 1. *num.* 49. & reliqui relati ab *eod. Carneual.*

Ex eadem ratione dicas, quod non competat remiſſio, quando Reus fuerit abſolutus ab obſeruatione Iudicij, iſta enim ſententia habet ſpeciem abſolutorię, ineptè igitur poſt talem ſententiam ſeu decretum abſolutorium proponi poteſt cauſæ remiſſio, niſi actor rectius agat, Iſta enim ſententia abſolutoria ab obſeruatione Iudicij ex varijs cauſis fieri poteſt, vel ob ineptitudinẽ libelli, forſan ſi carente actione debitum petatur, vel ſi cõpetat actio, ſed proponatur iudicium minimè congruens, iuxta *tex. in d. l. in ſine princi-pij ff ſi menſor falſum mod. dix.* & explicat late *Maranta de ordin. iudic.* 5. *par. princ num.* 50.

50. poſt alios *Vela in differt. iur. 41. à num. 66. tom. 2.* qui alias cauſas ex quibus poteſt Reus abſolui ab obſeruatione iudicij enumerat, igitur talis pronũciatio, ſiue dicatur interlocutoria, eo quod totum negotium non definit, ſiuè definitiua cum vim definitiuæ habeat, tam reſpectu Iudicis, quam partis, ſed quoque modo ſumpta cũ habeat vim abſolutionis, iudiciũ videtur finiri, donec aliud denuo inchoetur, ſed quia remanet facultas iterum melius agendi, tunc propoſito nouo iudicio poterit tractari de remiſſione, an competat, vel non, non vero cauſa completa poſt decratum abſolutoriè latum ab obſeruatione iudicij, latà ad propoſitum vide *d. Velam loc. ſup. cit.* qui omnes allegat

De negatur etiam remiſſio, quando ſubditi in
14 profarẽdo teſtimonio extra propriã Curiam vocarentur, nam non obſtante quocumque priuilegio de nõ euocando, val axemptionis, poterunt citari, eſaminari, & pro effectu predicto cõpelli ſub nulla ſpa remiſſionis, affirmat *Nicolaus. Myler. de Princip. & ſtatib. Imper. cap. 42. num. 7.* qui citat *Io. Baptiſtam Coſtam de remed. ſubſid. remed. 18. Beſold. in theſaur. politic. par. 6. Rumellin. ad Auream Bullam* alioſqua.

Eſt etiam caſus, vbi denegatur remiſſio, quando ſcilic. cauſæ ſunt axequtiuæ, & ratio eſt
15 quia poſſunt illæ proponi coram quocumque Tribunali, cum ergo non habeant certos Iudices, quilibet Iudax eſt competans, prout in ſimili dixerunt DD. da exceptione litis pendentiæ, quæ in cauſis axequtiuis locum non habet, ob rationem ſupra adductã, *Iaſon in l. nulli C. de Iudic. num. 8. & conſ. 9. nu. 7. 41. & 42. lib. 1. Trentacinq. var. reſol. tit. de Iudic. reſol. 10. Scaccia de appellat. quæ. 17. lim. 9. num 45. ad finem*, alios citat, & ſequitur *Salgad. in laberinth. cred. par. 1. c. 17. n. 36.*

Notabilis erit etiam caſus, vbi denegatur remiſſio, quando ſc. S. Conſilium parſcrutatur,
16 quod Baro ad quem cauſa remittitur non puniret Reum, puta quia eſſet Domeſticus, vel vrgeret aliqua ſuſpicio cauſæ in damnum partis conlitigantis, & hoc modo delictum remaneret inpunitum, ſic deciſum in M. C. V. refert *Tapia lib. 3. iuris Regni in tit. vbi de crim. agi oportet. & in caſtit. ſtatuimus n. 34.* puntualiter *Carneual. d. diſp. 2. num. 862.* Non minus notabilis eſt etiam iſte caſus Vagabundi, qui non poterit petere cauſæ remiſſionem, quoniam vbique puniri poteſt, & quicumque Iudex apud quem inuenitur eſt competens ad eum puniendum, tam via inquiſitionis, quã accuſationis *Boſſius in tit. de for. comp. num. 69. et 70. Clar. lib. 5. ſentent. §. fin. quæſt. 39. num. 7. Auendan. de exeq. mand par. 2. cap. 7. et reſponſ. 40. num. 8. verſ. nona concluſio*, alios citat, & ſequitur *Carneual. d. diſp. 2. num. 746. & num. 834.*

Et demum denegatur remiſſio ad Barones, vel Curias inferiores, quando agitur da cauſa
17 Nobilitatis, quæ ſi introducta fuerit ad S. Cõſilium, ab ea non poterit peti remiſſio, ita refert iudicatum per S. C. diè primo Febuarij 1569. in cauſa nobilitatis familiæ de Miro cum Vniuerſitate Ciuitatis Caſtri Maris, *Reg. Rouit. in pragm. 3. de offic. S. R. C.* & in hoc Regno obſeruatur, vt cauſæ reintegrationis ad Nobilitatem Sedilium huius Ciuitatis Neapolis, & Ciuitatis Surrenti committantur noſtro Sacro Conſilio decidendæ, cum depatatione Fiſcalis, qui ſemper eligitur Ragius Conſiliarius hiſpanus, ſed cum eſpreſſa licentia Dom. noſtri Regis, quia reputantur cauſæ magnæ extimationis, qualis eſt Nobilitas dictorum ſedilium.

Similiter denegatur ramiſſio ad Curias Artiũ, quando actor propoſuit ſuum iudicium vti priuilegiatus ad Senatum, forſan quia eſſet minor, Vidua, vel perſona miſerabilis, quæ vigora *tex. l. vnica C. quando Imperator inter pupill. & Vid.* elexit pro foro d. Supremam Curiam, hoc enim caſu niſi Artes, ſeu ipſarũ Conſules, qui exercẽt iuriſdictionem inter artifices ſuæ Artis, non obtinuerint priuilagium derogatorium *d. l. vnica*, excluduntur à remiſſione petita ad eorum Conſules, quapropter licet priuilegium conceſſum contineret generales clauſulas, & diſpoſitiones, nunquã per illud cenſetur derogatũ diſpoſitioni d. legis, niſi de ea expreſſa fiat mentio, ſic dixerunt *Cynus, & omnes DD. in d. l. vnica*, quos ſequitur *Roman.* ibidẽ *Bellugain ſpecul. Princip. rub. 28. Afflict. in conſt ſtatuim.* & ita fuit obſeruatum in priuilegio Conſulum Artis Serici, quibus iuriſdictio conceſſa non continet derogationem *d. l. vnica*, vt habeo *in alleg. 99. tom. 7. mear. diuerſar. alleg*, quamobrem idem dicas, de priuilegijs Baronum, vt requiratur expreſſa derogatio *d. legi*, vt remiſſiones valeant petere aduerſus iſtas perſonas priuilegiatas, & ita in dies obſeruatur.

Et tandem nota, quod in criminibus Clericorum denegatur remiſſio ad Iudicem delicti, ſed in quacumque prouincia delicta à Clericis Chriſtiani Orbis ſi cõmiſſa ſint, poſſunt à Iudicibus Eccleſiaſticis loci domicilij aut originis delinquentis puniri *Carneual. d. diſp. 2. num. 845.* ratio eſt quia omnes Iudices Eccleſiaſtici ſunt conſtituti ſub vno capite, ſc. ſub Romano Pontifice *cap. ec. ita per mundũ 9. quæſt. 3. Carneual. d. diſp. 2. nu. 845.* qui ex d. ratione concludit, vt de crimine hereſis vbicumque commiſſo, quis in loco domicilij puniri poterit, licet in eo loco nil peccauerit.

Non tamen omittas aduertere circa præſentẽ

18 materiam remissionis, quod licet regula sit vera, quod acta facta coram Iudice seculari in casibus inquibus ipse est competens, si producantur in Ecclesiastico Iudicio, ab eisdem partibus, & ad eundem finem faciant plenam fidem in Iudicio Ecclesiastico, dummodo acta fuerint facta in iudicio plenario *Abbat in cap. at si clerici de Iudicijs num. 14.* vbi etiam *Feliu.num.13.Cappell. Tholosan.qu. 198.* & ibi late *Aufrer. Merla. in empor. iuris tit.2.de iurisd.omn.Iudic. nu.168. pag. 89.* tamen circa materiam remissionis dixerunt DD. quod Iudex cui remissio fit delinquentis non teneatur stare processui facto per Iudicem remittentem *Bart. in l. magistratus* vbi *comm.DD.ff. de iurisd. omn. Iudic. & in l.non dubium, & in l.Diuus ff. de custodia Reor. Clar. in § fin. q.36. insi.d.q. vers. quero* Riccius *in praxi p.4.resol.89.* maxime si Iudex sit incompetens, aut incapax, super iurisdictione, ideo acta facta per Iudicē laicum, nec indicium faciunt contra Ecclesiasticum *cap. at si clerici* vbi *DD. de Iudic.* & quando Iudex incompetens est, non solum sententia, sed etiam acta nulla sunt *Bart.in l.sacris Cod.de proxim. sacr.scrin.lib.11.Gama dec. 259* & ibi *Flores in addit. Pereyra dec.27.* quod approbat *Zerula in praxi Episcop.par.1. in verb. processus insin;* vbi dicit, quod si Iudex laicus sciuerit illū esse Clericū, & acta contra eū cumularet, esset excommunicatus in bulla Cœnæ Domini contra processantes personas Ecclesiasticas, etenim Iudex laicus causā remittens se declarat incompetentem, & ob d.incompetentiam omnia acta ab eo facta sunt nulla ad *cap. si diligenti de for. comp. Gramatic.dec. 39.* & ad hoc vt possit inquirere contra Clericum debet nouum processū inchoare *Baiard.in addi. ad Clarum in d § fin. quæst.36.post Raid. ab eo citatum,* Verum tamē est, quod in nostra Curia Archiepiscopali Neapolitana in casu prædicto practicatur, quod quando Clericus remittitur à Curia seculari, vna cum actis ad Curiam Ecclesiasticam, hæc Curia ex eisdem actis in Curia seculari factis constituit Reum absque nouo examine testium, vt de praxi testatur noster *Gennens. in praxi Archiepiscop. cap.6.num.5.* qui assignat rationem prædictæ obseruantiæ, quam rationabilem iudicat dicendo, quod contraria sententia si obseruaretur, delicta remanerent inpunita in perniciem Reipublicæ, etenim sæpè sæpius occurrit, quod Clerici detinentur carcerati per multum tempus à Iudice laico, antequam remittantur, hac de causa difficile esset de nouo informationem sumere delictorum. Nec obstant iura canonica super allegata, nēpè vt acta facta corā Iudice laico non probent coram Ecclesiastico, per *d.cap. at si Clerici* cū concordantibus, nam respondetur illa procedera ad finem condemnandi, non tamen ad finem constituendi, seù interrogandi Reum, & videntur acta potius ad Iudicis instructionem deseruire, quam ad condemnandum, vt aduertunt *Calderin. in consil. 12. de Iudic. Decius aliique citati à Gennens. in d.cap.6.circa fin.*

Sed quid è cōtra, si Iudex Ecclesiasticus aliquem condemnauit, deindè ob graue scelus illū remisit Curiæ seculari puniendum, an debeat sententiam statim exequi ex eisdem actis, an vero super ipso crimine de nouo cognoscere, distingue, vel delictum est mere Ecclesiasticum, prout est delictum hæresis, de quo Iudex laicus nullo modo cognoscere potest, & hoc casu d.Iudex laicus, debet statim sententiam exequi absque nouo processu, vel noua causæ cognitione *Pegn. in director. inquis.schol.99.ad 3.p.fol.57.58. & 138.* qui ex Doctorum authoritatibus, *& constit.* Rom.Pōtificū hanc cōclusionem probat *Clar.in pract. crim.§.hæresis vers.hoc crimen, & in §.fin.quæ. 96.vers.Quære etiam.* Si vero delictum sit mixti fori conficitur per Iudicem laicum nouus processus *Clar. loc. cit. in d. quæst. 96. quæst.96. Pelliccion. quæst. illustr. quæst. 32. versicul.quod vero,* qui dicit Sacerdotem degradatum à Curia Ecclesiastica fuisse præuio nouo processu suspensum.

An autem confessio coram Iudice laico facta
etiam præiudicet Clerico coram Ecclesiasti-
19 co, puta si Clericus confessus fuerit delictum,
coram laico Iudice, possit ex tali confessione
torqueri coram Iudice Ecclesiastico, quasi
illa habeatur loco confessionis extraiudi-
dicialis, dicunt quod non multi DD. apud
Sperell.dec.18. sed notabiliter, dixit *Gennens.*
in praxi cap 6. quod nisi Clericus doceat de
errore, cogitur persistere in confessione facta
coram Iudice laico, sequitur *Riccius par. 2.*
dec. 228.

Sed ad praxim quæri poterit, an decretum de-
negans, vel concedens remissionem causæ,
20 sit definitiuum, vel interlocutorium, & quod
sit definitiuum asserit *Carauit. in ritu 258.*
Vela in dissert.iur.41.num.10.tom.2. vbi late.
Alij vero dixerunt, quod sit interloquutorium
Muscatell. de appellat. [illegible] *in pragm.8.*
nu.98.par.2.de Baron., decisum refert *Nouar.*
par.2.quæst.28. proinde, vt appellationem
non recipiat, ex rationibus quas considerat
Amendan. in tract. de secunda supplic. num. 5.
vers.vltim. & [illegible] *lib.*
4.recomp sicut decretum suspicionis Officia-
lium, vel exceptionis fori est interloquutorium
Franc.dec.408.Riccius collect.167. [illegible]
sup, sed ego dicerem non esse decretum de-
finitiuum, sed habere vim definitiui, quod
regulatur secundum naturam definitiui,
ideo vtiliter ad praxim deducitur, quod si

puta-

petatur remissio à Tribunali Regio ad Curiã Baronis, & feratur decretum, non esse causã remittendam, ab hoc decreto si appelletur, Barn pendente appellatione non poterit ad vlteriora procedere, & si procedit nulliter agit, quia dum est decretum, quod habet vim definitiui, non poterit appellatione pendente aliquid innouari sub pena nullitatis, ideoque appellationem admittit ad vtrumque effectum, tã si concedatur, quã si denegetur remissio, late *Vela in dissert. iur. 41. num. 10. to. 2.* vbi omnes collexit.

Aduerte tandem, quod quando causæ remittitur, expensę sunt soluendę ab eo, in cuius
11 vtilitatem actus resoluitur *Barbos. in l. heres absens §. proinde de foro delicti Couarr. practic. cap. 11. num. 11. Suarez de Pax in praxi tom. 2. quæst. 2. num. 1; Menoch. de arbitrar. casu 228. num. 8. Pereyra à Castro par. 2. cap 44. in fin. & num. 16. versicul remissio*, & expensis partis remissę erit facienda remissio *Valasc. alleg. 21. num. 8. Pereyra dec. 58. num. 14. & p. 2. cap. 44. in fine* alias detineri poterit processus pro expẽsis *Boer. dec. 15.* & explicat *Zach. de salar. quæst. 96. num. 6. Pegas resol. for. cap. 16. num. 36.* Sed si Clericus remittendus sit pauper, qui nõ habeat ob suam inopiam expensas necessarias, Episcopus soluet pro eo, dixit *Couarr. practic. cap. 33. num. 5. Rebuff. in tract. quando secularis num. 69. Pereyra dec. 44. in fin.*

PRÆSTANTIA VIII.

Præstantia S Consilij Neapolitani est, quód supplicatur non hortatur, quãdo ab eo petuntur causarum remissiones.

SVMMARIVM

1 *Iudex ipsemet pronunciare debet suam competentiam, quando petitur causa alteri remittenda.*
Iudices inter se altercantes de competẽtia Superior cognoscere debet.
2 *Iudex Delegatus potest cognoscere de competentia sua iurisdictionis, & an possit cognoscere de nullitate sua sententiæ.*
3 *Supplicari debet non hortari Supremus Senatus, vt remissiones causarum concedat Curijs supplicantibus.*
Iudex requirens censetur iubere, & maior, requisitus vero minor.
4 *Curia Artis Serici, & Artis Lanæ supplicant Sacrum Consilium Neapolitanum pro remissionibus causarum, non autem illum hortantur.*
5 *Tribunal Regiæ Cameræ, quando petit remissiones causarum à Sacro Consilio Neapolitano debet illum supplicare non hortari.*
6 *Hortatorias literas cur transmittis Tribunal Regiæ Cameræ ad Tribunal M. C. V. & non ad Sacrum Consilium.*
7 *Auditor generalis Exercitus debet comparere in Magna Curia Vicariæ, quando remissionem causæ postulat.*
8 *Remissiones causarum an spectent ad Regiam Cameram, decernit Collaterale Consilium.*
9 *Remissio causæ non conceditur ab illa Curia, quæ procedit vti delegata.*
Appellatio conceditur à sententia lata super declinatoria fori, licet in causa procedatur cum delegatione lata cum clausula (appellatione remota.)

NOn dubitatur, quod exceptio declinatoria fori proponenda sit coram eodem Iudice cuius declinatur iurisdictio, & ipsemet pronunciare debet an competens sit, vel
1 ne, in cognitione illius iudicij, quando petitur esse causam alteri Indici remittendam *l. si quis ex aliena ff. de iudic.* ibi: *Pretoris est cognoscere, an sua sit iurisdictio* vbi: *DD. l. ex quacumque 2. in princ. ff. si quis vocatus non ierit Clar. in §. fin. quæst. 43. Carneual. de Iudic. tom. 2. lib. 1. tit. 2. disp. 5. num. 10. Reg. Sanfelic. dec. 321. num. 9. tom. 2. Reg. Galeot. respons. 1. à num. 51. & dixi supra in cap. 1. præst. 46. § vnic. nu. 9.* & hoc procedit, licet Iudex declinatus aliquod commodum habere poterit, vel interesse percipere ex sua commissione ratione sportularum, vel quid simile, nã hoc casu etiam sua erit cognitio *Cabed. dec. 41.* & si processerit ad vlteriora post oppositam remissionem, intelligitur illam reicisse, vt probat *Coler. de process. execut. lib. 4. cap. 1. num. 56.* & dixi *sup. in præst. 6. num. 23.* sed hoc intellige, quando lis est cum Iudice, & à parte proponitur, secus est si controuersia sit inter Iudicem, & alium Iudicem, quia tunc superior cognoscit, sic explicat *Valenzuola cons. 200. vol. 2. Xamar de Offic. Iudic. & Aduoc. par. 1. quæst. 1. num. 25.*

Sed an Iudex Delegatus cognoscere possit de competentia suæ iurisdictionis dubitari po-
2 terit, & ratio dubitandi esse potest, quia Delegato Principis non licet cognoscere de sua iurisdictione, sed recurri debet ad Principem à quo processit commissio, seu delegatio, & videtur esse tantum Iudex simplicis, & solius cognitionis causæ, non debet proinde vltra se extẽdere, sic videmus, quod ei non permittitur cognoscere de nullitate suæ sententiæ, sicut permittitur Iudici Ordinario, vt dixit *Iul. Mastril. in all. Camp resp. post dec. 290. Reg. Sanfelic. nu. 51.* licet contrariũ demonstret *Carneual. de iudic. to. 1. disp. 7. n. 26.* vbi latè, de

hac

hac questione tractant *Magon. dec. florent.* 90. *n.* 10. *& seq. Bonadill. in politic. cap.* 21. *nu.* 214. alijque relati à *d. Carneual. loc. cit. nu.* 35. & dixi latè *sup. in rub. de nullitate sententiæ S. Consil. præst.* 44. *num.* 2. *cap.* 1. Attamen hoc nõ obstante dicas posse Iudicem Delegatum cognoscere de competentia sua iurisdictionis affirmat *Caben. dec.* 41.

His cognitis PRÆSTANTIA nostri Sacri Consilij circa modum petendi remissiones à Cu-
3 rijs inferioribus cognoscitur, nam quando Curię inferiores inter se altercantur de remissione causarum, hortantur ad inuicem vt si suæ iurisdictionis non esse cognoscãt ad alterutram ipsarum remittantur, tanquam ad se spectantes, & hoc modo in illa causa Iudex requirens censetur iubere, & esse maior, requisitus autem minor, & merus executor Iudicis requirentis, vt notant *DD. in l. à Diuo Pio* vbi: *Bart. in princ. & in §. sententiam Romæ ff. de re iudic.* vbi idem *Bart. nu.* 6. idem *Bart. in l. interdum* 16. *§. idem autem num.* 1. *ff. de public. & vectigal. Rebuffus tom.* 2. *in constit. Reg. tract. de liter. requisit. artic. vnic. glos.* 2. *num.* 13. & 14. *Bonadill. in politic. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 82. alijque apud *Carneual. de iudic. lib.* 5. *disp.* 2. *num.* 30. prout videmus de nostro Tribunali Regiæ Cameræ, quod si petit remissiones à Magn. Curia Vicariæ suorum subditorũ, ciuili modo illam rogat, & hortatur, vt sibi remissionem concedat *Gizzarell. dec.* 73. *alias* 76. quia re vera hodie d. Tribunal Regiæ Cameræ est maius Tribunali d. M. Curiæ.

At vero, quando ipsa Regia Camera, vel aliæ Curię inferiores remissionẽ petunt à nostro Senatu, nõ vtuntur literis hortatorialibus sed precibus illũ rogant cũ debita vrbanitate, vt remissiones causarũ concedat, iuxta monitum *Salicet. in auth. si vero criminis nu.* 3. *circa fin. C. ad l. Iul. de adulter.* quia Supremum Prætorium Principis est, proinde supplicari debet non hortari, vt remissiones concedat illis Curijs, à quibus deprecatur, & hoc ob suam specialem prerogatiuam.

Et in dies videmus practicari in remissionibus quæ petuntur à Curijs Artis Serici, &
4 Artis Lanæ, quæ non expediunt hortatorias literas, sed tantum supplicant pro remissionibus causarum, licet habeant priuilegia cum clausulis abdicatiuis, & priuatiuis, vt demostrat *Franc. dec.* 676. & 722. *num.* 18. *Mastrill. in alleg. impressa post decisionem.* 290. *Reg. Sanfelic. num.* 30. alioquin si literę sint præceptoriæ non depræcatoriæ, non concedit noster Senatus remissiones. Eodem modo agere debet Tribunal nostræ Regiæ Cameræ, si peteret remissiones suorum subditorum à Sacro nostro Consilio, debet illas postulare, non exponendo literas hortatoriales, sed cum supplici libello, & ratio est quia differentia esse debet inter Supremum Consiliũ & Magnam Curiam Vicariæ, illa quidem quę est inter Superiorem, & inferiorem, si igitur d. Tribunal Reg. Cameræ quãdo petit remissiones suorum Officialium inquilinorum in d. Magna Curia, istam hortatur, vt remissionem concedat, sicut obseruat *Gizzarell. dec.* 73. aliàs 76. cum maiori reuerentia debet istam remissionem poscere à d. Senatu, eodem fere more, ac si à Rege illam requireret.

Sed curiosè peti potest, cur Tribunal Regiæ Cameræ nostri Regni hortatur Tribunal M. C. Vicariæ, vt remissionem causæ concedat, &
6 non idem obseruat in nostro Senatu, cui literas hortatorias non transmittit pro remissione causę, quam suam esse iudicat, & eodẽ modo ac forma deberet in Senatu obseruare, sicut agit cum Magna Curia, cum literæ hortatoriales etiam præcatoriæ sint, quæ non videntur disconuenire authoritati nostri Senatus. Hoc autem quesitum per plures dies me cogitabundum detinuit ad elucidationem rationis huius dissimilis formæ petitionis, & sat erat dicere, quod sic erat stylus introductus in Curijs, quem diuturna consuetudo confirmauit; & rationem non requirit, nisi veterum voluntatem, At post multas diligentias adhibitas, & Codices peruolutos inueni, quod non sine ratione illi veteres sapiẽtes has formulas hortatoriales introduxerunt, quia scil. Tribunal Regiæ Cameræ Summariæ est maius Tribunali Magnæ Curiæ Vic., & ob suam authoritatẽ vtitur literis hortatorialibus directis M. Curiæ, quia verbum hortari denotat authoritatem, vt colligitur ex *l.* 1. *§. sed vtrum ff. de seruo corrupto* ibi *hortatus malum seruum Barrab. Brisson. de verb. significat. lib.* 8. *in verb. hortatio pag.* 263. sic *Cicero lib.* 2. de bello ciuili refert quod hortaretur de defensione, & securitate Vrbis, & est simile verbo Admonere, quod importat mandatum *l. idemque §. si quis ea quæ ff. mandati Nicol. Muza. de contract. tit. mandati cap. de substantialibus mandati nu.* 9. *Barbos. de dictio. in verb. Admoneo dictio.* 12. ita Præfectus Vigilum admonere debet omnes inquilinos, ne per negligentiam aliqua incendij casus oriantur *l.* 3. *§. penult. ff. de offic. Praf. & Vigil. Rebuff. de verbor. signific. in verb. admonere pag.* 1034. *Oldrad. cons.* 80. *Tabiena in princ.* qui voluit, quod præceptum inportet *cap. ignorantia* 38. *distin. Tusch. practic. concl.* 356. *num.* 1. *in verb. monitio*, cum ergo nullam auctoritatem habeat neque aliquam maioritatem Curia Regiæ Cameræ erga nostrum Supremum Senatum, sicut habet in Mag. C. Vicariæ, sed e contra maior est potestate, & authoritate noster Senatus d. Tri-

Tribunali Regiæ Cameræ, hac de causa non hortatur, sed supplicat à Sacro Consilio causas remissionis.

Et nota, quod hanc eandem præstantiam cognosco adesse penes Magnam Curiam Vicariæ, quando petitur remissio militis ab Auditore Generali Exercitus, etenim debet
7 ipsemet Auditor Generalis comparere in eadem M. Curia, non imperando, neque inhibendo, sed ciuili modo rogare Tribunal, vt inquisitum ad se remittat, & hoc casu Iudex cognoscendo remissionem iustam, inquisitum remittit, vt disponit *pragm. 16. de Milit.* de qua praxi testatur *Reg. de Ponte de potest. Proregis tit. de assensibus. §. 7. nu. 11. Patignus in glos. ad prag. 15. de Milit. n. 31. Ronit, in d. pragm. 16. de militibus num. 38.*

At in hoc Regno hodierna praxis introduxit, & in nostra Ciuitate obseruatur, vt quando fiscus vel partes prætendunt in aliqua causa
8 debere procedere Regiam Cameram, non Sacrum nostrum Consilium, non petunt causæ remissionem ad Regiam Cameram, sed comparent in Collaterali Consilio, à quo cognoscitur, quodnam Tribunal procedere debeat, prout videtur obseruatum in causa Io: Baptistæ Cataneæ cum Philippo Spinola, vbi late fuit disputatum an Regia Camera, vel S. C. debuisset procedere, & fuit in anno 1618. ordinatum per d. Collaterale Consilium, quod nostrũ S. C. procederet in causa prætextu incapacitatis d. Io: Baptistæ Cataneæ, vt refert *Marcell. Marcian. in cons. 6. in fin. tom. 1.*

Sed si super aliqua causa ex delegatione speciali Principis procedatur, non potest Senatus supplicari, neque quelibet Curia delegata
9 hortari, vt remissiones causarum delegatarum concedat, nam licet Curia incompetés esset in causa delegata, tamen ex delegatione Principis fit competens. Sed quid dicendum si fuerit facta delegatio à Principe appellatione remota, an valeat appellari à sententia prolata super declinatoria fori, ratio dubitandi illa est, quia incidentia, & emergentia debent sequi eandem naturam causæ principalis *l. cum principalis ff. de reg. iur. c. accessorium eod. tit;* sed non obstante hac ratione contrarium consului requisitus, quia cum appellatio tanquam sapiens naturam defensiuis videatur, competere de iure naturæ *l. 1. ff. de appellat. l. cum specialis §. porro eod. tit;* ideo si in aliquo casu auferatur nun debet ad alium casum extendi, sed sumi debet illa interpretatio, vt quãto minos possit, lędat ius commune, ita per allatam rationem cum innumeris Doctoribus fundat *Reg. Sanfelic. dec. 321. in 2.* referens allegationem meã de Burgos super hoc articulo laboratam.

PRÆSTANTIA IX.

Præstantia Sacri Consilij Neapolitani est, vt valeat inhibere Magnæ Curiæ Vicariæ, & quando.

SVMMARIVM

1 *Inhibitionis definitio traditur.*
2 *Præstantia S. C. Neapolitani est, vt possit inhibere M. C. Vicariæ, ne in causis procedat.*
3 *Regentem M. C. Vicariæ, eiusque Iudices potest Sacrum Consilium carcerare, si eius mãdatis parere recusauerint.*
Attentata sunt omnia acta facta contra præceptum Iudicis, ideo reuocantur.
4 *Inhibitiones non ita faciliter concedi debent, absque causæ cognitione.*
5 *Inhibitio expressa requiritur à Curia Superiori, vt impediatur cursus causæ coram inferiori.*
6 *Auocatio tacita non sufficit coram Principe, vel eius Supremo Senatu, vt causa ad Curiã Principis deuolua ur.*
7 *Inhibitionem iniustam non debet concedere Supremus Senatus.*
8 *Inhiberi non potest Magna Curia in multis casibus, qui enumerantur, vsq; ad nu. 15.*
Inhiberi non potest Magna Curia in causis criminalibus, etiam ex noniter deductis in causa appellationis.
9 *Causarum criminalium remissiones de iure nostri Regni cognoscuntur a M. C. Vicariæ, non à S. Consilio.*
10 *Liquidationis causæ non possunt inhiberi à S. Consilio, & quando.*
Præeminentia nostræ M. C. Vicariæ est, vt debeat cognoscere de præsentatione instrumentorum.
16 *Appellari potest à causis liquidationum instrumentorum, & quando, dummodo non sit posita pœna in libro inferni.*
17 *Appellatio à decretis liquidationis debet fieri in illa Aula S. Cons., vbi lis fuit introducta.*
18 *Liquidationis causa potest inhiberi à Sacro Consilio, quando adest litis pendentia in d. Sac. Cons.*
19 *Liquidationis causa potest inhiberi per præuentionem factam in S. Consilio.*
Præuentio impedit liquidationem instrumenti, sed præueniens debet prestare fideiussionem de soluendo debitum, [illegible], & de se præsentando tempore publicationis processus.
20 *Concursu creditorum facto potest fieri inhibitio ne procedatur ad liquidationem instrumenti, nec contra alios obligatos.*
Liquidari non potest instrumentum contra decoctum. 21

21 *Decocto debitore, & eius bonis positis in concursu, an possint expediri literæ exequtoriales realiter, & personaliter contra d. debitorem*

22 *Liquidatio instrumenti impediri poterit proposita per debitorem aliqua legitima exceptione in S. Consilio, quæ in incontinenti constat.*

23 *Exceptio non numeratæ pecuniæ impedit liquidationem instrumenti.*

24 *Liquidatio instrumenti an impediatur ob sequestrum generale bonorum debitoris, sed possunt expediri literæ exequtoriales.*

25 *Liquidatio instrumenti inhiberi poterit, si debitor dederit instrumentum pro rescisso, sed ante citationem.*

26 *Liquidationem instrumenti potest etiam inhibere Magna Curia Vicaria.*

Continuator sequens rubrica cum antecedenti hoc modo videlicet, Vidimus sup. de præstaotijs appellutionis ac auocationis quæ competunt nostro Supremo Senatui, sed quia sæpe sæpius Sacrum oostrum Consiliũ solet inhibere Magnæ Curiæ Vicariæ, &
1 alijsCurijs inferioribus, vbi causæ agitantur, ne in eis procedant varijs ex causis, cooueoit propterea hanc iohibitionis prerogatiuam considerate, quam cntinuè exercet noster Senatus, & eius naturam, & effectus ponderare, inhibendo Curijs inferioribus, vbi causæ agitantur, erit igitur videndum quid sit inhibitio, quam DD. describunt, vt sit prouisio facta Iudici aut parti, vt cuicũque in territorio degenti, nequid faciat, aut prosequatur, ad iurisdictionem, vel partium iura conseruanda emissa, & publicata, est *tex. in l. omnium* ibi: *ne post sequtam nostram inhibitionem C. de testam. cap. venerabili* ibi: *authoritate nostra districtius interdices ff. de offic. Delegat Bovr. dec. 124. num. 2. Lancellott. de attentatis lib. 2. cap. 20. num. 7. & seq;* quæ inhibitiooes à Gallis passim arresta vocantur *Bretrand. de Argentrè ad consuetud. Britan. art. 116. in proem.*

His premissis cognoscitur soperioritas, & præstantia nostri S. C. etiam ex hac facultate inhibendi, quam habet, nam cum ipsa M.C. sit caput, & fons aliarum Curiarum nostri Regni Neapolitani, vt inquit *Cauens. in ritu 1.*
2 *num. 7.* & in toto Regno iurisdictionem in ciuilibus, & in criminalibus habeat, etiam contra omnes Barones ingenere *Carauit. in ritu 46. num. 16. & Reg Ronit. in pragm. 1. de tit. abusu ex num. 5.* ait, quod M. G. Vicariæ sit Iudex ordinarius totius Regni, nulla persona excepta in quacumuis dignitatis culmine constituta, iuxta tradita per *Reg. de Ponte de potest. proreg. tit. de assens. Reg. 5. 7. nu. 2; Ihor. in supplem. compend. dec. verb. actuarij pag. 6.* imo in multis casibus sola Magna Curia, & non aliæ Curiæ demaniales, vel Baronales possint procedere, quos eoumerat *Borrell. de p. ast. Regis Cattbol. cap. 62. per tot.* Nihilominus prædicta M.C. Vicariæ, est subordinata nostro S. Consilio, cum ei semper inhibeat, maodando ne in causis procedat, prout rerum contingentia exigit.

Hæc enim inhibirio ad diuersos effectus ordinatur à nostro Supremo Senatu, primo enim solet emitti ad finem cognoscendi appellationes Cutiarum inferiorum, & ipsius Mag. Curiæ, vt dixi in hoc *2. cap. prest. 2.* aliquando vero ordioatur pro alijs causis decretorum iuterlocutoriorum, & incidentium latorum ab eodem Tribunali, sed quocumque modo ordinetur semper talis inhibitio Superioritatem nostri Senatus, erga d. Mag. Curiam demostrat.

Et nota, quod si Iudices nostræ Magnæ Curiæ Vicariæ, vel eorum Regens noluerint obe-
3 dire decretis, & maodatis Sacri Consilij, vel eius Præsideotis; aut cuiuslibet Consiliarij ipsius, solet d. Spectabilis Præsidens ordinare, vt pareant mandatis d. Supremi Senatus vel eius Præsidentis, & si renuerint, nedum potest carcerare Iudices d Magnæ Curiæ, sed etiam ipsum Regentem eiusdem Tribunalis Præfectum, suisque officiis priuare, vt multa exempla tradit *Dom. Petra in ritu 288. num. 82. to. 4. post Tasson. de antefato vers. 3. obseruat. 3. nu. 116. vers. 16. Præsidens, Sanfelic. dec. 63. sub. num. 5. vers. &c. obseruatam lib. 1.* aliosque, vbi etiam rescripta Proregum circa præsentem materiam prolata adduxit, & etiam facilius carcerat Scribas, & Magistros actorum, si exequi eorom mandata non curauerint, in eodem Tribunali Magnæ Curiæ vbi scribæ congregantur, absque necessitate petendi licentiam, & cum casus occurrerit, vt Regens d.M.C. illius temporis se offensum reputauerit, ob licentiam nõn petitam carcerandi eius Officiales in loco suæ iurisdictionis, hac de causa exequtores Sacri Consilij Carcetibus mancipauit, at Senatus noster offensus ex prædicta carceratione, recursum habuit ad Dom. Proregem, qui remisit cognitionem eiusdem negotij eidẽSenatui, hic enim cõgregatus in quatuor Aulas ordinauit carcerationem domi eiusdem Regentis, quem etiam ab officij exercitio suspendit, donec aliter per Dom. Proregem fuerit demandatum, & interim Decanus S.Consil. qui tũc erat Dom. Consiliarius Petrus Antonius Caranita, fuit à Dom. Prorege electus Regens eiusdem M. C. vt constat ex rescripto Cardinalis Zapatæ tunc Proregis, relato à d. *Dom. Petra in d. ritu. 288. num. 82.* qui etiam in antecedenti *num. 54. eiusd. ritus* notauit, vt Consiliarius Decanus eius-

eiusdem nostri Senatus tradat possessionem Regenti d. nostræ M.Cur. citat *Mercatum in lib. manuscripto.de style.S. Consilij obseru.* 180. in signum subiectionis.

Horum omnium ratio est contemptus Iudicis mandatis, *Aretin.* & *Ripa in l. naturaliter §. nihil commune nu.* 67. *ff. de acquir. poss. Franc. in cap. bona col.* 4. *de appellat.* etenim contrauenire est delictum committere *Franc. in d. cap. bona num.* 14. & 39. *Gratian. discept. for. cap.* 806. *num.* 1. & præsumitur dolus in eo, qui præceptis Superioris non obtemperat *l. non potest. delo carere ff. de reg. iur. Mascard. de præsumpt. concl.* 331. *nu.* 39. qui operatur, vt omnes actus in contrarium facti dicantur attentati, ideoque omnino reuocandi *cap. non solum de appellat. in* 6. cum alijs adductis per *Gratian. discept. for.* 795. *num.* 15. *Afflict. dec.* 352. *num.* 4. proinde etiam sunt puniendi inobseruantes *Menoch. de arbitrar. casu* 338. cum offendant non solum aduersarium, sed etiam Iudicem *Sesse. de inhibit. cap.* 24. *num.* 12. Modernus *Dom. Barra* Aduocatus primæ classis, & postea ocutatissimus Iudex Mag. Curiæ Vicariæ *in contro. for.* 26. *num.* 1 & *seq.* qui in fine refert declaratum per nostrum S. C. nullum contractum venditionis factæ post mandatum factum à Iudice de non alienando,

Illa vero mandata, & inhibitiones, quibus Iudex inferior in causa procedere prohibetur, quia multoties cognoscitur, quod sint refu-
4 gia litigantiū, ipsorumque malitię, & litis protelationes, non facile decerni debent, nec oisi ex instissima causa, & prçuia causę cognitione *l. Iudex Cod. commnuat. epistol. Mandos. de inhibit. quæst.* 25. *nu.* 1. *Valentin. in parthen. litigios. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 21. & *seq. Dauid Menius ad ius lubecens. lib.* 5. *tit.* 3. *artic.* 6. *nu.* 17. merito dixerunt DD. quod requiritur ex-
5 pressa inhibitio, vt euocatio causę à Magn. Curia Vicarię ad S. Consilium deuolnatur per *tex. expressum in cap. vt nostrum de appell.* vbi DD., etenim licet quis obtinuerit commissionom in S. C. alicuius causę, quę in M. C. Vicarię vertebat, nisi expressa interueniat auocatio, & inhibitio, non impeditur progressus ad vlteriora in d. M.C. *Ripa in c. cum M. Ferrariensis num.* 194. *in* 1. *concl. de constit. Reg. Rouit. consil.* 35. *num.* 2. & 3. *lib.* 2. quem sequitur *Afflict. contro for.* 48. *num.* 36. imo debet commissio fieri cum potestate causas auocandi per *pragm.* 82. *de Officio S. R. C.* vbi est insertum decretum S. C. latum sub die 1. Decembris 1625.

Et licet DD. admiserint in Principe tantum non recognoscente Superiorem tacitam causæ auocationem à Iudice inferiori, absque expressa inhibitione per *cap. vt nostrum de appellat.* & *cap. pastoralis* § *præterea de offic. Iudic. Deleg.* & *in cap. si aduisti*, & *cap. dicet de officio legati*, qui omnes loquuntur in Papa, *Couarru. practic. quæst. cap.* 9 *num.* 1. *vers. hoc ius auocandi causas Mend. de iure Accadem. lib.* 3. *num.* 405. alijsq; relatis à *Reg. Rouit. in consil.* 35. *num.* 2. Nihilominus iidem DD. ad-
6 mittunt, quod etiam in Principe non quelibet simplex manus appositio inducet hanc tacitam causarū auocationem, sed quando constat de eius intentione, quod voluerit negotium ad se reuocare *Reg. Rouit. in d. consil.* 35. *nu.* 4. vbi citat *Bald. Innoc.* & *alios*, ideoque concludas, quod requiretur expressa inhibitio in nostro S. C., ideoue si causa fuerit commissa in S. C. & vna pars patietur ad vlteriora procedi in eadem causa in M. C. & non allegauerit commissionem causæ factam in S. C. ante litis contestationem, vel post immediatè, amplius non auditur, nec poterit postea fieri inhibitio *pragm.* 82. *de offic. S. R. C. Altimare in obseru. ad d. consil.* 35. *Rouit. num.* 2. *lib.* 2.

Et quia debet Sacrum Consilium abstinere, ne-
7 quid iniustum inhibeat *cap.* 1. *de re iudic. in* 6. *Surgente de Neapol. illustr. cap.* 18. *nu.* 2. ideo noster Senatus in multis casibus non potest inhibere nostræ Mag. Curiæ. Et primo
8 dico non posse fieri inhibitionem in causa criminali, quia per *pragm.* 37. 43. 44. & 46. *de offic. S. R. C.* est statutum, vt omnes causæ criminales in prima instantia remittantur ad d. nostram M. Cur. *Rouit. in d. pragm.* 37. *num.* 2. *Franc. dec.* 358. *nu.* 5. *Capyc. Latr dec.* 200. *nu.* 4. *lib.* 2. *Crispin. in praxi crimin. tract.* 8 *cap.* 2. *de Official. Dom. Petra in ritu* 288. *nu.* 59. *tom.* 4. & dixi *sup. in cap.* 1. *præst.* 30; nec etiam super nouis deductis in causa appellationis est Iudex competens S. Consilium *Franc. d. decis.* 358. *nu.* 5. *Pratus discept. for. c.* 40. *n.* 121. *to.* 3. prout esset casus, quando debitor non habons, in ære debet luere in corpore iuxta *te. in l.* 1. § *fin. ff. de pen.* quę in causis criminalibus procedit, quando debitum descendit ex delicto, hoc enim casu indeclaretione huius pœnæ impositæ, ex sententia S. Consilij, non est Iudex competens idem S. Consilium sed M. C. Vic. legitimus Iudex causarum criminalium in prima instantia, prout practicatum refert idem *Franc. d. dec.* 358. *num.* 5.

Sed quid dicendum si tractaretur de remissionibus causarum criminalium, an debeat pro-
9 cedi in M. C. V. & dico, quod antiquitus prętendebatur causarum criminalium remissiones non esse iudicia criminalia, sed habere naturam causarum ciuilium, iuxta tradita per *Franc. dec.* 470. *num.* 6. *cum seq.* & *dec.* 710; & procedebatur de eis in S. Consilio, at vero vt Consiliarij attendant ad expeditionem causarum ciuilium magnæ im-

Mmm por-

portantiæ, quæ agitantur in nostro Senatu
propterea fuit emanata *pragm.46. de offic. S.
R. C.* vbi præcipitur, quod istæ caesarum re-
mitsiones ques inquiliti prætendunt tra-
here ad Regias audientias, vel elie Tribu-
nalia Regni, etiam debeant cognosci à M.
C.V. non à Sacro Conlilio.

Secundo non potest fieri inhibitio per S.C. in
causis incusationis obligationis penes acta,
statuit *pragm.82. de officis S.R.C.* Tertio in
cantis apocarum banci, per *d. pragm.* 82. nam
cum aduersus apocas bancales debitores in
hoc Regno nō possint audiri, nisi in vinculis,
vel facto deposito, *per pragm.63. §.6. de offic.
Procurator is Cæsaris*, Ideo dum per statutum
nostrum sublata fuit omnis defensio, & au-
dientia, Iure merito denegatur appellatio,
& successiuè inhibitio. Quarte non potest
fieri inhibitio in causis literarum exequ-
torialium expeditarum vigore consuetudi-
nis Neapolitanæ pro pensionibus domorum
*d.prag.*82. Quinto in causis literarū Cambij
d.pragm. 82. *Altimare in annot. ad consil.*35.
*Rouit.num.*3. Sesto in causis pacti exequtiui
d.pragm. 82. *Altimare loco cit.* Septimo in
causis confectionis præambuli, nisi super eis
adsit pendentia litis in S.C., vt fuit ordina-
tum per S.C. sub die 1. Nouembris 1625.
quod in forme *pragm.* fuit promulgatum in
d.pragm.82.de offic.S.C., quos casus enumerat
*Altimare in annot.ad d.conf.*35. *Rouit. nu.*3.

Octauo nō potest fieri inhibitio in causis liqui-
dationis instrumēti *per prag.8. de liquidat.in-*
30 *strum. & per d. pragm.82. de offic.S.R.C.* & me-
minit *Afflict.contr.*30.*n.*65.*et contro.*48.*n.*38.
quando nulla lis inter creditorem, & debitorē
pendet in S.C. super contractu contento in
instrumento, quod in M.C. fuit presentatum,
& captum iam fuit liquidationis iudicium,
hoc enim casu nullatenus permissū est Cōsi-
liarijs, & S.C. causas liquidationis inhibere,
nec progressum causæ liquidationis impe-
dire *Afflict.in addit. ad supplem. contro. cap.*
30. *numeri* 65. *in num.* 6. *insertum post suas
controuers.*, Hęc enim preeminentia est M.
C.V. nostri Regni, tantum cognoscere de
psesentatione instrumētorum, dixerunt *Ma-
rin.Freccia de subfeud. tit. de Offic. Admirati
Maris num.*31, *&* 40. *Paris de Puteo de sindic.
in verb.instrumentum in princ. Caravita in ri-
tu* 54.*num.*1. *Io.Francisc. de Leonard. de Ma-
gistrat.Regni cap.*3. *num.*18 contra quascum-
que personas quouis titulo decoratas, etiam
contra Regentes Regiam Cancellariam, Re-
giosque Cōsiliarios *Rouit.in prag.*2.*n.*7. *de of-
fic.S.C.* late *Reg.de Ponte in tract. de potest. Pro-
reg. sub tit. de absen. Reg.* §.9 *fol.*339. *Tasson. in
pragm. de antef. in vers.* 3. *obser.* 3. *num* 162.
qui etiam subdit hanc preeminentiam ha-
bere contra omnes personas, etiam de san-
guine Regio descendentes, cum *Mastrill.
dec.*261. *&* 290. *Rouit.consil.* 90. *vol.* 2. *Tapia
dec. S. C.* 43. quam praeminentiam contro-
uertit *Borell. de prestan. Reg. Cathol. cap.* 62. *nu.*
66. vbi dicit practicari ex vsu forensi in om-
nibus Regni Tribunalibus instrumenta li-
quidari vt verodicas, quod prerogatiua
nostrę Mag. C. est, vt valeat instrumenta li-
quidare contra omnes Regnicolas in quo-
cumque loco habitantes, licet alterius iuris-
dictionis sint, absque vlla exceptione remis-
sionis causæ ad Barones vel alios Iudices
competentes, In alijs vero Curijs proceditur
ad liquidationem instrumenti, sed contra
subditos, non vero contra alios debitores al-
terius iurisdictionis, & sic conciliantur di-
cta per *Frecciam*, *& Capicium*, quæ non po-
tuit conciliare *Borell. loc. cit.* qui irresolutus
remansit super presenti materie liquidatio-
nis.

Aduerte tamen quod licet non possit S. Cons.
inhibere M. C. V. in causis liquidationis
31 attamen poterit appellari ad S. C. à cau-
sa liquidationis factæ, sed vigore nostri *ritus*
366. debet debitor se constituere in vinculis,
vel facere depositum, vt possit audiri aduer-
sus liquidationem factam, at vero per *pragm.
8. §. 7. col. 2. versus finem de liquidat. instrum.*
fuit d. Ritus correctus, vbi statuitur, quod
quando pœna posita est in Libro Inferni,
idest in Libro condemnationum pœnarum,
quem nos Librum Inferni vocamus, non
potest quis audiri, nisi facta reali solutione,
quando vero pœna non est posita in Libro
prædicto Inferni, Ritus non est correctus,
sed confirmatus, quia eadem *pragm. in d.
cap. in fine* dat potestatem, vt quis possit ap-
pellare ad S.C. positus in vinculis, & melius
eadem Regia *pragm. in cap.* 3. denegat recla-
mationem à decreto liquidationis, verum
permittit remedia Regiarum Pragmatica-
rum, & rituum, vnde aperte colligitur, quod
data liquidatione, sed non posita pœna in
Libro Inferni, sit quis audiendus in vincu-
lis, seruata forma d. Ritus, & eo magis di-
cerem debitorem posse audiri constitutum
in vinculis, quando iustitia est notoria,
quia in notorijs, etiã posita pœna in libro in-
ferni precedentibus nullitatibus quis audi-
tur, non obstante reali solutione, vel de-
posito, vt decisum refert *Reg. Sanfelic. decis.*
299. *par.* 2. *& post Caravit. Mensch. Feller. &*
alios docet *Franc. dec.* 232. *&* 688. *num.* 3.
Circa vero citationes super tenore instru-
menti, in nostro Regno non admittuntur,
nisi comparente debitore personaliter, &
præstante cautionem de parendo mandatis
S. C. per nostram *pragm.* 7. *de offic. Magistr.
Iustit.* verum si non potuit præstare cautio-
nem, sed constituerit se in vinculis, erit
etiam audiendus *Grammat. dec.* 70. *Rouit. in
d. prag.*

d. pragm. 7. *num.* 1. *in fin.* Obserua etiam in
17 præsenti materia, quod licet non possint inhiberi causæ liquidationis instrumenti, nihilominus possunt partes obtinere à Spectabili Præsidente S. Consilij supplicationem cum decretatione, quod M. C. V. faciat verbum in illa Aula, vbi lis prædicta pendet in S. C. pro consequtione eiusdem crediti, vel super eius nullitate, & hoc potest fieri ex verbis eiusdem *pragm.* 8. *§.* 4. *de liquidatione instrum.* vbi ordinatur deberi fieri verbom in illa Aula, vbi pendet lis, quod etiã notauit *Consil. Altomar. in addit. ad cons.* 35. *Ronit. n.* 4.

Sunt tamen multi casus, in quibus causæ liquidationum possunt inhiberi à Regijs Cõsiliarijs, quos latè refert *Afflict. in addit. supplement. ad cap.* 30. *num.* 65. *post suas centro. for.* quos, ad breuitatem, principaliores ponã. Quorum primus erit, quando adest litis
18 pendentia in Sac. Consil. & fuit cæptum Iudicium contra debitorem, quia scilicet debitor fuerit citatus in S. C. tunc enim poterit ordinari inhibitio *Robert. Maranta consil.* 39. *incip. Illustrissimus Dom.* vbi fatetur ita iudicatum per S. C. *Afflict. loc. cit. num.* 8. alias decisiones refert *Thor. in compend. dec. tom.* 1. *verb. instrumentum pag.* 277. Imo in *num.* 14. admittit posse fieri inhibitionem post literas executoriales expeditas, quia d. *pragm.* 8. *§.* 5. Iubet tantum nõ posse expediri saluaguardias post literas executoriales expeditas, non vero literas inhibitoriales, vt considerat d. *Afflict. d. nu.* 14.

Secundus casus erit, quando debitor præuene-
19 rit creditorem super cassatione instrumenti in S. C. antequam fuerit citatus super tenore instrumenti, siuè ratione satisfactionis, siuè nullitatis, siuè ex alia legitima causa, nam poterit ordinari per S. C. quod stãte legitima præuentione, non procedatur ad expeditionẽ citationis, vel liquidationem instrumenti, non obstante rigore prædictæ *pragm.* ob priuilegium præuentionis, iuxta ritum M. C. V. 168. & *pragm.* 1. *de præuen. Annicchin. de præuent. instrum. cap.* 2. *quæst.* 2. *dub.* 3. *num.* 116. & *seq. fol.* 112. & *cap.* 3. *quæst.* 2. *num.* 26. *fol.* 246. *Muscatell. in praxi in* 2. *informa num.* 94. quos sequitur *Afflict. loc. cit. nu.* 14. & *num.* 19. & 20. & plenius *num.* 33. & *seq.* vti addidit rationem supra traditam, scilic. quod *pragm.* 8. solum loquitur de saluaguardijs post literas executoriales non concedendis, non de inhibitionibus & cum per d. ritum 168. sit dispositum, quod per præuentionem impeditur interrogatio, proinde non videtur ritus correctus, & hoc agendo, nõ aduersatur prag. cuius præuentionis requisita refert *Annicchin. lib.* 1. *c.* 4. nisi fuerit in specie præuentioni renunciatum in instrumento, nam hoc casu non obstãte absolutione à iuramento, non impeditur liquidatio *Danza in dec.* 66. *ad Gram. num.* 25. & 34. *Seuerinus in addit. ad dec. Sanfelicij* 370. *circa finem versicul. ad quem*, & quod possit præuentioni renunciari *Caranita super ritu* 168. *sub num.* 1. *versic. quaro* 1. *Vrsill. ad Afflict. dec.* 187. *Franc. dec.* 670.

Sed quando fit præuentio, debet præstari per reum fideiussio de soluendo debitum, & pœnam vnciarum decem, ac de se præsentando tempore publicationis processus, iuxta ritũ M. C. V. & *pragm. vnicam de præuent. Regent Ronit. in d. pragm*; quæ sollemnitas requiritur de forma, adeout si fuerit omissa, etiam parte non apponente nulla est præuentio *Caranita super ritu* 189. *nu.* 4. quam praxim seruari testatur *Capyc. Latro dec.* 111. *nu.* 40. actus enim est nullus, nõ factus seruata forma Iuris, *l. fin. §. si verò Cod. de Iure delib.* nec sufficit fideiussio de stando iuri, & de soluendo iudicatum, quia *pragm.* Iudicis arbitrio hoc non remittit, sed certam formam præscribit, quæ debet obseruari. Imò notã quod licet *prag. præd.* statuat, vt debeat præstari cautio de se præsentando tempore publicationis processus, & d. *pragm.* se referat ad ritũ, qui hanc cautionem præsentationis non disponit, attamen dum Princeps legislator perfecta oratione id statuit, prò lege erit seruandum, etsi de relato ritu non appareat *Cancerius variarum resolutionum par.* 3. *cap.* 3. *de priuil. num.* 224. *late Fontanell. de pactis nuptial. lib.* 1. *claus.* 4. *glos.* 18 *par.* 2. *à num.* 21; & signanter *in num.* 28; & quod *pragm.* hoc expresse statuat, constat ex illis verbis ibi: *vt detineri possint, si nil probatum apparuerit*, & ita fuisse obseruatum fatetur, *Maranta in praxi par.* 6. *rub.* & *producuntur scripture num.* 26. *Visconte in suis conclus. in verb. Debitor, qui suum creditorem vult peruenire fol.* 49.

Tertius erit casus, quando in S. Consilio pen-
20 de tconcursus creditorum eiusdem debitoris, contra quem prætenditur liquidari instrumentum, nam poterit ipse debitor iustè petere literas inhibitoriales, ne M. C. contra debitorem procedat ad actum liquidationis, sed quod compareant coram Dom. Consiliario Commissario concursus dictorum creditorum, vbi sunt deducta iura omnium creditorum, & hoc clarissimis rationibus probatur, nam si per graduationem omnes cõtractus sunt rescissi, non est opus alia rescissione per liquidationem. Tum etiam, quia si omnia bona debitoris sunt deducta in S. C. & ordine Iudicis superioris sequestrata, ipse debitor factus fuit impotens ad crediti solutionem, & ideo ob summam æquitatem non debet grauari, isto alio onere, scil. pœna

liqoidetionis, dom constat impotentem esse
ad principale creditum soluendum, iuxta
tradita per *Reg. Sanfelic. dec.* 370. & ob prædi-
ctas, & aliaa retiones ita suodat *Afflict. in
d. supplem. addit. num.* 22. *fol.* 13. *qui*
ite refert iunctis Aulis practicatum
in processu creditorum Illust. Marchionis
Apollæ, ad relationem Consilierij D. Feli-
cis Lanzina Vlloa nunc Diguissimi Præsi-
dis oostri S.C. Alia est etiam ratio, qoia facto
coocursu creditorum debitor dicitur deco-
ctus, & contra decoctum instrumentum non
potest liquidari, defendit *Consil. Pratus con-
tro. for. tom.* 1. *cap.* 39. *num.* 26. sicut nec con-
tra decoctũ interesse currit *Reg. Capyc. Latro
dec.* 133. *n.* 3. *&* 35. *& seq. tom* 2.

Et hoc amplie, vt stante concursu creditorum
non solum poterit expediri inhibitio, ne pro-
cedetur ad actum liquidationis coutre com-
munem debitorem, verum etiam ne proce-
datur contra alios iosolidum obligetos, vt
refert decisum *Thorus per M. C. V.* *& confir-
matum per S.C. in compen. decis fol.* 299. *vers.
instrumentum iam rescissum*, quem seqnitur,
Afflict. loc. cit. num. 22. *circa fin.*

Sed note ad practicam satis vtile, quod hoc
casu stante concursu creditorum, licet non
21 possit ad elterius creditoris instantiam li-
qnidari instrumentum contra eundem de-
bitorem, nihilominus poterunt contra eum
expediri literæ exequtoriales realiter, & per-
sonaliter, non minua ac si contra ipsum li-
quidatum fuisset instrumentum, & hoc ob
vim rescissionis iem factæ instrumenti li-
quidi, vbi debitor de facie ad faciem est ob-
ligatos, vt docuit idem *Afflict. loc. cit. nu.* 22.
in fin. & num. 23. qui putat in *num.* 25. hoc
debere obseruari, licet fuisset ordinatum
procedi ad venditionem bonorum, dum
creditor potest insimul prosequi bona, &
personam debitoris, cum *l'resid. de Franch.
decis.* 200. qui propterea tanto magis poterit
personam prosequi, quando bone sunt alijs
oneribos obligata, & sequestrata, & ite fate-
tur *Afflict.* obtinuisse ed instantiam Ducis
Jeliciscontre Marchionem Apolle ad rela-
tionem Consilierij Aloysij Gamboa, sed est
etiam verum, quod eduersus decretum fue-
runt propositæ nulliteres, & S. C. nolnit illas
reicere, & decretum letum confirmare, sed
tantum ordinaoit, quod fieret seqnestrum
omninm bonorum, & locentur nomine S.C.
ex quo cognoscitur, quod articulus sit du-
biua, & si fas est meam sententiem declerare,
vllatenus possum concurrere cum P. *Afflict.*
in hoc, vt possiot facto concursu expediri li-
teræ exequtoriales reales, & personales, ete-
nim illa ratio quam efficacem censnit d. *Af-
flict.* ad coocludeodum, vt facto concursu
creditorum uon possit procedi contra debi-
torem ad actum liquidationis instrumenti,
ille met edmussim feuet huic conclusioni,
ne scilicet possint expediri literæ exequto-
riales reales, & personales cootra commu-
nem debitorem, oem ratio illa assigoatur à
d. Afflict. loc. cit. num. 27. qnia omnia bona
debitoris sub superiori Iudice deducta sunt,
proinde debitor creditotes satisfacere ne-
quit, hac eadem retione dico, quod non
iuuat expedire literes exequturiales contra
bone, quia iam sunt exequte, oeque contra
personam, quie æquitas non sigerit, vt
debitor postquem omnie bone creditoribus
relexauerit, suæ personæ, & libertatis iactu-
ram petiatur.

Quartns erit casus, qnando semota præuentio-
ne, debitor aliquam liquidem exceptionem
in S. C. proposuit, quæ in incontinenti con-
22 stat, vt nulle tergiuersetione possit dubi-
tari, qoa propter ad repelleodã creditoris ne-
quitiam, poterit S. Consilium inhibere cre-
ditori cum penali ordine, ne compareet co-
rem M. C. & ne procedi faciat ad accusatio-
nem contumaciarum, & ad intertogetio-
nem contra debitorem, & hoc modo prouí-
det indemnitati debitoris, eiusque periculo
imminenti, ne indebitũ damnum per li-
quidetionem petiatur, nec hoc modo fit
freus Pragmatice, & sancte menti statuen-
tis, cum eius priucipalis finis fuit, debito-
rum malitijs, & calumnijs obuiere, non au-
tem veritatem, & institiam opprimere,
cum de iure teneatur Iudex, etiam ex offi-
cio, manifestæ iniqnitati obstaculũ prestare,
ex hia, & similibus rationibus fundat P.
Afflict. in d. supplemen. additio. ad cap. 30 à
num. 36. *fol.* 16., & idem dixit idem *Afflict.
in controuers.* 30. *num.* 65., vbi erat cesus
quod debitor fecerat depositum io S.C. quã-
titatis debitæ, propterea fundat potuisse idẽ
S. C. inhibere creditori, ne ad actũ liquida-
dationis procederet Similis erit cesus si de-
bitor opposuetit exceptionem nõ num rete
23 pecuniæ, que potetit opponi eduersus liqui-
dationem iostrumenti, siquidem *Ritus no-
ster* 166. secundum opioionem *Caraυita ibi
d. nu.* 57. nullas reicit promptuarias excep-
tiones, igitur cum exceptio non numeratæ
pecuniæ orietur ex visceribus contractus,
& sit de iure, & d. ius certum sit *l. ancilla*, &
ibi: *Bald. ff. de furtis l. ornamentorũ ff. de aur. et
argen. l.* vbi *Barl.* sequitur posse illam oppo-
nere.

Quiutus erit casus io quo poterit fieri iohi-
bitio, oe procedat M.C ed actum liqoidatio-
nis instrumeoti contra debirorem, quaodo
24 omuia boua debitoris starent sub sequestro,
cum non habeat cummoditetem soluendi,
& ob d. impossibilitatem excusatur à periu-
rio, & à pæua, cum ob factum superiotis, quæ
pro-

promiſit preſtere non poſſit, vt fundat *Reg. Sanfelic.dec.* 370. qui ita refert deciſum, ſed contrarium conatur demoſtrare *D. Afflict. in d. ſupplem. additio, ad cap.* 30. *num.* 44. & eſſignar rationem quie in culpa videtur eſſe debitor, qui non ſatisfecit alios creditores, ad quorum inſtentiam ſequeſtrum ſuit ordinatum, adeoque incurriſſe in plura periuria, & qooties periurium fuit incurſum, perſuperueniens ſequeſtrum minime purgatur, neque neceſſitas in qua ſua voluntate ſe poſuit equitatis preſtat eugumentum, verba ſunt *d. Afflict. loc. cit. num.* 44., ſed ſalua ſua pace d. ſua ſenteutia nimium rigurem continet contra Afflictos creditores, & deberet ſuo *Afflicti* nomine Afflictos debitores adiuuare, etenim ſemper quod ſequeſtrom factum fuit debitori, non poterit promiſſæ pecuniæ ſolutio adimpleri, igitur nec poterit executiue conueniri *Muta ad c. Sicil. to.* 5. *ſuper bulla, & pragm. de confib. num.* 121. *fol.* 103. *Gramatic. dec.* 285. *num.* 2. *Fontanell. de pactis nupt. tom.* 1. *clauſ.* 3. *gloſ.* 2. *num.* 42., *&* 43. *Machol. par.* 5. *num.* 3. *&* 4., tale enim ſequeſtrum excuſat à more *Bertach. dec.* 819. *num.* 5. *tom.* 3. ideoque etiam euitat penam promiſſam, & periurium contractus, & ſucceſſiuè liquidationem *Guttierez pract. quaſ. lib.* 1. *quaſt.* 113. *num.* 15. *& ſeq.* Et tandem dico quod ſi ratio adducta per *d. D. Afflictum* antecedentẽ concluſionem probaret, etiam ob dictam rationem probaretur, quod facto concurſu creditorum, & reſciſsis contractibus poſſet perueniri ad liqoidationem inſtrumenti, cum etiem ad talem actum culpa debitoris deuentum fuit, ſi igitur culpa debitoris ob non ſolutiones factas alijs creditoribus non officit in reſciſsionibus contractuum in concurſu creditorum, qoin non poſsit prohiberi liquidatio, vt fatetur idem *D. Afflict. in d. ſuppl. ad cap.* 30. *num.* 27. *dictis ſup. num.* ob eandem rationem, quia ſunt omnia bona ſeqoeſtrata, ex quibos non poteſt ſieri ſolutio, debet impediri liquidatio *Reg. Sanfelic. d. dec.* 370. cum in vtroque caſu militet eadem allegata ratio, imo in *n.* 53. *& ſeq.* contrarium videtur aſſerere, idem *Affl.* dum dicit, quod ſi debitor patitur ſequeſtrũ generale, euitabit pœnam liquidationis, dãdu inſtrumãtum pro reſciſſo, etiam poſt citationem, quam non euitaret niſi ſequeſtrum pateretur. Sed in hoc concurro, cum *Afflict.* quod dixit in *num.* 48. *verſ. præterea,* ſcilicet quod facto ſequeſtro, licet debitores impediuerint liquidationem inſtrumenti ob ſequeſtrum factum, nihilominus non poterunt impedire literas exequtoriales contra ſe, & carcerationem, licet ad creditorom inſtantiam exequtum eſſet in bonis, citat *Franc. dec.* 300. *num.* 3. *leotardum alioſque* ad hoc, vt poſſint creditores eorum creditũ recuperare.

Sextus erit caſus, quando ante citationem ſu-
per tenore inſtrumenti, debitor nulla aduer-
25 ſus creditum exceptione præmunitus, con-
tentus fuit dare pro reſciſſo inſtrumentum,
& pro debito quod debet, contentatur
qood contra ipſum expediantur literæ
executoriales realiter, & perſonaliter,
nam ſtante hac ſua inſtantia, poteſt in-
hiberi per S. C. Magna Curia, vt non proce-
dat ad actum liquidationis contra ipſum,
& cum hac cautela pœnam effugiet, nec
in damno erit creditor, nam etiam in hoc
caſu non poterit opponere aliquam exce-
ptionem contra creditorem, & non debet
audiri niſi facta reali ſolutione, eque ac in-
ſtrumentum foret liqoidatum dicit D. *Affl.*
loc. cit. num. 51. cum *Arias de Meſa var. reſol.*
lib. 3. *cap.* 45. *num.* 5. qui ita deciſum teſtatur
cum *Sanfelicio.* Et nota, quod debitor debet
hoc contentamentum dare ante citationem
ſuper tenore inſtrumenti, vt ſcilic. contra
ipſum expediantur literæ executoriales
realiter & perſonaliter, dando inſtrumentũ
pro reſciſſo, vt poſſit euitare liquidationem,
nam ſi poſt citationem hoc egerit non ſibi
iuuabit, & nõ euitabit pœnã liquidationis, cũ
fuerit ius queſitum fiſco per citationem, &
poſt d. citationem fiſcus fraudaretur per ta-
lem conſenſum, vt bene aduertit *d. P. Afflict.*
loc. cit. num. 53. qui ita dicit ſeruari in praxi,
ſed aliter ſenſit, quando debitor patitur ſe-
queſtrum generale omnium bonorum, nam
hoc caſu etiam poſt citationem, ſi dabit in-
ſtrumentum pro reſciſſo euitabit liquida-
tionem.

Et notabiliter aduerte, quod ne dum S. Conſil.
in caſibus ſupra nominatis, ſed etiam Colla-
terale Conſilium, aliquando ſolet inhibitio-
36 nem Mag. Curiæ Vicariæ facere, ne procedat
ad actum liquidationis, quando debitor ibi
propoſuit ſuam iuſtitiam, vt fundat *Reg. Ca-*
pyc. Latro dec. 200. *à num.* 40. *& ſeq.* qui fun-
dat rigorem pragmaticæ in d. caſu non ob-
ſtare, & quod poterit ordinari inhibitio ante
ceptũ iudiciũ liquidationis, & ſequitur *Affl.*
in d. ſuppl. cap. 30. *num.* 54. ſed dicit hoc raro
eſſe practicandum, quia ſupremum illud
Tribunal rebus grauioribus vacat, & non ni-
ſi in vrgenti cauſa in d. cauſis iuſtitiam
tribuit, proinde videmus has preſentationes
inſtrumentorum Curijs inferioribus fuiſſe
commiſſas, ſc. d. Mag. Curiæ, & etiam Curiæ
Admirati, quæ etiam cognoſcit de cauſa
liquidationis inſtrumentorũ *Marin. Freccia*
de ſub feud. verſ. tertium officium num. 3.

PRÆ-

PRÆSTANTIA. X.

Præstantia S. Consilij est, vt causa falsitatis testium esaminatorum in lite vertente in d. S. Consilio, non cognoscatur à Magna Curia Vicariæ absque licentia d. Senatus.

SVMMARIVM

1 *Falsitatis crimen detestabile in omnibus regionibus punitur.*
Falsitatis crimen in legibus 12. tabularum, & ab Ægiptijs pæna mortis punitur.
2 *Romanorum Censores iusiurandum violatum asprè puniebant.*
3 *Falsitatis crimen calumniosè propositum grauiter punitur.*
Socrates per calumniosam accusationem obijt.
4 *Calumniosi circumuertebantur per Ciuitatem, vt contaminatis moribus publicarentur.*
5 *Falsi testis crimen de iure diuino, & humano punitur.*
6 *Falsum testimonium dicentes in causa capitali, de iure nostri Regni pœna mortis puniuntur, & quando.*
7 *Senatus Neapolitanus, non solet de falsitate actorum cognoscere, sed Magna Curia petita venia à Sacro Consilio, & num. 7.*
Magna Curia si informationem ceperit de falsitate actorum causæ vertentis in Senatu, acta sunt nulla.
8 *Emergentia differunt ab incidentibus.*
9 *Iudex causæ principalis cognoscit de incidentibus, & emergentibus.*
10 *Falsitatis actorum iudicio pendente, causa principalis silet, donec pronuncietur super falsitate.*
Pronunciandum non est super incidentibus, sed super emergentibus.
11 *Criminale iudicium an pareat causæ continentiam.*
12 *Index superior si carcerat inquisitum pro aliquo delicto, si Reus inquisitus reperitur pro alijs delictis, poterit de omnibus cognoscere.*
13 *Falsitas commissa apud acta Sacri Consilij an sit plenè probanda.*
Probationes leues sufficiunt in supremis Tribunalibus, quando non agitur de causa principali, sed de incidentibus.

Non raro occurrit in causis, quæ agitentur in nostro Supremo Senatu, vt litigantes, vel causa dilatandi litigia, vel gratia sua iura tuendi proponant querelam falsitatis contra testes in indicio deductos, afferentes dolosè à partibus circumuentos, dum institiã sibi debitam falsis depositionibus tergiuersare curarunt, & re vera crimen detestabile est, & in omnibus regionibus grauissimum
1 reputatur, vtpotè in omni lege vsque ad mortalem vltionem punitum; habemus enim ex lege duodecim tabularum, falsum testimonium dixisse conuictum, de saxo deiciendum, quod ab Ægiptijs ductum facile creditur, apud quos omne periurium Dijs abiuratis capite mulctabatur, tanquam qui duplici tenerentur scelare, vt qui & pietatem in Deos violarent, & fidem inter homines tollerant, maximum vinculũ societatis humanæ *Diodor. lib. 1. c. 6.* Ipsi etiam Scythæ gentes alias religiosæ in hoc religiosissimæ, qui per solium Regium periurantes morte mulctabant, teste *Herodot. lib. 4.*

Sed quid dicam de nostris Romanis quorum
2 licet Dij statuarij erant, attamen eorum Censorum apud eos tanta fuit potestas, vt quæuis hominum vitia asprè reprehenderent, cognitum etiam fuit, de nulla re magis, & seuerius, quam de iureiurando iudicare consueuisse, teste *Alex. in dies genial. lib. 3 cap. 13.*

Aliquando etiam euenit, vt falsitatis crimen calumniosè proponatur à parte litigante,
3 vel ad dilatandum causas in iudicio vertentes, vel vt veritas à parte probata dolosis machinationibus elidi procuretur per falsas criminationes, has autem calumnias iura ciuilia aborrent, nam ex lega veteri legimus illos duos seniores, qui Susannã eorũ libidini obsequi nolentem, falsi adulterij eam accusarunt, Danielis pueri prudentia conuicti scelestis lapidibus obrutus fuisse, vt in *lib. Daniel. 13.* hanc etiam calumniam falsæ accusationis nequiuit Socrates ille Philosophię Pater, ac verę sapientiæ fons saluberrimus euitare, qui in mortis pœnam effugeret, sed calumnia detecta, Athanienses supplicium ab accusatoribus sumpserunt, ac sera pœnitentia commoti eidem statuam in publico erexerunt *Sab. lib. 1. cap. 5.* atque enim Athenienses acerrimi inquisitores calumniatorum, nam legimus apud *Plutarch.* de Phocione, quod istius accusatores capita damnarunt. Nec sufficeret nostris temporibus remedium inuentum à Charonda Thurio, quod sua ætate proficuum fuit reputatũ,
4 hic enim lege statuit, calumniæ crimine, doloque conuictos per Vrbem myrice circumuectari coronatos, vt cunctis sic circũpassim ciuibus palam ostentati innotescerẽtur, & peruulgato perniciosissimo flagitij genere, contaminatis moribus publicarentur, vt refert *Diodor. lib. 12.*, qui etiam testatur fuisse nonnullis talem ignominiam tam infensam,

ſenſam, vt maluerint potius mortem ſibi
conſciſcere, vti iucundiorem, quam in tanta
verecundia continuà per Ciuitatem conſpi-
ci, cuius legis ſaueritate calumniatores vti
perniciosiſſimi generis homines, ex vrbe
fugati exceſſerunt, & Reſpublica tali peſte
purgata fęlici, ęquabilique adminiſtratione
aducta coaluit, ſed hodiernis temporibus
talis lex parum aut nihil proficeret, ſunt
enim homines in malitijs tam peruerſi, vt
parum curent verecundiam, ſolum ferrum,
& ſanguinem contremiſcunt.

Sed qua pœna punitur Teſtis, qui falſum de-
poſuit? dicas, quod iſti iniquiſſimi homines
5 puniuntur de omni iure, vti exoſi grauiſſi-
mis pœnis, nam Ius diuinum illud prohibet
in Decalog. *Ne falſum teſtimonium dicas*,
& caſtigat in *Deuter. cap. 19. Daniel. cap. 13.*
Ius naturale etiam offendũt, cum fidem vio-
lẽt ex periurio *Specul. in tit. de legib. §. nunc
eſt oſtendendum num. 24. Menoch. de arbitrar.
caſu* 308. *num.* 4. merito noſtri antiqui Ro-
mani teſtes de falſo conuictos è ſaxo Tarpeio
deieciebãt teſte *Aul. Gel. noct. actic. lib.* 20.
cap. 1. & ſi qui viui tenebantur ob aliquam
excuſationem commiſſi criminis, in eorum
fronte mos fuit, vt imprimeretur litera K.
ex leg. Remmia dixerunt *Cicero pro Roſcio, &
Dionyſ. Gothofred. in l. 13. ff de teſtib.* ſic enim
acerbitas vlciſcandi maleficij benè atque
cautà viuendi diſciplina fuit, dixit *Celius loc.
cit.* Sed talis pœna deiectionis à ſaxo Tar-
peio iam pridem abſoleuit, nam *Modeſtin.
reſpondit in l. ſi diutino §. vlt. ff de pœnis*, non
poſſe quem ſic damnari, vt de ſaxo præcipi-
tatur *Couarru. in cap. quamuis § 7. num.* 8. *p.
1. de pactis in* 6. Ius vero canonicum ſimili
pœna teſtẽ falſum damnat, qua Reus puni-
retur, ſi de crimine conuictus foret *cap. ſatis
infin. 33. quaſt.* 5. Ius vero ciuile ſtatuit, vt
qui falſum teſtimonium dolo malo dixerit,
quo quis publico iudicio vti Reus capitalis
damnaretur, lege Cornelia de ſicarijs tenea-
tur ex *tex. in l. 1. §. praterea ff. ad l. cornel. de
ſica.* in alijs vero iudicijs pœna arbitraria
punitur *Couarru d. §. 7. num.* 9. In Regnis Hiſ-
paniarum fit auulſio quintæ partis dentium
à teſte falſo, etiam ſi falſum teſtimonium
dixerit in cauſis ciuilibus, ex *l. 3. tit. de falſis
lib. 4. fori*, quam legem ſua ætate vidiſſe ob-
ſeruatam teſtatur *d. Couarru. in d. §. 7. ante n.
10. verſ. lege regia* quem refert *Gulupp. in pra-
xi par. 2. cap. 27. num.* 14. & ſubdit *d. Couarru.*
ex lege veteri illorum Regnorum multos
Doctores opinaſſe, omnes dentes eſſe extra-
hendos à teſte falſo, ex generalibus verbis
illius legis. *Quintenle los dientes*, quæ ſi hodie
obſeruaretur in Curijs, pauci falſi teſtes aſpi-
6 cerentur, qui vti hoſtes publici fidem violãt,
& Deum offendũt De iure vero noſtri Regni
quicumque in criminalibus cauſis offendũt,
vel defendunt Reos, falſum teſtimonium
perhibentes, vel deponentes, in mortis na-
turalis pœnam irremiſſibiliter incurrunt, ex
pragm. 4. de falſis. Sed an ſit neceſſaria, vt in-
nocentis mors ex falſo teſtimonio ſubſequa-
tur, vt capitali pœna Reus afficiatur, dico
quod multis Doctoribus placuit, quod ex-
traordinariè tantum puniantur tales fal-
ſarij, ſi Reus non fuerit morte punitus *Fari-
nac. quaſt. 67. num. 11. 15. & 17. Ioſeph. Lu-
douic. dec. lucenſ. 15. num. 16. & ſeq. Guazzin.
defenſ. 28. cap. 18. num. 3. Oſaſcb. dec. 19. Ca-
ball. var. reſol. cap. 115. num. 14. & 15.*

Sed communior eſt aliorum Doctorum ſenten-
tia, teſtem falſum in capitali cauſa etiam
eadem pœna capitali puniri, quamuis nulla
ſubſequta eſſet ſententia neque mors, ita
diſponit *tex. in d. l. 1. §. praterea ff. ad l. Cornel.
de ſycar.*, vbi non requiritur effectus neque
condemnatio ex falſa depoſitione, ſed ſuffi-
cit, vt teſtimonium ſit latum ſuper eo cri-
mine, quod ſi eſſet verum, Reus ille quam-
uis innocens condemnaretur, tale enim ver-
bum *condemnaretur* denotat actum im-
perfectum, alias *tex.* dixiſſet, quo quis con-
demnatus fuerit, ideſt actum conſumatum,
vt obſeruat bene *Guid. Papè dec.* 44; & dicunt
DD. in d. §. praterea ſcilic. *Marſil. num. 2.* &
ibis *Alex. in adit. ad Bart.*; idem *Bart. in d. §.
praterea, & in l. transfigere* vbi *Iaſon. num. 5.
C. de tranſactio. Tiudar. de teſtib. num. 231.
verſ. teſtis falſus Simanch. de catholic. inſtit.
tit. 64. de teſtib. num. 85. 156. & 160. verſ. quę
locum. Pegna in direct. inquiſit. part. 3. quaſt.
73. comment. 122. verſ. ſed in contrarium
Couarr. var. reſol. lib. 2. cap 9. num. 1. infin; &
in cap. quamuis pactum tit. de pactis in rub. §.
7. num. 6. verſ. pœna vero ſtatuta Menoch. caſu
306. num. 2. de arbitr. Boich. in cap. 1. de crim.
falſi Auendan. de exeq. mand. lib. 2. cap. 27. nu.
a 2. illat. 4. Farinac. quaſt. 150. num. 358. Ber-
trazol. conſ. 218. num. 16. Corſett. in ſingul. in
uerb. teſtiſ. nu. 12. verſ. falſus teſtiſ. Cornazan.
dec. 111 num. 7. Auened. in l. 4. num. 8. tit. 17.
lib.* 8. alijq. à prędictis citati; ex his cognoſci-
tur, quod hęc concluſio nõ debet paucorum
Doctorum opinione infringi, & in noſtro
Regno noſtra *pragm.* 4. de falſis fuit ſemper
obſeruata, vt puniatur pœna capitali falſus
teſtis, etiam Reo abſoluto *Rouit. in d. pragm.
4. num. 1. Vinius dec. 120. num. 19. Carauit.
ſup. ead. pragm. num. 34. not. 7.* qui dicit, quod
vt locus ſit *d. pragm.* ſufficit, vt teſtis iuret, &
nil vltra requirit, & quod non poſſit Iudex
per noſtram *pragm.* à pœna mortis recedere
dixit Muſcatell. in practic. crim. tit. de falſis n.
5. imo iſta procedit, licet crimẽ capitale non
eſſet, ſubdit *Rouit. in d. pragm. 4. num.* 1.

Quæ ſententia tot numero Doctorum munita
fuit

fuit per omnes Europæ Senatus recepta, falsos testes in capitali causa deponentes morti tradendo, etiam non sequto effecto, ita per Curiam Parlamenti Grationopolitani decisũ refert *Guide Pap. dec. 44.* vbi testis cõfessus falsũ deposuisse, fuit furcis suspensus, idem tradit *Pegnera* determinatum per Regium Consiliũ Barcinone, *Gomes ad l. Tauri leg. 83. num. 9. in fin.* ita refert iudicatum in Regia Curia *Valladolid. in causa Adulterij. Sic addentes ad Salicet in l. 2. verb. similitudine supplicij C. de reb. cred. lit. C.* vbi testatur ita in Senatu Parisiensi pronunciatum contra quendam Nobilem falsum deponentem, qui fuit securi percussus, sic etiam tradit *Chaßan. ad consuetud. Burgund. rub. 10. §. 10. num. 39* quod in Curia Burgundiæ fuit condemnatus ad mortem, qui in causa capitali ad suggestionem alterius falsum dixerat, alias decisiones referunt *Giurba cons. 71. & Iul. Clar. in §. falsum vers. testis qui falsum num. 8. Papon. lib. 22. tit. 13. arrest. 1. Hieron. de Laurent. in Rota Auenionens. Boss. tit. de falsis num. 171.* vbi apud Caserem refert falsum accusatorẽ mortis pœna fuisse mulctatum.

Nec poterit allegari contrarius *Gramatic. in voto 5.* vbi testis falsus in defensione Reorum, non pœna d. *pragm.* sed remigationis fuit per nostrum Collaterale Consilium punitus, & hoc modo videtur sentire, quod requiratur effectus, quia effectus non punitur non sequto affectu, Nam respõdetur, quod loquitur de iure communi, & ante nostram pragmaticam, & constat, quia prædicta vota *Gramaticus* edidit tempore Cardinalis Columnæ, vt legitur in *vot. 1. in princ. & voto 2. in fin.* & sic de anno 1531. vt colligitur ex *prag. 1. de pacto de retrouen. lende*, nostrum autem statutum, scilic. *prag. 4. de falsis* fuit ordinata in anno 1556. & sic tempore Ducis Albæ, igitur loquutus fuit, *Gramaticus* ante constitutionem emanatam, vt etiam aduertit *Baiard ad Clar. in § falsum nu. 43.*

Ne autem ista perniciosa crimina Supremum nostrum Prætorium contaminent, & veritatis pudicitiam deturpent, dum per tales falsitates commissas apud acta, aures Senatus iudicantur offensæ, proinde si litigans vellet partem aduersam querelare de falsi-
7 tate, non solet noster Senatus de talibus criminibus cognoscere, vt testantur *Rouit. in pragm. 37. num. 2. de offic. S. R. C. Franc. decis. 147. in fin.* sed nostra M. C. Vicariæ petita prius venia, & licentia à nostro S. C. in ea aula in qua Commissarius causæ residet, sumit informationem, quam antiquam vocat consuetudinem *Franc. de Petris cons. 16. nu. 2.* imo aduertit *Dom. Petra in ritu 288. num. 57. tom. 4. u. 6.* non semper talem licentiam impartiri à nostro S. Consilio, interdũ enim denegatur si cognoscatur calumniosa, aliquando conceditur simpliciter, vel sub conditione, quod capta informatione iterum referat, vel tandem solet ordinari, vt expectetur exitus causæ ciuilis, vt dixit etiam *Franc. dec. 147. in fin.* & nota, quod non sufficit simplex petitio facta coram nostro Senato, sed erit necessaria impetratio seù licentia vt concedatur cum causæ cognitione; si vero aliter obseruaretur à M. C. Vic. quia forsan absque licentia, seù venia obtenta à nostro Senatu, ad capturam informationis processarit, vel ad capturam falsorum testiũ examinatorum, vel ad similia, in hoc casu acta, & informatio recepta nullitatis vitio afficerentur, vt fuisse decisum per nostrum S. Consil. in anno 1678. refert idem *Dom. Petra loc. cit. nu. 58.*

Vt autem Præstantia prædicta circa præsentem materiam demostretur, est sciendum,
8 quod differunt incidentia ab emergentibus, nam incidens dicitur questio opposita in iudicio, quæ habet originem ante iudicium, ad differentiã emergentis, quod regulariter habet originem post iudicium *Bart. in l. s. n. 5. vers. incidens C. de ordin. iud. num. 5.* vt si testis arguatur de falso dicitur emergens, quia post iudicium cœptum fuit falsitas commissa, bene verum est, quod quandoque incidans efficitur emergens, si opponatur ad processũ, dum opponitur post processum cœptum *Bart. in d. l. 1. num. 5. sup. cit. Tusch. pract. concl. 70. num. 1. in verb. incidens*, his cognitis.

PRÆSTANTIA S. Consilij Neapolitani circa punitionem prædictarum falsitatum cõsistit in hoc scilicet, quod non cognoscit de talibus falsitatibus commissis apud acta, & processus d. Senatus, licet emergentia sint, & accessoria ad causam principalem, sed committit nostræ Magnæ Curiæ Vicariæ, vt sumat de eis informationem super querela falsitatis, & ratio est quia cum sit Supremus Senatus, non debet detineri in cognitionibus causarum criminalium parui momenti, ne degradetur eius authoritas. In alijs vero Curijs Iudex causæ principalis cognoscit de incidentibus, & emergentibus, quia sunt accessoria ad causam principalem, dum sequuntur eius naturam *cap. accessorium de reg. iuris* ideo sicut non fit compromissum de negotio exequtiuo, ita neque de incidenti, & emergenti, quia habet eandem naturam *Castrens. consil. 91. in causa appellationis num. 8. vers. restat lib. 1. Tusch. d. conclus. 70. num. 3.* Sic Delegatus ad causam principalem cognoscit de incidentibus, & accessorijs ad d. causam *Geminian. cons. 4. num. 4.* & probatur conclusio ex *cap. suborta de re iudic.* vbi concluditur, quod Iudex procedendo ad vlteriora tacitè videtur de emergentibus cognouisse,

& intelligitur illã reprobasse, cap. ex parte
l. 2. ibiq. scribentes de appellat. Berons conf. 34.
9 num 3. & per tot. lib. 3. Coler. de processf. execut.
lib. 4. cap. 1. num. 56. igitur sua est cognitio: &
in specie de quæstiona accessoria causata à
principali cognitione, quod cognosci debeat
ab eodẽ Iudice, Federic. de Senis. conf. 236. in
princ. qui ponit causam de Iudice Eccalsie-
stico, qui si cognoscit de adulterio ad sepa-
rationem thori, debet etiem cognoscere de
causa dotis, & alimentorum, tanquã accesso-
ria ad causam adulterij Tusch. pract. conclus.
76. n verb. accessorium tom. 1. n. 6.

Aduerte tamen, quod de iure communi non
potest in causa ciuili procedi, durante accu-
10 satione falsi contra partem, & testes Bald. in
l. fin. C. de fid. instrum. idẽ Bald. post Cynum in l.
1. C. qui accus. non poss. Bart. in l. diuus cum
l. seq. ff. de pet. hered. & notetur in l. Lucius ff.
de his qui not. infam. & in l. fin. C. de fid. instru.
quia causa falsitatis est præiudicialis causæ
ciuili, ideo debet in causa ciuili supersederi
per l. fin. C. de ord. iudic. Tancred. in suo com-
pend. tit. de iudic. quæst. 10. Sed melius dixit
Grammatic. in dec. 60. num. 23. & 24. quod
prædicti DD. tantum loquuntur, quod non
possit procedi ad prolationem sententiæ,
non vero, quod non possit procedi ad actus
incumbantes, vt explicant Cynus in d. l. 1. C.
qui accus. non poss. in vers. fuis, & Capyc. in
decis. 25. At per nostram Constitutionem Re-
gni, Si ciuiliter agens, per quam præiudicia-
lia in Regno nostro fuerunt sublate, aliter
videtur dicendum, per istam enim Consti-
tutionem dixerunt Gloss. & Andreas in dict.
constit. si ciuiliter agens, quod fuit correcta
l. fin. C. de ordin. Iudic. propterea in hoc Re-
gno potest procedi, tam in constructione
actorum, vt non impediatur eorum progres-
sus pendente dicta accusatione falsitatis, ve
fuisse decisum per S. C. refert Afflict. in dec.
103. vbi Riccius in addit. & confirmant Mar-
ta voto 52. Alphan. collect. 81. & Gramat. in dec.
60. n. 24. quam etiam potest procedi ad sen-
tẽtiam, duobus tantũ casibus exceptis, quan-
do scilicet non potest mora, vel negligentia
imputari, vt ante tempus expeditionis causæ
non accusauerit testes de falso, vel quãdo ius
totius causæ cõsisteret in illis testibus accusa-
tis, in istis enim duobus casibus debet super-
sederit in causa ciuili, Afflict. dec. 129. qui di-
cit hoc audiuisse à Doctiss. illo viro Antonio
de Alexandro Præsidente nostri S. Consil.
& ab Antonio de Baldax Regio Consiliario.
Si verò præter eos qui sedarguuntur de
falso, remanerent sufficientes alij testes, non
suspenditur decisio causæ, Capyc. d. decis. 25.
vt etiem testatur Gramatic. dec. 60. num. 24.
sed fuit doctrina Bald. in l. fin. de fid. instrum.
Cyni. & Bald. in d. l. 1. Abbatis in suo cons. 16.
vol. 2. & aliorũ DD. relatorũ à Riccio in addit.
ad d. dec. Afflic. vers. conclusio, sicuti etiam de-
bet supersederi in causa, quando falsitas fuit
opposita contra partem, & testes Afflict. dec.
103. De iure vero nouissimo nostri Regni
scilicet per pragm. 2. de falsis editam in die
10. Decembris 1509. fuit dispositum, quod
cursu causæ non retardetur per accusatio-
nem falsitatis contra testes, & partem, sed
vt procedatur in causa ciuili ad vlteriora,
vsque ad sententiam inclusiuè, nisi Iudici
de falsitate ante expeditionem causæ consti-
terit, quo casu super causa principali, iu-
xta formam iuris supersederi mandatur,
qua propter concludit Marcian. conf. 13. n. 1.
tria debere concurrere, vt supersedeatur in
causa principali, opposita testium falsitate.
Primum, si mora aliqua, vel negligentia
parti incusanti imputari non possit, cur ad
tempus sententiæ proferendæ se restrinxit
in allegatione falsitatis. Secundum si falsi-
tas constet in promptu, iuxta dict. pragm. 2.
de falsis, & ita de praxi confirmat Gallupp-us
in praxi cap. 27. num. 56. Tertium, quod ius
totius causæ consistat in illis testibus, qui de
falso arguuntur, alias istis non concurrenti-
bus, accusatio dictæ falsitatis iudicatur ca-
lumniose, adeoquod non solum non
impediat progressum causæ, sed reijcitur,
vti non receptibilis, & ita in illa causa refert
iudicatum idem Marcian. in fin. d. cons.

Sed aduersatur pragm. 1. de falsis, vbi sancitur,
quod causa emitti debeat, cum quis produ-
xerit testes falsos, ex quo colligitur, quod in
nostro Regno necesse sit expectare finem
falsitatis, ad hoc vt cognoscatur de amissio-
ne causæ, & interim causæ ciuilis expedi-
tionem suspendere, vt notauit Capyc. in dec.
25. in fin. & ita ex mente dict. pragm. est con-
cludendum in hoc Regno, nè resultent actus
contrarij in eodem iudicio, nempè condem-
natio ex productione testium, & postea ab-
solutio ex falsitate ipsorum, & eo magis ita
erit dicendum, quando incipit de ea consta-
re, ita vt Iudex cognoscat, vt vere sit, non
calumniose testium accusatio; hoc enim
casu, cum possit deueniri ad falsitatis sen-
tentiam, ex que resultat causæ amissio, debet
Senatus causæ principalis expeditionem su-
spendere, donec pronuncietur super falsitate
ipsorum, quod etiam deducitur ex d. pragm.
2. de falsis, quæ explicatio concordat iuri
communi, quia dicitur quæstio emergens
non incidens, quæ euenit durante causa
principali, & licet incidens, quod opponi-
tur ad effectum iustitiæ, vel iniustitiæ in ne-
gotio principali, non requirat pronuncia-
tionem, quia sufficit pronunciari super cau-
sa principali, l. 1. C. de ordin. iudic. Castrens.
cons. 232. in causa, quæ vertitur col. 1. in fin.

vers. nec obstat, & col. 2. lib. 1. hinc priuatus
beneficio ipso iure non debet citari, nec vo-
cari, sed beneficium illius potest absque alia
declaratione cõferri, & absq; pronunciatione
super priuatione, Lapus alleg. 128. Tusch. d.
conclus. 70. nu. 17. & conc. 146. in verb. emer-
gens; at vero omne id quod resultat pen-
dente processu, dicitur emergens, & debet
super eo pronunciari, Bart. in d. l. 1. num. 5.
alias Iudex non poterit ad vlteriora proce-
dere, l. à procedente, C. de dilat. Glos. in d. l. 1.
Tusch. d. conclus. 70. num. 4. & 26. Et si aliter
Iudex faceret, nulliter ageret, Castrens. dict.
cons. 232. col. 2. vers. item non obstat lib. 1. per
tot. prout esset casus de impedimento oppo-
sito post lapsum fatalium, quod debet pro-
nunciari, & declarari obstare, vel non ob-
stare, quia dicitur emergens, Bart. in d. l. 1.
C. de ordin. Iudic. vers. clarius tamen, Tusch.
loc. cit. num. 19. Quod eo magis erit dicen-
dum in hac materia falsitatis; in qua etsi es-
set incidens falsi crimen, hoc speciale habet,
vt si fuerit incidenter deductum, debet
etiam pronunciari, Alex. cons. 77. in causa
accusationis lib. 1. & est tex. in l. ubi C. de falsis
& ibi Glos. & DD. Tusch. d. concl. 70. num. 29.
proinde concludo, debere nostrum Sacrum
Consilium expectare informationem crimi-
nis falsitatis, & super ea pronunciare, an
constet, vel ne, pro obseruantia, dict. pram. 1.
de falsis.

PRÆSTANTIA prædicta etiam maior appa-
ret, quando considero, quod contra iuris
regulas illam obseruat noster Senatus, ete-
nim controuersia est inter DD. an in crimi-
11 nalibus detur indiuiduitas causarum, quæ
parere possit illarum continentiam, atque
Iudicis vnitatem; aliqui dixerunt, quod non
datur causarum continentia in prædicta
materia, sed vnusquisque potest coram suo
Iudice conueniri, l. nulli C. de Iudic. Sed quod
regula prædicta procedat, nedum in ciuili-
bus, sed in criminalibus vt detur causarum
continentia, dixerunt communiter DD. sci-
licet Menoc. de arbitr. lib. 2. cent. 4. casu 371.
n. 12. & Franc. 426. dec. 582. Vrsill. ad Afflict.
dec. 155. in fin. Capyc. dec. 122. Ricc. collect. 368.
& 1511. hinc est, quod si causa criminalis
pendeat coram vno Iudice, non poterit ci-
uilis intentari coram alio, ita decisum re-
fert in sua Regia Audientia Vinius dec. 136.
Alterutra prædictarum Conclusionum si es-
set seruanda, nostri Senatus Præexcellentia
cognoscitur, nam si non admittitur conti-
nentia causæ in criminalibus secundum
primam opinionem, poterit in hoc crimine
falsitatis procedere ipsa Magna Curia, co-
ram quo fuit querela falsitatis proposita,
dum secundum dictam opinionem non da-
tur causæ continentia. Si vero secunda opi-
nio esset sequenda, vt scilicet detur causæ
continentia, deberet in dicta causa falsita-
tis procedere Senatus, vti dependente ex
causa principali. Dum igitur à nostro Sena-
tu neutra opinio obseruatur, quia nostra
Magna Curia non procedit sine ordine Se-
natus in dicta causa falsitatis proposita co-
ram eadem Magna Curia, in qua procedere
poterat, dum non datur continentia causæ
secundum primam opinionem. Et si seruan-
da esset secunda opinio, poterit dictus Se-
natus cognoscere de dicto crimine, vti de-
pendente ex causa principali, quæ coram
eo agitatur, & hoc non obstante, nec etiam
nostrum S. Consilium procedit, nè sit crimi-
num vindex, quod inferioribus Iudicibus
potius videtur conuenire, proinde conclu-
dendum est, eius excellentiam notabilem
esse, dum contra iuris sententias eius pote-
stas, atque Præstantia fulgent.

Præterquamquod supradicta quæstio inter DD.
disputata procedit inter Curias inferiores
inter se altercantes, & in hoc casu dubita-
tur, an detur indiuiduitas causarum; Sed
12 quando aliquis inquisitus carceratur à Su-
periori Iudice pro aliquo delicto, & reperi-
tur inquisitus apud Curias inferiores pro
alijs causis, Iudex superior pro omnibus
causis poterit prædictum inquisitum cogno-
scere, nè continentia causæ diuidatur, Capyc.
decis. 122. Franch. decis. 426 num. 2. & 3. latè
Menoch. de arbitrar. casu 371. & faciunt tra-
dita per Riccium par. 3. dec. 532. & par. 4. dec.
182. & 183. vbi dicit, quod si petatur remis-
sio Clerici ab Archiepiscopo, cui fuit cõces-
sa, si postea compareat Episcopus Diœcesa-
nus loci ipsius Clerici remissi, non poterit
obtinere reuocationem remissionis factæ ad
Curiam Archiepiscopalem, vti potentiorem
ex his potest dici, quod Sacrum nostrum
Consilium possit hanc falsitatis causam co-
gnoscere, vti Iudex superior, & tamen de ea
non curat, sed remittit illam Iudicibus in-
ferioribus cognoscendam, ex qua sua excel-
lentia, & præstantia aspicitur.

Sed curiosè ad praxim quæri potest, an hæc pro-
batio falsitatis commissa apud acta Sacri
13 Consilij plenè probari debeat, an verò suf-
ficiant leues, vel extraiudiciales probatio-
nes. Ratio dubitandi illa est, quia ista falsi-
tatis accusatio est quodam incidens, seu
emergens causæ principalis, vt supra dixi,
& in Supremis Tribunalibus receptum est,
quod quando non agitur de probationibus
ipsius substantiæ causæ, sed de liquidationi-
bus, & alijs incidentibus ipsius, procedi
possit per extraiudiciales informationes,
Felin. in cap. pastoralis §. quia vero de offic. De-
leg. Reg. de Ponte cons. 83. num. 4. vol. 2. Franc.
dec. 220. num. 5. Gramatic. dec. 62. Capyc. latr.
con-

consult.6.num.75.& seq. Card. de Luca de regal. discurs. 113. *num.* 7. qui ita testatur vidisse in Rota practicatum in materijs cambiorum, & alijs differentijs mercantilibus, dependentibus ex inspectione librorum. Tu autem pro resolutione dicti quæsiti distinguas materiam criminalem à ciuili, prout distinguit *Farinac. de falsitate qu.* 152. *num.* 10. In causa criminali dicas, quod requiratur plena probatio, nam licet dicta falsitas dicatur quodam incidens, seu emergens ex causa principali, tamen circa pœnam falsitatis testibus infligendam agitur de substantia, seu causa principali dicti criminis, ideo illud est plenè probandum, non per coniecturas, seu leues probationes, sed certas, & euidentes, *Soccin. Iunior. cons.* 31. *num.*36. *Grammatic. cons.* 19. *num.* 3. *& cons.* 23. *num.* 2. *Becius cons.* 78. *num.* 11. *Bertazol. cons.*8. *num.* 1. *&* 2. Quando vero agitur in causis ciuilibus, præsumptio, seu suspicio falsitatis habetur pro concludenti probatione, quia falsitas est difficilis probationis, & occultè committitur. *Crauetta cons.* 249. *nu.* 8. *vers. igitur*, *Bald. in l. Præsbiteri num.* 52. *vers. & adde*, *C. de Episcop. & Cleric. Vermig. cons. crimin.* 433. *num.* 10. vbi dicit, solam falsi suspicionem fidem tollere, quia lex contenta esse debet ea probatione, quæ haberi potest, & verisimili *l. iubemus Cod. de probat. l. vbi falsi C. ad leg. Cornel. de fals. cap. cum venerabilis de religios. domib. cap. inter dilectos de fide instrum.* & verissimam sententiam esse dixerunt *Decian. cons.*99. *num.* 5. *vol.* 2. *Thesaur. Iunior. qu. for. lib.* 1. *qu.* 47. *nu.* 2. *Cranet. cons.* 28. *num.* 2. *Decius cons.* 175. *num.* 1. *Mandell. cons.* 225. *n.* 27. *Menoch. de adipiscen. possess. remed.* 2. *nu.* 700. & de communi dixerunt *Mascard. de probat. conclus.* 739. *num.* 5. *Ludouis. dec.* 546. *num.* 11. *&* 17. *Farinac. dec.* 366. *num.* 4. *vol.* 1. *& decis.* 627. *num.* 2. *part.* 4. *Larrea alleg. fiscal. tom.* 2. *alleg.* 96. *num.* 3. qui in sequenti *num.* 4. vltra progreditur dicendo, quod nedum in ciuilibus, sed in criminalibus falsitatis suspicio habeatur pro concludenti probatione, alios collexit *Farinac. de falsitate, qu.* 152. *num.* 2. 4. *&* 5. cum in hoc delicto falsitatis speciale sit, vt suspicio falsitatis pro falsitate reputetur, *Archidiacon. in cap. in memoriam num.* 12. vbi etiam *Bellamera eod. num. distinct.* 19. plures relati ab *Hondedee cons.* 109. *num.* 5. *dict. quæst.* 152. *num.* 2. 3. *&* 5.

PRÆSTANTIA XI.

Præstantia S. Consilij Principis est, & præsertim Neapolitani, vt eius decisiones faciant ius in Regno, & quando.

SVMMARIVM.

1 *Authoritas Maiorum, vti res diuina semper venerabilis fuit.*
Legibus primum est parendum, deinde Senatus authoritati.
2 *Sententia Regis facit ius, quo ad omnes.*
Sententia Summorum Pontificum legum authoritatem sortiuntur.
3 *Decisio Senatus Neapolitani facta causa cognita facit ius quo ad omnes.*
4 *Decisiones Afflicti, Delphinatus, & Rota Romana vim legis obtinent.*
Laudes S.C. Neapolitani, quia decisit grauem articulum.
5 *Sententia Iudicis ius non est, neque ius facit.*
Tribunalia Suprema, vt plurimum variant sententias.
6 *Tex. in l. nemo Iudex C. de senten. & interloc. procedit in sententijs Iudicum inferiorum, non in sententijs Supremi Senatus.*
Exemplis non est iudicandum, sed legibus, & quomodo hoc est intelligendum.
7 *Decisiones Curiarum inferiorum non habent illam authoritatem, ac decisiones Senatus.*
8 *Sententia Senatus legis vigorem habent respectu Curiarum inferiorum, non respectu sui ipsius.*
Senatus non ligatur proprijs sententijs.
9 *Decisiones Senatus vim legis habent, quando bis, vel pluries eodem modo Senatus iudicauit.*
Consuetudo iudicandi, per quot vices inducatur, vt vim legis obtineat.
10 *Decisiones Supremi Senatus, aliæ Curiæ inferiores sequi debent.*
Senatus Neapolitanus tenet Consiliarios Viros Doctissimos, & Eminentissimos in omni tempore.
11 *Sacrum Consilium Neapolitanum laudarunt exteri DD.*
Exempla in Consilijs prosunt.
12 *Decisiones Supremi Senatus non habent legis vigorem, quando sine ratione lata sunt.*
Exempla contra rationem sequi non debent.
13 *Sententia Supremi Senatus habent legis vigorem in casibus dubijs, secus si contra leges sint prolata.*

Dixi in *cap. 1. Præstant.* 10. nostri Sacri Consilij in quatuor Aulas vniti pro iura aliquo controuerso decidando, legis vim eius sententias habere, nunc restat videndum, an dicti nostri Senatus quælibet decisio in casu, apud eum vertente, faciat ius, quoad similes casus, & apud Curias inferiores, vt eodem modo decisio emanari debeat. Ad explicationem nostri quæsiti oportet meminisse, quod apud omnes regiones maiorum authoritas, vti raligio-
1 sa, & diuina res vanarabilis fuit, præsertim illorum, qui sapientia, & dignitate lumen cæteris præstiterunt, *l. semper ff. de iur. immun. Cicero de senectute, Platus lib. 9. de legib.* hic enim propter diuinitatem nominis par ora hominum volitauit, & diuinus Plato nuncupabatur, & licet Philosophi disputationum ratiocinijs potius, quam testimonijs peritorum suas propositiones concludant, vt fatentur *Cicero in topicis, & Aristot. lib. 1. de arte Orator.* Iuris verò professores primum locum legibus, quibus humanarum genus sobstinetur, tribuunt, eisqua omnes acquiescere debent, tam Iudices, nè animi affectione ferantur, quam subditi, vt od illarum obsequia præscriptam vitam rectà instituant, *l. 2. ff. de legib. cap. regula distinct.* 3. Sed quæ in iure præscripta non sunt, vel confusè disposita reperiuntur, necesse est illa Senatus authoritate definira, vel obseruantia vsus longeui determinara, ex quadam consuetudine, quæ iuris vicem obtinet, *§. ex non scripto instit. de iur. natur. gent. & ciuil. cap. fin. de consuetud. l. de quib ff de legib.* Hæc tandem si consuetudine iuris iudicandi non possint comprobari, ob rerum varietatem, quam fecunda natura continuè producit, necesse est ad responsa Prudentum, & scripta Doctorum deuenire, cum hac distinctione, vt si authoritas in rationa fundetur, infallibilis dicitur, & aadem potestas authoritati defertur, quæ legi, & consuetudini conceditur; val rationi non associatur, & ista de per se sumpta, licet falli possit; tamen vrbanius est illam amplecti, & credere maiorum fidem, atenim facilius amplactendum iudico Doctorum authoritatem ratione carentem, qoam simplicem rationem, quæ sina anthoritate languescit.
Ad cognoscendam hanc maximam PRÆSTANTIAM nostri Sacri Consilij Neapoli-
2 tani, oportet atiam scire, quod qualibet sententia solius Regis facit ius quo ad omnes, *§. sed, & quod Principi a. instit. de iur. natur. gent. & ciuil.* ibi: *Quodcumque Imperator per epistolam constituit, vel cognoscens decreuit, vel edicto præcepit, legem esse constat, cap. institutiones 25 quæst. 2. l. fin C. de legib. Cynus in l. 3. Cod. de lig. Franc. Tepas, dep. test. Princip. secular §. 1. fol. 9. num. 15.* maximè si santentia Regis venit ad aliquod ius dubium interpretandum, *d. l. fin. C. de legib. l. 1. C. de constit. Princip. Abbas Siculus in cap. in causis de re iudic. Butrens in cap. cum Bertoldus de re iudic. Andr de Isernia in cap. præterea de capt. Afflict. in const. Militibus sub tit. de Adiutorijs pro militia fratris num. 5.* Idem dicas de santentijs Summorum Pontificum insertis in corpore Iuris Canonici, que etiam vim, & anthoritatam legum sortiuntur, *Glos.* communiter recepta in *summa 19. distinct. Anguian. de leg. lib. 2. contr. 29. nu. 38.*
Cognita hac conclusiona PRÆSTANTIA ista coæqualis Principi videtur, nam vno ore DD. fatentur, quod decisiones latæ per Sopramum Consilium Principis in causis definitinis faciant ius in similibus causis quando præcedante planaria causæ cognitione Regis nomine latæ fuerint. Colligitur conclusio ex *l. 1. §. hoc autem,* ibi: *Sic esse sæpè iudicatum, l. filius familias 14. ff. ad leg. Cornel. de falsis,* ibi: *Sic inueni Senatum censuisse, l. 1. §. eodem,* ibi: *Sæpè iudicatum, ff. ad Syll-nianum, l. 3,* ibi: *Frequenter seruata sunt, Cod. de edific. priuat. l. 1. C. quæ sint longa Consuetudo, tex. optimus in l. nam Imperator* 38. ibi: *Aut rerum perpetuo iudicatarum, ff. de leg. l. stychum 39. §. si stychus,* ibi: *Hoc iure vtimur, ff. de stat. liber. Glos. in l. nemo Iudex, Cod. de sentent. & interloc. in verb. Magistratus,* & ita per allagata iura concludunt *Afflict. dec. 45. Gama dec. 228. Pinell. in l. 2. C. de rescind. vend par. 2. cap. 14. num. 2. Cabed. par. 1. dec. 2. num. 11. & dec. 3. num. 11. & dec. 102. num. 1. & 8. & dec. 212. num. 5. Valasch. cons. 62. num 9. Alter Valasch. alleg. 46. nu. 17. Ripa in l. interdicto. ff. quor. bonor. Puteus dec. 180. lib. 2.* & comprobat *Franc. decis. 171. nu. 4.* vbi dicit, Iudices se dabere conformari cum decisionibus Sacri Consilij, *Reg. Tapia decis. 3. Senat. Ital. num. 44. Merlin. contr. for. cent. 2. cap. 1. num. 58. & cap. 19. nu. 1. Pratus discept. for. lib. 3. cap. 30. num. 3. Dom. Petra in ritu 1. num. 17.* vbi dicit, quod si non possunt seruari pro lege, tamen pro stylo sunt obseruandæ à Curijs inferioribus, per alia iura ab ipso pondarata, & tandem latè confirmant *Menoc. de arbitrar. iudic. lib. 2 casu 68. à n. 28.* vbi loquitur de Senatu Romano, qui condebat leges, & Sanatus consulta, quæ leges dicebantur, hoc etiam cognouit *Cicer. in Topicis,* vbi dixit, *Ius ciuile est, quod in legibus Senatus consultis, rebus iudicatis, Iurisperitorum authoritate, edictis Magistratuum more, & æquitate consistit,* & sic vide, quod Ius atiam in ra iudicata consistit, dum res iudicatas adnumerat intar partes iuris.
Et de nostro Sacro Consilio Naapolitano, quod loco Principis iudicat, vt faciat ius quo ad

omnes eius decisio, facta cauſe cognita, ob
3 eius PRÆSTANTIAM vno ore fatentur omnes noſtri Regnicolæ, ſcilicet *Afflict. decis. 96. num. 11. & dec. 169. in fine, & dec. 190. in fine, & dec. 383. num. 8. & dec. 393. num. 7. Franc. dec. 81. n. 2.* vbi *Amend. n. 3. & dec. 171. n. 4. & dec. 190. nu. 5. & dec. 238. nu. 2.*, idem *Franc. dec. 356. in fin. Andreas de Iſern. in conſt. vt de ſucceſſ.* & quod ius facient eius deciſiones, in noſtro Regno dixerunt *Reg. de Ponte conſ. 1 num. 82. Surgente de Neap. illuſt. cap. 17. Reg. Ronit. conſ. 18. & conſ. 78. num. 1. & 2. tom. 1. Camill. Borrell. tom. 2. dec. tit. 130. num. 363. & ſeq. Loffred. in cap. 1. de natur. ſucceſſ. feud. Reg. Capyc. latr. dec. 47. fol. 216. nu. 3. Horat. Montan. de regal. qu. 10 fol. 48. n. 55. Marant. conſ 25. num 11. Taſſon. in pragm. de antefato verſ. 3. obſeru. 3. num. 70. Franc. Seuerin. in alleg. 26. impreſſ. poſt Scaglienum ſuper pragm. Caramita in ritu M. C. 260. nu. 4. Maſtrill. dec. 254. num. 32. Camill. de Medic. conſ. 146. nu. 8. Marotta diſcept. for. cap. 12. n. 158.* & ex exteris Doctoribus dixerunt *Menoch. conſ. 53 nu. 28. lib. 1. & Carroc. de comm. opin. 1. tit. 9. nu. 66.* quod deciſiones *Afflicti* (quæ ſunt noſtri Senatus) *Delphinatus*, & *Rota Ro-*
4 *mana* vim legis obtineant in ſuo quoque dominio, propterea laudatur noſter Senatus *Fontanell. dec. 491. per tot.* qui decisit illum grauem articulum, an hæres proprio nomine ſe obligans pro ſatisfaciendo credito hæreditario, intelligatur nomine hæreditario obligatus, cuius dubietas retardauit per plures annos veritatem d. articuli, vt teſtatur *Franc. dec. 323.* & cum diſputando proponebatur, aliquando contra hæredem iudicatus fuit, vt ſcilicet proprio nomine obligatus intelligatur, vt teſtatur *Capyc. latro dec. 28. num. 20.* aliquando deciſor, vt nomine hæreditario cenſeatur adſtrictos, vt apud *Franc. d. dec. 323.* vt autem finem huic incipiti controuerſiæ noſter Senatus imponeret, vnitus cum omnibus Cõſiliarijs quatuor Aularum in anno 1623. tandem pro hærede pronunciauit, nempè ſemper cenſeri obligatum nomine hæreditario, vt teſtantur noſtri Regnicolæ, ſcilicet *Thor. in compend. decis. tom. 2. in verb. exceptio diſcuſſionis inuentarij*, qui verba Senatus refert *Capyc. latr. d. dec. 38. num. 3. Nouar. lib. 2. qu. for. 41. num. 7.* qua propter laudatur Senatus Neapolitanus, pro d. celebri quæſtione definita, à d. *Fontanell. loc. cit.* his verbis: *Conſtat mihi ſemper in eo Senatu adfuiſſe grauiſſimos Viros, vnde vt doctiſſimos illos diudicemus, ſufficit eſſe de eo Sapientiſſimo Senatu*, & deinde diſcurrens de dicta magna deciſione prolata ſubſequitur: *Adeo magna, vt quemcumque alias doctiſſimum, & ſapientiſſimum Senatum retardare potuiſſet, ſiſic reſolueret, ſicut retardauerat vſque ad illum diem*, quod etiam aduertit *Luca ad Franch. d. decis. 323. num. 2.* rationabiliter igitur authoritas tam eccelſi Senatus terruit *Decium*, vt ipſemet fatetur in *conſ. 379. requiſitus in princ.* quod notauit *Pratus discept. for. tom. 2. fol. 44. nu. 18.* vbi latè; & ſi reuerenter admirabantur dicta Pithagoræ, vt videre eſt in *Polianthea Langij in verb. reuerentia pag. 2423.* quã maiori reuerentia obſeruanda ſunt noſtri Senatus placita, definita à doctiſſimis viris, non ſeriè dicta, ſed attentè, & ſtudiosè prolata.

Fateor contrarium ſubſtinere plures Doctores,
5 nempè ſententiam Iudicis ius non eſſe, neque ius facere, per tex. in *l. labeo 7. §. ſed etſi ff. de ſupplen. leg. l. ingenuum. 25. ff. de ſtatu hom. l. res iudicata 207 ff. de reg. iur. Gyphan. in §. conſtat autem 3. verſ. ſcriptum autem ius, inſtit. de iur. natur. gent. & ciuil. Beſold. in comment. ad l. 7. & 8. tit. 1. digeſt. num. 7. pag. 111. Harpprecht. in d. §. conſtat num. 8. Euerard. in loc. ab author. num. 10. & 11. Vant. de nullit. tit. 13. num. 121 Gaſpar. Kloch. in relat. vot. dec. num. 354 Cabed. dec. 212. Velaſch. conſult. 148. nu. 26. Ægid. in l. ex hoc iure par. 1. cap. 19. num. 7. ff. de iuſt. & iur.* cum legibus, & non exemplis iudicare debeant, *l. nemo Iudex 13. C. de ſentent. & interloc. l. Imperatores ff. de priuil. cred. § omnis autem Iudex, Auth. de iudic. coll. 6. Oter. de paſc. cap. 34. n. 19. Themud. dec. 349. num. 7. & 8.* dicunt enim Suprema Tribunalia, vt plurimum variare ſententias, mutatis temporibus, *Vinius dec. 401. num. 24. Amendol. ad Franc. dec. 81. n. 3.* qui ponit exẽplum de legitima matris, an ſit tertia tertiæ, vel tertia totius, dicit fuiſſe diuerſimodè iudicatum in noſtro S. C. & ego addo aliud exemplum de creditore ad rem reficiendam, an præferatur creditori, qui dedit pecuniam ad rem emendam, in quo articulo in cauſa propria egomet me ipſum defendens, vti creditor D. Ioſephi Romeus pro duc. quatuorcentum in refectione ſui Palatij ſiti propè Eccleſiam Patrum Oratorij S. Philippi Nerij, in Aula Dom. Conſil. Petri Ducis Veſti Girardi, fuit deciſum ſub die 3. Menſis Iulij 1690. eſſe præferendum D. Antonium Romeum omnibus alijs creditoribus, inter quos concurrebat Doctor Antonius Corbiſerius, qui erat creditor pro re emenda ex reſta pretij, vt in Banca Ioſephi de Martino, apud Scribam Auitabile. Sed in alia Aula, vbi reſidet Dominus Conſiliarius D. Franciſcus Rattanus, Miniſter integerrimus, ex omni parte venerandus, audiui talem articulum in contrariam ſententiam deciſum, vt æqualiter concurrerent creditor ad rem reficiendam, & creditor pro refectione, meritò de hoc conqueruntur *Reg. de Ponte dec. 34.* vbi dicit. *vidi-*

mus

mus vno tempore vnum articulum determina-
tū vno modo, postea vero totū oppositum, & refert
etiam *Franc. de Petris festiu. lect. lib. 2. cap. 9. à*
n. 7. sicut multas decisiones cōtra tradita per
Afflict. & Presid. de Franch. collexit *Cons. Pra-*
tus lib. 1. discept. for. cap. 27. à n. 93. & cap. 5.
à n. 102. tom. 2. & cap. 41. n. 39. lib. 3.
Sed istorum Doctorum opinio conciliatur, di-
cendo, quod *tex. in l. nemo Iudex Cod. de sen-*
6 *tent. & interlocut. omn. Iudic. cum concord.*
vbi dicitur, quod legibus, & non exemplis
sit iudicandum, procedat in sententijs Iu-
dicum inferiorum, non autem in sententijs
Supremi Senatus, & Tribunalium Superio-
rum, quæ vim, & robur sententiæ Principis
obtinent, & data paritate casuum ad instar
legum, & sanctionum sunt semper vene-
randæ, iuxta tex. *in l. vnic. C. de offic. Præfect.*
Prætor. Afflict. dec. 45. num. 4. & dec. 69. n. 11.
& dec. 383. in fin. Franch. dec. 81. num. 2. &
dec. 90. num. 5. Ofasch. dec. 22. num. 6. Menoch.
de arbitrar. casu 68. à num. 29. & de præsum-
ption. lib. 1. qu. 1. nu. 17. & 20. & cons. 1031.
num. 7. Oter. de pascuis cap. 34. num. 19. Dum
enim Senatus ius controuersum decidit, fa-
ctum est ius in similibus causis pariter de-
terminandis, *cap. in causis 19. de sentent. &*
re iudic. ibi: *Cum in similibus causis cæteri te-*
neantur similiter iudicare, Afflict. d. decis. 90.
Franc. dec. 238 & dec. 91. num. 16. Barzius
dec. 98. num. 13. Fontanell. dec. 245. num. 18.
par. 1. & dec. 579. num. 17. vers. quatuor ex
ais in fin. par. 2. cum dispositum sit res iudi-
catas, siue sententias pro veritate haberi,
l. res iudicata 237. ff. de reg. iur. easque facere
de albo nigrum, *l. ingenuum ff. de stat. hom.*
de non ente ens, eisque magnopere deferen-
dum, *Valenzuela cons. 68. num. 21. & 28.* vbi
afferit, quod faciunt ex quadratis rotunda,
per *tex. in l. cum putarem ff. famil. hercifcun.*
vt puntualiter dixerunt *Gama decis. 228. &*
Cons. Pratus discept. for. cap. 46. num. 11. &
obseru. for. cap. 76. n. 8. & cap. 80. nu. 15. nam
decisiones Consilij Principis sunt oracula,
quasi ex ore Dei infusa, seu prouenta, iuxta
dicta per *Christinæum* relatum à *Prato di-*
scept. for. cap. 15. tom. 2. fol. 176. Quando verò
7 res iudicatæ fuerint non à Supremo Senatu,
sed à Curijs inferioribus definitæ, non ar-
guunt illam authoritatem, quam inducunt
determinationes Supremi Prætorii, ita vt
ad casus similes causent necessitatem eo-
dem modo iudicandi, *Menoch. cons. 59. nu. 10.*
Afflict. dec. 383. num. 8. Sousa de Macedo dec.
23. num. 4. faciunt certè aliqualem authori-
tatem alia decreta lata ab inferioribus Cu-
rijs nostri Regni, & præcipuè illa, quæ
emanantur à nostra M. C. Vicariæ, cum ibi
adsint duo Consiliarij, vti Supremi Iudices
dictæ Magnæ Curiæ, qui insimul cum Or-
dinarijs Iudicibus, omnia benè perpen-
dunt, & vsque ad medullam veritatem
scrutentur, sed non eandem potestatem te-
nent, atque vigorem, quam habent iudicia
definita per nostram Supremam Curiam,
quæ Regis nomine iudicat.
Ad id verò, quod fuit consideratum à sequaci-
bus contrariæ opinionis, scilicet, quod so-
leant multoties Suprema Prætoria variare
sententias, articulum vno modo definien-
do, deindè verò in oppositum conuertere,
respondeo, quod talis consideratio tantum
abest, vt officiat prædictæ Præstantiæ, quin
8 potius illam augeat, atque extollat, etenim
licet sententiæ Senatus legis vigorem te-
neant, vt supra dixi, hoc intelligitur respe-
ctu inferiorum Tribunalium, per *tex. in cap.*
in causis 19. ibi: *Cæteri teneantur iudica-*
re, de sentent. & re iudic. non respectu sui
ipsius, qui non ligatur proprijs sententijs,
Menoch. cons. 501. num. 27. Leo dec. Valent. 17.
num. 6 Crespi de Valdaura obseru. 91. nu. 93.
tom. 2. nam quod alijs inferioribus lex est,
Senatui ipsi tantum est exemplum, dicunt
idem *Crespi obseru. 22. num. 221. & Barbos. in*
collect. ad tex. in d. cap. cum in causis num. 1.
& si nil magis proprium est Supremorum
Senatuum, quam sententias proprias corri-
gere, si viderint in eis aliquid minus rectè
decisum, *Ludouis. dec. 208. num. 5. & decis.*
317. Parlador. rer. quotid. lib. 2. cap. fin. part. 1.
§. 1. num. 10 Crespi d. obseru. 91. num. 93. to. 2.
eodem modo, cum maiori facilitate senten-
tiam super vno articulo emanatam poterit
variare, & aliter decidere, melius rationes
perpendens, quæ eius variationem, & mu-
tationem causare valeant.
Amplia primò, hanc Præstantiam, & indubi-
tanter dicas illam procedere, quando Su-
9 premus Senatus bis, vel pluries, secundum
vnam opinionem iudicauit; nā ex ista plu-
ralitate rerum iudicatarum inducta est con-
suetudo iudicandi, *Glos. in rub. Cod. Quæ sit*
longa consuetudo Staib. in resol for. 95. nu. 38.
tom. 1. Anell. de Amato cons. 41. num. 6. imo
stylus introducitur ita iudicandi, *Dom. Pe-*
tra in ritu 1. num. 17. sed melius dicas, quod
talis iudicandi consuetudo vim legis ac-
quirat, vt in posterum in similibus causis
ab ea recedere non liceat, ad tradita per
Cyn. & Bald. in l. fin. C. quæ sit longa consuetudo,
Franc. dec. 54. vers. & maximè, & in dec. 91.
n. 16. & dec. 228. n. 3. Ron. in prag. 47. de offic.
S. R. C. & latè in *cons. 18. n. 3. lib. 1. & dec. 22. n.*
27. Anguian. de legibus lib. 2. contr. 29. nu. 38.
adeout necesse sit ita iudicare in similibus
causis, post *Thesaur. & Ronit. in d. cons. 18.*
num. 3. dixit *Reg. Capyc. latro consult. 6. num. 4.*
tom. 1. & si Iudex à tali consueto iudicandi
stylo recederet, de temeritate argui posset,
secun-

secundum Soccin.conf.3.vol. 3. quem refert Franch.d.dec.54.& sequitur Rouit. in dec. 22. num. 17. Et ideo lex publica, vel priuata, puta priuilegium, pragmatica, vel scriptura sumunt interpetrationem à subsequuta obseruantia, Solorzan. de iur. indiar. tom. 2. lib.2.c.21.n.24. Larrea alleg.96.per tot. Maldonat.ad Molin.de primog.lib.2.cap.6.nu.57. Surd.dec 129.num.19 Giurb.conf.19.nu.54. & conf.92.num.24. & magis ab vsu, & consuetudina leges dependent, quam à verbis, & litera legis, Valentin. in partben. litigios. pag.438.benè igitur Licurgus prohibuit, nè de legibus semel recaptis, & probatis differere liceret, quod vtiq; nostra ætate obtineri posset, quia minor profunda litium altercatio, & minor ociola disputationum contentio aspiceretur, minor dubitatio, atque leuis iudiciorum duratio vigeret, vt damõstrat Herman. Kirchner. disp.6. de Republica thes.4.in fin. Forcatula in dialog. 46. num.3. & hac ratione credo sina alio misterio, quod liber legis legendus erat ex lege Moysis in quolibet septennio in solemnitate Tabernacolorum, vt scilicet memores obsaruantiæ leges illas custodirent, atque adimplerent, Deuterorm. 31. 10. Magalian. in Mosis cantica lib.3.num.1.

Sed queri poterit, per quas vices introducatur consuetudo iudicandi? & dicas, quod aliqui dixerunt, quod inducatur per quatuor vices, Gratian.discept.for.cap. 441. num. 24. Staib.d.resol.98.à num. 144. & sofficare tres dixit Napodan. in proem. ad consuet. Neapol. num.42. sed duas satis esse dixerunt Afflict. dec.192.in fin. Franc.dec.238. num. 3. & dec. 722.n.11. Barzius dec. Bonon.98 n. 12. Surd. dec.199.sub num.18 Fontanel.dec. 245.num. 18. & 19. Moneta in tract. de distrib. quotid. par.2.qu.12.num. 11. etiam si non fuerint latæ in contradictorio iudicio, Guttierez de iuzil.par.2 cap.1. num. 32. Noguerol. alleg.6. num.31. Salgad. in laberint. credit. quem refert Dom.Petra in ritu 1.n.237. lib.1.

Amplia secundò, vt nedum decisiones Sacri Consilij exempla sint ipsismet Consiliarijs,
10 vt in causis similibus cõtrouersis illas sequi possint, sed etiam aliæ Curiæ inferiores nostri Regni eas sequi debent, Angel. in l. item veniunt §.ceterum ff. de petit. hered. l. milites agrum in fin.ff. de re milit. ibi: Quod exemplum, & in cæteris sequi nos debere, Menander rescripsit, l.1.§. eodem tecto, ff. de Senat. Consult.Syllan.l. nam Imperator, ff. de legib. l.apud Iulianum in fin.ff. ad Trebell.l. 1. Cod. quæ sit longa consuetudo; magis enim mouent exempla, quam verba Aristotil.lib. 10. ethic. maximè in rusticis, cuius plebeia ingenia magis exemplis, quam oratione capiuntur, dixit Macrob.saturnal. lib. 1. & sequitur Rebuff.in proem.ordin. regul. quem sequitur Dionysius Gotofred. in praxi ciuil. lib. 1.tit.9.de Senator. in rub. de priuileg. Curiar. vers. vigesimo tertio Et quod tales Iudices inferiores nostri Regni iudicare debeant, vt noster Supremus Senatus iudicauit, adduco ad propositum tex.in l.1. circa fin. C. de veter. iur. enucl. per illa verba: Debere omnes Ciuitates, Consuetudines Romæ sequi, & leges eius, quæ Caput est Orbis terrarum, Aluar. Velasch.consult.68.num.3. vers verum, prout de decisionibus Rutæ scripsit M. Antonius Marsilius Columna in tract. de Ecclesiast. reddit.pag.3.cap.36.num.9.& puntualiter, quod Iudices se debeant conformes reddere cum opinione Consiliariorum huius Regni, dixit Sylua nuptial. in verb. iudicandum pro commun.opin., post alios D. Petra in ritu 1. nu. 17. circa fin. Ad sunt enim semper in nostro Sacro Consilio Viri Doctissimi, Consultissimi, & Eminentissimi Ingenij, qui illuminant nostrum Regnum, secundum Bald. in auth habita, §. namque, per illum tex C. ne filius pro patre, vt erat tẽpore Afflicti, qui ita testator in præf.decis.post num.7. & dec. 190. post n.6. sicut etiam erat tẽpore Marini Freccia, & ipse fatetur in lib. 2. de subfeud. in cap.incip.hic quero in fin.& in alijs Senatibus, & Supremis Consilijs semper ibi assistunt, & residant eximij Viri exploratæ fidei, & limatissimi Iudicij, prout in Senatu Mediolani fateatur Menoch. cons.479. num. 20. & Caluinus de æquitate lib.1.cap. 5. num. 6 & tandem Dom. Petra in d. ritu 1.n. 17.

Et nedum nostrum Sacrum Consilium apud Curias inferiores pro summa authoritate, & veneratione habetur quo ad eius decisio-
11 nes, sed etiam apud exteras nationes, & Iurisconsultos, qui nostram Iurisprudentiam sectantur, vt patet, apud Decium in cons. 179 in princ. quem terrebat authoritas S. C. Neapolitani, eiusque decretis non audebat contradicere, idem etiam testantur Francis. Monald.in cons 123.num.11.lib. 1. alijque DD. qui summa laude celebrarunt eius authoritatem, doctrinam, & præstantiam, vti exemplum, & cynosuram rerum gerendarum, apud Nicol. Topium de orig. Tribunal. par.2.lib.1.cap.7.per tot.

Exempla enim in consilijs prosunt, quia facillimè ad consentiendum homines ducuntur experimentis, dixit Quintilian. lib.3. instit.orat.cap.8.& Tacit.lib. 4. annal. inquit: Plures aliorum euentu ducuntur, & blandissimè iubetur exemplo, & rationem reddit Cassiodor.lib.5. var. 44. quia instructus redditur animus in futuris, quando præteritorum commonentur exemplis, quæ maximè nos Itali amplectimur, iuxta nostros mores, vt notauit Ramirez de Prado in tract. de Consi-

lio

*lio pag.*8.qui dicit cum *Io. de Barros in prologo de su 3.decada de Asia:Que los Italianos se gobernan por lo passado,los Españoles por lo presente,y los Franceses por lo venturo*, & rectè dixit, quia nos Itali obseruamus illud *Manlij* Poetæ monitum.

Per varios casus artem experientia fecit
Exemplo mostrante viam.

Limita primò, has decisiones Supremorum Magistratuum non habere legis vigorem,
12 quando illæ sine ratione latæ essent, vel ais ratio resisteret, nam hoc casu periculosum est per exempla similes causas iudicare, cum maiorum exempla sequenda non sint, si contra rationem acta fuerint, ideò attentè omnes Iudices iudicia cum ratione disponant, vt eorum determinata in immitationem, & venerationẽ futurorum deueniant, iuxtà mentem *Taciti de annal.Omnia*, inquit, *quæ nunc vetustissima creduntur,noua fuerũt, inueterascent hæc quoque, & quæ nunc exemplis tenemur,inter exempla erunt*, nostra enim ætas non tam infecunda est, vt quotidiè non transferat ad posteros gloriosas, & memorandas imitationes. Agant idcircò Consiliarij Supremi Senatus eorum Consilia illa cum ratione, vt pareant principium Consuetudini meliori, & si exempla non possint inueniri,in ambiguitate non curent exempla, & sat erit cum ratione negotia determinare si leges deficiunt, nam vt vtar verbis *Synes. epist.* 57. *non quia non dum factum est,& nunc non debet fieri,multa enim corũ, quæ non oportuit fieri,tempus inuenis,& correxit,nec omnia ad exempla fiunt*,& ego addo, quod non fuerint tam fælicior euæ ætatis ingenia, vt omnia norint,nec omnia, quæ nostri Patres gesserunt meliora sunt,quod etiam testatus *Tacitus lib.3.annal.*istis verbis: *Nec omnia apud priores meliora,sed nostra quoque ætas multa laudis,& artium imitanda posteris tulit.*

Limita secundò, & nostram conclusionem intellige,vt tunc iudicia lata à Supremis Præ-
13 torijs legis robur obtineant, quando sumus in casibus dubijs,in quibus res alias iudicatæ non passi prosunt ad idem iudicium sequendum,sed quando apparet sententias contra leges fuisse prolatas,nil iuuãt illorum exemplum,vt apertè disponit *tex. in l. nemo* 23. *C. de sentent.& interloc.omn. indic.* per illa verba:*Nemo Iudex , vel Arbiter existimet consultationes, quas non rite Iudicatas esse putauerit,sequendum* , & subdit *Iustinian. in d. l. nemo* 2. *Non enim si quid non benè dirimatur, hoc & in aliorum Iudicum vitium extendi oportet,cum non exemplis , sed legibus iudicandum sit , nequesi cognitionales sint amplissimæ Præfecturæ, vel alicuius Magistratus prolatæ sententiæ* . benè igitur *Brunneman.in l.3.in fin.C.de legib.*nostram conclusionem verã iudicat,quando Senatus ius controuersum decidit , non quando contra iura pronunciat cum *Christin.dec.*63.*num.*5.*vol.*2. *& dec.*65. *num.*4.quod prius etiam dixit noster eruditus *Sargente* vir Patritius, & doctus (cuius familiam mea ætate extinctam vidimus)in sun *tract.de Neap.illustr.cap.* 19. *num fin.* qui hoc modo conciliat *tex.in d.l.fin.*cum contrarijs iuribus,quod etiam comprobat eruditus *Facchineus par.3.controu.iur.lib.* 7. *cap.* 73. vbi inquit: *Nostrum est iuris fontes inquirere, & non opinionum riuulos sectari,sed ex legum fundamentis,non ex authorum numero controuersias,& lites definire.*

PRÆSTANTIA XII.

Præstantia Supremi Senatus est , non parere mandatis iniustis , & iniquis ipsius Principis , & quando.

SVMMARIVM.

1 *Mandati definitio traditur.*
2 *Regibus parere summa est libertas.*
Mandata Principum non obseruantes capite puniuntur.
Mandatorum suorum vindex est ipse Deus.
3 *Mandata Principum continent intrinsecam conditionem,dummodo nil impium, vel iniquum præcipiant.*
4 *Rescripta Principum non sunt obseruanda, si iuris repugnant , vel scandalum pariant.*
5 *Principi consulendus est in causis arduis , si rescripta iniqua sint,& iniusta.*
6 *Aragonia foras statuit Iudices exequi non debere mandata Principis si contra rationes, vel foros sint , sed secundam iussionem expectent.*
7 *Rescripta Principum Lusitani non obseruant si iniustè expedita fuerint , sicut & Catalani.*
8 *Curia Galliæ Regis literas non approbat , si causam in contrarium aspexerit.*
Obediendum non est Papæ,nec Principi, quando iniustum præcipiunt.
9 *Præstantia Sacri Consilij Principis est, vt non debeat exequi mandata iniusta Principis, etiam si bis Princeps præceperit , non sic Iudices inferiores.*
10 *Assessores Præsidum Prouinciarum , & aliorum Gubernatorum tenentur resistere dictis potestatibus aliquod de facto facere volentibus.*
11 *Papæ etiam replicari potest , quando aliquod irrationabile mandauerit.*
12 *Magistratus puniri potest , si Principis mandatum*

datum iniuſtum exequitur.

13 *Reſcripta Principis ſi ſint contra Eccleſias, non debent à Senatoribus exequtioni tradi.*

14 *Principibus non eſt obedientia præſtanda, ſi aliquid ſtatuant in damnum Religionis.*

15 *Reſcripta lata contra vtilitatem publicam, à nullo Iudice ſunt exequenda.*

16 *Exequtio iniqua à Principe ordinata non eſt exequenda.*

17 *Reſcripta gratiæ à Principe ordinata in præiudicium partis, non debent Conſiliarij exequi.*

Gratia conceſſa à Principe, intelligitur ſine incommodo, & præiudicio alterius.

Gratia fuit conceſſa à Sereniſſima Regina D. Maria Anna de Auſtria ſucceſſionis feudorum, vſque ad quintum gradum in linea collaterali.

18 *Conſiliarij debent impedire exequtionem nouorum Tributorum, & Principi repreſentare ægeſtatem Populorum.*

Tributa noua excitant tumultus, & ſeditiones.

Gurrellus Orilia laudatur à Germanis, quia conſulebat noſtrum Regem, ne imponeret in hoc Regno noua tributa.

19 *Principis reſcripta retractantia res iudicatas, non ſunt admittenda.*

20 *Reſcripta Principis non debent exequi, ſi fuerint ſubreptitia, & obreptitia.*

21 *Sententiæ iniuſtæ non ſunt exequtioni tradendæ, licet ſint infra ſummam duc. 150.*

22 *Princeps iracundia motus ſi crudeles vindictas mandauerit, debet exequtio differri per triginta dies.*

23 *Principis reſcripta iniuſta non ſunt exequenda, licet Princeps ordinauerit, quod illa fuit ſua voluntas.*

Demolitio fabricarum factarum in ſuburbijs Neapolis ordinata à noſtro Rege, non fuit exequta à noſtro Prorege.

24 *Exequtio ſententiæ iniuſtæ debet impediri, tam ciuilis, quam criminalis.*

25 *Ordinationes Magiſtratus à ſubditis ſiue iuſtæ, ſiue iniuſtæ ſunt adimplendæ.*

26 *Subditi obedire debent ſuis Magiſtratibus, licet propter delictum priuari poſſint ſua iuriſdictione.*

27 *Porterij, & Nuntij Tribunalis ſi iniuſtè exequuntur ex præcepto Iudicis, excuſantur.*

28 *Reſcriptum Principis ſi continet clauſulam derogatoriam ad ius commune, licet iniuſtum eſt exequendum.*

29 *Reſcriptum Principis ordinans de poteſtate abſoluta ſtatim eſt exequendum.*

30 *Princeps ſi commiſerit cauſam aliquo modo exequendam, ſed iniuſtè, non debet ordo exequi.*

31 *Militaribus Ducibus a militibus omnino parendum eſt, ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè aliquod precipiant.*

MAndatum eſt, quod alicui agendum
committitur à poteſtatem habente, ſed
in materia ciuili eſt præceptum, & moni-
1 tum, quod Princeps pro tempore, & re co-
gnita, ad certas perſonas, veluti Magiſtra-
tus, Prætores, aut Iudices dirigit, eiſque ali-
quid fieri mandat, de quo extat totus *tit. Cod.*
de Mandatis Princip. Nouella 114. Gothofred.
ad l. 1. lit. F. Cod. eod. tit. Paul. Chriſtin. dec. Belg.
64. num. 3. vol. 2.

Tantam imponūt Politici populis obedientiam
erga Principes, vt dicant ſummam eſſe li-
2 bertatem, non ſeruitutem Regibus pare-
re, quod perbellè demonſtrat *Egidius Romanus* Gentilis meus, omni euo venerandus in *ſuo aureo tract. de regim. Princip. in 2. p. lib. 3. c. 34.* & etiam approbant Iuriſtæ, qui aſſerunt, quod qui mandata Principum non obſeruauerint, vel rem prohibitam fecerint, capite puniantur, *l. 3. 5. in bello ff. de re milit.* & vide multa, quæ ibi allegat *Gloſ. Gramat. dec. 40. Paris de Puteo de Syndic. verſ. an propter fol. 44. & verſ. quia ſæpe fol. 243. Iſernia in conſtit. 1. verſ. contempſerit Afflict. in conſtit. inconſutilem num. 48.* alios citat *Surgente de Neap. illuſtr. cap. 15. num. 30.* Ipſe etiam Deus eſt inuariabilis cuſtos mandatorum ſuorum, nè dum gloria, & honore glorificando illa obſeruantes, ſed priuatione vitæ, & bonorum puniens transgreſſores, vt legimus in *lib. 3. Reg. cap. 15.* de Saul Rege, qui ob trāſgreſſionem diuini mandati à Regno remotus fuit. Idem legimus *in lib. 3. cap. 14.* de Ieroboam Rege, qui percuſſus fuit à Deo morte filij, & priuatione Regni, cui dixit Dominus per Prophetam Abias hæc verba: *Non fuiſti ſicut ſeruus meus Dauid, qui cuſtodiuit mandata mea*; è contra vero benedictiones celeſtes pollicitus fuit illis, qui mandata Dei ſeruant, vt legimus in *lib. 3. Reg. cap. 3.* vbi Salomon petijt á Domino, quod quia regnare fecit pro Dauide patre ſuo in medio infiniti populi, cum etat puer paruulus, & ignorans, vt daret cor docile, vt populum ſuum iudicare valuiſſet, & diſcernere inter bonum, & malum, ſed liberalis Deus dedit non ſolum ſapientiam, quam poſtulauit, ſed diuitias, & gloriam, & vltra progrediens promiſit dicto Salomoni, *quod ſi ambulaueris in vijs meis, & cuſtodieris præcepta mea, & mandata mea, ſicut ambulauit pater tuus, longos faciam dies tuos.*

Benè verum eſt, quod non ſemper mandata Principum ſunt iuſta, ſed aliquando impia, aliquando iniqua. Impia mandata ſunt, ſiue irreligioſa, quæ illa iubent, quæ Deus in lege ſua vetat, aut impediunt illa, quæ Deus præcipit. Iniqua verò præcepta dico, quibus id fieri inhibetur, vel non fieri iubetur, quod quiſque pro ſua vocatione, aut publica,

aut prinata proximo ex charitate debet.

Quād verò attinet ad obedientiam Principibus debitam dico, quod vtique ex Dei ore
3 perpetuo imperarent, nam tamquā Deo illis quoque semper, & sine exceptione esset obediendum, at cum pleromque contrarium illis eueniat, addenda est talis mandatis hæc conditio, dummodo nil impium, vel iniquum præcipiant. Et cum ratione probatur hæc conclusio, quia si Principis mandata iniqua essent exequenda, eius potestas esset superior potestate Dei, & cum Deus non nili iusta, & licita præcipiat, non debet Princeps ampliori potestate vti, sed sola iustitia sua mandata ordinare, & à recta via veritatis non deuiare, esset enim æqualis potestas Dei, & hominis, & par authoritas, si perindè ac Deo sine exceptione parere deberemus, quod erroneom esset dicere, nam ait Dominus per Esaiam prophetam *cap.48. vers.11. Gloriam meam alteri non dabo*, ex quibus colligitur, quod licet non ita apertè Dominus loquutus fuerit per os Isaiæ, re ipsa tamen constat, non posse edicta ex solo hominum arbitrio manantia ijs exeqoari, quæ Deus ipse mandauit; & hoc exemplis comprobatur, nam Pharaonis edictum *Exod.1. vers.21.* de occidendis omnibus poeris masculis hæbreorum, iniquom erat, eique merito obsterrices parere recusarunt, quarum domibus, & familijs idcircò Deus benedixit. Ita etiam fuit edictum Nabuchadnesoris valde impium, & irreligiosum de statua aurea adoranda, vt habetur in *lib.3. Daniel.* & ideo Danielis socij illi obtemperare nolentes, pietatis, & constantiæ suæ Deum approbatorem miraculo manifesto aspexerunt. Sic etiam mandatum *Iesabelis 3.Reg.18.vers.13.* De occidendo Dei Prophetis fuit satis impium, & iniquum, piè ergo fecit Abdias, qui illos non solum non occidit, sed viuos occultauit, & aluit. Et omissis similibus exemplis veteris testamenti, intuemur exemplū constantis viri S.Thomæ Cantuariensis: promulgauit Heuricus Angliæ Rex leges cum Christianæ Reipublicæ bono pugnantibus, Episcopos omnes illius Regni conuocauit, quibus leges sereodas communicauit, eosque vt assentirent precibus, & minis coegit. Obstitit ei vir sanctissimus, & Ecclesiasticæ immunitatis vindex acerrimus, nec vnquam voluit à sanctissimo suæ mentis proposito dimoueri, nec carceris, aut mortis metu, nec diuitiarum, honorumque max ma oblatione mutari; maluit etiam opibus, quibus fruebatur amplissimis excludi, à patria expelli, durum exilium, ac peregrinarionem, demum & mortem, quam videri vnquam tam impia in re, ipsi Regi assentire.

Concludo propterea hisce, & alijs exemplis in Scriptura notis, quod si Magistratus inspiciant Principis mandata esse contra ius diuinum, vel etiam contra ius naturale, & dictamini rectè rationis dissona, non debent illa exequi facere, sed supersedere certiorando Principes, illisque consulere reuocatione n dictorum mandatorum iniquorū, sic enim obseruabunt illod Apostolicum præceptum, *Præstat Deo, quam hominibus obedire*; Non enim debent esse Iudices pusillanimi, & timidi, sed fortes, & audaces, aliter iusti esse non possunt, si mortem, vel ægestatem timent, iuxtà præceptum datum in Sacra Scriptura *Eccles.cap.7. Noli quærere fieri Iudex, nisi valeat virtute irrumpere iniquitates, ne forte extimescat faciem potentis, Gobius in tract.var.tit.de aquis qu.7.n.40.*

Hæc posita conclusio per multa iura probatur, sc.ex *l.rescripta C.de precib. Imper. offer.* vbi
4 statuit Imperator rescripta, & mandata sua non obseruari, si iuri repugnant, *l.3. eod.tit. l.si vendicari*, & ibi *Bald.& Salic. C.de pænis* quem tex.dicit esse auro pingendum *Martinus Garratus de Consiliar. Princip. quæst.6.* sicut & aureum appellat *Tasson. in pragm.de antefato vers.3.obseru.3.nu.127. Tiraq.& Gloss. in §.deinde auth. de mandat.Princip. §.ex hoc vero, auth.Vt nulli Iudic.l.fin.Cod.si contra ius vel vtilit. public. l. 2. §. merito, & §.si quis à Principe, ff. ne quid in loco publico, l.1. & fin.* vbi *Bart.& Bald.C.de relation. l. nemo Iudex C.de sent.& interlocut.omn. iudic.* concordant iura canonica in *cap.si quando*, vbi *Glos. & Canonistæ de rescriptis, cap.intimasti*, vbi *Decius de appellat.cap.qui resistit 11.qu.3.* vbi dicitur, quod quamuis Dei ordinationi resistere videatur, qui potestati resistit, si tamen mandetur, quod fieri non debet, licitè contemnitur, hanc conclusionem indubitatam affirmant DD. scilicet *Maranta in specul. in verb.& quandoque appellatur num.7. Afin.de exception.§.1.cap.129.num.6.* vbi ait, quod licet de iure Principum rescriptis parendum sit, restringitur tamen vbicumque si eis pareretur scandalum oriri posset, tunc enim, inquit, Principem decet æquo animo ferre, si inferior eius mandata exequēda non duxerit, *Natta cons.425.n.7.Schenard.cons.12. lib. 2. Petrea de Lara in compend. vitæ hom. cap. 12.num.35. Amat. resol. 72. num. 26. Putius de Syndicat.in verb. saluus conductus cap.4.sub num. 16. Suarez alleg. 12. num. 49. Couarruu.practic.cap.35.num.6.& lib.2.cap.8.nu. 1.in fin.vers.secundo infertur, Gramatic. cons. 46.num.38.& voto 31.& 32. num.13. Menoch.de arbitrar.casu 333.num.6.Clarus in pract. § fin. qu.60. num. 16. vers. quero modo Portoles in scholia ad Molin.in foros Aragon.in verb.consultatio num.16.Giorg.Schonborner in polit.lib.3.cap.37. Capyc. latro dec.170.nu.3.*

Bona-

Bouadilla in politic. lib. 2. cap. 10. num. 92. Parladorius rer. quotid. lib. 2. cap. fin. par. 1. cap. 7. Rodriq. de concurs. cap. 1. artic. 4. num. 36. Augustin. de leg. lib. 1. controu. 5. Regius Ponte de potest. Proreg. tit. 1. de promiss. fieri solit. n. 33. Anton. Gobius to. 2. var. tit. de aquis qu. 7. num. 31. & tandem ita concludit *Reg. de Philippo in obsequio fiscali pag. 782.* propterea Antiochus ille Rex Aſiæ mandauit, parendum non eſſe ſuis præceptis, quæ forſ aduerſa ratione ſcripſiſſet *Harpreck. in §. sed & quod Principi placuit num. 37. instit. de iur. natur. gent. & ciuil. Salgad. de supplic. ad Sanctissimum par. 1. cap. 3. num. 23. & par. 2. cap. 31. num. 68.* ſi enim hoc ſtatuit Rex ille gentilis, qui ſolo rationis dictamine populos ſuos regebat, quid debent agere Principes Chriſtiani, qui Dei lumine ſceptra gubernant? Eiuſque exemplo Ageſilaus non aliter promiſſa præſtare voluit, quam ſi iuſta eſſent; cum enim quidam ei aliquando dixiſſent promiſiſti, ac ſæpius idem repeterent per Iouem, ait, ſi quidem iuſtum eſt, *Alex. ab Alex. in dies genial. cap. 23. ad medium,* vbi *Tiraquell. in ſuis annot. pag 998.*

Principis enim reſcripta præſumuntur conceſſa, vt iuri, & æquitati conueniant, dixit *Moneta de commut. cap. 8. num. 51.* ideo quando
5 ſua reſcripta contra ius poſitiuum, & contra regulas à iure definitas aliquid diſponunt, neceſſe eſt, vt eius Miniſtri ſciant, an Princeps ex certa ſcientia, vel cum cauſa, aut potius errore, facilitate, vel importunitate (quod lex abhorret) motus ſit, ideo debent eius Miniſtri eum certiorare de iniuſtitia, aut iniquitate reſcripti, eiuſque effectibus, qui in perniciem publicam poſſunt reſultare, conſulendus enim eſt Princeps in cauſis arduis, *Bouadill. lib. 3. cap. 15. num. 117.* ſunt iura in *l. ſolet §. legatos ff. de offic. Proconſul. & l. quoniam in princ. Cod. de ædific. priuat. Auiles lato ad cap. 6. Prætor. verb. notificaren,* vbi concludit, quod eius Officiales ſi id omiſerint, crimen committant, cum *Azeued. ad l. 16. ad fin. tit. 6. lib. 3. recompil.*

Quod enim ius Imperiale, & Canonicum diſpoſuerunt, multa Regna ſpeciali ſanctione
6 confirmarunt, ſic videmus ſancitum per Foros Aragonum, quod ſi Rex aliquid Iudici præcipit, quod contra rationem, vel foros ſit, illud exequi Iudices non teneantur, nec obedire, ſed ſecundam iuſſionem expectare debeant, & interim Regi reſpondere, qualiter id quod iuſſit rationi repugnet, & foro aduerſetur: ſic ſtatuit *Forus 1. de iuram. præſt. iud. fol. 30.* & teſtatur *Molin. in foro Aragoniæ, in verb. conſultatio, & in verb. manifeſtatio fol. 216. col. 2.* confirmat *Hieron. Portolet in ſcholia ad Molin. in d. verb. conſultatio n. 17.*

Similiter per leges Regni Luſitaniæ idem fuit ordinatum, atque conceſſum Magiſtratibus
7 Principum reſcripta non obſeruare, ſi contra iuſtitiam, aut Populi vtilitatem expedita fuerint, fatetur *Pegas ad ordin. Portug. lib. 2. tit. 58. gloſ. 30. num. 2. tom. 4.* Sic in Principatu Cathaloniæ illius Princeps non poteſt dicere in reſcriptis, non obſtantibus iuribus illius dominij, ob pactiones factas in illis Curijs dixit *Mieres in conſtit. Cathal. par. 1. collat. 8. cap. 1. num. 15.* & ſi aliter fiant reſcripta, non erit eis parendum, ſed expectanda ſecunda iuſſio, *Mieres loc. cit. num. 22.* reſcripta enim Principis contra capitula facta in Curijs generalibus ſunt nulla, *Mieres d. collat. 8. cap. 2. num. 80.*

Eodem modo Curia Suprema Galliæ Regis literas approbare non debet, ſi cauſam iuſtam in contrarium aſpexerit, iuxta *tex. in cit. c. ſi quando de reſcriptis,* in illo enim Regno adeſt eadem ordinatio Regis Philippi Pulchri *art. 11.* vbi *Rebuffus in tom. 2. comment. in conſtit. Reg.* ideo ex noua cauſa, vel antiqua, quam ignorabat Rex tempore mandati, poteſt impedire Locumtenentem Regis, vel alium, ne ſuo vtatur officio, quando eſt veriſimile, quod Dominus ſi eſſet præſens idem eſſet facturus, per tex. ſingularem in *l. ſi hominem,* vbi *DD. ff. mandati,* vt ex *Rebuffo* affirmat *Dionyſius Gothofred. in praxi ciuil. lib. 1. tit. 9. de Senatoribus rub. de priuil. Curiar. verſ. decimotertio fol. 509.*

Hinc DD. multi grauiter conſuluerunt, quod neque Principi, neque Papæ obediendum
8 ſit, quando aliquid præcipiunt, quod iniuſtum, aut vtilitati Eccleſiæ, & ſaluti animarum detrimentum affert, *Decius conſ. 151. Curtius ſenior conſ. 20. num. 54. Hippol. de Marſilijs pract. crimin. §. aggrediar num. 66. & ſeq. Author conſ. Argentoratenſi 71. num. 23. vol. 2. fol. 1226. Harpreck. in §. 6. num. 3. in fin. inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil.*

In noſtro vero Regno Neapolitano non eſt ſancita ſimilis ſanctio, qua fuiſſet ſtatutum, vt reſcripta noſtri Regis non exequantur, ſi iniuſta, & erronea cognoſcantur, ſed vtimur iure communi legum Imperialium, & Canonicarum, quæ ſatis manifeſtè prædictam concluſionem ſanxerunt, niſi velimus dicere, quod videatur hoc ſtatutum per *pragm. 1. de priuileg. infra annum exhiben.* per quam mandauit Catholica Maieſtas, quod omnia Regia reſcripta debeant præſentari Proregibus, & ab illis exequtoriales obtinere literas, cum enim per dictam *pragm.* exequtio fuit commiſſa Proregi, & Collaterali Conſilio, cognoſcitur prædictum Collaterale Conſilium, dum conſiderat Regia reſcripta exequenda, eſſe exequtorem miſtum, proinde poterit cognoſcere de impedimentis, obiectionibus, & iniuſtitia regiarum conceſ-

sionum, & aliorum rescriptorum *Reg. Galeota contr. 49. n. 6. & 7. lib. 2.* qui allegat *tex. in l. 4. C. si contra ius, vel vtilitat.* ibi: *Etsi non cognitio, sed exequtio mandetur, & de veritate precum inquiri oportet, & si fraus interuenerit, de omni negotio cognoscatur*, idem probat *Reg. Capyc. latr. dec. 174. num. 6. & 9. lib. 2.*

Qua cōclusione posita, cognoscas ex hoc PRÆSTANTIAM Supremi Consilij, eiusque Re-
9 giorum Consiliariorum, quia cæteri Iudices inferiores, licet etiam teneantur certiorare Regem de iustitia, & errore regiorum rescriptorum eis transmissorum, attamen secundam iussionem Regis exequi debent, licet contra ius prolatam, cum de eius clara voluntate constat *Cepolla cautela 2. num. 6. Iason in l. si debitoribus num. 15.* & ibi *Alex. nu. 14. ff. de re iudic. Bossius in tit. de homicidio nu. 96. Iul. Clar. in § fin. qu. 60. n. 17.* & ad hoc adducunt *tex. in cap. pastoralis §. qui vero,* & ibi *Panorm. Felin.* & omnes *de offic. Deleg.* vbi si Delegatus causam committat Ordinario exequendam, debet iste illam exequi, licet iniustam cognoscat, idem dixerūt *Decius in cap. si quando num. 5. & 6. de rescript. Felin. in cap. quæ in Ecclesiarum num. 6. de constit. Couarru. lib. 1. var. cap. 1. num. 10.* qui tradit explicationem dicti *tex. Capyc. dec. 132. nu. 2. Xamar de offic. Iudic. & Adnecat. par. 1. qu. 3. num. 38. Mastrill. de magistr. lib. 5. cap. 6. num. 221. Ciriac. contron. 59. nu. 13. & 14. Anton. Gobius in d. tract. de aquis qu. 7. num. 43.*

At Consiliarij Principum, quibus ex officio incumbit Principi, vel eius Locumtenenti
10 generali consilium præstare, & ius nomine iustitiam impartiri, Principis præceptum iniustum non debent exequi, etiam si bis idem præceptum mandatum fuerit, maxime si de vita hominum agatur, verba sunt *Hieronymi Portoles in scholia ad Molin. in verb. consultatio num. 21. & 22. tom. 1.* qui citat *Alex. cons. 1. num. 8. & 10. vol. 3. Angel. in tract. de malefic. in verb. ex consensu num. 4.* & ibi *Additio Gramatic. dec. 36. & vota 33. nu. 9. & 17. Brunus in tract. de indic. & tortura qu. 7. secunda quæstionis principalis num. 6.* quia isti Consiliarij, & Assessores Principis, quibus ex officio incumbit consilium præbere, & de causis cognoscere, si Principi aliquid iniustè præcipienti obediant, & contrarium ei non suadeant, grauiter peccant, quia magis humanam, quam diuinam Maiestatem obseruant, & venerantur, propterea tam in hoc seculo, quam in alio puniuntur, dixit *Portoles in dict. verb. Consultatio num. 23. cum Luca de Penna in l. omnes Iudices col. 4. C. de Decurion. lib. 10. Capyc. dec. 132. num. 2. Neuizan. in sylua nuptial. lib. 6. nu. 49.* alijque relati à dicto *Portoles*, & quod debeant Principem à proposito retrahere, alioquin delinquunt, & mortaliter peccant, *Cepolla cautel. 214. & 215.* & ex nostris *Reg. de Ponte dec. 3.* vbi dicit, quod possit Collaterale Consilium denegare brachium sententiæ latæ per Supremum Italiæ Consilium, & expectare secundam, & tertiam iussionem, & ita refert decisum per nostrum Collaterale Consil. quod scilic. fuit consulendo, & non aliter data exequtio, quam decisionem sequitur *Capyc. latro d. dec. 175. num. 5. lib. 2.*

Sicut Assessores Præsidum Prouinciarum, & cuiuslibet potestatis tenentur resistere Præsidibus, & Gubernatoribus de facto facere ali-
11 quid volentibus per *tex. in l. quoniam Iu. 2. C. de appellat.* quem adducunt *Glos. in l. prohibitum verb. resistentibus C. de iur. Fisci lib. 10. Afflict. dec. 265. num. 27. Petra in ritu 39. lib. 1.* & sequitur *de Angelis de Official. Baron. cap. 11.* cui conclusioni concordant iura nostri Regni, vt in *cap. incip. Item caueant,* ibi: *Et nisi Iustitiarijs excedentibus prædictum modum pertinaciter resisterint, teneantur pæna prædicta,* & in alio *cap. Item quod prædicti Iustitiarij,* ibi: *Et ubi Iustitiarij, & Capitanei prædicti non seruauerint, Iudices teneantur resistere eisdem, & si eis resistentibus, nihilominus Iustitiarij, & Capitanei contrafacient ipsi Iudices, teneantur significare hæc Domina Reginæ, & ad præsentiam eius personaliter se conferre,* ideo Assessores semper se protestari debent, quando Magistratus iniquam sententiam tulerint, ad hoc vt non teneantur *d. l. quoniam Iudices Cod. de appellat. Boer. dec. 153. à num. 4.* alias præsumeretur sententia lata de consilio Assessorum *D. Petra in ritu 295. n. 196.*

Amplia primò, vt puniri possit Magistratus, qui Principis mandatum iniustum exequi-
12 tur, omittens certiorationem Principis, dixit idem *tex. in d. l. meminerint, C. vnde vi* ibi: *Nulla erit excusatione dignus, Carocciol.* probat in *d. tract. de for. privileg. num. 64. Anton. Gobius d. qu. 7. n. 44.*

Amplia secundo, vt eo magis Consiliarij non debeant Principis rescripta exequtioni tra-
13 dere, si cognoscant illa contra Ecclesias, vel Ecclesiasticos redundare, quia Rex nihil potest definire, quæ lædunt Ecclesiasticam libertatem, *cap. quamquam de censibus in 6. cap. Ecclesia, cap. quæ in Ecclesiarum de constit. cap. nouerit de sent. excom. cap. vlt. de immunit. Ecclesiast. in 6. cap. diligenti, cap. significasti de foro compet. Del Bene de immun. Eccles. par. 2. cap. 9. dub. 1. & cap. 8. dub. 2.* vbi latissimè, & cum multis *Permosin. in cap. Ecclesia S. Mariæ de constit. qu. 1. & seq.*

Amplia tertiò, in materia Religionis, si Princeps aliquid statuant in damnum Religionis,
14 à Magistratibus non erit obedientia præstanda, quia oportet Deo magis obedire quam

quam hominibus, vt asserebat ille Philosophus Socrates apud Platonē testatur *Schonborner. politicor. lib. 4. cap. 37.* quandò enim Princeps aliquid contra conscientiam mandat, non est illi obediendum, nec in pace, nec in bello, *Paris de Puteo de Syndic. in verb. saluus conductus cap. 4. sub num. 16.*

Amplia quartò, vt eo minus sint exequenda rescripta, si fuerint emanata contra vtilita-
15 tem publicam, hoc enim casu à nullo Iudice sunt exequenda, *Perez de Lara in comp. vita hom. cap. 12. num. 95. Nouar. in l. si quis per diuinam sub num. 3. Cod. de aquaductu lib. 11.*

Amplia quintò, vt conclusio procedat, licet
16 simplex exequtio esset à Principe demandata, *Caracciol. in tract. de priuileg. for. nu. 64. & 65. Anton. Gobius in tract. var. tit. de aquis qu. 3. n. 44.*

Amplia sextò, & idem dicas procedere in rescriptis Gratiæ, vt similiter quoties ista
17 causant magnum præiudicium, vel interesse partibus, non debeant Consiliarij illa exequi, sed certiorare Principem. Gratia enim simpliciter à Principe concessa, intelligitur sine incommodo, & præiudicio alterius, vt colligitur ex *l. 2. § merito, & § si quis à Principe ff. ne quid in loco publico, l. quoties C. de precib. Imper. offer.* alia iura allegat *Barbos. de iur. Eccles. cap. 2. num. 111. Valenz. cons. 59 num. 55. & cons. 93. nu. 30. Thor. in Cod. rer. iudic. alleg. 29. num. 7. & alleg. 33. num. 32. Noguerol alleg. 8. num. 40. Gauarr. dec. 20. num. 12. & 13. Fontanell. dec. 43. nu. 7. Larrea dec. 98. & seq. Crespi de Valdaura obseru. 114. num. 37. & 38. tom. 2.* ex hac firmata conclusione annis elapsis nostrum Tribunal Regiæ Cameræ retardauit exequtionem gratiæ concessæ à nostra Regina Serenissima D. Maria Anna de Austria, vti Matre, & Tutrice Domini nostri Regis Caroli Secundi, ad petitionem nostræ Ciuitatis, vt successio feudorum in linea transuersali in hoc Regno Neapolitano ampliaretur vsque ad quintum gradum, dum prius per *pragm. de feudis*, eorum successio non excedebat quartum gradum, sed Regia Camera recusauit illam exequi, vti impetratam contra nostra iura statutaria, quam debent Senatores reijcere, quando ius tertij, vel Fisci aufertur, per *tex. in d. l. rescripta C. de precib. Imper. offerend. & in l. procuratorem C. de procur. Martin. Garat. de Consil. Princ. q.*
15 quapropter instante Fisci Patrono Tribunal Regiæ Cameræ rescripsit Catholicæ Maiestati, talem gratiam ampliantem successionem feudorum impedire illorum deuolutiones in beneficium Regiæ Curiæ, propterea talis gratia vsque adhuc non fuit exequta, licet potius titulo oneroso, quam gratuito à feudatarijs nostri Regni obtenta, & in remunerationem tot seruitiorum, & donatiuorum Regi præstitorum fuerit concessa. Benè verum est, quod cum casus euenerit elapsis annis successionis feudi ad beneficium agnati in quinto grado existentis, fuerūt lites trāsactione finitæ, & hoc modo aliqualem exequtionem gratia prædicta obtinuit; considerarunt enim Fisci Patroni pro tempore non solum pretium sanguinis, & auri, quo fuit dicta gratia concessa, scilicet tot seruitia personalia præstita à Baronibus Regni nostro Clementissimo Monarchæ, ac tot immensa donatiua voluntariè subministrata suæ Reali Coronæ, sed etiam quod interesse Regij Fisci non erat considerabile, quando feudorum successio ampliabatur, seù reducebatur ad antiquum ius Constitutionum Regni nostri, vbi successio feudorum ad septimum gradum extendebatur, tunc enim non ledebatur Fiscus ob successionem ampliorem, nec illi antiqui nostri Reges non tam potentes, & diuites magnifaciebant hoc Fisci interesse, & hodie cum viuimus sub Rege tam pijssimo, & clementissimo, cuius Ærarium superat omnia alia potentissimorum Regum, retardatur exequtio istius gratiosæ legis, speretur igitur à dicto Tribunali non amplius hoc in controuersiam deduci, vt Barones ardenti animo eorum Regi seruiant, cum cognoscant beneficia eis collata à nostris Regibus, à suis Ministris exequtioni tradi.

Amplia septimò, vt boni Consiliarij debeant etiam impedire, nè exequtioni tradantur
18 rescripta nouorum Tributorum Gabellarum, seù aliarum impositionum in perniciem populorum ordinata, sed si aspiciant illa esse satis grauia, debent Principibus lacrymas, & gemitus exanitorum Subditorum, & onus eorum paupertatis exponere, atque patefacere, nè grauentur maiori Tributo, aut collectis vltra eorum vires, vel ne aliud excogitatum exoluatur, vt monet *Buchanan lib. 16. histor. Scotiæ fol. 165.* In rebus enim arduis debent Consiliarij necessitates Subditorum Principi representare, & vice versa bonus Princeps cum eorum Consilio, & voluntate deliberare, dixit *Solon* apud *Diogenem Laertium*; Principi enim non dulciora, sed optima sunt consulenda, *Valasc. tom. 2. consult. 162. num. 63. tom. 1. & cons. 99. n. 78. Fermosin. in cap. cum 12. de indic. qu. 6. nu. 3. Salzed. de leg. polit. lib. 1. c. 12.* Et vtinam non aspicerentur in Europeis Regnis Consiliarij Peculatores Patriæ, sanguisugæ pauperum, & proditores Principis, qui sub spe gregis acquirendi, vel præmiorum, noua vectigalia consulunt, nouasque impositiones, & talia excogitant, non aduertentes, quod ex

ex nouis, & inositatis tributis, faciliter excitantur, iræ, odia, & seditiones, quas nostri Patres aspexerunt in hoc nostro Regno in anno 1647. quãdo plebs tumultuauit ob nouum vectigal super olijs, & frugibus impositum, quod ferre nequiuit, & excidium non leue huic nobilissimæ, & pulcberrimæ Ciuitati parauit. Proditor enim est Principis sui, qui multas ipsi accumulando pecunias, animos interim Subditorum ab eo alienat, vt dixit *Anton. de Guenara de vita M. Aurelij cap. 39.* quod attentè penetrauit Rex Ladislaus nostri Regni tunc moderator, ex ore illius sui prudentissimi Ministri Gurrelli Oriliæ Patritij nostræ Ciuitatis, eius Consiliarij, qui illo Regi rectè consulit, dicendo, *non posse ab vllo hoste proficisci consilium eo nocentius, quam hoc scilicet, nouis & inusitatis tributis populos propugnare*, cuius nostri Oriliæ laudes etiam Vltramontani Scriptores de nostris historijs benè instructi, ab illis regionibus nos certiorantur, vt fuit *Gaspar Klock in tract. de contrib. cap. 7. n. 101. & 102.*

Amplia octauò, vt idem locum habeat in rescriptis Regijs, per quæ retractator res iudi-
19 cata, ideo per magistratus non sunt ista admittenda, probat *tex. in l. fin. C. sentent. rescindi non posse*, cum Princeps non præsumatur à legibus declinare, nisi expressè dicat *cap. cum dilecti de dolo, & contumac. Reg. Tapia dec. 4 supr. cons. nu. 68.* & ita fuit decisum per Collaterale Consilium, sc. rescriptum Cæsareæ Maiestatis Caroli V. non posse exequtioni demandari, testatur *Gramat. cons. ciuil. 162 & Capyc. latro dec. 170. n. 20. & 21. lib. 2.*

Amplia nonò, vt eò fortius non debeant Regia rescripta exequi, si fuerint illa subreptitia,
20 vel obreptitia, & præcipuè nisi fuerit facta mentio de pẽdentia litis, dicitur rescriptum subreptitium, *Afflict. dec. 220. num. 18.* & ratio est, quia prædicta rescripta semper habent illam tacitam conditionem annexam, si preces veritate nitantur, *l. 1. & fin. C. de diuers. rescript. l. 4. C. si contra ius cap. 2. de rescriptis*, & iuxta preces partium concessio præsumitur, *Gramatic. dec. 103. num. 134. Cucherau. dec. 5. num. 9. Tapia dec. 2. Supremi Consilij num. 59.* licet de precibus nulla sit facta mentio, *Rouit. dec. 32. Capyc. latro decis. 134. num. 15. lib. 2.*

Amplia decimò, vt nedum rescripta iniustè à Regibus emanata non sint exequenda, sed
21 nec etiam sententiæ iniustæ sunt exequtioni tradendæ per Sacrum Consilium, eiusque Consiliarios, *Reg. Rouit. in pragm. 3. num. 15. de offic. S.R.C.* vbi dicit, quod sit præeminentia S.C. non mandare exequtioni sententias iniustas, vbi allegat *Mautiçam*, & alios DD. & ad similitudinem dictæ *pragm. 3.* per quam disponitur, quod à decretis M.C. infrà summam ducatorum 150. appellatio non retardet exequtionẽ, subdit, quod si sententia sit notoriè iniusta non conceditur exequutio, leges enim, vel communes, vel municipales, quæ exequtionem sententiarum mandant, hanc conditionem in se continent, si sententiæ iustè fuerint promulgatæ, ideò si Princeps committit causam decidendam alicui Delegato, cum clausula appellatione remota, si Delegatus pronunciet sententiam iniustam, erit concedenda appellatio *Portius Imolensis cons. 209. num. 14. Rouit. in pragm. 5. num. 17. in fin. de offic. S.R.C.*

Amplia vndecimò, vt idem dicendum sit, si Princeps iracundia motus, sine causæ cogni-
22 tione crudeles vindictas mandauerit, nam hoc casu debet Præsidens Supremi Consilij eius exequtionem infra triginta dies differre, vt post *Andream* affirmat *Tassan. in pragm. de antefato vers. 5. obseru. 3. num. 127.* vt scilicet ratione corrigatur, quod furore promulgatum fuit, *cap. cum apud 51. qu. 3. Cepolla in cautel. 2. num. 5. Caraccin. in ritu 259. num. 4. Io: Marques de Gubernatore Christiano lib. 1. c. 10.* vbi refert casus, quando Principi replicari possit, & exequtio sui mandati impediri.

Amplia duodecimò, vt conclusio procedat, licet rescriptum fuerit emanatum cum con-
23 sultatione Virorum de Consilio Regis, vel etiam si Princeps in rescripto dixerit, quod ista sit sua intentio, *Andreas de Isernia in cap. 1. §. sed nec est alia instior 2. col. in addit. in verb. & potest ex præmissis, Reg. de Ponte cons. 1. nu. 52. vol. 1. & de potest. Proreg. tit. de abundantia Ciuit. §. 3. num. 15.* Ideò annis elapsis dum per Catholicam Maiestatem, eiusque Supremum Consilium Italiæ fuerint expeditæ Regiæ Prouisiones ad nostrum Proregem, ad informationem Archiepiscopi Salernitiani Generalis Visitatoris huius Regni, vt procederet ad exactionem pœnarum contra eos, qui ædificarunt in locis prohibitis à Regijs Bannis, imo in dictis prouisionibus Rex rescripsit, quod in indulto postea emanato non comprehendebatur remissio dictarum pœnarum, attamen fuit oppositum per possessores domorum ædificatarum in suburbijs nostræ Ciuitatis, quod dictæ contrauentiones erant deletæ per Indultum postea emanatum, per quem generaliter omnes pœnæ, & delicta fuerunt remissa, & proinde verba Indultus repugnabant Reg. prouisionibus, idcircò instabant possessores debere rescribi Catholicæ Maiestati, pro quibus scripsit *Reg. de Ponte in tract. de potest. Proreg. tit. de abundantia Ciuit. §. 3. à num. 13.* & Prorex huius Regni cognoscens iustas fuisse petitiones, noluit prouisionales Regias literas exequi, sed rescripsit Catholicæ Maiestati, damnum esse inestimabile, fabricas nouas

factas

factas in sobu[r]bijs constituisse nouam Ciuitatem, adeo quod ex earum demolitione deturpabatur ista Ciuitas sic pulcherrima, & admirabilis, cum ingenti interesse Subditorum, & respectu pœnarum incursarum, fuit consideratum indultum fuisse nimis generale m, & omnes pœnas comprehendisse, ideoque fuerunt Regiæ literæ dissimulatæ, & non exequtæ.

Amplia decimotertiò, vt eadem conclusio procedat tam in iudicio ciuili, quam criminali,
24 & licet *Buccaronus in suo tract. de differentiis iuris differ.* 205. putauit esse distinguendum in hac materia inter iudicium ciuile, & criminale, asserens, quod si alicui sit commissa nuda executio sententiæ ciuilis, & ille cui committitur videat esse iniustam, teneetur obedire, & sententiam exequi, *cap. pastoralis §. quia vero de offic. & potest. Deleg.* vbi *Glos.* sed in criminalibus dicit, non esse exequendam sententiam, citat *Abbatem, & Innoc. in d. cap. pastoralis, & Menoch. de arbitrar. qu.* 38. *Maranta disput. 1. num.* 36. attamen veritas est in contrarium, & semper in vtroque iudicio debet impediri exequtio, & expectari secunda iussio, per *d. cap. si quando de rescriptis, Ancharan. cons.* 303. *num.* 3. *& cons.* 399. *num.* 4. tenet *Alberic. in rubr. de immun.* quos refert, & sequitur *Bossius in tit. de Principe n.* 136. *Gauauer. dec.* 36.

Limita primò, prædictam conclusionem supra positam de Magistratibus erga Principes,
25 quod non debeant iniusta rescripta exequtioni tradere, non idem dicendum de subditis erga Magistratus, nam istorum edicta, & ordinationes etiam duriores, & fortasse iniquæ, non debent discuti, sed adimpleri, atque eis omninò parendum est, 1. *Pet.* 2. *v.* 18. 1. *Sam.* 8. *v.* 10. ista enim licet quandam sapiant iniustitiam, Subditi tamen iustè ita plectuntur à Deo, occultis quibusdam de causis dixit *Georgius Schonbornerus politic. lib.* 3. *cap.* 37. nec licitum est Subditis aduersus Magistratum illicita mandantem arma sumere, qui enim gladium priuata authoritate sibi vsurpat eodem peribit *Matthei* 26. *prouerb.* 24. *v.* 21. *&* 22. *Georg. Schonbor. loc. cit.* imo si debita officia non præstant Subditi Magistratibus, isti bona eorum capere possunt, & tenere tantisper, donec ad frugalitatem redeant, *l. si quis* 6. §. 1. *ff. de pun. Gayll. lib.* 1. *obser.* 17. *n.* 18. Quia nullus potest Iudicibus, vel Officialibus Iustitiæ iuste exequentibus iustitiam resistere, *cap. qui resistit* 7. *qu.* 1. & in *l. addictos, C. de Episcop. Audient, Glos. in cap. præsinxium* 7. *qu.* 1. *Azeued. in lib.* 8. *noua recompil. tit.* 22. *leg.* 5. *num.* 1 latè *Io: Gratian. in suis regul. & fallen regul.* 406. *verb. resistere.*

Et adde, quod non possunt Subditi propria auctoritate se subducere ab obedientia eius,

26 qui propter delictum priuandus est iurisdictione, ante sententiam priuationis, *cap non-nu:* 8. *qu.* 4. *cap. sepè de appell.* retinetur eoim administratio vsque ad sententiam *Bart. in l post contractum* 15. *ff. de donat. arg. l. aufertur* 46. *§. in reatis ff. de iur. Fisci, l. Reo* 41. *ff. de solut. Schonbor. loc. cit. in fin.*

Ex hoc euenit, quod Nuncij, & executores, seu seruientes, qui ad præceptum Iudicis pote-
27 statem habentis præcipiendi, aliquid iniustum, & contra leges Regni exequuntur, accusari non possint, quia ob præceptum Iudicis excusantur, cum *Angel. in tract. de malefic. in verb. de consensu Alex. cons.* 1. *nu.* 8. *&* 10. *vol.* 3. *Berthachi. in verb. Officialis executor, vers.* 6. *& in verb. Officialis Sindicatus vers.* 37. *Cepolla cautel.* 214. *num.* 1. *Gramatic. dec.* 36. *num.* 81. *cum seq.* & ita refert fuisse iudicatum à Locumtenentibus Iustitiæ Aragoniæ, vbi fuit excusatus quidam Officialis minor, qui potius suum Iudicem ordinarium, quam superiorem obseruauit, & iussus Iudicis ordinarij eum excusauit.

Limita secundò, quando Principis rescriptum impetratum contra ius, contineret clau-
28 sulam derogatoriam ad illud, tunc enim præsumitur, quod Principis voluntas voluerit illi derogare, *l. fin. C. si contra ius, vel vtil. Filin. in cap. nonnulli de rescriptis, l. cum hi, §. si Prætor ff. de transact.* & habetur in *l. si quis in princ. testam. ff. de leg.* 3. vbi DD. omnes, quia debent habere specificam derogationem ad iura repugnantia, vt talia rescripta possint seruari, *l. rescripta, C. de precib. Imper. offer. Cynus in l. in fine, C. quando Imper.*

Limita tertiò, quando Princeps, vel eius Prorex, aut Locumtenens, non de potestate or-
29 dinaria procederet, sed de potestate absoluta aliquid præceperit, tunc eius exequtio non est differenda, *Tasson. in pragm. de antefato vers.* 3. *obseru.* 3. *num.* 127. *in fin.* prout in multis casibus vidimus practicatum fuisse per Dominos Proreges contra inquisitos de aliquo facinore, illosque statim fuisse transmissos ad triremes absque ordine iudiciario, prout in die 23. Martij 1689. fuit obseruatum occasione homicidij commissi in personam cuiusdam Birruarij, nam cum interfectores in manus militum hispanorum inciderint, vi, & viribus fugam arripuerunt à manibus quinque militum hispanorum, quod cum egrè tulerit Dom. Prorex Comes de S. Stephano, ad puniendam illorum negligentiam, omnes carceribus mancipauit, sed Caput illorum volebat more militari morti tradere, at rogatus ad preces quorumdam Religiosorum, sua vita durante ad triremes illum condemnauit, absque processu, & tela in liciatui, sed ad modum belli, vti Capitaneus Generalis, quod fuit illicò exequutum, ete-

etenim circa mandata Ducis in re militari, nulla est examinatio militaris, nisi fortè quod præcipitur saluti Reipublicæ expresè cognoscatur aduersum.

Sed hoc agunt nostri Proreges eorum proprio motu absque Consilio suorum Officialium,
30 nam si eis causam committerent, ita, & ita exequendam, boni Consiliarij, & Officiales deputati, si pœnam criminibus condignam non iustam aspiciant, quam vellet ipse Prorex, vel Princeps præfigere, non illam exequuntur, vt euenit in anno 1546. tempere gubernij Domini D. Petri de Toledo, nam cum tres Iuuenes Nobiles Sedilis Portę nouæ nostræ Ciuitatis eximerint à manibus Satellitum quemdam carceratum, fuerunt ipsi carcerati, & causa M.C.V. commissa, optabat Prorex, vt illi capitali pœna punirentur, sed nostri integerrimi Iudices d. Magnæ Curiæ, animi fortitudinem exercentes, noluerunt in hanc sententiam inclinare, cum tali facinori non sit imposita dicta pæna capitalis, maximè contra Iuuenes sexdecim annorum, vti illi erant, at Prorex ille nimis seuerus iussit motu proprio omnes tres iugulari à quodam suo mancipio, in platea Castri noui, & postea eorum cadauera per Ciuitatem raptari, hoc enim ordinauit ex sua absoluta potestate, vti Capitaneus ad guerram, quod potuit agere, quia vti Supremo Proregi nullus poterat resistere, sed nō propterea potuit effugere Scriptorum censuras, illum de nimia seueritate notantes, & fuerunt *Caball. resol. crim. 8. num. 27. Fariuac. de carcerib. qu. 32. num. 9. Petra in ritu 190. in fin. Capyc. latro dec. 76. n. 14.* alijque.

Limita tandem quartò, si ageretur in Castris, & in exercitu de mandatis Ducum milita-
31 rium, nam eis absque nulla replicatione parendum est, quibus non obtemperat, nisi perfidus, & impius miles; impium enim, & detestabile reputatur, sine reuerentia egredi, quidquid dictauerit Imperator, atque se ipsum infidelem, & perfidum esse conuincit, qui mandatis parere recusauit: velit, nolit miles aggredi, vel non aggredi hostes, cæteraque quæ ad bonum regimen attinent, non suum est considerare, nisi criminis pœnam incurrere velit, sed ad Præfecti diligentiam, & munus spectant; sit cęcus in hac parte Subditus, vt viuat, quia si in penetralia superiorum temerarius manus miserit, laqueum mortis incurrit, quid enim malum, aut bonum sit, non licet iudicare subiectus, Militibus igitur in omnibus his, quæ ad statum publicum pertinent, nil omninò tentare licet, nisi id quod faciendum est, Ducis authoriate roboretur. Vnde hi plerumque, qui Ducum contemptu, vel non expectato imperio congredientes cum hoste Reipublicæ victoriam cōtulerunt, sæpè non tam gloriam assecuti sunt de victoria, quam de temeritate, vel negligentia pœnam.

PRÆSTANTIA XIII.

Præstantia Sacri Consilij Neapolitani est, vt si fuerit requisitum pro imploratione brachij, possit cognoscere de iustitia sententiæ, vel decreti.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictiones debent esse distinctæ.*
Præceptum Iudicis de eis, quæ ad eius officium non pertinent, non magis obligat, quam præceptum personæ priuatæ.
2 *Iurisdictionem non habent Iudices vnius Regni contra Subditos alterius Regni ibidem habitantes.*
3 *Brachij auxilium imploratur coram Senatu.*
4 *Differt ab accomodatione familiæ.*
5 *Non datur inter inferiorem, & superiorem, sed inter æquales iurisdictionis.*
Petitur contra Subditum morantem in alieno territorio.
6 *Imploratur literis requisitorijs, non perceptorijs.*
7 *Quando imploratur, an debeat præsentari actorum copia.*
8 *Acta facta faciunt plenam fidem coram Iudice à quo brachium postulatur.*
9 *Iudex requisitus pro concedendo brachio debet sequi leges, & consuetudines fori executionis non requirentis.*
Iudex delegatus tenetur iudicare secundum leges delegantis.
10 *Senatus Supremus potest requiri pro imploratione Brachij, tam à Iudice ordinario, quam Delegato.*
11 *Brachij secularis auxilio possunt coerceri etiam Episcopi, carceribus, & exilijs, facientes scissuras in Sancta Ecclesia.*
12 *Iudex laicus tenetur concedere brachium Curiæ Ecclesiasticæ, quæ obligationem penes acta incusauit contra Laicum fideiubentem.*
14 *Iudex secularis in executione sententiæ Iudicis Ecclesiastici an possit inspicere ad merita causæ.*
15 *Brachium seculare vt impartiatur, semper causa committitur in Regno, nostro Sacro Consilio.*

1 Sa-

16 *Sacrum Consilium Neapolitanum ob suam Præstantiam in imploratione brachij cognoscit de nullitate sententiæ, eiusque iniustitia.*
Senatus in concedendo brachium seculare non est merus exequtor, sed mixtus.
17 *Senatus Supremus requisitus pro imploratione brachij, de pluribus exceptionibus cognoscere potest, quæ referuntur.*
18 *Brachium poterit implorari, etiam quando sententia exequtio prolata fuerit à Iudicibus eiusdem Regni.*
19 *Iudex requisitus pro brachio non potest reformare sententiam, sed tantum exequutionem suspendere.*
20 *Brachij imploratio petita à Iudice laico super sententia Ecclesiastica in causa spirituali, non requirit causæ cognitionem.*
21 *Iudex laicus recusans præstare brachium, punitur pœna arbitraria.*

IN Reipublicæ regimine oportet iurisdictiones esse distinctas, & vnus Iudex non debet alterius iurisdictionem occupare, demon-
1 strat *Regas ad ordin. Portug. tom. 2. tit. 3. in princ.* vbi iura allegat, ita & taliter, quod si vnus Iudex iubeat aliquid, quod ad suū officium non pertineat, ratum non est, nec magis obligat, quam præceptum cuiuscumque priuati, *l. factum à Iudice*, vbi *Decius nu. 1. ff. de reg. iur.* sunt enim officiorum certæ metæ, quas Officiales non tenentur vltra transcendere, nec eis Subditi obedire *Giurba cons. 29. per tot.* & dixit etiam *Perez ad l. 5. tit. 14 lib. 2. ordin.*
Cum enim Iudices vnius Regni non habeant iurisdictionem contra Subditos alterius Re-
2 gni ibidem habitantes, & domicilium tenentes, *Abbas in cap. de cætero de re iudic. Addentes ad Cappellum Tholosan. dec. 374. Menoch. de arbitr. casu 38. num 5. Guido Pap. dec. 70. Maceraten. lib. 1. var. resol. 39.* idcircò cum partes obtinuerint sententiā aduersus Reum habitantem sub aliena iurisdictione, necesse habent implorare auxilium (quod nos Neapolitani brachium appellamus) Iudicis territorij, vbi Reus condemnatus incolatum tenet, & sæpè sæpiùs occurrit in hoc nostro Regno, & in hac nostra Ciuitate, eiusque Tribunalibus, vt partes producant sententias Rotæ Romanæ, Status Veneti, & Senatuum Hispaniæ, Siciliæ, & aliorum Regnorum, supplicantes nostros Proreges, vt illas exequi mandent; & quia vt plurimum tales causæ à Dom. Prorege, vel ab eius Collaterali Consilio committuntur Sacro Consilio, cum soleat hoc auxilium implorari per sup-
3 plicationem, quæ porrigitur in Senatu, vt dixit *Cabed. dec. 9. Lusitan. in fin.* ideo necesse est referre omnes iuris articulos, qui in simi-
libus causis occurrunt, & ex his cognosces Præstantiam, qua fulget noster Supremus Senatus in concedendis prædictis auxilijs.
Vt autem ad hanc PRÆSTANTIAM cognoscendam deueniam præmitto primò, quod
4 differt brachij imploratio ab accomodatione familiæ, quia in imploratione brachij requiritur cognitio causæ, secus in accomodatione familiæ *Riccius resol. 287. par. 1.* sed non requiritur citatio, quia quando imploratur brachium, imploratur contra absentem, & contumacem, sed contumax non citatur. nam in pœnam suę contumacię habetur pro præsente, *Riccius in praxi par. 1. resol. 259. Molin. de brachio secul. cap. 25 & 26.*
Præmitto secundò, quod imploratio brachij non datur inter inferiorem, & superiorem,
5 sed inter æquales iurisdictionis, *Consil. Staib. in obseru. ad suam resol. for. 50. num. 62. tom. 1.* & petitor contra Subditum existentem in alieno territorio, sub alia iurisdictione, sed quando iurisdictio exercetur contra Subditos in suo territorio morantes, non debet implorari brachium, sed absque alieno auxilio exequuntur ordines Iudicis præcipientis, ideò videmus, quod si aliquis Episcopus nostri Regni vellet carcerare Clericū suum subditū, in hac Ciuitate Neapolis habitantem, debet nostram Curiam Archiepiscopalem adire, & brachium petere, si vero vellet in sua Diocesi prædictum Clericum corrigere, vel carceribus mancipare, non indiget alieno auxilio, nec etiam Iudicis laici, quia dictus Episcopus suam iurisdictionem exercet in suo territorio, vbi habet familiam armatam, *Villadiego de haretic. qu. 11. num. 16. & seq. Menoch. lib. 2. de arbitrar. casu 394. num. 64. & cons. 298. num. 17. lib. 3. & cons. 302. num. 25. lib. 4. Parlador. differ. 9. §. 2. num. 16. latè Molin. de brachio secular. lib. 1. cap. 4. & 18. Pereyra dec. Lusitan. 117. Rodriq. §. 4. in praxi criminregul. c. 32. n. 4. Cacer. var. resol. lib. 2. c. 15. Peguera dec. 92. Ronit. in prag. 5. de citat. n. 5.*
Præmitto tertiò, quod quando imploratur auxilium brachij secularis, debet implorator
6 vti litteris requisitorijs, non autem pręceptorijs, puta sub pœna excommunicationis, etsi sit Iudex Ecclesiasticus, *Francisc. Marcus dec. 147. par. 1. Riccius in prax. p. 1. resol. 288.*
Præmitto quartò, quod in imploratione brachij actorum copia debet demonstrari illius
7 Iudicis, qui sententiam tulit, *Farinac. de inquisit. qu. 11. num. 61. vers. limita rursus, Regens Sanfel. dec. 293. nu. 3. tom. 2.* & si à sententia lata per Iudicem Ecclesiasticum non fuerit appellatum, vel illa fecit transitum in rem iudicatam, quia non fuerit appellatio prosequuta, sufficit ostendere sententiam absque obligatione exhibendi acta, *Afflict. in proæm. constit. post mundi machinam num. 54.*

Ignat.Lopez al pract. Dias cap.153. num.13.
Alij distinguunt, aut sententia petitur exequi intra biennium, & requiruntur acta, vltra biennium non, quia tunc exequitur sententia sine actis *Alex. ad Bar. in l. fin C. quando appella. Bald in l. 1. C. ne liceat tertio prouocare*, sicut in criminalibus post ānū exequitur sentētia sine actis, late *Thesaur. lib. 3. q. for. q. 2.*

Sed apud nos brachium minime conceditur, nisi omnium actorum copia super quibus orta fuit sententia producatur, coram Iudice à quo brachium concedendum est, *Cancer. lib. 2. var. cap. 15. num. 13. Parlador. lib. 2. rerum quotid. cap. fin. §. 2. & 3. Farinac. quæst. crim. 11. num. 61. vers. limita rursus, & quæst. 97. num. 104. Merlin. contr. for. cap. 98. nu. 30. & 31. Scaccia de Iudic. pag. 125. col. 1. nu. 290.* qui tradit, quod sententia sine actis dicatur nulla, & iniusta, maxime in Iudicio Ecclesiastico, in quo debent acta produci, vt faciant fidem *l. cum antea in fin. C. de arbitris*, de cōmuni resoluit. *Alex. cons. 37. n. 22. vol. 2. Ripa in l. naturaliter §. nihil commune num. 175 ff. de acquir. poss.* Secus vero, quando acta sunt facta coram alio Iudice eiusdem Tribunalis quia hoc casu non est necessarium ea producere coram successore *Morla in empor. iur. tit. 2. de iurisd. omn. Iudic. n. 170.* qui citat *Ottauian. Cacheran. dec. pedā. 1. n. fin*, aliosque.

Quæ acta facta in iudicio seculari si producantur coram Ecclesiastico, ad effectum vt Ec-
8 clesiasticus præstet Ecclesiasticum auxilium seculari, faciunt plenā fidem, *Abbas in cap. 1. de offic. Ordin. col. penul. & fin.* idem *Abbas Decius, & Berous num. 121. in cap. at si Clerici de Iudic. Morla loc. cit. num. 169. in fin.* Sed acta vnius fori Ecclesiastici si producantur coram alio Episcopo pro imploratione brachij, non tenetur Episcopus requisitus stare processui implorantis, ideo potest cognoscere de exceptionibus concernentibus iniustam carcerationem Clerici, vt dixit *Ricc. par. 3 dec. 116. citat. Gramatic. cons. 109.*

Præmitto 5. quod Iudex requisitus ad concedendum brachium pro exequtione senten-
9 tiæ debet sequi leges, & consuetudines sui fori, vbi petitur exequtio, & non consuetudines requirentis *Barl. in l. 1. §. 1. ff. de re indic. Gramatic. in constit. post mundi machinam num. 18. Carauit. in rit. 166. num. 65. & 66. Reg. Rouit. in pragm. 4. de citat. num. 2. Sese de inhibit. cap. 4. §. 5. num. 3. 33. & 42. Bouadilla lib. 2. cap. 17. num. 195. cū seq. & cap. 18. num. 38. Molin. de brach. secular. lib. 1. cap. 7. 8. 9. & 10. & lib. 2. cap. 38. Rodriquez de exeq. sent. c. 2. num. 11.* faciunt tradita per *Capyc. Latro dec. 82. num. 20. vers. secundo dicebant*; proinde non erit habenda ratio, si sententia in loco Iudicij fuerit ritè promulgata, quando in loco exequtionis non poterat proferri, & hoc casu non debet brachium concedi, Casus successit in Curia Archiepiscopali Neapolitana, in qua adest Synodus Cardinalis Philomarini, ex qua disponitur, quod quando apoca bancalis excedit summā duc. 500. relaxatur mandatum exequtiuum, & secundum hanc legem Synodalem fuit relaxatū per nostram Curiam Archipiscopalem mandatum contra Clericum existentem in Ciuitate Vici Equensis, & pro eius exequtione fuit coram d. Episcopo petitum brachiū, quod denegauit Episcopus, quia in sua Ciuitate apoca predicta non habet talem vigorem, & consuluit Dom. Iulius Caponus meus auunculus pro Episcopo reluctante, ob allegatam rationem, quia attenditur consuetudo loci, vbi exequitur sententia, citat *Peregrin. cons. 61. num. 23. & alios sup. cit.* Hoc autem intellige de Iudice ordinario loci, requisito pro imploratione brachij, non in Iudice Delegato, nam iste tenetur iudicare secundum leges Delegātis, ideo si quis fuerit delegatus à S. Pontifice debet iudicare secundum stylū Romanę Curię à qua emanauit delegatio, non secundum stylum suæ Ciuitatis, & Tribunalis *Rota apud Ludouis. dec. 251. à nu. 11.* vbi *Additio* allegat *Surdum cons. 204.*

His premissis sit prima Conclusio, Sacrum Cōsilium vti Tribunal Supremum Laicorum
10 potest requiri à Iudice Ecclesiastico pro imploratione brachij Secularis, in exequtione suarum sententiarum. *Glos., & DD. in cap. 1. de Offic. Ordin. Glos. in l. Episcopale C. de episcopal. audien. Oldrad. consl. 89. Barl. in l. Diuus num. 3 ff. de custod. Reor. et in l. Magistratus ff. de iurisd. omn. Iudic. & in l. 1. in princ. nu 8. ff. si quis ius dicent. Marant. disp. 1. num. 26. Aviles in l. pretorum cap. 2. in uerb. vinieran. num. 11. Menoch. de arbitrar. Iudic. lib. 2. cent. 5. casu 442., & in tract. retin. possess. remed. 3. num. 359.* & hoc auxilium brachij Secularis à Iudice laico requirit Iudex Ecclesiasticus, tam ordinarius *per tex. in cap. 1. de offic. Iudic. Ordin.* vbi *DD.* quam Delegatus *Io: Andreas, & DD. in cap. significasti de Offic. Deleg. Felin. in cap. dilecto in princ. de maior. & obedien. & in cap. dilecto iuncta Glos. 2. de sent. excom. in 6. Staphileus de liter. Instit. fol. 290. Cabed. dec. 9 num. 3.*

Amplia primo, vt possint coerceri etiam Epi-
11 scopi, & Archiepiscopi per Iudices, & publicas potestates seculares auxilio brachij, nō solum exilijs, sed etiam proscriptionibus, & dura custodia, facientes scissuras in Sancta Ecclesia, vt dixit. *Pelagius Pontifex in cap. de ligu. ibus 23. quæst. 5. in fine*, & confirmat *Ascam Cardinalis Columna in opusc. contra Venetos Episcopos pag. 30.*

Amplia 2. vt teneatur Iudex laicus concedere brachium Curiæ Ecclesiasticæ, quæ obligationem

12 tionem pœnæ facta incusao it contra laicum pro Clerico fideiubentem, nam laicus potest coram Iudice Ecclesiastico pro Clerico se obligare, & hoc modo prorogare Iurisdictionem Iudicis Ecclesiastici, & Ecclesiastico foro se submittere, *cap. significasti de foro competenti Vinius dec. 125. num. a. Borrell. in sum. decis. tit. 41. de iurisd. & Imper. num. 140.* & est tex. *inl. Episcopale* vbi DD. & *auth si quis litigantium C. de Episcop. & Cleric.* sed contra laicum contrauenientem Iudex Ecclesiasticus censuras Ecclesiasticas exercet, & si etiā non obtemperauerit, potest auxilium à Iudice laico petere, per viam implorationis brachij, iuxta disposita per *tex. in c. 1. de offic. ordin. & in l. à Diuo pio § sententiam ff. de re iudic. §. si vero quis auth. vt nulli Iudic. Oldrad. cons. 66. Parlador. lib. 2. rer. quotid. c. fin. par. 2. §. a.* & ita dicit fuisse obseruatum *Borrell. loc. cit.* in Collaterali Consilio, in quadam facti contigentia, vbi laicus se obligauit pœnes acta Curiæ Ecclesiasticæ præsentare Clericum, & accusata pœna fideiussionis in Curia Ecclesiastica contra laicum, fuit ordinatum Curiæ Seculari vt suum concederet brachium pro exequendo contra laicum. Et nota, quod potestas in casu proposito Iudicis Ecclesiastici contra laicum nascitur ex obligatione penes acta, quam laicus pro Clerico gessit in Curia Ecclesiastica, sed si fideiussionem non faciat penes acta Curiæ Ecclesiasticæ, sed simpliciter coram Notario, tunc non poterit conueniri coram Iudice Ecclesiastico, sed coram suo Iudice laico, dum hoc casu non videtur prorogasse iurisdictionem Iudicis Ecclesiastici, de communi dixeruot *Afflict. dec. 206. num. 1. vbi Visill. Muscatell. in praxi fideiuss. par. 2. quæst. 9. à num. 33. Bouadill. in politic. lib. 2. cap. 18. casu 127. nu. 246. Graff. de effect. Cleric. effect. 1. num. 988.* alios citat *Sanfelic. dec. 160. nu. 6. tom. 2.*

Secunda Conclusio, sicut Iudex laicus tenetur impartire brachium Iudici Ecclesiastico cōtra Ecclesiasticum, ita etiam Iudex Ecclesiasti-

13 cus debet suum brachium præstare Iudici laico contra laicum, per eum condemnatum *Couarr. practic. quæst. cap. 10. nu. 1. & in vers. eadem ratione* late *Farinac. de pen. temper. qu. 97. casu 4. num. 81. 83. & 96. Consil. Staiban. resol. for. 136. num. 1. 2. & 3. tom. 2. & in obser. ad resol. 50. nu. 63. tom. 1. Reg. de Marin. resol. iur. lib. 1. cap. 53. nu. 17.*

His cognitis Præstantia S. C. circa præsentem materiam implorationis brachij vt cognos-

14 catur, erit inuestigaoda illa quæstio, an Iudex secularis in exequtione sententiæ Iudicis Ecclesiastici, possit inspicere ad merita causæ, ita ut si coram eo opponatur de nullitate sētētiæ latæ, per IudicēEcclesiasticū, possit de dictis nullitatibus cognoscere, in qua quæstione diuisæ sunt Doctorum sententiæ, nam multi dixerunt, quod Iudex secularis non debeat sententiam iniustam, aut nullam exequi, quando notoriè constat de iniustitia, errore, & grauamine, sed debet denegare auxilium brachij secularis, aut rescribere ad Iudicem committentem, *DD. in c. p. pastoralis de offic. Delegat. Cas. roc. de exceptio. qua. 30. excep. 2.* & est tex. *in l. à Diuo pio §. 1. ibi: Si hoc visum fuerit Iudici territorij*, vt ibi notāt *Angel ff. de re iudic. Innoc. in cap. cū in iure peritus col. 2. vers. si autē de offic. Deleg.* vbi dicit, quod si sciret eā iniustè latā, & ita vehementer, & probabiliter suspicaretur, non mandabit exequtioni, allegat notata in *cap. 1. de off. c. ordin.* vbi idem *Innoc. & Abbas num. 4. & 11.* & sequitur *Andreas in cap. 1. in l. fin. de contro. inter Vassall.* punctualiter *Ancheran. in cons. 382. retento ordine col. 2. in 4. dub.* & habetur *in prom. constit. post mundi machinam*, & ibi: *Afflict. col. 11. in vers. in glos. in verb. gladij Morla in empor. iur. tit. 2. de iur. sdi. omn. Iudic. quæst. 6. num. 23.* qui omnes cōcludunt, quod brachij impartitio non sit indifferenter concedenda à Iudice exequutore, habēte potestatem à lege, vel statuto, sed cum causæ cognitione, circa iustitiam, vel validitatem sententiæ, & sunt *tex. in §. si quis contra vers. si quis autem litigantium auth. de sanctissim. Episcop.* ex quo de sūpta est *auth. si quis litigantium C. de Episcop. & Cleric. Andr. de Iser. in const. Regni post mundi machinam Vassll. ad Afflict. dec. 24. nu. 16. & 17. Afflict. dec. 220. num. 9. Gall. obseru. 115. lib. 1. Cancer. lib. 2. var. resol. cap. 15. num. 15. & 33. Henric. Boich. singul. 70. num. 17. Bellug. in speccul. Princip. rub. 11. §. tractandum sub num. 4. Anton. Oliban. in constit. Cathal. cap. 15. num. 51. & 56. Molin. de brach. secul. lib. 2. cap. 25. num. 19. & lib. 1. cap. 51. num. 52. Surd. cons. 358. num. 12. vers. non etiam resist. & cons. 405. vol. 3. Rendin. de Maiestat. Princip. in verb. non armis par. 2. num. 141. cum seq. vide ad materiam Em bos. in cap. fin. de except. Peryra de Manu Regia par. 2. cap. 42. & cap. 52. Larream dec. Granatens. 1. Velasc. tom. 2. consult. 105. num. 61. Bossium de for. compet. nu. 87. et seq.*

Alij vero dixerunt, quod Iudex requisitus pro imploratione brachij sit merus exequutor, adeoq; debet omittere ōmnē causę cognitionē, & brachiū impartire, per *tex. in l. sicut proponis C. de exequt. rei iudic.* & in hoc casu loquitur *tex. in l. si prætor 75. ff. de iudic.* ibi: *non vtique Iudex qui de iudicato cognoscit, debet de prætoris sententia cognoscere, alioquin elusoria erunt huiusmodi edicta, et decreta prætorum*, & ex hac ratione colligunt illam conclusionem, quod siā Ministris, & exequutoribus M. C. V. brachium impartien-

tibus prouisionibus Regiæ Cameræ, ratione d. brachij aliquod crimen fuerit commissum, debeat à Regia Camera tale crimen cognosci, quia eius aures videntur offensæ, & non à Mag. Curia, probat *Reg. Galeota in resp. fisc. 1. per tot.* & in fine inseruit litteras Catholicæ Maiestatis ità ordinantis, & licet latè scripserit pro d. nostra Mag. Curia *Merlin. contr. for. cap. 64. lib. 2.* quem inaduertenter sequitur *Staib. in obser. ad resol. 50. n. 61. to. 1.* attamen placet sententiæ d. *Caleotæ*, cum dissonum videatur, vt inferius Tribunal vindicet excessus commissionum Tribunalis superioris. Reliqui DD. distingūt, quod aut exceptio opposita aduersus imploratione brachij est notoria, aut non, si notoria, potest Iudex exequtor de ea cognoscere *l. à diuo pio §. si super rebus ulias si rerū ff. de re iudic. l. scitis C. ad l. Corn. de falsis*, *Merlin. dict. cap. 98. num. 27.* & sic intelligitur *Couarr. pract. quæst. cap. 6. n. 15.* qui dicit quod Iudex exequtor debet cognoscere de exceptionibus, iuxta *Glos. in cap. super litteris de rescript.* facit *Glos. in l. si cū vnus §. is qui ff. de bon. auth. Iudic. possid.* vbi dicitur quod iussas executiuus intelligitur de legitimo, non de iniusto vt possit concedi exequtio. Si vero exceptio, vel nullitas non sit notoria, sed latens iniustitia, merus exequtor non poterit illam cognoscere *Ripoll. var. resol. cap. vltimo num. 297.* ideo dixit *Cabed. in dec. Lusitan. 9. num. 4. & 5.* quod si non constet in prōptu de nullitate sententiæ, Senatus non debet admittere exceptiones, vt practicari fatetur in suo Senatu, *per tex. notabilem in cap. vltimo de except. in 6. [illegible] in cap. 1. nu. 1 [illegible] de Offic. ordin. Guttierez practic. quæst. [illegible] quæst. 97.* & ita decisum per S. C. [illegible] Aulis in Collaterali Consilio refert *Reg. Sanfelic. dec. 293. num. 8. in fine tom. 2.* vbi quia nullitates potius concernebant merita causæ, & requirebant altiorem indaginem, ideo absque cognitione causæ fuit brachium concessum, & comprobant *Merlin. contr. for. cap. 98. in fine Reg. Capyc. Latro dec. 82. à num. 7. Roland. cons. 37 n. 17. lib. 1. Riccius par. 1. resol. 282. & dec. Cur. Archiepisc. 166. num. 4 par. 3. Valasc. cons. 48. num. 12 & 13. & consult. 65. nu. 3. Cabed. dec. 9. num. 4. Costa in dom. [illegible] cap. 5. num. 4. Sess. de inhib. cap. 4. §. 5. num. 3. Reg. Rouit. in Pragm. 1. de iurisd. iunic. non turb. Reg. Tapia [illegible] Regni post mundi machinam lib. 1. iur. Regn. til. 1. num. 37.*

Hæc omnia disputantur in omni Iudice laico, aut Ecclesiastico requisito pro imploratione brachij, tamen in Supremo Senatu, oīuique Senatoribus, Supremisq; Consiliarijs duplex PRÆSTANTIA cognoscitur, præsertim in nostro Senatu Neapolitano, quorum prima est, quia vt plurimum causæ implorationis brachij committuntur nostro Cōsilio, nō Curijs inferioribus, nā petita imploratione brachij ab exteris sententijs in Collaterali Consilio, ordinatur decretum quod S. R. Consilium super petita imploratione brachij iustitiā faciat, vt in dies videmus obseruari. Altera PRÆSTANTIA est, quia Senatus superiores requisiti de imploratione brachij nō solum indubitanter possūt cognoscere de nullitate sententiæ, quæ petitur exequi, sed etiam de eius iniustitia, *Borrell. in summ. dec. tit. 31. de re iudic. num. 39. Coler. de process. exequt. part. 1. cap. 3. à nu. 207. Merlin. contro. for. tom. 2. cap. 98.*, cum agatur de exequenda sententia contra non subditos, quæ ex defectu iurisdictionis exequi non potest *l. extra territorium ff de iurisd. omn. Iudic. Reg. Capyc. Latro dec. 82. à num. 7. Reg. Sanfelic. dec. 293. à n. 1. tom. 2.* & ratio est, quia quando S. Consilium cognoscit de iustitia sententiæ Iudicis alterius iurisdictionis, siue Ecclesiastici, siue Secularis, non dicitur merus exequtor sed mistus *Farinac. in practic crim. quæst. 1 [illegible] n. 61. vers. limita rursus Clar. in pract. crim. quæst. 51. in fin. & quæst. 96. Chart. dec. 58. Caball. resol. crim. casu 161. Caucer. lib. 3. var. resol cap. 19 num. 2.* idem *Farinac. quæst. 97. num. 83. Reg. Valenzuola cons. 9. num. 2. Merlin. contro. for. cap. 98. num. 4. & seq.* eiusque cognitio spectat ad S. C. siue actione in factū petatur, siue ex officio Iudicis auxiliū imploretur, *Merlin. contro. for. tom. 2. cap. 98.* & talis cura, & vigilantia cognoscendi merita causarum sententiarum latarum extra Regnū, aut per Iudicē alterius Iurisdictionis circa implorationem brachij, oritur ex tutamine regiæ Iurisdictionis, quā debent Regij Officiales sēper ante oculos habere erga suos Vassallos, ex quo sequitur, quod cum exteri alterius dominij se conferant ad hanc nostram Ciuitatem habitaturi, vel ratione negotij, vel alterius causæ, licet ex tali incolatu non efficiantur Vassalli nostri Regis, ex doctrina *Cardin. in clem Pastoralis in vers. denique de re iudic.* attamen funt à Regis Officialibus protegendi, ne eis aliquid iniustū obueniat in executione sententiarum, contra eos per suos Iudices promulgatarum, quā propter in dies practicatur, vt exhibita sententia per Iudices alterius Regni, si illa petatur exequi in nostro Supr. Senatu contra exteros, vel Ciues in hoc Regno habitātes, datur terminus in causa, & discutiuntur omnes illi iuris articuli, qui in prolatione sententiæ disputati fuerunt coram Iudicibus alterius Regni, vt fuisse practicatum in causa Hieronimi Lomellini cum Marchione Diani, in qua cum fuerint in Hispania litteræ exequtoriales expeditæ, & fuerint illæ petitæ exequi in hoc Regno, fuit impartitus terminus in causa, & controuersa tota causa, quæ in Regno Castellæ fuit disputata, vt refert

Reg.

Reg. Capyc. Latro d. dec. 82. n. 29. idē fuit practicatum in causa Petri Gonzales cum D. Antonia Suarez referente Regente Ronito in anno 1627. facta relatione in Collaterali Consilio, vbi etiam fuit datus terminus, cū plenaria causæ cognitione, & tandem idem iudicatum in causa Damiani Pallauicini, cum Heredibus Iacobi Zatrere, vt testatur. *Marcell. de Grassis* nostra ætate aduocatus primi nominis, postea meritissimus Præses Regiæ Cameræ electus, in quadā allegatione elaborata pro heredibus Capitanij Io: de Monroia contra Regium Fiscum, quam habeo *in tom. 48. alleg. 35. mearum var. alleg.* merito dixit *Merlin. in d. contro.* 98. quod nostrum Sacrum Cōsil. habet de Stylo, nō exequi sententias Rotæ Romanæ nisi recognito processu, ob decretum generale latum in anno 1623. in die 23. Martij, vt *refert Giptius in obseru. 82. dec. Capyc. Latr.* & cōfirmāt *Reg. Sanfelic. dec. 293. Rouit. in Pragm. 4. de citat. n. 1. & Reg. de Marin. resol 112. lib. 2.* & tandē inodernos *Dom. Francisc. Constant.* vir maximæ expectationis in suis doctis *comment. sup. nostr. Pragm. 2. de negant. mnt. num.* 48 Sed aduerte quod non semper est de necessitate, vt super dicti brachij imploratione terminos impartiatur, sed tantum Iudex requisitus tenetur perpendere, vtrum sententia sit iusta, vel iniusta, valida, vel nulla, *Sanfelic. decis. 293. circa finem,* & causā cognita Summariè procedere, idem *Sanfelic. dec. 64. num. 8.* terminus vero tunc impartitur, quando non ritè, & rectè fuit processum *Gallupp. in pract. S.C part. 3. cap. 2. num* 4. Sed quando iniustitia causæ cōstare potest sine probationibus facti, ne partes desatigētur, est causa expediēda absq; termino, *Sanf. dec. 17. n. 2. & 3.* & ita fuit practicatum in causa Principissæ Hieracis cum Principe eius viro, vbi per Sacrum Consilium fuit impartitum brachium sententiæ Rotali, absque alio termino, quod deinde fuit confirmatum iunctis aulis in Collaterali Consilio teste *Dom. Merlin. d. cap. 98. num. 43.* & confirmat *Reg. Sanfelic. d. dec. 298.* & in alia causa Barberæ Spinolæ cum Marcello de Oria eius viro idem fuit decisum per S.C. apud *Caruenal de indic. tom. 2. lib. 1. tit. 3. disp. 17. num. 15. in fin.* Si vero exceptiones concurrerent circa nullitatem, & iniustitiā sententiæ, cōceditur terminus, vt in causa Comestabilis Columnæ cum Principe Butesæ refert *Reg. Capyc. Latro dicta dec. 82. circa fin.* quia in d. causa opponebatur exceptio compensationis, & retentionis, vt in *d. dicta dec. Capyc Latro 82. num. 26. & ante num. 37.* Idem dicas si causa esset preuenta in Senat, & postea fuerit agitata in alia Curia, quia hoc casu etiam datur terminus, vt refert practicatum *Thor. par. 2. compend. verb. sententia lata in partibus Hispaniæ fol. 632.* in dicta causa D. Antonij Suarez supra relata. Vel tandē si produceretur sententia absque copia actorum, referr idem *Thor. in par. 3. compend. verb. exequtionem sententiæ, fol. 400.*

Ex qua conclusione sequitur, quod supremus Senatus requisitus ad imparriendum bra-
17 chium de pluribus exceptionibus cognoscere poterit, fundat *Consil. Staiban. in res for. 136. num. 13. & seq; to. 2.* & primo debet cognoscere an iustè fuerit requisitus, puta si Reus contra quem executio fieri debet, vel res in qua facienda est, reperiatur in territorio Iudicis requisiti, *vt in auth. de exhibendis Reis § si vero, & in auth. Vt differentes sint Iudices §. 1.* alias posset Iudex requisitus suum auxilium denegare, vt resoluit *Couarr. practic. quæst. cap. 10. num. 2. ad fin.* Vel si forsan Iudex Ecclesiasticus fuerit incompetens in proferenda sententia, puta quia cognouit laicum, erga quem est incompetens, hac de Causa si post latam sententiam contra laicum, petatur à Iudice laico imploratio Brachij, opponi poterit de exceptione incompetentiæ, & in ipsa imploratione brachij cognoscere de meritis causæ *Menoch. in tract. de retin. poss. remed. 3. num. 360. Cabed. dec. 9. num. 6.* Ex quo resultauit praxis, quod Iudex Ecclesiasticus carcerans laicum, debet petere implorationem brachij à Iudice laico, ratione d. incompetentiæ *Amaya. lib. 10. tit. 19. Cod. l. 2.* Ex his etiam resultat, quod si Ciuis noster Neapolitanus inquireretur ab alia Curia Baronali, vel alia Regia nostri Regni, de aliquo crimine in hoc Regno commisso, si nostra Magna Curia Vicariæ fuerit requisita de imploratione brachii contra d. Ciuem, in hac nostra Ciuitate habitantem, poterit brachium denegare, quia d. nostra M.C. est Iudex competens omnium delictorum per Ciues Neapolitanos commissorum in quolibet loco nostri Regni, ob priuilegium Neapolitanis concessum à Serenissima Regina Io: insertum in nostro ritu 301. de quo latè dixi in meo *tract. de priuileg. Neapolit. in rubr. de Foro Neapolit.* & ita inueni fuisse practicatum in causa Notarij Gulielmi de Siluio inquisiti de homicidio in Curia Melphiæ, pro quo cum fuerit à d. Curia expedita citatio ad comparēdum, & recipiendam copiam articulorum, fuit nostra Mag. Curia Vic. requisita pro imploratione brachij, pro exequenda d. citatione, & causa proposita in nostro Sacro Cōsilio à d. M.C.V. fuit ordinatum per eundem nostrū Senatum, quod non concedatur petitum brachium, sed causa cognoscatur à d. Mag. Curia Iudice Neapolitanorum, vt habeo in *alleg. 91. tom. 131. mear. diuers. alleg.*

Debet etiam considerare si forsan fuisset appellatum

pellatum à sententia, nam cum appellatio suspendat iudicatum, pendente appellatione non debet exequi sententia, proindè non debet brachium concedi *Reg. de Marin. var. resol. cap.* 204. qui dicit ita intelligi debere iura *in cap. cum ad verum* 96. *distint. & in cap. quoniam de offic. ordin.* Idem dicas si fuerit dictum de nullitate prædictæ sententię, nam hoc casu Iudex exequtor non debet brachium impartire, vt dicunt *tex. cum glos. in cap. de cetero de re iudic. cap. dicentis §. & si non cognitio. 25. quæst 2. Andr. in cap. 1. de contro. inter militem*, sicut è cõtra, si sententia fecit transitum in rem iudicatam, & Iudex iudicialiter processit, hoc casu tenetur impartire suum brachium, absque eo, quod cognoscat de eius Iustitia *Innoc. in cap. 1. de offic. ordin.* vbi *DD.* & precipuè *Abbas*, text. apertus *in cap. Pastoralis §. quia vero* vbi *DD. de offic. Deleg. cap. 2. de except. in 6.* & videtur casus ad literam *in l. si prætor in princ. ff. de iudic.* vbi etiam DD. notant *l. si vt proponis C. de exeq. rei iudicatæ, Isern. in constit. Regni post Mundi machinam col. 3. vers. dies secundũ, Innoc.* vbi *Afflict. late col. 11. cum seq.* idem *Isern. in cap. 1. de contro inter Vasall. & alium de benefic. Bar. & cæteri in l. à diuo pio §. sententiam Romæ ff. de re iudic. Salic. in l. ea quidem col. 5 in 10. quæst de accusat.* idem consuluit *Oldrad. cons. 89. incip. Episcopus, & Alex. in cons. 130. incip. in causa col. 2. vol. 4.* notat *Guido Papè dec. 419. &* latius *dec. 574. Menoch. lib. 1. de arbitr. iudic. quæst. 38. nu. 9. Couarr. lib. 1. var. resol. cap. 1. num. 10. Farinac. tom. 3. pract. crim. quæst. 97. num. 67. Merlin. contro. 98. num. 21. Reg. Sanfelic. dec. 293. num. 3.*

Debet etiam Supremus Senatus aduertere, si sententia quæ petitur exequi esset forsan contra aliam sententiam, nam quia sententia lata contra aliam sententiam est nulla; *l. 1. ff. quæ sententiæ sine appell. rescind. l. post sententiã C. de sentent. l. 1. C. quando prouoc. non est necess.* Ideo non debet brachium impartire, stante d. nullitate: Sed hoc intellige, quando fuerint factæ prædictæ sententiæ ab eodem Iudice, sed si à diuersis Iudicibus nulla exequitur, sed est supersedendum in illis, & considerandum demeritis causæ vtriusque sententię *Tesaur. lib. 4 quæst. for. quæst. 7.*

Potest tandem Senatus requisitus pro imploratione brachij cognoscere de illis exceptionibus impedientibus exequtionem sententię, vel ipsam modificantibus, prout est exceptio inuentarij, quæ potest opponi etiã coram exequtore, nedum misto, sed mero exequtore, ne molestetur heres in proprijs bonis, *Glos. in l. ab exequutione C. quorum appell. non recip.* tradit *Andreas de Isernia in cap. 1. col. penul. de contro. inter Vasall. & alium de benefic.* qui in proprijs terminis de brachio petito loquitur. Hinc resultat, quod si fuerit dictum de nullitate sẽtẽtiæ exequendæ, vti latæ ex falsis actis, probationibus, & instrumentis, Iudex exequtor non poterit brachiũ impartire, textus *cum glos. in cap. de cetero de re iudic. c. dicenti s. & si non cognitio 25. qu. 2. & Andreas in d. cap. 1. de controu. inter Vassall. & aliũde benefic.* & latè in *constit. 1. post mundi machinam*, & si brachium imparticet Iudex exequtor, vti decretum latum super nullitatibus erit nullum, & exequtionem non meretur *l. 4. § condemnatum ff. de re iudic.*

Amplia vt prædicta causæ cognitio spectet ad nostrum S. Consilium, ne dum quando sententia à Iudice alterius Regis, & alienæ iu-
18 risdictionis fuerit expedita, sed etiam, quando sententiæ fuerint expeditæ in Curijs eiusdem Regis nostri, & sub eodem nostro Rege residentibus, licet sub altero Prorege, vel Præside Prouinciæ, vt pluries fatetur decisum *Reg. Capyc. Latro dec. 82. num. 29.* vt sup. dixi.

Limita primo, vt nõ possit Iudex exequtionis sententiã moderare seu reformare, sed tantũ
19 nullitates notorias cognoscere, si interfuerint interpositioni decreti, iuxta *tex. in c. 5. de rescript. Imol. in c. cum in iure n. 36. de offic. deleg. et in l. 4. s. condemnatum num. 2. vers. quatenus tamen ff. de re iudic. Abbas Panorm. in cap. pastoralis § quia vero num. 3. vers. exceptiones vero de offic. Deleg. Reg. Sanfelic. dec. 293. num. 8.* qui omnes concludunt, quod nõ possit Iudex requisitus de brachio admittere eas exceptiones, quæ respiciunt merita causæ, & an sententia sit iusta, vel iniqua, imo si cognouit nullitates sententiæ exequendæ, non poterit super nullitatibus pronunciando cognoscere, forsan asserẽdo nullitates obstare, sed sine vlla pronunciatione de facto debet supersedere, & rescribere Iudici requirenti *Menoch. de arbitrar. lib. 1. q. 38. num. 12. vers in hoc tamen casu*, & ex tex. *in cap. de cetero de re iudic.* vbi *Innoc. et alij l. si prætor in princ. et §. marcellus ff. de iudic. Scaccia de appellat. lib. 3. cap. 2. quæst. 17. lim. 10. num 15. vers. quadam exceptiones Roman. cons. 51.* & ratio est, quia si pronunciaret super nullitatibus sententiæ exequendæ illam reformare poterit, vel improbare, quod non licet, cum sit tantum Iudex exequtionis, nõ causæ *Reg. de Ponte dec. 23. num. 2.* vbi fundat, quod sit cognoscendum de nullitate ad finẽ suspendendi exequtionem, & non ad finem determinandi, quod etiam dixerunt *Mynsinger. singular. obseru. cent. 3. obseru. 69. num. 1.* latè *Cancer. var. resol. lib. 2. cap. 15. à num. 14. Sanfelic. dec. 293. n. 8. tom. 2.*

Limita 2. quando brachij imploratio petitur à Iudice laico super sententia Ecclesiastica in
20 causa spirituali, nã hoc casu non requiritur

causæ

causæ cognitio, nec poteſt dicere volo videre proceſſum. *Farinac.quæſt.* 97.*caſu* 4 ſecus ſi ſuper cauſa profana, puta reſtitutionis dotis ob diuortium &c., & hoc caſu poterit Iudex laicus requiſitus merita cauſæ cognoſcere *Merlin.contro for.cap*.98.*tom*.2.ideo in criminalibus, ſi Eccleſiaſticus condemnauerit ad mortem naturalem, vel ciuilem,& petat brachium impartiri per laicos, ſtatur arbitrio ipſius laici, ſi cauſæ ſint profanæ, ſi velit videre, ſecus ſi cauſa ſit ſpiritualis, & Eccleſiaſtica *Diaz.in praxi crimin. canonic. quæſt.*154 *Clar.quæſt.* 96.*in* §.*fin. Capiblanc. de baron.pragm* 8.*par.* 3. *num.* 7.*cum. ſeq.* hinc dixerunt DD. quod quando tractatur de crimine hereſis. Iudex laicus tenetur impartire brachium, & dare auxilium nil viſo de proceſſu,& iuſtitia *Barl. & alij in l.Dinus ff.de cuſtod. Reor.et in l. magiſtratus ff. de iuriſd.omn.Iudic.* & eſt *tex.in cap. vt inquiſitionis* §.*prohibemus de heretic. in* 6.*et in cap.*1.*de offic.ordin.Reg.Ronit.in pragm.*1.*de iuriſd. inuic.non turb.num.*19.*Th.ſaur.lib.*2. *quæſt.for. quæſt.* 38. Idem obſeruatur ſi ageretur de puniendo Clericum ob aliquod deteſtabile crimen commiſsum, pro quo ſi fuerit à Iudice Eccleſiaſtico degradatus,& Curiæ ſeculari traditus, poterit Iudex ſecularis eum morti tradere abſq; nouo proceſsu, & abſq; nouo termino, ſed ex eiſdem actis, vt practicauit noſtra M. Curia in perſonam cuiuſdam Religioſi Hiſpani inquiſiti de aſſaſſinio, refert *Reg.de Marin.lib.*1.*reſol.quotid. cap.*82.*num* 7.*&* 8.

Sed qua pœna teneatur Iudex laicus recuſans
21 præſtare brachium Iudici Eccleſiaſtico pœna arbitraria affirmat *Menoch.de arbitrar. Iudic.lib.*2.*caſu* 452. & in quibus caſibus poteſt licite denegare *Rodulph. in tract. de brachio ſecular.*

PRÆSTANTIA XIV.

Prꝗſtantia S. Conſilij Neapolitani eſt, quod in Cauſis iuſtitiæ non ſubicitur Collaterali Conſilio Noſtri Regni.

SVMMARIVM.

1 *Magiſter Iuſtitiarius noſtri Regni omnes cauſas iuſtitiæ, quæ proponebantur noſtro Regi, terminabat.*

2 *Collaterale Conſilium erexit Rex Alphonſus de Aragonia, & ſuos Conſiliarios Regentes appellauit.*

3 *Regentes Regiam Cancellariam, olim erant Aſſeſſores Regis, vel Proregis.*

Decreta, & prouiſiones Collateralis Conſilij emanantur ſub nomine Proregis.

4 *Collaterale Conſilium expedit, & decretat libellos Proregi porrectos.*

interpretatur priuilegia, etſi pernicioſa ſint illa cancellat.

ordinare poteſt,vt referatur,& votentur cauſæ aliorum Tribunalium coram Conſiliarijs Collateralibus.

licentiam concedit Auditoribus, & Fiſcalibus diſcedendi à Prouincijs.

guidatica expedit, & ſaluum conductum inquiſitis.

Attendit annonæ noſtræ Ciuitatis, & Regni, Literas Cambij ſpecialiter cognoſcit.

5 *Regentes Collat. Iuriſdictionem ordinariam habent non ſolū in omnes perſonas, ſed ſuper omnibus Tribunalibus Noſtri Regni.*

abſque interuentu Proregis omnes prouiſiones ordinant.

mortuo, vel abſente Rege, vel Prorege, Regni Gubernacula ſuſcipit.

6 *PRÆSTANTIA S.Conſilij eſt,vt in materia iuſtitiæ non eſt ſubiectum Collaterali Conſilio.*

7 *Sacrum Conſilium Neapolitanum in quibuſdam actibus maioribus prerogatiuis vtitur, quibus non fruitur Collaterale Conſilium.*

Sacrum Conſilium definiens cauſas in Collaterali Conſilio ſcribit ſententias cum titulo Regis, non Proregis, non ſic Collaterale Conſilium.

8 *Sacrum Neapolitanum Conſilium Proreges appellat Illuſtres, at Collaterale Conſilium Illuſtriſſimos,& Eccellentiſſimos.*

9 *Titulum admodum Reuerendi impartitur noſtrum S.Conſilium Cardinalibus, & Principes Italiꝗ Sereniſſimos non appellat.*

10 *Collaterale Conſilium per quid differt à Sacro Conſilio.*

11 *non poteſt ordinare, vt non procedatur in Cauſis pendentibus cora Tribunalibus.*

12 *relationes cauſarum quando fieri debent in Collaterali Conſilio.*

13 *Iudices iniuria afficiuntur,ſi cauſarum cognitio alijs demandatur.*

14 *Sacri Conſilij authoritas non minuitur,quando mandatur cauſas votari in Collaterali Conſilio.*

Vota non preſtant Regentes Collateralis Conſilij, quando cauſa aliorum Tribunalium ibi votantur, & quando.

15 *Regentes Collateralis Conſilij ſunt Iudices adiuncti,quando decreta publicantur à Regia Camera, vel Sacro Conſ. in Collaterali Conſilio.*

16 *Superior, & inferior quis poteſt eſſe diuerſis reſpectibus.*

17 *Homo interior, & exterior reperitur in vno homine.*

Po-

Potestas Principis duplex est, vna iurisdictionis, altera protectionis.

18 *Collaterale Consilium potest causas ad se auocare, & quando.*

VT exteris Pretorijs, & Senatibus nutescat potestas Collateralis Consilij nostri Regni, necesse est eius originem, & iurisdictionem cognoscere, quod satis confert ad inspiciendum, an aliquam superioritatem teneat, vel exercere possit erga nostrum Senatum. Certum est apud nos, quod antiquitus ob-
1 seruebatur, quod omnes causæ iustitiæ nostri Regni, quæ Regi proponebantur, ab eodem Rege Magistro Iustitiario expediendæ remittebantur, qui eodem die cum Consilio vnius ex Iudicibus nostræ Mag. Curiæ terminabat, vt habetur in constitutionibus Nostri Regni, & precipuè in *Constit. statuimus*, vbi dicitur, quod Curia Iustitiarij sit eadem Curia Regis, & quod habeat cognitionem in omnes Curiales immediatè Regi inseruientes, & constat ex alie *constit.* incipiente *Mag. Curia nostra* ibi: *in nostrarum cognitionum iudicijs collocatum* reliques constitutiones refert. *Tasson. in pragm. de antefato vers. 7. obseru. 3. num. 1.* Alias vero supplicationes gratiosas idem Rex cum interuẽtu Magni Cancellarij expediebat, & Regio Secretario sigillatas remittebat, qui Officialis erat Magn. Cancellarij, sicut obseruant alij Reges, & Principes Orbis, qui Cancellariam constituerunt, quos refet *Abasuer-Fritschus de iur. Archiuij, & Cancellarie cap. 2. & 3.* Acta vero, & rescripta quæ mandabat ipse Rex, in sua Regia Cancellaria conseruabantur pro Regis commodo, & subditorum cautela. Est Regie Cancellaria corpus Misticum habens caput, & plura membra *l. preponebatur, ff. de iudicijs, l. mortuo, ff. de fideiussorib.* & est vnicũ officium, quod conflatur ex diuersis Officialibus, sicut Camera Apostolica, quæ intelligitur pro Officialibus, qui habent administrationem Cameræ, & sicut Ciuitas quæ consistit in Priores, & Ancianos, notat *Bart. in l. principalibus, ff. si certũ pet. Glos. in rub. Cod. Quæ sint longa consuetudo*, idem *Bart. in l. Ciuitas in princ. ff. si certum pet. Decius cons. 404. col. 1.* hæc diuiditur in plures Officiales destinatione Regis, tam gratia commodioris expeditionis negotiorum *l. Gaius §. Titius ff. de leg. 2. l. quod in rerum ff. de leg. 1.* quam etiam causa honestatis seruendæ, cum incongruum sit Magnum Cancellarium, qui est caput, facere acta, & scribere priuilegia, quod est inferiorum Ministrorum, habetur enim ratio qualitatis persone *l. plenum §. equitij ff. de vsu, & habit. l. famosi ff. ad l. Iul. Maiest. ibi persona spectanda est, l. ex militari in princ.* & ibi notat *Bart. ff. de Testam. milit.* plura notabilia congerit *Iason. in l. stipulatio ista §. hi qui ff. de verb. oblig.* Omnes enim Ministri Cancellariæ sũt pars integralis Cancellariæ ex quibus ipsa constituitur *l. malum ff. de verbor. signific. l. planæ §. fin. ff. de leg. 1.* Huic Cancellariæ præerat Magnus Cancellarius, qui successit in locum questoris *Glos. singularis in l. fin. in verb. questor C. de diuers. rescript.*, & intelligitur de questore qui prepositus erat libris principalibus legendis, & Principis Epistolas in Senatu recitabat, qui Candidatus Principis dicebetur *l. 1. §. ex questoribus ff. de Officio Questor* hic enim habebat curam rescriptorum, quæ in Curia Principis emittebantur, vt in *Authentico Vt diuinæ, iussiones subscriptionem habeant gloriosissimi Questoris*, sub hoc capite subalternantur Officium à Secretis, qui Secretarius eppelletur, Officia scribarum à mandatis, Officium Sigilli, Officia scriberum à registris, & cetera ministeria Regiæ Cancellariæ, quę proueduntur à Rege, *Bald. in cap. si duo de pace tenend.*

Et cum nostrum Neapolitanum Regnum opibus, & gentibus creuerit, & Cancellarius Regni, eiusque Secretarius omnia expedire nequissent, Rex noster Alphonsus primus de Aragonie, qui tunc Regni regimen suscepit,
2 quinque viros suos Consiliarios Collaterales deputauit, pro causis, & negotijs iustitiæ, & gratiæ explendis ad Regiam Cancellariam pertinentibus, nec Cancellarios appellari voluit, sed Regentes, quia Regiam Cancellariam regunt, vt notauit *Freccia de subfeudis lib. 1. de Offic. Magistr. Cancellar. n. 29. fol. 53.* ad exemplum Regni Aragonum, quo etiam potiebantur Aragonenses, vbi etiam Regentes denominantur, *Tasson. loc. cit. n. 3.* Horum munus est, cum Regia, vel Proregis cura, leges & statuta tueri, cõtra omnes, etiã Reipublicæ Principes, vt quæ aduersari iuri, & legibus Reipublicæ videantur, neque literis, neque diplomatibus, neque sigillo confirmari publico sinant, hàc de causa nomine Regis, vel Proregis libellos excutiunt, priuilegia inspiciunt, & in memorialibus decretationes faciunt, quod est libellos agere, vt dicit *Vlpian. in l. rescriptum ff. de distract. pignor.*, quando vero negotium causæ cognitionem requirit, per libellum expediri non potest, iuxta *tex. in l. nec quicquam §. vbi decretum ff. de offic. preconsul.* Ex horum Regentium constitutione, in multis diminuta fuit authoritas nostri Magni Cancellarij, nõ enim in Cancellaria hodie libelli leguntur coram Cancellario, cum assistentia suorum Officialium; nec etiam de literis decernit tam gratiæ quam Iustitiæ, sed curam Regentibus deputatis omnia geruntur.

Ad tempora Regis Alphonsi, & per totum tem-

pus

pus Regum Aragonensium dominantium in hoc Regno, semper predicti Regentes ad fuerunt assistentes Regiæ Cancellariæ, vt legimus in *capitulis.& priuileg. Neapol. Comitis Ripe Curfiæ cap.* 9 *fol.* 66 & aduertit *Tasson. loc. cit. nu.* 3. & vsq; ad presens tempus regimini vniuersali huius Regni vacant, ad latus Regis, vel Proragis assistentes, & sic vide quod prima electio horum Consiliariorum Collateralium non fuit constituta tempore Regis Cattholici, vt censuit *Dom. D. Carolus Cala* Dux Dianæ Minister Doctissimus, & omni virtutum genere ornatissimus, in sua *alleg. num.* 10. quam composuit in causa precedentiæ pro Regia Camera, vbi munus Præsidentis explebat, cum Dom. Consiliarijs nostri S. Consilij, quam typis edidit *Topius de orig. Tribun par.* 3. *pag* 430. dum tempore Regum Aragonensium, ante tempus Regis Cattholici astabant d. Collaterales Regentes in prouisionibus libellorum, vt supra dixi, hoc autẽ voluit dicere d. D. Cala, quod Collaterale Consilium fuerit in forma Collegij institutum exactis Regibus Aragonensib à Ferdinando Cattholico filio Regis Nauarre, vltimo ex tribus fratribus Alphonsi Primi, vt refert *Castr. Peregrin. quæst. lib.* 1. *quæst.* 12. §. 2. *num* 47. hic enim ordinauit in suo restamento condito de anno 1516. vt duo Doctores vnus Neapolitanus, & alter Siculus interuenirent in hoc Collaterali Consilio, cũ alijs, stante indispositione Reginæ Ioannæ tertiæ eius filiæ, vt scripsit *Hieronim. Zurida de las impresas, y ligas de Italia lib.* 10. *cap.* 99.

Erant certè d. Regentes olim Auditores seu Assessores Regis, vel eius Proregis, eumque con-
3 sulebant in rescriptis iustitiæ, & gratiæ ne aliquid contra leges, vel Pragmaticas nostri Regni statueret, vel ordinaret, & hoc patet, quia prouisio decretorum, & quarumcumque ordinationũ expediebatur nomine Proregis, vt in dies practicatur hac formula scilicet. *Illustrissimus, & Excellentissimus Dom. Prorex iubet decernit, atque mandat &c.*, quod aduertit *Tasson. d. vers* 7. *obseru.* 3. *num.* 18. & *Dom. Reg. Petra in r tu* 1 *num.* 21. *pag.* 29. & *in ritu* 288. *n.* 31. *tom.* 4. deinde paulatim eorum potestas creuit, ita & taliter vt quasi totale regimen politicum huius Regni hodiè apud eos aspiciatur residere, etenim videmus quod solum Collaterale Consilium expedit, & decretat libellos seu Memorialia,
4 quæ Proregi porriguntur ex *pragm.* 1. *de fide Memorial. Tasson. in d. vers.* 7. *obseru* 3 *num.* 66. priuilegia considerat, & exequitur *Freccia de sub feud. d. num.* 29 *fol.* 53. *Tasson. loc. cit.* & si dubia, vel obscura sint, illa interpretatur nomine ipsius Principis, cuius proprium est leges, & sanctiones interpretare *l.* 1. 9 & 10. *C. de legib.* & habetur in *Nouella* 143. *Tasson. loc. cit. num* 60. & *seq.* Imo, & si priuilegia concessa aspexerit infructuosa, & Reipublicæ commodo contrauenire, poterit illa cancellare, & abolere, vt legimus in nostra *pragm.* 1. *de priuileg. Vniuersi*; vbi reuocatum fuit priuilagium prius concessum ne ex officio in delictis procedatur, & quod possit hæc facere, Cãcellarius indicat *Lanon us in suis carminib.*

Hic est, qui leges Regni cancellat iniquas.
Et mandata Pij Principis aequa facit,

& etiam dixit *Hermannus Kirchnerus de officio, & dignitate Cancellarij c.* 2 *n.* 31. vbi in antecedenti *n.* 28. illũ assimilat Præfecto Prætorio, qui multa exercat, quæ d. Præfecto concessa fuerunt. Ita etiam videmus, quod causæ litterarum cambiorum, ex speciali prouisione seu statuto nostri Regni fuerunt d. Collaterali Consilio delegatæ, & ab alijs nostri Regni Tribunalibus abdicatæ ex nostra *pragm.* 5. *num.* 7. *de liter. cambij Tass. d. obseru.* 3. *n.* 64. sed quid tam minores iurisdictiones cumulaui apud nostrum Collaterale Consilium, dum maiores collexit *Reg. Lanar. cons.* 88. à *num* 3. vbi hos Collaterales Regentes, dicit, vices substinere Senatus Romani, Consulum, Quæstoris, Præfecti Prætorij, Præfecti Vrbis, Comitis sacrarum largitionum, Dictatoris, & similium officiorum illius Fælicis Reipublicæ Romanæ, (& meæ originariæ patriæ, à qua gratulor meam familiam descendisse, ante quam incolatum transtuler it ad Siciliæ Regnũ, vt notum est historicis.) quibus Officijs hos Collaterales Consiliarios comparat *Lanar. loc. cit.* considerando prærogatiuas horum Magistratuum antiquorum, quæ ad eorum officia spectabant, & subdit in *num.* 11. quod licet apud istos Collaterales Consiliarios, non possint hodiè verificari omnes prærogatiuæ, quæ concurrebant, in prædictis Magistratibus, dum natura semper nouas depromit formas, attamen concludit, quod sufficit si sit similitudo aliqua iuxta *tex. in l.* 1. §. *populo deinde aucto ff. de orig. iur. Canonistæ in cap. translato de constit.*

Ex his, & alijs prærogatiuis, quibus ornatur d. nostrum Collaterale Consilium, quas cumulauit *Reg. de Ponte in d. tract. de potest. Proregis*, nõ dubitari poterit, quod d. Regentes non sint hodiè simplices Assessores nostri Proregi, sed habeant votum decisiuum non Consultiuum *Tasson loc. cit nu* 17. *Consil. Prat. disc. pr. for. cap.* 44 *num.* 5. & *seq.* qui in *seq. nu.* 24. ita intelligit *Reg. d. Ponte de potest. Proreg. tit. de assensu Reg. sup. alien. feud.* §. 5. *num.* 7. & *in tit. de deleg. causar. num.* 26. qui dixit Regentes habere votum consultiuum, scilicet in materia non concernente iustitiam, quando aliquod declarauerit Prorex de plenitudine potestatis, & ad modum belli *Sanfelic. dec.* 221. *n.* 12 *to.* 2. sed in hac materia

Iustitiæ, si Prorex fine Consilio Regentium banna vel Pragmaticas ordinauerit, non habent vim legis, neque obligant *Sanfelic. et Pratus loc. cit.* habent igitur isti Regentes iurisdictionem ordinariam, non solum in omnes personas nostri Regni, sed superintendentiã
5 generalem super omnibus Regni Tribunalibus ad finem rectè iustitiam administrandi, *Surgente de Neapol. illustr. lib. 1. cap. 18. num. 20.* & considerat *Tasson. d. obseru. 3. num. 21. 54. & 58. Reg. de Ponte de potestate Proreg. tit. de deleg. cansar num. 11. & 17. fol. 536. Consil. Pratus discep. for. cap. 25. num. 17. tom. 2.* qui dixit Collaterale Consilium esse formatum Tribunal, *Reg. Capyc. Latro de. 200. num. 50. tom. 2.* vbi dicit, quod potestas Cancellariæ sit adeo lata, quod æqualis videatur cum ipso Rege, proinde non venit sub generalitate verborum dictum Consilium Collaterale, sicut quelibet dispositio generalis non comprehendit Principem loquentem, & ex hoc ded. cit *d. Capyc. Latro*, quod *pragmatica 82. de offic. S. R. C.* prohibens inhibitionem non posse fieri à S. Consilio Magnæ Curiæ Vicariæ in causis liquidationis, cum talis *pragm.* directa fuerit Sacro Consilio, non comprehendat Collaterale Consilium, de quo non loquitur, & hoc est ita verum, vt licet huius excelsi Consilij caput, seù Præsidens sit ipse Prorex, vt ex *pragm. 9. de suspic. Official.* tradit *Tasson. loc. cit. num. 16.* attamen absque interuentu d. Proregis, assensus, & cæteras prouisiones, & dispensationes ordinare potest, vt in *priuileg. & cap. Neapol. cap. 7. fol. 153. iter. & confirmant de Ponte de potest. Proreg. tit. de assens. Reg § 5. fol. 225. & Tasson. loc. cit. nu. 46.*

Hinc est, quod ordinare possit Magnæ Curiæ Vicariæ, Regiæ Cameræ, & alijs Tribunalibus, vt referant causas in Collaterali Consilio, ibique votentur, & definiatur, vt in dies videmos practicari, & notauit etiam *Tass. loc. cit. num. 59.*

Hinc etiam videmus practicari, vt Præsidibus, & Auditoribus Prouinciarum licentiam concedit discedendi per aliquos dies à Prouincijs, & Neapolim venire, iuxta *tex. in l. nullus 9. C. de Offic. Rector. Prou nc. Tasson. loc. proximo cit.* hac etiã de causa solet expedire guidatica, seù saluum conductum, idest securitatẽ, nè inquisitus de persona molestetur, vel abolitionem criminis pro seruitio, præstito Regiæ Curiæ, *Reg. de Ponte loc. cit. tit. 1. §. 4. n. 5.* etiam pro illis, qui sunt Turcæ, & se volũt redimere, & ad Patriam redire, *Tapia de potest. Reg. Cancellariæ tit. de potest. eiusdem nu. 64.*

Potest etiam Collaterale Consilium pro bono publico nostras municipales sanctiones condere, *Consil. Pratus discep. for. cap. 46. num. 11. tom. 1. Lanar. d. cons. 88. num. 3.* quia ipsum Principem repræsentat, *[illegible]*

alleg. 57. num. 4. Tapia dec. 20. Sac. Consil. num. 2. Pratus cap. 1. num. 17. tom. 2. Et quod maius est, mortuo, vel absente Rege hoc Collaterale Consilium Regni gubernacula suscipit, ad eoquod pendente inter Regno, inter Rex appellatur, & totale regimen status, & Belli gerit cum alijs Consiliarijs Status, *Surgente loc. cit. fol. 121. Lanar. cons. 88. n. 10. de Ponte loc. cit. tit. de delegat. num. 14. fol 154. Tasson. loc. cit. num. 21.* & hoc procedit nedum absente, vel mortuo Rege, vel Prorege, sed etiam ipso Prorege suspenso, ob cuius proprium interesse non posset in causa procedere, & assistere in Consilio Collaterali, *Reg. Capyc. Latro dec. 192 num. 1. tom. 2.* qui in *num. 22.* aduertit, quod hoc Collaterale Consilium maiori iurisdictione fruatur, iurisdictione Collegij Cardinalium, quia hoc Collegium Cardinalium sede vacante iurisdictionem non habet, *Glos. in extrauag 1. de electio. in verb. morà*, sed hoc Consilium à latere nostri Regni totalem iurisdictionem, & potestatem exercet circa vniuersale regimen nostri Regni, absente, vel mortuo Rege, vel Prorege.

Præcipua Cura est nostri Supremi Collateralis Consilij necessitatibus nostri Regni prouidere, & eiusdem abundantiam conseruare, id circo præest etiam annonæ, huius nostræ Ciuitatis, & Regni *Surgente d. lib. 1. cap. 18. n. 20.* pro qua ordines, & prouisiones facere potest pro abundãtia ciuitatis conseruanda, *Tasson. loc. cit. n. 49. Reg. Lanar. d. cons. 88. num. 8. & 10.* huius Præfecturæ tanta apud nostros Romanos Maiestas fuit, vt Magno Pompeo post debellatum Orientem, tresque Orbis partes superatas delata fuerit, multamque ei gloriam addidit, teste *Plinio in panegirico.* ad hanc igitur nostram annonam conseruandam sæpè sæpius vnus ex Regentibus Collateralibus Præfectus annonæ eligitur, prout in hoc anno 1702. dum hæc scribo deputatus fuit Præfectus Dom. D. Andreas Guertiero Hispanus, Eques Ordinis Alcantaræ, Regens Regiam Cancellariam ex Nobilissima Guerriero Familia Regni Granatæ, vir quidem doctrina, & omni virtutum genere ornatus, quod munus suscepit cum nostra Ciuitas inter angustias frumenti detinebatur, quia carius vendebatur, imo pretiũ illius, & aliorum comestibilium augeri opinabatur, ob proximum aduentum ad hanc Ciuitatem Neapolis nostri Regis Hispaniarum Philippi Quinti, ad motus nostri Regni sedandos, & ita res se habuit, nam Rex iste gloriosissimus hanc Ciuitatem petijt in secundo die Paschatis Resurrectionis, quæ fuit in die 17. Aprelis 1702. cum numerosa classi maritima, eum associantes multi Magnates Hispaniæ, & quam plures Cohortes Hispanorum, & Gallorum.

Desi-

Designatus fuit dies vigesimus Maij eiusdem anni pro publico ingressu; sicut gloriosi Reges, & Imperatores gesserunt, prædicto itaque die sollemne Tentorium mirificè constructum fuit præparatum extra Ciuitatem, iuxta lapidem distans, in latiori via vulgo nuncupata Podij Regalis, vbi Rex cum suis turmis, assistentibus numerosis pedestribus Hispanis, & Gallicis Centurijs, Cohortibus, & legionibus, per vniuersam Ciuitatem distributis, astabat.

Ad Tentorium appulerunt Ædiles, Senatus Collaterales, & reliqui Magistratus inferiores, & Superiores, atque superbus Equitatus Baronum, Nobilium, & Magnatum septem officia Regni repræsentantium, qui omnes Regem salutantes susceperunt, hic enim cum tam nobili Comitatu ad ianuam Ciuitatis equitando se approquinquauit, vbi inuenit nostrum Antistitem Cardinalem Cantelmum, quem associabant alij duo Cardinales Iansone, & de Medices, ac vniuersus Ordo Clericalis, & Regularis, necnon multi Archiepiscopi, & Episcopi Regni, (qui omnes Regios Officiales, etiam Collaterales præcedebant, sic Rege ipso mandante), hi omnes Vexillū Crucis ferebant, at cum Rex piissimus Sacratam Crucem aspexerit, protinus ex equo descendit, & ad illam osculandam processit, sibi traditam à nostro Cardinale Archiepiscopo, & concinnantibus Sacerdotibus hinnos, & Laudes Deo Offerentibus, *Benedictus qui venit in nomine Domini* psallentibus, in Ciuitatem se introduxit, sed eodem tempore ingressus, Regi se obtulit genuflexus D. Dominicus Crispanus Ædilis Nobilis Sedilis Capuani, qui in aureo polubro, aureas Ciuitatis Claues Regi præsentauit, hoc idem gesserunt Arcium Præfecti, scilicet Castri Capuani, & Castri Noui, cum Ianuas dictarum Arcium pertransisset, sed licet Rex illas acceperit in signum dominij, attamen statim suis fidelibus Custodibus reddidit.

Ab his Rex associatus, In Vrbem sub eximio Vmbraculo vulgo Pallio venerabiliter equitauit, Primates frenum equi tenentes, sed Pallij hastas Nobiles sedilium alternatim iuxtà vsum gestabant, ad Templum maximum Archiepiscopale peruentus, ex equo desiluit, ibique ad aram genuflexus, gratias Omnipotenti Deo egit de suo felici aduentu, & omnibus feliciter gestis, at dum Cantores gratiosum canticum cecinebant, occurrerūt nostri Ædiles Regem supplicantes, vt secundū antiquos Ritus nostrorum prætéritorum Regum huius Regni, cum primum Regiminis gubernacula susceperint, nostra priuilegia, & gratias, atque statuta confirmaret, quibus benignè annuens, Sacrosancto, & sollemni iuramento, super quatuor Sancta Dei Euangelia præstito, illa Sacra attestatione muniuit, in conspectu nostri Archiepiscopi, & totius cetus Nobilium, & Procerum, omniumque astantium, voluitque Philippus Rex, eodem iurisiurandi vinculo obstringere omnes Barones, homagium, & fidelitatem sibi promittendo, & ita res acta fuit, nam statuto die ab omnibus Baronibus iuramentum fidelitatis, & homagij suscepit, quos benignè complexit, & ad manus osculum admisit.

Summum obsequium hæc nostra Neapolitana Ciuitas suo Regi detulit, dum Regem per transeuntem lętis acclamationibus Neapolitani Populi susceperunt, spectacula varijs picturis suorum Heroum iucundissima pompa, & eximio honore erexerunt, passim per omnia sedilia speciosa ornamenta, atque Arcus Triumphales diuersis elogiis inscriptos, aliaque spectacula erudito ingenio, & incredibili arte composita construxerunt, 6 Nobiles vero auratis, & pretiosis laticlauij vestibus induti, visi fuerunt luxuriari, nisi ex debito honore nostro Monarchæ hæc omnia non conuenire indicaretur, tanta omnium ordinum gratulatione exceptus fuit, vt tota Ciuitas regali apparatu instructa, vnum magnum Templum videretur, dum Sericis rarisque varijs aureis ornamentis hilaritate magna exultauit, atque adeo nostra Neapolis nimium rerum prosperitate latata, & in sumptus diffusa de lælicitate sua triumphanit, hoc enim modo Populus ingens gaudiū in se exortum patefecit. Certe verum dico, quod tantus fuit triumphi magnitudo, & pōpæ magnificentia, vt cum maiori nullus vnquam Princeps in hanc Ciuitatem præter Carolum Quintum Cesarem susceptus fuerit, nec celebriori, & magnificentiori pompa suscipi posse existimarunt, nisi alius, qui Philippi nomen, & Quinti numerum reportet.

Aspexit Rex Vrbem gloriosam, omnibus quæ excogitari poterant elegantiæ ornamētis instructam, spectanitque mirabundus innumerabilem Populi multitudinem prætuba concurrentium, & prosequentium, quibus, vt memorandam suam inagurationem subditis imprimeret, missilia eis largè spargi iussit per Regni Thesaurarium, iusta vsum Romanorum, Grecorum, & Germanorum Imperatorum, quos refert *Ahasuerus Frisshus de sparsione missilium cap.* 3. hi enim vt pecunias iactas colligere valuissent, ob turbę compressionem multi suffocati non fuerūt, tamen multa mala passos fuisse, & in vitæ discrimine se positos agnouerunt, similiter, vt castra talem sollemnem diem celebrarent, voluit Rex, vt bellicis clamoribus voces Populorum, & sonitus Campanarum firmarent, cum suis tormentis bellicis, quorum fragor

tanta tonitrus, & mugitus causauit, vt Cœli rumpere, & Terram dehiscere dixisses.

Nobilis iuuentus extremæ iucunditatis amore commota theatrales ludos præparauit ad sui Regis oblectationem, illosque incomparabili animo expressit, cum torneamentis, & ludis equestribus, pro quibus exercendis à natura instructi ab eorum incunabulis Neapolitani Nobiles se esse cognoscuntur, hi enim dispositis turmis, tamquam acie instructa, composito agmine ad modum pugnæ cursitabant, speciemque prælij modo in occursum eundo, modo in decursum in girum redeundo præbebant, & quasi in Circum maximum Romanorum ludebant, ibique Neapolitani Nobiles militare specimē, & fortitudinem demonstrarūt, & exteris gentibus, & spectantibus indicarunt, qualis quantaque iuuentutis indoles in spem Ciuitatis, & Regiæ subolescaret.

Et quia mos est Romanæ Curiæ, vt quando Rex aliquis Italiam petierit, Summus Pontifex legatum à latere mittat ad illum salutandū, hac de causa Clemens Vndecimus Summus Pontifex legatum à latere elexit Eminentissimum Cardinalem Carolum Barbarinū Pronepotem Vrbani Octaui, cui generis splendor, & Opulentia dignitatis decorem comitantur, hic enim Neapolim venit cum magno Comitatu Principum Romanorum Nobilium, & Prælatorum, cum superbo apparatu, & suis auratis Quadrigis, bigisque, & equis desultorijs ab alma Vrbe traductis; At Rex benemeritus alium Equitatum Nobilium præparauit pro die ingressus d. legati, cui vsque ad Ciuitatis ianuam obuiam iuit cum eodem magno equitatu Nobilium, & Procerum, quo ante paucos dies ipsemet fuit susceptus, Legatum vero comitabantur, quamplures Principes Nobiles, & Prælati Romani, com copiosu famulatu, sicut Catholice Maiestati conueniebat, hos omnes Rex Regio more tractauit, cum lautissima mensa per tres dies, eosque vti hospites in Regali Palatio detinuit, & post amplas largitiones à legato exhibitas Monarchæ Hispaniarum, post benedictionem Papalem ingenti Populo in Ecclesia Maiori, & alijs Ecclesijs diffusam, ardenti animo à nostro deuoto Populo optatam, & post multa beneficia Neapolitano Clero collata, munus suū expleuit.

Ad dictos dies festiuos celebrandos ad nostram Neapolitanam Vrbem accesserunt, circiter centena milia hominum à Prouincijs Italiæ, cupiditatis causa videndi talem potentissimum Principem, quorum copia nostra Ciuitas quasi impotens aspiciebatur ad suppeditanda ingenti Populo quotidiana alimenta; sed nostri Præfecti annonæ sollecitudo in omnibus prouisionibus tanta fuit, vt non leuem admirationem apud omnes peperit, quomodo sua sedulitate, & prudentia tale munus expleuerit, contra communem extimationem, qua dubitabatur, ne nostra Ciuitas ex tam ingenti numero pœnuria laboraret. Semper enim, nedum prouidi, & prudentes, sed docti, & magnis honoribus affectę fuerunt gentes huius Nobilis Familię Guerrero Regni Granatæ; legimus enim D. Petrum Guerrero Archiepiscopum Granatensem in Concilio Tridentino consedisse, cuius opera adeo proficua fuit in illo Sacro Concistorio peragendo, vt illi nedum Hispania, & Italia, sed etiam vniuersa Ecclesia plurima debeant. Porrò non est prætereundus gloriosus D. Andreas Guerrero, qui multos meruit honores sub Ioanne II. Rege Aragoniæ, cuius inclita gesta penès Hispanicam Mariannæ historiam celebrantur, ex quo tanquā ex stipite, & ex Maria de Torres cōiugibus Nobilia germina prosiluerūt, nempè D. Petrus Guerrero ad præsens Regens Senatus Italiæ apud Catholicam Maiestatem, & noster D. Andreas Guerrero Regens hanc Regiam Cancellariam nostri Regni, ac etiam D. Ioseph Episcopus Caietanus dicti D. Petri Nepotes, publicis curis assiduè implicati, quorum laudes rescribere ardenti animo contexerem, si historicas lucubrationes, non legales componerem.

Licet enim tale Collaterale Consilium nostri Regni tanta ornetur, & fulgeat potestate, at-
6 tamen ob eius PRÆSTANTIAM non minuitur authoritas nostri S. Consilij, quia in materia iustitiæ non subijcitur eius iurisdictioni, neque ab eius ordinibus dependet, nam supra Senatum nullus est Magistratus, & ad eum tanquam ad Principem ab omnibus alijs Magistratibus gradatim appellatur, & quando à Senatu appellatio non datur, sed reuisio, quæ ab eodem fit, iuxta *l. 1 ff. de Præf. P. Prætor.* eius potestas Suprema est, & alijs Magistratibus non subijcitur, vt considerat *Thesaur. in præfat. ad. suas decis pag. 3. vers. pro Supremo Magistratu & num. 1 & in fin.*

Talis enim Excellentia d. Consilij Collateralis, vel moribus introducta, vel paulatim ex Proregum complacentia amplificata, in di-
7 uersis actibus minor aspicitur ad comparationem nostri Sacri Consilij, & primo cognoscitur ex forma Tituli, qui inscribitur, quando libelli porriguntur, nam quando supplicatur nostrum Sacrum Consilium, Sacræ Regiæ Maiestati inscribuntur, & diriguntur supplicationes, quando vero Collaterali Cōsilio proponuntur, non inscribitur Titulus Sacræ, & Regiæ Maiestatis, sed Proregis cui porriguntur, & supplicatur Dominus Prorex, non Regia Maiestas. Imo si forsan Sacrum

Con-

Consilium causam determinat, in Collaterali Consilio, non Proregis nomine, sed Decreto Sacri Consilij concludit, & inscribit sententias, cum titulo Regis, non Proregis, non ita Collaterale Consilium, quod sub nomine Proregis determinat, hoc modo affe-
8 rens. *Illustrissimus , & Excellentissimus Dom. Prorex mandat atque decernit*, etc. vt aduertit *Dom. Petra in rit.* 1. *num.* 21. *pag.* 29. & confirmat in *ritu* 288. *num.* 31. *tom.* 4.

Sic etiam, quando nominat S. Consilium nostros Proreges, Illustres, non Illustrissimos, & Excellentissimos appellat, & si occurrerit, S. Consiliũ relationem facere coram Domino Prorege, solet in sententijs dicere, facta relatione coram Illustri Dom. Prorege. At vero si Collaterale Consilium causam tractat coram eodem Prorege, dicit facta relatione coram Illustrissimo, & Excellentissimo Prorege, & hoc modo cognoscitur, quod Sacrum Consilium Regio more, hæc omnia gerit, vt aduertit *Dom. Petra in ritu* 1. *num.* 21. & *in ritu* 288. *num.* 31. *tom.* 4.

Quod apertius cognoscitur, etenim si aliquã
9 personã conspicuam, puta Cardinalem nominare contigat, non alium titulum impartitur S. Consiliũ, nisi *Admodum Reuerendi*, illo eodem titulo, quo illum appellat Rex noster in suis rescriptis. vt obseruat *Dom. Constant. Cæsarus* Aduocatus celebris nostræ ætatis in suo *Specul. peregrin. quæst.* 12. *num.* 181. qui etiam notat *loc. cit. num.* 21. quod tempore Præsidentis S. C. Andreæ Marchesij, fuit ei porrecta supplicatio pro parte cuiusdam Principis Italiæ, cum titulo Serenissimi, sed fuit à d. Præside ordinatum, quod reformatis titulis prouidebitur, & refert etiam *Dom. Petra in d. ritu.* 288. *n.* 31.

Nec possum concurrere, cum *Io: Francisco de Leonardis in opusculo de Magistratibus Regni cap.* 4. *num.* 12. vbi dicit, quod Sacrum Consilium, vt Superius iurisdictione, & ordine Collaterale Consilium habeat, quem sequitur *Dom. Petra in ritu* 1. *num.* 15. & dicunt probari ex *pragm. Regis Ferdinandi Primi incip. sententias in tit. de Offic. S. C.*, & *ex pragm. Cardin. Pacechi in cap. Philippus &c. post princ. vers. item statuimus* ibi, & *Regentes Supremi Collateralis Consilij fol.* 122. sed citatæ *pragm.* aliud non dicunt, nisi quod si litigantes velint à sententia Sacri Consilij reuisionem petere, debeant à Regia Cancellaria, si iudicatũ paruerint, reuisionis literas impetrare, ex quo consideratio subiectionis non colligitur, quia reuisio est gratia Principis, vt alibi dixi, & à Principe concedi potest, sicut ab eodem Sacro Consilio, vt dixi in *praest.* 41. *nu.* 12. etsi aliquando Collaterale Consilium consulit Principi, reuisionem sententiæ posse concedi, nulla subiectio potest ex hoc deduci.

Hæc sola differentia inter ista Tribunalia in-
10 tercedit, nam Collaterale Consilium tantum ad gubernium, & administrationem generalem huius Regni, cum Proregis persona attendit, sed Tribunal Sacri Consilij tantum se vertit circa administrationem iustitiæ, independenter à Consiliarijs Collateralibus. Imo audiui ab eodem Dom. Petra quod si aliquando Collaterale Consilium ordinare præsumpserit aliquam inhibitionem, vel aliquod præceptum Sacro Consilio, vt nihil innouet in aliquibus causis, quæ in d. Senatu vertuntur, non solum non paret eius præceptis, sed ob eandem rationẽ in sequenti die, vel quamcitius potest, causam expedit, ad suam authoritatem conseruandam. Nam, vt dicit *Mutius Surgente in addit. ad cap.* 20. *eiusd. tract.*, d. Collaterale Consilium, quod Maiestatem Principis tuetur, debet se abstinere ab his, quæ Magistratuum ordinariorum cognitioni sunt demãdata. Superioritas aliqua, vel maior potestas cognosceretur si corrigeret nostri Senatus definita, vel de eorum grauaminibus cognosceret, aut aliquid agendum mandaret in actibus iustitiæ gerendæ, sed nil ex his mandare potest, igitur nulla superioritas.

Fateor, quod antiquitus ordinabat d. Collaterale Consilium, quod in causis pendentibus in suis Tribunalibus non procederetur, sed
11 hoc correxit nostra *pragm.* 1. *de relat.* & ordinauit, vt causæ à proprijs Tribunalibus nõ extrahantur ordine Collateralis Consilij, & etiam sancitum fuit has prouisiones non expediri, nisi prius facto verbo de eis coram Prorege, vel d. Consilio Collaterali, & in causis arduis, & magnæ importantiæ, si sic Proregi pro bono status, & seruitio Regis, aut pro bono regimine, & recta administratione iustitiæ videretur, & expediri oporteret, sed in hac pragmatica non fit mentio de causis pendentibus in Sacro Consilio. & additum fuit in *seq. pragm.* 2. §. 3 & 4. quod si necessarium videretur fieri relationes dictarum causarum in d. Collaterali Consilio, non possint tales relationes differri, nisi infra
12 tempus quindecim dierum, quibus elapsis causa intelligatur remissa suo Tribunali, & tradit etiam *Afflict. contro. for. cap.* 6. *num.* 19. qui etiam post *Sanfelic. in sua praxi iudiciaria sectio.* 3. *num.* 3. refert literas Caroli Quinti Cæsaris, in quibus confirmatur d. *pragm.* & additum fuit, quod in causis iustitiæ inter partes, in quibus non habet interesse Regius Fiscus, non agantur relationes causarũ in Collaterali Consilio, sed debeant causæ expediri per sua Tribunalia ordinaria, verum si casus ita vrgens euenerit, vt conueniret causas referri, & vocari in præsentia

Regis,

Regis, permittitur id posse ordinari, dumodo infra tempus limitatum à d. *Pragm.* causæ terminentur, quo tempore elapso causæ remissæ censeantur ad sua Tribunalia. Idem etiam fuit confirmatum in *pragm. 84. de offic. S.R.C.* imo fuit restrictum tempus ad octo dies, infra quos fieri debeat relatio in Collaterali Consilio, quando successerit casus talis, qui conueniret votari in præsentia Regis, vel Proregis, alias d. tempore elapso ipso iure causa intelligatur remissa d. Tribunali; & vt non ita faciliter tales prouisiones ordinentur, sancitum etiam fuit, vt à toto Collaterali Consilio talis relatio ordinetur, non ab vno Regente, sicut antiquitus obseruabatur, & si ab vno Regente fuerit demādata, præcipitur Consiliarijs vt non obediant, & si aliter agant pœna nullitatis actorum fuit imposita, quam valeant partes allegare in quolibet actu causæ si velint, sed si contenti fuerint, ordinationes subsistunt, vsque adeo eorum consensum reuocauerint, quæ *pragm.* fuit nouiter confirmata per aliā *pragm. 14. n. 13. de offic. Secretar. seu à libell.*

Nec etiam possunt Regentes Regiam Cancellariam ordinare, vt processus causarum, quæ pendent in Sacro Consilio, remittantur ad Collateralē Consilium, vel ordinare quod intimetur parti, & interim non procedatur, aut nihil innonetur, vt antiquitus ordinabant d. Regentes, quod prohibuit d. *pragm. 84. num. 2. de offic. S. R. C.*, & optima ratio-
33 ne id fuit sancitum, quia iniuria Iudices afficiuntur, quando de spectantibus ad eorum officium alij consuluntur *Paleot. de sacr. consist. par. 1. quæst. 3. artic. 5. & 6. de Ponte de potest. Proreg. tit. de delegat. caus. num. 24.* & tandem demonstrat *Nauarrette in libello in tit. Politica della verita par. 1. discurs. 6.* & aliā rationem assignat *Afflict. d. cap. 6. num. 38.* dicens, quod causarum expeditio vltra modum remoratur, dum causæ per diuersa Tribunalia vagantur, cum angustia litigantium.

Nec talis potestas, quam exercet prædictum Collaterale Consilium ordinandi relationes
34 prædictas apud se fieri, ibique causas arduas, & maximi ponderis; & qualitatis votari, infra dies à dictis pragmaticis præfixos, minuit authoritatem nostri Senatus, quia hoc totum agit pro bono regimine status politici, vt iustitia citò, & æquè administretur, quod aduertit *Anton. Sergente de Neap. illustr. lib. 1. cap. 18. num. 26.* non verò, vt possit de meritis causæ cognoscere, atque circa eas aliquid definire, & hoc constat, quia in decretis, quæ promulgantur in Collaterali Consilio à Præsidentibus Regiæ Cameræ, vel à Sacro Consilio, non præstent votum Regentes Collateralis Consilij, nisi in duobus casibus, quando scilicet habet interesse Regius Fiscus, vel quando ageretur de illis, quæ spectant ad regimen nostri Regni, vt habetur in *pragm. edità à Comite Castill. in die 30. Aprilis 1655.* & fatetur *Cæsar de Afflict. in addit. ad cap. 6. num. 4. in fin.*

Imo in decretis prædictis ordinatis in Aula Collateralis Consilij, reputantur d. Collate-
35 rales Consiliarij Iudices adiuncti, vt notat *Genauerr. in dec. Reg. Camer. 30. num. 7.* adeo ut si occurrerit, vt Regia Camera referat causas in Collaterali Consilio, & insimul cū Regentibus vota præstaret, decreta proferuntur sub nomine Regiæ Cameræ, & signantur decreta hoc modo. *Per Regiam Cameram prouisum est, accedente etiam voto Spectabilium Dominorum Regentium, &c.* & est ita verum, vt ab istis decretis non conceditur reclamatio à Collaterali Consilio, sed à Locumtenēte Regiæ Cameræ, vt refert obseruari idem *Ganauerr. d. dec. 30. nu. 23.*

Concludendum est igitur, quod Collaterale Consiliū nostri Regni maius sit circa administrationem vniuersalem, & politicā nostro Sacro Consilio, sed non circa administrationem iustitiæ causarum, quæ agitantur in nostro Sacro Consilio, & sua mandata circa relationes, & expeditiones causarum, vt fiant, & votentur in d. Consilio à latere in causis fisci, vel magni ponderis, non causant aliquam superioritatem erga d. nostrum Senatum, dum aspicimus, quod in reclamationibus habeat talis Senatus totalē independentiam à d. Consilio à latere, sicut non minuitur potestas d. Collateralis Consilij erga Mag. Curiam Vicariæ, quia eius Collaterales Cōsiliarij possunt à d. Mag. Curia citari via ritus, & liquidari contra eos instrumenta, iuxta tradita per *Reg. Ronit. in prag. 1. de titulorum abusu.* Nec mirum est, vt, quis sit superior, & inferior diuersis respectibus, per *tex. in l. sed si hac § si liberta. ff. de in ius vocand. l. eius qui in prouincia, in fin. ff. si cert. pet. & l. apud eum ff. de manumiss. Glos. in cap. queritur 2. quæst. 7. Bald. post Io. Andreā in cap. ad supplicationem de renunc. & in cap. cum inferior in princ. de maior. & obed. Lauar. cons. 88. num. 14 Tiraquell. de nobilit. cap. 28. num. 8.* vbi ponit exemplum de filio habente Magistratum, ob quem dicitur maior Patre ratione Magistratus, quia licet filius sit, tamen habet ius præcipiendi, & cogendi patrem, licet vti filius reuerentiam ei præbere debeat, per *tex. in l. ille à quo §. vltimo & l. seq. ff. ad Trebell.* vbi *Glos.* relet concord., alios casus enumerat *Ronit. in d. pragm. 1. num. 13. & seq.* eodem modo concludit *Tiraquell. loc. cit. num. 16.* quod quis possit esse maior alio in ordine, sed minor in administratione, per *tex. in cap. per lectis 25. distin-*

diſtinƐ. Lanar. d. conſ. 88. num. 14.

Sicut alias dicit Apoſtolus, quod in vno homine reperiatur homo ioterior, & exterior in *2. Corinth. 4.* vocatur Spiritus homo ioteri-
17 or, & Caro homo eſterior, & licet is qui foris eſt oofter homo corrumpatur, tamen is qui intus eſt renouatur de die in diem, & etiam idem *Paul. ad Rom. 7. Condeleƈtor legi Dei ſecundum interiorem hominem*, Itaque vnus homo iudicatur, ac ſi eſſent duo homines diuerſis reſpeƈtibus, *l. ſi Conſul. ff. de adoptio. Belarmin. contra Braelaynm cap. 17.* Sic etiam in poteſtate publica conſideramur duæ poteſtetes diuerſis reſpeƈtibus diſtinƈtæ, vna eſt Supremæ authoritatis circa ſententias definitiuas, vt alteri non ſubiciatur, & iſta eſt poteſtas Sacri Conſilij Neopolitani Altera vero eſt reſpeƈtu ordinatoriorom, & circa ea, quæ ad commune, & publicum regimen pertinent, & hæc videtur dependens à Coosilio à latere ipſius Regis, ad inſtar Principis poteſtatis, quæ etiam ex duabos partibus componitur, vno ſc. iuriſdiƈtionis, altera proteƈtionis, prima verſatur circa omnes laicos ſubditos. Secunda vero erga Clericos, qui licet noo ſint ſubditi iuriſdiƈtioois, ſunt tamen vti ciues ſubditi proteƈtionie, quæ circa aƈtus eſtraiudiciales exteoditur, v. beoe perpendit *Pereyra de manu reg. cap. 22. n. 3. p. 2.*

His eti. n non obſtat, quod poſſit Collaterale Conſilium cauſas ad ſe auocare, io aliquibus caſibus. Primo ſcilicet, quando cauſa, quæ pendet in Sacro Conſilio haberet aliquam connexionem, cum altera pendente in Collaterali Conſilio, *Capyc. Latro deciſ. 200. num. 46. & ſeq.* Secundo quando ageretur de interpretatione alicuius pragmaticæ per ipſum ſupremum Conſilium à latere, vt teſtatur praƈticatum *Reg. Sanfelic. d. c. 299* Vel tandem ſi à Sacro Coosilio diuerſimode in vno articulo in eius aolis iudicaretur, Vel ſi ipſemet articulus vno modo iudicaretur in Regia Camera, contrarius vero in Sacro Conſilio definiretur, tunc Rex, vel eius Protex debet omnes aulas Sacri Conſilij vnire, & ſi ſibi placuerit in Collaterali Conſilio illas congregare, & quod iudicatum fuerit debet ab omnibus Iudicibus obſeruari, tradit *Surgente de Neapol. illuſtr. cap. 19. num 8.* & ita teſtatur *AffliƐ.* fuiſſe praƈticatum *in add. ad cap. 6. num. 2.* authoritate Regentis Rouit, & Reg. de Pōte, ſed talis poteſtas non aliquid derogat authoritati noſtri Senatus, quia hæc omnia concernunt regimen politicum, non iuſtitiæ, vt ſupra dixi.

PRÆSTANTIA XV.

Præſtantia Sacri Conſilij Neapolitani eſt, vt Fiſci cauſas per viam recurſus cognoſcat.

SVMMARIVM.

1 *Fiſco competit appellatio de iure communi à decretis contra ſe latis.*
2 *Appellare non poteſt Fiſcus à decretis abſolutorijs in cauſis criminalibus, de iure Regni Neapolitani.*
3 *Fiſcus in multis Curijs Europæ non appellat in cauſis criminalibus, per diuerſa ſtatuta illarum Curiarum.*
4 *Fiſcus non habet in criminalibus repulſam teſtium, ſed tantum vtitur interrogatorijs, nec habet terminum ad magis impinguandum.*
5 *Recurſum habet Fiſcus, quando non habet appellationem in cauſis criminalibus.*
Recurſus eſt quædam ſpecies appellationis.
debet peti per Fiſcum apud noſtrum Sacrum Conſilium
6 *non conceditur à noſtro Sacro Conſilio, niſi appareat ſententia notoriè iniuſta.*
7 *competit à decretis latis per Iudices delegatos.*
8 *conceditur etiam à decretis interloqutorijs abſolutorijs.*
9 *Appellatio conceditur Fiſco, non recurſus, à decretis remiſſionis cauſæ, vel à decreto, quod gaudent Indulto, & cur.*
10 *Recurſus petitus impedit ſententiæ exequtionem in cauſis criminalibus, maxime per pragmaticam noſtri Regni.*
11 *competit Fiſco in gradu reclamationis, etiam aduerſus ſententias latas ab eodem S. C.*
12 *Fiſcus in illis caſibus in quibus non poteſt petere recurſum poterit de nullitate dicere.*
13 *recurſum petere non poteſt in noſtro Sacro Conſilio de decretis latis per Audientias noſtri Regni.*
14 *Recurſus non competit Fiſco in cauſis pecuniarijs ex criminibus deſcendentibus, ſed appellatio.*
15 *competit Fiſco ex eiſdem aƈtis, non ex nouiter producendis.*
16 *non competit Fiſco ſuper minoratione pœnæ ſicut non competit reſtitutio.*

VT Præſtantia noſtri Sacri Conſilij cognoſcatur circa præſentem materiam, eſt
1 præmiƈtendum, quod Fiſco non prohibetur de iure communi appellatio, ab illis decretis
con-

contra ſe'la is, *l. litigatoribus C. de appellat. l. non tantum ff. eod. l. addictus C. de Epiſcopal. audien. D cius Innoc. & Abbas in cap. cum clamor de teſtibus Fontanell. dec. Cathalon. 122. & 523. tom. 1. & dec. 412. & 413. tom. 2. Buccar. de differ. inter Iudic. ciuil. & crim. differ. 174. num. 7. Guazzin. de confiſcat. bonor. concl. 30. num. 1. Reg. Capyc. Latra. dec. 165. num. 57.* alios citat *Altimar. de nullit. rubr. 4. quæſt. 23. n. 1.*

Sed de iure noſtri Regni, non appellat Fiſcus à ſententijs abſolutorijs in cauſis crimina-
2 libus, vt conſtat ex noſtris ritibus M.C.V. 258. & 261. vbi late noſtri Gloſſatores, ſc. *Caranita, & Dom. Petra*, & etiam tradunt noſtri Regnicolæ, ſcilicet *Capyc. dec. 114. Gramatic. dec. 14. Niger in cap. Regni plerumque col. 4. pag. 584. Faller. in practic. crimin. verſ. pœna num. 82. & verſ. vnum tamen fol. 370. Franc. dec. 148. num. 1.* vbi *Luca, Troiſius in ritu 41. num. 16.* cæteriq; relati per *Dom. Petram in d. ritu 258. num. 1.*

Quorum Rituum diſpoſitio in moltis Italiæ, atque Europæ regionibus ſeruatur, per ſuas
3 particulares ſanctiones dixerunt, *Marchesan. de commiſſ. par. 2. in commiſſ. appell. cap. 2. num. 35. Guazzin. de confiſcat. concl. 30. num. 25. Ludouic. dec. lucenſ. 1. num. 47. Ciarlin. lib. 1. cap. 10. num. 146.* prout in Senatu Mediolani teſtatur. *Clar. in quæſt. 94. num. 3* & in tota Italia dixerunt *Ludouic. d. dec. Lucenſ. 1. à num. 1. Boſſ. in praxi crim. tit. de appellat. num. 7. D. Petra in ritu 258 num. 2.* Similiter in Curia Romana Fiſcus non appellat per bullam *Pij 4. conſtit. 74. verſ. minus etiam Macerat enſ. lib. 3. var. reſol. 41. nu. 2.* licet hodie fuiſſe innouatum per aliam *conſtit. 85. verſ. cum ad ſignaturam*, poſt *Farinac.* & alios affirmat, *Conſ. Altimar. d. q. 23. nu. 11. & 12.*

At nedum in Italia, ſe in tota Europa eadem diſpoſitio procedit, prout legimus, quod in Cathalunia non poſſit Fiſcus appellare, aut ſupplicare, tam in ciuilibus cauſis, quā criminalibus, ex conſtitutione illius Principatus refert *Michael. Ferrer. par. 3. obſeru. 21. Calicius in Margarita Fiſci in 4 dub. num. 15. Cancer. var. lib. 1. cap. 17. num. 15.* Idem in Belgio obſeruari fatetur, *Damhouder. in praxi crimin. cap. 149. nu. 2. Boſſius in praxi crimin. tit. de appellat. num. 7.* concordat ius Saxonicum, de quo iure prohibita eſt Fiſco appellatio in cauſis criminalibus, *Minſiger centur. 4. obſeru. 41. Coler. dec. Germaniæ 22. num. 18. Riccius collect. 2470. Capyc. Latro d. dec. 165. num. 41.*

Ratio, quæ mihi ſuadere poterit cur ita ſtatutum per noſtras patrias leges, illa aſſignari poterit, quia cauſæ criminales debent cito terminari, ne pauperrimi Rei tam per mendis iudicijs macerentur, cum ergo Fiſcus tot diligentias adhibuerit aduerſus inquiſitos, & tamen p[...]orias fuerunt vti innocentes liberati, ad quid alijs nouis vexationibus illos premit, & denuo in gradu appellationis illos curat defatigare, proinde ſat eſt, ſi Fiſcus ad perſecutionem ſuos conatus adhiberit, quorum cura cum multa ſit, non debet iterum innocentes ad iudicium criminum trahere in cauſa appella-
4 tionum, id circo noſtræ leges municipales parum fauent in cauſis criminalibus Fiſci iuribus, hac etiam de cauſa videmus, quod in criminalibus Fiſcus non habet repulſam teſtium in noſtro Regno, ſed tantum illius loco vtitur interrogatorijs, ſcilicet interrogare teſtes productos ad defenſam Reorū, ſtatuit *pragm. 39. num. 9. §. 5. de offic. Magn. Iuſtit. Caranit. in ritu 258. Ronit. in pragm. 5. de recip. mal. fact.* & poſt alios relatos *Dom. Petra in ritu 265 num. 29. tom. 3.* vbi *in eod. num. verſ. neque* eius deciſionem refert, & ex ſtatuto *Pauli V*, in Curia Romana practicari dixit *Zuffus de criminal. proceſſ. legitimatio. quæſt 123. num. 10.* nec etiam habet terminum ad magis inpinguandum, & ad elaminandum alios teſtes poſt terminum completum, *Petra in annotat. ad Capyc. dec. 55. Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de offic. Fiſci cap. 1. nu. 3. Nouar. de grauam. Vaſſal. tom. 2. grauā. 162. num. 2. Reg. de Marin. in obſeru. ad Reg. Reuert. deciſ. 393. ſub num. 1. verſ. tertia Conſil. Petra in d. ritu 258. num. 4* & tandem *Maueſca de legib. public. iudic. gloſ. 6. num. 74. pag. 216.*

Sed eſt etiam verum, quod licet Fiſcus à d. ſententijs liberatorijs in cauſis criminalibus
5 non appellet, poterit tamen habere recurſū ad Superiores Iudices, ſi prætendit ſe grauatum à d. ſententijs, per viam ſupplicationis, ſeù reclamationis, prout qualitas cauſæ expoſcit, *Muſcatell. in praxi crim. in rub. de iniur. & fam. libell. num. 40. Capiblanc. de baron. pragm. 8. num. 125. Reg. Ronit. dec. 14. nu. 4. Reg. Sanfelic. dec. 4. num. 9. Reg. de Marin. tom. 1. quotid. cap. 328. à num. 8.* alios congerit *Dom. Petra in d. ritu 258. n. 5.* qui dicit, quod de totius Italiæ conſuetudine conceditur Fiſco recurſus, cum *Gramatic. dec. 14. & Farinac. de var. & diuerſ. crim. quæſt. 101. nu. 32.* prout in Statu Cathaluniæ, quod habeat recurſum, dixit *Cancer. lib. 1. cap. 17. nu. 15. & lib. 3. cap. 18. nu. 29.* ſemper enim, quod non conceditur appellatio, competit recurſus *Gramatic. dec. 35 nu. 1. 2. & 4.* talis enim recurſus eſt quædam ſpecies appellationis, *l. ne diſtinguemus §. cum quidam ff. de recept. arbitr.* & debet peti per Fiſcum intra decem dies, quando eſt lata ſententia per Iudices inferiores Delegatos, *argum. tex. in auth. ho-*

die

die C. de appellat. sed si sit lata per Iudices Superiores, debet proponi infra biennium, iuxta *tex. in auth. quæ supplicatio Cod. de precib. Imper. offer. Rouit. dec. 14. num. 8. & dec. 16. n. 5.* vbi dicit, quod tempus petendi recursum reguletur à temporibus appellationum, & reclamationum, *Reg. de Mariu. cap. 150.* Nec est nomen nouiter apud nos inuentum, sed est cognitum, tam de iure ciuili in *l. eos Cod. de appellat.* quã de iure canonico in *cap. licet de electio.* & idem sonat ac querela grauaminis illati, dixit *Marant. in 6. par. principal. quæst. 1. num. 11.* & sequitur *D. Altimare de nullit. rub. 1. quæst. 9. n. 3.*

His cognitis PRÆSTANTIA S. C. in hoc consistit, scilicet quod talis recursus debeat peti
6 per Fiscum apud nostrum S. Consilium, & noster Sopremus Senatus debet cognoscere de notoria iniustitia lata per M.C.V. in prędictis sententijs liberatorijs causarũ criminalium, vt testatur noster *Franch. in decis. 148. num. 2. & decis. 467. num. 6. & dec. 470. num. 9.* cuius praxim ponit *Reg. Tapia in cap. Regni plerumque num. 4.*, vt scilicet offeratur supplicatio pro parte Regij Fisci Præsidi S. C., vbi se grauatum dicat à decreto M.C. Vicariæ, & per Spectabilem Præsidentem fit Regia decretatio, quod M.C.V. relationem faciat ad finem prouidendi, si sit deferendum petito recursui, & proposita causa in S.C., si visum fuerit fuisse iura fiscalia læsa, per decretum latum per M.C.V; Secrum Consilium præcipit, vt deferatur prædicto recursui, si tamen grauamen non cognoscatur notoriè fuisse illatum, non defertur recursui, vt dixerunt nostri practici, scil. *Franc. d. dec. 148. num. 7.* vbi *Luca in obseru. num. 2. Reg. Capyc. Latro dec. 165. num. 23. Masull. ad Capyc. dec. 144.* & tandem *D. Altimare d. quæst. 9. num. 17.* Dixi quod requiratur, vt notoriè grauamen cognoscatur fuisse illatum, quia si liberatio non est notoriè iniusta, S. Consilium non admittit recursum, fatetur *Francus d. dec. 148. num. 7. & 8.* quia in dubio est præsumendum pro sententia, per *l. herennius §. Saia ff. de euictio.* & sequitur *Petra in d. rit. 258. num. 10. & in ritu 261. num. 11.* & debet esse iniustitia magis notoria in recursu, illa, quę requiritur in appellatione, per quam agitur via ordinaria, fatetur *Reg. Capyc. Latro dec. 165. num. 18. & seq.* quod approbat *D. Altim. d. quæst. 9. num. 19. Tapia de iure Regni lib. 3. tit. de senten. inscript. proferen. num. 40.*

Amplia primo, vt competat etiam recursus à decretis latis per Iudices delegatos, *Reg. de*
7 *Mariu. lib. 1. resol. 150. Rouit. in dec. 14. in fin.* qui ita dicit iudicatum, *Dom. Conf. Altimar. de nullit. d. quæst. 9. num. 18. & rub. 4. quæst. 23. num. 25.* sed supplex libellus porrigitur Dom. Proregi eiusque Collaterali Consilio, à quo ordinatur, quod M. Curia Vicariæ relationem faciat in Collaterali Consilio, vbi causa grauaminum proponitur, & si appareat iniustitiam fuisse illatam Regio Fisco, fit decretum per idem Collaterale Consilium, vt deferatur petito recursui, sin minus denegatur, *Dom. Altimar. loc. cit. num. 17.* nam quando à delegatis Principis fertur sententia, appellatio proponitur ad ipsum Principem *l. 2. l. eos Cod. de appellat.* eodem modo ab omnibus Delegatis, ad delegantem datur recursus, vt in *tot. tit. ff. quis, & à quo appell. à delegatis.*

Amplia 2. vt competat recursus Fisco, nedum à sententijs absolutorijs criminalibus defini-
8 nè latis, sed etiam à decretis interloqutorijs, puta remissionis causarum, vt gaudeant indulto, & similibus, quæ non continent absolutionem inquisitorum, *Carauit. in hoc ritu num. 2. Petra ad Grammatic. dec. 14. num. 7. Danza de pugna. DD. in tit. de Offic. Fisci* alios colligit *Petra in d. ritu 258. num. 25.* ratio est manifesta, quia Fiscus à d. decretis interloqutorijs non potest appellare, non minus ac non poterit appellare à decretis absolutorijs, *Poller. in praxi crimin. in verb. pænis debitis feriantur num. 82. Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. 3. de electio. offic. §. 1. num. 51.* alijque relati ab *Altim. in addit. ad dec. 14. Reg. Rouit. nu. 4. vers. & ritus. & in tract. de nullit. rub. 4. qu. 23. nu. 27.* & cum iuribus fiscalibus debeamus de condigno prouidere, si à dictis interloqutorijs non competit appellatio per nostros ritus, debet competere recursus. Non nego tamen, quod nostris regnicolis placuit dicere, quod competat Fisco appellatio à decreto remissionis, vigore nostri Ritus, cum non sit decretum absolutionum, de quo loquuntur nostri Ritus, qui cum sint iuris com-
9 munis correctorij, debent intelligi de eo casu, de quo loquuntur, eo magis, quia articulus reputatur merè ciuilis, proindè cum non sit criminalis, non subiacet dispositioni d. ritus, vt tradit *Reg. Sanfelic. dec. 4. n. 8.* sicut potest appellari à Fisco, à decreto quod inquisitus gaudeant indulto, ob eandem rationem, quia articulus est merè ciuilis, dixit *Danza de pugna DD. par. 1. tit. de Fisco num. 45;* & ita in praxi obseruari fatentur *Capyc. Latro d. dec. 165. num. 40. & Luca ad Franc. obseru. 148. num. 3. circa finem*, sed quidquid sit de veritate talis conclusionis, quam noluit resoluere *Dom. Petra in d. ritu 258. num. 25*, attamen talis quæstio mihi videtur quod versetur circa vocabula rerum, non circa substantiam ipsius rei, nam dum dixi supra, quod recursus sit quedam species appellationis, si Fisco non competit appellatio à d. decretis interloqutorijs secundum eorum sententiã,

Rrr debet

debet omnino competere recursus, & si cō-
petit appellatio sufficit tale remedium or-
dinarium, per quod non conceditur extra-
ordinarium, igitur sat est, vt iuribus fiscali-
bus sit prouisum, vel per appellationem, vel
per recursum.

Amplia 3. vt sit tantæ efficaciæ talis recur-
sus, vt impediat sententiæ exequtionem, &
ratio est, quia cum sit remedium hoc extra-
10 ordinarium regulatur à remedio ordinario,
ne sit magis priuilegiatum hoc remedium
extraordinarium remedio ordinario, vt di-
xit *Reg. Ronit. in d. dec. 14. num. 8. in fine*, si igi-
tur appellatio suspendit iudicatum, etiam
debet recursus eius exequtionem impedire,
ita concludunt, licet non ob istam rationem
*Nenizan. cons. 44. num. 11. & cons. 97. num. 23.
Magon. dec. lucens. 23. num. 3. & seq. Altimar.
d. quæst. 9. num. 13. & seq.* & est ita verum
vt tale remedium extraordinarium recur-
sus reguletur ad istar remedij ordinarij, ap-
pellationis, quod sicut dantur decem dies ad
appellandum per viā appellationis, & biēniū
in causa reclamationis, ita etiā dicūt *DD.* de
recursu, vt infra prædicta tēpora peti debeat
à Fisco, dixit idē *Ronit. in d. dec. 14. n. 8. in fine,
& dec. 16. num. 8. in fin.* & ita per iura nostri
Regni fuit dispositum in *pragm. 10. nu 40. de
offic. Iudic.*, vt scilicet per recursum petitum
per Fiscum impediatur exequtio sententiæ,
cum facultate tamen concessa Regijs Au-
dientijs nostri Regni, posse inquisitos habili-
tare cum cautione, si à decretis d. Audientia-
rum petatur recursus per Fiscum.

Amplia 4. vt possit S. Consilium cognoscere
de recurso petito per Fiscum in gradu recla-
mationis, aduersus sententias eiusdem S. C.
11 colligitur ex traditis per *Reg. Ronit. in d. dec.
14. num. 7.* vbi dicit debere obseruari circa
præsentem materiam tempora supplicatio-
num, & hec est reclamatio, quæ à sententijs
S. C. petitur, quod comprobat in *dec. 16. nu.
5.* vbi quia Fiscus reclamabat à decreto Iu-
dicum superiorum, qui erant Consiliarij, li-
cet Delegati, tamen quia fuit propositus re-
cursus infra biennium, quod est tempus recla-
mationis, fuit admissus.

Amplia 5. vt in illis casibus in quibus non licet
Fisco appellare, & recursum petere, attamen
ei licet de nullitate dicere, *Foller. in praxi
12 crim. vers. pænis debitis num. 83. Dauna de
pugna Doctor. cap. 1. tit. de offic. fisci num. 88.
tom. 1. Reg. Capyc. Latro dec. 65. num. 24.* alios
refert, & sequitur *Dom. Cons. Altimar. in ob-
ser. ad dec. 14. Ronit. vers. vbi 2. obserua.*

Limita primo, si recursus petatur à decretis la-
tis per Regias Audientias huius Regni in
13 nostro Sac. Consilio, quia recursus peti de-
bet à Fisco in M. C. Vicaria, statuit *pragm. 10.
§. 40. de officio Iudic.* ideo non spectat ad Su-
crum Consilium de tali primo recursu co-
gnoscere. Sed quid si M. C. V. cōfirmauerit de-
cretum Regiæ Audientiæ absolutorium iux-
ta terminos nostrorum Rituum, an possit se-
cundum recursum petere in nostro Supremo
Senatu, dicerem quod si competeret priuato
appellatio, competere debet Fisco recursus,
sed si priuato non competit ob regulam duo-
rum decretorum conformium, nec etiam Fi-
scus vti potest tali remedio, vt videtur con-
cludere *Dom. Petra in ritu 251. n. 9.*

Limita 2. in causis pecuniarijs ex criminibus
descendentibus, scilicet quando pœna non
14 est corporalis, sed pecuniaria, hoc casu si Fi-
scus se grauatum à decreto dicat, non com-
petit recursus, & ratio est, quia quan-
do adest remedium ordinarium cessat
extraordinarium, & dum in hoc casu Fiscus
habet remedium ordinariū, scilic. appella-
tionem, non poterit petere recursum, quod
autem non prohibeatur Fisco appellatio ab
istis decretis pecuniarijs, deducitur ex verbis
nostri ritus ibi: *criminaliter procedendo*, id-
circo competere Fisco appellationem in casu
proposito dixerunt *Reg. Capyc. Latro dec. 165.
num. 41. Sanfelic. dec. 4.* & licet Petrus Anto-
nius Panza in quadam allegatione impressa
per *Reg. de Marin. in 3. tom. alleg. 16.* co-
natus fuerit probare, quod à pœna cōdemna-
toria incursa ab inquisito de seruandis con-
finibus non possit Fiscus appellare, tamen
in contrarium est veritas, & impugnatur etiā
à *Luca ad Franc. dec. 148. n. 3.*

Limita 3. vt Fiscus petendo recursum, non pos-
sit nouas probationes deducere, sicut potest
15 in appellatione, quia Fisco competit recur-
sus ex eisdem actis, non ex nouiter produ-
cendis *Gramatic. dec. 35. Surgente de Neapol
Illustr. cap. 19. n. 8. circa fin.*

Limita tandem si Fiscus vellet petere recursum
16 pro minoratione pœnæ, nam in hoc casu
non competit, quia vbi non competit resti-
tutio, neque competere potest recursus, quia
restitutio requirit simplicem lesionem, & re-
cursus notoriam iniustitiam, quæ est maior
lesione; sed Fisco non competit restitutio
aduersus minorationem pœnæ præfixæ à Cu-
ria, vt communiter dixerunt *Angel. in l. fin. ff.
si quis testam. lib. esse iussus fuerit Alex. in ad-
dit. ad Bart. in l. auxilium ff. de minor. Cre-
mens. singul. 22. Anton. Gabriel. conclus. 13. lib.
7.* igitur neque competere debet recursus.

PRÆ-

PRÆSTANTIA XVI.

Præstantia Sacri Consilij Neapolitani est, vt assistant duo Consiliarij ad Magnam Curiam Vicariæ Criminalis.

SVMMARIVM.

1. *Mag. Curia Vicaria est Tribunal Tremendū, & rigorosum.*
2. *Seueritas est necessaria in Iudice.*
   Seueritatis descriptio traditur.
3. *Seueritas multoties in crudelitatem commutatur.*
4. *Crudelitas est excessus Iudicis in puniendis culpis.*
   eius signa referuntur.
5. *Seueritas punit Reos cum animi merore, sed non impedit exercitium iustitiæ.*
6. *Consiliarij duo Sacri Consilij assistunt vti Iudices ad Mag. Curiam Vicariæ ad temperādum eius rigorem.*
7. *Consiliarij sunt graues Senatores, & æqui.*
   Seueritas an possit cum æquitate iungi.
   Pœna commensurari debent delictis, iuxta crimiuum circumstantias.
8. *Seueritas Magnæ Curiæ Vicariæ debet esse temperata.*
9. *est necessaria in Iudice sed temperatè.*
10. *Æquitatem debent seruare illæ Curiæ, vbi supremi Magistratus admiscentur.*
11. *Pœnæ sunt hodie omnes arbitrariæ, sed quid in suprema Curia.*
    Honor maior apud supremas Curias reportatur ex absolutione quam ex condemnatione.
12. *Iudices crudeles sunt, si pœnas vltra leges extendunt, & ex iusto Dei iudicio varijs modis plectuntur.*
13. *Epicheia differt à clementia, & Iustitia.*
14. *Epicheia non respicit ad partem sed ad totū, non ad modicum tempus, sed ad eius diuturnitatem.*
15. *Æquitas in materia ciuili est facilius obseruanda.*
    Maritus nimis seuerus prebet causam diuortij.
    vxorem temperate corrigere licet.
    Marito non licet eodem modo vxorem regere, quo regendi sunt serui.
16. *Iudex debet esse mitis, & æquus erga pupillos, & Viduas.*
17. *Consiliarij Sacri Consilij assistentes ad nostrā M.C. considerantur vti meri Iudices, excepta solum solutione accessus, & salarij quæ soluitur vti Consiliarijs.*

Tribunal tremendum est nostra Magna Curia Vicariæ in puniendis delictis, hec 1 enim nulla personæ aut dignitatis habita ratione, ferro, vel laqueo prout res postulat animaduertit, eius Iudices vti delictorum inquisitores acerrimi, nullis reorum illecebris mouentur, sed iudicialibus causis intenti, & maximis curis impliciti summā iustitiem exercent, maxime circe etrociora delicta, pute contra ciuadicam seditetem, nummorum edulterationem, eliaque grauiora scelera, quæ seuera viudiceut potestate.

Est enim seueritas necessarie in Iudice, cum 2 absque ille stere iustitia nequeat, vt lete retionibus, & autoritetibus probat *Velasch. de Iudice perfecto rub. 8. an not. vnica num. 1. & 2.* maxime circa inflictionem pœnarum, quando recta ratio hoc requirit, quo casu debet Index esse seueritate inflexibilis *D. Tho. 2. 2. quæst. 57. art. 2.* & bene dixit, quie seueritas est inflexibilis animi rigor, nil de merite, vel stetuta pœne remittens, vt describsit *Laurentius Beyerlich. in theatro vit. hum. tom. 4. verb. seueritas*, & ite agere debet d. Mag. Curia vti Iudex Inferior, & Ministee legis, quod dixit etiam idem *D. Thom.* vt seueritas sit enimi virtus in iudicando, & imperando dixit, *D. Thom. in 2. 2. dicta quæst. 157. art. 2.* proindè inter virtutes morales connumeratur, cum seuerus dicatur quasi semper verus, nec vlla gratie eut illecebrie mutabilis. Etsi in Iudice seueritas vti virtus iudicatur, in Principe vero eius Meiestatem, & dignitetem euget, dixit *Franc. Patritius de Regno lib. 8. cap. 6.*

Multoties experti fuerunt Regnantes, vt sene- 3 ritas in sçuitiem seu crudelitatem commutetur, cum vt plurimum eueniec, vt Feriui Iudices, licet causem habeant in puniendis delictis, modum vero excedant, & non aliter commissum sibi munus benè exequi putent, neque ed maiores Magistratus vitæ sternere posse, nisi iustè, vel iniustè reorum sanguine cruententur, & epud Superiores seueritatis famam, & numen adipiscentur, hec de causa in crudelitatis autem sepè incurrunt, vt notat *Seneca in lib. de clementia*

4 *ad Neronem*; quæ est vitium humanum excedens modum puniendi culpas, vt dixit *D. Thom. 2. 2. d. quæst. 159. art. 1.* vel quedam atrocitas animi in penia exigendia *Seneca in d. lib. de clemen.* videtur enim iniustè, & fine causa punire, qui modum excedit, & benè dixit *Solorzan. in emblem. 73. num. 2. in fin.* quod possit æquitas esse in causa, iniquitas in modo, etque excessu iuxta illud *Horatij lib. 1. sermon. satyr. 1.*

Est modus in rebus sunt certi deniquæ fines.
Quos vltra citraque nequit consistere rectum.

quam crudelitatem apod Iudices fuisse
insitam, aperta signa cognoscuntur ex tru-
culenta facie, violentis spiritibus, voce
terribili, vel si ora minas, & cruentum im-
perium exprimã., & taodem si ferina rabie
sanguine gaudebant, & vulneribus non com-
mouentur.

At seoeritas punit reos cum animi merore, vel
5 misericordia, quæ non impedit exercitium
iustitiæ, quia necesse est naturæ coodolere,
sed magis legibus obtemperare, vt de *Biante*
refert *Stobeus sermon.44. & Strabo lib.9.Geo-
graphiæ cap.* 14. voluit enim politici, vt sint
Iudices delictorum, & inquisitores acerrimi,
sed sine ira, & cruore hoc agant, quando-
que ad crimina leuiora non granatè con-
uiaent, vt salubres magis quam ambitiosi
Iudices se prebeaot.

Vt autem talis seuitia in dicto Tribunali nostræ
MagnæCuriæ tẽperetor, est per nostrum spe-
ciale statutum ordinatum vt duo Consilia-
rij nostri Senatus assistant vti Iudices in d.
Pretorio, *vt in pragm.2. vers. nunc vero de Of-
fic.S.R.C.*, & dicunt nostri Regnicolæ hoc
ideo fuisse sancitum, vt valeant temperare
rigorem Mag. Curiæ Vicariæ, notant *Topius*
6 *de orig. Tribun par,2.lib.1. cap.5. num.* 8. *D.
Cons. Altomar. in obseru. ad cons.* 102. *Rouit.
num.* 9. *tom.* 2. idem *Rouit. in pragm.* 6. *num.*
8. *de Commissar. Tasson. de antefato vers.* 3. *ob-
seru.* 3. *nu.*68. & 168. qui in *num.*170. sub-
dit, quod fuerint designati ad assistendum
in d. Tribunali ad cultum iustitiæ regẽdum,
vti prudentiores, & sapientiores, & etiam
norauit. *Franc.dec.*148. *in fin.*

Isti enim Consiliarij vti pars Senatus, qui æqui-
tatem obseruat, licet inuicti animi sint, &
inflexibiles, atrameo sunt graues, Senato-
res Prudentes, & modesti. Amici bonorum,
& inimici Tyrannorum, hostes criminum,
& vitiorum, emendatæ vitæ, doctrina clari,
moribus singulares, sed omnes istas virtutes
cum æquitate exercent, quia summum ius nõ
admista vlla æquitate in puniendis sootibus
iniustitia est, & licet videatur dicendũ, quod
seueritas, & æquitas nec iungi inter se pos-
7 sint, nec commisceri *Aga b. l.* 4. tamen me-
lius dixit *Aristotiles* Philosophorum Magister
lib.2. ethic. quod. Æqualitas sit medium in-
ter defectom, & excessum, & possunt simul
seueritas cum clementia iungi, sine labe iu-
stitiæ eruditè discurrit meus gentilis *Æ-
gidius Romanus de regim. Princip. in 2. par. 3.
lib. cap.* 29. *in fin.*

Isti enim bene perpendunt, quod noo tam õ-
mibus ignoscere sit crudelitas, quam etiam
nullum modum tenere inpæois Infligendis
8 *Seneca lib. de clementia ad Neronem*, & vt iux-
ta criminum circumstantias pænæ conmen-
surari debeant, nam grauibus erroribus
graoia supplicia conueniunt, lenibus leuia,
& sicot grauissimis, molestimisque morbis
leuissima pharmaca non conoeniunt, quia
ea magis irritant quam mitigant vim mor-
bi, sic leuia supplicia si grauissimis sceleri-
bus iniungantur, fit impunitas quedam, &
quasi renouata licentia ad eadem flagitia,
cum scelestos laciant cautiores, & non timi-
diores. Sin grauia pharmaca leuissimis mor-
bis adhibeantur, vniuersi corporis salus in
magnum discrimen ac periculum inijcitur,
& ita fit in Ciuitatum, & Reipublicæ ægritu-
dinibus, si eadem forma pænæ regulentor.
Impunitas igitur fit ob licentiam scelerum,
crudelitas impellit ciues ad res oouas, & ad
subditorum defectionem, igitur quodam
mistum iudicium est tenendum inter seue-
ritatem, & lenitatem, quæ æqultas est, ita per
similia verba discurrit *Natalis Comes lib.*
14. *histor.*, sed cur inuestigamus Sapieotom
responsa, si habemus legislatoris placitum
in *l. respiciendum* 11. *ff. de pænis*, vbi dicit
*Respiciendum est iudicanti ne quid aut durius
aut remissius constituat, quam causa deposcit,
nec enim aut seueritatis aut clementiæ gloria
affectanda est, sed perpenso iudicio, prout quæ-
que res expostulat statuendum. Plane in leniori-
bus causis proniores ad lenitatem Iudices esse
debent, in grauioribus pænis seueritatem legũ
cum aliquo temperamento benignitatis subse-
qui.*

Seueritas certe est necessaria in Iudice, sed co-
9 ram Supremo Magistratu debet esse tempe-
rata, ne acerbitas speciem iniustitiæ sumat,
vt cum multis affirmat *Valasch. de Iudice
perfecto rub.*8. *annot. unica num.* 3. & *in rub.*
14. *annot.*1. *num.* 8. & 9. idcirco in hoc misto
Tribunali M.C. Vicariæ, vbi assistunt duo
Consiliarij superioris ordinis, miscenda est
cum seueritate clementia, & etiam in Reorũ
punitione potius obseruanda correctio quã
punitio, & aliquando vna cum altera tem-
peranda, & commiscere humanitatem cum
seueritate, charitatem cum potestate, & cle-
mentiam cum asperitate, vt colligitur ex
cap. licet 1. & 2. *cap. disciplina, cap. vera iu-
stitia* cum alijs 45. *destint. Lucas de Penna in
l.1. C. de decurio. lib.*10. *Valenzuola cons.* 164.
*à num.*72. *Pegas ad ordin. Portugal. lib.*1. *tit.* 1.
glos 27 *Bouadilla in politic. lib.*3. *cap.*11. *Vela-
sc. consult.* 26. *in fin.* & confirmat *Concil. Tri-
dent. sessio.*13. *cap* 1. *de reform.* per ista verba
*cum sæpè plus erga corrigendos agat beneuolen-
tia, quam temeritas, plus exhortatio quam com-
minatio, plus charitas quam potestas. Sin autẽ
ob delicti grauitatem virga opus fuerit, tunc
cum mansuetudine rigor, cum misericordia
iudicium, cum lenitate seueritas adhibenda est*,
& etiam dixerunt. *D. Gregor. hom.* 21. *super
Ezech. Origin. hom.* 4. *in lib. Iudi. Erasm. lib.* 8.
apoph.

apoph. Seneca lib.1. de clem. cap. 9. Viues de concord. & diſcord. lib. 3. multa exempla tradunt *Pacat. in penegir. ad Theodoſ. Gerard. de Roo lib. 5. in Auſtria cap. 4. Muret. lib. 4. var. cap. vltimo Valenzuola d. conſ. 164. num. 62.*

Debent etiam iſtæ Curiæ vbi ſupremi Magi-
10 ſtratus regunt, vel admiſcentur æquitatem
ſeruare in iudicijs, nam iſti vti Iudices ma-
iores non ita ſtrictè adſtringuntur ſequi legũ
rigorem, ſed ſuper illo ex ęquitate diſpen-
ſare, & legum iudicia ad æquitatem diri-
gere, quæ habet locum in Aula, & Conciſto-
rio Principis latè *Caualcan. de brachio Regio par. 6. in rubrica Æquitas in Aula, & Conciſtor. Principis cap. 1. ſub. num. 202. Afflict. in conſtit. Regni ſi quis in poſterum in 3. notab. ver. ſed iuxta hoc quero Gramatic. dec. 76. n. 33. & 34. Franch. dec. 5. in fin. Lanar. conſ. 79. nu. 11. Caluin. de æquitate lib. 1. cap. 5. num. 4.* vbi
11 late probat, poſt alios à me adductos *in c. 1. præſt 14. num. 23. & 24* & de his Curijs loqu-
tus fuit Conſtantinus Imperator *in l. placuit C. de Iudicijs*, vbi dixit *placuit in omnibus rebus præcipuam eſſe æquitatis, quam ſtricti iuris rationem*, quod etiam ſcripſit *Cicero in orat. pro ligario. Populo, & Senatui permiſſum eſſe, non autem Iudicibus à verbis legis recedere Solorzan. in eblem. 63. n. 4.* & de
noſtra Magna Curia videtur loqutum fuiſſe *Symmach. lib. 10. epiſtol. 52.* vbi dixit *hanc perfectè eſſe cauſarum rationem, ſiue fortunarum, vt in controuerſijs alius iure, alius æquitate ſuperior ſit*, & in hoc caſu dicendum eſt
fuiſſe loqutos DD. qui aſſeruerunt omnes pœ-
nas hodie eſſe arbitrarias *ſcil. Tiraquell. in l. ſi vnquam in verb. reuertatur num. 246. Alciatus in l. poteſtatis verb. ff. de verbor. ſignific. Cabot. 2. diſp. cap. 6. Calder. lib. 3. var. cap. 4.* ſunt enim penæ arbitrariæ coram ſuperio-
ribus iudicibus, vbi tamen aliquæ cauſæ
delictum circumſtant, quæ benignitatem
ſuadent, nam apud ſupremas Curias maio-
rem honorem ex abſolutione, ſi id cauſæ
merita tulerint, quam ex dura, & iniqua cõ-
demnatione conſequntur, notabiliter dixit
Decius conſ. 175. quem laudat eruditus *Solorzan. in emblem. 73. num. 19.*

Sed in maiorem errorem incidunt, qui nedum
12 benigniorem, quam ſequi poterunt legis tẽ-
perationem, ſeu interpretationem non am-
plectuntur, ſed ipſa lege ferociores, & inhu-
maniores, ipſius pœnas, & condignam deli-
cto animaduerſionem, abſque vlla iuſta cauſa
extendere volunt, hoc enim caſu non ſolum
durum, ſed iniquum atque crudele iudiciũ
appellari debet, dum tales Iudices ſupra cul-
pam in ſontes excandeſcunt, ſciant boni
Principes, quod iſti commutantur in Tyrã-
nos, dum non debita caſtigatione, ſed feroci
ſeuitia vtuntur, & aliquam Principatus al-
terationem cauſare poſſunt, vt aduertit *Plutarch. in politica.* iſti enim ob eorum execra-
tã feritatem, & crudelitatem, vti cunctarum
gentium moſtra, & peſtes humani generis
abominantur, iſtos etiam multoties vidi,
quod miſerrimè vixerint, & magis miſer-
rimè mortui ſint, & dum aliorum ſanguine
ſe explere non potuerunt, ſuo ſatiati ſunt, cũ
totius Populi execrationibus, & ſæpèſæpius
ex iuſto Dei iudicio, eorum liberi aliquan-
do aut mendicitatem, aut aliam ignominiam
experti fuere.

Epicheiam etiam poſſunt exercere iſti Conſilia-
rij noſtram Magnam Curiam regentes, quæ
13 non eſt Clementia, nam iſta ad ſolum Prin-
cipem ſpectat, vt dixit *Seneca de clementia ad Neronem*, & confirmat *Solorzan. emblem. 76. per tot.* & dixi *ſup. in d. cap. 1. præſt. 14. nu. 28.* Clementia enim moderatur affectum
in pœnis infligendis, ſecundum legem com-
munem ex dulcedine affectus, ſed Epicheia
ſecundum intentionem legis *Diu. Thom. 2. 2 quæſt. 157. art. 2. & quæſt. 158. art. 1.* Sed
cum aliqua moderatione deducta, nam ſi to-
talis pœna infligenda eſſet, non eſt Epicheia,
ſed rigoroſa iuſtitia, prout eueniret, ſi quis
eodem vitio, ſeu vitij pœna plectatur, quod
in alium proteruus exercuit: Conuenit
enim, dicunt iuſti Iudices, vt Rei ob auari-
tiam crimen committentes, mulcta corri-
gantur, ob honoris cupiditatem ſi in facinus
ceciderint, ignominia deturpentur, ſi tandẽ
naturæ iura violauerint, & circa parentes in-
graditudinem commiſerint; eadem natu-
ralium bonorum priuatione plectantur, quæ
vltra modum cõcupiuerint, iuxta monitum
Tullij lib. 3. de legibus, & ſcripſit *Janus Langleus lib. 7. ſemeſtr.*

15 *Quod quiſque fecit idem patiatur, & ipſe.*
Id iuſtum fiet denique iudicium.

Quod deſumpſit à *Seneca* moralium Magiſtro in
proem. lib. 10. aſſerente *Sunt Dij immortales lēti quidem, ſed certi vindices generis humani, & magna exempla in caput inuenientium inuenerunt, vt iuſtiſſima patiendi vice, quod quiſque alieno excogitauit ſupplicio, ſepè excipiat ſuo.*

Epicheia vero Iudices procedentes, non debent
reſpicere ad partem, ſed ad totum,
14 vt dixit *Philoſophus 1. retor.* ideſt, vt
debeant reſpicere ad multitudinem bo-
norum operum, quæ forte is qui deliquit in
vita ſua fecit, non ad particulare negotium,
in quo deliquit, ſic etiam reſpicere debent ad
totum non ad modicum, ideſt ad diuturnita-
tem temporis, in quo benè vixit, non ad illud
breue tempus in quo deliquit, ideo ſi contin-
gerit aliquem ſubditorum in aliqua parte
temporis deliquere, qui in toto precedenti
tempore ſe benè abiit, eſt cum iſto mitios
agendum, & cum tali Epicheia Iudex in-
ſpicere

ſpicere debet, non qualis nunc eſt accuſatus, ſed qualis fuit ſemper in multo temporè precedenti, vt eruditè aduertit Gentilis meus *Egidius Romanus de regim. Princip. in 2. part. tertij libri cap. 23. verſic. Quinto, & 6. qui in ead. part. 2. cap. 29. in fin.* per bellè demonſtrat, quomodo poſſunt ſimul ſtare clementia & ſeueritas, cũ iuſtitia, quãdo ſcil. concurrunt circumſtantiæ actuum in delictis, per quas exerceri poterit ſeueritas, vel Clementia.

Amplia in materia ciuili, in qua faciliter eſt
25 obſeruanda æquitas, non ſeueritas, quam DD. aborrent, quod varijs exemplis demonſtratur, nam videmus, quod vir nimis ſeuerus iuſtam diuortij cauſam prebeat *cap. literas in fine cap. ex traſmiſſa de reſtit. ſpoliat. Sanchez de matrim. lib. 10. diſp. 18. num. 2. tom. 3. Io: Petrus Aſtolinus reſol. for. 45. nu. 4.* nam licet licitum ſit marito corrigere vxorem ſuam, *cap. duo iſta 24. quaſt. 4.* non tamen eſt licitum verberibus illam afficere *l. conſenſu C. de repud.* vbi tex. dicit, quod verbera ab ingenuis aliena ſunt, & notat etiam *Gloſ. in cap. ſicut 2. quaſt. 1.* temperatè autem corrigere poteſt *Gloſ. in d. cap. duo, qua allegat. tex. in cap. hæc immago. 33. quaſt. 5.* ſed cum iuſta cauſa leuitèr permittitur verberare *Archidiac. in d. cap. ſicut Anton. de Butreo in cap. cum contingat de for. compet. DD. in cap. quemadmodum de iureiurando Alex. conſ. 115. n. 2. vol. 4.* & quæ dicatur ſeuitia in vxorem, *Teſaur. dec. 130.* non enim licet maritis, ſuas coniuges regere eodem regimine, quo regendi ſunt ſerui, vt barbari obſeruant, quod perbellè demoſtrat prædictus *Egidius Roman. in tract. de regim. Princip. in 1. par. ſecund. lib. cap. 15.* dicit enim quod natura, vt melius fiant res naturales, ſemper ad vnum officium naturales illas res principaliter ordinat, ſic vnumquodque organorum naturę ſeruiens, optimè perficit ſuum opus ſine adiutorio aliorũ operum, quare cũ natura ordinauerit coniugem ad generationem, indecens eſt, vt ordinetur ad ſeruiendũ, & conſequenter non eſt de naturali ordine virum pręeſſe vxori eo regimine, quo præeſt dominus ſeruis.

Similiter Iudex nimis ſeuerus poterit vti ſuſpectus recuſari, *Apicella de ſuſpic. official. num. 99. Valenzuola d. conſ. 43. num. 176. tom. 1. Velaſch.* poſt alios de *iudice ſuſpecto rub. 8. annot. vnic. nu. 3. verſ. propterea,* imo poteſt à iudicando repelli, *Bart. in l. 1. in fin. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. Valenzuola loc. cit. num. 181.* & quomodo ſeuitia magiſtratus erga ſub litos coerceatur tradit, *Cayl. lib. 1. de pace public. cap. 2. num. 21.*

Amplia 2. vt precipuè debeat eſſe Iudex mitis,
26 & æquus erga popillos, & viduas, & iſtas ſub peculiari protectione tenere, atque ſemper ante oculos habere illa Dei præcepta *Exod. 22. & 23. vidue, & pupil lo non nocebitis, ſi læſerit eos vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorum, & indignabitur furor meus* & apud *Iſayam 1. 17.* præcepit Deus. *Quærite, iudicium ſubuenite oppreſſo, iudicate pupillo defendite viduam.*

Ad praxim autem circa preſentem materiam
27 aduertas, quod iſti Conſiliarij, qui aſſiſtunt in noſtro Tribunali Magnæ Curiæ Vicariæ vnum corpus faciunt cum d. Magna Curia, & hoc cognoſcitur multipliciter, nam primo conſtat quia per illud tempus, quo vacant cauſis criminalibus, nullo modo ſe poſſunt inſerere in Cauſis Sacri Conſilij, niſi de ſpeciali diſpenſatione Proregis aliter fuerit ordinatum *Rouit. in pragm. 6. nu. 8. de offic. S.R.C.* Secundo patet quia iſti Conſiliarij qui aſſiſtunt in d. Magna Curia conſiderantur circa eorum exercitium vti meri Iudices, & nullam habeant prærogatiuam vltra alios Iudices annales, niſi ſedendi in loco præeminentiori, dixit idem *Rouit. in d. pragm. 6. num. 8.* & hoc eſt ita verum vt ab iſtorum decretis appellatur, eodem modo ac ſi eſſent lata à ſimplicibus Iudicibus annalibus, & dum referunt cauſas in Sac. Conſilio de propoſitis grauaminibus criminalibus iuxta *pragm. 18. de offic. S.R.C.* ſedent in vltimo loco, in Aulis d. Sacri Conſilij, ita, & taliter, vt alij Cõſiliarij iuniores qui aſſiſtunt in illa Aula eos præcedant in ſedendo, qui aliter non precederent, ſi interuenirent, vel aſſiſterent vti Conſiliarij in illa aula vbi cauſa refertur, vt fatetur idẽ *Rouit. in d. prag. 6. n. 8.* quod antea notauit *Surgente de Neapol. illuſtr. cap. 27. nu. 25.*

In vno tantum caſu predicti Conſiliarij, qui aſſiſtunt ad d. Mag. Curiam in criminalibus reputãtur vti Conſiliarij, quãdo ſc. agitur de ſolutione ſalarij acceſſus, qui geritur ſuper faciem loci, nam predictis ſoluitur ſalarium ſolitum ſolui Conſiliarijs, ad eandem rationem duc. ſex ad inſtantiã Fiſci pro qualibet dieta, & duc. decem ad inſtantiam partis, vt affirmat *Rouit. in d. pragm. 6. num. 8. de Commiſſarijs*, quia non deſinunt eſſe Conſiliarij, licet aſſiſtant ad Tribunal Magnæ Curiæ, quod dicit comprobari *ex pragm. 2. nu. 2. eod. tit. de Commiſſar.* vbi diſponitur, quod ſi illis, qui deſierunt eſſe Iudices M.C. Vic. committatur aliquod negotium in quo requiritur acceſſus, erit eis ſoluendum ſalarium ad illã eandem rationem, ac ſi officium Iudicis exercerent, ex quo concludit *Rouit.* ſi illi qui officium compleuerint, in hac materia ſalarij retinent veſtigia Officialium, eo magis erit dicendum de illis qui actu retinent dignitatem Conſiliarij, & ita de obſeruantia teſtatur, Et etiam comprobatur, nã eiſdem binis Conſiliarijs ad d. Magnã Curiã aſſiſtentibus

ſoluitur

foluitur nedum à Regia Curia falarium vti Confiliarijs, fed etiam derictus augumenti falarij carolenorum quindecimpro qunlibet centenario quantitatis per fententiam condemnatæ, à Reis victoribus foluendæ, eodem modo ac fi ad S. C. prefentes fuerint, & ad caufam votum prefliterint.

PRÆSRANTIA XVII.

Præftantia Sacri Gonfilij Neapolitani eft, vt Decanus Confiliarius eiusdem Senatus recipiat iuramentum de fideliter exercendo à Regente Magnæ Curiæ Vicariæ, quando de tali Officio prouidetur.

S V M M A R I V M.

1 *Confiliarius Decanus Sacri Confilij iuramentum recipit à Regente M.C. Vicariæ quando ad tale Officium eligitur.*

2 *Iureiurando nullum aliud vinculum arctius eft ad adftringendam fidem.*

3 *Iurabant in facris ædibus homines vifci qui, vbi tria numina præfidere dicebant.*

4 *Iuramentum tres habet comites veritate, iudicium, & Iuftitiam.*

5 *Iurare prohibetur per nomen falforum deorum, & cur.*

6 *Periurus percutitur pœna grauiffima, & cur.*

7 *Iuramentum fufcipitur à Confiliario Supremi Senatus, vt cognofcatur virtus, & natura iuramenti.*

Cancellarius Curiæ Parifienfis in ingreffu fui Officij iurat in manibus Regis.

8 *Iuramentum preftari debet in manibus Superioris.*

9 *Secretarius Sacri Confilij, vel Magnæ Curiæ Vicariæ interuenire debeat in regiftrando iuramento, rationes hinc inde adducuntur.*

Iuramentum reiterari debet quolibet anno à noftris Officialibus.

10 *Iudices M. C. Vicariæ iuramentum preftant in ingreffu Officij apud Electos noftræ Ciuitatis, & penes Secretarium Ciuitatis obferuandi noftras conftitutiones, & priuilegia.*

Præfides Prouinciarum iuramentum preftant in manibus Proregis, vel Regentis Decani apud Secretarium Regni.

11 *Iuramentum fidelitatis recepit Philippus Quintus Rex Hifpaniarum à Baronibus noftri Regni in menfe Maij 1702. & Secretarius Regni acta regiftrauit.*

12 *Obferuantia attenditur quando non eft certum, an aliqui actus ab Officiali expleri debeant.*

EX antiqua confuetudine noftri Regni fuit femper obferuatum, vt Confiliarius Decanus noftri Senatus recipiat iuramentum à nouo Regente Magnæ Curiæ Vicariæ de bene, & fideliter exercendo fuum Officium, & de fecreta tenendo omnia, que concluduntur in d. Tribunali, hec enim inter alias preftãtias noftri S. Confilij connumerari poteft, quia quilibet Officialis iuramẽtum prędictũ præftat in illa Curia, & coram fuperiori eiusdem Curię vbi officium exercet, & iudicaretur opportunus Confiliarius antiquior ex binis qui in dicta Mag. Curia fedent, at
1 vero Regens d. Magnæ Curiæ coram d. Confiliario Decano, Officiali alterius Pretorij iuramentum præbet, affirmat *Dom Confil. Petra in ritibus noftræ M.C. ritu* , cum vero in hoc menfe Iunij 1702. fuerit electus à Catholica Maieftate noftri Regis Philippi V. Regens d. noftræ Magnæ Curiæ D. Rodericus Correa Miles Hifpanus Tribunus Militum, ftatus politici fatis inftructus, acceffit more folito Dom. Confiliarius Decanus qui ad præfens eft Dom. Don Carolus Petra in d. M. Curia ad fufcipiendum iuramentum prędictũ, infimul cum Mag. V. I. D. Marcello Figliola Secretario d. Sacri Confilij ad follemnitatem talis actus regiftrandam, quod egrè tulit Secretarius Magnæ Curiæ Magnif. I. V. D. Ruccus Geruafio, pretendens talem actum perfici debere à fe, vti Secretario illius Tribunalis, vbi actus geritur, quod renuit d. Dom. Confiliarius Decanus afferendo talem actum celebrandum effe à Secretario illius Pretorij vbi fedet Cõfiliarius qui iuramẽtũ fufcipit, fi ergo Confiliarius Senatus iuramẽtum recipit à d. Regente, eius Secretarius regiftrare debet actum, hec enim caufa fuit propofita decidenda in Collaterali Confilio, de qua re confultus quid fentirem circa duo puncta. Primum fcilicet cur introducta fuerit in d. M. Curia talis obferuãtia, vt Confiliarius Decanus accedat ad d. Tribunal ad fufcipiendum iuramentum à nouo Regente Electo. Secundum fuit punctum propofitum, an debeat fecum ferre d. Decanus Confiliarius Secretarium Sacri Confilij ad d. actum regiftrandum, vt autem vtraque quæfita refoluam, duo funt prius confideranda, virtus, & effectus iuramenti, quibus cognitis refolutio facilis patebit dubiorum propofitorum.
Quo ad virtutem iuramenti fpectat, certum eft nullum vinculum ad adftringendam
2 fidem *iureiurando* arctius effe, fic enim maiores noftri voluerunt, fic etiã ftatuunt leges duodecim tab. indicant facra, indicant federa, animaduerfionefque Cenforum, qui nulla de

de rè diligentius, quam de *iureiurando* in-
dicanbant, dixit *Cicero lib. 3. de offic.* Quod
cum cognouerint homines prisci æui, vti sacra
iuraturi accedebant ad aras, & iurabant in
3 sacris ædibus tanquam Deo presente, *eique*
iuriiurando tria numina præsidere dicebant,
Iouem, Apollinem, & Themidē; Iouis quidē
cognomentum fuit iuratoris, idest iuramen-
ti, pactorumque præses, cuius nomine fides
iuramenti sancta esset. Apollo interuenie-
bat, cui vti Sol tribuitur ipsa veritas, The-
midem tandem addebant, quæ Dea putaba-
tur, dum præciperat hominibus id petere,
quod fas erat, ideo Themis grecè fas dicitur,
indicabant enim veteres, quod *iusiuran-
dum* est in censu iustitiæ, & quod homo iu-
stus habeat *ius iurandi*, sed periurus sit homo
contaminatissimus, quia religionem sacra-
menti, quæ est ipsa fides soluere dicitur, vt
notat *Paschal. in lib. de virtut. & vit. cap.* 10.

Merito dixerunt iura, & sapientes iuramentum
4 tres habere Comites, Veritatem, Iudicium, &
Iustitiam, *cap. inter ceteros 23. quæst. 4 cap.
etsi Christus de iureiurando Glos. in auth. Quod
eis denuptijs Alex. in l. stipulatio hoc modo
concepta col. 3. de verbor. oblig.* ista si defuerint,
nequaquam iuramentum erit, sed periuriū
D. Hyronim. super Hierem lib. 2. & habetur
in cap. animaduertendum 22. quæst. 2. idcirco
non est vti Testis Deus adhibendus in iura-
mento, nisi in veritate, Iudicio, & Iustitia ait
Hyeremias cap. 4. In iudicio est rogandus, qui
est immensæ Maiestatis, in causa scilicet gra-
uissima, non prominima re, & ioco adhibea-
tur Deus vti testis, quem adorant dominatio-
nes, & tremunt potestates. In iustitia, quia est
ipse Iudex iustus, & rectus, oditque iniquitatē.
In veritate quia Deus est veritatis, & sum-
ma veritas.

His igitur tribus non concurrentibus caueat
quilibet iuramentum emittere, quia hoc
prohibuit Christus *Mattei* 5. neque per Cælū
quia Thronus Dei est, neque pe Terram, quia
scabellum pedum Dei est, & *Exod.* 23. pro-
5 hibitum iampridem fuerat iurare per nomē
extarnorum falsorum Deorum, quoniam iu-
rare est actus religionis, quo Deus vocatur te-
stis eius, quod dicitur, neque voluit Deus Fal-
sis Dijs tribui religionem, religionisue hono-
rem, neque veri Dei thronum, aut scabellum
ita contemni, vt passim ac temerè singulis
propè verbis per illa iuremus; qui enim iu-
rat in Celo, iurat & in eo qui sedet super il-
lud, & qui iurauerit in templo, iurat in illo qui
habitat in ipso & qui iurat in altari iurat in
eo, & in omnibus quæ super illud sunt, hac
est iniuria aut honor, qui fit Cælo aut Terræ,
aut Templo, vel altari fit Deo, qui habitat in
illis, hinc in psalmo 131. dixit Propheta Da-
uid *introibimus in tabernaculum eius, adora-
bimus in loco vbi steterunt pedes eius*, seu ado-
rabimus scabellum pedum eius, est igitur
valde aduertendum, quomodo vocetur in te-
stem ipse Deus, cuius sanctum, & terribile
est nomen eius, si enim dolose per eum iura-
tur, acriter irascitur, & minatur per *Prophetā
in psalm 49.* dicens. *Existimasti inique, quod
ero tuisimilis, arguam te, & statuam contra
faciem tuam.*

Cognita virtute iuramenti, erit cognoscendus
6 eius effectus quando illud violatur, & dico
quod periurus percutitur pæna, & veluti ho-
micida in extremo examine à iusto Iudice
degrandinabitur, per quem sacrosanctum
Euangelium ad iniustum, & illicitum quasi
testimonium adducitur. *D. Augustin. in lib. ad
Senerum Episcopum*, & habetur *in cap. inter
catera 22. quæst. 4.* Est enim atrox crimen
omnibus sceleribus granius, nam videtur
iurans profiteri Deum posse fieri sibi so-
cium, vel mendacij, vel iniustitiæ, vel profiteri
videtur, Deum habere proportionem cum re
lani, cum assumat ipsius nomen, ac magnitu-
dinem ad hanc astruendam, & hoc est con-
temnere ipsius immensam Maiestatem: Qui
autem vocat Deum in testem mendacij, vel
iniustitiæ videtur opinari illum posse coo-
perari, vel mendacio, vel iniustitiæ, ergo non
existimat ipsius summam veritatem, nec cō-
sequanter illum dignum reputat fide, & ho-
nore, similiter si pro re leui appellat Deum
in testem, videtur illum parui facere, cum rei
paruæ adiungat Deum Optimum Maximū,
cui omnia mundi Regna, vniuersæ naturæ,
& cætera omnia coequari non possunt, neque
vnius gradus gratiam attingere, quod etiam
penetrauit *Thales* ille Philosophus gentilis,
qui interrogatus, an abiuraturus esset adul-
terium, respondit, *Non ne est periurium adul-
terio peius?* quibus verbis significare voluit
vir sapientissimus illum stultè dubitare de
pierando, qui facinus periurio minus graue
non dubitauit committere.

His cognitis ad quesita respondeo, quod ideo
9 recipitur iuramentum Regentis nostræ Ma-
gnæ Curiæ in electione illius officij à Consi-
liario Supremi Senatus, ad hoc vt cognosca-
tur virtus, & natura iuramenti, eiusque gra-
uitas si violetur, & vt aspiciatur quantum
eius pondus existimetur, recipitur à Consi-
liario supremæ dignitatis, & Senatore primâ
ordinis, sic enim legimus Cancellarium Cu-
riæ Parisiensis in ingressu sui Officij iurare
in manibus Regis, se probè, & incorruptè of-
ficio suo functurum, vt testatur Petrus Gre-
gorius Tholosanus in *Syntagm. iuris vniuersi
lib. 47. cap. 29. nu. 7.*

Confirmatur, quia Iuramentum prestari debet
8 in manibus superioris, se rectè gesturum in
sua administratione, & etiam quod manda-

tis

tis eius obtemperabit, quem consulet, quid in re dubia, & vtilitate Reipublicæ sibi iustum æquumque videbitur, nilq; odio fauore, & gratia cuipiam faciet, atque debitam fidelitatem præstabit, vt tradit *Io. Lucius lib. 3. placitorum tit. 7. plac. 1.*, & refert *dict. Tholosan. loc. cit. dict. num. 7.* quod in Gallijs ab ipso Rege suscipitur à Cancellario Curiæ, si ergo Superior Officialis debet recipere iuramētum, cū noster Senatus Sacri Consilij sit Prætorium Superius nostra Magna Curia, benè igitur obseruatur, vt coram Decano Consiliario iuramentum præstetur à dicto Regente, de Officio benè regēdo, & rectè exercendo.

Ad secundum quesitum, de quo controuertitur in Collaterali Consilio, an scilicet debeat
9 interuenire in tali actu registrationis præstiti iuramenti Secretarius Sacri Consilij, tanquam Officialis subalternus Consiliarij Decani, cui iuramentum præstatur, vel Secretarius d. Mag. Curiæ, vti Secretarius illius Curiæ, vbi iuramentum perficitur? fateor quod hinc inde possint multa motiua adduci, etenim pro Secretario Sacri Consilij dici potest, quod ob decorem Officij Consiliarij Decani, deberet secum ducere suum Officialem ad actum explendum, cum indecens quodam modo videatur, indigere auxilio Curiæ inferioris pro actu celebrando. Secundo dici potest, quod faciliter euenire poterit, vt d. Regens Magnæ Curiæ Vicariæ post datum iuramentum, illud violet, vel male administrando, vel secretum publicando, quo casu poterit puniri pœna priuationis Officij, & alia arbitraria pœna, vt colligitur ex *pragm. 2. de Offic. S. R. C.* quæ correspondet *Nouell. Iustinian. Ius iurandum quod præstatur ab his*, & concordat *Nouell. 24. de Præside Pisidiæ* Imo tanta fuit cura iuramenti prædicti in nostro Regno, vt illud inuiolabiliter conseruetur, quod per aliam *pragm. 10. num. 7. & 8. de suspic. Official* fuit statutum, quod quolibet anno illud reiteretur in manibus d. Præsidentis à Regijs Consiliarijs, & in manibus locumtenentis Regiæ Cameræ, à Præsidentibus ipsius, & in manibus Regentis M. C. ab ipsius Iudicibus, dum enim in pœnam violati iurisiurandi faciliter Regens M. C. poterit incurrere, æquum est vt talis actus non registretur à Secretario eiusdem M. C. qui cum sit de corpore dicti Tribunalis, poterit faciliter iura fisci inuoluere, & periurij commissi pœnam defraudare, propterea pro bono regimine expedit iuramentum registrari à Secretario Sacri Consilij.

At vero pro Secretario Magnæ Curiæ Vicariæ allegari potest, quod tunc registrare deberet talem actum Secretarius Sacri Consilij, quando accederet d. Regens ad d. Senatum, pro d. actu explendo, sed quando ad aliam Curiā inferiorem maior Officialis accedit, Secretarius eiusdem Curiæ vbi actus expletur, debet actum perficere, & hoc patet multis exemplis, & primo videmus Iudices Magnæ
10 Curiæ Vicariæ electos, in ingressu Officij iuramentum præstare apud Electos nostræ Ciuitatis, obseruandi nostras constitutiones, pragmaticas, consuetudines, & Priuilegia nostri Regni; & Secretarius nostræ Ciuitatis registrat talem actum præstitum in Curia dictorum Electorum, vti Secretarius illius Curiæ, vbi actus expletur. Similiter aspicimus Præsides Prouinciarum electos à Catholica Maiestate nostri Regis ad Prouincias huius Regni regendas, iuramentū nō præstare in Tribunalibus Regiarū Audientiarū, vbi Præsides sunt electi, sed illud emittunt in manibus Proregis nostri Regni, vel alicuius Cōsiliarij Decani, ad talem actum ab eodē Prorege deputati, & eodem modo Secretarius Regni registrat actum prædictum, vti Secretarius eiusdem Collateralis Senatus, vbi actus perficitur, Et tandē in hoc præterito mense Iunij currentis anni 1702. cum Catholica Maiestas nostri Regis hoc Regnum sua præsentia gratificauerit, iuramentum fidelitatis, & homagij ab Electis nostræ Ciuitatis, & à Baro-
11 nibus nostri Regni suscepit in Maiori Ecclesia Metropolitana nostræ Ciuitatis, ipso Rege præsente, & recipiente, inter quos ego interueni vti Balius D. Io: Baptistæ Valuæ mei Nepotis Baronis Terræ Valuæ, & honorem recepi deosculandi manus nostri Benignissimi Regis, & ad eiusdem amplexus admissus, quo cæteri Barones fuerunt honorati, talemque actum registrauit Dom. Secretarius Regni D. Dominicus Florillus (quem ad maiora videre spero) cum suis Ministris nomina, & cognomina Baronum describentibus.

Has rationes, & considerationes propositas pro Magnifico Secretario Magnæ Curiæ Vicariæ validiores, & rationabiliores iudico, hac potissima ratione, quia Minister eiusdem Curiæ registrare debet actum, qui geritur in illa Curia, vbi ipse residet, ne vlius se ingerat ad exercitium alterius, eomagis, quia confirmantur obseruantia longissimi temporis, qua semper practicatum fuit, quod Secretarius d. Mag. Curiæ talem actum perfecit, à tempore quo tale Secretarij officium fuit erectum, & ante prædictum tempus audiui ab antiquioribus, quod Magistri actorum eiusdem Magnæ Curiæ, qui tale munus Secretarij gestabant circa registrationes votorum, vicissim interueniebant in d. actu præstationis iuramenti, postmodum cum tale Officium Secretarij Mag. Curiæ fuerit

nouiter erectum, circa annum 1637. talem registrationem compleuit Secretarius d. Magoræ Curiæ: Verum tamen est, quod peucis ab hinc annis fuit tale possessorium interruptum, & fuit prætensum per Megoificum Secretarium Sac. Consilij tele munus ad se spectare, & re vera fuit mihi relatum, quod tale iuramentum registraoit Secretarius S. Consilij circa tres vices, sed cootradicente, & se protestante Secretario d. Magoræ Curiæ, quæ protestatio conseruat suum ius, *leg. si quis legauit ff. de leg. 1. Riminald. conf. 127. num. 7. Spada conf. 4. num. 86. tom. 1.* imo debet manuteneri habens aotiquiorem possessionem, quia possessio posterior præsumitur turbatiua *cap. licet causam*, vbi *DD. de probat. Caualer. dec. 2. num. 3. & dec. 44. num. 5. & dec. 522. num. 1. & dec. 629. num. 8. Postius de manutenend. obser. 72. num. 12. Ciarleu. contro.*
32 *fo. cap. 119. num. 35.* cum argo per speciales saoctiooes alicuius Curiæ, vel de iure communi nō reperiatur definitū, talē actū à quo Officiali expleri debeat, intelligi debet vt èmpleatur à Mioistro illius Curiæ, vbi actus adimpletur, eo fortius si veteri obseruantia fuerit actus munitus, cum obseruandus sit stylus Curiæ, quæ hebet vim legis, vt pluries dixi. iuxta *tex. in l. minime ff. de legibus*, na sint mutaode ea, quæ antiquam obseruantiem facum tulerunt.

PRÆSTANTIA. XVIII.

Præstantia Sacri Consilij est, vt eius Consiliarij non possint conueniri nisi coram eodem S. Consilio.

SVMMARIVM.

1 *Officialis temporalis non potest conueniri durante officio, & quando.*
2 *Officiales perpetui possunt conueniri durante eorum officio.*
3 *Imperator potest conueniri in iudicio, & in quibus casibus, & coram quo?*
4 *Consiliarij ob eorum Præstantiam conueniri debent coram Principe, vel in eodem Senatu.*
Ministri Principis à iurisdictione, & fora vrbico exempti sunt.
Magister officiorum quis hodiè est?
5 *Senatores solum conueniri possunt coram Principe, vel coram Magistro Officiorum.*
6 *Officiales non possunt conueniri extra eorum Tribunalia, tam de iure Regni Neapolitani, quam Principatus Cathaluniæ, Regni Lusitaniæ, Regni Galliarum, Germaniæ, & aliarum Curiarum.*
7 *Pares Franciæ conueniuntur coram Senatoribus Lutetianis.*
Æquites aurei Velleris, & Ordinis Tornacei subiciuntur iurisdictioni Collegij ipsorum, vel Cæsareæ Maiestatis.
8 *Officiales Regiæ Cameræ nostri Regni sunt exempti à iurisdictione Iudicum ordinariorum, tam actiuè, quam passiuè.*
9 *Consiliarijs nostri Sacri Consilij sunt communicata omnia priuilegia, quibus fruuntur Præsidentes Regiæ Cameræ.*
10 *Porterij Scribæ, & Magistri Actorum Sacri Consilij Neapolitani in omnibus causis ciuilibus, & criminalibus cognoscuntur à Præsidente eiusdem Senatus.*
11 *Senatorum causæ ad Prætorem Curialem sunt remittendæ, licet tempore litis motæ litigans non erat Senator.*
Priuilegium à Principe concessum, & non procuratum, causat mutationem fori.
12 *Priuilegia concessa fauore publico extenduntur.*
13 *Senatorum filij, Coniuges, serui, & Coloni eorum priuilegijs vtuntur.*
14 *Consiliariorum causæ non debent committi Consiliarijs illius Aulæ, in qua ipsi resident.*
15 *Officiales minores Baronum non eximuntur à iurisdictione Iudicis ordinarij.*
16 *Senatores conuenti vigore pacti executiui coram Iudice ordinario, nullam declinatoriam allegare possunt.*
17 *Liquidat instrumenta M. C. Vicariæ contra Officiales habentes septem officia Regni, & cur.*
18 *Consiliarij conuenti pro solutione census non possunt opponere fori declinatoriam.*
19 *Pactum, vt possit quis conueniri in quacumque Curia, loco, & foro excludit remissionem, sed non prorogationem iurisdictionis coram Iudice competente.*
Pactū prædictū non poterit reuocari, quando declinatur iurisdictio coram Iudice competente.
20 *Actus iurisdictionalis contentiosus non potest exerceri coram eodem magistratu creditore, licet actus sit certus, & non dubius.*

DVm discurro de Iodicibus Consiliariorum quinam sint, necesse est prios inuestigare, ao possint isti Magistratus conueniri, nam si contra eos iudicium sileret, in vanū querimus, quinā sint eorū Iodices, Et circa hanc meteriā regula est in iure, quod Offi-
1 cialis temporalis non possit conueniri durante officio, & ratio est, quia iam selo um est ius parti, agere post tempus finiti officij *l. pars litterarum ff. de Iudicijs l. si adulterium § fin. ff. ad l. Iul. de adulterio.* facit *Glos. in l. nisi finita ff. ad l. Iul. repetendæ* & declaret *Iason. in*

l. cum

l. cum proponas 2. *C. de pactis* vbi additio ad
eum in *lit.l.Cynus in l.præſens C.de epiſcopal.*
audient. latè *Paris de syndicatu* §. *Officialis*
durante officio Afflict. in conſtit. ſtatuimus Ro-
man.conſil. 415. & eſt Conſtitutio Regni no-
ſtri incip. *Magiſter Iuſtitiarius tit. vt Magiſter*
Iuſtitiarius , *& ibi ſcribentes Caramita ſup.*
ritu 68.*nu.*7.*& ſuper ritu* 295.*nu.*5. *Brunor.*
à Sole in propoſit.iur.in verb.Officialis, vbi ali-
os allegat.

Sed hanc regulam intelligunt de Officialibus
maioribus, vt de iſtis loquitur d. iura ſupra
citata, ſecus vero de Magiſtratibus mino-
ribus, qui poſſunt in iudicio vocari duran-
te Magiſtratu *l. nec magiſtratibus ff.de iniu-*
rijs l. *quemadmodum* §. *magiſtratus munici-*
pales ff. ad l. Aquiliam l. vt ſunt ff.ex quibus
cauſis maiores, per quam diſtinctionem ita
conciliat *Gloſ. in d.l.pars literarum* prædictũ
tex.cum allegatis iuribus.

Similiter declarant d.regulam procedere in
Officialibus, temporalibus, nam ſi ſunt per-
2 petui poſſunt conueniri propter officij per-
petuitatem, *Iaſon.in d.l. cum proponas Muta*
in conſuetud.Panor.cap. 83.*num.* 2. qui idem
dicit de Officialibus ad beneplacitum, qui
perpetuis equiparantur, vt etiam poſſint du-
rante officio conueniri, *Speculat. in tit. de*
acto. §.1. *Abb. & Bald.in l.ſenatus conſulto ff.*
de offic. Præſid. Angel. in l. 2. *ff. de in ius voc.*
Barl. & Salic. in l. iubemus C.ad l. Iul. repet.
Pouuſ. à Roitius dec. 4.*num.*413.*in dec.diuerſ.*
author. Regger in theſaur. iur. in uerb. Magi-
ſtratus in fin. Vel in alio loco domicilij ſui,
in quo nõ gerunt magiſtratũ, poſſunt conue-
niri *Gloſ. Iacob.de Aretio Cynus* , *& Alberic.*
in l præcè C.de epiſcopal.audient.

Sic etiam intelligunt d. concluſionem, vt non
procedat circa citationem, nam licet du-
rante officio conueniri non poſſint, poterũt
tamen durante magiſtratu citari, vt poſt
perfectum officiũ cõpareãt *Oſaſcb. dec.*130.*n.*
12. citationis enim plures ſunt effectus, id-
circo iuuat eius vtilitates delibare.

Et tandem intelligunt d.regulam in iudicio
ciuili, ſecus in criminali, quando ſcilicet
in officio delinquerent, nam etiam ſi magi-
ſtratus maiores ſint, poſſunt conueniri *l. Iu-*
bemus C. ad l.Iuliam repetund. & in §.*ſi tamẽ*
*Auth.vt different. Iudic.collat.*9.*& in* §. *illud*
Auth vt Iudic. ſiue quoq; ſuffrag. Gloſ. in d.l.
pars literarum in fin. Cynus., & Angel. in d. l.
Iubemus , *Laudenſ. de Officialib. domin.* 145.

Cum ergo noſtri Cõſiliarij ſint Officiales per-
petui, poſſunt conueniri durante eorum offi-
3 cio, ſicut hodiè etiam Imperatores, & Reges
poſſunt conueniri in iudicio, vt dixit *Vul-*
*teus in tit.Cod.de iuriſd.& for.compet. tit.*24.
*num.*28. Imo in *num.*4.*d.tit.*dixit, quod Im-
perator olim conueniebatur coram Comite
Palatino Rheni Sacri Imperij Archidapife-
ro, coram quo reſpondere tenebatur, vt te-
ſtatur Carolus Quartus Imperator in aurea
bulla §. *quoties inſuper* hoc tamen dixit pro-
cedere in cauſis ciuilibus ſeù pecuniarijs,
ſed ſi in cauſis criminalibus, vel malè ad-
miniſtrati Imperij proponatur cognitio fla-
gitiorum, non ſolum coram Electore Palati-
no, ſed coram Septemuiratu ideſt ſeptem
Electoribus Imperij proponi debet, exem-
plo Imperatoris Vuencaslai, qui ab Electori-
bus Imperij fuit exantoratus, & Imperio pri-
uatus anno Chriſti 1400. hæc tamen exempla
non fuerunt amplius viſa, nec amplius Im-
perialis Maieſtas proſtrata, ideo ad Impe-
ratoris examplum Conſiliarij poſſunt in
iudicijs vocari.

His cognitis eſt videndũ, corã quo Iudice ſint
cõueniendi Cõſiliarij, & dico quod ob PRÆ-
STANTIAM huius excelſæ dignitatis, non
4 poſſint alibi conueniri, quam coram Prin-
cipe eorum domino, vel in eodem Sacro
Conſilio, vbi officium adminiſtrant, quoni-
am Magiſtratus, & tota Principis Aula, eiuſ-
demne Miniſtri à Iuriſdictione, & foro Vr-
bico axempti ſunt, citant *tex. in l. non alias*
24. *ff. de Iudicijs*, ſed talis lex mihi non ſa-
tisfacit, quia nil aliud dicit, niſi quod lega-
tus durante legatione non poſſit conueniri,
ſed tex. optimus eſt *in l. Cubicularios Cod.de*
præpoſ. ſacr. cubic.lib. 12. vbi Imperatoria
Maieſtas euocauit omnes ſuos Officiales ab
obſeruatione aliorum Tribunalium, ibi: *ab*
obſeruatione aliorum Tribunalium liberamus,
aſſignat rationem Imperator dicendo *ſuis*
obſequijs eſſe occupatos, *& vti Aulæ penetra-*
libus inherentes, diuerſa iudicia ſubire non
poſſe, ideo ſublimi Iudicio Magiſtri Officio-
rum eos ſubiogauit in excipiendis actioni-
bus, & ibi *Gloſ. in uerb. obire* dat iura concor-
dantia in *l. ne ad diuerſa Cod. de ſilentiarijs*
*lib.*12. vbi tam in cauſa ciuili, quam crimi-
nali, eidem Iudicio Magiſtri Officiorum
iuſſit eos ſubmitti, & conueniri debere, idẽ
diſponunt *tex.in.l.* 3. *Cod.de Caſtrenſianis lib.*
12. qui loquitur de Caſtrenſianis, qui aulico
miniſterio erant deputati, & eidem Magi-
ſtro Officiorum eos ſubiugauit, idem habe-
tur in *l.*4.*Cod.de agend.in reb.lib.* 12. quorum
numero erant illi, qui non erant milites li-
terati, ſicut, & alij ſuper eſpreſſi, ſed milita-
bant in rebus agendis, eos enim prohibuit
Imperator alterius Iudicis authoritate pul-
ſari, quam Iudicio eiuſdem Magiſtri Offi-
ciorum, tam in cauſa ciuili, quam crimi-
nali ex ſpeciali fori prerogatiua, & cum pri-
uatione cuiuſcumque alterius iuriſdictionis.
Similis prærogatiua exemptionis fori fuit
conceſſa ſcholaribus, qui clariſſimorum
purpura fuerũt ornati, vt tantum foro Magi-

stri Officiorum subiaceant, tam in ciuilibus, quam criminalibus actionibus, & ad exemplum Scholarium, idem priuilegium Imperator indulsit Decanis in *l. 2. C. de Decanis lib. 10.*, vt ad alia non protrahantur Iudicia, nisi iurisdictioni Magistri Officiorũ. Sed qualis sit hic Magister Officiorum, & cui personæ assimiletur hodie, *Cuiacius in notis ad marginem d. l. cubicularios* dicit esse hodie Magnum Magistrum, & apud *Gallos* hodie appellari *le Prauost*, idest supremus Minister, & apud nos nuncupatur Præsideos Supremi Consilij, sicut in Imperio præfectus Aulæ hodiè appellatur vernacula illorum lingua *Doffineisser*. scripsit *Herman. Vulteus in tit. C. de iurisdictio & for. compet. tit. 24. nu. 23.* & hoc cum ratione, quia cum dignitas Senatoria post Principem inter dignitates erat maxima, ita requirit in cognitione eius causarum Magistratus, seu Iudices maximos *l. non distinguemus 32. §. de liberali ff. de recep. arbitris Vulteus loc. cit.*

Hanc autem conclusionem, vt isti Senatores ab
5 omni alia Iurisdictione exempti sint, sed solũ quod in iudicio vocari possint coram Principe, vel eius supremo Magistro Officiorum, comprobant *Natta consil. 576. pertot. Ernest. Cothman. consil. 21. num. 94. vol. 1. Surdus cons. 109. num. 38.* vbi consuluit in fauorem Gubernatoris Ciuitatis Albæ *Riccius in praxi for. Ecclesiastic. dec. 549. num. 9.* quos sequitur. *Nicolaus Myler. de Principib. & Statib. Imper. Rom. cap. 41. num. 6 Sola in constit. Sabaud. tit. de Tribunali competent. glos. 9. pag. 344. Michael Ferror. par. 3. obseru. cap. 302. Xam. mar. de offic. Iudic. & aduoc. par. 1. quæst. 2. num. 58.*

Et ita fuit generaliter dispositum de iure nostri Regni Neapolitani, quod scil. officiales actu seruientes non extrahantur à Tribunalibus quibus interueniũt, vt habetur in *cap. 12.* cõcesso per Ferdinandum Regem Catholicum in anno 1506. sub die 10. Mai *c. 11. f. 63. & in cap. 54 fol. 46.* vbi fuit dispositum, quod Officiales Regiæ Cameræ, & alij Officiales, & Curiales aliorum Tribunalium, non possint extra dict. Curias, & extra propria Tribunalia vbi deseruiunt conueniri, si vero sint actores, non possunt alios conuenire, & trahere ad prædicta eorum Tribunalia, sed teneantur illos conuenire coram eorum proprijs Iudicibus; Sed tam actiuè quam passiuè, vt habeant hoc priuilegium de obseruantia in Tribunali Regiæ Cameræ, fundat *Iacobus Fuscus in alleg. 28. tom. 25. meorũ diuersarum allegationum*, ob illam cõmunem rationem propositam in *d. l. ne ad diuersa No se ad diuersa tracti viri deuoti Silentiarij, iudicia sacris abstrahi videantur obsequijs*, & hanc eandem assignat rationem Rex ille sapientissimus in *d. cap. 12.* quod scilicet Officiales actu seruientes non trahantur extra Tribunalia, in quibus seruiunt, & concordando hoc nostrum ius municipale iuri communi, rectè dicere possũ quod coram Spectabili Preside nte Supremi Consilij debeant conueniri, & non coram Judice, aut Tribunali inferiore, ne Iudex inferior cognoscat de Officialibus maioribus.

Sic idem fuit dispositum in Principatu Cathaluniæ, vt Senatores Regij sint tantum subditi Domino Regi, & eius locumtenenti, & exempti tam ciuiliter, quam criminaliter à foro ordinariorum, per priuilegium concessum à Rege Alphonso Quarto in 26. Ianuarij 1644. confirmando alia antiquiora priuilegia, sicut refert *Paul. Xamar de offic. Iud. & aduoc. par. 1. quæst. 2. num. 58* qui in *num. 61.* hoc dicit fuisse ampliatum ad cæteros officiales illius Principatus, per *pragm.* Regis Alphonsi sub die Maji 1450. & aliã Regis Ioãn; sub die 8. Martij 1460.

Sic in Senatu Lositaniæ per leges particulares illius Regni, Causæ Senatorum auocantur ad Pretorem Curialem, vt nequeant conueniri coram alio Judice, quam coram Curiali Preside, *Cabed. dec. 25. pertot. par. 1. & par. 2. decis. 213. num. 3.* Vide *Valesc. alleg. 65. num. 33. Petrum Barbosam in l. 1. ff. de Iudicijs art. 3. à nu. 222. Costam in domo supplicationis annot. 7. nu. 21. Pheb. par. 2. dec. 146. Pegas contro. for. cap. 11. num. 218.*

In Regno Galliarum sunt triginta Consiliarij, quorum octo Magistri Requestarum nuncupantur, & isti sunt Iudices omnium Consiliariorum, & vxorum, liberorumq; eorum, tam in ciuili quam in criminali causa, testatur *Nicola Boer. de author. Magni Consil. num. 138.* & pro hac obseruantia allegat iura communia *super citata* scilicet *tex. in d. l. ne ad diuersa & Apostill. ad d. Boer. lo. B. loc. cit.* addit, quod isti Magistri Requestarum sunt Iudices Consiliariorum Ordinariorum tantum, non Supernumerariorum, vel Referendariorũ, citat *l. penul. & fin. C. de appario. magistro. milit. lib. 12.* & allegare poterat meliorem *tex. in l. Curiales qui honorariam C. de decurio lib. 10.* vbi Curiales honorarij non eximuntur à potestate Iudicis ordinarij; Idem refertur sancitum in Consiliarijs Curię Mechliniensis, vt non alibi possint conueniri, per speciale priuilegium concessum, quam in eorundem Senatu ob quascumque causas ciuiles, & ob quodcumque maleficium ab eis commissum excepto tantum crimine lęsæ Maiestatis *Christineus dec. Cur. Belgiæ 167. nu. 4. tom. 2. post Gyllum practic. obseru. lib. 1. obseru. 1. nu. 39. Anton. Faber in suo Co lice tit. 17. defin. 1. & 3. Chopin. de morib. Paris lib. 3. in fin Bernard. Attonne tit. 24. en su conferenze, & lib. 3. Fiscal. gallo patron.* legimus etiam Pares Francię delinquentes, ab alijs Iudicibus non posse iu-
7 dicari, quam à Senatoribus Lutetianis, & Ao-

nales

nales Franciæ tradunt Hugonem Conciacum Pariſienſis Curiæ Præſidem, quia ſordidè magiſtratum geſſit, laqueo vitam compleuit decreto Senatus anno 1336. & alia exempla prædictorum Senatorum qui decreto illius Senatus perierunt refert *Chopin. de iure Pariſior. lib. 3. in fine.*

Et idem ſtatutum fuit in Equitibus aurei Velleris, in cuius ordinis erectione fuit conceſſa Conſilio, ſeu Collegio ipſorum, cognitio omnium criminum, & cauſarum ſuorum Senatorum, ſeu Equitum, & ita obſeruatum fuiſſe tradit *Louin. conſ.* 80.

Simile decretum fuit ordinatum ab Inuictiſſima Maieſtate Caroli Quinti in erectione Ordinis Tornaci anno 1531. etenim per irreuocabile edictum fuit ſancitum, Proceres eiuſdem ordinis nulli alteri Iuriſdictioni, niſi ſuę Maieſtatis, & eiuſdem Collegij ſubiacere, *refert Chriſtineus in dec. Curiæ Belgiæ* 167. *num.* 4. *tom.* 2.

Hanc autem Pręſtantiam per Iura Imperialia conceſſam, & per ius noſtrum municipale generaliter confirmatam, ac per exempla aliorum Regnorum roboratam, indubitanter debemus dicere competere noſtris Conſiliarijs, dum aſpicimus de communi cōſenſu Doctorum noſtri Regni fuiſſe conceſſam Senatoribus, & omnibus alijs Officialib; Reg. Cameræ exemptionē à Iuriſdictione Iudicum ordinariorum omnium cauſarum quæ agitantur, tam actiuè, quam paſſiuè, vt debeant remitti ad d. Tribunal Regiæ Cameræ vbi reſident *per tex. in l. nullum* 10. *C. vbi cauſæ Fiſcal.* vbi ſtatuitur, quod Officiales Procuratoris Cæſaris in cauſis ciuilibus debeant conueniri coram ipſo Procuratore, *& in l. cū aliquid C. vbi cauſæ Fiſcales lib.* 3. docent *Afflict. in conſtit. Caſtellanorum ſub nu.* 1. *verſ. non ſunt ergo Franc. dec.* 407. *Piſanell. in addit. ad dec. Afflict.* 56. *Foller. in praxi criminal. verſ. audiantur excuſatores nu.* 138. *Reg. Reuert. dec.* 7. *vol.* 1. *vb Reg. de Marin Reg. de Ponte dec. Collater.* 36 *num.* 11. *Carneual. de Iudicijs tom.* 1. *diſp.* 2. *quæſt.* 6. *ſectio.* 9. *num.* 711. qui ita deciſum teſtatur, *Peregrin. de iure fiſci lib.* 7 *tit.* 1. *n.* 13. *Thor. in compend. dec. tom.* 3. *par.* 3. *verb. remiſſio cauſæ pag.* 99. & vltimo ſic referunt deciſum, *Reg. Rouit. dec.* 74. *nu.* 6. *& Reg. Capyc. Latro dec.* 198. *lib.* 2. *Reg. Galeot. in diſſert. poſt primum reſponſ. Fiſcal. num.* 98. *&* 99. *Reg. Sanfelic. dec.* 291. *&* 250. & licet acriter impugnare præſumpſerit *Conſtantinus Caſarus* Aduocatus eximius præteriti ſeculi *in ſpecul. Peregrin. quæſt.* 22. *à num.* 14. attamen ſcripſit pro ſuo cliente, ſed reuera in praxi obſeruatur, vt Regia Camera ſit Iudex Competens omnium ſuorum Officialium, & hoc modo non videtur amplius neceſſaria prouiſio Regis, referuata in *prag.* 14. *de Offic. procur. Ceſar.* ad definiendam dictam controuerſiam, quia ſatis illam explicauit continuus vſus in multis caſibus, qui aſſidue agitantur in Regia Camera, de quibus quotidie d. Tribunal cognoſcit, vt etiam refert *Iacobus Falcus eruditus* Aduocatus ſui tēporis in quadam allegatione, quam habeo *in tom.* 25. *mear. diuerſar. alleg.* 38.

Imo talis iuriſdictio fuit priuatiuè conceſſa Regię Cameræ quo ad alia Tribunalia, vigore Priuilegiorum à Rege d. Tribunali conceſſorum, quod Princeps facere poteſt, *§. & iudicare auth. de defenſor. Ciuit.* & licet generalis ordinaria iuriſdictio non cenſeatur per ſpecialem derogata, ſed cumulatiuè, non priuatiuè conceſſa per *tex. in l.* 1. *C. de Offic. Praefect. Vrb.* cū concordantib; adductis per d. *Galeotam loc. cit. num.* 103. tamen quia fuit conceſſa per vim priuilegij ne Officiales ab eorum exercitio diſtrahantur, dicitur priuatiuè, non cumulatiuè conceſſa *Reg. Reuert. dec.* 7. *num* 7. *Carneual. de Iudic. lib.* 1. *tit.* 1. *diſp.* 2. *quæſt.* 8. *ſectio.* 4. *ſub num.* 1152. *Galeota loc. cit.* maxime ſi ageretur de delictis commiſſis intuitu Officij, *Tapia in lib.* 2. *iur. Regni rub.* 6 *fol.* 203.

Cū ergo talis prerogatiua, ſeu immunitas fuerit conceſſa Tribunali Regiæ Cameræ noſtri Regni, quæ apud nos non controuertitur, ob ſolam iſtam rationem (ſi aliæ non concurrerēt) ne ab exercitio Officij diſtrahantur, debemus dicere eadem prærogatiua, & immunitate debere gaudere Conſiliarios noſtri S. Conſilij, vt ſicut cauſæ Preſidentium, ita & Conſiliariorū non poſſint cognoſci in alio Tribunali, quam in proprio vbi reſident, & ratio eſt, quia Conſiliarij noſtri S.C., eorumq; Præſes fruūtur omnibus illis immunitatibus, quibus gaudent Locumtenens, & Pręſidentes Regiæ Cameræ,
9 nam eis fuerunt communicatæ per Glorioſam Memoriam Philippi Secundi noſtri Regis per Regias Literas à D. Petro de Toleto Prorege promulgatas, ex quibus fuit ordinata Regia pragmatica 1. *ſub tit. de immunitat. official. Topius de origin. Tribunal. par.* 2. *lib.* 2. *cap.* 4. *nu.* 3. & ſcripſit *Reg. Galeota in dicta diſſert. Fiſcal. nu.* 97. *tom.* 1. igitur ęquali iſta pręrogatiua fulgere debent, eo magis quia in vtroque Tribunali militat eadem ratio ab Imperatore conſiderata in *d. l. ne ad diuerſa C. de Silentiarijs lib.* 12. ne ſc. ad diuerſa iudicia tracti viri ſilētiarij à Sacris abſtrahi videantur obſequijs.

Ex his cognoſcitur non ſic attentè ſcripſiſſe, *Reg. Rouit. in dec.* 74. *num.* 2. quod noſtri Regij Cōſiliarij in cauſis pecuniarijs, & ciuilibus, non eximantur à Iuriſdictione Iudicis Ordinarij licet Inferioris, qui eſt in hoc Regno Tribunal Magnæ C. Vicariæ, & idem confirmauit in *pragm.* 2. *de Offic. S. R. Conſilij num.* 7. vbi allegat *tex. in l. curiales qui honorariam C. de decurionib. lib.* 10. quem dicit eſſe menti tenendum, & prædictum *Rouitum* inconſideratè ſequitur

quitur. *Reg. Capyc. Latro dec.* 198. *num.* 4. *tom.* 2. vbi allegat *tex in l.* 2. *C. vbi Senatores, vel Clariſſimi* allegatum ab eodem *Ronita*, vbi *tex.* aſſerit, quod Senatores, vel Clariſſimi ſortiantur eorum forom coram Officialibus Ordinarijs locorum, ſiuè in Ciuitate ſiuè in Prouincijs degant.

Sed authoritates prædictorum Illuſtrium virorum, ſalua eorum pace, nil officiunt noſtræ cõ luſioni, cum abſque aliqua ratione loquãtur, ſed ſolum freti authoritate iurium allegatorum, quæ non affirmant id, pro quo allegantur. Nam primo *tex. in d. l. curiales qui honorariam*, loquitur de Curialibus, non de Magiſtratibus ſupremis, quales ſunt noſtri Conſiliarij; Curialium enim appellatione veniunt etiam Actuarij, & alij Officiales minores, qui Curiæ ſerniont, de quibus poteſt intelligi d. lex, & etiam addas, quod loquitur de Curialibus honorarijs, per illod verbum, *qui honorariam*, & ſunt illi qui non habent eſercitium eorum Officij, & quid mirum, ſi Curiales honorarios Imperator ſubmiſit Curijs ordinarijs locorum, & quæ concluſio poteſt colligi ex *d. tex*; quem *Ronit.* dixit eſſe perpetuo menti tenendum, ad ſuam contrariam concluſionem probandam. Magis vrgere videtur, *tex. in l.* 2. *C. vbi Senatores, vel Clariſſimi*, dum loquitur *tex. de Senatoribus*, vt ſubiciantur Iudicibus Ordinarijs, dicit poſtea, *Ronitus*, quod Senatoris nomen idem ſit ac Conſiliarij, adducit *tex. in l. & qui non ſunt* 22. *ff. de tutor. & curat.* vbi poſt quam *tex.* dixit, quod illi qui non ſunt Conſiliarij poſſint creari Tutores liberis decurionum, explicat *Gloſ.* illud nomen Conſiliarij, ideſt Senatoris, igitur concludit *Ronitus in d. dec.* 74. quod dum *in l.* 2. *C. vbi Senatores* loquatur de Senatoribus, qood ſubmittantur Iudicibus ordinarijs, & nomen Senatoris idem ſonat, ac nomen Conſiliarij, quod de Senatore diſpoſuit *d. lex.* 2. idem dici debet de Conſiliario.

Sed parcat mihi Illuſtris ille Iuriſconſultus pro hat vice, in impugnanda hac ſua concluſione, quia *tex. in d. l.* 2. loquitur de Senatoribus, non Conſiliarijs, qui in excelſa dignitate ſunt cõſtituti, & non poſſunt, nec debent venire in illa diſpoſitione de Senatoribus loquente, quia Senatoris nomen ſatis generale eſt, aptum comprehendere Patritios, Conſules, & alias Illuſtres perſonas, vt habetur in *l. fin. ff de ſenator*, & clarius habetur in *Nouella* 62 *de Ordine Senatorum*, vbi ſtatuitur Ordo ſedendi in Senatu, & etiam numerantur illi, qui inter Senatores coaptantur, & deſcribuntur, nedum Patritij, ſed etiam Viri Conſulares, Magiſtri Militum, & alij Illuſtres Viri, & ideo *Gloſ. in d. l.* 2. explicans hoc nomen Senatoris dixit, ideſt, *qui ſuper Illuſtres ſunt*, & melior *Gloſa* punctualis, quam gauiſus fui inueniſſe in *l. pars litterarum ff. de iudicijs in fine*, vbi punctualiter dicit *tex.* prædictum *in d. l.* 2. *vbi Senatores, vel Clariſſimi* loqui de Illuſtribus in dignitate, non in adminiſtratione, & ideo concludo, quod Senatoris nomen genus ſit, & Conſiliarij ſpecies, itaut omnis Conſiliarios ſit Senator, vt dixit *Gloſ. in d. l. & qui nõ ſunt*, ſed non omnis Senator ſit Conſiliarius, cũ ergo *d. lex* 2. generaliter loquatur de Senatoribus, debet intelligi de illis Viris Illuſtribus, qui ſub nomine Senatorum veniunt, & habent dignitatem ſine adminiſtratione, non vero de illis Supremis Magiſtratibus, qui Officium adminiſtrant, quibus ſpecialis exemptio fori tributa fuit, ob eorum excelſam dignitatem, per tot iura Imperialia ſupra allegata; & ita poſt hæc ſcripta inueni affirmaſſe *Herman. Vulteum ad tit. Cod. de Iurisd. & for. comp. tit.* 24. *num.* 14. qoi explicando rubricam *d. Tituli Cod. vbi Senator. vel Clariſſimi* dicit, Senatores in *rub. d. tit.* interpretari de illis Senatoribus, qui nullum omnino magiſtratum geront, ſed ſola appellatione ſine titulo Senatorum contenti ſunt, & patet ex eadem *l.* 2. vbi dicitur, quod ſi in Prouincijs degant, conueniantur coram Iudice loci; Conſiliarij enim Principis non poſſunt alibi ſtare, niſi in loco vbi Princeps exiſtit, dum eorum Conſilio Senatus regitur, ergo aſpicitur, quod loquatur *tex.* de illis Senatoribus largo modo ſũptis, qoi poſſunt alibi morari.

Et confirmatur concluſio ab abſurdo euitando, quia ſi aliter diceremus eſſent melioris conditionis Porterij, Scribe, Magiſtri actorom, Oſtiarij; & alii Officiales ſeruiles noſtri Sacri Conſilij ipſiſmet Conſiliarijs, nam iſtis conceditor exemptio ab omnibus alijs Tribunalibus, & in omnibus eorom cauſis ciuilibus, & criminalibus non cognoſcuntur, niſi à Spectabili Præſidente S. Conſilij;
10 vt fuit deciſum in S.C. apud *Reg. de Ponte dec.* 36. quem ſequitur idem *Ronit. in pragm.* 28. *num.* 6. *de Offic. S. C.* & hoc tam in cauſis ciuilibus, quam criminalibus, etiam in cauſis liquidationis inſtrumentorum, contra quos non poſſont liquidari inſtrumenta, niſi in S. C. vt alias deciſum refert *Reg. Tapia in ius Reg. in pragm.* 24. *num.* 3. *de Offic. Magiſtr. Iuſtit. Galter. in praxi inſtrum.* 2 *par. tertia partis rub.* 1. *num.* 21. *Thor. in compend. deciſ.* 1. *par. verb. Inſtrumenta, & in tom.* 3. *par.* 2. *verb. liquidari an poſſit fol.* 45. *Ronit. in dec. in verb. Porterij*, quia ſunt appendices Tribunalium *Prato tom.* 2. *fol.* 90. *num.* 23. & quomodo bone Deus iſti duo noſtri Regnicolæ, qui officium Conſiliarij exercerunt, ſcilicet *Ronitus, & Capyc. Latro* intendunt denegare hanc prærogatiuam huic excelſę dignitati Conſiliarij, exem-

ptionis

prionis fori, dum aſpexerunt illam teoere Officiales ſeruiles eiuſdem Senatus, & hoc modo eſſent peioris condicionis Conſiliarij prædictis Officialibus, quod diſſonum eſt dicere.

Amplia vt Conſiliariorum cauſæ ad Prætorem Curialem ſint remittendæ, licet tempore litis motæ litigans non erat Senator, ſed poſt litem talis factus ſit, nam licet
11 priuilegium ſit ſtricti iuris, & non debeat extendi, cum nec etiam ipſa lex extendetur ad iam pendentia *argum. l. Dominicanus ff. ad S.C. Turpill;* neque etiam ad præterita, ſed ad futura *cap. 2. & cap fin. de conſtit.* vbi: *DD. l. leges Cod. de legibus,* ideo prorogatio termini ad ſoluendum à Principe conceſſa, non extenditur ad debita, ſuper quibus iam fuit lata condemnatoria ſententia, *l. à Diuo Pio §. ſententiam Romæ ff. de re iudic.* & in propriis terminis, quod priuilegium ſuperueniens non cauſet mutationem fori, ſunt *tex. in l. vbi captum*, & *l. ſi quis poſtea quam ff. de Iudicijs.*

Attamen in præſenti materia tale priuilegium ſenatorium ſuperueniens extenditur, etiam ad lites motas, & pendentes, ad finem petendi prædictam remiſſionem, & ratio eſt quia non eſt priuilegium procuratum, ſed motu Principis conceſſum, & quando priuilegiũ non eſt procuratum, non comprehenditur ſub regula dictorum iurium, ſed operatur mutationem fori *Gloſ. in l. qui autem ff. ſi quis cautio,* quam extollunt *Bald. & Paul. in l. ſi quis in iudicio ff. eod. tit. Iaſon in l. quedam puella ff. de iuriſd. omn. Iudic. Karl in l. 1. col. penult. num. 3. ante fin. ff. de pen;* quod priuilegium non procuratum prodeſt ad litas pẽdentes *l. qui ſtatus ff. de re milit. l. 2. cum auth. ibi polita Cod. de litig oſit Anibal. muner. 5. 4. num. 14.* & per d. rationem, & ob dicta iura ita concludit in proprijs terminis *Cabed. dec. 25. num. 4.* qui dicit, quod ob d. priuilegium ſuperueniens poterit forus declinari ad iudicem Curialem Senatorum.

Nec officit, quod priuilegia ſint ſtricti iuris, ideoque non extendenda, nam reſpondetur,
12 quod quando concurrit fauor publicus detur extenſio, *cap. per venerabilem. Qui filij ſunt legitimi Aretin. in cap. at ſi Clerici §. de adulterijs num. 31. & ſeq. de Iudic. Decius ibi: num. 10. Felin. in cap. poſtulaſti num. 9. de reſcript.* Talis enim fauor publicus concurrit in hoc caſu, nam tota ratio cur tale priuilegium Senatoribus fuerit cõceſſum, ne ſcilic. detrahantur ab Officio, quod exercent, ſi extra Curiam citentur, per citatam *l. ne ad diuerſa C. de ſi. ntiarijs lib. 12.* proinde ne abducentur ab adminiſtratione Officij, quod fauorem publicum concernit *l. 1. §. huiuſmodi ibi in Magiſtratibus ff. de inſtit. & iure auth. habitaC. ne filius pro patre.*, tale priuilegium ampliari debet, etiam ad lites introductas contra Senatores, antequam ad Officium fuerint aſſumpti.

Amplia 2. vt iſti Senatores in dicendis, & excipiendis actionibus, tam ipſi, quam Coniuges, filij, Serui, & Coloni eorum Priuilegijs
13 vti poſſunt *l vlt. Cod. de Comitibus Conſiſtor.* vbi: *Cuiacius Petrus Gregor. Tholoſan. in ſintagor. iuris vniuerſi lib. 6. cap. 8. in fin. Tobias Parmeiſter. de Iuriſd. Imper. Rom. lib. 2. cap. 6. num. 8.* ſic videmus, quod priuilegio competente marito, ratione alicuius miniſterij, ſeu artis, gaudeat etiam vxor *Merull. tom. 3. de priuileg. diſp. 6. cap. 3. nu. 44. fol 76.*, dummodo tamen remiſſio petatur ad inſtantiam viri priuilegiati, non autem ipſius vxoris *Nouar. in praxi electio for. ſectio. 3. quaſt. 3. nu. 13.* & in quadam ſua *alleg.* quam impreſſit *Riccius in collect. 2984.* vbi ſic deciſum refert, & durante exercitio, nam ſi maritus non exerceat illam artem, perdit priuilegium *Paſchal. de patriâ poteſt. par. 4. cap 2. nu. 7.*

Declara tamen, quod non debeant tales
14 cauſæ Conſiliariorum, in quibus ſunt actores, vel Rei committi in eadem Aule, in qua ipſi reſident, ita fuit ordinatum per reſcriptum Protegis noſtri, emanatum in diè 17. Ianuarij 1621. directum Præſidi S. C. quod refert *Dom. Conſil. Petra in ritu 265. nu. 75.* ob illam rationem, quia Collega redditur ſuſpectus in cauſis alterius Collegæ, per *cap. cum Rodericus de Officio Delegati*, vbi: *Gloſ. Matth. diſq. legal. 18. n. 15. Sanfelic. lib. 1. dec. 81. n. 5.* ideo dicit *Petralbe. cit.* quod ſuſpicionem cauſæ non agitantur in illa Aula, vbi reſidet Iudex allegatus ſuſpectus, vigore tam ſuprafcripti ordinis, quam aliorum, quos memorat *Ronit. in dec. 81. ſub. n. 14.*

Limita 1. noſtram concluſionem in Officialibus minoribus, aut Baronalibus, qui licet habe-
15 ant dignitatem præeminentem, non per hoc liberantur à iuriſdictione Ordinarij, licet ipſi maiorem habeant poteſtatem, & exemplificatur in Iudice ſecundarum cauſarum, delinquente in loco vbi reſidet Iudex ordinarius primarum cauſarum, qui poterit cognoſci à d. Iudice Ordinario, *Ronit. in pragm. 1. de titulorum abuſu Merlin. contr. for. cap. 69.* qui fundat Baronem delinquentẽ in alieno territorio puniri, poſſe à Barone loci delicti commiſſi, licet contrarium dicant *Thor. in compend. deciſ. par. 2. in verb. Baro extera nationis, & Capiblanc. de Baronibus cap. 85.* ſed eos impugnat *Merlin. vbi ſup.*

Limita 2. quando ageretur contre Conſiliarios vigore pacti exequutiui, nam citatus vigore dicti pacti nullam exceptionem, & declina-
16 toriam fori opponere poteſt, neque à decreto appellare, ita de iure noſtri Regni diſponit,

nit *Ritus* 166. vt ſcilicet denegetur audien-
tia, & ſileat omnis fori declinatoria *Capyc.*
Latro dec. 58. *n.* 13. *Sanfelic. dec.* 312. *Mau. on.*
de cauſ. execut. lib. 1. *ampliat.* 6. *à num.* 20. *Fol-*
ler. de cenſib. tit. tanquam res iudicata nu. 60.
fol. 516. *Carauit. in ritu* 167. *nu.* 32. *verſ. ſexto*
quero Staiban. reſol. 84. & hoc non vigore di-
cti ritus procedit, ſed ex vi pacti, & guaran-
tiæ in inſtrumento adiectæ, vel confeſſionis
in inſtrumento exiſtentis, quæ æſtimatur
ac ſi eſſet res iudicata, ſeù ſententia defini-
tiua tranſacta in rem iudicatam *Carauita*
in d. ritu 166. *num.* 32. *Duard. de cenſib.* §. 3.
quæſt. 24. *a num* 4. *fol.* 530. qui à *num.* 3. *&*
ſeq. demoſtrat ſic ſeruari in Germania, Gal-
lia, Hiſpania, Roma, & in vtraque Sicilia,
etenim inſtrumentum publicum facit pro-
bationem probatam manifeſtam, & eui-
dentem, quæ non indiget fori exceptione,
latè *Anna. conſ.* 73. *num.* 1. *Roland. à Valle*
conſ. 52. *num.* 2. *vol.* 3. *& conſ.* 60. *num.* 55.
vol. 4. hinc eſt, quod Magna Curia Vicariæ
liquidat inſtrumenta cõtra omnes homines
17 Regni, contra illos, qui ſunt de Collaterali
Conſilio, & Officiales habentes etiam ſeptẽ
Officia Regni, & etiam contra Locumtenen-
tem Regiæ Cameræ, qui eſt caput d. Tribu-
nalis *Rouit. conſ* 90. *vol.* 2. & exempla refert,
de Ponte de poteſt. Proreg. tit. 7. §. 4. *à fol.* 226.
Capyc. Latro dec. 200. *lib.* 2. *num.* 3. *Caſar. in*
ſpecul. Peregrin quæſt. 23. *num.* 29. & hoc eue-
nit, non quia Magna Curia Vicariæ habet
iurisdictiones in iſtos Proceres, & exem-
ptos, prout ſunt illi qui habent ſeptem Of-
ficia Regni, ſed quia iſti citati vigore noſtri
Ritus, non poſſunt audiri, nec aliquam ex-
ceptionem allegare, & conſequenter nec fo-
ri declinatoriam opponere, vt conſiderat
Caſar. in d. ſua qu. 23. *n.* 29. *&* 30.

Limita 3. , quando agretor contra Con-
ſiliarios pro ſolutione cenſuum, nam in iſto
caſu, nec etiam competit remiſſio coram
18 quacumque Curia, quia etiam iſtorum ci-
tatio habet paratam exequtionem vigore
noſtræ *prag.* 1. *de cenſibus*, quæ etiam dene-
gat audientiam Reis ante ſolutionem cen-
ſus, & omnes reicit exceptiones, & tanquã
res iudicatas voluit Rex noſter debere exe-
qui, & ſolutiones adimpleri, itaut impediri
nequeant, nullo falſitatis prætextu, nullitatis,
aut alterius cuiuſuis exceptionis obiecto,
prætet quam realis ſolutionis, & hoc fuit
ſancitum ſtrictiori modo, qui non obſerua-
tur in obligatione Camerali, nam in iſta
obligatione Camerali, contra eam non ad-
mittuntur, niſi tres exceptiones, falſitatis
ſcilicet, ſolutionis, & nonæ conuentionis, ſed
in iſto ſummario Iudicio cenſuali, non per-
mittitur alia exceptio, niſi realis ſolutionis,
ad inpediendam exequtionem, quod etiam
notauit *Duard de cenſib. d.* §. 3. *quæſt.* 24. *à nu.*
4. *fol* 530. & dixit *d. Caſar. d. quæſt.* 23. *num.*
31. *& ſeq.*

Limita 4 quando in inſtrumẽto eſſet appoſitũ
pactum, vt Officialis poſſit conueniri in
19 omni Curia loco, & foro, hoc enim pactum
licet potens non ſit ad prorogandam iuriſ-
dictionem Iudicis omnino incompetentis,
attamen efficax eſt, vt valeat prorogari co-
ram alio Iudice etiam competenti, vt di-
xerunt *Franc. de Petris conſ.* 25. & alij relati
per *Reg. de Marin. cap.* 108. *lib.* 2. *Caſar. d. qu.*
22. *n.* 27. vide *Rouit. conſ.* 90. *n.* 14. nec poterit
tale pactum reuocari per penitentiam, iuxta
tex. in l. ſi conuenerit ff. de iuriſd. omn. Iudic.
quæ in nudo pacto loquitur, & ideo eſt locus
pœnitentiæ, ſed in contractu in quo eſt ap-
poſitum Iuramentum, non poterit iurans,
ſe poſſe conueniri in omni Curia loco, & fo-
ro, à conuentione recedere *DD. in d. l. ſi con-*
uenerit, alijque adducti à *Carneual. de iu-*
dic. lib. 1. *tit.* 1. *diſput.* 2. *quæſt.* 8. *ſectio* 2. *num.*
2032. *verſ. hæc tamen concluſio Cornazan. dec.*
141. *Surd. conſ.* 204. *num.* 9. *Fontanell. deciſ.*
375. *num.* 10. *tom.* 2. *Giurba dec.* 96. *num.* 14.
Imò addo, quod *tex. in d. l. ſi conuenerit* pro-
cedit, quando partes volunt prorogare iu-
riſdictionem Iudicis incompetentis, & in
hoc caſu permittitur promittenti, ſeù renũ-
cianti ſè pænitere, ſecus ſi fuerit factum
pactum de non declinando Iudice ordina-
rio, quia in hoc caſu non conceditur pœni-
tentia, innumeros refert, & ſequitur *Carne-*
ual. loc. cit. num. 1051. *verſ. ſecundus eſt caſus*,
in quo caſu procedit *tex. in l. in conſcribendo*
C. de pactis, vt quiſque poſſit ſuo fauori re-
nunciare; & doctè etiam aduertit *d. Dom.*
Caſar. in d. quæſt. 22. § 1. *num.* 28. *&* 29. vbi
concludit poſſe Officialem Regiæ Cameræ
vigore d. pacti, ſe ſubmictere Magnæ Curiæ
Vicariæ, & renunciare ſuo foro.

Non erit omittendum aduertere, quod actus
iuriſdictionalis contentioſus non poterit ex-
20 erceri coram eodem magiſtratu creditore,
licet alias actus neceſſarius ſit certus, & non
dubius, & exemplificari poteſt caſus in
cauſa liquidationis, quæ non poterit fieri,
ſeu præſentari inſtrumentum ad inſtan-
tiam Officialis habentis iuriſdictionem, du-
rante Officio coram ſe ipſo, dixerunt *Angel.*
in l. pars litterarum ff. de Iudicijs, quem ſequi-
tur *Paris de Puteo de ſyndic. in verb. Officiales*
durante num. 10. *Auiles in cap. a prætorum*
in verb ſeu Gloſa de mercadoria num. 40. quos
ſequitur *Reg. Rouit. ſuper pragm. in rub. de*
liquidatio. inſtrum. num. 5. qui conſulit re-
medium, ſcilicet, vt Officialis cedat iura
ſua alteri, ita quod de euictione non tenea-
tur, ſed idem *Rouit.* intelligit hoc procedere,
quãdo liquidationis actus eſſet faciẽdus co-

ram

ram ipſemet Officiale creditore ſecus ſi vnus Collega coram altero liquidaret, quia ceſſat ratio prohibitiua, nè dicat ſua iura in cauſa propria.

PRÆSTANTIA XIX.

Præſtantia S.Conſilij Neapolitani eſt, vt vnus Conſiliarius d. Senatus, ſit Conſultor Cappellani Maioris.

SVMMARIVM.

1 *Reges Neapolitani ſemper Cappellam exemptam ab Epiſcopali iuriſdictione detinuerunt.*

2 *Cappellanus maior habet iuriſdictionem non ſolum in Clericos Regiæ Cappellæ, ſed etiam in omnes Eccleſiaſticos ſtipendiarios Regiorum Caſtrorum.*

Cappellani Regiæ Cappellæ ex nobilioribus eliguntur.

3 *Cappellanus Maior eligitur à Rege noſtri Regni, ex permiſſione Summi Pontificis.*

4 *exercet illam iuriſdictionem in Palatio Regis, quam quilibet Ordinarius in ſua Diœceſi adminiſtrat.*

5 *habet iuriſdictionem in Cantores Regiæ Cappellæ, & Lectores, Studentes, & Bidellos Regiorum ſtudiorum.*

6 *Cappellano Maiori noſtræ Regiæ Cappellæ fuit commendata præfectura noſtrorum publicorum ſtudiorum.*

Rector ſtudij Clericus eſſe debet.

7 *Accademiæ ſunt magis Eccleſiaſticæ, quam ſeculares.*

Accademicus Magiſtratus habet merum imperium in ſtudentes, imo miſtum imperium.

8 *Cappellanus Maior, vti Præfectus ſtudiorum eſt Iudex Ordinarius non delegatus.*

Scholares gaudent fori priuilegio coram Cappellano Maiore, quando delinquunt in ſtudio publico, ſecus in priuato.

9 *Cappellanus Maior iuriſdictionem exercet in Scholares cum voto Conſultoris.*

Aſſeſſor iuriſdictionem non exercet.

10 *Magiſtratus Accademici ſimiles ſunt Eccleſiaſticis Iudicibus.*

11 *Rector ſtudij in multis Accademiis Europeis eligitur à Scholaribus.*

Rectores Accademici in multis Accademijs Europeis habent multa priuilegia.

12 *Cappellani Maiores, & ſui Cappellani ſunt exempti à iuriſdictione Ordinarij, ex indultis Pontificum Regibus conceſſis.*

13 *Iuriſdictio Sacellani Maioris dicitur priuatiuè conceſſa.*

Tex. in l. nullum Cod. de teſtib. an habeat locum in Curia Cappellani Maioris.

Barones poſſunt cognoſcere de falſitate teſtiũ licet iuriſdictio fuerit eis abdicatiuè conceſſa.

14 *Iuriſdictiones conceſſæ in certum genus perſonarum ſunt priuatiuè conceſſæ.*

Iuriſdictio à lege data, dicitur priuatiuè conceſſa.

Periurus poteſt conueniri coram illo Iudice vbi periurium fuit commiſſum, remoto omni priuilegio.

15 *Iuriſdictionem cumulatiuam tribuit* tex. in l. nullum, *cum præuentione.*

16 *Clericus ſubditus Cappellani Maioris falſum deponens coram Iudice laico, cognoſcitur à dicto Cappellano maiore.*

17 *Aſſeſſor Cappellani maioris eſt vnus ex Regijs Conſiliarijs.*

D. Nicolaus Carauita Præſes Regiæ Cameræ Conſultor Cappellani Maioris laudatur.

18 *Bullæ Pontificiæ, quæ in hoc Regno præſentãtur, non exequuntur per Collaterale Conſilium abſque relatione Cappellani Maioris.*

19 *Exequatur Regium eſt permiſſum omnibus Principibus Chriſtiani Orbis.*

20 *Exequatur Regium debent obtinere omnes Epiſcopi Regni, & reliqui prouiſi de dignitate Eccleſiaſtica in Regno Neapolitano, etiam præſentantes ſententias Rotales.*

21 *Cappellani Maioris Conſultor ſi cognouerit bullas Pontificum, & alias ordinationes eſſe ſubreptitiè obtentas, poteſt denegare Regium exequatur.*

22 *Exequatur Regio Collateralis Conſilij indigent reſcripta Regis, ſed abſque relatione Cappellani Maioris.*

AB immemorabili tempore, & à priſcis temporibus Regum huius Regni, ſcilic. Comitis Rogerij, (qui noſtrum Regnum Neapolitanum à manibus Infidelium liberanit)
1 Ladislai, Friderici, Caroli Primi, Roberti, & aliorum Regum, Cappellam exẽptam ab Epiſcopali iuriſdictione ex benignitate Romanæ Eccleſiæ prædicti Reges detinuerunt, vt legimus in quadam donatione, quam fecit d. Comes Rogerius Beato Brunoni in anno 1093. quam *Taſſon. inſeruit in ſuo tract. de Antefato in pag. 334.*, ſucceſſiuis temporibus circa annum 1285. tempore Caroli Primi huius Regni Regis, aderat Regia Cappella, cum Regijs Cappellanis, hanc eandem Cappellam noſter Rex detinet in hac Ciuitate Neapolis in ſuo Regio Palatio, quam nos Regalem appellamus, vbi quotidie exercitia Spiritualia à noſtris Proregibus exercentur, ex miniſterio quã plu-

plurium Sacerdotum, qui Cappellani Regij nuncupantur, & cum in mense Maij præsentis anni 1702. Philippus Quintus Rex Hispaoiarum sua præsentia hanc nostram Ciuitatē glorificauerit, quolibet die in d. Regia Cappella Sacrosanctom Missæ Sacrificium audiuit, & sæpè sæpius Venerabile Eucharistiæ Sacramentum suscepit, cum miranda omniū adstantium ædificatione, quādo vero Palatium Principis propriam Cappellam non haberet, debet Princeps Sacramenta accipere à Parocho in cuius finibus Palatium positom est, *Abbas in c. cū Cappella*
2 *de priuileg.* His omnibus præest Cappellanus Maior, qui eligitur à Rege, & habet iurisdictionem Episcopalem non solum in omnes alios Clericos, & Sacerdotes, qui prædictæ Cappellæ deseruiunt, sed etiam cogooscit de omnibus personis Ecclesiasticis stipendiarijs Regis, qui affixi sunt seruitijs Regiorum Castrorom, & Classis maritimæ totius nostri Regni, qnibus sua cura, & sollicitudioe omoia spiritualia officia manoalia, & curas animarum dispensat, personis beoemeritis, & aptis ad Ecclesiasticum regimen, sic ex consuetudine immemorabili introductum, vt iouenio notatum inquodam manuscripto inserto in *alleg.* 28. *tom.* 35. *diuersarum alleg. mea Bibliotheca*, vbi fit mentio de quadam relatione Cardinalis Granuela de anno 1522. in registro Curiarum *fol.* 93. & notaot *Riccius in praxi par. 4 resol.* 498 *Reg. Const. aut. in l. vnica Cod. de domibus dominicis lib.* 11. At isti Regij Cappellaoi, qui ad d. nostrā Regiā Cappellā, eliguntur, noo da omni genere personarum suscipiootur ad sodalium numerum, sed ex nobilioribus, & honestis viris orti, & omni genere virtutum ornati, vt potios ex proprijs meritis decorati videantur, quam ex officio, quod admioistrant, & ita rationabiliter fieri debet, nam dicuntur isti Regij Cappellani Palatini, quia Regio Sacello seruiunt *l. vnica Cod. de Palatinis lib.* 11. pro vt Castrensiaoi appellantur, qui habitant in Castris *l.* 1 vbi: *DD. Cod. de Castrensianis, & Ministr. lib* 11. hinc est, quod si Sacerdotia altioris ordiois contingat vacari, non postrema aulicorum Sacerdotum tam Castellanorum, qnam Italorum ratio haberi solet, adeout nostri Reges, licet ab hoc Regno absentes, eos insignioribus Ecclesijs despondere soleāt, & ad Abbatias & alias Ecclesiasticas præfecturas aspeximus q āplissimas euectos fuisse, solā hac cōsideratione perpensa, quia Regio Sacello fueruot addicti, & sua ætate fuisse obseruatum, refert *Vincentius Tornamira de Capilla Real, cap 7 pag.* 123. & 124.

Sed quo tempore fuerit primò dictus Cappellanus Maior, dicunt nostri Regnicolæ, quod
3 tēpore quo fuerint inuestiti hoc Regno Fridericus Imperator, & Carolus Primus Andegauensis, specificè à Sede Apostolica potestatem habuerunt, vt in Cappellanos Regios vnom deputarent Iudicem, qui Regius Cappellaous Maior vocaretur, & de caulis illorū cognosceret, vt dixerunt *Freccia de subfeud. lib.* 1. *tit. de offic. Mag. Cancellar. sub nu.* 26. & 27. *Borrell. de præst. Reg. Catthol. cap.* 60. *num.* 3. *Tasson. de antefato vers.* 3. *obseru.* 3. *nu.* 283. & pro istorum confirmatione lego in quodam antiquo registro inserto in d. *alleg.* 28. quod noster Alphonsus Primus Aragoneus huius Regni Dominus, epistolā miserit Episcopo Triueoti, vt noo molestaret aliquem Regium Cappellanū, quia erat exēptus, & non alium superiorem cogooscebat nisi Cappellanum Maiorem, & in eodem registro fit mentio in anno 1328. tempore Regis Roberti de Cappellano Maiore, qui nnocupabator Magister Cappellaons.

Prædictus Cappellanus Maior illam iurisdi-
4 ctionam exercet in Regio Palatio, & castris qnam quilibet Ordinarius in sua dioceli administrat, quia sicut Episcopi publicant in eorum dioceli monitoria pro reuelaodis bonis subtractis, eodē modo item potest ordinare Cappellaous Maior in Regio Palatio, & in omnibns Castris, & Classibus Maritimis, ita de commnni obseruantia notator, *in cit. alleg.* 28 similiter cogooscit caosas matrimoniales stipendiariorom Regis, & illorum qui in Palatio Regio, & Regijs Castris morantur, & nednm deputat Cappellanos in Regijs Castris, sed etiam eligit Coofessarios ad audiendam militum Confessiones, & cū à Pontificijs foerit talis coosuetudo inueterata in controuersiam deducta, Rex noster Cattholicus Oratorem misit Summo Pontifici Pio Quinto, cui fuit relata prædicta antiqua consuetudo, fuit etiam presentatum quodam Breue Clementis Septimi concessum ad iostantiam Aloisij Varraa Castellani Castri Noui in anno 1526. quo tempore fuit expositum quod ex antiquo vsu Sacerdotes d. Castri solebant ministrare Sacramēta in omnes milites d. Castri, hac de causa prædictus Pontifex in d. Breui confirmauit prædictum vsum, & concessit potestatem d. Sacerdotibus præsentibus, & futuris administraodi Sacramenta, & trasferendi cadauera ad sepelieodum in qualibet Ecclesia, pro quorum confirmatione fuit præsentata quedam visitatio facta à Cappellano Maiore Ecclesiarum, & Sacerdotum Regiorum Castrorum in anno 1488. quod vsque ad presens tempus fuit cootinuatum, dum in dies hodiè videmus Cappellanum Maiorem inter Regios Cappellanos iurisdictionem ex-

exercere ciuilem, & criminalem, quod etiã dixit *Reg. de Marin. in obseru. ad dec.* 495. *Reuerteri*, vbi meminit omnia priuilegia à Summis Pontificibus concessa nostræ Cappellæ Regiæ, & alios Regniculos DD. refert.

Habet etiam Regius Cappellanus Maior iuris-
5 dictionem non solum in Clericos, & Cappellanos seruientes Regiæ Cappellæ, Classibus maritimis, & Castris Regijs, sed etiam in Cantores Musicos Regiæ Cappellæ, atque Lectores, Studentes, & Bidellos Regiorum Studiorum, *Riccius resol.* 493. *&* 496. *Constit. in l. vnica num.* 21. *C. de Palat. & domib. lib.* 11. *Tason. in Pragm. de autef. d. vers.* 3. *obseru.* 3. *num.* 271. *&* 369. *Petra in ritu* 295. *num.* 219. *& num.* 232. *lib.* 4. *Pontius de Matrim. lib.* 5. *cap.* 12. *§. vnico num.* 14. vbi loquitur de Cappellano Maiore potentissimi Regis Nostri Hispaniarum, quem in Hispania vocant Scolasticum Salamantinum, & dicit habere iurisdictionem in laicos sibi concessam à Principe Laico, sicut de nostro Cappellano Maiore tractant *Reg. Tapia lib.* 2. *iur. Reg. tit. de Offic. Mag. Cancell. num.* 9. *& de Præstantia Regiæ Cancellariæ nu.* 21. *de Ponte in tract. manuscript. de iurisdict. tit.* 14. *de iurisdict. Cappell. Maior. num.* 3. *Tason loc. cit. Reuert. d. dec.* 495. vbi *de Marin. Reg. de Curte in diuers. iur. feud. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 78. *Riccius in praxi Eccles. lib.* 4. *resol.* 493. 495. *&* 498. *Costant. loc. cit. num.* 16. *&* 17. *Nouar. de electio. for. sectio.* 4. *quæst.* 58. *num.* 15. *Dom. Petra in ritu* 265. *num.* 70. *lib.* 3. *& in d. ritu* 295. *nu.* 219. *lib.* 4. *Cons. Altoman obseru. ad cons.* 58. *Ronit. num.* 22. *lib.* 1.

Dixi quod noster Cappellanus Maior habeat etiam iurisdictionem in Lectores, Studentes, & Bidellos nostrorum Regiorum Studio-
6 rum, quia ei fuit commendata administratio, & Præfectura nostrorum publicorum Studiorum huius Neapolitanæ Accademiæ, & appellatur à Rege nostro Catholico Magister Scolarum nostrarum, vt legitur in *pragm.* 14. *num.* 4. *de Offic. Secretar. seu à libell.* sed melius à nostratibus Præfectus Studiorum appellatur, quia reuera illa dirigit, Lectores mirifico ordine dispon it, studiosos corrigit, atque exercet, si à recto tramite deuiarent, & omnia ad commune commodum Auditorum prouidet, atque mandat, personaliter se conferendo ad Regia studia generalia nostræ Ciuitatis Napolis, vt meis temporibus vidi D. Io. de Salamanca D. Io. de Cespides D. Hyeronimum de la Marra Patritium Neapolitanum Cappellanos Maiores continuè accessisse ad Auditoria studiorum, & cum vigilantia omnia rectè rexisse, & optima cum ratione fuit Prelato Ecclesiastico Præfectura studiorum commissa, quia Rector studij Clericus esse debat, cum magna ex parte studiosi sint Clerici, quibus Rector Laicus ius dicere nequiret *Ancheran. in proem. lib.* 6. *ad d. auth. habita* vbi: *Bologuin. num.* 114. *Villalobus in com. opin. verb. Rector.*

Tum etiam, quia Accademiæ magis sunt Ecclesiasticæ, quam Seculares, maximè illæ, quæ authoritate Ecclesiastica institutæ fue-
7 runt, propterea omnis erudiendæ iuuentutis cura ad Ecclesiam pertinet, & probatur in *cap. super specula* 28. *de priuileg.* vbi Summus Pontifex generaliter statuit, nè Parisijs ius Cæsareum legeretur, vel audiretur, quod licet multi satis durum atque difficile videretur, vt fuit *Rebuffus in tract. de Nominat. q.* 5. *principal.* qui dixit quod S. Pontifex non poterat hoc ordinare, statuendo in non subditos, sed tamen eruditè hoc explicat *Innocent. Chironius* Rebuffum improbando, *in* 5. *compil. decretal. Honor. tertij lib.* 5. *tit.* 12. *de priuileg. cap.* 3. *fol.* 215. vbi inquit S. Pontificem iuris ciuilis facultatem prohibuisse, quia Accademiæ magis sunt Ecclesiasticæ, quam Seculares, quem sequitur *Francisc. Redenasch. cons.* 32. *num.* 46. *& seq. lib.* 1. & vti certam conclusionem supponit, *Andreas Mendo de iure accademico lib.* 1. *quæst.* 21. per totam vbi latè; cum igitur Cappellanus Maior sit Rector nostræ Accademiæ vti Magistratus Accademicus habet merum imperium *Escobar de Pontificia, & Regia iurisdictione* 1o. *Frischen. in auth habita Cod. nè filius pro patre* relati à *Mendo loc. cit. lib.* 1. *quæ.* 20. *num.* 454. qui late probat, Imo Rector Accademicus mistũ habet imperiũ *auth. habita C. nè filius pro patre in verb. delicti*, *vel debitã* vbi: *Barl.* Idem *Barl. in l.* 9. *num.* 12. *De iustit. & iur. Iul. Clar. in §. fin. praxi crim. quæst.* 53. *Georg. Schonborner politic. lib.* 4. *c.* 4.

Proinde dico, quod noster Cappellanus Maior, qui in hoc Regno successit in locum Iudicis Scholarum, fit Iudex Ordinarius non Dele-
8 gatus, ita *Glos. in d. auth. habita in verb. didimus, vers. sed dic quod sic*, quia habet iura Magistratus, sequitur *Barbos. in d. auth. habeta nu.* 28. nam de iure communi fuit ei tributa potestas per *d. auth. habita*, vbi dicitur quod Scholares possint conueniri coram Lectore, Secundo coram Iudice loci, Tertio corã Episcopo, Quarto coram Rectore; Sed hoc procedit in causis ciuilibus, & in criminalibus leuibus, non in grauibus, & atrocibus, de cõmuni post *Glos. & DD. in d. auth. habita* concludit *Carneual. de Iudic. disput.* 2. *quæst.* 6. *sectio.* 5. Apud nos verò hodie practicatur, quod Scholares solum gaudent foro Cappellani Maioris, quando delinqunt in studio Publico, quia si in studio priuato crimen aliquod patrauerint, vel in Ciuitate, tali foro non gaudent *Carneual. d. disp.* 2. *qu.* 6. *sectio.* 5.

Sed queri potest an Præfectus Studij, qui in hoc
9 Regno est Cappellanus Maior habeat iurisdictionem in Scholares Clericos delinquẽtes, vel in Lectores Clericos contrauenientes statutis nostrorum publicorum Studiorum. Ratio dubitandi est, quia carcerationes ordinantur, & pœnæ controuenientibus infliguntur cum voto Regij Consiliarij Consultoris, qui est Iudex Laicus, ideoque nullam iurisdictionem in Clericos exercere potest.

Sed respondetur, quod decreta emanantur sub nomine Maioris Cappellani, & hic est, qui iurisdictionem exercet, non Assessor, vt de stylo Parlimenti Franciæ seruari testatur *Franc. Marc. in deci. 295. num. 2. Vrsell. in eiusdem apum concl. 156. num.* 4. ideo videmus quod Iudex tenetur eum perquirere in sententiando, sed non assessorem sequi *l. Consiliarios Cod. de assessor. Gloss. in l. 1 in fine*, & ibi *Barl. & Alex. ff. de offic. Assess. Vrsell d. concl. 156. num.* 1. preterqoamquod Magistratus
10 Accademici similes sunt Ecclesiasticis Iudicibus, at licet Clerici non fuerint, tamẽ propter illam similitudinem imperium in Clericos habent per *Clem.* 1. *de Magistris Scipio Gentilis in auth. habita num.* 9. & ita concludit *Limneus de iure publico Imper. Rom. tom. 3. lib. 8. cap. 5. tit. de Rectore num. 5. & 6.* & quia Magistratus Ecclesiasticus est, proindè in multis Accademijs Europeis,
11 studiosi seù Scholares, qui sunt Seculares, & Clerici eligunt Rectorem, & illi dant iurisdictionem, quæ de consensu dari potest *Gloss. in l. 6. ff. de iurisd. Barl. in l. mora 3. ff. eodem*, prout in Gallia practicatur in Accademia Parisiensi testatur *Limneus loc. cit. d. cap. 5. num. 9.* & in Basilea facit *Vrstisius in Chronic. Basil. lib. 6. cap. 2. pag.* 425. Et Rectoris Accademiæ Louaniensis ea est dignitas, atque præeminentia, vt nõ omnes solumodo studiosi, sed & Magistratus Vrbani, & Omnes Ciues eum venerentur, & vti Iudicem suscipiant, testis est *Guicciardin. in discript. Belgij pag.* 50. Similiter Rector Accademiæ Iuliæ durante Officio est Sacri Palatij Lateranensis Aulæ, & Imperialis Concistorij Comes, ex priuilegio Maximiliani Secundi, refert *Saggittarius de Comit. Palat. th. 5. 13. lit. A.* Atque eadem ratione potestates Ecclesiasticæ multis Rectoribus sunt concessæ; sic Rector Bononiensis Accademiæ habet facultatem absoluendi ab escommunicatione *Matthias Steph. in. de Iurisdict. cap. 11. num.* 18. alia exempla tradit d. *Limneus loc. cit. cap. 5. per tot.*

Hic enim Capp[illegible] [illegible] cum [illegible] a[illegible]icis Cappellanis est [illegible] O[illegible] iurisdictione, vi[illegible] [illegible]
12 cibus concesso [illegible] p[illegible] [illegible] de *priuileg. Concil. Trid. de reformat. sess. 24. c. 11.* non modo in his, quæ pertinent ad Cappellæ ministerium, verum etiam in quacumque disceptatione agnoscũt litium, & criminum Iudicem summum Aulæ Sacellanum, quem hac prerogatiua exemptionis Pontifices Romani exornarunt, vt de exemptione Cappellanorũ Regiæ Cappellæ Vlissiponensis tractat *Cabed. de patron. Regiæ Coronæ pag.* 43. vbi refert Bullam Leonis Decimi latam sub diè 26. Iulij 1515. ex qua fuit indultum, vt d. Regij Cappellani subiciantur iurisdictioni solius Maioris Cappellani, & legati Apostolici, vt aduertit idem *Barbos. in d. cap. cum Cappella* Idem priuilegium exemptionis fuit indultum Cappellæ Regiæ nostri Regni Neapolitani eiusque Maiori Cappellano ex eadem Bulla Leonis Decimi sub diè 2. Nouembris 1519. postulante nostro Imperatore Carolo Quinto, vbi etiam fit mentio aliorum priuilegiorum, quæ prædictis Cappellis concesserunt Sistus Quartus, Innocentius Octauus, Alexander Sextus, & Iulius Secundus; teste *Barbos. loc. cit. num.* 3. Non minus priuilegiũ exemptionis fuit concessum Cappellis, & Cappellanis Regis Catholici à Paulo V. in sua constit. lata sub die 17. Februarij 1614. incip. *Charissime*, directa Philippo III. Regi Hispaniarum, quam typis edidit *Vincentius Torturet.* in fine *sui lib. de Cappell. Real*, Similis exemptio fuit concessa Cappellæ Regiæ Sacri Palatij Panormitani à Rogerio Primo Siciliæ Rege, scripseruut *Petrus Vincentius lib. 2. de Eccles. Siciliæ, & Vincentius Turturetus in d. lib. in fine* per Bullam Pauli Quinti, vbi latè de alijs indultis concessis à Summis Põtificibus Regijs Sacellis loquitur. Et tãdẽ eodem priuilegio exemptionis fuit ornata Cappella Regis Gallorum cum suis Cappellanis à i[illegible] [illegible]one Archiepiscopi Parisiensis, à Pontifice Ioanne XXII. anno 13[illegible] adeout Cappellani d. Regiæ Cappellæ Gallianæ, nec non Regij Consiliarij amanuenses, & familiares eiusdem Regis, qui in aulicis officijs versantur, Abbatem Sanctæ Genouefe Sacellanum Maiorem vti suarum litium Iudicem cognoscunt, scripsit *Renatus Choppin. lib. 2. de Sacra politia tit. 5. nu. 5.* quem sequitur *Barbos. in d. cap. cum Cappella num.* 3; & hoc procedit etiam in causis criminalibus, quarum etiam competit cognitio Cappellani Maiori, vt fuit decisum in Collaterali Consilio in quodam Clerico subdito d. Cappellani Maioris, qui licet fuerit carceratus à Magna Curia, vti inquisito de assassinio, attamen fuit remissus ad Curiam d. Cappellani Maioris refert, *Thor. in compen. d. c. par. 3. [illegible]io. 3. in verb. remissio causæ pag.* 79. & fuit tale decretum confirmatum a

grado

gradu appellationis refert *Taffon. in pragm. de antefat. verf. t 2. obferu. 1. alleg. 26. num. 44. pag.* 486. & ratio fuit, quia non erat probata qualitas affaffinij, aliter enim non competebat remiffio, quia talis criminis cognitio fpectat ad Iudicem fecularem, priuatiuè quo ad alios ex *cap. 1. de homicid. in 6. Taffon. loc. cit. nu.* 33. & 39.

Sed nota quod competit exemptio Cappellanis Regiæ Cappellæ, dummodo tamen Cappellani actu feruiant, vt difponit d. *Concil. Trident. d. feffio. 24. c. 11. de reform.* vbi: *Barb. Ricciut in praxi par. 4. refol.* 495. vbi etiam fubdit poffe reuocari ad libitum tales Cappellanos à Prorege, ficut etiam ipsũ Cappellanũ Maiorẽ à Rege, adeout dixit idem *Riccius in d. refol.* 97. non poffe aliquem ordinari ad titulum Cappellani Maioris, quia est Cappellania manualis, & ammouibilis ad nutum, fed hanc reuocationem Principibus non licere demonftrat idem *Turturetus loc. cit. cap. 7. n. 35. pag.* 122.

Cum enim Cappellanos Maior habeat iurifdictionem in certum genus caufarum, perfonarum, & locorũ, fequitur quod ifta iurif-
13 dictio dicatur conceffa priuatiuè, & abdicatiuè *Franc. dec.* 142. *num. 1. & dec.* 417. *Capic. dec. 9. in 6. limit. Anno fingul.* 631. *Gramatic. dec. 30. num* 12. *Carthar. dec. Genua* 4. *Capic. Latro dec.* 155 *num. 4. tom. 2.* & ego addo *Carneual. de iudic difput. 2. quaeft. 6 n.* 1185. *Thor. in voto* 25. *num. 4. & in voto* 99. *nu.* 43. alios refert, & fequitur *Danza in addit. ad Gramatic. dec. 30. num.* 8. *Petra in ritu* 295. *num* 220. *lib.* 4. ex quo colligit in *num.* 221. quod *tex. in l. nullum Cod. de teftib.* per quem difponitur, vt teftis falfum deponens coram Iudice alterius iurifdictionis ab eo puniri poffit, (qui fuit ampliatus ad omnem iniuriam Iudici factam, per quam eius iurifdictio lædatur, vt probat *Maftrill. dec.* 147. *n.* 18. *lib. 2. poft Franc. dec.* 722.) non habeat locum in fubdito Cappellani Maioris, qui deliquit coram alio Iudice ordinario, virtute d. iurifdictionis abdicatiuè conceffæ, hoc enim cafu fubditus abdicatus dicitur omnino exemptus, & Iudex offenfus eft omnino incompetens ad inftar Clerici *Afflict. dec.* 230. *num.* 1. qui de communi teftatur vbi *Vrfill. num.* 1. *Capic. dec.* 122. *de Ponte dec.* 13. *num.* 7. & 8. *Franc. dec.* 722. *Tapia dec. S.C.* 13. & *in Ius Reg. tit. de offic. Magn. Admirati num.* 4. *Capiblanc. de Baron. tom. 2. cap. 37. n.* 11. *Petra in d. ritu* 295. *n.* 221. *tom.* 4. qui de iurifdictione Magn. Admirati idem dicunt procedere, & quamuis aliter dixerint de Baronibus, quibus etiã cõceditur iurifdictio cum claufula abdicatiua, feù priuatiua *Gramatic. in fua vulgari dec. 30. num.* 6. tamen nulla competit remiffio, fed habet locum *tex. in d. l. nullum*, ficut affirmant *Thefaur. dec.* 266. *Petra ad Capic. dec.* 57. *nu.* 2. & ratio eft, quia quãdo iurifdictio eft diuifa ratione magiftratus, prout in hac Ciuitate diuifa funt Tribunalia circa exercitium, vnum Tribunal non concurrit cum altero, & hoc cafu competit remiffio in terminis d. *l. nullum Petra loc. cit. num.* 122. *in fin.*

Sed de allegatis per d. *Dom. Petram in d. ritu* 295. *d num.* 218. *tom.* 4. valde dubito, etenim non benè deducitur, quod quia iurifdictio Cappellano Maiori fuerit priuatiuè conceffa, quod ego non nego, igitur *tex. in d. l. nullũ* non habeat locum in fubdito Cappellani Maioris, adeout Iudex offenfus fit omnino incompetens contra fubditum Cappellani Maioris, fi enim hoc verum effet, idem deberet dici de fubditis Collegij Doctorum, Artis Serici, Artis Lanæ, & de omnibus alijs iurifdictionibus conceffis in certum genus perfonarum, quæ etiam funt priuatiuè conceffæ, vt dixerunt omnes noftri Doctores, fc.
14 *Capiblanc. in pragm.* 8. *de Baron. num.* 127. & *feq. Carneual. de iudic. difput. 6. quaeft. 6. nu.* 1185. alijque relati à *Danza in addit. ad dec.* 30. *Gramatic. num.* 8. & tamen nullus ex noftratibus dixit, quod fubditi dictorum Collegiorum falfi crimen committentes, non poffint puniri à Iudice offenfo; nec hoc poteft rationabiliter dubitari, quia talis iurifdictio cognofcendi tale delictum falfitatis coram Iudice commiffũ, conceditur à lege, & quando lex dat iurifdictionem alicui Iudici cognofcendi aliquam caufam, vel perfonam, dicitur priuatiuè illam concedere *leg. fin. Cod. de iurifdi&. omn. Iudic. Franc. dec.* 147. punctualiter *Danza in addit. ad Gramatic. d. dec. 30. num.* 4. qui in terminis *d. l. nullũ* loquitur. Et ratio cur lex dat iurifdictionem cuicumque Iudici cognofcendi tale crimen falfitatis, illa eft, quia deteftabile eft tale crimen, adeout licet delinquens, qui falfum depofuit fit quocumque priuilegio ornatus, vt non poffit conueniri nifi fub certo Iudice, (vt effet cafus de fubdito d. Cappellani Maioris, & alterius Collegij artium) tamen hoc priuilegio non obftante poteft conueniri à Iudice delicti, fi periurium commiferit, vt difponit aureus *tex. in l. penult. Cod. de dignit. lib.* 12. vbi fancitur, quod Illuftres Perfonæ, & Senatores, qui alias fine licentia Principis pro quolibet graui facinore non poffunt per Iudices loci puniri, attamen pro periurio commiffo poffunt ab illis Iudicibus coram quibus periurium commiferont puniri, fine licentia Principis, idcirco non erit infpiciendus forus delinquentis, cui fubditus eft, fed forus delicti fi potenfior fit in hac falfitatis materia. Adde quia ad hoc, vt derogetur iuribus predictis, vt quis non poffit con-

conuenisi in loco delicti, reqoiritur clauſula
derogatoria ſpecialis ad leges prædictaa *Io:
Andreas*, qoem refert, & ſequitur *Philippus
Franc. in cap. 1. col. t. de priuileg. in 6.* prouc
ad finem derogandi diſpoſitionē *tex. l. unico
C. quando Imperator inter pupill. & Vid.* notat
Franc. dec. t92. quæ clauſula derogatoria
nō legitur commiſſa Cappellano Maiori.

In praxi autem loquendo, nec etiam poſſunt
militare dicta d. *Dom. Petra*, quia noſtri pra-
ctici concludunt, quod diſpoſitio *tex. in d. l.*
15 *nullum*, tribuat iurisdictionem cumulati-
uè non priuatiuè, ita vt circa ambas Curias
ſit locus præuentioni inter Iudicem Ordi-
narium, & eum coram quo depoſuit teſtis,
vel aliam offenſam patrauit, vt docent om-
nes in d. *l. nullum*, & ita in Regno ſeruari
docet *Afflict. dec.* a19. *num.* a. & teſtatur *Frau.
dec.* 147. *Farinac. de teſtib. quæſt* 67. *num.* 26.
& ſeq Guazzin. defenſ. 1. *cap.* t3. *num.* 3. *&
ſeq Rolandus conſ.* 12. *nu.* 12. *& ſeq. lib.* 2. *Co-
uarru. practic. quæſt. cap.* 18. *num.* 8. *verſ. in
hac re Clarus in practic. §. fin. quæſt.* 38. *verſ.
quæro numquid*, & ibi: *Baiard. nu.* 38. *Giurb.
conſ.* 59. *num.* t18. *& ſeq.* alios citat, & ſequi-
tur *Moderuus Conciolus reſo crim. inuerb.
falſum reſol.* 20 *nu.* 3. t1. *&* 15. ſi ergo habet
16 locum præuentio nō habet locum remiſſio.

Si vero ſubditus Cappellani Maioris eſſet
Clericus nulli dubium eſt, quod ſi falſum
commiſſerit coram Iudice laico, erit omnino
ad Curiam d. Cappellani Maioris remittē-
dus, ratione incapacitatis ipſius Iudicis er-
ga Clericum, vt communiter dixerunt DD.
ſcilicet *Afflict. dec.* 230. *de Marin. reſol. iur.
cap.* 50. *num.* 1. *tom.* 2. *Kochier. de iurisd. ordin.
in exemptos pag* a. *quæſt.* 55. *num.* t. *Ambroſin.
de immunit. Eccleſ. Eccleſ. cap.* 78. *num.*
a1. *Barboſ.* alios citat in *l. nullum num.*
8. *Cod. de teſtibus Conciol. in reſol.* 20. *num.* 12.
per *tex.* expreſſum ab alijs non perpenſum
in *l. præsbiteri* 8. *Cod. de Epiſcop.* reprobata
opinione *Cyni, & Baldi poſt Gloſ. in d. l. nullā
Petri de Ancharano in cap. ea quæ de reg. iur.
Alphonſi Aluarez in ſpecul. cap.* 36. *nu.* a. *Ca-
ualcani Guglielm. de Benedict.*, & aliorum
qoos refert, & ſequitur *Morla in emptor. iur.
tit.* 2. *de iurisd. omn. Iudic. nu.* 153. *pag.* 87.

Regitur hoc officium cum conſilio, & voto de-
ciſiuo Regij Miniſtri, nam cum Eccleſiaſti-
ci Prælati non admodum ſint inſtructi in
17 iuris ſcientia, propterea eorum defectum
per Aſſeſſorem ſupplent, vt in toto *tit. ff.
de aſſeſſor. & in Nouell.* 82. *l.* 3. *Cod. de ingen.
manumiſſ. l.* 10. *ff. de bonor. poſſeſſ.* ſolet igitur
eligi à Prorege, vel à Rege ad tale munus Cō-
ſultoris d. Cappellani Maioris, vnus ex Regijs
Cōſiliarijs eximiæ doctrinę ob PRÆSTAN-
TIAM noſtri Sacri Conſilij, vidi enim mea
ætate tale officium exercuiſſe Sapientē Con-
ſiliarium Franciſcum Roccum, deinde tale
munus commendatum Conſiliario D. Carlo
Petra Duci Vaſtigirardi, non ſolum nobi-
lis proſapiæ, ſed excelſæ doctrinæ, Fateor
quod poſt iſtius obitum circa menſem Iulij
cadentis anni 1702. ad tale munus fuit aſ-
ſumptus Dom. Præſes Regiæ Cameræ *Don*
Nicolaus Carauita nouiter electus à D. no-
ſtro Rege Hiſpaniarū Philippo Quinto, vir
certè animi cādore ornatiſſimus, & iuriſcon-
ſultus ſapientiſſimus, ſed quia ſperatur,
quod per breue tempus tale præſidatus offi-
cium detineat, & ob ſummam eius æquita-
tē, & animi ingenuitatē ad Regētis, vel ſaltē
Cōſiliarij munus cōmutetur, ideo nō poterit
inter cōtraria exempla connumerari, ſufficit
tantum mihi aſſerere, quod per continuata
tempora vnus ex Regijs Conſiliarijs talem
Aſſeſſoratum Cappellani Maioris exercue-
rit, vt PRÆSTANTIA noſtri Reg. Conſilij co-
gnoſcatur, & parum intereſt an pro aliqua
vice Miniſter alterius ordinis prædictum
officium ex Regis iuſſu detinuerit, ad inſtar
legum, quæ adaptantur ad ea, quæ frequen-
tius accidunt.

Omnium agendorum cura à directione Con-
ſiliarij Cōſultoris procedit, & videtur, quod
totalis iurisdictio penès d. Conſultorem re-
ſideat, dum iſte decernit decreta in omni-
bus actibus iuſtitiæ, ordinat relationes Pro-
regi traſmittendas, audit partes conlocutan-
tes, & omnia ſua voluntate adminiſtrat;
Cappellanus vero Maior debet tantum
ſubſcribere illa decreta emanata à d. eius
Conſultore, nullo verbo addito, vel diminu-
to, & cum aliquando renuiſſet ſubſcribere,
decreto Collateralis Cōſilij fuit ordinatum,
quod illa ſubſcribat, teſtatur *Petra in ritu*
295. *num.* 249. Ab iſtius Conſultoris decreto,
ſi appelletur, recurritur ad Dom. Proregem
à quo alius eligitur Miniſter, & cum iſtius
voto Cappellanus Maior cauſam iterum re-
uidet, quam ſecundam appellationem ſi
partes prętenderent impugnare, conceditur
ſecunda appellatio ſecundum formam iuris
Canonici, ſed cui committitur cauſa
decidenda, vide *Petra in ritu* 295. *à nu.* 235.
uſq; ad num. 244. *tom.* 4. Sed in quodam ma-
nuſcripto de poteſtate Cappellani Maioris
lego, quod hæc ſecunda appellatio commit-
tatur eidem Cappellano Maiori, cum voto
alterius Conſultoris.

Obſeruantia etiā ab antiquis temporibus ino-
18 leuit, vt omnes Bullæ Pontificiæ, & Breues
Apoſtolici, qui in hoc Regno præſentaban-
tur non poterant admitti ſine Regis licen-
tia, quam nos Neapolitani Regium exequa-
tur appellamus, & quia Cappellanus Maior
antiquitus ſemper in Aula Principis reſide-
bat, ideo de more anti[illegible] fuit introductum,
vt prędicto Cappellano Maiori [illegible]
[illegible]-la-

Ecclesiasticæ instructo de Canonum sanctionibus, committeretur cognitio omnium bullarum Summorum Pontificum, eorumque constitutionom, vt valuisset consulere Regem, an prędictę bullę, seu Breues Apostolici aliquid perniciusum contineant, tam illæ, quæ versantur circa publicum Regimẽ, puta circa solutionem decimarum soluendarum ab Ecclesiasticis, & similia, quam illæ constitutiones, quæ emanantur inter litigantes nostri Regni. Nam cum motus Regis sit Tutela, & specialis cura subditorom, ne iniurijs, vel alijs oppressionibus vexentur, & ad hoc à Deo electi sint Principes ad tutamen subditorum, idcirco ne status publicus aliquo modo grauetur, à Regibus nostris hæc cura semper fuit commissa Regiu Cappellano Maiori, qui cum voto sui Consultoris concedit executionem prædictorum rescriptorom Ecclesiasticorum, dũmodo eas Bullas, vel constitutiones iustas, & æquas prospiciat, quoties vero illæ non conueniunt moribus nostræ Regionis, vel iuribus Regijs, sed pręiudicium aliquod inducerent, aut inconueniens inferrent, solet Cappellanus Maior cum suo Consultore suspendere exequtionẽ illarum, interposita supplicatione ad Summum Pontificem melius informandum, ad finem vt eam reuocet, vel reformet, & secundam iussionẽ transmittat, ioxta *tex: in cap. si posita*, vbi *Abbas, & Felin. de rescript. Glos. notabilis in §. deinde vers. si quis aut verb. nunc* per illom *tex. auth. de mandat. Princip.* elegãter *Conar. practic. cap. 35. num. 6. Marauta disp. 1. nu. 19. Rodoan. de reb. Eccles. non alien. quæst. 49. nu. 13. Io: Driedon. de liber. Christ. lib. 1 pag. 138. Salzed. in praxi crim. canon. cap. 54. num 11. 17. & 19. Azeued. ad l 14. nu. 49. tit. 3. lib. 1. recompil. Florez Diez de Mena practic. lib. 1. quæst. 12. nu. 8. Cutell. ad l. Sicil. ad l. Federici notab. 46.* & ad *l. Martin. notab. 64. per tot. Borrell. de præst. Reg. Catholic. c. 52. n. 3. & 4. Guttierez lib. 2 practic. quæst. 177. in fin. Roderic. de ann. reddit. lib. 1. quæst. 4. num. 28. & 29. Lasarte de decim. cap. 10. num. 2. & 20. Anguian. de legib. lib. 1. contro. 5. nu. 7.* & alij quos refert *Salgad. de retent. bull. par. 1. cap. 2.* vbi latissimè *num. 18. & seq. & num. 66. & cap. 2. & 3. num. 131. & sex. 4. per tot.*

Quod enim obseruantia introduxit, id fuit postmodum per specialem sanctionem ordinatum, nam aspiciens noster Rex Cattholicus id conuenire suę Regali iurisdictioni, ideo peculiari lege præcepit, vt prædictis Bullis, & Breuibos Apostolicis, non possit à Collaterali Consilio concedi Regium exequatur, sine pręcedenti relatione d. Cappellani Maioris, & eius Consiliarij Consultoris, sub pęna duc. mille Scribis à mandatis pro prima vice, & pro secunda vice duc. bismille, vt in *pragm. 14. num. 20. de Officio Secretarij seu à Libellis, & num. 67. & seq.* idemque fuit confirmatum in *pramag. 5. de citationibus.*

19 Hoc enim Regiom exequatur concordat iuri communi, & hoc esse permissum omnibus Christiani Orbis Principibus ostendunt *Conarr. practic. quæst. cap. 35. num. 3. 4. & 5. Thesaur. dec. 131. num. 7. Anna alleg. 59. Grassius dec. aur. par. 1. lib. 2. cap. 68. nu. 16. & lib. 4. cap. 18. in explicat. Bullę Cænæ dom. num. 120. cum seq. Bonadill. lib. 2. cap. 18. num. 207. Bellett. disquis. cleric. par. 1. tit. de exempt. cleric. à statutis §. 3. nu. 21. Riccius resol. 198. Borrell. in vltimo casu addito ad cap. 71. de præst. Reg. Cathol. fol. 544.* & præsertim in hoc Regno Neapolitano d. regium exequatur deberi modo supra posito obseruari, præter alios DD. latè ostendunt *Anton. de Amato var. lib. 2. resol. 72. num. 27. & seq. & Marta de iurisd. cap. 32. num. 21.* qui subdit, quod in hoc Neapolitano Regno multoties fuit conclusum cum summis Pontificibus, vt quantum pertinet ad ea, quæ sunt iurisdictionis, ipse Rex conseruetur in sua possessione, & nihil innouetur.

Amplia 1. vt etiam hodie ad prædictum Cappellanum Maiorem spectet exequtio bulla-
20 rum electorum ad Episcopales dignitates, Abbatias, Prioratus, & ad omnes alias dignitates à Curia Romana prouisas, ad hoc vt possit cognosci an sint fideles nostro Regi, interest enim Principi, ne eligatur sibi suspectus qui reuelet secreta Regni *l. omne delictum §. exploratores ff. de re milit. Panorm. in cap. quod sicut de electione*, ideo si Princeps secolaris videt Prælatum institutum à S. Pontifice, suspectum suo Principatui, debet rescribere S. Pontifici, iuxa notata in *cap. super his de accusat. Martin. de Cazariis de dignit. 4.*

Amplia 2. quod etiam in commendis Hierosolymitanis concessis nobilibus nostri Regni, Bollæ indigeant Regio exquatur, *Ronit. in d. pragm. 5. nu. 2. de citatio.*

Amplia 3. vt tale Regium exequatur habeat etiam locum in literis excommunicationis, *Fuller. in constit. post mundi machinam n. 102. Ronit. in pag. 5. de citat. num. 2.*

Amplia 4. vt habeat locum etiam in Sententijs Rotalibus, *Reg. de Ponte dec. 28. nu. 3. Capic. Latro dec. 175. num. 5.* si vero sententia Rotalis, vel quælibet alia cuiuscumque Rotæ Supremæ, vel mediæ appareret iniusta, vel nulla, Iudex exequtor, qui iurisdictionẽ ordinariam habet in loco, potest exequtionem impedire, non ad finem determinandi, sed tantum ad finem suspendendi exequtionem contra condemnatum, *Innoc. in cap. ad aures de ętat. & qualit. Decius cons. 8.* alijq; adducti per *Reg. de Ponte dec. 28. num. 3.* vbi refert decisum per Collaterale Consilium in

qua-

quædam sententia Supremi Consilij Italiæ, vt fiat consultatio, & non aliter data exequtio, quam decisionem sequitur *Reg. Capic. Latro dec. 175. nu. 5. & seq. to. 2.* vel potest rescribi à Collaterali Cōsilio Supremo Consilio Italiæ, & consolere Regem, ac expectare secundam, & tertiam iussionem do *Ponte dec. 23. in princ.*

Aduerte etiam, quod si Consultor Regij Cap-
21 pellani Maioris agnoscat Bullas Pontificum, & alias ordinationes esse subreptitiè obtentas, vel iniustas potest denegare Regium exequatur, *Reg. Galeota in controu. 49. nu. 6. & 7. lib. 2.* qui adducit *tex in l. 4. C. si contra ius, vel vtilit. publ. ib.* ibi: *& si non cognitio, sed exequtio mandetur, & de veritate precum inquiri oportet, vt si fraus interuenerit de omni negotio cognoscatur*, quod approbat *Reg. Capic. Latro dec. 174. num. 6. et 7. et Reg. de Ponte dec. 23. in princ.*

Limita 1. vt debeat concedi Regium exequatur absq; relatione Cappellani Maioris,
22 quando præsentantur rescripta Dom. nostri Regis, sed sufficit Regium exequator Collateralis Consilij, cum relatione Regentis Commissarij, ita fuit decisum in causa Iuliæ Vrsinæ in die 18. Martij 1621. vbi fuit ordinatum, quod exequatur literæ suæ Catholicę Maiestatis, iuxta ipsarum seriem, continentiam, & tenorem, vt refert *Galeota lib. 1. contr. fo. 6. nu. 56. & 57.* & ratio euidens est, quia cessat suspicio, an literæ aliquid perniciosum contineant, dum præsumitur, quod semper regię literę vtilitatem subditis inferant.

Aduerte tamen, quod Consultor Cappellani Maioris omnibus priuilegijs fruitur quibus gaudet ipse Sacellanus Maior, per *tex. in l. non minus, ali. s, non parum 11. Cod. de assessor.* fundat *Petra in stitu 295. nu. 186. tom. 4.* quod antea dixerunt *Christophor. Laufranc. de priuileg. Doctorum tom. 18. nu. 44. fol. 22. Xamar de offic. Iudic. par. 1. quæst. 2. nu. 20. Paris de Puteo de sindic. in uerb. assessor. num. 6. vers. priuilegium*, sicut Auditores Generales Exercituum suorum militum priuilegijs gaudent, quo ad forum, & ad alios exemptiones fundat *Parignau commentarijs*, quæ inseruit *Reg. Rouit. in pragm. 11. de militib. nu. 26.*

Aduerte tandem, quod quia prædictum Officium Cappellani maioris est satis honorificum, alternis vicibus confertur à nostro Re[illegible] Neapolitanis, & exteris, scil. pro vna vi[illegible] in personam Neapolitani Ecclesiastici, pro altera vice in pe[illegible]i, qui vt pl[illegible] solet esse Hispanus N[illegible]bis, & sapiens, iuxta [illegible] l. 1. *de offic. procons.*, prout e[illegible] ad præsens D[illegible] D. Didacus V[illegible] Vadania V. I. D., Pa[illegible] Oscensis in Regno Aragonum; hic enim [illegible] adolescentulus sacris literis se dedit, & in vtroque iure ità mirificè profecit, vt gradatim in omnibus suæ patriæ officijs honoratus extiterit, valdè iuuenis fuit electus Rector prædictæ Accademiæ Oscensis. Abbas Regiarum Ecclesiarum Sācti Nicolai de Perguletto Neritonensis, & Sācti Nicolai de Bucisano Catacensis respectiuè Diœcesum in eodem Regno, cum verò Aulæ Caroli Secundi Hispaniarum Monarchæ se addicerit, ea quoque ætate teneriori in diuersos gradus honorum pertrāsiuit, etenim Digesti veteris, Sexti, & Codicis publicus professor fuit proclamatus, suaque virtute, & excelso ingenio, ab ipso Rege cognitus, in Didacum propensus honorabiliores gradus dignitatum ei cōtulit, scil. munus Fiscalis, & Inquisitoris Fidei in Principatu Cathaloniæ, eumque à Consilijs Suæ Catholicæ Maiestatis in Supremo Inquisitionis Hispanico Senatu elexit, Visitatorē generalem Sancti Tribunalis Fidei Regni Siciliæ, & Regiæ Siculæ Monarchiæ pro interim Iudicem deputauit, & tandem ad hanc Supremam Dignitatem sui Maioris Sacellani euexit, in quibus officijs exercendis, qua virtute, prudentia, grauitate, & animi candore omnia gessit, omnibus notescit.

PRÆSTANTIA XX.

Præstantia Sacri Consilij Neapolitani est, vt duo Consiliarij d. Senatus sint Iudices Causarum Tribunalis Reuerendæ Fabricæ S. Petri de Vrbe.

SVMMARIVM.

1 *Episcopi sunt exequtores omnium piarum dispositionum, & etiam exemptos cogere possunt.*

2 *Capitulum Sede vacante potest compellere exequtores ad pias voluntates exequendas.*

3 *Testator non potest ordinare, vt Episcopus nō exequi faciat pias dispositiones.*

Remittere potest strictam computorum redditionem.

4 *Testator an possit ordinare, cum clausula annullatiua, vt dispositio habeatur pro non facta, si Episcopus se ingerat in exequtione piæ dispositionis.*

5 *Tribunal Reuerendæ Fabricæ successit in locum Episcoporum circa exequtiones piarū dispositionum, [illegible] quo ad Episcopos.*

6 *Episcopi si in actu [illegible] compellant heredes ad exequ[illegible] pias dispositiones, possunt impediri a Tribunali Reuerendæ Fabricæ.*

7 Tri-

7 *Tribunal Reuerendæ Fabricæ in hoc Regno regitur, tam ex Officialibus Ecclesiasticis, quam laicis.*

Sententiæ duæ conformes in causis Fabricæ S.Petri faciunt rem iudicatam.

8 *Assessores sunt Consiliarij, qui iudicant in causis Fabricæ S.Petri de Vrbe.*

Assessor laicus potest iudicare in causis Ecclesiasticis, quando ex conuentione, vel statuto eligitur cum facultate iudicandi.

PRÆSTANTIA Sacri Consilij Neapolitani est, vt eligantur duo Consiliarij, vti Iudices Tribunalis Reuerendæ Fabricæ.

9 *Officialis non potest duplex Officium exercere, absque Principis dispensatione.*

10 *Tribunal Reuerendæ Fabricæ procedit ex Officio; vt adimpleantur piæ dispositiones, etiam relictæ pro incertis, & malè ablatis.*

Legata pro incertis, & malè ablatis antiquitus in hac Ciuitate Neapolis exigebantur per nostram Ecclesiam Archiepiscopalem, hodiè spectant ad Tribunal Reuerendæ Fabricæ.

11 *Legata pro malè ablatis, incertis tantum personis relictis spectant ad Tribunal Reuerendæ Fabricæ, secus si certis personis sint facta.*

12 *Restitutio facienda personæ incertæ, de iure canonico dabatur pauperibus, sed hodie tale legatum applicatur Fabricæ S.Petri.*

13 *Tribunal Reuerendæ Fabricæ, an habeat priuilegium sibi applicandi legatum relictum pro exoneratione conscientiæ.*

Declarationes Sacræ Congregationis an habeant vim legis.

14 *Tribunal Fabricæ S.Petri, non habet potestatem Defunctorum voluntates violare.*

15 *Legatum relictum consanguineis intuitu sanguinis, non subiacet Curiæ Fabricæ S.Petri.*

16 *Legatum relictum Monasterio incapaci applicatur Fabricæ, & quid si fuerit relictum pio loco, cum onere faciendi eleemosinam Monasterio incapaci.*

17 *Legatum relictum pro construendo Monasterio, vel Hospitali, si in loco designato construi nequit, vel non sufficiant pecuniæ, an applicetur Fabricæ.*

18 *Pragmaticæ nostrì Regni ordinem iudiciarium concernentes, an sint obseruandæ in Tribunali Reuer. Fabricæ.*

Nullitates proponuntur aduersus decreta Consultorum Fabricæ S. Petri absque deposito & cur.

19 *Suspicio Iudicis proponitur aduersus Consiliarium assessorem Tribunalis Fabricæ S.Petri absque deposito.*

DE iure Episcopi sunt exequtores omnium piarum dispositionum, *cap. tua nos*, vbi *Glos. in verb. interdici*, & *cap. requisisti de testam. clem. 1. de testam. §. si quis autem pro redemptione captiuorum, auth. de Ecclesiastic. titul. Rota Rom. dec. 613.* apud *Seraphin. num. 7. par. 1. Nouar. in sum. bullar. par. 2. tit. de Fabrica S.Petri num. 24. pag. 303.* Imo per dispositionem S. Concil. Tridentini sub *tit. de reform. sess. 22. cap. 8.* Episcopi procedunt ad exequtionem piorum legatorum tanquam Sedis Apostolicæ Delegati, & etiam exemptos cogere possunt, vt de Regularibus exequtoribus testamentorum loquitur *tex. in clem. unic. de testam.* Nisi tamen exemptio talis esset, vt nullo modò possent ab Ordinario puniri, *Ricciard. in 4. distinct. 45. artic. 5. q. 2. §. 2. Syl. verb. testamentum 2. quæs. 2. d. 4. Mol. de iust. disp. 247. Rodriquez de Regular. tom. 3. quæs. 70. art. vlt. Sanchez lib. 6. sum. cap. 11. num. 22.* Sic etiam Officiales S. Inquisitionis exempti ab Ordinarij Iurisdictione, quod possunt etiam cogi per Episcopos ad exequendas pias dispositiones, *Thesaur. in foro Eccles. par. 2. cap. vlt. Barbos. de offic. & potest. Episc. alleg. 82. num. 14.* Imo etiã
2 Capitulum Sede vacante, cum in omnibus succedat Episcopo, *cap. cum olim de maiorit. & obed. cap. 1. de instit. in 6. cap. 1. de Sede vac. Concil. Trident. sess. 24. cap. 16.* potest compellere administratores ad pias defunctorum voluntates exequendas, *Calderin. cons. 13. de testam. Cardin. in clem. 1. col. 3. de testam. DD. in cap. Ioannes de testam. Spino in specul. testam. glos. 28. in princ. num. 20. Panin. de potest. Capit. Sede vac. part. 2. quæs. 7. nu. 6. Azor. instit. moral. par. 2. lib. 3. c. 39. quæs. 6. Barbos. de offic. Episc. alleg. 82. num. 35.* Ista tamen facultas non deuoluitur ad Episcopos nisi completo anno post negligentiam hæredũ, vel exequtorum testamentariorum, *cap. tua nobis, & cap. requisisti, & cap. si hæredes*, vbi *Couarru. Guttierez pract. quæst. quæs. 44. & 45. Genuens. in pracit. cap. 69. Barbos. loc. cit.*

Et nota, quod testator non potest ordinare, &
3 prohibere, quin Episcopus in casu negligentiæ hæredum, vel exequtorum non procedat ad exequtionem piarum dispositionum, *cap. tua nos*, vbi *Abbas, & Couarru. de testam. l. nulli, & auth. ite testator, C. de Episcop. & Cleric.*, quia eo ipso quod disponit ad pias causas, obligatur legib. de d. materia loquẽtibus, *d. l. nemo potest*, vbi post alios latè *Guttierez*, sicut non poterit testator prohibere, nè exequtores rationem reddere teneantur, *Ripa in d. l. nemo potest num. 127. Spin. in spec. testament. part. 1. in rubric. num. 9. glos. 8. Couarru. in d. cap. tua nos num. 6. Iacob. de Canib. de exequtor. vlt. vol. par. 2. § nouissimè num. 2. & seq.* facit *tex. in l. quidam decedens, ff. de administ. tut.* ibi: *Nemo enim ius publicum remittere potest huiusmodi cautionibus, aut mutare*

tare formam antiquitus constitutam, hoc tamen verum est, quod quando testator remittit redditionem computorum, intelligitur de scrupulosa, & stricta redditione, vt non teneatur de leui, vel leuissima culpa, & ita procedunt. *tex. in l. Aurelio §. fin. & l. si quis rationes, & l. petitu ff. de liberat. leg.* sicut, & fundans Cappellaniam non potest apponere conditionem, ne sit sub Episcopi potestate, *Bart. in l. quoties §. fin ff. de administr. tutor. Abbas in cap. dilectas notab. 4. de consuetud. & in cap. requisisti num. 22. de testam. & in cap nob s. de iur. patro. Felin. in cap. cum venerabilis num. 23. de exceptio. Couarr. in d. cap. tua nos Barbos. de Offic. & potest. Episcop. alleg. 82. num. 29.* & ita concludunt per has rationes, *Spin. in specul. testam. par. 1. in rub. num. 9. Tell. Fernandez ad l. Tauri leg. 36. nu. 5. Valenzuela cons. 53. nu. 29. & seq. Molfes. ad consuetud. tom. 1. par. 3. quæst. 10. & tom. 2. ead. quæst & in 2. par. sum tract. 13. de vl. volunt. cap 5 num. 105. Barbos. loc. cit.*

Et multis placuit, vt hoc idem procedat etiam
4 si adest clausula annullatiua in dispositione ad pias causas, scil. vt eo ipso, quod Episcopus se ingerat circa exequtionem, dispositio habeatur pro non facta, vel legatum alteri applicetur, aut non censeatur pium, est communis opinio, *vt Ripa Felin. Couarr.* & alij in locis citatis *Vasquius de success. creatio. lib. 1. §. 7. num* 17. qui dicit esse communem. licet iste contrarium probet, sed improbatur a *Gutierez in d. l. nemo potest nu.* 451. quos sequitur *Pelliccion. illust. quæst. 23. cap. 6. vers. ampliatur*, qui adducunt rationem, quod ista prohibitio sit contra bonos mores apposita, nè Episcopus requirat in casu negligentiæ hæredes, vel Exequtores post annum, quia repugnat dispositioni iuris communis ciuilis, & Canonici, quam immutare non potest testator *c. p. requisisti de testam. l. nemo potest ff. de leg. 1. Glos. in d. cap. tua nos tunc. b. interdici*, Conditio autē contra bonos mores in vltimis voluntatibus apposita, reicitur, & dispositio substinetur, *l. conditiones quæ contra bonos mores ff. de condit. institut.* licet secus sit in contractibus, quia in istis contrahentes possunt sibi met melius consulere, non sic morientes in vltimis voluntatibus, latè *Sarmiento lib. 2. selectar. quæst cap. 3. num. vl & Sanchez lib. 1. de matrim. disput. 34. num. 1. & 2.*

Sed non possum capere, quomodo ista prohibitio sit contra bonos mores, cum testator in proprijs suis bonis possit illam legem constituere, quæ sibi melior videtur, & placet, nec videtur repugnare dispositioni iuris canonici, & ciuilis, cum eo ipso, quod testator talem prohibitionem ordinauerit, nè Episcopus se ingerat in sua dispositione, non videtur amplius dispositio pia, sed vti quælibet dispositio consideratur, ac esset laicæ personæ relicta, & ita poterit considerari mens disponentis, vt voluerit fiduciam habere alicui loco pio, aut Ecclesiæ, vt si adimpleuerint sua mandata rectè agant, sin secus in suos proprios vsus, seu cōmodum conuertant, voluit actum donationis, aut liberalitatis erga eos gerere: Si enim hæc liberalitas non possit fieri in locos Pios, idem esset dicere, ac melioris conditionis reputare laicas personas, quam Ecclesias, si enim poterit legatum fieri amicis, & beneuolis gratitudinis causa absque onere, cur non idem debemus dicere in Ecclesijs, & hoc videntur agere testantes cum legata conficiunt, cum onere arbitrio legatarij exequendum, absque potestate coarctionis Episcopi, & ita meo iudicio sentirē, vt prohibitio facta nè Episcopus se ingerat, confidentiam tribuit loco, vel legatario, & hoc casu non dicitur exequtor is, cui confidenter tale legatū relinquitur, *Bal. in l. cum quidā ff. de leg. 2. Abbas in d. cap. nos quidē n. 12.*

Sed in locum Episcoporum hodiè successit Tri-
5 bunal Reuerendæ Fabricæ ex varijs Bullis Summorum Pontificum, sc. Pauli Tertij, Iulij Secundi, & aliorum, de quo Tribunali latè agit *Riccius in prax var. resol. tom. 1. resol. 374. cum multis seq. & resol. 361. Nouar. d. tit. de Fabrica S. Petri par. 2. num. 26.* quæ priuilegia Reuerd. Fabr. fuerunt confirmata per Pium Quartum de anno 1562. & habetur in Bullario *fol.* 592. *Nouar. loc. cit. nu.* 27. & etiam aduertit, *Riccius in d. resol.* 376.

Sed an priuatiuè quo ad Episcopos, an vero cumulatiuè. Dicas, quod Tribunal Reuerendæ Fabricæ habet iurisdictionem in hoc Regno circa exequtionem legatorum piorum, cum clausulis abdicatiuis, & priuatiuis ad Ordinarios locorum, ideo ex vi talium clausularum, omnis potestas Ordinarijs locorum fuit adempta, cum hoc sit proprium iurisdictionis abdicatiuæ seù priuatiuæ, *Iason in l. quod in rerum §. 1. ff. de leg. 1. Gramatic. decis. 30. Capic. decis. 23. col. 2. Franc. dec. 417. Nouar. in d. part. 2. loc. cit. n. 27. pag.* 304. adeo, vt nec Episcopi in hoc Regno Neapolitano possint amplius prætendere Quartam de legatis pijs in præiudicium Reuerendæ Fabricæ, eis debitam de iure canonico, de qua in *cap. requisisti, & in cap. fin. de testam. clem. dudum §. verum, & ibi DD de sepulturis. Maur. alleg. 51. num 1. vbi additio Io: Hieronymi in d. alleg.* 51.

Sed quid si Episcopus in actu visitationis vel-
6 let compellere hæredes pro exequtione legatorum piorum, an possit impediri à Tribunali Reuerendæ Fabricæ? ratio dubitādi est, quia Episcopi procedentes tempore

visi-

viſitationis procedunt tanquam Sedis Apoſtolicę Delegati, vt ex *Tridentin. ſeſſ.22.cap. 10.& 11.* ideo iſtorum decreta habent exequtionem paratam, quam quæſtionem indeciſam reliquit *Molfeſius de vl. volunt. cap.5. num. 203.* ſed iſtam quæſtionem deſinit *Pelliccion. Illuſtr. quæſt. quæſt.29 circa fin.* & dicit, quod nec etiam Epiſcopi poſſint procedere tempore viſitationis, quia priuilegia Fabricæ fuerunt poſt Tridantinum, cũ clauſulis ampliſſimis abdicatiuis conceſſa, idcirco ceſſat omnis facultas Ordinariorũ in Tridentina fundata, idem in hac quæſtione concludit *Neuar. in d. par. 2. loc. cit. num. 27. pag. 303.*

Regitur hoc Tribunal Reuerendæ Fabricæ, in 7 hoc noſtro Regno, tam ex Officialibus Eccleſiaſticis, quam laicis iunctim ex conuentione habita inter Summum Pontificem, & Dom. Noſtrum Regem Philippum Secundum, ſcil. per Economum perſonam Eccleſiaſticam, & per Iudices ſiue Conſultores laicos, qui in prima Secunda, & Tertia inſtantia procedunt, iſti enim Iudices laici ſunt duo Regij Conſiliarij, qui eliguntur à Domino Prorege, & tertius, ſeu vltimus Iudex appellationis ſolet eligi vnus ex Regentibus Reg. Cancellariam, qui ad præſens eſt Dom. D. Gregorius Mercado Hiſpanus, Miniſter integerrimus, & omni ex parte laudabilis, qui in tanta mole cauſarum, & negotiorum quibus grauatur, indefeſſus, & patientiſſimus aſpicitur, cum omnium admiratione ad iudicia explenda, ob ſuam eximiam doctrinam, & animi ingenuitatem, iſti enim Iudices laici eliguntur à Dom. Prorege, ſeu à Rege, tradunt, *Ronit. in pragm. 1. num. 2. de legatis piis, & Io: Baptiſta Thor. in ſumma priuileg. cauſ. piar. priuileg. 253.* Sed circa hoc aduarte, quod ad fauorem d. Curiæ fuit promiſum per felicem memoriam Beati Pij V. Sum. Pontificis, quod duæ ſententiæ diffinitinæ conformes in cauſis Fabricæ S. Petri faciant rem iudicatam, in ea parte in qua ſunt conformes, & commiſſiones appellationum, quæ conceduntur, intelligantur cũ clauſula ſine præiudicio executionis duarũ conformium, vt apparet ex eius *Bulla incip. & ſi omnium litium, fol.* 1066. in Bullario, & referet *Quaranta in ſum. Bullar. in verb. Fabrica S. Petri in fin.*

Sed ſi petas, quomodo iſti Iudices laici iudicant in iſtis cauſis Eccleſiaſticis, etiam contra Regulares, & Clericos? Dico, quod licet commiſſio cauſæ Ecclaſiaſticæ 8 non poſſit fieri laico, iuxta notata in *Clemen. Iudices de offic. deleg. & in cap. ſtatutum de reſcript. in 6. Vrſell in com. conclus. in verb. aſſeſſor. num. 16.* qui omnes citat, attamen iſti iudicant vti aſſeſſores Commiſſarij Generalis d. Tribunalis, qui ſemper eſt Prælatus electus à Summo Pontifice, ſeu à Congregatione Cardinalium d. Fabricæ, & eſt ita verum, quod ſententia profertur ex perſona d. Commiſſarij Generalis, cum voto Dom. Conſultoris, quia ſententia debet proferri in perſonam Iudicis non aſſeſſoris, *Franc. Marc. dec. 295. num. 2.* qui ita dicit ſeruari de ſtylo Parlamenti *Vrſell. loc. cit. nu. 4.* Sed ſi iterum replices, quomodo iſti Conſiliarij iudicant, cum ſint ſimplices aſſeſſores, cum aſſeſſoris officium ſit ſolum cõſulere non iudicare, imo ſufficit tantum illum requirere, *Gratian. lib. 3. diſcept. for. cap. 524. num. 2.* Iterum reſpondeo, quod hoc procedit, quando Prælatus ſponte ſibi conſultorem aſſumit, & hoc caſu talis aſſeſſor non poteſt iudicare, ſecus vero ſi eſſet aſſeſſor electus à ſtatuto, vel per ſpecialem commiſſionem creatus, nam hoc caſu laicus põteſt eſſe aſſeſſor cum facultate iudicandi, *Vrſell. loc. cit. num. 9.* in caſu noſtro ex conuentione ſic habita cum Summo Pontifice, iſti Iudices laici ſunt delegati in d. cauſis de licentia Summi Pontificis, id circo indubitãter poſſunt iudicare, *Vrſell. loc. cit. num. 16. in verb. Ambroſinus.*

PRÆSTANTIA noſtri Sacri Conſilij in hoc 9 cognoſcitur circa præſentem materiam, vt in d. Tribunali non alij Officiales eligantur Iudices primarum, & ſecundarum cauſarum, niſi tantum Conſiliarij, & licet certum ſit in iure, quod nemo poſſit duplex officiũ exercere, & retinere, *Cabed. dec. 84. num. 21. part. 2.* poſt alios *Giurba conſ. 99 num. 6. verſ. ceterum Azeued. in l. 4. tit. 3. lib 7. recompil. & ad Curiam Piſan. cap. 22. num. 1.* adeo quod Officiales, & Iudices ad vnum exercitium deſtinati, non poſſunt de ſpectantibus ad alios cognoſcere, DD. in, *l. repetita C. de epiſcop. & cleric per Gloſ. in l. quicunque Cod. de exequtor. & exactor. lib. 12.* quam ſingularem dicunt, notat *Bald. in l. ſacris Cod. de proxim. ſacror. ſcrin. lib. 11. Bald. in l. 1. Cod. de compenſa. num. 1. Vantius de nullit. ex defectu iuriſd. num. 43. Velaſc. conſult. 27. num. 5. Bouadill. in politic. lib. 2. cap. 18. num. 1. & 60. & cap. 19. num. 53. & cap. 21. 67. & 123. Borrell. de præſt. Reg. Catthol. in præfat. num. 7.* Ideo diuerſis Officialibus noſtrorum Tribunalium diuerſæ cauſæ committuntur, imo, & ipſis Tribunalibus diuerſæ ſpecies cauſarum ſunt deſtinatæ, quæ non poſſunt alijs Tribunalibus committi, prout videmus, quod in cauſis litterarum Cambij ſolum Collaterale Conſilium ſe intromittit & nullum aliud Tribunal poteſt de eis cognoſcere, latè *Taſſon. de antefato verſ. 7. obſeru. 3. num. 63.* attamen poteſt Princeps diſpenſare, vt Officialis duplex Officium exercere valeat *Pegas ad ordin. Portugal. lib. 1. tit. 1. gloſ. 116. n. 3.* Vun 2 Hoc

Hoc enim Tribunal procedit ex officio, etiam
10 parte non instante ad exactionem, & exequ-
tionem legatorum Piorum, *Reg. Ronit. in pragm. 1. num. 2. de legat. pijs Riccius in prax. var resol. 374. in princ. Molfesius in sum. Theolog. Moral. par. 2. tit. de contract. tract. 13. cap. 5. num. 203. Nouar. lib. 1. quæst. for. lib. 1. cap. 91.* & procedit etiam hodie ad exequtionē legatorum pro incertis, & male ablatis relictorum, antiquitus d. legata pro incertis, & malè ablatis exigebantur à nostra Ecclesia Archiepiscopali per tempus immemorabile, refert *Maranta par. 1. contro. 26.* Sed hodie d. legata applicantur Reuerendæ Fabricæ, vt post Bullam Pij V. declarauit Sacra Congregatio de qua *Quaranta in sum. Bullar. in verb. Fabrica S. Petri*, quod potuisse fieri latè probat, *d. Marāta cons. 23. par. 1.*

Declara, quod legata pro male ablatis, tantum
11 incertis personis relicta spectant ad Fabricam S. Petri, ex Bulla Summi Pontificis Clementis Septimi in Bullario Romano inter constitutiones d. Pontificis *in ordine 9. §. 8.*, quam notat *Paul. Rubeus resol. practicab. cap. 8. nu. 1. & 2.* & ex alia Bulla Pauli Tertij directa D. Petro de Toleto tunc Proregi in anno 1547. *incipien. cupiens vtilitati Fabricæ, Marotta in discept. for. cap. 1. num. 1. & num. 33.* vbi aduertit, quod licet loquatur d. Bulla pro legatis factis pro malè ablatis incertis personis relictis, attamen ipsemet Prorex d. Bullam limitauit ad legata pia pro anima incerta tantum, sic nomine nostri Regni concordando cum Sede Apostolica, & dixit constare ex priuilegio Puteolis expedito die 3. Martij 1547. registrato in communi rerum Ecclesiastici fol. 179. & refert etiam *Maranta in respons. 68. num. 7. tom. 3. & in responso 22. & 23. tom. 1.* & meminit, *Capyc. Latro in dec. 180. num. 1. 2. & 30. in fin. lib. 2.* hoc enim modo fuit tale priuilegium Fabricæ à subditis nostri Regni, & à nostro Prorege nomine nostri Regis acceptatum, aliter sine acceptatione nō obligaret, *Hiacint. Donat. de legibus tract. 1. qu. 9.* & in specie de legibus Pōtificijs, vt eadem conditione promulgentur, si scil. fuerint à Populis acceptatæ, fatetur *Diana in sum. in verb. lex quibus obliget nu. 23.* & melius, *par. 1. resol. moral. tract. de legib. resol. 8.*

Si vero legata relicta sint certis personis pro malè ablatis, priuilegia Fabricæ cessant *Canaler. dec. Rot. Rom. 212. num. 5. Ronit. in pragm. 1. de legat. pijs num. 3. Marotta d. cap. 1. num. 9.* Idem dicas, quando legata incerta ab initio apparent, sed si tractu temporis possint reduci ad certitudinem per nominationem, vel electionem, cessat ius Reuerendæ Fabricæ, *Canaler. loc. cit. num. 5.*

Ex hoc colligitur, quod si persona cui facien-
12 da est restitutio sit incerta, hoc casu de iure canonico erat restitutio facienda pauperibus, *cap. non ne 14. quæst. 5. D. Augustin. in epistol. 54. ad Macedon. cap. qui habens de vsur. cap. quamque eod. tit. lib. 6. cap. sicut dignum de homicid. cap. quia plerique de immun. Eccles. auth. omnes Peregrini Cod. com. de successio. Balthass. Tomas. in tract. var. vltim. vol. tract. 50. tit. 1. cap. 10. num. 161. Marotta loc. cit. num. 10.* dicunt enim, quod cum non inueniatur priuatus dominus, restitutio sit facienda communi Domino, qui est Christus, sed hodiè per priuilegia Fabricæ S. Petri, legatum incertæ restitutionis applicatur d. Fabricæ, per Bullas Pontificum supra expressarum.

Sed an priuilegium habeat Tribunal Reueren-
13 dæ Fabricæ sibi applicandi legatum relictum pro exoneratione conscientiæ, dicit quod non *Marotta latè in discept. for. cap. 1. per totum*, & ratio est, quia non omne, quod pro exoneratione conscientiæ relinquitur, præsumitur pro malè ablatis, *Marotta loc. cit. num. 19.* vt omnibus notescit. Benè verum est; quod in illa causa relata à *d. Marotta*, Economus præsentauit declarationem S. Congregationis, factam in die 22. Iunij 1627. vbi dictum fuit legata relicta pro exoneratione conscientiæ ad Reuerendam Fabricam S Petri pertinere, & in illius priuilegijs, & facultatibus comprahendi, ad instar legatorum pro malè ablatis, vt testatur *Marot. loc. cit. n. 20. in fin.* Ad quod respōdet idē *Marotta* inuestigando, an declarationes S. Rom. Eccl. Cardinalium vim legis habeant, & licet affirmatiuè respondeat *Salas de legib. tract. 14. disp. 21. sectio. 12.* & in hac materia priuilegiorum Reuerendæ Fabricæ, vt talis declaratio vim legis habeat, dixit *Paul. Rubeus resol. practic. cap. 81. n. 85. & 86* quia Cardinales habent potestatem à Sum. Pontifice declarādi, interpretrandi, & respondendi, vt in Bulla *Sixti Quinti 7. in par. 2. Bullar.* At communis est Doctorum cōclusio, quod tales declarationes legis vim non habeāt, nisi ritè, & rectè latè fuerint, *D. Thom. 1. 2. quæst. 90. artic. 4.* nempè, vt consulto Romano Pontifice pronuncientur, & quod sint solę declarationes, & interpretationes, non autem dispensationes, ampliationes, vel restrictiones, aduertunt *Ochagauia de sacram. tract. 2. quæst. 40. num. 10. Torreblanc pract. iur. Eccles. lib. 14. cap. 3. nu. 9. Diana in summa in verb. Cardinalis num. 23.* & cum talis declaratio ampliet, non interpretet priuilegia d. Fabricę, ideo non poterit talis declaratio vim legis habere.

Sed quod dubitatur circa declarationes Sa-
14 cræ Congregationis, non idem procedit in Tribunali Reuerendæ Fabricæ, quia Curia

d. Tri-

d.Tribunalis,tam in noſtro Regno,qoam
alibi non habet poteſtatem deſunctorum
voluntates violandi,oec ad hoc eius conſti-
tutiones extenduntur, vt dixit, *Rota in Ro-
mana Fabrica 26.Aprilis 1602. corā Cordu-
ba* §. 2. nec habent locum contra teſtatoris
voluntatem,latè,*Paul.Rubeus loc. cit.cap.83.
num.* 180. 266. *&* 268. *Maranta in reſponſ.
32.nu.29. lib.*1. quam ſolumodo Som. Pon-
tiſex immutare poteſt,latè.*Giurb.in conſue-
tud. Meſſan. cap.2.gloſ.12 nu.40.Molfeſ.in
ſum.tract.13.de vltim.volunt.cap.5. nu.* 182.
& 183.*Decian. conſ.80.nu. 20. cum ſeq.* ideo
non poteſt ſibi apptopriare fideicommiſſa
relicta particularibus perſoois, *Caualer.dec.
Rot.Rom.212 num.2.*

Aduerte primo, qnod conſtitutiones, & priui-
15 legia Fabricæ S. Petri loquntur de relictis
Deo,& eius Sanctis,& eorum intoitu paupe-
ribns, & locis pijs in genere, & quaodo nul-
la habita ſnerit ratio conſanguinitatis,at ve-
ro ſi teſtator ſuis conſangoioeis legaoerit do-
tes, vel oominarionem beneficiorum, vel
in legatis pijs voluerit ſuos conſaoguineos
preterri, credeodum eſt teſtatorem potius
contemplarione ſangoinis, quam pietatis
ea reliquiſſe,& ceſſat ius ReuerendæFabri-
cæ,*cap.requiſiſti* vbi: *Abbas num.2. verſ.ſi ve-
ro proquinqno legatur de teſtam. Bald.in
auth.ſimiliter num.5.verſ.item Monaſterium,*
& ibi. *Rom.num.3.Cod.ad l.falcid. Caualer.d.
dec.212.num.6.Nouar.in ſum. Bullar.par.2.
tit.de Fabrica S.Petri num.5. & 10.pag.299.*

Adnerte 2. quod applicator Reuerendæ Fabri-
16 cæ legatom relictum Monaſterio incapaci,
iuxta *Clem.1.de verbor.ſigniſi. Caualer.d.dec.
212 num.6. verſ.ſupererat*, & eſt declaratio
Sac.Coogregationis Cardinaliom, quæ re-
peritur apud *Quarantā in ſumma Bullar.in
verb. Fabrica S. Petri verſ.ſi autem pag.* 334.
& repetit *Nouar.in ſum.Bullar.part.2.in tit.
de Fabrica S. Petri pag. 295. & 296.*,
qui idem dicit procedere, qoando le-
gatum ſuiſſet loco pio capaci relictum cum
ooere, vt faceret elemoſinam Cappnccinis,
quia per indirectom videtur legatum Cap-
puccinis iocapacibus relictum, ſed hoc
dixit pertranſeunter d.*Cauaierius*, & non
refert deciſionem Rotæ, ſed cōtrarium pra-
cticatur in hac noſtra Cinitate, videmus
enim plura legata relicta, & hæreditates
Eccleſiæ S. Mariæ Annunciatæ, com onere
quotidiè ſubminiſtrandi elemoſinas Patri-
busCappuccinis, & vnquam fuit prætenſum
per Æconomos d.Curiæ, Fabricæ applicari
dicta legata pia.

Aduerte 3. qood applicatur etiam Fabricæ S.
17 Petri legatum ſactum pro conſtroctiooe Mo-
naſterij,Hoſpitalis ſeu Eccleſiæ, quando ad
ſuot impedimenta,puta quia pecuniæ non
ſufficiuot, aut ædificium oon poſſet fieri in
loco à Teſtatore deſignato, nam poſt certum
terminum grauatis impoſitum ad remouē-
dnm impedimentum, vel pro obtineoda à
Sede Apoſtolica commutatione talis diſpoſi-
tionis,eo elapſo ſi impedimenta noo aufe-
runtur, legata Fabricæ S. Petri applicantur,
ſicut per conſtitutiones Summorum Pon-
tiſicum fuiſſe ordinatum refert *Canaler. d.
dec.212. num. 6. in fin.* & ego addo declara-
tiooem Sacræ Congregationis ſic præcipiē-
tis quam refert, *d. Nouar. loc. cit. pag. 297.
verſ.præterea par.2.* niſi per literas Apoſtoli-
cas fuerit ordinatum, vt ſc.legata diminu-
antur pro rata valoris hæreditatis,cum am-
pla derogatione priuilegiorum d. Fabricæ,
nam hoc poſſe fieri concludit idem *Caualer.
loc.cit.num.6.in fin.*

Et quia d.Tribunal regitur per duos Conſilia-
18 rios regios, Iodices ſeo Conſultores eiuſdē
Tribunalis,multa ſoeroot dubitata io ad-
mioiſtratiooe iuſtitiæ; & primo an Regiæ
Pragmaticæ noſtri Regoi ordinem iudicia-
rium concerneotes,io d. Tribunali Reuerē-
dæ Fabricæ ſint obſeroandæ ad deciſiones
piarum cauſarum, fuit præſens articulus
controuerſus in materia nullitatum decre-
torum,quæ proferuntur à d.Tribuoali,an
ſc.debeaot recipi cum depoſito,ſeruata ſor-
ma Regiarom Pragmaticarom ſc. 5. *ſ.* 2. *&
3.& Pragm. 67.§. 16.de Offic. S.Conſilij,* vel
ſine depoſito, & in quadam cauſa vertente
in d. Tribuoali qoond. Pyrri Fraociſci,
Renaſcherij, per Economum tunc temporis
prætendebatur,non poſſe recipi d. nullira-
tes abſque depoſito,iuxta diſpoſita per d.Re-
gias Pragmaticas,quia d.Pragmaticæ diſpo-
nnnt circa ordinatoria, & deciſoria iudi-
ciorum,quo caſu comprçheodere debeor,
etiam perſonas,& canſas Eccleſiaſticas, *Reg.
Rouit.in pragm.77.num.1.de Offic. S.R.Conſil.
Giurba dec.Siciliæ 116. num.1.* Tum etiam,
quia d.Pragmaticę ſunt ſanure publico pro-
molgatæ quo caſu compræhendunt etiam
Clericos, & perſonas Eccleſiaſticas, *Gaill.
practic.obſeru.lib.2.obſeru.32.& 56. num.5.*
qui alios DD. citat.

Sed contearium fuit determioatum io d. cau-
ſa, refert *Thor.in ſumma priuileg.piarum cau-
ſarum priuileg. 253.* qui rationem aſſigoat,
quia cauſæ Eccleſiaſticæ ſuot terminandæ
ſecundum caoones in quocumque iudicio,
tam ſeculari, quam Eccleſiaſtico, *Gratian.
diſcept.for.cap.813.num. 13.10. 5. Genuenſiſ.
in practicabel.Eccleſ.quaſt.476. num.4.* Cum
ergo de iure communi oollitates abſque
depoſito propooi poſſint, *Vestrius in praxi
lib. 8. cap. 1. Vantius de nullit. in rub. Quos
quibus modis null. in iudic. proponi poſſ. Mu-
ſcatell.in praxi S.C.lib.1.par.1. in gloſ. nulli-
tates,*

tates, ideo in dicto Tribonali absque deposito esunt admittendæ.

Io simili casu fuit resolutum, quod si aliquis ex Regijs Consiliarijs, Coosultoribus dicti Tri-
19 buoslis allegetur suspectus, oon debet fieri depositom, seruata forma *Regiæ pragm. 11. de suspic. Official;* quia ooo iudicat vti Consiliarius, sed vti Consultor *argum. tex. cap. à collatione de appellat. in 6;* & qnia prædictæ pragmaticæ sunt pœnsles, ooo recipiunt extensiooem, & dum loquntur de Officialibos, non habeot locum in Coosultoribus, ita refert decisom *Galluppus in praxi S.C. par. 1. cap. 5. n.* 12. in personā Regij Consiliarij Cæsaris Freccia tnoc Consultoris Renerendæ Fabricæ, ita etiam decisum referunt *Giazarell. decis.* 69. 66. & feqontur *Nouar. lib. 1. quæst. for. cap.* 158. & meminit *Thoro in summa priuileg. caus. piar. priuileg.* 153. circa finem *vers. similiter, & in 2. par. compend. decis. in verb. suspicio*, faciuot tradita per *Genuensem in practicab. Ecclesiastic. quæst.* 671. *num.* 1. vbi dicit, quod Clericos allegans suspectum Iudicem laicum, non debeat soloere pœnam Regiæ pragmsticæ. Adde quod licet sit Officialis laicus, qui residet in Tribonali Reuerendæ Fabricæ, tamen iodicat in Tribunali Ecclesiastico, in quo eligitur nomine Æcooomi S. Potri; Sed ratio priocipalis est, quia Regiæ pragmaticæ iubeotes fieri depositum pro pœna oullitatnm, loquntur, quando decreta foerunt lata à Tribunali Collegisto, quod cum tale oon sit Tribnnal dictæ Fsbricæ non compræhenduntor eius decreta sub pœnis impositis à oostris pragmaticis.

PRÆSTANTIA XXI.

Præstantia Sacri Consilij Neapolitani est, vt præcedat Tribunali Regię Cameræ.

1 *Ordine omnia creata regnutur.*
2 *Dignitatum gradus, & honores ordine fuerūt constitutæ.*
3 *Præcedentia est locus, qui vnicuique tribuitur.*
4 *Ordine recta Officiorum regitur administratio.*
5 *Præcedentiæ causas altercantes nil aliud faciunt, quam seruare, quod Deus constituit.*
6 *Tribunal Regiæ Cameræ est Tribunal Magni Camerarij, sed Sacrum Consilium est Tribunal Regis.*
profert sententias nomine Magni Camerarij, sed Sacrum Consilium nomine Regis.
7 *Sacrum Consilium Neapolitanum cognoscit de omnibus causis ciuilibus, & criminalibus, non sic Regia Camera*
8 *Dignitas maior arguitur ex maiori administratione.*
9 *Sacrum Consilium habet iurisdictionem cognoscendi de omnibus causis, & delictis suorum Officialium, non sic Regia Camera.*
10 *Appellabatur ad Sacrum Consilium à decretis Regiæ Cameræ.*
Dignitatis amissę haberi debet memoria in honoribus conseruandis.
11 *Hortatoriales literas Regia Camera transmictit ad Magnā Curiam Vicariæ, & Sacrum Consilium transmictit literas inhibitoriales.*
12 *Consiliarij vigintiduo resident in Sacro Consilio, & in Regia Camera octo Præsidentes sunt deputati.*
Prærogatiua maior est illius Tribunalis, vbi maiores Officiales resident.
13 *Officiales plures sunt in Sacro Consilio, quam in Regia Camera.*
Dignitas Principis numerositate, & dignitate subditorum eminentior euadit.
Prætoria eo considerabiliora reputantur, quo magis eorum potestas extenditur.
14 *Salarium pinguius habent Consiliarij Sacri Consilij, quo non fruuntur Præsidentes Regiæ Cameræ.*
15 *Consiliarij Sacri Consilij Sanctæ Claræ minus laborant, Præsidentes vero Regiæ Cameræ grauioribus curis premuntur, ideo non ita digniores.*
16 *Præsidentibus Regiæ Cameræ sunt Consiliarij etiam singuli eminentioris dignitatis; licet Præsidentes priores sint electione.*
17 *Consiliarij præcedunt Præsidentibus, licet isti maiorem haberent annexam dignitatem.*
18 *Præsidentes si dantur adiuncti in causa vertente in Sacro Consilio, Consiliarij præcedunt.*
19 *Consiliarij si dantur adiuncti ad Regiam Cameram, præcedunt Præsidentes, & quomodo.*
20 *Consiliarij si conueniunt inter se extra Tribunalia præcedunt Præsidentibus.*
21 *Consiliarij præcedunt, si interueniunt insimul cum Præsidentibus Regiæ Cameræ, ad vocandum aliquam causam in Collaterali Consilio.*
22 *Consiliarij nostri Senatus si vniuntur insimul cum Præsidentibus in Collaterali Consilio vti adiuncti præcedunt Consiliarij.*
23 *Consiliarius effectus Præses Regiæ Cameræ præcedit Præsidentibus, qui effecti sunt Præsidentes post quam ipse fuit factus Consiliarius, non vero si fuerunt effecti ante ipsos.*
24 *Consiliarius effectus Fisci Patronus Regalis Patrimonij debet sedere ante Præsidentes creatos postquam ipse fuerat effectus Consiliarius, & quando secus.*
25 *Tribunal Regiæ Cameræ Supremum Tribunal est, & ab eius sententijs ad idem Tribunal reclamatur.*

QVidquid hęc rerum vniuerſitas continet,
vel magnitudine præclarum, vel digni-
tate excellens, vel pulchritudine, & gratia
1 iucundum, ſtare nequit abſque ordine; Ordo
omnia conſtituit, & colligat, eiuſque viciſſi-
tudine omnia concinnata, & diſtincta ſunt,
non quod Supremus conditor omnia ſimul
creare nequiret, neque, vt ipſo mandante
repugnaret, quo minus natura omnia in lu-
cem ederet, & exornaret, ſed ab hanc cauſam
aliud primum, aliud ſecundum, & tertium
numeratur, vt ſimul cum rebus creatis ordo
ſtatim ingrederetur; Ordine enim vniuerſus
orbis componitur, aërem exporrexit primus
opifex, terram ſuppoſuit, ac in vnum locum
contraxit, ventos emiſit, ſed non ad homi-
num perniciem immiſit, aquam in nubibus
aſtrinxit, ſed non retinuit, illamque in totius
terræ faciem aptè, & æquabiliter ſparſit. Ordi-
nem in aſtrorum motu, & magnitudine, mu-
tua relatione, & ſplendore coniunxit, Alia
enim Solis Gloria eſt, alia Lunæ, alia Stella-
rum, & Stella etiam ab altera Stella in clari-
tate differt; Ipſe etiam Sol aſſiduo motu, &
ordine hanc mundi machinam gubernat,
noctu non decreſcit, nec mane augeſcit, ſed
totam terram circumſcribit, vt ſuo benigno
curſu, & aſpectu cuncta fecundet, ſic
diei, & noctis menſuris, & interuallis, to-
tius anni partes, & tempora aptè diſtinguit, &
mirificè progrediendo, & recedendo regio-
num aſperitatem, & inclementiam
mitigat, lunam rurſus mortalibus interdiù
perlucentem lata lege perſcripſit, idque
non ad exiguum tempus, vel ad annum ali-
quē, vel temporis partem, verū ab ipſis mū-
di primordijs in finem vſque, cū aſtris recto,
fixoque motu agitatis peruolui voluit, vt di-
xit *Pſalmiſta in pſalm. 148. ſtatuit ea in æter-
num, & in ſeculum ſeculi, præceptum poſuit; &
non præteribit*, hoc enim ordine florente, ac
dominante mundus regitur, vt omne genus,
quod ortum habuit, aut habiturum eſt, hunc
fluxionis ordinem, ſed ſoliditatis duratio-
nem, quadam certa, & ſtabili pulchritudine
recipiat, Magna igitur ratione, atque proui-
dentia factū eſt, vt iuris conditores ad exem-
plum primi motoris, omnibus rebus, maxi-
mè verò honoribus, & dignitatum gradibus,
2 ſeriem quādam, & moderationem conſtitue-
rint, *in toto tit. Cod. vlt. dignitat. ordo ſeruetur
lib. 12. & in §. inordinatum iuncta gloſ. in
auth. de hered. & falcid*; quandoquidem om-
nes in vna eademque qualitate, & æqua lan-
ce gubernari aut viuere non valemus, *cap. ad
hoc 19. diſtint. Elbert. Leonin. conſ. 1. in
princ.*

Dum enim precedentiæ ordinem, & materiam
3 tractamus dico, quod præcedentia nil aliud
denotat, quam locum qui vnicuique tribui-
tur, vt iuxta debitum modum omnibus im-
partiatur. Oportet enim vnumquodque in
ſuo loco ponere, & aliorum locum qui magis,
digni ſunt non occupare, *cap. illud in fin. 8. qu.
1.* adeo quod voluerint *Bald. in conſ. 336. vol. 1.
per tex. in l. Cod. vt dignitat. ord. ſeru. & Angel.
conſ. 111.* quod vſurpantes locum maioris eis
indebitum, ſacrilegi reputentur, vt dum vni-
cuique ſua ſeruetur prærogatiua, & prælatio,
4 dumque reuerentiam minores potioribus ex-
iberent, & potiores minoribus dilectionem
impenderent, rectè officiorum generetur ad
miniſtratio, veraque ex diuerſitate induce-
retur concordia, & coniūctio, quæ ſinè magno
differentiæ ac dignitatis ordine conſeruar
non poteſt, *d. cap. ad hoc Leonin. loc. cit. num. 2*
aliter enim induceretur in Republica pertur-
batio, niſi officiorum, munerum, & dignitatū
ordo non præſcriberetur, vt iura pontificia
ſtatuerunt in d. *cap. ad hoc. & in tit. de maior.
& obed.* & Imperatorum reſcripta in *l. vt gra-
datim ff. de muner. & honor. & in tit. Cod. vt di-
gnit. ordo ſeruetur*, hinc videmus aſperas diſ-
ſentiones inſurgere inter Officiales, & Tri-
bunalia de præcedentia, & diù de eorum præ-
lationibus acerrimè dimicare, tam inter
Eccleſiaſticos interſe diſſidentes, quam lai-
cos, vt aduertit d. *Leonin. d. conſ. 1. num. 3.* in
5 quibus controuerſijs nil aliud agunt altercan-
tes pro dignitatum ordine, niſi ſeruare quod
conſtituit Deus, qui nō minus in Cœlis, quam
in terra omnia voluit rectè ordinata, *Menoch.
conſ. 51. num. 3. & conſ. 126. nu. 1.* Quia excel-
ſo excelſior eſt alius, & ſuper hos quoque e-
minentiores ſunt alij, *Eccleſiaſt. cap. 5. verſ. 7.
Dom. Petra in Ritu 288. num. 39 in fin.* merito
apud nos occupans locum ſibi non debitum
expellitur, qui etiam ſuo proprio loco priuari
deberet, dixit *Boerius de authorit. Mag. Conſilij
num. 40.* & dixit Chriſtus Lux veritatis in
*Matth. Euangel. 23. & Lucæ 22. Cum inuitatus
fueris ad nuptias non diſcumbas in primo
loco, ne forte honoratior te ſit inuitatus ab illo, &
veniens is, qui te, & illum vocauerit, dicat tibi,
da huic locum, & tunc incipias cum rubore no-
uiſſimum locum tenere, ſed cum vocatus fueris
vade, & recumbe in nouiſſimo loco*, & ad hoc *d.
Boerius* dicit eſſe tex. clarum *in cap. præcipi-
mus 94 diſtint. Roman. ſingul. 391.* & faciunt
verba *d. Bernardi in epiſtol.* qui ait. *Qui quærit
altior eſſe, quam melior, non debet præmium,
ſed præcipitium expectare*, & *D. Gregorius in
moralibus* ait, *potentes huius ſeculi, dum poten-
tiæ gloria extolluntur, hora qua neſciunt ſubito
rapiuntur, & dum pedes fixiſſe credunt, caſu ſu-
bito ad ima proſtrati deſcendunt.*

In hac controuerſia præcedentiæ inter noſtrum
Supremum Prætorium Sacri Conſilij, & Tri-
bonal Regij Patrimonij, libenter à ſcribendo
me

me abstinuissem, quia licet omnium minimus, arrogans videor, dũ psopria aothoritate voluntarium Iudicem me præbeo, inter duos celebres Senatores nobilitate, & doctrina conspicuos, qui in hac quæstione inter se acerrimè dimicarunt in suis allegationibus, vbi iura suorum Tribunalium collexerunt, & fuerũt Dom. Regens D. Antonius Miroballus, qui scripsit pro nostro Supremo Senatu Sacri Cõsilij, eo tempore quo Consiliarij munere fungebatur, & Dom. Regens D. Carolus Gala Dux Diani, tunc Præses d. Regiæ Cameræ, qui scripsit pro Tribunali Regij Patrimonij, vt testatur, *Dom. Petra iu ritu 1. Mag. Cur. Vic. num. 21.* quorum anthoritas ita perteruit, dictũ D. CarolumPetram Iurisconsultum aximum, vt in suis commeotarijs, *sup. d. ritu 1. num. 21. circa finem*, noluerit suam sententiã pro erre, quodnam prætorium præcedeotia dignius repotaret. Sed à meo debito munere deficerem, & censura dignus essem, si hanc excellentiorem PRÆSTANTIAM omitterẽ, & costanter verissimum indico, præcedentia digniuse esse Sacrum nostrum Consilium Tribunali Regiæ Cameræ Ærarij Regis, excellẽtioresque repntandos esse Consiliarios nostri Senatus Præsidentibus Regiæ Cameræ, quod probo per sequentes rationes, quæ veritatem talis conclusionis patefaciunt.

Prima ratio est nam licet vtrumque Tribunal,
6 tam sc. Sacri Consilij, quam alterius Regiæ Cameræ sint Regis Tribunalia, attamen cum hac notabili differentia inter eos, quia Tribunal Regiæ Cameræ est Tribunal Magni Camerarij, sed Sacrum Consilium non est Tribunal alterius Officialis Regis, sed ipsius Regis, cuius nomine exercet iustitiam, etenim Regia Camera profert sua decreta, & suas prouisiones expedit sub nomine Magni huius Regni Camerarij, sicut Magna Curia Vicariæ sub nomine Magistri Iustitiarij, at vero Sacrum Consilium sub nomine Regis suas sententias emittit, quia in dicto Senatu Reges nostri Regni consederuot cum Consiliarijs, vt refert post alios *Petra in d. ritu 288. num. 21.* & vsque ad præsens supplices libelli, qui præsentantur Præsidi d. Senatus, sub titulo Sacræ Regiæ Maiestatis inscribuntur, vt dixi *sup. in Præstant. 7. num. 16 cap. 1.* sententiæ vero Regiæ Cameræ oon proferuntur sub nomine Regiæ Maiestatis, *Freccia de subfeudis lib. 1. tit. Offic. Mag. Camerar. num. 16. & 17.* & hoc modo iudicans nostrom S. Coosilium, imaginem sui Principis representat, dum ipsius vicem gerit *l. ossa § fin. ff. de relig. & sumpt. funer. l. eos etiam Cod. de appellat.* ibi: *qui imaginem principalis disceptationis accipiunt*, optimus *tex. in l. 1. Cod. de Officio Vicarij*, vbi Vicarius Præfecti Prætorio præcedere debet in iudicandi societate Comites Militum, quia Præfectura quam ipse Vicarius representat ceteris dignitatibus aoteponitur, *Io: Baptista Costa cons. 44. num. 1.* & dum Tribunal Regiæ Cameræ iudicat nomine Magni Camerarij debet ei præcedere noster Regius Senatus, qui nomine Regis pronunciat sententias.

Secunda est ratio, quia Senatos noster Sacri Cõ-
7 silij cognoscit de omni genere personarum, & de omnibus causis absque vlla limitatione *Pragm. 37. de Offic. S. R. C.* vbi cogooscitur, quod fuerit concessa nostro S. C. nedum delegata, sed etiam ordinaria, & suprema iurisdictio, tam in causis ciuilibus, quam criminalibus totius Regni, *Franc. dec. 338. num. 5. Cardinal. de Iudic. lib. 1. disp. 2. quæst. 8. sectio. 6. n. 151. Cons. Staiban. in obseru. ad suas resol. for. 50 num. 45. & seq.* sed Tribunal Regiæ Cameræ limitatã habet potestatem in certo genere causarũ, in quibus tractatur de Interesse Regij Ærarij, *Franc. dec. 601. num. 5. & 6. Marcus Anton. Surgente de Neapol. Illustr. cap. 26. nu. 22. Sanfelic. dec. 291. num. 3.* & ita per leges nostri Regni est dispositum sc. per *Pragm. 47. de Offic. S. R. C. & per Pragm. 14. 61. & 62. de Offic. Procur. Cæsar.* vbi prohibetur Regiæ Cameræ cognoscere de illis causis, quæ inter partes vertuntur, nè Præsidentes distrahantur à causis fiscalibus, in quibus habet interesse Regius Fiscus, *Tasson. de antefato vers. 3. obseru. 3. num. 144.* Imo in auno 1533. per *Pragm. 13. incip. Quando fusse la Camara de offic. Procur. Cæsar.* fuit tributa potestas Reg. Cam. & iurisdictio cognoscẽdi, & procedẽdi in causis criminalibus, quam ante d. pragmaticam non habebat, quamuis erant offensæ eius aures, *Sanfelic. dec. 291. lib. 2. Freccia de subfeud. tit. de Offic. Mag. Camer. Staiba. in obseru. var. ad d. resol. 50. num. 56. & 57.* Et est ita limitata potestas Regiæ Cameræ circa causas tantum concernentes interesse Regij Fisci, quod Officiales Arrẽdementorum pro causis, & delictis non concernentibus eorum officia non possit cognoscere, sed eorum causę debent agitari coram Gubernatoribus Prouincialibus, vt in *cap. 15. Comitis Ripæ Cursiæ, fol. 67. at. in priuileg. & capit. Neapol. Tasson. in pragm. de antefat. vers. 3. obseru. 3. num. 137.* Et adde, quod si partes ipsæ per rescriptum Principis impetrauesint, vt Regia Camera in causis priuatorum procederet, vel prædicti Tribunalis iurisdictionem prorogauerint, nullo modo tale Tribunal Regiæ Cameræ poterit in causis prædictis procedere, statuit d. *pragm. 37. de Offic. S. R. C.* ex maiori enim iurisdictione, & admi-
8 nistratione maior dignitas arguitur, ideo nobiliores dicuntur Principatus, qui plures, & digniores habeot subditos, *Glos. in § generaliter Auth. constitutio quæ de dignit. Decius cons. 161 Leonin. d. cons. 1. num. 6. vers. etenim*, nam quanto quis maioribus præest, tanto, & ipse

maior

maior eſt, & honeſtior §. *nos igitur auth. de defenſor.Ciuit.* benè igitur dixit *Chaſſan.in catalog.glor.Mund.par.5.conſid.37.* In multitudine Populi dignitas Regis, & in paruitate Plebis ignominia Principis, *§. his ita verſ. item Dauid 1. quæſt. 4.* dum igitur noſtrum Sacrum Conſilium maiora tractat, maioritas Imperij apud eum reſidet, *cap. de his vero de conſecrat. diſtinct. 5;* & ſcribit *Saluſtius in proemio Catilinarij. Maximam gloriam in maximo Imperio eſſe*, quod etiam cōprobauit *Lucas de Penna in l.mulieres col.2.verſ.quarto ex comitatu, C.de dignit.lib.12.* præmium dignitatis ſeù Nobilitatis eſſe ſubditos habere, *§.volumus Auth.vt Iudices ſine quoque ſuffrag. Tiraquell. de nobilit. cap. 7. num. 11.* ex quo deduxit *Chaſſaneus in d.conſid.37.par.5.* quod Rex Hiſpaniarum ſit omnibus alijs Regibus præferendus, quia habet plura Regna apud ſe, quibus dominatur.

Tertia eſt ratio, quia Tribunal Sacri Conſilij habet merum vel miſtum Imperium, ne dum
9 ſupra omnia genera perſonarum, ſed etiam cognoſcit de delictis ſuorū officialium, ſcil. Magiſtrorum actorum, Scribarum, Porteriorum, & ſimilium, iuxta tradita per *Reg. de Ponte dec.36.* at vero Tribunal Regiæ Cameræ an habeat merum Imperium aduerſus ſuos Officiales delinquentes extra officium, dubitatur apud noſtros Regnicolas, etenim non competere talem iuriſdictionem de iure communi, & per leges municipales noſtri Regni probatur apud *Reg.Sanfelic. deciſ. 291.num.1.vſque ad num.9.* & licet *Mathæus de Afflicto in conſtitutione Caſtellanorum rub. 88.num.1.lib.1. & Reg.Reuert. in deciſ.7. Reg. Cameræ*, quam meminit *Rouit.dec. 74. num. 7.& Sanfelic.d.deciſ.291.num.9.verſ. 1.* aſſerant Regiam Cameram habere talem iuriſdictionem ſuper omnes ſuos Officiales delinquentes, & pluries refert deciſum *Galeota in primo reſponſ.fiſcal. num. 131. & ſeq.* & ſequitur *Thorus in ſupplem.dec. in verb.remiſſio actuariorū*, nihilominus iſta priuilegia allegantur, ſed non leguntur, adeo quod idem *Reg.Sanfelic. in fine d.dec.* concludit, quod in hac controuerſia vtraque opinio ſuſtineri poſſit, cum ambæ ſint probabiles, & ipſa M. [illegible]. potius ex Vrbanitate, ac Reuerentia quam de iuſtitia cauſas prædictas ad Regiam Cameram remittit.

Quarta eſt ratio, quia à decretis Regiæ Cameræ appellabatur ad noſtrum Sacrum Conſi-
10 lium, pro obſeruantia noſtrarum pragmaticarum, ſcilicet *2. 3. 4. & 5. de officio S. R. C.* in quibus fuit ſtatutum, vt à decretis quarumuis Curiarum Regni appellari debeat ad noſtrum S.C; & ei fuit tributa generalis poteſtas, & iuriſdictio cognoſcendi omnes cauſas, tam Comitatum, Marchionatum, quam Ducatum, & Principatum, ac aliorum Feudorum, vt notant etiam *Rouit. in pragm.3.de feud.num.1.& ſeq. Taſſon d. verſ. 3. obſeruat.3.num.144.* Cum vero dictū Tribunal Regiæ Cameræ fuerit maiori poteſtate ornatum, vt ſcilicet ab eius decretis non appelletur, ſed reclamari poſſit, reclamatio etiam fuit remiſſa, vt ſcilic. debeat tractari in Sacro Conſilio, diſponit noſtra *pragm. 62. §. 2. de offic.Procur.Ceſar;* & etiam eſt diſpoſitum per Regem Alphonſum Aragoniæ, & Siciliæ in prima erectione d. Sacri Conſilij, cuius literæ ſunt in noſtro Archiuio, & inſeruit *Topius de orig.Tribunal.par. 2.lib. 5.c. 4.fol.440;* & teſtatur *Afflict.in dec.192.ibi in illa cauſa, quæ in Regia Camera pendebat, eandem Regiam Cameram conſuluiſſe Sacrum Conſilium Topius d.par.2.cap.4.lib.1.num.34.* quod etiam dixit *Freccia de ſubfeud. lib.1.in tit.de offic.Mag.Camer. num. 16. & 17.* quem licet conetur impugnare, *Reg.Galeot.in diſſer. impreſſa poſt primum reſponſum Fiſcale num. 48.* attamen *Frecciam* ſequitur *Conſil.Staib. in obſeru.ad reſol.50.num.69. & ſeq. tom. 1;* imo addit *Freccia d. loc. cit.* ſe vidiſſe Præſidentem noſtri Sacri Conſilij ſignare ſupplicationes, & concedere appellationem ad S. Conſ. de decretis Tribunalis Regiæ Cameræ, atque alios proceſſus aſpexiſſe, quod confirmat *Taſſon.de anteſato verſ.3. obſeru.3. num. 138.fol.130.*

Et ſicut haberi debet memoria in priuatis perſonis amiſſæ dignitatis pro honoribus conſeruandis, *l.fin.C.de inſtit. & ſubſtitut. l. iure ſuccurſum ff. de iur. dot. Freccia de ſubfeud.tit.de offic.Magiſtr.Iuſtit.num. 28.in fin.* vt obſeruat Sacra Religio Hieroſolomitana pro ſuſcipiendis eius Religioſis, vt benè ſit probata Nobilitas ex poſſeſſione feudorum, licet per breue tempus fuerit feudum à Familia poſſeſſum, & hoc in memoriam amiſſæ dignitatis, ita è contra haberi debet memoria antiquæ ſubiectionis, ſi quis cum fuerit olim ſubditus vellet de paritate contendere.

Quinta eſt ratio, quia Iuriſdictio Regiæ Cameræ videtur æqualis iuriſdictioni Magnæ Curiæ Vicariæ, dum in dies practicatur, vt Regia Camera expediat literas hortatoriales in cauſis occurrentibus ad M. C. Vicariæ *Reg. de Ponte dec.13.num.1.verſ.his ſic in facto Reg. Sanfelic.dec.291. in fin.Capyc. Latro dec. 198. nu.11.& ſeq.lib.2.Gizzarell. dec.73. in princ.* quod practicatur inter Tribunalia æqualis iuriſdictionis, *Staiban.loc.cit. num. 60.* quod ſecus eſt in Sacro Conſilio, quod ad Magnā Curiam expedit literas inhibitoriales. Imo non debet Regia Camera in d. hortatorijs vti verbis imperatiuis, vt varijs exemplis oſtendit *Galeot.d. reſponſ.fiſcal.1. num. 174.& ſeq.*

vbi Collaterale Conſilium ordinauit, quod
ſublatis verbis imperatiuis fieret à Magna
Curia ad Regiam Cameram remiſſio, quo-
modo igitur Regia Camera de præcedeotia
contendit cum Sacro Conſilio, ſi eſt æqualis
dictæ Magnæ Curiæ, que ſubdita eſt d. Sacro
Conſilio, non poteſt enim quis eſſe æqualis
mihi, ſi eſt æqualis meo inferiori, ſeù meo
ſubdito.

Sexta eſt ratio, quia in Sacro Conſilio ſedent
viginti Conſiliarij diuiſi in quatuor Aulas,
12 qui iuſtitiam adminiſtrant cum eorum
Præſide. At in Tribunali Regiæ Cameræ tã-
tum ſunt deſtinati octo Præſidentes Docto-
res, quos nos Togatos appellamus, & tres
militares, qui etiam Idiotæ nuncupantur, &
fatentur *Reg. Galeota in d. diſſert. fiſcal. poſt re-
ſponſ. fiſcale 1. num. 2. & Taſſon. in pragm. de
antefato verſ. 3. obſeru. 3. num. 140.* dixit ſua
ętate duos fuiſſe Præſidentes idiotas, at vero
meis temporibus hos Præſidentes idiotas
maioris numeri aſpexi, complentes nume-
rum octauom circiter, cum multorum admi-
ratione, ſed fuerunt ſuppreſſi ordine noſtri
Regis, & tres tantum remanſerunt, & ratio-
nabiliter, quia videmus fiſcales redditus val-
de diminutos, & eos conſignatarijs credito-
ribus ceſſos, igitur inutiles ſunt iſti Officia-
les in d. Tribunali, non ad aliud deſtinati
niſi in computis tractandis, & terminandis,
ex qua conſideratione maiorem prærogati-
uam dixit inſidere apud Sacrum Conſi-
lium erga Regiam Cameram, vbi pauciores
Officiales reſideot *Taſſon. in pragm. de ante-
fato d. verſ. 3. obſeru. 3. n.* 144. quia primus lo-
cus debetur illis, qui plures ſunt, vt in *lib.
Reg. 3. cap. 18. num.* 25; & probaoi *ſuper in cap.
1. præſt. n.*

Septima eſt ratio, qoia in noſtro Senatu aderãt
duodecim Magiſtri actorum, & quilibet ip-
13 ſorum facultatem habet creandi octo Scri-
bas ordinarios, præter extra ordinarios, quos
etiam moltos retinent, ſed Carolus Quin-
tus addidit alium Magiſtrum actorum, ſcil.
ſuum Secretarium Zea, itaut omnes treſde-
cim Magiſtri actorum actitent cauſas noſtri
Magni Prætorij, cum eorum Scribis ordina-
rijs centum, & quatuor præter Scribas ex-
traordinarios, vt dicam infra *in rubrica de
Magiſtris actorum Sac. Conſilij*, at in Tribu-
nali Regiæ Cameræ tantum adſunt quatuor
Magiſtri actorum, cum facultate eis conceſ-
ſa creandi octo actuarios, ſcilicet duos per
quemlibet, vt teſtatur *Reg. Galeota in diſſert.
1. poſt reſponſ. fiſcal. nu.* 130. non negotamen
adeſſe etiam viginti duos actitantes, vt di-
xit *Taſſon. in d. verſ. 3. obſeruat. 3. num. 141.
circa fin.* ſed tantum valent ac ſi eſſent vi-
ginti duo Scribæ Sac. Conſilij. Ex qua con-
ſideratione prærogatiua non leuis deduci-
tur, nam ſicut dignitas Principũ numeroſi-
te, & dignitate ſubditorum eminentior eua-
dit, imperiumque tanto ſecurius firmatur,
quanto pluribus obedientiæ ac fidei vincu-
lis ſubditi ſunt obſtricti. *Arumeus de iur.
publico tom. 1. diſcurſ. 13. pag.* 210 ita Supre-
ma Prætoria eo conſiderabiliora reputantoe
quo magis eorum poteſtas extenditur, & ſuã
iuriſdictionem exercent.

Octaua eſt ratio deducta ex ſolutione ſalarij,
nam quilibet ex Conſiliarijs Sac. Conſil. ha-
14 bet ſtipendium à Regia Curia duc. ſexcen-
tum, præter augumentum ſalarij ex dirictì-
bus cauſarum duc. vnius cum dimidio pro-
quolibet centenario, ſolneodis per victores
ſententiarum proferendarum per d. Sacrum
Conſilium, quæ emolumenta poſſunt aſcẽ-
dere quolibet anno ad ducat. quatuorcentũ,
qui vniti cum, d. duc. ſexcentum aſcendunt
ad ſummam annuorum duc. mille, at vero
Præſidentes Regiæ Cameręr tantũ fruontur ſti-
pẽdio annnorũ duc. 570. vt refert *Reg Galeota
reſponſ. fiſcal. 2. n. 55. tom. 1.* que ratio ſuadet
maioritatem gradus, nam quo magis Magi-
ſtratus decoratur maiori ſtipendio, eo magis
excellentia ſui gradus cognoſcitur.

Nona eſt ratio ſuadens præminentiam noſtri
Seoatus ſuper d. Tribunali Regiæ Cameræ,
14 ex minoritate laborum, quibus non ita gra-
uantur Conſiliarij, ſicut & Præſidentes, oam
Conſiliarij tantum de mane accedunt ad
Tribunal S. Conſilij pro litibus rerminandis,
at vero Præſidentes Regiæ Cameræ ſæpæſæ-
pius bis quolibet die ad Tribunal ſe confe-
runt, de mane, & poſt veſperum. Adde quod
in Sacro Conſilio ſeruantur feriæ eſtiuæ qua-
ſi per tres menſes, imo pro maiori tempore
de conſuetudine prorogantur, at vero in
Regia Camera feriæ eſtiuæ non ſeruantur,
per *tex. in l. publicas C. de ferijs Ronit. in prag.
19. de offic. Procur. Cæſar. Galeota reſponſ. fiſcal.
2. num.* 57. & quis negare poterit, vt Supre-
mi Magiſtratus non ita grauibus curis im-
plicati, non debeant digniores reputari ali-
js Magiſtratibus, qui aſſidua cura, & ſolli-
citudine abſque intermiſſione præmuntur.

His rationibus coguoſcitur præcedeotia noſtri
excelſi Senatus Sacri Conſilij reſpectu Tri-
bunalis Regiæ Cameræ, quarum quælibet
ipſarum potens eſt ad d. veritatem d[illegible]ſtra-
dam, & ita concludunt noſtri Doctores, ſcil.
Afflict. d. c. 56. Io: Vincent. de Anna in repet.
15 *Conſt. Regn. Diuæ Memoriæ num. 12. Reg. de
Ponte in dec. 13. num. 1. verſ. bis ſic in facto, &
de poteſt. Proreg. tit. de electio. Offical. in fine
Ronit. in conſ. 102. num. 8. lib. 2. Capyc. Latro
dec. 198. num.* 4. qui nedum S. C. eſſe magis
priuilegiatum Regiæ Cameræ, ſed etiam
ſingulos Cooſiliarios eſſe eminentioris di-
gnitatis Præſidentibus Regiæ Cameræ affir-
mat, idem concludit *Galeota contro. iur. lib
2. con-*

2.*contro.*11.*num.*7. & tandem ſic probat per octo rationes *Conſ. Staiban.in obſern.ad ſuam reſol.* 50.à *num.* 10. & hoc procedit in omnibus actibus occurrentibus, licet Præſidentes priores ſint electionis *Reg. Conſtant.in l.*1. *C.deConſulib.lib.*12.*num.*57.*circa princ.Surgent.de Neapol.Illuſt.cap.*27.*num.*24.*in princ. verſ. Regij Conſiliarij, de Ponte loc. cit.de elect. Official.*§.8.*num.*35.*verſ.*2,*& maius eſt Ronit. loc.cit.num.*1.*&* 2.*lib.* 2. *Camill. Cacacius in allegat.*85.*num.*61.*tom.*3. collecta à *Reg. de Marin.Annechin. de præuent. inſtrum. cap.* 2. *quæſt.*5.*dub.vnica num.*73.

Nec aliquid me mouet authoritas *Dom. Petra in d.ritu* 1.à *n.*12.*tom.*1.vbi declarauit hanc controuerſiam ſe noluiſſe decidere, & irreſolutam reliquit aſſignando rationem, quia erat Feudatarius plurium feudorum, hac de cauſa timuit tunc ſuã mentem propalare, nè damnum aliquod in ſuis feudis reportaret, ſed reuera ex eius verbis, & rationibus adductis, in hanc noſtram ſententiam videtur inclinare in d.*rit* 1.*num.*12. ſed aperte hanc quæſtionem definiuit in *comment. ad ritum* 288.*num.*34.*tom* 4.vbi oblitus ſe eſſe feudatarium, abſque nullo timore hanc præcedẽtiam conceſſit noſtro Sac. Conſilio aduerſus d.Regiam Cameram, ſicut re uera ſenſiebat, cum citatis Doctoribus, & alijs ab eò allegatis *d. nu.* 34.

Nec officit ſi dicatur, quod antiquius ſit Tribunal Regiæ Cameræ Tribunali noſtri Sacri Conſilij, quod cum fuerit erectum à Rege Alphonſo Primo Aragoneo, non debeat præcedere Tribunali Regij Patrimonij, quod tempore antiquiori fuit conſtitutum. Nam faciliter reſpondetur, quod in hac materia præcedentiæ non attenditur prioritas temporis, ſed potius qualitas maioris dignitatis, *cap.ſtatuimus de maior. & obed.Roman.ſingul.* 691. *Franc. deciſ.*144. vbi ſic deciſum refert *Marcell. de Maur. alleg.* 50. vbi concludit, quod licet antiquior ſit Dux Ferrariæ Duce Florentiæ, tamen debeat Dux Florentiæ præcedere, vti maioris dignitatis, ſequitur *Conſil.de Giorgio alleg.*35. vbi ita deciſum teſtatur per Collaterale Conſilium, in qua cauſa etiam ſcripſit *Fabius de Anna conſ.* 122. *vol.*2.& poſt alios *Additio ad d.alleg.*50.*Marcelli de Mauro.*

Ex præexcellentia noſtri Senatus circa Tribunal Regiæ Cameræ deducuntur multæ concluſiones fauorabiles Conſiliarijs noſtri Senatus, quibus oſtenditur prædictos Conſiliarios excellere maioribus prærogatiuis Præſidentibus d.Regij Patrimonij quarum.

Prima eſt Regios Conſiliarios noſtri Senatus eſſe digniores Præſidentibus Regiæ Cameræ conſiderando eos ſingulos, vt ſingulos de per ſe, etiam extra eorum Tribunalia, nam ſemper Conſiliarij præcedunt Præſidentes Regiæ Cameræ, in publicis, & priuatis actibus, & actionibus *Ronit. in d.conſ.* 102. *num.* 2.*lib.*2.*vt ſup.dixi.* Et hoc procedit licet Præſidentes aliam maiorem haberent dignitatem, quia rapreſentant Collegium cui incorporãtur, ideo de d.dignitate nulla habetur
17 ratio *Caſſan.in catalog.glor. Mundi par.*4.*conſid.*32.*Reg.de Ponte de electio.Official.*§.8.*num.* 35.*Maſtrill.de magiſtrat.lib.*5.*cap.* 4.*nu.* 74. *par.*2.

Secunda eſt concluſio, quando Præſidentes Regiæ Cameræ dantur adiuncti Regijs Conſi-
18 liarijs in cauſa vertente in S. C. Conſiliarij præcedunt Præſidentes, occupando Conſiliarij prius vtrumque latus dexterum, & ſiniſtrum in ſedendo, Præſidentes vero tenent vltimum locum poſt omnes Regios Conſiliarios, vt refert fuiſſe deciſum in Collaterali Conſilio ſub die 22. Septembris 1625. *Ronit.in d.conſ.*102.*num.* 22. *lib.*2. idem etiam fatetur fuiſſe obſeruatum *Conſtantin. Caſar. quæſt.*12.*num.* 10.quem ſequitur *Conſ. Altimare in annot.ad d.conſ.Ronit.*102. *num.* 4. & licet aliter dixerit *Surgente de Neapol. illuſt. cap.*27.*num.*24.attamen hoc in praxi obſeruatur. Neque dicas, quod talis vſus ſeruatur non ob prærogatiuam perſonarum, ſed ob prærogatiuam loci, cum in domo ſua propria quilibet maior ſit quolibet extraneo, *Ronit in d.conſ.*102.*num.*14.*tom.* 2.*ex l.apud eum ff.de manumiſſ.*vbi*Gloſ.*dicit,*non ne ambo ſunt Spectabiles*,& reſpondet *ſunt, ſed quilibet in territorio ſuo maior eſt altero*, eſt etiam *tex. & Gloſ.fin.in l.nihil C.de Palat.Sacrar.largit.lib.* 12. quilibet enim in domo ſuo Principem locum debet obtinere *Bodin.lib.* 1. *de republica cap.*7 *pag.*70.*lit.C.* alia iura allegat *Surgente de Neapol.illuſt.cap.*12.*nu.* 53, & hoc etiam dicunt practicari in Regijs Conſiliarijs, qui ſi accedunt vti adiuncti ad votandum in Regia Camera, ſolum Conſiliarij tenent manum ſiniſtram, & omnes Pręſidentes manum dexteram, ob prędictam rationẽ, quia talis præeminentia conceditur ob prærogatiuam loci, ideoque excluditur omnis maioritas gradus, quod confirmat *Dom. Petra in ritu* 265.*& in ritu* 273. *num.* 76. *& in ritu* 288. *n.* 4.*tom.*3.licet aliter dixerit *Conſtantius in d.l.*1.*C.de conſul.num.* 38.quando vnus Conſiliarius acceſſerit ad Regiam Cameram, vti adiunctus, quod debeat omnes alios Præſidentes præcedere, quia acceſſorie ibi aſſiſtit non per viam incorporationis, & iſta refert iudicatum in cauſa Regij Conſiliarij *Petri Antonij Carauita* idem *Conſtan. loc.cit.num.* 38. *& ſeq.* & ſequitur *Thor. in compend.dec.tom.*2.*in verb.Fiſci Patronus pag.* 248; quod non obſeruatur, quia quod non competit toto, neque competit parti totius,

ſi

si igitur omnes Consiliarij dum accedunt aduotandum in S. Consilio non præcedunt Præsidentes Reg. Cameræ, quomodo poterit dici, quod præcedit vnus Cōsiliar. adiunctus. Nā respondetur, quod verū est, quod quando Consiliarij accedunt ad votandum in Regia Camera sedent ad manum sinistram, sed cum hac differentia, nam Consiliarij om-
19 nes vniti sedent ad manum sinistram in Regia Camera, sed non post Præsidentes in dicta manu sinistra, sed soli totum latus sinistrum occupant, at vero, quando Præsidentes accedunt vti adiuncti ad votandum in Sac. Cōnsilio sedent post omnes Regios Consiliarios in vtroque latere manus sinistræ, & dexteræ, vt supra dixi, quod etiam aduertit *Cæsar. Peregrin. quæst. 12. num.* 10. & sequitur *Altimare in obseruat. ad d. cons.* 102. *Rouit. num.* 4. *tom.* 2. & licet controuersa fuit apud *Surgent. de Neapol. illust. cap.* 27. *nu.* 24. talis obseruantia dicens, quod prætenderūt Consiliarij, Præsidentes adiunctos ad S.C. in posteriori loco ponere in vtroque latere, non in sola manu sinistra, & quod Prorex illius temporis rescripserit solitum obseruari, vt scilicet sederent in sola manu sinistra, sicut sedent Consiliarij in Regia Camera ob æqualitatem seruandam, attamen talis authoritas d. *Surgente* efficax non fuit ad mutandum talem antiquum vsum, cum termini non sint æquales, etenim si sedent Consiliarij dati adiuncti ad Tribunal Regiæ Cameræ omnes ad manum sinistram, hoc euenit, quia stant Præsidentes in propria domo, scil. proprio Tribunali, ideo honorant Consiliarios de loco condigno, at vero quando accedunt Præsidentes ad Sacrum Consilium, non debent eodem modo honorari, quia antiquitus erant inferiores, & accedebant ad Senatum, vt reciperent correctionem suorum decretorum, proinde haberi debet memoria antiquæ subiectionis, quæ valens est ad tollendam æqualitatem, *argum. l. fin. C. de instit. & substit. l. iure succursum ff. de iur. dot. Freccia de subfeud. tit. de offic. Magist. Iust. nu.* 28. *in fin.* Et ex hoc cognoscitur præcedentia dignitatum Consiliariorum, qui tractant Præsidentes non vti æquales, sed vti inferiores gradus, etenim ista obseruantia concedendi totum locū sinistrum Ministris alterius Tribunalis obseruatur, quando Ministri sunt maioris dignitatis, vel saltem æqualis, non vero quando sunt inferioris ordinis, quia tunc conceditur vltimus locus vtriusque lateris Ministris alterius Tribunalis; remansit igitur in suo robore talis antiqua obseruantia, vt stent Præsidentes in suo inferiori loco, quæ adhuc viget, & in hac materia attendi debet, iuxta mentem eiusdem *Surgen. d. cap.* 27. *num.* 25. *per l. diuturna, cum seq. ff. de leg.* & tradit etiam *Thor. in compen. decis. tom.* 1. *in verb. Tribunal S.C. pag.* 558. vide *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. de elect. Offic.* §. 8. *n.* 33.

Tertia est conclusio, quod si contingat Consiliarios, & Presidentes simul conuenire in sessionibus particularibus, seu in Iunctis extra eorum Tribunalia, hoc casu dexterum latum occupant Consiliarij, sinistrum verò latus Præsidentes, ita fuit determinatum per Collaterale Consilium sub die 7. Nouembris 1625. fatetur *Reg. Constant. in d. l.* 1. *num.* 27. *C. de Consul. lib.* 12. & *Rouit. d. cons.* 102. *num.* 9. & 23. *tom.* 2. qui etiam dicit, ita fuisse ordinatum per nostrum Regem. Et tandem maioritas dignitatis attenditur ex modo votandi, siquidem semper Consiliarij, etiam nouissimi electi post omnes Præsidentes Regiæ Cameræ in votando sunt posteriores, quia licet sedent ad manum sinistram in Regia Camera, tamen votant Consiliarij post omnes Præsidentes, etiam Decanum, excepto Locumteuente Regiæ Cameræ, dixit *Rouit. in d. cons.* 102. *num.* 20.

Quarta est conclusio, quod si Regij Consilia-
22 rij interuenerint insimul cum Præsidentibus Regiæ Cameræ ad votandam aliquam causam in Regio Collaterali Consilio vti adiuncti Tribunali Regiæ Cameræ, Consiliarij in dextero latere sedent post Regentes, Præsidentes vero sinistram manum in sedendo occupant, *Dom. Petra in d. ritu* 288. *num.* 35. *tom.* 4. verum tamen est, quod prætenderunt Consiliarij, cum adiunguntur, cum Præsidētibus Regiæ Cameræ in Collaterali Consilio, non manum sinistram seu secundum locum esse dandum Præsidentibus Regiæ Cameræ, sed vltimum post omnes, Consiliarios ab vtraque manu sedentes, attamen non potuerunt hoc obtinere, sed fuit determinatum per literas suæ Catholicæ Maiestatis sub die 26. Ianuarij 1593. secundum locum dari Præsidentibus Regiæ Cameræ, & solitum obseruari, quarum meminit, *Reg. Rouit. in cons.* 102. *num.* 3. *lib.* 2. *post Marc. Anton. Surgente de Neap. illust. cap.* 27. *num.* 24. *Reg. Constant. in l.* 1. *num.* 37. *Cod. de Consul. lib.* 12. & ita testantur obseruari idem, *Rouit. loc. cit. num.* 6. & *Thor. tom.* 1. *in verb. Tribunal S.C. pag.* 558. postmodum vero hanc antiquam obseruātiam violare tentarunt d. Præsidentes Regiæ Cameræ dicentes, quod sicut sedent in manu sinistra Consiliarij, quando interueniunt vti adiuncti in causa decidenda in Regia Camera, vbi omnes Præsidentes in manu dextera sedent, eodem modo, quando conueniunt in Collaterali Consilio, cum Regijs Consiliarijs, cū reputentur vti accessorii Tribunalis Regiæ Cameræ, sed latè discussu negotio, & auditis duobus Consiliariis S.C. & duobus Præsiden-

tibus

tibus Regiæ Cameræ fuit determinatum per Collateraleconſilium ſub die 18.Iulij 1625. quod manuteneantur lite pendente Regij Conſiliarij, quando conueniunt in Collaterali Conſilio, vel in alio loco, cum Præſidentibus prædictis in poſſeſſione ſedendi à dexteris ſaluis iuribus in petitorio, vt refert *Ronit.d conſ.102.num.21. & ſequuntur Caſar. peregrinar.quæſt.12. lib.1.à num. 1. Rocc. de Offic tit.de præcedent.§.4. Petr.in d. rit n 288. num. 35.*

Quinta eſt concluſio, ſi Regius Conſiliarius cre-
23 atur Præſes Regiæ Cameræ præcedet illis, qui effecti ſunt Præſidentes, poſt quam ipſe fuerit effectus Conſiliarius, non autem præcedat illis, qui effecti ſunt Præſidentes ante ipſũ, quia vnio ad Tribunal fit per modum incorporationis, & quando hoc modo fit vnio, ceſſat in eo illa præcedentia, & prærogatiua dignitatis Conſiliarij, & vtitur illa tantum prærogatiua, quæ competit ex antiquitate tẽporis, quæ eſt cõmunis cæteris Præſidentibus, ita *Marc. Ant. Surg. de Neap. Illuſt. cap.27.nu.22.in fin. Reg. Rou in d. conſ.102. n. 12. & ſeq. Caſar. peregrin. quæſt.12. num.11.* & ita vidiſſe obſeruatum teſtatur *Altimare in obſeru. ad conſ.102. Ronit. num.* 8. & etiam idem vidi practicatum in perſonam Regii Conſiliarij Ignatij Prouenſalis mei Compatris Cariſſimi; poſtmodum Regentis Collateralis Conſilij, qui effectus Preſes Regiæ Cameræ præceſſit illis Præſidentibus, qui fuerunt facti poſtquam ipſe fuit creatus Regius Conſiliarius; ſed non præcedit iſte Conſiliarij tali tempore electus Decanum Regiæ Cameræ, licet fuiſſet effectus Decanus Præſes Reg. Cam. poſt quã Conſiliarius fuit effectus Conſiliarius, & hoc ob priuilegiũ Decaniæ, vt fuit deciſum per Collaterale Conſilium ſub die 16. Martii 1623. in cauſa inter Conſiliarium Didacum Salinas cum Præſidente Scipione Brandolino Decano, refert *Reg. Conſt. in. in l.1. Cod. de Conſulib. lib.12. nu. 35. fol. 257.* quam deciſionem etiã refert, *Taſon. in prag. de antefat. verſ. 3. obſeru. 3. num. 144 in fin.*

Sexta eſt concluſio ſi Regius Conſiliarius fue-
24 rit effectus Fiſci Patronus Regalis patrimonii, debet ſedere ante Præſidentes creatos, poſtquam ipſe fuerit effectus Regius Conſiliarius, & non debet ſedere in vltimo loco, *Reg. Ronit. in d. conſ.102. num.20. lib.2.* qui ita refert practicatum in perſonam Regiorum Conſiliariorum Vincentii Corcione, & Ferdinandi Fornarii, impugnans *Reg. Conſtant. in l.1. num.36. & 38. Cod. de conſulib. lib. 12.* qui contrarium affirmauit, quod etiam ſequitur, *Taſſon. in prag. de antefato verſ. 3. obſ. 3. num.145.* & ita obtinuiſſe Io: Hieronymũ de Philippis Regium Conſiliarium effectum Fiſci Patronum, qui præceſſit in ſedendo Præſidenti D. Ioſepho Filiu creato poſtquam ille fuerit aſſumptus ad dignitatem Regij Conſiliarij, teſtantur *Luca ad Franc. in dec. 138. in append. poſt ſecundam cenſuram, & Altimar. in obſeru. ad d. Conſ. Ronit. num. 5.* & licet fuerit hoc dubitatum, & contrarium affirment *Thor. in compend. dec. in verb. Fiſci fol. 248. Reg. Conſtant. in l.1. n. 36. & 38. C. de Conſul. lib.12.* & faciũt allegata per Ferdinandum *Ronit. in quadam alleg. adducta per Reg. de Marin. lib.1. reſol. cap.202. num.2. & 3.* qui conatur probare, quod Iudex M. C. V. effectus Fiſci Patronus d. M.C. debeat ſedere in vltimo loco poſt omnes Iudices, & non in eodem loco vbi ſedebat, quando erat Iudex, idem fuiſſe practicatum in anno 1515. in perſonam Regii Conſiliarii Antonii Baraptutii electi Fiſci Patroni, & poſtmodum idem obſeruatum in Regio Conſiliario Vincentio Corcione teſtatur *Reg. Conſt. loc. cit. num.36. Vide Altimare ad d. Conſ. Ronit. n.5.* nihilominus hoc non poteſt amplius dubitari ob continuatas contrarias obſeruantias, & ego vidi etiam obſeruatum in perſonam d. Reg. Conſiliarii Ignatii Prouenſalis, qui effectus Aduocatus Fiſcalis præceſſit Præſidenti M. Antonio de Riſi, qui ante erat creatus Præſes Regiæ Cameræ, ſed poſtquam d. Prouenſalis fuerat effectus Reg. Conſiliarius.

Sed intellige hoc practicari, quando Reg. Cõſiliarius creator perpetuus Fiſci Patronus, ſecus ſi in aliqua cauſa graui patrocinatur iuſſu Regis, vel Proregis, vbi vti Aduocatus Fiſcalis interueniret, nam hoc caſu licet ratione ſuæ antiquioris dignitatis deberet præcedere alios Miniſtros illius Tribunalis, nihilominus quia interuenit vti Aduocatus in d. cauſa, debet ſedere in vltimo loco, nulla habita conſideratione ad d. dignitatem, reputatur enim vti Miniſter exter alterius Tribunalis, non vti pars illius Tribunalis, in quo pro illa vice tantum congregatur, ideoque locum exterorum occupabit, non ſuum locum, vbi deberet reſidere, ſi ſemper ibi permaneret, *Franch. dec.138.* vbi: *Luca* multa congerit, & etiam dixit *Fontanella deciſ. 207. à num.7.* quamuis affetat de æquitate aliter debere obſeruari, *D. Altimare in obſer. ad d. conſ.202. Ronit. num.6. & 9.* qui adducit exemplum illorum duorum Conſiliariorũ noſtri Senatus, qui vti Iudices reſident ad Tribunal noſtræ M.C. in criminalibus, & diẽ in qualibet hebdomada accedunt ad noſtrum S.C. ſedent in vltimo loco poſt omnes Conſiliarios, vt videmus quotidie practicari, & obſeruarunt etiam *Surgente de Neapol. illuſtr. lib.1. cap.27. num.25. Ronit. in pragm.6. num.8. de Commiſſ. Rodoerius ad Reg. de Marin. lib.1. cap.102. num.4.* non alia ratione

quia veniunt vti Iudices M.C.V. propterea locũ Tribunalis M.C. debent tenere, eodem modo dum Consiliarius interuenit in causa vti Aduocatus partis, vel suæ causæ, vltimũ locum debet obtinere, hoc enim, quod per rationes probaui, ita tandem inueni determinatum per *Arrestum* 367. *Regiæ Cameræ* penes *Reg. de Marin. post obseru. Reg. Reuert.* quod scilicet si Consiliarius accedat ad suam causam defendendam in Regia Camera, sedeat post omnes Præsidentes. Sed si Consiliarius accedat vti Aduocatus Fisci in aliqua causa specialiter electus, decidendam per Regiam Cameram extra locum Tribunalis, sc. in Collaterali Consilio, ille sedebit in manu dextera vbi resident Consiliarij, quando vniuntur cum Præsidentibus Regiæ Cameræ in d. Collaterali Consilio, iuxta sententiam *Reg. Constantis in d. l.1. num.*38. *Cod. de consul. lib.*12. & approbat *Altimare loc. cit. num.* 7. ratio quæ allegari poterit illa est, quia coram Iudice Supremo, quando Officiales vniuntur, isti non perdunt proprias prætogatiuas. *Vide Altomare ad Conf. Rouit.* 102. *n.* 7. & illa ratio supra allegata, quia sc. Consiliarius vti Adoocatus accedit, ideoque non debeat haberi ratio propriæ dignitatis, procedit quando Consiliarius vti Aduocatus congregatur in illa Curia vbi vota proferũtur, sed quando Regia Camera non in proprio Tribunali, sed in Suprema Curia conuenit pro causa determinanda, tunc Officiales, qui ibi vniuntur quam quilibet ipsorum inter eos conseruant suam propriam prærogetiuam.

Aduerte tandem, quod licet Tribunal Regiæ
35 Cameræ respectu Tribunalis Sacri Consilij inferius sit, nihilominus Supremum Tribunal est, & ab eius sententijs ad eandem Regiam Cameram recorritur per viam reclamationis, iuxta, *pragm.* 38. § 9. *de Offic. procur. Cesar.* vbi *Reg. Rouit.* & *notat Reg. Reuert. decis.* 7. & *decis.* 178. & ibi *Reg. de Marin. Reg. Galeot. in dissert. vnica in calce primi responsi Fiscal. Reg. Sanfelic. dec.* 4. *tom.* 1. *Conf. Pratus pract. obseru* 56. *num.* 50. *D. Petra in ritu* 57. *num.* 8. *tom.* 1. & *in ritu* 250. *num.* 7. *tom.* 2. *Franc. dec.* 1 20. *n.* 10.

Et ex his finem impono, huic primo tomo cũ Dei gratia, Beatissimæ Virginis, & Diuorum Francisci, Antonij, Nicolai, & Gaetani meorum Sanctorum Tutelarium, completo hoc die septimo Iulij 1703. mensis mei Natalitij, ex his quæ in præsenti libro collexi, si quid boni emergerit, Deo gratias ago, à quo omne datum optimum, si quid vero lectorum expectationi non arriserit, mei ingenij tenuitati erit adscribendum, pariter, & condonandum, si meliores flores non contexi ex mea magna bibioteca ad ornendũ nostrum Supremum Senatum, ignoscendum certe mihi est vti foro addicto, frequentibus iurgentium clamoribus detento, ac grauibus curis implicato, ideo tempus deficit ad meliora parandum, voluntas certè prompta est, vt aliquid vtile Reipublicæ litterariæ adferat, & hoc vt ita eueniat nec minimam particolam temporis prætermitto, ad meas legales operas limandas si Deus meis votis annuet, & sont *De Pœnis Mendacij*, *De Priuilegijs Neapolitanorum*, *De Penitentia Iuris tomi tres*, *Cõsilia pro Clientibus*, *Consilia pro mea Familia Romana*, aliaque, interim expecta secundum tomum, vbi omnes prerogatiuas Membrorum, quæ nostrum Senatum componunt dilucidabo, quem statim hoc completo prælo dare incipio, omnia tandem submitto censuræ Sacræ Romanæ Ecclesiæ.

F I N I S.





INDEX

INDEX

Locupletissimus Rerum, & Verborum, quæ in hoc Libro continentur Alphabetico ordine Digestus.

Prior numerus est marginalis, secundus paginam designat.

Ad-

INDEX

di-

I N D E X

Con-

INDEX

C

I N D E X

gis:

I N D E X

Cu-

Curia

D

De-

INDEX

faci.

filia-

INDEX

F.

Fami-

G

INDEX

INDEX

Eeee Iu-

INDEX.

habet

INDEX

Lege

I N D E X

cessa-

INDEX

impo-

qua

O

P

INDEX

to

Possess

I N D E X

potest

INDEX

INDEX

potest

INDEX

INDEX

Q.

INDEX

Q.

R.

INDEX

Kkk in-

INDEX

gra-

fri-

INDEX

anti-

T.

Tri-

in-

I N D E X

Mmm prius

I N D E X

F I N I S.







